DIFFERENTIAE INTER VTRUMQUE FORUM, IUDICIALE VIDELICET, ET CONSCIENTIAE;...

Juan Valero

Digitized by Google

13. 6. 9. 27

Digitized by Google

C. 65. a.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
18 E
1

Digitized by Google

Registrato

Digitized by Google

Digitized by Google

DIFFERENTIAE
INTER VTRVMQVE FORVM,
IVDICIALE VIDELICET, ET CONSCIENTIAE;
NONDVM HAC NOVA LVCE DONATAE, ET
MAGNA CVM CVRA, STVDIOQVE
lucubratæ, & concinnatæ.

CVM INDICE DIFFERENTIARVM.

AVCTORE DOMNO IOHANNE VALERO, VALENTINO
Segobrigen. Decretorum D. Priore domus Carthuſiæ Maioricen.
IESV Nazareni.

Ad perilluſtrem Dominũ Don SALVATOREM FONTANET,
Cancellariam Regentem in Supremo Conſilio
Coronæ Aragonum.

CARMELITANI SCALZI DI S. MARIA DELLA SCALA
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Conuent' Sancte Marie de Scala



CVM PRIVILEGIO.

MAIORICAE, Excudebat Emmanuel
Rodriguez. Anno 1624.

Sumptibus Claudij Mace.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRI ADMODVM,

ET VTRAQVE OMNIGENAE VIRTVTIS,

præclaræque nobilitatis laude cumulato D.D. Saluatori FONTANET, I.V. FONTI, Supremi Aragonum Concilii Cancellariam REGENTI, Domnus Iohannes Valero Decretorum D. & Prior domus Cartuſiæ Maioricen. Ieſu Nazareni O.F.P.

LIBER Differentiarum inter vtrumq; Forum (vir præſtantiſſime) multorum annorum continenti labore concinnatus foras exiturus, teneri non potuit quin in tuas euolaret manus, accepturus certam defenſionem, magnam æſtimationem, ſingulare decus, ſola contrectatione ampliſſimi muneris, omnigenæ ſapientiæ, & præclaræ nobilitatis tuæ. Quis enim operi præfixum non revereatur. FONTANETI nomen? Quis audeat obtrectando ſibi conciliare tanti defenſoris inuidiam? Potentiſſima maximèque verenda FONTANETI inſcriptione munitum volumen, non timebit vel vnius obtrectatoris maleuolentiam; laudatorum beneuolentiam expectabit. Spectabitur certè, & æſtimabitur quod tam illuſtri nobilis ſtemmatis imagine apparebit impreſſum. Prædicat hoc vel imprimis aurea illa Aquila per cæruleum expanſa campum, quam ab antiquiſſimis honoratis ciuibus Gerundenſibus maioribus tuis DES CAMPS, hæreditario iure ſuſceptam, glorioſo tueris in ſtemmate. Nam & hoc decus, illi quondam Heroës promeruere ſeruitiis valde gratis, & acceptis erga Sereniſſimos Reges Aragonum; & tuis ipſe eadem cumulans gratioribus; indefeſſa fide ab adoleſcentia tua, ſumma ſynceritate, candore, & rectitudine, continuare non deſtitiſti; cùm poſt annos plures quibus cùm ſtudiis, tum publicæ interpretationi cathedraticæ vtriuſque Iuris in Vniuerſitate Barcinonenſ. inſudaſti, doctrinæ ſimul, & ſynceritatis ampliſſimum præſtiteris ſpecimen; nedum in Patrocinio plurium, grauiſſimarumque cauſarum; verum etiam in functione grauium munerum, tam Eccleſiaſticorum, quàm Regiorum iudicandi curam concernentium; quibus cùm adhuc vigeſimum quartum ætatis annum non attigiſſes, laudabiliter vti cæpiſti. Quæ quidem omnia Philippus ſecundus in Caſtellæ Regnis, nobis autem primus, certò comperiens, meritò officium Aſſeſſoris Generalis Gubernatoris in Catalauniæ Principatu tibi deferendum curauit. Ac rurſus antequam hoc munus inires, te ad munera vnius Iudicum Regiæ Curiæ; & poſtmodum Senatorum, ſiue Regiorum Conſiliariorum Ciuilis Audientiæ Regiæ, Principatus eiuſdem, promouere dignatus eſt. Quibus tibi per integrũ ferè decenniũ ſumma integritate fungenti, varia, & ardua negotia cõmiſſa fuere; præſertim graue ſimul, ac fidele Officiũ Regentis Theſaurariã Regiam in eodem Principatu, quod vltra biennium adminiſtraſti; Conſultationes quoque Cenſorum fidei in ſancta Inquiſitione eiuſdem Principatus; & Breuis Apoſtolici, inſtante Regia Maieſtate, conceſſi, in Eccleſiaſticos atrociter ibi delinquentes; & Officii Magiſtri Rationalis Domus, & Curiæ Regiæ;

Baiuliæ Generalis, ac Procurationis Regaliũ Feudorũ Catalauniæ. Anno autẽ M.D.XC.IX. cùm Regiæ Maieſtas Barcinone Comitia Catalaunis celebraret: quis fando explicet varia, arduaque negotia eorumdem Comitiorum, expeditionem facilem, Regiumque ſeruitium valdè concernentia, quæ tibi committenda Rex cenſuit, maximè te vnũ ex Habilitatoribus creans; immò & vnum ex Iudicibus grauaminum earumdem Generalium Curiarum. In quibus omnibus conſtat ita te grauiter eſſe verſatum, vt ad officium Fiſci, & Patrimonii Regii Patroni, in Supremo iſto S.S.R. Aragonum Conſilio, Rex ipſe duxerit promouendum. Quo vltra quinquennium, mira Regis ſatisfactione perfungens, renunciatus es alter ex Regiis Commiſſariis Generalibus ad negotia concernentia populationẽ locorũ quos Mauritani Neophyti qui nuper Regio iuſſu tota ſunt Hiſpania pulſi, in Regno Valentino incolebant; & redituum, ac aliorum ſolutionem creditorum quibus obnoxii erant Barones, Aljamæ, & ceteri ſingulares. Quin etiam, defuncto ſtatim Collega tuo, totum commiſſionis eiuſmodi pondus, tui ſolius humeris imponendum, auctoritate Regali decretum eſt. Taceo, dum iſta ſtudiosè perageres, tum in Regno Valentiæ perluſtrando, tum in Regia Curia, ad eam iam reuerſus, atque adeò in illa Congregatione quæ proptereà per Regiam Maieſtatẽ fuit erecta, partim ex Conſiliariis Regii Status, partim ex Supremo Conſilio Aragonum, quàm multos pro diadematis obſequio Regii labores exantlaueris; vt mirum profectò non ſit ſi te adhuc in ea commiſſione defixum, ad maioris gratiæ cumulum, tantis obſequiis grata recordatione perpenſis, maioraq; promerentibus, te inquam ad ſummum gradum vnius ex Regentibus Regiam Cancellariam in Supremo ſuo Conſilio Rex duxerit aſſumendum. Quòd ſi Regia Curia tantum in te ſidei, præſidiiique ſitum eſſe demonſtrat, vt Hiſpaniarum Regna, vel inde beata prædicentur quòd in eiuſmodi ſpecula te poſitum videant: quanta felicitas ſcriptis meis obtigerit ſi te vnum ſibi Patronum ſemel adoptarint? Has igitur ob cauſas adducor ad illa tibi dicanda cùm in primis, tum ob ſingularem etiam beneuolentiam qua te ſemper complexus ſum, tunc vel maximè cùm Barcinone curator ipſe litium Domus Scalæ Dei, difficilimis quadraginta dubiorum nodis implicatam controuerſiam ad te detuli, lectiſſimum Regii illius Senatus IVDICEM; quam ſub aliis Iudicibus acriter vrgentibus noſtris procuratoribus, quadraginta nouem ipſos annos agitatam, nec vmquam explicatã, dexteritate mirabili breui triennio diſſoluiſti, plauſu omnium maximo, admiratione maiori, pro Cartuſianis patribus pronuntiata ſententia. factum inauditum, omnium ſcriptis celebrari dignum.

Ergo perenni I.V. FONTI (quem ſonat FONTANETI nomen) Iuris peritorum decidendis quæſtionibus ORACVLO; Ciuilium, & Pontificiarum legum, ob memoriam ſingularem THESAVRO; Supremi Aragonum Conſilii Cancellariam REGENTI; Regii acroamatis, Regali PRIVILEGIO, ad ſempiternam poſteritatis memoriam, celebratiſſimo, Ius ciuile totum, Pontificium totum, iure ſuo, & ſummo, ſacrandum: non hoc quod offertur opuſculum, leuidenſe licèt, grati animi (quem ſpectare debent magnanimi) non erit, opinor, ingratum. Hoc mihi, ſi dono numinis contingat, & tuo; ardens primùm aliorum commodis inſeruiendi, quod vnum vrget, & viget, promouebis ſtudium; collata deinde beneficia cumulabis, glorioſæ tuæ liberalitatis incremento maximo. Vale Regum maximi Pignus magnum. I.V. decus, patriæ columen, bonorum deliciæ, & animi mei dimidium.

AVCTOR

Google

AVCTOR LIBRI AD SVVM MAECENATEM EPIGRAMMA.

NYMPHA Arethuſa, ſacris quondam celebrata Poëtis,
Irrigat Ortygiam, Sicanioſque ſinus.
Cuius ob amplexus, Alphei fluminis vnda
Ortygiam properans, æquora ſcindit aquis.
FONTANETVM, Arethuſa refert. TV, nomine firmas:
FONS etenim PATRIAE, diceris eſſe NITENS.
Eſt liber, Alpheus, Nymphæ, qui tactus amore
Currit in amplexus, præſidiumque TVVM,
Sed cinctus pelago, preſſus Balearibus vndis,
Cogitur occultas, æquoris ire, vias.
Ergo Ioui, vt veteres ſacrarunt elidis amnem,
Sic nouus Alpheus, TE, cupit eſſe Iouem.

P. RAPHAELIS OLLER SOCIETATIS IESV THEOLOGI DECASTICHON.

INTER vtrumque Forum vetus eſt diſcordia. Pugnat
Hincque Forum humanum: pugnat & inde Dei.
Nemo auſus Iudex reſtinguere iurgia. Flammam
Belli, lite fouent: hoc negat: illud, ait.
Tuque, VALERE, Foris diſiungens ſacra profanis;
Diſcrimenque foras dans vtriuſque Fori;
Ecce Fora, arte noua, pugnantia, fœdere iungis.
Iurgia vtrumque Forum depoſuiſſe, iuuat.
Hæc vtriuſque Fori ſententia prima. VALERVS
Et PRIOR, & PRIMVS, ius dat vtrique Foro.

P. DOMNI SEBASTIANI OLLER CARTVSIANI ad librum Hexaſtichon.

PATRONOS inter quondam, Pater optime princeps,
Externi noras Iura, vicèsque Fori.
Sed poſtquàm ſacros placuit habitare receſſus;
Iura Fori interni pendere cura fuit:
Interni, externìque igitur diſcrimina profer:
Crimina diſcrimen ne ferat vlla tuum.

P. DOMNI BARTHOLOMAEI VALPERGA Cartuſiani, I. V. Doctoris, ad auctorem Epigramma.

SI iuſtè Macedo celebratur Magnus in Orbe,
Quòd nodos Aſiæ numinis enſe ſcidit:
Nunc potiora tibi debentur præmia, vaſti
Qui nexus Orbis diuidis enſe libri.
Quos ſtringant, leges; quos ſoluant, tradis apertè:
Diſiungens terræ, iuraque ſumma Poli.
Antiquos vincis mirandas ordine cauſas;
Conſona dum reddis, diſſona facta ſibi.
Arte noua, legum reſonat diſcordia concors.
Explicat en calamus, quod plicat ipſe dolus.
Nec pugnare duos contra valet Herculis haſta.
Doctrinæ Zona cingis vtrumque Forum.

P. ANDREAE MORAGHES, SOCIETA-tis IESV Doctoris Theologi ad librum Epigramma.

SAT ſcio, Præcones ambis, Liber optime, nullos.
Vino vendibili non opus eſt edera.
En opus optatum. Properent nunc ilicet omnes,
Dum rara hæc cupidis Bibliotheca patet.
Rara. Quis hoc etenim rarum attigit argumentum?
Attigit? Immò, nihil tangere dat reliquis.
Euge Liber. Iam omnis Iudex tua limina adibit:
Punctum quò omne tibi Iure in vtroque feras.
Omne tullit ſiquidem punctum, qui miſcuit illa,
Quæ diſtincta ſimul das Fora, digna Cedro.

MICHAEL

MICHAEL IVLIAN, RECTOR SOCIETATIS IESV Collegii Maioricenſis,

Domno Iohanni Valero ſacræ Cartuſianorum domus IESV Nazareni Palmæ Balearium Priori digniſsimo S.

VBI INTELLEXI TIBI LIBRVM ESSE IN TYPO, fui præter ſolitum lętitia affectus. Ac mecum ipſe perpendens dixi, Spōſione quemcumque laceſſam, nec credo perdam, quando aſſero tale opus, non vulgare, ſed extraordinarium; non quomodocumque perfectum, ſed numeris omnibus abſolutum; non vni vel alteri gratum, ſed omnibus viris doctis quàm gratiſsimum, plurimi æſtimandum, continua lectione conterendum. Qui poteram non lętari, cùm viderem inſtaurari memoriam conſortii noſtri in ſtudiis Rhetoricæ, aureo illo tempore quo in flore noſtræ ætatis vnà eramus, & familiariſsimi, & vnà Rhetoricos flores in hortis Laurentii Palmyreni Doctoris noſtri, qui ſumma cum laude, & acceptione, florenti in academia Valentina docebat; carpebamus? Numquam, vel raro intermittitur in ſtudiis contracta neceſsitudo; nec frigeſcit amor qui aſsidua coniunctione, & vſus familiaris ſcholarum aura ſemel exarſit. Iactis firmis Rhetoricæ fundamentis, curriculum Philoſophię; (ni me fallit memoria) egregium illum Philoſophum Michaëlem Monllor ſubſequens, procurſare cæpiſti, & ad metas vſque perueniens, vnus ex paucis fuiſti, qui brauium fuerunt conſequuti. Ac ne tibi faſtigium, & illud perfectiſsimum deeſſet, non minori præceptoris; quàm diſcipuli fecilitate, magnum illum Didacum Couarruuias in eadem academia Metaphyſicorū magiſtrum ſortitus es. Quem, inſignem meritis, Maieſtas ſapientis, & catholici Regis Philippi ſecundi, in ſublimem Procancellarii dignitatem, venientibus annis euexit. Ad hunc (meminiſſe te arbitror) adibam ipſe, Philoſophiæ, Metaphyſicorumque cauſa. Adibant etiam lectiſsimi, & ornatiſsimi iuuenes, Valentinæ nobilitatis, & ingeniorum floſculi; è quibus primùm in generalem fidei cenſorem totius Luſitaniæ, deinde in Barcinonis ſacrorum Antiſtitem; poſtremò in Murcianæ ſedis Epiſcopum, Illuſtriſsimus D. Alphonſus Coloma, mihi ſumma familiariatate coniunctiſsimus, ſui temporis Theologorū; & ſacrorum Euangelii præconum facilè princeps, meritiſsimò delibatus eſt. Cuius nunc germanus frater Illuſtriſsimus Carolus Coloma, inuicta bellicæ laudis virtute certè Magnus, eximia in Deiparam Virginem ſine originali peccato conceptam pietate; maximis Aragonum Regibus germaniſsimus, Palmæ Balearium Regnum pro Philippo Hiſpaniarum Rege potentiſsimo, tanta omnium approbatione, tantis plauſibus adminiſtrat. Talibus igitur, ac tantis præceptoribus, iure dici poterit, & erit vera, non ficta laus. *Sufficit diſcipulo, ſi ſit ſicut magiſter eius.* Vti reapſe fuiſti. Similiter ſubiit in mentē tempus cùm vnà Salmanticam venimus, vbi quinque annis integris, ab inſignibus illis doctoribus in vtroque iure inſtructus, ſacramque Theologiam partim edoctus, Baccallaurei gradu in teſtimonium fidele, atque debitum præmium ſummi profectus in ſtudiis donatus es. Hæc ſunt argumenta meæ lætitiæ, & occaſio meorum prognoſticorum quæ vera docuit experientia; non temeraria, plenaque vanitatis, qualia ſolent eorum eſſe Aſtronomorum qui lineas, terminoſque ſuos prætergrediuntur.

Venio nunc ad diuinationes meas, earumque nōn leuia fundamenta. Peracto feliciſsimè ſtudiorum omnium curſu, vbi primùm tamquam è carceribus exieras, ibi primus palmam accepiſti, cùm in academia Valentina, nemine diſcrepāte doctor renunciatus es. Non potuit lucerna ſub modio latere. Affulſit primò illius fulgor ex ipſa academia Salmanticæ,

vſque

vſque Valentiam, qua in ciuitate,fidei præfectus erat D.Iohannes de Rojas, vir certè literatiſsimus,ac I. V. ſcientiſsimus; vt teſtantur opera quæ in lucem edidit. Is (vti ab aliis accepi) vt Valentiam redires,vbi primis tuorum ſtudiorum annis fueras ipſi ingenii acumine, & perſpicuitate notiſsimus; te literis quàm amantiſsimè ſcriptis hortatus eſt quò illi eſſes auxilio, in ordinem redigendo librum inſcriptum de Differentiis inter cauſas ciuiles, & criminales; quem prælo mandare conſtituerat. Quo in opere ſolus per annos aliquot elaboraſti, proceſſeraſque longiſsimè. At vltima manus ei non eſt impoſita, quòd memoratus D.Iohannes de Rojas deſignatus fuerit Epiſcopus Surgēti in Sicilia; qui dum Panormi Pontificia diplomata expectaret,vitam priùs Deo reddidit,quàm ſibi diplomata allata ſint.

Deinde vſque in ciuitatem Segobrigæ,tuæ patriæ feliciſsimæ,lux iſta diffuſa eſt,vbi DD. Martinus à Saluatierra illius gregis Paſtor vigilantiſsimus; tibi,cui debitum erat, honorificum munus Vicarii Generalis obtulit; quod iuſtis de cauſis recuſaſti. Verùm actus impulſu, ſtudioque impenſiùs Deo, ac illius Eccleſiæ inſeruiendi, patriæ commodiùs,meliùſque fauendi, Canonicatum qui tum vacabat, petiiſti, in quo tibi primo primas concedere, & Iudices, & competitores coacti ſunt. Et cùm difficultates operis non exigui circa Ius Patronatus, & præſentationis, ſubortæ fuiſſent; cauſam tuam ſtrenuè perſequutus fuiſti,& coram Metropolitano, & coram Regali ſenatu,& coram Nuncio Apoſtolico Madriti: & tandem Romæ, quò miſſus fuiſti procurator ad viſitanda limina Apoſtolorum pro D. D. Martino à Saluatierra Ibique negotiis tuis egregiè pertractatis, dubia multa in quibus grauitatis multum inerat, & ponderis, pro Epiſcopo diſſeruiſti, audientibus Illuſtriſsimis Concilii Tridentini Cardinalibus; victorque de more euaſiſti.Canonicatu verò , quem iure optimo, meritòque obtinueras, re in concordiam adducta, impoſita competitori penſione, te abdicaſti.

Statim vt Valentiam rediiſti, validis tui ingenii viribus opimam Paræciam Epiſcopatus Segobrigenſis adquiſiſti,cùm eſſet tuus competitor Caſtañeda Doctor Theologus,vir tanti habitus, vt poſteà in academia Valētina primariæ Theologiæ cathedræ doctor eſſe promeruerit.

Ad hæc, Illuſtris admodùm,ac Reuerendiſsimus Dominus D.Iohannes Baptiſta Perez, eximiæ ſanctitudinis Antiſtes, qui Epiſcopali Sedi Segobrigenſi ſucceſſerat;& te Canonicatu donauit, & Vicarium Generalem ſibi eligit,ac nominauit.

Denique Mundo cum ſuis omnibus ambitionibus nuncio remiſſo, confugiſti tamquam ad ſecurum portum, ad ſilentium mirabile, perpetuum clauſtrum , extremè rigidam abſtinentiam ſacræ Cartuſianorum Familiæ. Cuius religioſam vitam, vixdum poſito in domo Scalę Dei tyrocinio, ſolenniter profeſſus fueras,cùm ſex dumtaxat menſium exacto decurſu poſt emiſſam profeſsionem ſingulorum Monachorum vnanimi aſſenſu fuiſti eiuſdem inſtitutus procurator,illicò Barcinonem mittendus.Et quidem conſultò,vt probauit euentus. Namque ibi magni momenti cauſas breui obtinuiſti. Deinde priuſquam duo anni profeſsionem tuam ſubſequerentur, fuiſti ab iiſdem Conuentualibus in Priorem poſtulatus. maturiùs ſanè, quàm veſtra ſtatuta permittant; cùm qui in Ordine poſt profeſsionem non ſteterit ſaltem tribus annis integris , in ſuperiorem nequeat aſſumi. Ac ideò diſpenſatione vniuerſæ Cartuſiæ Moderatoris opus tibi fuit ad illam prouinciam.

Igitur opus tanti auctoris qui talia ſuis in ſtudiis iecit fundamenta , qui tam laudabiliter honeſtiſsimos gradus conſequutus eſt, qui conſuetudinem , ſocietatemque iniit cum viris tam excultis doctrina,ac omni liberali facultate politiſsimis , & tanti ab iiſdem æſtimatus; honorificèque tractatus eſt; qui in grauiſsimis cauſis agendis, tum Valentinæ,tum Romæ, & Madriti coram vtroque tribunali, ita viribus ingenii valuit,vt in omnibus victor ſemper extiterit; numquam victus: manifeſto liquet ominandum mihi tale opus non minus auctoritatis,æſtimationiſque habiturum,quam ipſius auctorem habere compertum eſt: indeque fieri vt continuò in manibus eſſet eruditorum omnium,Theologorum,tum Scholaſticorũ, tum Moralium, Iureperitorum, Canoniſtarum,Confeſſariorum,Curionumque animarum, ſumma vtilitate vniuerſæ Chriſtianorum Reipublicæ, honoreque non exiguo ſacræ Re-

ligionis

ligionis Cartuſianæ; quæ cùm rectè calleret, iureque æſtimaret quæ ſunt in te dotes à natura præclaras, nec breui voluit abſconditas, ſed te cum illis, vel ante præſcriptum in ſtatutis tempus ad domorum ſuarum gubernationes pertractandas deſignauit; primò Tarracone domus Scalæ Dei; ſecundo Valentinæ domus Vallis Chriſti; tertiò Olyſipone domus Vallis Miſericordiæ; quartò nunc domus Ieſu Nazareni Palmæ Balearium. Et quod caput eſt, adeò feliciter, & tanta ſubditorum omnium approbatione cuncta adminiſtras, vt præſtantiores domus te certatim ſuum moderatorem velint, idque procurent.

Pro certo habeo, tibi moleſtiſsimum eſſe haſce meas literas legere. Quippe laudes propriæ ſiue lectæ, ſiue auditæ, magnæ tibi moleſtiæ eſſe ſolent; cùm præſertim eò valedixeris Mundo, cum omnibus quæ illius ſunt, inque ſepulchrum Cartuſiæ te viuum intuleris quò meliùs in perpetua obliuione ſepultus iaceres. Læta fronte, atque vultu feras iſtud, oro. Mouent enim me ad id ſcribendum Dei gloria, maiorque lectoris vtilitas, qui plurimi ducens opus, auctore cognito, maius ex illo capiet emolumentum. Quo vno acquiretur finis tam diuturni laboris, quantum eſt ſpatium quadraginta annorum, plus, minuſuè in hoc opere conſumptum. Quod, vt opto, ſpero; & vnà zelum tam pium quo laboraſti, remunerabit munificentiſsimus Dominus præmiis myriadum ſeculorum. Vale, Religionis flos, ornamentum patriæ, & I. V. propugnaculum. Ex collegio Societatis Ieſu Montis ſion, Palmæ Balearium. 3. Idus Maii. Anno 1616.

Michael Iulian.

AVCTOR
LECTORI HVMANISSIMO.

LEGISTI, vel potius vidiſti, (lector humaniſsime) vitæ, & ſtudiorum noſtrorum initium, curſum, metam, fructum, quæque Deus incrementa dedit, religioſiſsimi, & ſapientiſsimi Patris grauiſsimo literarum teſtimonio commendata. Data eſt, opinor, tam illuſtris commendatio veteri amicitiæ, conſuetudini, Regni, ac eiuſdem propemodum patriæ coniunctioni. Veritati? Tu prudens videris. Non temerè loquar, ſed vt affectus ſum. Natura ita me verecundum finxit, mea vt laus, non audita ſolum, ſed etiam apprehenſa cogitatione, ruborem, ac prope ſanguinem eliciat. Quid igitur? Peruulgo epiſtolam? In affectatæ gloriæ ſuſpicionem venio. Non exit? Contemptæ auctoritatis grauiſsimi, & amantiſsimi viri, vtroque iure ſententiam pronuntiãte, damnor. Sic in anguſtum adducta meæ deliberationis ratione, prorſus animi pendeo. Sed iam haberi malo (ſine culpa) gloriolæ appetentior, quàm iure ingratus, parum ciuilis, & vtilitatis tuæ inuidus, quam à Dei gloria primùm quæro. Hoc itaque vnum intelligas volo, contiñẽ-

tem

tem quadraginta ferè annorum laborem mihi fore ſuauiſsimum, ſi quo datur animo, eodem acceperis. Accipe igitur exploratam, breuem, ac perſpicuam omnigenæ difficultatis explanationem. Habet ſuas iudiciale Forum leges: habet & Diuinum ſuas: ſuos vtrumque ſe intra fines continet. Diuinum ſtrictè prohibet, ſeuerius plectit; dum iudiciale, ſeu externum, aut diſsimulat, aut permitit. Sæpius etiam per Diuinum licet, quod per iudiciale cauetur. Hic cauſæ omnes ſuo ſe coram iudice, ad tribunal ſiſtunt; proprio ſe iure tuentur; ſuam vterque ſententiam profert. Quid tandem ſine erroris, aut iniuſtitiæ periculo ſentiendũ, faciendũue ſit, præſcribunt Sacra Theologiæ iura, cui tanquã diuinorum oraculorum interpreti ſemper obſequendum, numquam obſiſtendum; clamet, reclamet ſeculare Forum. Quanto tibi labor hic noſter bono futurus ſit, experimento ſcies; & vnà ſapiens Theologus, ſcholaſticus, & moralis, prudens Confeſſarius, æquus Iudex, bonus aduocatus; vno verbo, quidquid voles ſine magno labore fies. Et tandem fiet vt tuorum commodorum cauſa ceteræ lucubrationes, quæ iam in manibus ſunt, foras dentur. Vale.

APPROBATIO.

EX COMMISSIONE ADMODVM ILLVSTRIS, ET REuerendiſsimi Domini Don Fratris Simonis Bauça Epiſcopi Maioricenſis, vidi ac diligenter inſpexi Differentias inter vtrumque Forum, Diuinũ, & humanum, per P. domnum Iohannem Valero, Priorem Cartuſiæ Maioricenſis, Iuris Canonici Doctorem præſtantiſsimum, conſcriptas, & collectas; in quibus multa, & varia vtriuſque iuris arcana, necnon grauiſsimorum Doctorum Eccleſiaſticam doctrinam amplectentium opiniones recenſet; ac quid in ipſis ſit tenendum, ſummo greſſu proſequitur, & legentibus manifeſtat. Quapropter cùm nihil in eis erroneum, temerarium, aut fidei Catholicæ, & bonis moribus aduerſarium reperiatur; quin immò opus ſit ſummo ingenio, & induſtria elaboratum, & Reipublicæ Chriſtianæ vtiliſsimum, ac neceſſarium, typis mandari optimo iure poterunt. Dat. Maioricis. die 14. Ianuarii. 1614.

Doctor Paulus Duran, Officialis, &
Vicarius Generalis.

LICEN-

LICENTIA.

NOS Don Frater Simon Bauça Dei, & Apoſtolicę Sedis gratia Epiſcopus Maioricenſis, & Regius Conſiliarius, attenta ſupradicti Doctoris Pauli Duran noſtri Officialis, & Vicarii Generalis relatione, admodùm Reuerēdo Patri dōno Iohanni Valero Priori Cartuſiæ Maioricenſis licentiam imprimendi concedimus Differentias inter vtrumque Forum, Diuinum, & humanum, in præſenti ciuitate, & diœceſi noſtra Maioricenſi. In quorum teſtimonium præſentes fieri iuſsimus manu noſtra conſcriptas. Datum in noſtro Palatio Epiſcopali Maioricæ. Die 15. Ianuarii. 1615.

Fr. Simon Epiſcop.

PRIVILEGIVM.

DON CARLOS COLOMA, CAVALLER del Orde, y Milicia de Santiago de la Spaſa, Conſeller, Lloctinēt, y Capita General per ſa Mageſtad en lo preſent Regne de Mallorca, è Iſlas adiacens.

PER quant lo Pare Don Iuan Valero Prior del Moneſtir de Ieſus de Nazareth del Orde de Cartoxa del preſent Regne de Mallorca Doctor en Canones, ha compoſt vn llibre intitulat, Differentiæ inter vtrumque Forum Iudiciale ſcilicet, & Conſcientiæ; y per ſa part nos es eſtat humilment ſupplicat fos de merce noſtra concedirli llicencia, y facultat pera imprimir, o fer imprimir aquell ab prohibicio. E com ſiam eſtats informats hauer de eſſer molt vtiloſa la impreſsio del dit llibre, hauem tingut a be concedir dita llicēcia com ab tenor de la preſent de noſtra certa ſciencia deliberadament, y conſulta, donam llicēcia permis, y facultat a dit Pare Don Iuan Valero Prior, que llibera, y llicitament puga fer imprimir dit llibre Intitulat, Differentiæ inter vtrumque Forum, Iudiciale ſcilicet, & Conſcientiæ. Manant a tots, y qualſeuol

Eſtampers,

Digitized by Google

Eſtampers,y altras qualſeuols perſonas de qualſeuol grau ſtamẽt, o condicio ſien;que durant lo temps de deu anys no imprimeſcan, ni imprimir pugan lo dit llibre;ni venan,ni vendre pugan aquell en altra qualſeuol part imprimit ſens llicencia, y permis de dit Pare Don Prior, ſots pena al qui contra fara de perdre los dits llibres imprimits,y los mollos, y aparells de la impreſsio, y de ſinccentes lliures moneda corrent en lo preſent Regne irremiſsiblement exhigidores. De la qual pena volem ſia aplicada la tercera part al acuſador, y les dos reſtants parts als Cofres Reals de ſa Mageſtad, ſots la qual pena diem, y manam a tots, y qualſeuols officials, y ſubdits de ſa Mageſtad dins lo preſent Regne, que la preſent noſtra llicencia,y prohibicio tenguẽ, guarden, y obſeruen;tenir, guardar, y obſeruar faſſen, y contra e'la no vingan en manera alguna ſi la gracia de ſa Mageſtad tenen chara, y en la dita pena deſitjen no incorrer. Dat en Mallorca a 5. de Maig. M.DC.XVI.

Don Carlos Coloma.

Vt. Don Ioſ. de Mur Regens.

Forcimaña, Secretarius
Regiæ Audientiæ.

ERRATA SIC CORRIGE.

Primus numerus folium, ſecundus columnam, tertius lineam indicat.

FOL.4.col.1.lin.40.Diff.10. 7.1.49 Epiſcopi loci. 8.2.36.verb.Opinio.Diſ.2. 17.3.38 Abſolutio ab excommunicatione in Foro. 21 3 25 Diff 7. 37.2.23.Diff 11. 64.3.4.Panor.in cap.fin 65.2.3.creditori. 69 2.28.ad eum. 76.3.15 Tamo non obſtat. 108.2.45.Diff.8. 112.3.11 dicta verb.Appellatio.Diff.5. 119.3.18.pedagium. 128.4.34.Diff.10.nu.5.vbi habes. 141.2.14.Obſerua.5. 149 3.14.Alleg.86 nu.4. 150.1.2.deneget iniuſtè. 162.4.21.Diff 9. 164.2.18.mereri. 176.1.17.Qui dicetur 180.1.14.Diff.3.&.12. 182.1.34.locatus. 210.2.39.abſolutum. 212.3.1.Eccleſię & diuum Euangeliſtam. 215.2.43.non poſſunt. 219 1.6. Otti Prato. 223.4.34.Obſerua tamẽ poſſe infirmũ. 230.2.37.verbo Poſſeſsio. 233.2.9. verb.Iudicium.Diſ.5. 236.1 6.tollit. 239 1.33.Difficult.8. Ibid.2.4.Detractor quibus in caſibus peccet. Ibid.2.22 lęſeris niſi ea dixeris.240 3.8.Lancelo. 245 2.35.dicemus verb.Reſtitutio. 262.1.45.Diff.7. 286.3.11.non prodeſt in Foro contentioſo. 287.1.17.tenemur in conſcientia. Ibid.35.veriorem, & probatur per hoc verbo Accuſ tio.Diſ.2.licet contraria. 300. 3. in fin.intra ſecundum gradum. 305.3.31.verſ.Quinto. 349.2.39.& conſequenter,vt ait. 354.3.28.& facit p ſciens. In Indice fol.5 col.2. verſ 25. agente fiſco. 5.26.debes retum. In princip.fol.3.p.2.ad fi.Omne tulit. fol.4.p.1.lin.17.diſcipuli felicitate. & p.2.30.elegit.Ibid.45.Valetię.

Index huius libri à Gabriele Guaſp, Palmę Balearium, typis mandatum eſt.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM PRAELVDIORVM.

1 FORVS eſt duplex, vnus exterior, & iudicialis: alter interior, & conſcientiæ.

2 Forus interior, & conſcientiæ, eſt duplex; alter ſpectans ad Sacramentum pœnitentiæ: alter, ad ſedãdam animam ab ſcrupulis, & eius obligationibus, extra Sacramentum.

3 Aliquando quis eſt ligatus quoàd Deum, & ſolutus quoàd Eccleſiam: & è conuerſo.

4 Forus contentioſus ſolùm attendit conſeruationẽ patrimonii: forus verò conſcientiæ, & interior, ſolùm, & principaliter intendit ſeruare animam à peccato, & nu. 5.

6 Ius Canonicum principaliter intendit vitare peccatum. Et ideò, quod approbat, eſt ſeruandum, etiam in foro animæ.

7 Quod intellige.

8 Plures ſunt leges iuſtæ, quæ tamen non obligant in conſcientia.

9 Forus interior, & conſcientiæ, idem eſt quod iudicium Dei.

10 Multa ſunt, quæ licitè fiunt, id eſt, quæ non puniuntur in foro iudiciali; quæ tamen in foro pœnitentiali reprobantur, & puniuntur.

11 In iis quæ concernunt peccatum, attendi debet Ius Canonicum, & non Ciuile, aut Iudiciale.

12 Conſcientia non ligat, quem natura non obligat.

13 Non obligatus naturaliter; licèt ciuiliter ſit obligatus; nõ tenetur ad illud in cõſciẽtia.

14 Conſulens, ſemper attendere debet forum animæ.

15 Vbi Ius Ciuile deficit ad compellendum obligatum naturaliter; recurrendum eſt ad denunciationem Euangelicam. Vbi plura de ea habes, num. 16. 17. & 18.

19 Reſtitutio in foro conſcientiæ, nõ obligat, niſi vbi per leges datur obligatio reſtituendi, ſi veritas pateret.

20 Forus, in genere maſculino, eſt forus propriè, de quo loquimur in hoc libro. In genere verò neutro, nempe forum, eſt locus publicus, vbi merces veneunt. Sed Doctores, promiſcuè, & vtroque modo (& hìc etiã) vtuntur.

21 Ius Poli, idẽ eſt quod forus conſcientiæ, & Ius Fori, idẽ quod Ius Tribunalis Iudicum, ſeu Contentioſum.

22 Iudicium humanum debet imitari Diuinum in manifeſtis Dei iudiciis, quibus homines ſpiritualiter damnat proprio peccato.

23 Obligatio, alia eſt Ciuilis tãtùm, alia Ciuilis, & Naturalis ſimul: alia Naturalis tãtùm, quæ etiam eſt multiplex. Quarum omnium natura & efficacia hìc latè declaratur: nempe, quam vim habeãt tam in foro Iudiciali, quàm Conſcientiæ, cum appoſitis ad eas exemplis, num. 24. 25. & 26.

27 Ius Naturale, & Diuinũ neceſſariò ſunt ſeruanda in foro conſcientiæ.

28 Forus exterior eſt duplex. Alius Iudicialis, ſpectãs ad Iudices: alter eſt vſus, & practica inter homines; quæ non eſt ſecundum Deum.

PRAELVDIA.

AD intellectum dicẽdorum, pręmittenda ſunt nonnulla ſcitu digna.

1 In primis obſerua, quòd forus eſt duplex; vnus dicitur Iudicialis, ſeu Contẽtioſus; & forus exterior, ſeu hominũ; quia ſpectat ad Iudices cauſarũ, iuriſdictionem ciuilem, & criminalẽ habentes: vel alteram tantũ: quique tenẽtur decernere cauſas ſecundũ leges, & iura Iuris Cæſarei, ſeu Municipalis. Itaq; in hoc foro cõſideramus rem ſecundùm id, quod leges diſponunt.

 Alter

Digitized by Google

Alter verò Forus dicitur interior,& Forus Dei, & conſcientiæ: quia ſpectat ad Confeſſarios,& ad quemlibet etiam Chriſtianum;quatenus agitur de eius conſcientia: nulla habita ratione rigoris iuſtitiæ,ſeu legum; ſed tantùm æquitatis: conſiderando rem ſecundùm Deum, & ſecundùm quod vir bonus, & æquus iudicaret. Nam, vt inquit Bal.in c. Cum cauſam. num.6.de Teſti.quem refert,& ſequitur Pet.Barboſ. 4.par.rub.ff.ſolut.matrim.num. 26. Forus conſcientiæ, ſiue interior, nihil aliud eſt, quàm vir bonus, æquum iubens,& conſtituens. Eſt etiam Conſcientia,dictamen rationis,ſecundùm D.Thom.1.2. queſt. 79. artic.3.ad 1.& Sanchez de Matrimo.lib.3. diſput. 8. num.4.

2 Secũdò obſerua,quòd perForũ interiorẽ, vel conſcientiæ, aliquando intelligitur forus animæ in iudicio pœnitentiali ſacramenti Confeſsionis.Aliquando etiam extra Confeſsionem; ad diſtinctionem Fori contentioſi. Quod eſt ſummè notandũ ad intelligendas multas differentias infra notatas. Et probatur in c.6.Seſsion.24. Concil.Trident. de Reformat. vbi datur poteſtas Epiſcopis diſpẽſandi ſuper Irregularitatibus,& Suſpẽſionibus ex delicto occulto prouenientibus; & abſoluendi à quibuſcumque caſibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis in foro conſcientiæ, per ſe, vel ſuos Vicarios,ad id ſpecialiter deputatos.Vbi per Forum conſcientię non intelligitur tantummodo forus Sacramẽti pœnitentiæ; ſed etiam extra ipſum Sacramẽtum. Quippe qui Epiſcopi poſſunt diſpenſare ſuper prędictis Irregularitatib. & Suſpẽſionibus:& etiã committere abſolutionem à caſibus reſeruatis extra forũ pęnitentialem: vt palam eſt,& quotidie ita obſeruatur. Et tradit Henriq. in Sũma titul. de Irreg.c.13. §.2. in gl.O. & Couar.c.Alma 1.p.§.11.n.6.& Rodri.in quæſt. Regu. tom. 1.q.61. art. 10. Quod reminiſcere: quia nonnulli ſatis eruditi in hoc lapſi ſunt.

3 Tertiò obſerua,quòd aliquãdo quis eſt ligatus quoad Deũ:& eſt ſolutus quoad Eccleſiam. Et è conuerſo, aliquando quis eſt ſolutus quoad Deum: & eſt ligatus quoad Eccleſiã. Vt patet ver. Excom. Diff. 9. vbi iniuſtè excommunicatus, non eſt quoad Deum, ſed tantùm quoad Eccleſiam excommunicatus. Et Dif.13.eod.ver.vbi excommunicatus occultus, tantummodo indiget abſolutione, quoad Deum in foro pœnitentiali;& non ab Eccleſia, ſeu Iudice excommunicante.

4 Quartò obſerua quòd lex ciuilis,ſeu forus contentioſus ſolùm intendit conſeruationẽ patrimonii:& nõ curat de ſalute animæ: vt docet Inno.in c. Sicut dignum, nu.5.de homi. Et ideo non mirum ſi in multis differentiis(de quibus infrà latè agetur) differat Forus contentioſus, à Foro animæ, & interiori: cùm contentioſus, vt prædiximus,nõ curet,niſi de reſeruando patrimonio:Forus verò animæ ſolũ & principaliter

5 intendat ſeruare animam à peccato. Et etiam curat de reſtitutione alieni patrimonii; ſi caſus talis ſit, quòd ad liberandum animam a peccato, ſit ei neceſſarium reſtituere aliquid: cũ dimitti nequeat peccatum, niſi reſtituatur ablatum.c.Si res aliena. 15. q. 6. Et quod dixi de lege ciuili:intellige etiã de Principibus Gentilium. Nam de Chriſtianis,aliud docet Couar. in c. Quamuis pactũ 2. par.in prin.§.1.in fi.& prob.in Auth.Decernimus, C. de Arbi.cuius meminimus Diff. 20. ſub ver. Contractus num.20.

6 Quintò obſerua, quòd è contrario Ius Canonicum principaliter intendit vitare peccatũ,c.Si verò,de Iure iur. c. 1. de Pact. Et ideò quod Ius Canonicum approbat, debet etiã ſeruari in foro conſcientiæ: quia vix differunt,aut diſtinguntur Forus Canonicus, & Forus Pœnitentialis, & animæ: quia vterque agit,& intendit in primis ſaluare animam, & eam a peccato immunem ſeruare: vt dicemus v. Lex,Differentia 11. Quod confirmatur per tradita per Abb. in c.Quia pleriq;, num.17.de Immun.Eccleſ. vbi dicit quòd Ius Canonicum, etiam quatenus diſponit in foro contentioſo, numquam diſponit cũ peccato.Cuius dicti meminimus,v.Ignorantia,Diff.2.

7 Quod verum intellige,cùm Ius Canonicum nititur certo & vero; & ſic ſuper eo diſponit. Secùs ſi ex pręſumptione: vt ibidem habes. Hinc eſt, quod Forus Contentioſus Canonicus, non ſemper eſt directiuus

rectiuus ad ſalutem animæ: nec omnia licita ſecūdū eū; ſunt licita in Foro animę. Vt aduertit Cępol. Cautel. 19. fol. 92. & Feli. in c. Nouit. n. 6. verſ. Tu verò, de Iudi. poſt Anton. in cap. Inquiſitionis. per Tex. ibi de Senten. excom. & probatur per gl. fin. cap. Conſuluit de Vſur. & per not. v. hæreditas Diff. 12. nu. 6. & v. Lex. Diff. 8. n. 7. Faciūt notata in ſequēti obſeruatione.

Sextò obſerua, quòd plures leges licèt ſint iuſtę: non tamen obligant in conſciē-tia; vel quia ſunt pœnales, vel permiſsiuæ; vel fundatę in pręſumptione, vel de ſubtilitate Iuris loquentes: vt in pluribus Differentiis videbis. Vt v. Matrimonium. Diff. 1. & 2. & v. Peccatum Diff. 26. & v. Adulterium, Diff. 1. & ver. Reſtitutio, Diff. 23.

8 Quòd autem poſsint ſtatui, condi, atquè fieri leges permiſsiuæ peccatorum, & aliæ ſupra relatæ; & ſint nihilo minus iuſtæ: docet. D. Thom. 2. 2. q. 78. Art. 1. ad 3. Iuncto ibi Caiet. in Reſponſione ad Secundum, & Fr. Rodrig. v. Reſtitucion. c. 47. nu. 4. Hinc dicit Caie. 2. 2. quęſt. 185. art. 7. quòd multa per patientiam & prudentiam tolerantur; quę ſi deducerentur in iudiciū; arguerētur. Facit quod tradit Bal. Cōſ. 495. in fi. lib. 5. Vbi dicit, aliquod Ius poteſt eſſe nō æquū: & tamen eſt bonum ſecūdùm ſitum generatiuæ, & appathiuæ regionis.

9 Septimò obſerua, quòd Forus conſcientiæ & iudicium conſcientiæ ſiue interius; idem eſt quod Iudicium Diuinū. Teſte. D. Tho. 1. 2. q. 96. Art. 4. in primo argum.

10 Octauò obſerua, quòd multa ſunt, quæ in Foro pœnitentiali, & quoad Deum illicitè fiunt, etiam mortali crimine cōmiſſō: & ſic pœnam in eo Foro merentur. Quæ tamē in Foro Ciuili, & Iudiciali nulla pœna afficiuntur; immò approbantur ab hominibus. Vt patet in multis Differētiis hic annotatis: & tradit Coua. in c. Cū in officiis, nu. 9. in fi. de teſtam. Nec mirum; quia iudicium Mundi, eſt ſępè valde diſtās, ac differens, à Iudicio Dei. Vt notatur v. Adulterium. Diff. 2. ſub nu. 2.

11 Nonò obſerua, quòd in iis, quæ concernunt peccatum, attendi debet Ius Canonicum; & non Ciuile in vtroque foro. Iuxta not. per DD. in c. fin. de Præſcriptio. & in c. Cum haberet, de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adult. & docet in ſpecie Caualca. 1. par. Deciſ. 27. num. 27.

12 Decimò obſerua, conſcientiam non ligare, quem natura nō obligat. Hanc regulam tradit. Bal. in l. 1. in fin. C. de Vectigal. & Felin in c. Audiuimus num. 1. de Simo. & in c. 1. nu. 43. de Conſtit.

13 Hinc collige, vbi quis naturaliter non eſt obligatus; licèt ciuiliter ſit obligatus: non teneri ad illud in conſcientia. Vt patet in hærede non conficiente inuentarium, nec habente bona defuncti. Is etenim quamuis teneatur ciuiliter ad omnia debita defuncti: non tamen eſt ad id naturaliter obligatus. Et ſic non tenetur in conſcientia ea ſoluere; vt dicemus, v. Hęreditas Differentia 2. & probatur in aliis multis Differentiis.

14 Vndecimò obſerua, quòd cōſulens ſemper debet attendere Forum animę, & internum: non tamen externum & iudiciale: vt ſentit Naua. cap. 27. num. 193. Vnde cùm Doctores dicunt, opinionem aliquam tenendam eſſe tam in iudicando; quàm in conſulendo: volunt dicere eſſe ſeruandam in vtroque foro.

15 Duodecimò obſerua, vbicumque quis eſt ligatus, & tenetur aliquid reſtituere, vel facere in foro conſcientię; ſi id non faciat, vel reſtituat: licèt ad id non teneatur in foro iudiciali, nec compelli in eo poſsit: remedium eſſe, adire Eccleſiam per denunciationem Euangelicam, ſeu iudicialem. Vt deducitur ex Abba. in c. Quia plerique, num. 17. Ante ſecundum caſum, de Immuni. Eccleſ. Ad Iudicē quippe Eccleſiaſticum ſpectat impedre peccatū, vel ab eo liberare, c. Nouit. de Iudi. Abba. in c. 1 num 2. de pact.

Addo etiam prædictam denunciationem præſupponere peccatum. ſecundùm Feli. in c. fin. nu. 3. verſ. Pro qua conſideratione. de Præſcriptio. & Abb. conſ. 60. nu. 4. vol. 2.

16 Et ad iſtam denunciationem tradit regulam notabilem Pet. de Anchar. conſ. 5. incip. Pro parte. Vbi dicit; quòd vbi quis poteſt conueniri in foro Eccleſiaſtico per dictam viam denunciationis: multò magis poterit excludi exceptione malę fidei in foro ciuili. Quia exceptiones deſcendentes ex æquitate Canonica, debet ſecularis

Iudex admittere.c.Licet de Iureiu.li.6.c.2. de Exceptio.eod.li. Quod cõmendat Feli. d.c.fin.num.3.in fin.de Præſcrip.

Hinc dicit Abb.d.c.1.de pact.nu.4.quòd de Iure Ciuili, licet quis non poſsit agere ex nudo pacto: poteſt tamen excipere.

17 Decimotertiò obſerua,quòd poteſt quis denũciari in foro Eccleſiaſtico quotieſcũque manet obligatus naturaliter. Vt poſt plures docet Feli.in Proœmio Greg.n.26. vel poteſt contra eum implorari officium Iudicis. Vt colligitur ex not.per Abb.in c. 1.nu.8.ad fi.de Cler. egro. iuncta gl.quam allegat in c.ſicut ver. Eſurientium 47.d. & ex gl.v.Neceſſe in c.Domino,50.diſt.& in c.Exigũt,1.q.7.in gl.1.Quod intellige verum in obligatione naturali, quæ legis naturæ vinculis innititur; quævè parit actionem & exceptionem per idem ius Canonicum: vel quæ habet per ius ciuile retentionem & exceptionem.Secùs de illa,quæ inſurgit ex honeſtate & debito morali; quævè impedit tantùm repetitionẽ. Exẽpla habes infra; Obſeruat. 22. 23.& 24. Adde dicta v. Oligatio. Diff. 1. & notata per Fortun. Garciam in l.1.§. Ius naturale. Illatione 10.ff.de Iuſti.& iur.& Bal.in l.1. num.55.c.De Sacroſan. Eccleſ. & Couar. in c.Cum eſſes,nu.9. verſ.Tertium quoàd primum. de Teſtam.

Hinc collige,quòd aliquando ceſſat denunciatio Euangelica,ſeu non admittitur, etiam data obligatione naturali. Vt notat Abb.in c.Quia plerìquè, nu.26. de Immu. Eccleſ.& probatur v.Reſtitutio.Diff.18.

Vnde meritò non eſt quis paſsim & indifferenter audiendus per viam denunciationis. Nam Iudex antequam eã admittat, conſiderare debet ea quę traddit Inno. in c.Tenor.de Re Iudi.& Felin.in c. Nouit.n. 6. verſ.ſi dicas de Iudi.

18 Decimoquartò obſerua, ꝗ Forus denũciationis nõ appellatur Forus cõtentioſus. Vt not. Feli.d.c.Nouit.nu.6.§. Tertia concluſio. verſ.Et ſi dicatur. poſt Petr. de Anchar.reg.poſſeſſor.col.7.in fi.verſ.de obligatione verò naturali. Nam Forus contẽtioſus requirit actionem: non verò Forus denunciationis. Vt ſupra obſeruatione 12.

19 Decimoquintò obſerua, quòd reſtitutio in Foro conſcientiæ non obligat, niſi in caſibus, in quibus ſi veritas publicè cõſtaret, oriretur obligatio reſtitutionis ſecundum leges in Foro exteriori. Ita ſingulariter Soto.lib.4.de Iuſti.& iur.q.6.ar.3.refert & ſequitur Fr. Ludou. Lopez. 1. par. ſui Inſtructorii, c. 124.pag.526. Quod tene mente:quia valet ad plura.Et ratio colligitur ex not.v.Reſtitutio Diff.1.

20 Decimoſextò obſerua,quòd licet verbũ (Forus) ſit maſculini generis: nihilo minus Doctores paſsim ipſum allegant ſub genere neutro.Et ita etiam nos ſæpe idem facimus: quamuis in dicto genere neutro non ſignificet locum iudiciorum:ſed locũ, nundinarum, vbi merces veneunt. Signat etiam territoriũ Iudicis,vbi habet poteſtatem in ſceleratos,l.Pupillus,§. Territoriũ, ff.de verb.ſig.

21 Decimoſeptimò obſerua, ꝙ aliquando iſti duo Fori,interior,& exterior,accipiuntur à Doctorib. & intelligũtur ſub his verbis:videlicet,Iure Poli,& Iure Fori.Vt per D.Aug.in c.fin.17.q. vlti. intelligẽdo per Ius Poli,ideſt Ius Dei, ſiuè animę,& conſcientiæ, quod innititur cuidam naturali æquitati:& per Ius Fori,Ius legum & Fori contentioſi. Idem habes apud Gratia.in §. Hinc colligitur,qui eſt ſub c.Euphemium, 2. q. 3. & Inno. in c. in Ciuitate de vſur.& alios: vt infra v.Confeſsio.Diff,3.nu.2.& per gl.1.c.Quæ in Eccleſiarũ;de Conſtitu.

22 Decimooctauò, obſerua quòd iudicium humanum debet imitari diuinũ iudiciũ in manifeſtis Dei iudiciis, quibus homines ſpiritualiter damnat pro proprio peccato. Hanc regulam tradit,D.Aug.lib.Quæſtionum ſuper Ioſue.q.8.Tomo. 4. & D.Tho. 22.q.108.Art.4.ad ſecundum.

23 Decimononò obſerua, Obligationum, quaſdam eſſe ciuiles tantùm: quaſdam ciuiles & naturales: quaſdam naturales tantum.Vt deducitur ex l.1.ff. de Nouatio. & ex gl.1.c.fi.de Solut.Obligatio ciuilis tantùm, ea eſt, quam lex producit & cõcedit, abſque conſenſu hominis. Vt quando ex negligẽtia & imperitia mea,vult lex,quòd ego tenear. Vt toto tit. de Lege Aquil.& Inſt.de obliga.quæ ex quaſi delicto. Et in pœnalibus, quæ conſcientiam non arctãt. Vt per gl.c.Fraternitatis,12.q.1.Abb.c.fi. nu.10. in fin. de præſcrip. poſt. Hoſt. in

Summa.

Digitized by Google

Summa.tit de Pœnis, & habes v. Damnū, Diſſ.1.& v.Pœna, Diff. 2.& v. Reſtitutio. Dif.14.& 20.& aliis plurimis in hoc libro: in quibus poteſt quis conueniri in iudicio externo: cùm tamen non teneatur ad illud in conſcientia. Vide plura exempla per gl. in l.1. ff.De condic. indeb. & per Iaſ. in l. cum quis à nu.15.cum 3.ſeq. C. de Iuris & fact.igno.

Obligatio ciuilis & naturalis eſt ea; quę oritur ex contractibus à iure approbatis: vt ex mutuo; emptione,& venditione, ſocietate, locatione, & ſimilibus. Quia ex quo partes conſentiunt; & ius illos conſenſus approbat; ſequitur & oritur ex eo, tam naturalis obligatio (nēpe ex conſenſu,l.1.ff. de pact.gl.2.l.1.ff.de Nouat.) quā ciuilis, ex lege approbante & fouente dictum cōſenſum.Et ita obligat in vtroque Foro.

24 Naturalis tantùm obligatio eſt duplex: vt conſtat ex D.Tho.2.2.quęſt.106.Art.4. 5.& 6.Vna,quæ eſt vera,& propria,ex iure & lege naturæ producta; quæ in re graui obligat in conſcientia, ſub pœna peccati mortalis. Ob quam poteſt quis conueniri in Foro Eccleſiaſtico per viā denunciationis Euangelicæ, ſeu iudicialis.Et hæc producit etiam in Foro ciuili exceptionem, & retētionem. Vt per Fortun.in l.1.§.Ius naturale.illatione,10.ff.de Iuſti.& per Coua. in c.Cum eſſes nu.9.in.fi. de teſta. & in c. Quamuis pactū,2.par.§.4. nu. 5. Vt videre eſt in pacto nudo in Foro ciuili. Vt d.l.1.& l Iuris gētium,§. Sed cùm nulla, ff.de pact. De qua v.obligatio,Diff. 10. Et in pollicitatione poſt acceptationē.Vt v.Promiſsio, Diff.2 & in obligat.Domini erga ſeruum, & Abbatis erga ſubditū. De qua v.Solutio, Diff.3.& in poteſt. quā habet Princeps circa ſuas leges. De qua v. Lex Diff. 13.& Papa circa prouiſiones beneficiorum. De qua v.Electio,Diff.5.

25 Altera eſt naturalis obligatio, quæ ab honeſtate morali deducitur: inſurgitque ex honeſtate,& debito morali.Vt eſt illa recipientis beneficium,qua quis tenetur ad antidora, & ad gratam remunerationem loco & tēpore conuenienti.De qua per D.Tho. ſup.& quæſt.106.ar.4.5. & 6.& per Coua. in c. Cum in officiis,nu.9.de teſta.& d.§.4. n.8.vt dicemus v.Obligatio,Diff.4.Itē illa hęredis legitimi circa legata,in minus ſolemni teſtamento relicta. De qua v. Lex. Diff.9.Item illa hæredis circa integram ſolutionem legatorū ſine deductione quartæ falcidiæ.De qua v.Hæreditas,Diff.5. Item illa,quam contrahit hæres inſtitutus à Clerico,vt reſtituat hæreditatem filio incapaci: De qua d. v. Hæreditas, Diff. 11. Item illa quę habetur v. Promiſsio,Diff,3.& v.Reſtitutio, Diff.18. Hæc enim naturalis obligatio eſt inefficax: quia ſolum habet excluſionem repetitionis. Non tamē exceptionem,nec retentionem. Nec ob eam poteſt quis denunciari denunciatione Euangelica. Ratio eſt, quia non obligat in conſcientia ad vllum peccatum, etiam veniale: ſecundū Coua.d.c.Cū eſſes nu.10.poſt prin. Licèt aliis placeat,& melius, obligare venialiter. Vt docet Rebel.de Obliga. Iuſt. 2. p.lib.18.q.4.nu.7.& q.5.nu.7.in fin. Pone etiam exemplum in promiſsione facta alteri per alterū. De qua per Coua.d.c. Quāuis 2.par.§.4.n.10. Et in obligatione facta per pupillum proximū pubertati ſine tutoris auctoritate.Vt ibid.

26 Obſerua, quòd licèt Doctores præcitati non ponāt tertiam ſpeciem naturalis obligationis; niſi duas ſupra memoratas: negari tamen non poteſt eſſe tertiam: quam etiam agnoſcit Coua.in reg. Peccatum, 2. par.§.7.nu.7. ad fin. tractans de melioratione quam facit pater in tertio,& quinto, an peccet non eligendo meliorem filium, vel preferendo malis moribus imbutū. De quo v.Electio,Diff.3. Sed nullam vidi per eum factam differentiam inter iſtas obligationes naturales, quę ex honeſtate & debito morali procedūt; ſed omnes exiſtimat eſſe eiuſdem qualitatis, nempe eſſe liberas ab omni peccato: & conſequenter contrauenientem, nullum committere peccatum,etiā veniale. Forte deceptus verbis D.Tho.2.2.q.88.ar.3. ad primū. Vbi iſtas obligationes naturales, quæ non fouentur à Iure Ciuili, dicit obligare ex honeſtate:& ſic putat, culpæ reatum ad legalem tantùm obligationem pertinere.Et allegat eumdē D.Tho.1.2.quęſt.71.ar.vltimo, ad quintū. Sed ibi D.Tho. hoc non dicit. Sed ſolùm, quòd Philoſophus moralis cōſiderat peccatum, vt contrariatur rationi: Theologus

Digitized by Google

verò, vt eſt offenſa contra Deum. Ex hoc autem non ſequitur, quòd nullus actus poteſt eſſe vitioſus & malus & culpabilis, nec ex eo oriri obligationem naturalē ſub reatu culpæ; niſi ſit contra iuſtitiam legalem. Vt habes d.Diſſ.3. in fi. & eſt contra eum, Diſſ.1.ſub.v. Debitū. Dic ergo, ipſas obligationes naturales, quæ morum honeſtatē concernunt, queque ex debito, & honeſtate morali oriuntur; eſſe duplicis generis. Alias quidem, quæ ad minus obligant ſub veniali: de quibus diximus in exemplis in præcedenti numero relatis; & aliis ſimilibus. Alias verò, quæ ſunt de honeſtate & bene eſſe, ſiue de conſilio: vt, quia melius res fieret, ſi prout honeſtas dictat, fieret: in quarum tranſgreſsione nullum ineſt peccatum: quia nulla lex violatur. In quarum numero ponit Nau. c. 26. num. 37. illā ſupra memoratā, qua pater tenetur eligere meliorem filiū in melioratione tertię partis. De qua d.Diſſ.3. Et vide bonū exēplum in tit. ff. quòd quiſque iur. in alium ſtatue. ipſe eodē iure vtatur. Vide aliud v. Obedientia, Diſ.4. in religioſo facto Epiſcopo circa obſeruantias regulares.

Aliud exemplum habes in patrono laico præſentante dignum, relicto digniore. De quo v. Electio, Diſſ.2. Vide aliud, v. Obligatio, Diſſ.8. Circa hoſpitalitatē qua laici tenentur. Et facit, l. Non omne quòd licet, honeſtum eſt, ff. de reg. iur. ex qua conſtat, dari aliquid quod non ſit honeſtum; ſit tamen licitum. Facit ad idem illud Pauli 2. Cor.6.12. *Multa mihi licēt; ſed non omnia expediunt.*

26 Et ad diſcernendum iſtas duas obligationes naturales morales, & ſciendum quando in eis peccetur, vel non peccetur: cape regulam; ſcilicet, quotieſcūque contraueniens violat aliquam legem, vt v. g. legem gratitudinis, de qua v. Obligatio, Diſſ. 4. vel fidei, ſeu confidentiæ, de qua verb. Hæreditas, Diſſ.5. & v. Maritus, Diſſ. 2. cum ſimilibus. Tunc peccat, ſaltem venialiter. Et de his intelliguntur quę diximus ſup. hoc. nu. 25. §. Altera eſt. Cum verò nullam violat legem; ſed tantùm deficit in hoc, quòd non facit actum meliore modo, quo poſſet & deberet; ſecundum bonam rationem; ſed alio, iuſto tamen: quia ad id nulla adſtringitur lege: talis non peccat. Sicut dicimus, v. g. in vendente rem aliquam rigoroſo pretio. Hic enim non peccat ita carè vendendo; quia intra latitudinem pretii iuſti eam vendidit: licet melius faceret, vendendo pretio moderato.

27 Obſerua, quòd in Foro conſcientiæ Ius naturale & diuinum neceſſariò ſunt ſeruanda, c. Sunt quidam, 25. q. 1. Naua. c. 17. nu. 34. cum ſeq. Nec quoad illud vlla lex humana poteſt iuſtificare, quæ lex naturalis & diuina damnat. Arg. c. Erit autem lex. 4. diſt. & c. fin. de Preſcrip. Docet idē Naua. d.c.17.nu.35. Vnde licèt lex humana multa toleret, quæ ſunt contra ius naturale, & diuinum: ob pacem & trāquillitatem Reipublicę, & ob vitanda maiora mala, & aliis ex cauſis. In Foro tamen conſcientiæ nihil illorum toleratur, nec tolerari poteſt: quia in eo inuiolabiliter ſeruatur ius naturale, & diuinum. Hinc etiam eſt, quòd multę leges & reſponſa Iuris-conſultorum non habent locum in Foro conſcientiæ. Tùm quia non agnouerunt Ius diuinum: vt notat Nauar. d.nu.34. Tū quia permiſsiuè loquuntur. Tū quia conditæ ſunt ſecundùm quòd ſtatus politicus tunc requirebat. Tùm ob alias priuatas cauſas, & neceſſitates, vt in multis Differētiis videbis: vt v. Promiſsio Diſſ. 7. & 8. Et v. Reſtitutio Diſſ. 15. Et circa vſuras ſunt multæ, vt videbis v. Vſur. Et vide alia exempla per Naua. d.c. 17. nu. 37. Nā leges permittebāt hominibus locare operas ſuas, vt depugnarent cùm beſtiis, pro recreatione populi. Vt in l. 1. §. Remouet. ff. de Poſtulan. vel ſponte dictam pugnam ſuſcipiebant gratia virtutis exercendæ in arena. l. in arenā C. de inoff. teſtā. Itē haſtiludia, torneamenta, choreas, & alia ludicra; quæ etiā hodie permittuntur in Foro exteriori; quæ tamē ſunt ſaltē peccata venialia: & cōſequenter damnata in Foro interiori.

28 Deniq; obſerua, q in hoc opere ſub nomine Fori exterioris; nō ſolū intelligimus Forū iudiciale, ſeu cōtentioſum, quod redditur in inuitum, iuxta l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verbo. obliga. & gloſ. 1. in l. 2. ff. de offi. Procon. quodque ſpectat ad Iudices. vt diximus Obſeratio. 1. Sed etiam id quod inter homines obſeruatur; & non eſt ſecundùm Deum.

REGVLA.

REGVLA.

REGVLA eſt in Iure communiter recepta, quòd valet argumentũ de Foro exteriori, ad Forũ interius. Et è cõuerſo, de Foro interiori, ad Forũ exterius. Ita probant multæ gloſſ. vt in c. fin. verb. Permittimus. de pœnit. & remiſ. Alia in c. Inolita. 11. q. 1. Alia in c. Omnis vtriuſque ſexus, verb. Vel ligare. de pœnit. & remiſ. Alia in c. Si diligenti. verb. pacto, prope fin. de foro compet. Alia in c. 3. per text. ibi. de paroch. tradit Soto in 4. diſt. 20. q. 2. art. 2. & lib. 4. de Iuſti. & Iur. q. 5. art. 3. verſ. Quartò arguitur, & q. 6. art. 3. §. neque verò. Petr. à Nauar. tom. 1. lib. 2. cap. 1. num. 67. & Angel. verb. Culpa. §. 6. Vbi dicit, quòd tenetur quis in conſcientia; quotieſcumque tenetur de Iure Ciuili, vel Canonico. Eamdẽ regulam obſeruabat Victoria. Quippe qui, vbi conſulebatur de caſibus Iuris; mittebat conſulentes ad Doctores iuris, dicens: Ite ad eos, & quod ipſi reſpondebunt; idem & ego. Ita teſtatur frater Rodrig. verb. Reſtitution. cap. 47. num. 4.

SED fallit prædicta regula in pluribus caſibus, de quibus infra per ordinem.

Nam, vt dicit Nauar. conſ. 5. num. 2. de emptio. & vendit. Multa licent in foro exteriori; quæ non licent in interiori. Et è contra; plurima licent in hoc, quæ non licent in illo. Facit vulgare illud: *Eſto es de Iuſticia, pero no de conſciencia.*

Vnde meritò dicit Philip. Franc. in c. 2. de pœnit. & remiſsio. lib. 6. quòd Forus pœnitentialis, non ſequitur naturam Fori contentioſi. Vt per plures caſus infra videbis.

ABSOLVTIO.

SVMMARIVM.

1 *APPROBATVS ſemel, poteſt vbique terrarum in foro conſcientiæ audire confeſsiones habentium Bullam Cruciatæ, vel tempore Iubilei. Quod probatur à numero 7. Et num. 18. ponuntur Doctores, qui hanc partem ſequuntur.*

2 *In Foro verò exteriori poteſt puniri ab Epiſcopo loci; & præcipere, ne tales confeſsiones à Parochis recipiantur, quoàd effectum ſatisfaciendi præcepto Eccleſiæ, de ſemel in anno confitendo.*

3 *Nomine Ordinarii Epiſcopi, venit Epiſcopus Originis, Domicilii, & Beneficii.*

4 *Forus animæ, non eſt circumſcriptus loco.*

5 *Parochus poteſt vbique terrarum parochianum abſoluere.*

6 *Extra territorium impunè alicui non paretur: & declaratur.*

8 *Ordinandus poteſt impetrare literas teſtimoniales, ſeu cõmẽdatitias ab vno ex tribus Epiſcopis ſuis, ſcilicet, ab Epiſcopo Originis, Beneficii, aut Domicilii.*

9 *Approbatus in vna arte, vel officio; vbiq; terrarum eſt approbatus. Et ideò creatus Doctor, vel Notarius; vbiq; eſt Doctor, vel Notarius.*

10 *Declaratur Clem. Dudum. §. Ac deinde, de Sepult.*

11 *Approbatio ad confeſsiones audiendas, fit duobus modis.*

12 *Ante Concil. Trid. qui habebat licentiam ad eligendum Confeſſarium; poterat quemcumque eligere non impeditum aliqua cenſura, vel aliàs non reprobatum.*

13 Quæ

Digitized by Google

13 *Quæ ſunt iuriſdictionis voluntariæ poſſunt extra territorium expediri.*

14 *Religioſi mendicantes, habent priuilegium ad audiendas confeſſiones quorumcumque ad ſe venientium: dummodò ſint approbati ab Epiſcopo loci.*

15 *Approbatus ad vnam parochiam paruam; non remanet habilitatus extra eam, & ad loca magna.*

16 *Habens Beneficium curatum poteſt eligi per Bullam vbique terrarum.*

17 *Diſpoſitum in vno æquiparatorum; cenſetur diſpoſitum in altero.*

19 *Approbationes pro confeſſionibus audiendis, non expirant morte concedentis.*

20 *Declaratur quam vim habeant declarationes Illuſtriſsimorum Cardinalium, quæ non apparent authenticæ; ſed à quibuſdam citantur.*

21 *Religioſus electus per Bullam, pro abſolutione alicuius cenſuræ, Papæ reſeruatę; an teneatur haberi vtramq; approbationẽ, ſcilicet ſui Prælati, & Epiſcop: vel ſufficiat ſolius ſui Prælati. Latiſſime examinatur.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 APPROBATVS ſemel a ſuo Ordinario Epiſcopo, ſiuè regularis, ſiuè ſecularis ſit, poteſt vbique terrarum audire confeſſiones omniũ habentiũ Bullam Cruciatæ, vel tempore Iubilei, & eos abſoluere, idq; in foro interiori: ſecundum Henriq. de Indulgent. lib. 7. cap. 28. §. 2. in gloſ. Y. frat. Medina. Vide alios infra num. 18.

2 At in foro exteriori, iſte talis, eget noua approbatione: ſi ad aliam Diœceſim ſe transferat, & ibi ſit id per Epiſcopum prohibitum. Iuxta de clarationem Dom. Card. Conc. Trid. ad inſtantiã Archiepiſcopi Valentini factã: de qua per Suar. tom. 4. Diſp. 28. ſect. 7. num. 1. Rodrig. in Bullam, §. 9. dub. 2. Quo caſu poterit puniri, ſi ſine licẽtia, & approbatione Epiſcopi loci, audeat palam, id munus exercere. Poteſt etiã Epiſcopus pręcipere, ne tales confeſsiones recipiantur quoàd effectum ſatiſfaciẽdi præcepto Eccleſiæ, de ſemel in anno confitendo: ſequens hanc alteram opinionem. Hanc differentiam, quia eſt ſingularis, & quotidiana, & multum inter DD. ventilata, conabor pluribus comprobare, & ad partem reſpondere iis, quæ contra eam facere vidẽtur: ad cuius explicationem pręmitto nonnulla.

3 Primò præmitto nomine Ordinarii Epiſcopi me intelligere tam Epiſcopum domicilii, quam Epiſcopum beneficii, & originis: cùm vterque ſit proprius cuiuſque Epiſcopus Ordinarius, poſsitque conferre Dimiſſorias ad ordines ſuſcipiẽdos. Iuxt. cap. Cum nullus de tempor. ordinat. lib. 6. & ſimiliter poterit dare prædictam approbationẽ: cũ ſit Superior ipſius approbandi.

4 Secundò, quòd Forum animæ non eſt circumſcriptum loco; ſicut territoria Fori exterioris iudicialis, & contentioſi. Vt docet Iaſ. l. extra territoriũ, nu. 17. ff. de Iur. ſ. omni. Iud. Hinc parochus poteſt ſuum parochianum abſoluere vbique gentium: Vt docet Hoſt. in Summa de pœnit. & remiſſion. §. Cui confitendũ col. 1. Nauar. in cap. Placuit. de Pænit. diſt. 6. n. 48. Capic. Deciſ. 202. num. 15. Præp. in cap. Qui in aliquo col. 2. diſt. 51. & dicit communem Rip. in trac. de Peſte. c. final. n. 49. Iaſ. in dict. l. Extra territoriũ. nu. 6. Suar. vbi infrà, ſectio. 6. nu. 4. Et peccata per parochianum cõmiſſa extra parochiã, vbicumq; ea commiſerit; ſubſunt eidem parocho. Quod eſt ſignum, quòd forũ animæ nõ circumſcribitur loco, ſed extendit ſinus ſuos per totum Mundũ.

5

6 Vnde axioma illud: *Extra territorium impunè alicui nõ paretur* (de quo, in c. fina. de conſtit. in 6.) malè nõnulli applicant ad forũ animæ: quia eſt tantũ pro foro exteriori; vt per Iaſ. poſt gloſſ. ibi in d. l. extra territoriũ, n. 6. Vbi ex hoc limitat illud axioma non habere locum in iuriſdictione voluntaria: quia hæc, etiã extra territorium exerceri

ceri poteſt, vt pluribus exẽplis probat, Et habes infrà, num. 13.

His præſuppoſitis, veniamus nũc ad probationem noſtræ principalis concluſionis. Dico ergo, quòd habens Bullam Cruciatæ (& idem intellige tẽpore Iubilei) & ſic habens licentiam, & poteſtatem a Papa, confitendi cui voluerit, dummodo ſit ab Ordidario approbatus; poteſt eligere quẽcũq; approbatũ a ſuo Ordidario Epiſcopo; ſiuè ille Epiſcopus ſit Originis, ſiuè Beneficii, ſiue Domicilii, & ſiuè ſit Epiſcopus pœnitentis, ſiuè confeſſarii: quòd ſic probo. Primò per dictũ caput, Cum nullus. de tẽpor. ordin. lib. 6. iũcto cap. 8. Cõcil. Trid. ſeſsione 23. in quo cap. 8. habetur, quòd nullus ordinetur, niſi a ſuo Epiſcopo, vel cũ literis teſtimonialibus, ſeu cõmendatitiis ſui Ordinarii: & tamẽ talis, poteſt ordinari a quo-
8 cumque vbiq; terrarum, portando prædictas literas, ſiue ab Ordinario ſuæ originis, ſiue Beneficii, ſiuè Domicilii, per dict. cap. Cùm nullus. Et ita quotidie practicatur. Quia quilibet Epiſcopus ſupra nominatorũ in omni rigore includitur ſub illo verbo Cõcilii (Ordinarii ſui teſtimonio) & eſt verè Ordinarius ſuus. Ergo ſimiliter poterit cõfiteri cuicũq; approbato per ſuũ Ordinariũ, ex prædictis eadẽ ratione. Nam verè quilibet illorum eſt ſuus Ordinarius, vel confeſſarii, vel pœnitentis. Et Concil. in cap. 15. Seſſ. 23. nihil requirit, niſi approbationem ab Epiſcopis: intellige, ſiuè pœnitentis, ſiuè confeſſarii: cùm indiſtinctè loquatur; & non ſit maior ratio in vno, quàm in alio, vt patet in prædictis teſtimonialibus, que nihil intereſt, quòd ab hoc Epiſcopo, vel illo obtineantur; cùm in vtroq; expleatur intentum Cõcilii, ſcilicet, quod Epiſcopus Ordines conferens ſit certus: ꝙ Ordinandus non ſit aliquò impedimento impeditus, vel aliàs indignus ad Ordines. Eodẽ modo adimpletur intentum Concilii, quòd Confeſſarius ſit idoneus, & cõſtet de hoc: ſiuè id conſtet per hunc Epiſcopũ, vel illũ: dũmodo ſit verè Epiſcopus, & Ordinarius Pœnitentis; vel Confeſſarii. Et in vtriſque ſeruantur verba Concilii in omni rigore.

Nec obſtat, quòd Ordines regularitèr ſuſcipiuntur in territorio Epiſcopi Ordines conferẽtis. Quod nõ eſt ſic in abſolutione obtenta ab approbato, ſi eam conferat in Epiſcopatu, in quo non habet territorium (vt ita dicam) vel verius licẽtiam ad exercendam ſuam iuriſdictionem in pœnitentem. Nam, vt diximus in ſecundo præſuppoſito, Forus animæ nõ habet territorium, loco circunſcriptum; ſed totus Mundus eſt illi territorium: maximè, quòd per licentiã Papæ (qui eſt Epiſcopus totius Orbis) in Bulla datam; poteſt eligere electus Cõfeſſarius territorium, ſeu verius tribunal vbiq; terrarum, & abſoluere pœnitentem: cum habeat per Bullam licentiam a Papa exercẽdi ſuam iuriſdictionem in pœnitentem. Quia eſt beneficium perſonale, quod ſequitur perſonã quocumq; vadat; ſicut vmbra corpus, & lepra leproſum. l. quia tale, & ibi not. DD. ff. ſolut matrim.

Secundò idem probatur, quia eò ipſo, ꝙ quis habens Bullam Cruciatæ, ſe ſubmittit alicui approbato per aliquem ex prædictis Epiſcopis, efficitur eius ſubditus, vel (vt ita dicam) eius parochianus quoad illud Sacramentum pœnitentiæ. Vt eſt notum. Vnde quemadmodum parochus poteſt ſuum parochianum vbiq; locorum abſoluere, & ei adminiſtrare Sacramentum pœnitentię: vt tradimus v. Sent. Differentia 1. Similtier idem poterit facere hic Cõfeſſarius quoàd iſtũ pœnitentem.

Nec obſtant priuilegia impetrata à quibuſdã circa idẽ; ſcilicet, vt in itinere poſſent audire quemcumque pœnitentem. Nam valebunt ad tollẽdum dubium quorundã, & eis vtendum, etiam ſi non habeant approbationem ab vllo ex ipſis ſupradictis. Vel verius dic, quod priuilegia continent gratiam quoad hoc tantùm, ꝙ poſſunt ſine alia licentia parochi, vel Epiſcopi pœnitẽtis, audire confeſsiones cuiuſcumque: non tamen cõtinent eam quoàd approbationẽ. Nam religioſus ſemel approbatus non indiget alia approbatione. Clem. dudũ §. eos de Sepul. Nauar. capit. 27. num. 262. verſ. Quartò.

Tertiò idẽ probatur: quia, ſi quis habeat approbationem, & licentiam confeſsiones audiendi ab Epiſcopo, verbi gratia, Segobrigen. poterit iſte talis vbiq; terrarum abſoluere quoſcumq; ſubditos dicti Epiſcopi,

Digitized by Google

pi: vt eſt communis opinio, & ſæpe ego eam practicaui. Et docet Suarez Tom. 4. Diſput.28.Sectione 6.num.4.Ergo ſimiliter approbatus à ſuo Epiſcopo poterit abſoluere habentes Bullam vbique terrarũ. Probo conſequentiã. Quia virtualiter iſte ſic approbatus à ſuo Epiſcopo, approbatur a Papa. Quia per dictam Bullã cõcedit ipſe Papa licentiam,tam Confeſſario, quã Pœnitenti ad dictum Sacramentum peragendũ: ad quod nihil aliud requiritur; niſi, quòd Confeſſarius eligendus,ſit approbatus ab Epiſcopo Ordinario.

Nec obſtat,quod dicendo ita generaliter; ſufficere approbationem à quocumque ex tribus præcitatis Epiſcopis habenti Bullam; videtur generari quædam confuſio in Eccleſia Dei; & circa oues: cùm ſic indiſtinctè poſsint cõfiteri cuicũque ex approbatis dicto modo. Quod incõueniẽs infert vim ipſi Suarez vbi ſuprà, num. 5. in fin. Et rectæ gubernationi videtur cõſentaneum,quòd ab eo Epiſcopo ſit requirenda approbatio, vbi exerceri debet adminiſtratio Sacramenti, ideſt, ab Epiſcopo loci: quia illi commiſſa eſt cura ſuarum ouium;& etiam, quòd Sacramenta adminiſtrẽtur per cõdignos miniſtros;ſiue conferantur ſuis ouibus, ſiue aliis peregrinis;quia pro eo tempore, quo ibi commorantur, quodammodò poſſunt dici oues ſuæ. Item, quia in vno Epiſcopatu poteſt requiri maior ſcientia Confeſſarii, quàm in alio: & quòd vnus Epiſcopus poteſt eſſe exactior, & diligentior in examinandis Confeſſariis, quàm alius. Et ideò rationabiliter iubere poteſt Epiſcopus cuiuſcũq; diœceſis, vt nullus alius Cõfeſſarius; niſi ſit per eum approbatus, audiat in ſuo Epiſcopatu confeſsiones. Hæ omnes rationes ſunt pro opinione Gutier.lib.1.Canon.quæſt. cap 27.nu.6. defendentis, nullam aliam approbationem ſufficere, iuxta Concil.niſi eam,quæ ſit ab Epiſcopo loci, ſiue pœnitẽtis.Sed certè ſunt rationes cõgruẽtes:ſed non neceſſariò concludentes. Et potiùs militant erga ſubditos, qui non habent aliam facultatem confitendi aliis; quàm his, quibus de iure communi poſſunt.Et non dubito, quin propoſitæ ſint in Concilio Trid. Sed quia Sacramentũ Pœnitentiæ non eſt reſtringendum; & ſatis viſum eſt Concilio reſtrinxiſſe libertatem illam, quam quiſque habebat ante Concilium confitendi cui vellet; dummodo aliàs non eſſet impeditus aliqua cenſura: ſtatuendo,quòd eligẽdus eſſet neceſſariò approbandus ab Epiſcopo Ordinario: noluitque ampliùs ſpecificè, ac determinatè declarare a quo Epiſcopo eſſet approbandus; ſed id reliquit ad terminos Iuris: ideò in hac re non eſt procedendum per contemplationes, ſed iuridicè, & ſecundùm quod Iura diſponunt. Quare,cùm verba illa Cõcilii: *Aut ab Epiſcopis per examen; ſi illis videbitur*; in ſuo vero ſenſu, & ſignificatu,maxime loquẽdo pluraliter, comprehendant quemcumque Epiſcopum,cui aliàs competit de iure examinare Confeſſarium (ſi velit) ad adminiſtrandum Sacramentum: dicendum eſt, comprehendi tam Epiſcopum Originis,quàm Epiſcopum Domicilii, quàm Epiſcopum Beneficii: quinimo (vt practicari ſæpe vidi). Si quis, verbi gratia, Segobricen detinetur Valentiæ propter litem aliquam; & dum ibi eſt, velit habere licẽtiam ad audiendas confeſsiones: quis infitiabitur, virtute illius approbationis, & licentię, poſſe confeſsiones audire,nonſolùm ouiũ Diœceſis Valentinæ;ſed etiam eorum,qui cum Bulla velint eidẽ confiteri; licet non ſint incolæ, ſed alienigenæ? Et ideò ſufficiet etiam approbatio Epiſcopi loci, vbi Sacramentum adminiſtratur. Vt infra probatur. Nec in hoc ſuboritur aliqua confuſio in Eccleſia Dei: cùm nec oriatur ex eo, quòd ordinãdus habeat plures Epiſcopos, ex quibus poſsit impetrare licentiã, & teſtimoniales ad ordines. Nec ligãdæ ſunt manus Pontificis, ſi velit per ſuas gratias multiplicare fidelibus cõfeſſarios, quibus pœnitẽtes poſsint iucundè,ac citra verecundiam ſua peccata confiteri.

Quartò, vt radicitùs veritas huius dubii elucidetur, petenda eſt aliunde, virtus actus approbationis: & quærendũ quid operetur in aliis artibus, & diſciplinis, ipſa approbatio; quæ ſit vel ab aliqua Vniuerſitate, vel Collegio, vel Officialibus artiũ Mechanicarum. Nam quotidie videmus fieri approbationes circa ſciẽtiam: efficiẽdo,&

Digitized by Google

do, & creando de nouo Doctores, & Magiſtos, ac Medicos. Item nullus poteſt tenere officinam publicam Chirurgi, Sartoris, & cuiuſcumque alterius artis: niſi prius per certas perſonas ad id deputatas; approbetur in illa arte. Videamus ergo, an tales probationes circumſcribantur loco: vel, an ſint generales per totũ mũdũ: ita, vt ſemel approbatus, ſi nõ reprobetur ex aliqua noua cauſa: cẽſeatur vbiq; locorũ approbatus.

Et certè non paucos libros euolui Doctorum vtriuſque iuris: & in nullo inueni, quòd examinatus aliquis, & approbatus, ab his ad quos ſpectat, in arte illa, vel ſciẽtia: non ſit vbique habitus vt talis; & habitus, ac reputatus habilis, & idoneus. Sic videmus, quòd creatus Doctor, vel Notarius: vbique eſt Doctor, vel Notarius. Bal. in l. 1. §. Huius ſtudii, ad ff. de Iuſt. & Iur. Fel. in cap. Cauſam quę. n. 17. de Reſcrip. Vnde dicunt, Tabellionem eſſe publicam perſonã in toto mundo: quamuis extra locum & territorium, in quo conſtitutus eſt, non poſsit validè recipere inſtrumenta, ex Bar. l. Apud Proconſulẽ, ff. de Manu vind. Palac. Ruui. in rub. de Dona. inter vir. in introduct. nu. 21. Alu. Valaſ. 1. par. cõſult. 9. quia nudum miniſterium, quod habet; non eſt extendibile vltra locum & territorium, in quo cõſtitutus eſt: ex Abb. & aliis in c. Cũ P. Tabellio, col. fi. de Fid. inſt. Itaq; non valent inſtrumenta per eum recepta extra ſuum territorium. Non quia non ſit perſona publica vbique terrarum: ſed quia non habet iuriſdictionem, quæ poſsit per priuatos propagari. Idem in Artibus Mechanicis. Nã, poſtquam aliquis eſt examinatus; & iudicatus habilis in illa arte; nullibi tenetur iterum examinari, & approbari; niſi iã cogatur ad id; ex priuilegio alicuius ciuitatis; vel Principis, aut ex cõſuetudine immemoriali, quæ æquatur priuilegio, quęq; pro lege habetur. Glo. verb. Antiqua cõſuetudo in c. Videtur. Qui matrim. accuſ. poſſunt. Vel ex lege Regni.

10 Nec obſtat Clem. dudũ, §. Ac deinde de Sepult. vbi Religioſi approbati ab vno Diœceſano ad confeſsiones audiẽdas: nõ cenſentur approbati ad eaſdem audiendas extra illam Diœceſim. Et reſpondeo, ibi non negari, approbatum in vno Epiſcopatu eſſe approbatũ etiam extra illum: ſed dici, approbatum ab vno Epiſcopo ad audiendas confeſsiones: non poſſe vigore illius approbationis, & licentiæ, audire confeſsiones aliarum ouium diuerſi Epiſcopatus. Idem aſſerit Candelabrum Aur. de Confeſsion. num. 28. cõcl. 3. quod eſt iuſtiſsimum, & iuri communi conſonũ. Ideo enim Epiſcopatus fuerunt diſtincti: vt vnus Epiſcopus non curaret, niſi de ſuis ouibus; & non poſſet extẽdere iuriſdictionem ſuam, niſi intra terminos ſui Epiſcopatus. Si igitur vnus Epiſcopus approbat aliquos ad confeſsiones audiẽdas: intelligitur eis tantùm dare licentiã quoad oues ſuas: & cõſequenter non poſſe prædictos approbatos extra illã Diœceſim vti dicta approbatione: nec vigore illius; ſine noua licentia alterius Epiſcopi, audire confeſſiones ſubditorũ illius Epiſcopi. Si tamen aliqui ſubditi alterius Epiſcopatus haberent licentiã à ſuis Parochis ad cõfitendũ, cui voluerint: certè tunc bene poſſent cõfiteri cum illis approbatis ab Epiſcopo alterius Epiſcopatus: vt expreſsè docet Ang. verb. Confeſsio, 3. quęſt. 4. verſ. Tertio. Sic coërcens, & intelligens dictam Clement.

11 Ex quo collige, quòd, cùm quis approbatur ad hoc, vt ibi liberè poſsit audire confeſsiones omnium volentium venire ad ſe: duo illi concedi. Primum eſt, approbatio perſonæ, & ſcientiæ ipſius, & aliarum qualitatum neceſſariarum pro illo miniſterio audiendi confeſsiones: & ſic honeſtatur eius perſona; & iudicatur habilis, & idonea ad ſacramentum pœnitentiæ. Alterum eſt, licentia confitendi ſubditos illius Epiſcopatus. Et hoc regulariter. Nam ſæpe impetratur ſolùm approbatio: vt & notat Pet. Ledeſma in Summa. 1. par. cap. 13. in primo, & ſeptimo dubio. Et talis ſic ſimpliciter approbatus, non poterit audire confeſsiones, niſi illorum, qui habent Bullam Cruciatæ, vel licentiam a ſuis Parochis confitendi cui voluerint. Et de ſic approbatis hic diſceptatur: & viciſsim illam approbationem non eſſe circumſcriptam loco: ſed illum ſic approbatum; eſſe habendum, & iudicãdũ vbiq; terrarũ pro approbato, & habili ad ſacramentum pœnitentiæ. Quemadmodum

Digitized by Google

modum in aliis artibus, & ſcientiis ſemel approbatus; vbique locorum eſt, & habetur pro habili, & idoneo ad illam artem exercendam.

In hoc tamen eſt diſcrimen inter approbationes aliarum artium,& approbationes ad audiendas confeſsiones. Quòd in illis nulla alia requiritur licentia de nouo ad exercendum officium ſuæ artis. At ſecùs eſt in iſtis approbationibus. Nam licèt quis ſit approbatus ad audiendas confeſsiones; nihilo minus indiget licentia, & iuriſdictione in actu ad adminiſtrandum Sacramentum pœnitentiæ: quam concedit Summus Pontifex per Bullam, vel Iubilea.

Si ergo approbatio non circumſcribitur loco: certè vbi cum approbatione, & idoneitate perſonæ concurrit iuriſdictio delegata a Papa,vel Parocho: non video quare non poſsit approbatus à ſuo Ordinario,ex tribus ſuperiùs nominatis, audire vbique locorum confeſsiones: cum ad eas ſit approbatus, & idoneus iudicatus ab eo, qui poterat illum examinare, & ei approbationem dare. Concurrente enim approbatione, & iuriſdictione, nihil deeſt ad integritatem, & eſſentiam Sacramenti pœnitentiæ ex parte cõfeſſoris:vt eſt indubitatum.

12 Quintò, idem probatur ex eo, quòd ante Cõcilium, de communi totius Eccleſiæ conſuetudine,& obſeruantia (quæ erat velut altera lex) poterat vnuſquiſque licentiatus à ſuo Parocho,vel Epiſcopo eligere in confeſſorem quemcumque non impeditum aliqua cenſura, vel aliàs non reprobatum:quia non exigebatur tunc vlla approbatio confeſſorum.Ita docent Anto. 3.part.tit.17.cap.7.Sot.in 4.diſt.18.queſt. 4.Art.3.Nauar.cap.4. num.1. ad fin. & in cap. Placuit, de pœnit. diſt.6.nu.40.49.& 166.Latiſsimè Henriq.de Pœni.li. 3.cap. 6.§.7.in tex. & in gloſſa 6. Candel.Aur.de Confeſsion.num.28.concluſ.3.Cum enim vnuſquiſque Sacerdos in ſua ordinatione ſuſcipiat iuriſdictionem in habitu in quẽcumque fidelem;nihil reſtabat cuicumque Sacerdoti ad poteſtatem abſoluendi; niſi, quod haberet oues proprias, vel commiſſas; & ſic,materiam, in quam iuriſdictionẽ ſuam habitualem exerceret, & reduceret ad actualem. Idquè conſequebantur, vel virtute Cruciatæ,& Iubileorum: vel virtute delegationis, mediatè, vel immediatè ſibi factæ.Qua poteſtate, ſeu delegatione concurrente, poterat quiſque ſacerdos liberè Sacramentum pœnitentiæ exercere: & ſimiliter poterat quiſque fidelis ad eum accedere. Quod viſum eſt Concilio Tridentino (idque ſanctiſsimè) coarctare: ne ſcilicet fieret huiuſmodi delegationes quibuſcumque;ſed tantum perſonis approbatis per Epiſcopos, quorum proprium eſt prouidere de idoneis miniſtris ad ſacramẽta:maximè,pœnitentiæ.Cùm igitur Cõcilium corrigat prædictam conſuetudinem quæ erat altera lex; debet reſtringi,quantum fieri poteſt, iuribus vulgaribus. Sed ante Concilium vnuſquiſque licentiatus habebat duo; ſcilicet,electionẽ confeſſoris;& quòd eligendus eſſet quicumq; non impeditus:etiamſi non eſſet parochus:nec aliàs approbatus. Ergo Concilium,ſolùm prouidendo ne poſsit eligi non approbatus ab Epiſcopo, ſed qui ſit vel parochus, vel aliàs approbatus ab Epiſcopo per examen, ſi ei videbitur; non ſuſtulit alterum: ſcilicet, poteſtatem eligendi quemcumque. Maximè, cùm Bulla eam poteſtatem concedat. Quare fatendum eſt, manere etiam hodie prædictam libertatem eligendi in quocumq; Epiſcopatu quemcumque; dum tamen ſit approbatus ab Epiſcopo, quicumque ſit ille. Loquor de ſecularibus. Nam circa Regulares, nihil Cõcilium innouauit: immò faciunt pro ſupradictis, quæ de illis diximus verb. Nullitas, Different.9. a num.10. Nam in illis remanet antiqua libertas eligendi quemcumque,etiam nõ approbatum. Intellige, ab Epiſcopo. Nam a ſuis ſuperioribus debet eſſe approbatus.

Sextò idẽ concluditur neceſſario, diſcurrendo per caſus ſingulares. Nam primò, certiſsimum eſt (vt inquit Suarez dicta diſput.28. ſectione 6.num.4.) quòd poteſt quis vbique terrarum confiteri cum approbatis a ſuo Epiſcopo: ipſius,inquam,pœnitentis; ſicut poteſt cum parocho vbique inuento:dummodo pœnitens habeat Bullam: vel approbatus habeat ſimul cum approbatione licentiã audiendi confeſsiones

omnium

omnium illius Epiſcopatus. Nam, etiam in Foro exteriori, ea quæ ſunt iuriſdictionis voluntariæ, poſſunt expediri extra territorium: vt docet gloſſa 1. in cap. Nouit. de Offic. Ordin. & in l. 3. ff. de Offic. Præſid. quas dicit a communi receptas Iaſ. in l. Cunctos populos. lect. 2. n. 83. C. de Summa Trinit. Corraſ. in Paraph. Sacerd. 1. par. cap. 7. Couarr. lib. 3. Variar. cap. 20. à num. 8. Hippolyt. in Repet. l. fin. à num. 8. ff. de Iuriſd. omn. Iudic. Rip. reſponſ. 40. incipit, Quæritur. num. 8. & 9. Quanto magis, ea quæ ſunt Fori interioris, poterunt expediri extra Parochiam, ſeu Epiſcopatum, vt diximus ſuprà in 3. fundamento? Et ſic ſufficit approbatio ab Epiſcopo pœnitentis.

Secundò, etiam eſt certiſsimum, quòd poteſt quis confiteri cuilibet approbato per Ordinarium loci: licèt pœnitens ſit alterius Epiſcopatus; dummodo habeat Bullam, vel alias, licentiam ad confitendum; vt diximus ſupra num. 9. Quam quidem licẽtiam habent omnes Religioſi pro pœnitentibus: volentibus ad eos accedere per priuilegium Papæ Xyſti 4. teſte Nauarr. c. 27. nu. 265. Et eſt in communi vſu, & practica. Quod adeò verũ eſt; vt multi teneant, non ſufficere aliam appobationem, niſi datam ab Ordinario loci, vbi fit confeſsio. Quaſi velint, quòd ſicut ad Ordines, & ad alios actus iuridicos, requiritur conſenſus Epiſcopi loci: quòd ſcilicet, det territorium: aliàs non poſſunt fieri, niſi ab Epiſcopo loci: ſic fiat in actu iuriſdictionali pœnitentiæ. Quod certè conſentaneum rationi eſſet; vt ſcilicet, haberetur ſemper (ſi commodè poſsit) approbatio, vel licentia ab Ordinario loci: ſed non eſt de eſſentia Sacramenti: quia ſufficit ſi ab alio Epiſcopo habeatur: vt ex infrà dicendis patebit. Itaquè nullus ambiget, quòd ſi habeam Bullam Cruciatam, & velim confiteri alicui ex approbatis ab Epiſcopo loci confeſſionis, me licitè poſſe. Nam alias, eſſent omnes pœnitentes remittendi ad ſuas Parochias; & nullus poſſet, etiam cum licentia Papæ, vel Parochi, extra eas confiteri: quod eſt abſurdum. Habemus ergo, ſufficere approbationem Epiſcopi Confeſſarii, vel loci. Et facit pro prædictis priuilegium Pauli 3. conceſſum Patribus Societatis Ieſu, quo præcipitur, vt habeant priùs licentiam, ſi poſsint, ab Ordinario loci, antequam alicuius confeſsionem audiant iter agendo. Vbi nota quantum vêlit Papa deferri Epiſcopis in eorum Diœceſibus: quia ſine eorum beneplacito, ſi commodè haberi poſsit, non vult quòd oues eorum per aliquem abſoluantur. Facit etiam reſponſio illa Illuſt. Cardinalium, circa cap. fin. de Pœnit. & Remiſs. ſcilicet ab Epiſcopis non poſſe eligi in Confeſſarium non ſubditum, niſi qui ſit approbatus ab Epiſcopo ſuo, iuxta Concilium. Quaſi Concilium requirat approbationem Epiſcopi Confeſſarii, & non Pœnitentis. Et ita intelligit Suarez tom. 4. Diſputatione 28. Sectione 7. num. 1. Vbi Sectione 6. num. 6. & 11. refert aliam declarationem Illuſtriſsimorum Cardinalium; vbi dicitur, quòd verbum appoſitum in Bulla Cruciata, ſcilicet (ab Ordinario) intelligitur de Ordinario eorum, qui audituri ſunt cõfeſſiones; & non de Ordinario pœnitentium. Ita enim habet reſponſio S.D.N. Gregorii 13. declarauit: tempore Iubilei, poſſe omnes Regulares confiteri peccata ſua Sacerdotibus approbatis ab Ordinario ad audiendas confeſsiones. In Bulla enim non fit mentio, niſi de Ordinario eorum qui audiunt confeſsiones; non autem de Ordinario pœnitentium. Facit etiam vſus Parochorum diuerſorum Epiſcopatuum finitimorum. Quoniam ſufficit approbatio Epiſcopi parochi, licèt ſit alterius Diœceſis.

Patet ergo ex his, ſtando nouæ diſpoſitioni Concilii Tridentini: ſufficere quòd approbatio ſit, vel ab Epiſcopo Confeſſarii, vel ab Epiſcopo pœnitentis, vel loci. Et ſic nullo modo poſſumus reſtringere dictum capitulum 15. ad approbationem Epiſcopi Confeſſarii. Ad quam tandem opinionem deflexit Suarez vbi ſuprà numero 6. Nec poſſumus reſtringere idem cap. ad approbationem Epiſcopi pœnitentis. Vt mordicùs tenet Gutier. ſuprà, & Rodrig. in explicat. Bullæ, §. 9. nu. 5. Sed verba indiſtinctè prolata a Concilio, debent indiſtinctè intelligi: prout vſus, & communis obſeruantia (quæ eſt optima legum interpres) intellexit.

B Quibus

Digitized by Google

Quibus adde, quòd dictũ cap. 15. Conci. Trid. Seſſ. 23. nõ ſolùm intelligitur de Epiſcopo pœnitẽtis, vel Cõfeſſarii; ſed etiã intelligẽdũ eſt de quocumq; alio Epiſcopo, a quo ſine fraude, & ex aliqua iuſta cauſa, quis obtinuit dictam approbationẽ. Nam, habenti talem probationẽ, poteſt licentiatus à Parocho, confiteri: & etiam poterunt Sacerdotes, & Epiſcopi: quin immo, & habentes Bullam, vt in exemplo ſupra relato nu. 13. de Sacerdote Segobrigen. litigante in ſecunda inſtantia Valentiæ. Si enim tempore, quo ibi detinetur, obtineat ab Archiepiſcopo approbationem, vt poſsit interim adminiſtrare aliquibus Sacramentũ Pœnitentiæ; non dubito, quin poterit audire cõfeſsiones eorum, qui cum Bulla ad eum acceſſerint; licèt non ſint ſubditi dicti Archiepiſcopi. Niſi dicas, quòd quodámodo poteſt dici tunc Archiepiſcopus Ordinarius dicti Sacerdotis, dum ibi commoratur: vel verius dicẽdũ eſt, ideò tũc audire poſſe cõfeſsiones habentiũ Bullam; quia habet approbationem ab Ordinario loci: quòd ſufficit; immò requiritur, ſecundùm reſponſum factum dicto Archiepiſc. Valentino: Ex quo colliges, quòd verba Bullæ (ab Ordinario approbato) non debemus ſtrictè, ſed largè interpretari. Probat ſupra notata Henriq. de Indulg. c. 12. §. 4.

Nec obſtat, quòd approbantur aliqui ad aliquas paruas Parochias, & oppida, ſeu perſonas, quæ non approbarentur ad ciuitates, vel magnas Parochias: quia in paruis ſufficit quis, quantumuis ſit mediocris, ſeu modicæ, & non latæ ſcientiæ. Quod minimè eſt faciẽdũ, circa eos qui ad magnas ciuitates, vel ad quoſcũq; indiſtinctè exponũtur. Huic obiectioni reſpõdet Hẽriq. li. 3. de Pœnit. c. 6. §. 7. in text. & in gloſ. A. & de Indulg. c. 12. §. 2. Quòd nõ ideò cenſentur illi expoſiti, approbati tãtũ, & habilitati ad alias paruas Parochias, ſed pro toto Mũdo. Sicut ſartor examinatus, & approbatus; licèt viuat in paruo oppido, & non ſciat opera prima, quę faciunt alii ſartores in ciuitatibus magnis; non ideò deſinit eſſe approbatus ad illas magnas ciuitates. Verũ quidẽ eſt, ꝙ faciet malè, & peccabit, ac tenebitur ad reſtitutionem; ſi acceptet opera illa prima, ad quę nõ eſt idoneus: non tamẽ poterit puniri, tamquã nõ approbatus. Eodẽ modo approbatus ad audiendas Cõfeſſiones ad certas tantũ Parochias: non intelligitur coarctatus quoàd approbationem, ſed quoàd iuriſdictionẽ; ꝙ, ſcilicèt, virtute illius approbationis, & iuriſdictionis in ea incluſæ, non poterit extra eas, alios Parochianos audire: benè tamẽ eſt approbatus, & habilitatus. Et ideò virtute Bullæ Cruc. vel licentiæ à Parocho impetratæ, poterit audire confeſsiones extra illas Parochias. Quòd ſi audiat aliquorũ mercatorũ, quorũ contractus, & cambia non intelligit; faciet malè audiendo cõfeſsiones talium: nihilominus, ſi audiat de facto; erũt validæ: quod non eſſet; ſed nullæ; ſi illa approbatio habita ad certas Parochias, eſſet loco circumſcripta. Sed certè in hoc caſu, contrarium puto verius cũ Rodrig. c. 61. §. 4. quando conſtat de mẽte exponẽtis, ſeu approbantis; ꝙ ſcilicet, nõ aliter, nec alias approbaret, niſi pro illo paruo oppido, propter inſufficientiã expoſiti: pro quibus facit Nau. c. 4. n. 4. Nec hoc eſt cõtra ſup. dict. quia iſte talis non eſt ſimpliciter & abſolutè habilitatus, ſeu approbatus, de quo ſunt intelligẽda ſuperius dicta: ſed cũ limitatione & reſtrictione; propter eius inſufficiẽtiam. Nec eſt ſimile illud de ſartore: quia ille nõ approbatur cũ prædict. reſtrictione ad ſolũ, ſcilicet oppidũ in quo viuit, ſed ſimpliciter.

16 Septimò idem probatur: quia habens Beneficium curatum, eſt eligibilis vbicumq; virtute Bullæ Cruc. & aliorũ priuilegiorũ: quia Concilium in dict. c. 15. talem abſolutè approbat pro idoneo, nec in eo exigit aliquam licẽtiam, ſeu aliã approbationem; nec exprimit, vt reputetur idoneus ab hoc, vel illo Epiſcopo: prout multi Magiſtri dixerũt cõſulti Salmãticæ, & alii: vt D. Frãc. Blanco Archiep. Cõpoſtel. vt refert Viual. in Cãdel. Aur. tit. de Cõfeſ. n. 28. cõcluſ. 1. Ergò ſimiliter poterit vbique eligi quiuis alius approbatus, dũ retinet dictã approbationẽ. Probo cõſequẽtiã: quia in dict. c. 15. æquatur Parochus, & approbatus per exa-
17 mẽ, vel alias, ab Epiſcopo. Ergò quod dicitur de vno æquiparatorũ, debet dici de alio: per regul. Iur. De qua per gloſſam in l. Si quis ſeruũ, C. de Furt. & in c. Si poſtquam, verb. Mente, de Elect. lib. 6. & per Bart. in l. In tantum,

Digitized by Google

l. In tantùm, §. penult. ff. de Seru. corrupt. videlicet, quòd vbi a Iure duo ſunt æquiparata; quod diſponitur in vno, cenſetur in alio diſpoſitum.

Octauò, idem probatur arguendo a ſimili. Nam Domini Cardinales interrogati, an Epiſcopi poſſent hodie poſt Concilium vti priuilegio, cap. fin. de Pœnit. & remiſsio. Reſponderunt in hunc modum: S. D. N. Gregor. XIII. audita relatione S. Congregationis Concilii declarauit, Epiſcopos vigore priuilegii (de quo, in cap. fin. de Pœni. & remiſ.) non poſſe eligere ſibi Sacerdotem, ſibi non ſubditum, qui a proprio Ordinario non fuerit adhuc ad formam huius Decreti Concilii admiſſus, ſeu approbatus ad audiendas confeſsiones. Huius declatationis meminit Suar. 4. tom. Diſp. 28. Sect. 6. num. 12. & 13. Ex quibus verbis colligitur, ſufficere Epiſcopis vigore dicti priuilegii, eligere in ſuos Confeſſarios, quẽcumque approbatum a ſuis Ordinariis: & non requiri, quòd eligãt approbatum ab Epiſcopo loci, vbi confiteri voluerint. Argumẽto igitur huius declarationis, dico idem dicendum eſſe in pœnitentibus habentibus Bullam Cruciatam. Nam iſti, idem priuilegium habent vigore dictæ Bullæ, vt palam eſt, Ergo ſufficiet quòd eligant aliquem approbatum a ſuo Ordinario. Et cùm Ordinarius cuiuſque (vt ſuprà diximus) ſit aut Epiſcopus Originis, aut Beneficii, aut Domicilii; ſequitur ſufficere quòd eligendus habeat approbationem a quocumque iſtorum. Et ſic, ſemel approbatus a ſuo Ordinario, poterit vbique terrarum, eligi in Cõfeſſarium ab habentibus Bullam: ſicut eligi poteſt ab Epiſcopis. Et cùm vix habeatur approbatio ab alio; quàm ab vno: ex ſupradictis, meritò concludendum eſt, veram eſſe prędictam concluſionem, & regulam, de qua in præſenti Differentia agitur.

18 Nonò, idem probatur authoritate Doctorum. Nam hanc partem tenent Medina 2. quæſt. 19. art. 6. circa fin. verſ. Ceterum. Cord q. 10. & omnes Theologi ex familia Dominicana, & Auguſt. Salmanticæ conſulti; teſte Henriq. de Pœnit. lib. 3. cap. 6. §. 7. in text. & gloſſa A. & de Indulgent. cap. 12. §. 4. & Candelabr. Aur. de Confeſſionum num. 28. concluſ. 3. & ita dicit Henriq. practicari in multis partibus: & ſinunt eos Epiſcopi impunè. Et Rodrig. qui tenet cõtrarium, dicit in §. 9. n. 5. hanc partem eſſe valde probabilem, & teneri ab aliis DD. Idem dicit Gutier. c. 27. num. 21. alias 6. & Suarez vbi ſupra Sectione 7. num. 3. & 4. & Pet. Ledeſma, 1. par. Summæ. tit. Del Sacramento de la Penitencia, c. 12. Cõcl. 5. §. A eſta duda, & c. 13. dub. 7. Sequitur Henriq. vbi ſup. addens (& benè) dummodo approbatio detur generalis, & abſoluta ab Epiſcopo, & non coarctata. Verum eſt tamen, quòd aliqui Epiſcopi id non permittunt. Et Valentiæ fuit quidam Clericus ob id punitus: Abſolutio tamen fuit Salmanticæ declarata valida. Intellige fuiſſe punitum; quia id in quadam Synodo prohibuerat Archiepiſcop. quòd potuit adhærendo dict. declarationi Cardinalium. Vbi verò id publicè non fuiſſet prohibitum (ſicuti vix id faciunt Epiſcopi) non poſſet Epiſcopus punire adhærentem huic opinioni, quã defendimus; cùm ſit valde probabilis & à pluribus grauib. DD. ſecuta, & approbata. Quamuis Suarez dicta Sectione 6. nu. 5. in fine, dicat, quòd hoc tempore doctioribus hominibus, & prudẽtioribus non probatur. Sed forte contrarium dixiſſet, ſi hæc vidiſſet.

Decimò, & vltimò, idẽ probatur ex præcedenti ratione. Si enim (vt vides) vtraque opinio eſt probabilis, & habet pro ſe authores graues; ſequitur in Foro concientię poſſe tutè teneri hanc partem ex dictis, v. Iudex. Differentia 5. & ſic, q in Foro conſciẽtiæ, & in ſecreto, poteſt Sacerdos, ſiuè Regularis, ſiuè Secularis ſemel approbatus, dũ retinet approbationẽ ab Epiſcopo, audire vbiq; Confeſsiones omniũ abſque vllo ſcrupulo, & etiã publicè, vbi Epiſcopi non contradicerẽt. Quæ eſt cõcluſio valde quotidiana, & vtilis pro conſolationẽ plurimarum animarum.

Et obſerua, q dictæ approbationes non expirant morte concedentis; niſi quando dantur ad tẽpus; vel vſq; ad eorum beneplacitum. Vt docet Henriq. dict. lib. 3. tit. de Pœnit. c. 6. §. 7. ad fi. & Rodrig. in expl. Bullæ, §. 9. n. 5. p. 187. Qua ratione dicendũ eſt, nec etiam expirare; licèt approbatus

mutet domicilium: quia ſunt quædam gratiæ, quod eſt contra Patrem Franciſcum Suarez, loco ſuperius cit. Sectione 7. numero 8. Solùm enim expirant per reuocationem. Hinc eſt, quod habens approbationem, & mutans domicilium; ſi redeat ad eumdem Epiſcopatum; non indiget noua approbatione, ſecundùm Naua.cap.27.num. 162.verſ.4. Et Hériq. dict.§.7.

20 Reſtat nunc reſpondere declarationi Illuſtriſsimorum Cardinalium Congreg. Conci. Trid. factæ ad inſtantiam Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Valentini; cuius meminimus ſup.n.2. Non enim me latet, prę fatas declarationes obligare in vtroque Foro. Vt docet Rodr.1. Tom.Quæſt.Reg. q.11.art.1.& 2.Cepola in Praxi Epiſcop. part.1. verb. Authoritas. Nicol.Garcia, in Proœmio ſui tract. de Benef. quos refert, & ſequitur P.Salas, de Legib.Diſp.2.Sect.9. & Diſput.21.Sect.12. poſt quaſdam Deciſiones Rotæ Romanæ, quas ibidem allegat.

Sed obſerua, tunc demùm obligare, ſi Auditor Cameræ, ſub cenſura mandet eas ſeruari. Sic enim obſeruat ſtylus Romanæ Curiæ. Cum enim dicta Reſponſa, & Declarationes dirigantur Epiſcopis, vel quibuſuis aliis Conſulentibus, ſiuè eas petentibus; nullo adiecto in eis mandato: ſed tantùm ſimpliciter conſultationibus reſpondendo: hinc dictus ſtylus obſeruat, vt quoties partes impetrantes volunt ad eas aliquos aſtringere; præſentent literas originales dictæ Sacræ Congregationis, clauſas, Auditori Cameræ, vt eas faciat obſeruari. Qui, tunc dat ſuas literas, ſeu Monitorium ſub excommunicationis pœna; inſerens in eo præfatas literas: mandatque iis, quos ſupplicans nominat, vt omnino illis, tamquam literis Apoſtolicis obediant. Et ita ego practicaui, cùm Anno 1596. Romam profectus, ad viſitanda limina Apoſtolorum, pro Reuerendiſsimo Domino D. Martino a Saluatierra Epiſcopo Segobrigen. ibidem diſputaui 20. Dubia pro eodem Reuerendiſsimo Epiſcopo, coram præfata Congregatione, cõtra Canonicos dictæ Eccleſiæ: & ſuper illis, literas Congregationis obtinui, eaſque dicto Domino Auditori Cameræ præſentaui, vt ſupra. Aliàs enim non poſſet Epiſcopus cogere Canonicos ad eas obſeruandas: cùm non illis; ſed Epiſcopo dirigerentur; nec pœna vlla eſſet in eis, pro earum obſeruatione, appoſita. Vnde non mirùm ſi non obligent omnes; niſi tantùm illos, quibus authenticè, & cum dicto Monitorio notificantur. Cùm nec Leges, nec Motus proprii Papæ obligent omnes; niſi in locis debitis, & conſuetis publicentur: nec ſoleant condi, inſtitui ve, niſi adiecta aliqua pœna contra inobedientes, vt ſic ab omnibus ſtrictiùs obſeruẽtur. Et vltra hoc etiam eſt neceſſarium, vt recipiantur. Eſt quippe hoc de ſubſtantia legis, iuxta text. in cap. In iſtis.diſtinct.4.vbi dicitur: Leges inſtituuntur, cùm promulgantur: firmantur, cùm moribus vtentium approbantur. Et docet Naua.in Man. præludio. 9. num. 7. & Conſ. 1.num. 3.& 24. de Conſtitut. & Conſ.8.ad finem, de Sentent.excommu. vbi addit, intra decem annos præſcribi contra legem non receptam; ita vt, licet peccent a principio eam non recipientes, & ſic inobedientes; poſt decem verò annos non peccãt: cùm iam tunc nullam vim habeat: vtpote abrogata per non vſum. Aliquando etiam poſt minus tempus contra eam præſcribitur; nempe quando Legiſlator ſcit, & tolerat. Secundùm Nauar. vbi ſupra. Ex quibus conſtat, in dictis declarationibus Illuſtr. Dominorum Cardinalium (quę paſsim per Doctores citantur: quæque præ manibus circumferuntur) multa deſiderari, ac deficere; ad hoc vt adſtringãt omnes ad ipſarum obſeruantiã. Maximè, quia vim Canonum non habent: nec faciunt Ius, vt palam eſt, & docet Pet. Ledeſm.1.p.Summæ.Tit. Del Sacramento de la penitencia.c.13. Dub. 7.in Reſponſione ad 3.rationem.

Addens, præfatas Declarationes tantummodo habere vim in caſu illo particulari, 21
ſuper quo Illuſt. Cardinales fuerũt cõſulti. Eſſeque magnum argumentum in fauorẽ illius ſententiæ, ſeu opinionis, quam approbant. Quamuis aliquando omnem vim habeant: nempe, cũ declarant vſum Curiæ Romanæ: vt quando declararunt, in diſpenſationibus matrimonialibus eſſe neceſſarium

ceſſarium exprimere copulam præcedentem. Hactenus d. Doctor.

Quibus addo, quòd in dictis declarationibus manu ſcriptis, & a Doctoribus citatis; ſunt nonnullæ, quæ videntur non benè inter ſe conuenire. Nam illa circa priuilegium Epiſcoporum, cap. fin. de Pœnitent. & remiſsio. in qua dicitur, teneri Epiſcopos eligere approbatos a ſuis Epiſcopis, cùm eligunt aliquem non ſibi ſubditum: certè multum diſtat ab illa, facta Archiepiſcopo Valentino; cùm per illam, poſsit Epiſcopus vbique locorum, eligere approbatum ab alio Epiſcopo, quàm ab Epiſcopo loci; dummodo ſit approbatus a ſuo Ordinario; & per iſtam neceſſariò requiratur, quòd eligatur ab habētibus Bullam, approbatus ab Epiſcopo loci.

Et vt nihil dubii remaneat circa hic reſoluta, operæpretium duxi reſpondere quibuſdam fundamentis generalibus, adductis a Fr. Rodrig. in explic. Bullæ Cru. §. 9. n. 5. a pag, 183. pro contraria opinione. Dicit enim in primis, non poſſe hanc opinionem conſuli; quia quando concurrunt duæ opiniones æquè probabiles, ſemper eſt ſequenda magis ſecura, quando eſt dubium de peccato mortali. Quia in dubiis tutior pars conſuli debet.

Huic fundamento ſatis manet reſponſum ex iis, quæ tradimus Diff. 5. v. Iudex. & Diff. 5. v. Iudiciū. Eſt enim falſum. Nec Nauar. quem allegat pro ſe, id dicit, ſed contrarium, vt patet intuenti, in cap. 26. nu. 4. verſ. Adde quòd, vt cum dubitatur, &c. ibi, dixi cùm dubitatur. Nam Confeſſarius, vel pœnitens credēs ſuam ſententiam eſſe vera, nō dubitat. Idē cōſtat ex c. 27. n. 284. & n. 288. vbi dicit, ꝙ in Foro conſcientiæ ad effectum non peccandi, ſufficit eligere pro vera, eius opinionem, quem meritò cenſemus eſſe virum, idonea ad id ſciētia, & conſcientia præditū. Quantò igitur magis id licebit, cùm plures grauiſsimi DD. eam teneant?

Secundū eius fundamentum eſt, ꝙ verba generalia Bullarū, & Priuilegiorum, maximè in materia odioſa, quæ eſt cōtra Ius cōmune (qualis eſt facultas data in Bulla eligendi Confeſſariū contra voluntatē Epiſcopi, ſeu Parochi) debent limitari, & ſtrictè interpretari. c. 1. §. fin de Filiis presby. lib. 6. c. Quāuis. 1. de Preb. eod. lib. l. Si quādo. C. de Inof. teſt. c. Porrò. de Priui. Et ideò verba illa Bullæ Cruc. (ex approbatis per Ordinariū) debent interpretari ſecundùm Ius cōmune, nō extrahēdo ea a ſuis terminis: & ſic a termino cōtento in Cōcil. Trid.

Certè ſi hic ſiſteret; benè dixiſſet: & nos idipſum eidem concederemus. Sed progreditur vlterius, & malè. Infert enim ex hoc, quod in Concilio continetur verbum ab Ordinario, abſolutè, & quòd per ipſum intelligitur tātū Epiſcopus loci, vbi ſit cōfeſsio: & conſequenter, idem dicendū per verba Bullæ. Miror ſanè, virum alias doctū talia intuliſſe, atque dixiſſe. Nam, nec Concilium vtitur verbo (Ordinario) ſed verbo (Epiſcopis) nec ſub verbo illo (Epiſcopis) intelligūtur tantū Epiſcopi loci cōfeſſionis; cum in terminis Iuris cōmunis, Epiſcopi cuiuſq;, ſint Epiſcopi Originis, Domicilii, & Beneficii: vt ſupra probauimus. Quibus adde, negandum eſſe, hāc opinionē eſſe odioſam; cùm immò ſit fauorabilis reſpectu Sacramenti, & pœnitentiū, cùm ſit in fauorem animarum: ſecundū Henric. de Indulg. c. 31. §. 5. in gl. S. in fi.

Tertiū fundamētū eſt, ꝙ verba priuilegii debēt interpretari, ita, vt nō fiat tertio præiudiciū: per l. Si quando. C. de Inof. teſt. & c. 1. de Reſcrip. & ſic nō poſſunt verba illa Bullę (ab Ordinario) interpretari cū pręiudicio Epiſcoporū, tollendo ab eis examē, & approbationem, quoad ſuas oues. Nam Reſp. non tolli iſtud Ius, & dictā poteſtatē ab eis, per hoc, ꝙ dicimus, poſſe eligi in Confeſſarium, ſemel approbatū ab aliquo Ordinario. Nā hoc nō obſtāte, poſsūt prohibere cōtrarium; vt ſupra diximus: & poſſunt ipſos de nouo examinare, & eos reprobare, ſi ſuo iudicio, idonei non fuerint.

Deniq; vltimū eius fundamentum putat efficax eſſe; videlicet, quod aut Confeſſarius debet eſſe approbatus ab Ordinario loci, vbi ſit confeſsio; aut a ſuo Ordinario. Si primum; habet intentum. Si ſecundum; quærit, ſi Confeſſarius ſit Regularis, & velit extra locum, & Epiſcopatū vbi erat approbatus, audire confeſsiones aliquorū ſecularium: num quid poterit cū illa approbatione alterius Epiſcopatus id facere?

Dicit, nequaquam id poſſe; cum ille Epiſcopus qui eum primò approbauit, & dedit ei licentiam audiendi confeſsiones, nõ ſit tunc eius Ordinarius in illo altero Epiſcopatu; ſed oportebit, vt habeat approbationem, & licentiam ab iſto Epiſcopo, vbi vult exercere munus confeſſarii: quia iſte tunc eſt Ordinarius eius.

Ad hoc fundamentum reſp. quòd ſi intelligit de approbatione, & licentia ad audiendum confeſsiones ſine Bulla; verum dicit: quia licentia, & approbatio vnius Epiſcopi, non ſuffragatur pro audiẽdis confeſsionibus alterius Epiſcopatus. Quia ille primus Epiſcopus non habet iuriſdictionem in oues alterius Epiſcopi, quam deleget. Si verò intelligat de approbatione ſola, habita ab vno Epiſcopo: & cum ea velit audire confeſsiones habentium Bullam: dico poſſe. Et hoc eſt quod defendimus. Quia per Bulam datur iuriſdictio: per quam, & per approbationem habitam a ſuo Ordinario, nihil ei deeſt, quin poſsit ſuum munus in dicto ſecundo Epiſcopatu exercere. Non enim eſt neceſſarium, quòd Ordinarius, qui debet dare approbationem ſine licentia ad audiendã confeſsionem Petri. v. g. ſit ille Ordinarius loci, vbi fit confeſsio. Sed ſufficit, quòd ſit habita, a ſuo Ordinario: vt conſtat apertè ex declaratione Gregor. 13. cuius meminimus ſupra num. 14. Et ſic, ille Regularis poterit audire illum, virtute Bullæ Cruciatæ, cum approbatione, habita per alium Epiſcopum, ſeu Ordinarium ſuum.

Quęnam autem approbatio ſufficiat, vel ſit neceſſaria quoàd Religioſos, ad caſus Papæ reſeruatos; an Epiſcopi, vel ſolius Prælati eorum: vide latiſsimè in ſequenti dubio.

33 Dubitatur, an Religioſus Confeſſarius ex deputatis à Prælato; ſed electus virtute Bullæ Cruciatę, vel alicuius Iubilei, ab alio religioſo eiuſdem monaſterii, pro aliquo caſu Sedi Apoſtolicæ reſeruato: teneatur etiam eſſe approbatus ab Ordinario Epiſcopo.

Hanc quæſtionem tractat Fr. Emman. Rodrig. in explicatione Bullæ Cruc. §. 9. dub. 6. nu. 9. Vbi tenet partem negatiuam: nempe non eſſe neceſſariam aliam approbationem Epiſcopi: ſed ſufficere quòd ſit deputatus a ſuo Prælato ad audiendas cõfeſsiones. Quod probat duabus rationibus.

Prima. quia inquit, quòd verba illa appoſita in Bulla, & in Iubileis: quod ſit approbatus ab Ordinario: ſunt poſita in Bulla, & Iubileis poſt Concil. Trident. Et debent intelligi de Sacerdotibus ſubiectis Epiſcopis, & non de Regularibus, qui non ſunt ipſis ſubiecti; nec de his loquitur Concilium.

Secunda, quòd Bulla non ſuſpendit priuilegia conceſſa Superioribus Ordinum Mendicantium; inter quæ habetur vnum; ſcilicet, quòd poſsit Prælatus abſoluere quæmcumque ſubditum religioſum a quibuſcumque caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis.

Quæ ſecunda ratio, licèt tantùm vim habeat, & procedat quoàd dicta priuilegia Ordinum Mendicantium, & non quoàd alia aliorum Ordinum (loquor quando virtute Bullæ Cruciatæ, eligitur Confeſſarius) ſecundum Henriq. in Summ. tit. de Indulg. cap. 22. §. 2. in lit. H. I. K. & §. 4. in lit. Y. C. vbi dicit, quòd exceptio illa Bullę circa priuilegia Ord. Mendic. non prodeſt aliis Religionibus non Mendicãtibus: nec ea gaudere poſſunt, étiam per communicationẽ priuilegiorũ. Nihilo minus quoàd nos Cartuſianos etiam procedit: quia idẽ priuilegium habemus, licèt reſtrictum ad 50. Priores.

Addo & aliam rationem pro d. opinione Rodrig. (quæ erit tertia in ordine) & deſumitur ex declaratione facta per Clem. 8. dat. Rom. 23. Nouemb. 1599. Vbi dicit, per facultatem in Bulla & Iubileis & aliàs conceſſam eligendi quemcumque confeſſariũ, ſiuè Secularem ſiuè Regularem &c. Suæ intentionis exiſtere, vt tàm fratres, quam moniales quantum ad Sacramentum pœnitentiæ, ſeu confeſsionis adminiſtrationem, diſpoſitioni ſuorum Prælatorum ſubiecti ſint. Per quam declarationem renouãtur & confirmantur priuilegia Ordinum & ſtatuta, per quę prohibetur Religioſis, ne poſsint confiteri virtute Bullæ Cruciatæ, & ſimilium gratiarum, niſi alicui ex deputatis à Prælato ad confeſsiones

nes

nes audiendas. Eſt ergo ratio, quòd per dicta priuilegia & ſtatuta (vt patet in noſtris,c.7.§.15.& 21.) Nihil aliud exigitur, quàm deſignatio Prælati ad audiendas cõfeſsiones; & dicitur quòd talis poteſt abſoluere tempore Iubilei à caſibus Papæ reſeruatis. Ergo fruſtra quæritur, an ſufficiat ſola deputatio Prælati; & an etiam requiratur approbatio Epiſcopi: cùm ſatis colligatur ex eodem Statuto,nullam aliam requiri; quàm eam, quæ fit a Prælato per nominationem, ſeu deputationem quam facit de Religioſis ad confeſsiones audiendas. Et obſeruandum pro maiori comprobatione prædictorum, ꝙ d.§.15.noſtrorum Statutorum fuit factus anno. 1582. cum ceteris Statutis. Quo tempore iam aderat & ponebatur in bulla & indulgentiis ac Iubileis præfata clauſula; nempe, quòd electi Cõfeſſarii eſſent ab Ordinario approbati. Si enim verbũ illud (ab Ordinario) intelligeretur de Ordinario Epiſcopo,& non de Ordinario Prælato; certè in d. §.addidiſſet Capitulũ Generale,quòd vltra deputationem Prælati, requireretur approbatio Epiſcopi.

Tandem pro hac opinione facit, quòd communis praxis omniũ ferè Religionũ, ita interpretata eſt prædicta verba. Quòd ſcilicet,ſufficiat quoàd Regulares ſola deputatio Prælati, abſque alia approbatione Epiſcopi: prout refert Henriq. ſup. §. 4. licèt loquatur tempore, quo adhuc non extabat, d.declaratio Clem. 8. & eam alleget ad aliud propoſitum. Facit etiam quòd per §.22.d. c. 7. Statutorum noſtrorum, prohibetur nobis, ne impetremus alias facultates & gratias ad abſolutonem peccatorum. Quandoquidem per Sedem Apoſtolicam eſt ſatis ſufficienter nobis circa prædictam abſolutionem prouiſum, atque indultum.Et cùm per ſup. memoratam declarationem Clem. 8. ſtandum ſit hodie Statutis Ordinũ & diſpoſitioni Superiorũ circa Sacramentũ pœnitentiæ: videtur nõ eſſe curandum, quoàd nos,de dicta clauſula in Bulla & Iubileis appoſita; nec de facultate in eiſdem contenta.

Contrariam autem opinionem tenet Henriq. d. tit. de Indul.c. 12. §. 4. verſ. Si vero Regularis.Et lib. 3.de Pœnit.c.6.§.4. in gl.K. & §. 9.& Lop. 1. par. c. 26. verſ. Secundò dico. in fi.p.139.& Pet.Ledeſm. 1.p. de Sacram. pœnit. c. 13. in 6. dub. p. 545. & Suarez, 4. tom. ad 3. p. D. Tho. diſput. 28. Sectione 6. nu. 11. Vbi dicunt, quòd per illa verba (ab Ordinario approbati) intelligitur Epiſcopus; & ſic quòd Cõfeſſarius eligendus virtute Bullæ Cruc. vel Iubilei, vbi talis clauſula eſt appoſita: debet eſſe approbatus ab Epiſcopo etiam quoàd Regulares.

Horum fundamenta præcipua ſunt. Primùm quòd ante Concilium Trid. in Bulla Cruciatæ, & Iubileis,non ponebatur prædicta clauſula,& conditio circa eligendum Confeſſarium:niſi tantùm à tẽpore Pii. 5. Vt docet idem Henriq.ſup. tit. de Indulg. c.22. §. 2.in gl. H.Et quòd addita eſt,propter diſpoſita in eod. Concilio Seſ. 23.c. 15. Vbi ſtatuitur, quòd Confeſſarius pro ſecularibus debeat eſſe, aut Parochus, aut aliàs,approbatus ab Epiſcopo. Et licèt ibi nihil noui ſtatutum ſit circa Regulares; & cõſequenter Confeſſarii Regularium non indigeant prædicta approbatione Epiſcopi;vt aduertit Naua.in Man.c.4.nu.2.verſ. In poſtrema editione, & Henri.poſt alios, d.tit.de Indulg. c.13.§.7.in gl.L. & c.12.§. 4. nihilò minus cũ Bulla & Iubilei generaliter loquantur: & concedantur tàm pro Secularib. quàm pro Regularib. & requirant indiſtinctè,quòdConfeſſarius eligendus, ſit ab Ordinario approbatus: videtur quòd ſub Ordinario, tantùm intelligendus ſit Ordinarius Epiſcopus: cùm Concilium,ad quòd refertur d.approbatio; tantùm agat de approbatione Epiſcopi.

Et confirmatur ex quibuſdam verbis, quæ in Bulla plumbea adduntur circa hoc. Habetur enim d.clauſula, per hæc verba: *Vt poſsint eligere Confeſſorẽ Secularem,vel cuiuſcumque, etiam Mendicantium Ordinum Regularem ex his, qui ab Ordinario: & quoàd Regulares ſemel tantùm, approbati fuerint.* Ecce quomodo Confeſſarius Regularis eligendus, ſufficit quòd ſemel ſit approbatus.At hæc verba, ſcilicet (quòd ſemel ſit approbatus) appoſita ſunt propter extrauag.Inter cũctas.Bened. XI. & Clem.dudum, §. & ſi iidem. De ſepult: Vbi indultũ eſt Religioſis,quòd ſemel approbati

Digitized by Google

probati ab Epiſcopis, non teneantur amplius ſe præſentare, pro impetranda alia approbatione, ad confeſsiones audiendas ab eodẽ Epiſcopo, vel eius ſucceſſoribus. Ergo illa approbatio requiſita in Bulla, intelligitur ab Epiſcopo, & nõ ab eius Prelato. Præſertim quòd appellatione (Ordinarii) propriè venit Epiſcopus, & non alius, gl. in Extrauag. Execrabilis. Ioan. 22. §. Statuimus verb. Ordinario. de Præb. Alia in c. Quamquam, de Vſur. lib. 6. verb. Loci Ordinarii. Abb. c. ſignificaſti: de Foro cõp. & in c. At ſi Clerici, §. de Adulteriis. col. 6. de Iudi. Secùs ſi diceret, Sui, vel Proprii Ordinarii. Quia tunc in exemptis intelligeretur Papa, gl. verb. Proprii Ordinarii, in Clem. vni. de Sepult. poſ. Quod etiam cõfirmatur. Quia in multis caſibus Epiſcopi ſunt etiam Ordinarii Religioſorum exemptorum. Vt notat gl. memorabilis in c. 1. verb. Inſtituta. de Priui. lib. 6. quæ dicit, quòd Chriſma, Oleum ſanctum, Conſecrationes Eccleſiarũ & Ordinationes Clericorum, & his ſimilia: ſunt a Diœceſanis Epiſcopis poſtulanda; niſi aliud ipſorum priuilegiis concedatur. Et proba. per Conciliũ Trid. Seſſ. 23. c. 8. & 13. & in c. Interdicimus, 16. q. 1. & in c. Veniens de Præſcript. & aliis quamplurib. caſibus in d. Concilio contentis, quos congerit Henriq. d. tit. de Indul. c. 24. §. 2. in gl. O. Vnde meritò in Canone Miſſę quotidiè oramus pro Epiſcopo Diœceſano, tamquam Antiſtite noſtro.

Eſt & aliud fundamentum ad credendum, ita eſſe de mente ſummorum Pontificum cùm prędictam facultatem concedunt. Scilicet quòd ad id munus exequendum requiruntur magnæ partes & qualitates in Confeſſario: cùm committantur ei res grauiſsimæ; vtpote omnes caſus Sedi Apoſtolicæ reſeruati. Nam ſi pro audiendis communib. & ordinariis peccatis Secularium, requirit Concilium approbationem Epiſcopi: multo magis requirenda eſt pro prefatis caſibus Sedi Appoſtolicæ reſeruatis, etiam pro Regularibus. Præſertim quod ſæpe indiſtinctè deputantur antiquiores, ſola attenta antiquitate in Ordine, licèt alias ſint illiterati. At quãdo approbantur aliqui ab Epiſcopo pro confeſſionibus Secularium: ſemper eligũtur doctiores & circumſpectiores. Non mirũ ergo, ſi Papa intendat, tantùm committere caſus ſuos iis, qui ab Epiſcopo approbati ſunt, & non aliis. Facit etiam quòd per noſtra Statuta, d. c. 7. §. 13. monentur Priores cùm committunt alicui, vel aliquib. ex Deputatis, peccata ſibi auctoritate ordinaria reſeruata: curent tantum opus committere doctioribus, & de quibus magis fidãt: Quanto ergo magis ſentiendum eſt voluiſſe Papam idẽ obſeruari in cõmiſsione ſuorum caſuum, & non indiſtinctè commiſiſſe omnib. Regularib. Deputatis à ſuis Prælatis?

Tandem hanc opinionem tamquam ſecuriorẽ & veriorẽ amplexi ſunt Patres Societatis Ieſu, & eam obſeruãt in praxi, teſte Henrico, ſupra d. c. 22. §. 5. in fi. Vbi dicit, quòd vbi Prælatus Societatis Ieſu concedit licentiam alicui Subdito fruendi facultate eligendi Confeſſarium per Bullam aut Iubileum, pro reſeruatis: eligendus eſt approbatus per Epiſcopum; ſimulquè ille, quem Superior deſignat pro Subditorum confeſsionibus audiendis.

Rationes Fr. Rodrig. ſup. citatæ nullam vim faciunt. Quia ſalua reuerentia tanti Patris, ſunt leues. Nam ad primam reſp. concedendo, quòd verba illa Concilii nõ comprehendunt Regulares, nec de illis loquitur Concilium. Sed, hoc non obſtante potuit Papa (provt prætendunt tenentes hanc ſecundam opin.) ita voluiſſe extendere illa, etiam ad Regulares quoàd vtendum facultate abſoluendi a ſuis caſibus, in dict. Bulla, & Iubileis conceſſa, ratione ſupra relata. Itaque licèt approbatio Epiſcopi (de qua in Concilio) ſolùm ſit pro confeſsionibus Secularium: nihilo minus Papa vult eãdem obſeruari & requiri, etiam quoàd omnes ad effectum eligendi Cõfeſſarium pro ſuis caſib. Idque voluiſſe Papam, probant rationes contrarię opinionis.

Ad ſecundam reſp. quòd ad impetrandam abſolutionem dictorum caſuum Ordini conceſſorum, non indiget Religioſus Bulla: nec de his loquimur. Certũ enim eſt, quòd Cõfeſſarius Religioſus quoàd abſolutionem caſuum, à quib. per indulta Apoſtolica.

ſtolica Ordini cōceſſa, poteſt Religioſum abſoluere; non eget alia approbatione Epiſcopi, nec alterius, quàm ea quã habet ex deputatione de ſe facta per ſuũ Prelatum ad confeſsiones audiendas. Si verò Religioſus pœnitẽs habet aliquem caſum Sedi Apoſtolicæ reſeruatum, ad cuius abſolutionem eget facultate Bullæ: quia forte Cōfeſſarius deputatus & electus à Religioſo pœnitente, non poteſt à talibus reſeruatis abſoluere: tũc neceſſarium eſt, ſecundum hanc vltimam opin. quòd talis electus virtute Bulle, ſit etiam approbatus ab Epiſcopo.

Maior difficultas exiſtit in reſp. ad noſtra Statuta, ſiuè ad declarationem Clem. 8. Per eam enim renouantur, & in ſuum vigorem & priſtinum ſtatum reducuntur, immò & confirmãtur, Priuilegia atq; etiã Statuta Ordinum (quæ quidem Priuilegia ſecundum Henriq. ſupra d. c. 22. §. 4. lit. X. ex permiſſu, & tolerãtia Prelatorũ, iuncta communi obſeruantia in contrarium, erãt iam vſu abrogata) per quæ prohibetur Religioſis, nè poſsint cõfiteri virtute Bullæ Cruc. vel ſimilium gratiarum, niſi cum aliquo ex deſignatis à Prælato. Et in d. §. 21. noſtrorum Statutorum datur facultas habentibus tales gratias, vt poſsint eligere indiſtinctè quem voluerint ex deputatis.

His tamen non obſtantibus, reſp. ad noſtra Statuta, quòd d. §. 21. loquitur quando facultas eligendi Confeſſarium datur ſimpliciter ſine d. clauſula, de eligendo approbatum ab Ordinario, Vt patet ex eod. §. & ſic non obſtat. Et §. 15. loquitur cùm caſus Papæ reſeruati, committuntur certis Prioribus Ordinis, ex indulto Sixti Papę 4. Qui quidẽ Priores, ſecundũ plures, quos refert & ſequitur Henriq. de Indul. c. 12. §. 3. lit. K. non indigent vlla approbatione Epiſcopi, etiam ad confeſsiones ſecularium. Quamuis contrarium teneant Suarez, ſupra diſp. 28. Sect. 4. nu. 21. & Rodrig. in Bulla, §. 9. nu. 4. Sed quidquid ſit quoad ſecularium confeſsiones, tamẽ quoad Regularium, certum eſt poſſe eligi prędictos Priores: cùm ex commiſsione Papæ, qui eſt Ordinarius Ordinariorum, eos eligat noſter Pater Generalis. Et ſic minus obſtat prædictus, §.

Quòd ſi aliquis dicat, ſaltem obſtare prædictam declarationem Clem. 8. quatenus generaliter vult, quòd Religioſi accipientes Bullam, vel fruentes Iubileo, ſint ſubordinati diſpoſitioni ſuorum Prælatorum quoàd Sacramentum pœnitentiæ. Ergo ſi ipſi Prælati nihil diſponunt circa eligendum Confeſſarium, niſi quòd eligatur vnus ex deputatis (prout ita diſpoſitum eſt per Statuta & Cōſtitutiones eorũ) conſequens eſt, quòd ſufficiet ſola deſignatio Prælati ad confeſsiones audiendas, ſine alia approbatione Epiſcopi. Ad hoc reſp. quòd circa qualitatem Confeſſarii, & conditionem, videlicet quòd ſit approbatus ab Ordinario; nihil Papa committit eiſdem Prælatis. Conditio enim appoſita in diſpoſitione, cùm ſit de ſubſtantialibus ipſius; non cenſetur ſublata per quæcumque verba, niſi expreſſe de hoc appareat: maximè vbi eſt compatibilis cum alia diſpoſitione; ob quam dubitatur de reuocatione, ſeu amotione conditionis: prout eſt in noſtro caſu. Nam ſine violatione, dict. conditionis, adeò neceſſariæ ad tantũ opus; ſtat ſimul quòd Regularis, volens vti facultate Bullæ, ſeruet in aliis Statuta, & diſpoſitionem Prelati: puta, quòd non poſsit eligere alium in Confeſſarium, niſi vnum ex deputatis; quòd non eligat, niſi quem Prælatus deſignarit: quòd non confiteatur illa peccata reſeruata, quæ ipſe Prælatus ſibi reſeruauerit: quòd peccata reſeruata, in itinere confeſſa alicui extraneo Confeſſario, iterum ea Prælato, vel cui ipſe deſignauerit, confiteatur. Hæc omnia, & ſi quæ ſunt alia, intelliguntur ſub præſcripta declaratione Clem. Papæ, 8. non tamen circa qualitatem approbationis ab Epiſcopo: cùm de hoc nihil ſit in Statutis. Præterea, voluntas, talis præſumitur, qualis eſſe debet. l. Tale pactum, §. fin. ff. de Pact. l. Si vmquam, C. de Reuoca. Donat. Bal. l. 1. n. 5. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & ſemper durare præſumitur voluntas, niſi probetur mutata. l. Cum qui. ff. de Proba. l. Perlatum, ff. quòd vi, metus ve. Et ſic voluntas illa Papæ, Quòd eligendus ſit ex approbatis ab Ordinario, adeò conueniens tanto negocio, non cenſetur per dictam declarationẽ mutata: immò præſumitur

Digitized by Google

ſumitur perdurare, cùm talis eſſe debeat ad rem tam grauem. Eadem ratione non eſt præſumendum circa Indulgẽtiam, tempore Iubilei; vel eam, quam ſemel in vita, & in articulo mortis Religioſus poteſt conſequi: mutaſſe Papã ſuã voluntatẽ per dict. declarationem: quòd ſcilicet ſit in poteſtate Prælati denegare Subdito facultatem eas lucrandi. Quia talis voluntas in Papa, cõmuni patre, eſſe non debet. Quare tantùm intelligitur circa alia ſupra notata, quæ ſunt ſecundùm Statuta Ordinũ. Adde not. v. Pœnitẽtia. 1. Diff. 8. per quæ reſpõdetur etiã ad vltimũ fundamentum ſupra poſitũ, de §. 22. c. 7. noſtrorum Statutorum.

Non obſtat denique illud de communi praxi in contrarium. Quia non loquitur Henriq. de noſtro caſu, ſed de alio: videlicet, quoad confitẽdum per Religioſos virtute Bullæ Crucia. cuicumque approbato per Epiſcopũ, vel deputato per Prælatum, alterius Religionis: licèt nõ ſit de deputatis per ſuũ Prælatũ, & eiuſdẽ monaſterii.

Supradictis tamen non obſtantibus; tene primam opin. pro qua facit, §. 15. c. 7. noſtrorum Statutorum. Vbi in die Natiuitatis B. Mariæ, & Purificationis eiuſdẽ poſſunt expoſiti Confeſſarii ex Indulto Apoſtolico abſoluere a quibuſcumque caſib. Sedi Apoſtolicæ reſeruatis. Et nulla alia exigitur approbatio, quam illa Prælati Regularis. Vnde idẽ dicendum eſt per facultatem Bullæ Cruc. & Iubileorum: maximè ſtante d. declaratione Clem. 8. per quam tollitur omne dubiũ illorum verborum appoſitorum in Plumbea Cruciata, & Iubileis: ſcilicet approbati ab Ordinario. Si enim in omnib. ſpectantib. ad Confeſſionẽ ſtãdũ eſt Statutis & Cõſtitutionibus Ordinum, & Prælatorum diſpoſitionib. ad quid quærimus, ſi vltra id, requiratur approbatio Epiſcopi: cùm ſatis conſtet non requiri? Nam ſi voluiſſet: dixiſſet, c. ad Audientiam, de Deci. Vide Lop. 2. par. in expoſitione Bullæ Cruc.

SVMMARIVM.

1 *POTESTAS abſoluendi ab excommunicatione, in Foro tantùm conſcientiæ, per Iubileum, vel Cruciatam, vel priuilegiũ Religionis, conceſſa; quomodo intelligatur.*

2 *Abſolutio in Foro tantùm conſcientiæ, nõ prodeſt pro Foro exteriori, de rigore Iuris.*

3 *prodeſt tamen multùm de æquitate, vt hic latè videbis.*

4 *Excommunicatus ad inſtantiam Partis, ſi ſe componat cum ea; poteſt abſolui à Confeſſario virtute Bullæ Cruciatæ. Quæ abſolutio operabitur etiam quoad Forum exterius.*

5 *Declaratur clauſula in literis Beneficialibus apponi ſolita: nempe. N. ab omni excommunicatione, ad effectum barum duntaxat abſoluentes.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 ABSOLVTIO ab excommunicatione in Foro tantùm conſcientiæ, tempore Iubilei obtenta; vel per Bullam Cruciatã, vel aliquod priuilegium (prout habent omnes Religiones) non prodeſt pro Foro exteriori. Ita declararũt Pius 5. ſuprà Grego. 13. & Xyſtus Quintus in variis

Bullis

Bullis Iubileorum; prout ego vidi, & teſtatur etiam Suar. tõ. 5. de Cenſur. Diſput. 7. Sect. 5. per totam, & Sect. 8. num. 24. Henriq. de Indul. c. 13. §. 2. lit. V. & de Euchariſtia. c. vlti. lit. I. ſentit gl. 1. in fin. in c. 2. de Schiſmati. tradit Coua. lib. 2. Varia. c. 10. nu. 2. & 3. Dicit communem Naua. Conſ. 15. nu. 2. & Conſ. 11. nu. 1. de Sent. excom. Et probat idem Coua. in c. Alma mater, 1. par. §. 11. nu. 16. Ex quo conſtat, in hoc eſſe magnum diſcrimen inter vtrũque Forum.

1 Et intelligitur data facultas abſoluendi: caſu, quo pœnitens eſt iuſtè impeditus pro impetrãda abſolutione pro vtroque Foro. Vt, ſi verbi gratia, eſt quis excommunicatus ob non ſolutionem Decimarum, vel alterius debiti; & etiam denunciatus in Foro exteriori; ſed commodè non poteſt reſtituere: tunc poteſt Confeſſarius tempore Iubilei ipſum abſoluere pro Foro interiori tantùm; ad effectum potiendi Iubilei. Manet tamen excommunicatus pro Foro exteriori, ſicut erat ante abſolutionem præcitatam. Ita declararunt ſupracitati ſummi Pontifices; & teſtatur Suarez vbi ſup. & alii ſupra relati.

Et licèt in pręfatis Iubileis dicatur, quòd abſoluatur pœnitens cum reincidentia: nõ reincidit, niſi quoàd Forum exterius. Vt docet P. Sa. in Summa. verbo Abſolutio, §. 17. Verum quidem eſt, quòd etſi talis abſolutus, non ſit tunc quoad Deum excõmunicatus: ſi tamen habita poſsibilitate, non ſatisfaciat: reincidit ſtatim in eamdem excommunicationem; etiã quoàd Deum, & Forum interius. Vt etiam continetur in dictis Iubileis. Et ita eſt intelligendus Suarez loco ſupra citato.

2 Ex præfata Differentia inter vtrumque Forum, collige primò; quòd non obſtante tali abſolutione, & pœnitentia, impoſita in ſacramento Pœnitentiæ; poterit Iudex Eccleſiaſticus de delicto illo cognoſcere, ob quòd eſt excommunicatio in curſa: & ſatisfactionem ſeu punitionem Foro publico & contentioſo debitam, imponere: vt docent omnes ſupracitati, & communiter, DD. Ratio eſt; quia cùm iuſtè excommunicatus, ſit excommunicatus quoàd vtrumque Forum; & pręfatæ gratiæ Apoſtolicæ ſolùm concedant abſolutionem quoàd Forum interius: neceſſariò dicendum eſt; manere excommunicationem quoàd alterum Forum exterius: quia actus agentium non operantur vltra intẽtionem eorũ, l. Nõ omnis, ff. de Reb. cred. Idque magno conſilio prouiſum eſt per Summos Pontifices, vt debitus honor ſeruetur Iudicibus excommunicationẽ ipſam ferentibus. Facilè enim contemnerentur, ſi per ſolam Cõfeſſarii abſolutionem, habitam in ſecreto, remanerent excommunicati omninò immunes & liberi. Cõfunderentur etiam Iuriſdictiones, & delicta remanerent impunita: & pars, quæ inſtauerat promulgari excommunicationem, ſæpe remaneret ſine debita ſatisfactione. Faciunt pro his, quæ diximus Diff. 4. v. Pœna. Vbi, quòd Pœna debita in Foro Iudiciali non tollitur per pœnitentiam datam in Foro pœnitentiali. Itaque taliter abſolutus per inde iudicabitur in Foro Iudiciali; ac ſi non eſſet abſolutus.

Secundò operatur, quia neceſſe eſt quòd illa abſolutio licèt non iteretur in Foro contentioſo; ſaltem declaretur, & comprobetur ſeu ratificetur in Foro Iudicis excommunicantis, vt docet Suarez ſup. Sectione, 5. nu. 30. pag. 160.

Tertiò operatur, quòd ſi poſt obtentam abſolutionem quoàd Forum interius tantùm, conſequatur abſolutus Beneficiũ aliquod; poterit eo priuari per Iudicem. Et ſimiliter poterit ab aliquo impetrari. Quia talis collatio fuit nulla quoàd Forũ exterius, iuxta c. Poſtulaſtis. de Cleri. excõ. min. & c. Cùm dilectus, de Conſue. docet Boëri. Deciſ. 290. Naua. c. 27. n. 21. Rebuf. de Excommu. non vitan. pag. 727. Coua. d. c. Alma. 1. par. §. 7. nu. 1.

Quæ confirmantur ex eo, quod tradit Suarez, d. tom. 5. Diſputatione, 40. Sect. 2. nu. 28. in fin. vbi dicit, quòd Irregularis impetrans diſpenſationem irregularitatis quoàd Forum conſcientiæ tantùm; non eſt tutus, quin poſsit ab eo impetrari Beneficium, & eo priuari in Foro contentioſo. Quia talis diſpenſatio quoàd Forum tantùm interius, non ſufficit.

3 Nihil minus, licèt de rigore, abſolutio præfata non proſit pro Foro exteriori; ex ęquita-

equitate tamen multum prodeſt. Nam taliter abſolutus, ſeu diſpenſatus; poterit virtute illius abſolutionis, ſeu diſpenſationis pro Foro interiori; retinere prædictum Beneficium tuta conſcientia, dùm non accuſatur;& per ſentẽtiam eo priuatur. Quia vera fuit & valida collatio eius quoàd Forum interius, per not. per Suárez ſuprà diſputatione.4. Sectione,7. nu.27.& Sect. 2.nu. 28.ad fin. Quæ ſunt mente tenenda; quia quotidiana & vtilia. Nam cùm hodie per Concil. Trid.Seſsione, 24. c. 6. poſsit facilè obtineri abſolutio, ſeu diſpenſatio in quocumque crimine occulto pro Foro interiori: excepto in Irregularitate ex homicidio voluntario prouenientę;& aliis ad Forum contentioſum iam deductis: eſt valde vtile ſcire præfatos effectus pro vtroque Foro.

Præterea eſt & alius effectus prefatæ abſolutionis pro Foro exteriori in fauorem abſoluti. Quòd licèt ſit excommunicatus quoàd Forum exterius: eſt tamen de eo iudicandum, ſicut diximus, v. Excommunicatio.Diſt. 9. de excommunicato iniuſtè ex defectu cauſæ: ſecundùm Rodrig. 1. tom. Quæſt. Reg. quæſt. 61. art. 10. verſ; Quantum ad ſecundum. Et ſic in occulto, & vbi ignoratur eſſe excommunicatus; poterit ſe gerere tamquam non excommunicatum.Idem tradit Pater Sa. in Summa.verb.Abſolutió.§. 18. dicens quòd taliter abſolutus in Foro conſcientiæ, poteſt ſe gerere, ac ſi eſſet abſolutus etiam in Foro exteriori: ſi res, ob quàm fuit excommunicatus, non eſt manifeſta.

Poſſet tamen accuſari coram Iudice excommunicante; & puniri tamquam violator cenſurę; & inobediens mandatis Eccleſiæ; vt tradit Naua. Conſ. 23. nu. 4. de Pœnit. & Rem. Quamuis Suarez ſupra diſputatione, 7. Sectione, 5. nu. 25. in ſt. contrarium ſentiat. Quòd, ſcilicet excuſabitur. Sed tene primum de Iuris rigore: quòd videtur idem Suar. poſteà, nu. 28. ſentire. Nam aliàs daretur iſto caſu bellum ex vtraque parte iuſtum citra ignorantiam.

Verum quidem eſt, quod ſi nullus adſit accuſator; poſſet Iudex Fori exterioris (ſi tamen eſſet benignus & amicus) admittere eum in Iudicio, tamquam actorem, ſi pars contraria taceat, & nullus ei opponat dict.excommunicationẽ, vt à Iudicio arceatur.Nec nõ & alii,communicare eius factis, dictis,& conuerſationi publicę, & tractare ipſum quaſi abſolutũ,poſſent etiã quoàdForũ exterius:&ſic diſsimulare illius excõmunicationem; vt tradit idem Naua. d. Conſ.23.n.4.Hẽriq. de Indul.c.13.§.2. lit. V. poſt multos recentiores: addens, cũ quibuſdã ab eo citatis; ꝙ prædicto caſu, poſſet Iudex repellere accuſatorem. Quod cenſeo eſſe falciſsimum. Quia ſi pars aduerſa quæ inſtauit excommunicationem, ipſum accuſet; tunc Iudex deberet precise, eam audire; nec poſſet eam repellere: quia eius intereſt, vt talis excommunicatus denunciatus, ſaltem quoàd Forum exterius patiatur damna excommunicationis; vt ſic diligentiùs procuret ſatisfacere ſibi debitũ. Si verò eſſet Fiſcalis, vel alius, qui habeat ius accuſandi, ſimiliter nõ poſſet repelli. Tùm quia fieret illi iniuria. Tũ quia aliàs omnino fruſtraretur eũ,ac tolleret effectum excommunicationis, quoàd Forum exterius:contra not. ſup.nu. 11. Et in confirmationem prędictorũ; vide eumdem Henri.de Irregul.c.vlti. in prin.lit. E. Vbi dicit,quòd ſi per Breue Pontificis, aut ſacræ Pœnitentiarię, Epiſcopus diſpenſaret cum aliquo, in impedimento occulto; non debet vt Iudex illi eſſe oneroſus, ſeu moleſtus, aut eum punire.Idem Naua. docet loco ſupra citato,nu.5.ad fin. Quod intellige: non quòd non poſsit punire in Foro exteriori, ſi de eo accuſaretur: ſed quòd debet diſsimulare, etiam vt Iudex: quãdo nõ ſcit alia via; nec eſt,qui eum accuſet. Vt conſtat ex traditis per eumdem Nau.Conſ.5.de Priuil.per totum.

Tertius effectus eſt, quòd taliter abſolutus, poterit frui Iubileo, recipiendo publicè Communionem, ſecundùm Naua. dict.Conſ. 23. nu. 3. & Cordub. caſu. 20. puncto tertio. Non tamen poterit id facere virtute Bullæ Cruciatæ, ſi eſt publicè denunciatus,propter ſcandalum:quod ceſſat tempore Iubilei: niſi aliàs eius abſolutio,eſſet nota,ac manifeſta.

Quartus, ac valde notandus effectus eſt; quòd abſolutus quoàd Forum conſcientiæ, non ſit irregularis quoàd Deum; licèt celebret

Digitized by Google

celebret publicè, & cum ſcãdalo. Nec etiã erit habendus pro irregulari a Iudice in Foro iudiciali ex equitate. Ita egregiè Rodrig. 1. tom. Queſt. Regul. queſt. 61. art. 10. verſ. Quantum ad ſecundum: Quod certè eſt memoriæ perpetuo commendandum.

Sed contra hoc faciunt quæ tradidimus verb. Pœna, Diff. 4. n. 1. vbi habes, ꝙ pœna à Iure debita non tollitur per pœnitentiã. Si ergo celebrãs excõmunicatus, incidit in irregularitatem: nõ videtur tolli poſſe per pœnitentiam, & ſic per abſolutionem excommunicationis quoàd Forum conſcientiæ tantùm.

Sed dic, fieri quidem irregularem quoàd Forum exterius; non tamen quoàd Forum interius. Ratio eſt, quia taliter abſolutus non eſt iam verè excommunicatus, maximè corã Deo, teſte Nauar. Conſ. 23. n. 4. in fi. Nõ mirũ ergò ſi nõ fiat irregularis quoàd Deum; quamuis publicè celebrauerit. Poterit tamen per Iudicem Eccleſiaſticum, ſi velit, puniri tamquam irregularis; per dicta ſupra, verſ. Poſſet tamen.

4 Quintus effectus eſt, ꝙ ſi quis eſt excõmunicatus, & denunciatus ab Auditore Cameræ, vel alio quocumq; ad inſtantiam Partis: ſi ſe cõponat cum ea, poterit cum eius cõſenſu abſolui à Cõfeſſario virtute Bullæ Cruciatæ, vel priuilegii, quoàd Forum conſcientiæ, ſecundũ Nauar. dict. Conſ. 23. n. 2. Quę abſolutio etiam operabitur quoàd Forum exterius, cùm iam Pars ſit ſatisfacta; per dicta ſup. verſ. Benè verum eſt. Et ita tenet Rodrig. in Explic. Bullæ §. 9. nu. 56. pag. 265. Et colligitur ſatis ex declaratione facta per Pium 5. quã ibi refert. Et ſic, non indigebit abſolutione Iudicis excõmunicantis. Quod eſt valdè notandum. Sit tamen cautus taliter abſolutus; vt obtineat à Confeſſario, & à Parte, teſtimonium abſolutionis, & ſatisfactionis; ſi forte a Iudice timeat inquietari.

5 Quod ſi quæras, quid operetur abſolutio illa, quę ponitur in impetrationibus Beneficiorum Sedis Apoſtolicæ? Dico, tales abſolutiones, & ſimiles, nõ eſſe reales; ſed verbales, & de ſtylo; cùm iſtos impetrantes non pœniteat. Et ideò expedito actu, propter quẽ abſoluuntur, ſtatim reincidunt; vt poſt Hoſt. docet Feli. in c. Apoſtolicę. poſt prin. de Exceptio.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATVS denunciatus non poteſt in Foro exteriori abſolui inuita Parte; licèt ſit impotens: niſi probata impotentia, Parte citata.*

2 *Secùs in Foro pœnetentiali, ſi Iudex, & Pars longè abſint.*

3 *Iudex ſecularis incidẽs in excõmunicationem Cœnæ Domini, ob ſequeſtrationem bonorum Eccleſ. oblata debita ſatisfactione, arbitrio prudentis; poteſt abſolui virtute Bullæ Cruciatæ; etiam Parte renitente.*

4 *Excommunicatus denunciatus impotens ad ſoluendum; poteſt adire Nuntium Apoſtolicum, vel Epiſcopum, vt ab ipſis ad tempus pro vtroque Foro abſoluatur, ſi Iudex excommunicator longè abſit.*

5 *Confeſſarius virtute Bullæ Cruciatę poteſt abſoluere impotentem quoàd Forum interius, ſi Iudex longè abſit.*

DIFFERENTIA TERTIA.

EXCOMMVNICATVS ad inſtantiam partis, & denunciatus, nõ poteſt in Foro exteriori abſolui, etiamſi ſit impotens, niſi de licentia Partis: aut niſi, ea citata, probet ſuam impotentiam coram Iudice excommunicatore. Ita docet Sot. in 4. diſt. 22, queſtione 2. artic. 3. Nauar. Conſilio. 75. Dub. 11. num. 36. de Regular. Caiet. in Summa. verb. Abſolutio. c. 4. Couar. in c. Alma mater. 1. par. §. 11. num. 7. Henriq. de Excommunic. c. 28. §. 2. in princip. Quòd

ſi Iudex excommunicator diſtaret valdè à loco domicilii excõmunicati; poterit probare ſuam impotentiam coram Ordinario Eccleſiaſtico; qui, ea probata, compellet excõmunicatorem ad dandã abſolutionẽ ſecundùm Henriq. de Indulg. cap. 13. §. 2.

2 In Foro tamen Pœnitentiali, licèt regulariter dict. excõmunicatus, non poſsit per Cõfeſſariũ virtute Bullę Cruciatæ abſolui, inuita parte, & Iudice: quia perturbaretur ordo iudiciarius cũ ſcandalo; vt poſt Silu. in Summa, verb. Excõmunicatio. Dub. 12. & verb. Pœna. §. 18. Cordu. lib. 5. Quæſtionum, quæſt. 43. & caſu 20. Rodrig. in Expli. Bullæ. §. 9. nu. 58. in fin. docet Henriq. in d. cap. 13. de Indulg. §. 2. in tex. & gloſ. Q. Tamen ſi Iudex, & pars, longè abſint: poſſet Confeſſarius, per Bullam, & priuilegia, ex cauſa abſoluere impotentem, cum cautione iuratoria, ſi meliorem dare non poſſet: quia rationabiliter præſumere debet, intẽtionẽ Iudicis, aut Partis, fore, ſi adeſſet; aut certè Pontificis, eſſe, ne impotẽs qui facit totũ quod poteſt, fruſtra aſtringatur graui, & ſpeciali pœna excommunicationis. Ita egregiè id Henriq. in tit. de Excõmunicatione. cap. 28. §. 2. litera Q. Idem tenet Rodrig. in Explic. Bullæ. §. 9. n. 55. p. 264. per not. per Gutier. in Quæſt. Canon. c. 3. n.
3 5. vſq; ad fin. Vide eundẽ Hẽriq. d. c. 28. §. 1. litera F. & K. Vbi etiã dicit q̃ ſi Iudex ſecularis contra Bullã Cęnę ſequeſtrauit bona Eccleſiaſtica, & offert debitam ſatiſfactionem arbitrio prudẽtis, poſſet per Bullam abſolui, quamuis pars non acceptaret. Quod reminiſcere, tamquam ſingulare, & nouum.

4 Sed aduerte, contra hoc facere quod cõtrariũ videmus practicari. Nã in caſu diuturnæ abſentiæ, vel longæ diſtãtiæ Iudicis, ſolet adiri Nuntius Apoſtolicus pro obtinẽda, ſaltẽ ad tẽpus, abſolutionẽ. De qua practica, & prædicti Nuntii, ad id, poteſtate, teſtatur Felin. in c. Quãuis. de Senten. excõ. Belluga in Spec. Prin. rub. 19. Nauar. c. 27. n. 46. & melius Conſil. 6. n. 6. & Conſil. 18. n. 1. de Sent. excõmunic. & in c. Cùm contingat. de Reſcript. nu. 4. & 5. & in 3. cauſa nullit. Vbi etiam docet, poſſe adiri Epiſcopum per cap. Eos. de Sẽten. excõmu. lib. 6. Vide ad idẽ Felin. in c. Paſtoralis. n. 13. de Offic. Delegat.

Sed dic adiri præfatos pro abſolutione quoad vtrumq; Forũ, & pro breui tempore, cum obligatione adeundi ſuperiorem excommunicatorem, quàmprimùm ceſſa-
5 uerit impedimentum. Cũ qua obligatione puto poſſe etiam adiri quemcumq; alium presbyterum approbatum ad confeſsiones audiendas. Et virtute Bullæ poterit excommunicatus impeditus, ſe abſoluẽdum curare quoad Forum tãtùm interius. Et ſic intellige Henriq. & Rodrig. ſuprà. Itaque impeditus impetrare abſolutionem excõmunicationis (ſi non poteſt adire Iudicem excommunicatorem, nec Epiſcopum, nec Nuntium, vt per eos abſoluatur ad tẽpus pro vtroque Foro) poterit quoàd Forum interius tantùm abſolui à Confeſſario virtute Bullæ, cum obligatione ſe præſentandi quò citius poterit, ceſſante impedimento. Quod tibi ne excidat: quia ſingulare, & quotidianum; & eſt recens declaratio, & ampliatio ad dictum c. Eos. Adde Palud. in 4. diſt. 18. quæſt. 4. caſu 3. & tradita. infr. Diff. 5.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATVS occultus, non indiget abſolutione quoàd Forum exterius, ſed tantùm quoàd interius.*

2 *Excommunicatus non nominatim, ſed generaliter, ita eſt ligatus; ſicut ſi nominatim eſſet excommunicatus.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 EXCOMMVNICATVS occultus, nõ indiget abſolutione quoàd Forum exterius. Benè tamẽ quoàd Forum interius, Nauar, cap. 27. nu. 271. verſ. 4. in fin. Vbi dicit, quòd ſolus excommunicatus denuntiatus indiget abſolutione quoad Eccleſiam, per Extrauag. Ad euitãda: & quòd occultus non tenetur, immò

immò nec expedit petere abſolutionem; quia nihil prodeſt animæ, quoad Deum; & nocet honori, quoad homines. Sufficit ergo ei, ſi abſoluatur per Confeſſarium, poteſtatem ad id habentem: puta à Parocho, ſi non eſt reſeruata; vt infra Diff. 10. Et ſi eſt reſeruata; indiget Bulla Cruciatæ, vel alia ſimili ſufficienti gratia.

2 Hinc dicit gloſſa, verb. Nominatim. in cap. Si Sacerdos.de Offic. Ordin. quòd Excommunitio lata generalitèr; puta, quicumque fecerit talem rem, ſit excommunicatus: ligat facientem, perinde ac ſi proprio nomine expreſſo eſſet excommunicatus. Et hoc in Foro interiori; non tamen in exteriori: quia talis non vitabitur ab Eccleſia. Intellige hoc ideò euenire; non quòd nō ſit etiam excommunicatus quoàd Eccleſiam (immò quoàd vtrumque Forū eſt excommunicatus ex parte ſua, ſecundùm gloſſam inClem. 1.de Hæret.§.Verū. verb. Eo ipſo; quam dicit mente retinendam Abb. in dict. cap. Si Sacerdos.nu.13. & eam reputant ſingul. quàmplures citati per Probum ad Monach.in c.Vt animarū. num. 30. cum ſequenti. de Conſtit. lib. 6. & per Dominum meum Ioan.à Rojas, de Hæret. 1.par.num.246. Et pro ea eſt text. in dict. cap. Si Sacerdos. ſecundùm Abb. ſuprà. Et ideò dùm non abſoluitur à Confeſſario, tenetur ſe abſtinere à communione hominum; ſicut ſi eſſet publicè denunciatus. Aliàs incurrit pœnas Iuris, & fieret irregularis; ſi antequàm abſoluatur,celebret; cap.Apoſtolicæ.de Cleric. excommunicat. Borgas. de Irregul. part.6.pag.333.num.6. Nauar. vbi ſup.nū. 241.Et peccat ſi adſit Miſſæ, vel cæteris horis in choro cū aliis;aut petat,etiā data ſtipe,ſiue eleemoſyna, pro ſe ſpecialitèr offerri Miſsā;vt docet Héric.deExcōmunic. c.11.§. 2. Prohibetur etiā ſub mortali, ne recipiat Sacramēta Cōfirmationis, Ordinis,Euchariſtię, & extremæ Vnctionis; vt docet idē Hériq.de Excōmu.c.12.in prin. Conferunt tradita verb. Pœna. Diff.15.) Sed quia per Extrauag. Ad euitāda. dùm nō eſt denūciatus, nō debet ab aliis vitari.

SVMMARIVM.

1 EXCOMMVNICATVS, non poteſt abſolui in Foro exteriori, niſi prius ſatisfaciat,aut ſaltem Iuratoriam det cautionē, ſi ſatisfacere non poſsit.

2 Excommunicatus, & declaratus per literas Auditoris Cameræ,ob non ſolutionem pēſionis, vel aliàs: ſatisfacit in vtroque Foro mittens literas cambii.

3 Confeſſarius poteſt abſoluere impotētem, habentem firmum propoſitum ſatisfaciendi, cùm poterit.

4 Secùs ſecundum cōmunem, ſi virtute Bullæ Cruciatæ ſit quis abſoluendus. Tunc enim requiritur,quòd prius ſatisfaciat antequā abſoluatur.Sed contrariū defenditur.

5 Declaratur gl. Clem.1. de Iure pat. verb. Inhibentes.

DIFFERENTIA QVINTA.

1 EXcommunicatus, vt abſoluatur, in Foro contētioſo,debet prius ſatiſfacere, ſi poſsit; aut ſaltē iuratoriā præſtare cautionē, ſi aliā nō poſsit dare.cap.ex parte.1. de Verbor. ſignificat. cap.Solet de Sentent. excommunicat. lib. 6.gloſſa in Clement 2.de Hæret.verb. Satisfecerint.Nauar. cap. 26. num. 7. & cap. 27.num.48. Vbi addit eum, etiam dici nō poſſe ſatisfacere, qui non poteſt commodè; vt,quia non poteſt ſatisfacere, niſi notabilitèr viliùs vendendo bona ſua; poteſtquē differre ſatisfactionem abſq; magno damno alieno. Quicquid dicat in contrarium Gutier. in quæſtion. Canon. cap. 5. nu.19. Addo, q; idē quod in principio diximus, dicendum eſt, etiam ſi offenſa, vel excommnnicatio ſit dubia; & petat quis abſolutionē ad cautelā. Nam nō debet cōcedi,niſi prius pręſtita cōpetenti cautione de pa-

de parendo iuri; vt habetur in dict.c. Solet.

2 Obſerua tamen, q̄ excõmunicatus, & declaratus per literas Cameræ Apoſtolicæ, ob non ſolutam penſionem, aut aliam obligationem; ſi tamen ſtatim ſine mora mittat peccunias, ſaltem per literas cambii; cẽſetur in vtroque Foro ſatisfeciſſe parti: & ſic poſſet tunc per Epiſcopum, aut Confeſſarium virtute Bullæ Cruciatæ abſolui. Ita ſingulariter Henriq. de Excõmunicatione, c. 28.§.2. litera S. Quod ab animo tuo ne effluat; quia quotidianum.

3 In Foro vero pœnitentiali ſatis eſt firmũ propoſitum pœnitentis, ſi non poteſt dare aliam ſatisfactionẽ. Ita Nauar. c.27. n.272. ad fin. Sic limitans quod dicit in c.26. n.2. & 7. Quem poſt Rodrig. refert, & ſequitur Henriq. in titulo de Indulg. c.13.§.2. litera I. & c.28.§.3. litera A. & Cordub. caſu 18. dub.1. & diximus ſup. Diff.3.

Quod amplia, etiam ſi quis eſſet excommunicatus propter offenſam publicam, & notoriã; nihilominus poſſet abſolui in Foro interiori, cum ſolo propoſito reſtituendi, cùm poterit. Ita ſingularitèr Nauar. dict. c. 26. num.7. verſ. Nuper autem addimus.

4 Limita tamen, non procedere prædictã differentiam in Confeſſario delegato, qui virtute Bullæ Cruciatæ, vel alicuius Iubilei, ſeu priuilegii, habet poteſtatem abſoluendi, ſatisfacta parte. Nam talis ablatiuus inducit, ſeu importat cõditionem, & formã, quam nullo modo Delegatus prætererire poteſt; aliàs nulliter agit: ita notat Nauar. c. 27. n.37. & Conſ.75. de Regula. dubio 11. num.36. & Conſ.23. n.2. in fi. de Pœnit. & Remiſ. & Conſ.6. n.3. & Conſ.11. de Senten. excom. quẽ ſequitur Medin. in Sũma lib.2. c.12. fol.303. Idẽ notat Sot. in 4. diſt. 26. quæſt.2. art.3. conclu.2. Caiet. in Sũma, verb. Abſolutio. c.4. Ledeſma in 4. quæſt. 22. art.1. col. penul. Cordub. caſu 18. pũcto 1. & lib.5. quæſt.43. dub.3. in fine. Couar. in cap. Alma mater. 1. par. §.9. n.8. Henriq. de Excõmunic. c.28. in princip. & de Indulg. cap.13.§.2. Suar. tom.5. diſput.7. Sect.8. nu. 24. pag.173. Quod probatur per gloſſam notabilem in Clement.1. verb. Inhibentes. de Iure patron. quæ habet non valere actũ ab eo, cui data eſt poteſtas faciendi illum, adiecta certa forma, ſi non ſeruat eam; nec habet aliunde poteſtatem, qua illum faciat. Quam gloſſam dicit ſingularem Panor. in capite Ex parte. num.5. & Felin. col.4. de Conſtit. & Nauar. ſupra. Eſt ergò neceſſarium, q̄ Confeſſarius Delegatus; qui virtute Bullæ Cruciatæ, vel aliàs, vult pœnitentem abſoluere ab excõmunicatione, q̄ ante abſolutionem faciat fieri ſatisfactionem: aliàs erit nulla abſolutio; etiam ſi pœnitens omnino ſit impotens ad ſatisfaciendum; vt reſoluit Soto vbi ſupra, & Nauar. dict. Conſ.75. num.36. Quod eſt memoria perpetuò tenendum. Vnde Parochus, licet aliàs ſit Ordinarius ſuarum ouium, & ſubditorum ſuorum; non tamen eſt talis, cùm virtute Bullæ Cruciatæ, vel alterius gratiæ abſoluit eoſdem; ſed Delegatus. Et ideo debet omnino ſeruare formam ſibi traditam in dicta Bulla, ſeu gratia. Et multò magis ad id tenebuntur alii Confeſſarii non ordinarii, ſed tantùm delegati; vt ſunt Religioſi, & alii non Parochi.

5 Hinc collige intellectum ad cap.12. Seſſione 25. Concil. Trid. quatenus prohibet abſolui ſubtrahentes Decimas; niſi plena reſtitutione ſecuta. Quod ſcilicet poterit eos abſoluere Parochus ſine dicta præuia ſatisfactione; ſi eam nullo modo, aut non commodè facere poſſunt; vt notat Nauar. cap.17. nu.59.§.4. in fin. & cap.21. nu.32. & Henriq. de Excommunicat. cap.28.§.1. litera. K. Nec requiritur, q̄ ſaltem recipiat iuratoriã cautionem; ſed ſufficiet, q̄ pœnitens promittat, vel proponat eam, quàm primùm poterit, facere. per notata ſuprà in principio. At ſecùs dicendum in eo Confeſſario, qui virtute Bullæ Cruciatæ vellet abſoluere prædictos fraudãtes, vel ſubtrahentes Decimas. Quia tamquam Delegatus, tenebitur ſeruare formam in dicto cap. 12. præſcriptam: aliàs nulla eſſet abſolutio, per dicta ſupra. Sicquè intellige omnia alia Iura, præuiam ſatisfactionem, ante abſolutionem, requirentia: vt notat Nauar. cap.27. num 47.

6 Sed, cùm prædicta verba ſint de Iure, & Iuſtitia: videtur per ea non dari certam formam; per gloſ. ſingu. in Clement. 1. de Offi. Deleg. in glo. magna, in principio, quam

quam dicit communiter approbatam, Nauar. in cap. Si quando. de Reſcript. excep. 7. pag. 24. & exceptione 10. pag. 35. & not. Lap. alleg. 15. & 60. Caualca. Deciſ. 22. par. 1. Tiraq. in tracta. Res inter alios. pag. 13. limitatione 4. Menoch. de Arbitr. quæſt. 17. num. 14. & Panor. dict. num. 9. & Tolet. lib. 1. cap. 14. num. 8. & Couar. dict. cap. Alma. §. 11. num. 7. Hinc dicit Innoc. in cap. Prudentiam. de Offic. Delegati. q̄ ſi Delegato mandetur, vt cōdemnet Titium Sempronio in centum, ſi conſtiterit illum ſibi obligatum; tenet ſententia condemnationis; licèt ſibi non conſtet; videlicet, quia fortè non fuit plenè probatum. Nam ſolùm eſt contra ius partis; & non contra ius ſcriptum. Nec illa verba ſapiunt conditionem; ſed monitionem; cùm ſint de iuſtitia. Idcirco dicit Abb. in dict. cap. Illud. n. 9. de Cleric. excommunicat. miniſtr. contra Hoſt. q̄ Delegatus licèt excōmunicet ſine monitione expreſſa in delegatione, non ideò eſſet nulla excommunicatio; ex quo id eſt de Iuſtitia. Quod & tenet gloſ. in Summa 2. quæſt. 1. & 11. quæſt. 3. quam allegat idem Abb. in cap. Qua fronte. num. 7. de App. & Nauar. Conſ. 4. num. 2. de Senten. excommunic. Ad idem eſt gl. 2. cap. Reprehenſibilis. de App. & in cap. Romana. verb. Iniuſtas. de Senten. excommu. lib. 6. Sed dic, licèt prædicta ſint vera, & ita iudicandū regulariter in ſimilibus Delegationibus, & commiſsionibus factis cum forma Iuris, iuxta d. gloſ. magnam in princip. Clem. 1. de Offi. Deleg. fallere tamen, quando Papa facit mentionem de forma Iuris, animo inducendi nouam formam. At Papa, in Bulla Cruciatę, facit mētionem de præmittenda ſatisfactione, animo inducendi nouā formā. Quod colligitur ex eo, q̄ priuilegium Principis, intelligitur, ſine præiudicio tertii, l. 2. §. Si quis à Principe. ff. Ne quid in loco publi. & in cap. Si pro eo. de Offi. Deleg. Et ſi priuilegium præfatū Cruciatę, aliter intelligeretur; præiudicaret innumeris, & grauiſsimè. Ita reſpondet præfato dubio Naua. dict. Conſ. 75. de Regul. num. 37.

Sed certè ſalua pace tanti viri, non arbitror verùm eſſe, ſcilicet per huiuſmodi abſolutionem, quoàd Forū tantū interius, & conceſſam impotenti, fieri pręiudicium parti, nec Iudici: vt patet cuique bene intuenti. Quid enim amittit creditor, ſi debitor ſuus, aliàs impotens ad ſibi ſoluendū debitum, reconcilietur Deo, & Indulgentias lucretur? Immò fit ei beneficium. Nam præfata abſolutio redundat in eius commodum; ex eo q̄ debitor, factus per Sacramēta contritus, & Deo amicus; ſtudioſiùs procurabit ſatisfacere eidem creditori; quàm ſi ſit extra gratiam Dei. Prætereà, non eſt credibile, eſſe mentis, & intentionis Papæ, excludere a reconciliatione Dei, & ſuſceptione Sacramentorum, & lucratione Indulgentiarum impotentem, & paratum obedire Eccleſiæ: cùm conſtet in omnibus Iubileis de eius intentione; ſcilicet velle, vt omnes illis potiantur. Tertiò quia ſi Iudex Fori contentioſi, non poteſt denegare abſolutionem impotenti, probata coram eo impotentia: quomodo credendum eſt, eam voluiſſe Papā, eidem denegari quoàd Forum interius; cùm æquitas magis ſeruetur in hoc Foro, quàm in illo? Vnde clauſula illa (ſatisfacta parte) non inducit conditionem, & nouam formam, quoàd Forū interius: ſed ſolùm poſita eſt ad admonitionem, caſu quo pœnitens potens eſt ad ſatisfaciendum. Et hāc eſſe mentē Papæ, conſtat ex declaratione facta per Pium 5. in quodam Iubileo per eum conceſſo 15. Kalend. Nouemb. Anno 1568. ſui Pontif. Anno 3. quam refert Rodrig. in Explica. Bullæ §. 9. num. 55. pag. 264. quæ ſic habet: *Declarantes inſuper tam præſentes, quàm alias quaſcumque ſuper conceſſione ſimilium, vel diſsimilium indulgentiarum à nobis & à prædeceſſoribus noſtris hactenus emanatas, & in futurū quomodolibet emanandas literas Chriſti fidelib. ipſis, niſi ad earum effectum in Foro conſcientiæ & pœnitentiæ conſequendum duntaxat: non autem in Foro Fori, aut contentioſo, niſi ſatiſfecerint, vllatenus ſuffragari.* Vbi nota, fieri diſtinctionem inter vtrumque Forum circa ſatisfactionem. Nam quoad interius non requirit eam. Intellige, cùm pœnitens eſt impotens: aliàs eſſet neceſſaria, vt diximus Diff. 2. n. 1. Quoàd exterius tamē, eā requirit: & dicit, ea facta; prodeſſe abſolutionem Cōfeſſarii, etiā quoàd vtrūq; Forū; aliàs

Digitized by Google

aliàs ſolùm proderit quoàd interius. Et ita etiam tenet, & colligit Rodrig.ex dict.declaratione, loco ſupra.cit.& tom.1.Quæſt. Regul.quæſt. 20.artic. 6.pag. 177. & alii idem tenent,quos citat Henriq.de Indulg. cap.13.§.2. Et nota etiam obiter, ex dict. declaratione, quàm parùm curet Summus Pontifex de abſolutione Iudicis excommunicantis,cùm pars (ad cuius inſtantiam fuit lata excommunicatio) eſt ſatisfacta,& excommunicatus abſoluitur per Confeſſariũ virtute Bullæ Cruciatæ, vel tempore Iubilei. Quod nota pro his quæ diximus ſupra Diff.2.num.4.

5 Denique obſerua circa intellectum glo. Clem.1.verb.Inhibentes.de Iure Patr. cuius meminimus ſupra nu.4. (quatenus dicit facta per Delegatum contra formam ſibi præſcriptam, eſſe nulla) non eſſe vim faciendam in hoc, ſcilicet; an forma ſit data Delegato, & ſic ei,qui non habet aliunde iuriſdictionem, niſi ex Delegatione: vt videtur ſentire dict.glo. & Henriq. poſt alios, de Excõmun. cap.28.§.1.in princi. & §.3.Sed in hoc,ſcilicet, an ſit forma noua, ſiue hominis; & non Iuris: vt expreſsiùs tenet gloſ.verb. Nullatenus. in Clem.1.de Secreſt. poſ. quamplures ſequuntur, quos refert, & ſequitur Couarr. dict. num. 7. & Tiraq.in l. Si vnquam. verb. Reuertatur. nu 79.C.de Reuocand.donat. Vel ſi ſit forma Iuris; ſit tamen præſcripta animo inducendi nouam. Tunc enim facta a Delegato contra talem formam,ſunt nulla,vt colligitur ex traditis, per Naua.cap.27.nu.37. & dict.Conſ.75.num.37.& Conſ. 4.nu.2. de Senten. excommun. poſt Deci. in cap. Reprehenſibilis.de Appel. & ſatis probat text.notab.dict.cap.Illud. (vbi Abb. nu.9. id ipſum notat)vbi excommunicatio lata a Delegato ſine monitione,contra formam ſibi datam, fuit valida. Et non alia ratione; niſi quia erat forma Iuris; & data tantùm ad admonitionem; & non ad nouam formam inducendam.

SVMMARIVM.

1 *ABSOLVTIO ab excommunicatione in Foro exteriori, datur ſub certis ceremoniis.*

2 *Iudex Eccleſiaſticus abſoluens excommunicatum non ſeruata forma Iuris, peccat regulariter; valet tamen abſolutio.*

3 *Confeſſarius,nullam tenetur ſeruare formam in abſolutione ab excommunicatione.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 ABSOLVTIO ab excommunicatione in Foro exteriori, dari non poteſt;niſi ſeruata forma Iuris; videlicet. Primò, quòd iuret excommunicatus parere mandatis Eccleſiæ, quæ ſibi fient ſuper re, ob quam fuit excommunicatus. Secundo, quòd parti ſatiſfaciat; ſi offenſa,aut debitũ, aut cõtumacia eſt manifeſta; vt Diff. præced. diximus. Tertiò,quòd detur abſolutio cũ recitatione Pſalmi *Miſerere*, & percuſsione in humeros eius nudatos,virga, fune,aut flagellis, & certis verſibus,& orationibus, prout habetur in cap.A nobis.2. cap. Ex tenore. cap. De cetero, de Senten. excommunic. cap.Ex parte.de Verb. ſignificat. cap. Solet.cap.Venerabilibus.§.Porrò, de Sentẽt. excommunic.lib.6.tradit D.Anton. 3.par. tit.24.c.77.§.1.communiter receptus teſte Nauar.cap.26.n.7.& 8. Couar.in c. Alma mater, de Senten.excõmunic.lib. 6. 1.par. §.11.num.11.

2 Verum quidem eſt, quòd ſi Iudex non ſeruaret prædictam formam; ſed ſolo verbo abſolueret,peccaret quidem venialiter. Intellige ſecluſo contemptu, & ſcandalo, ſecundùm

Digitized by Google

ſecundùm Suar. infra citandum. Attamen abſolutio valida eſſet,& teneret.iux Gloſſam final. in c. Cùm ab Eccleſiarum de offic. Ordin. communiter approbatam teſte Abb. in cap. Qua fronte num.6.de Appellation.& probat tex. expreſſus in dict. cap. Venerabilibus §. Sanè, verſ. Vbi autē: quē ad hoc dicit Abb. dicto cap. Qua fronte, num. 7. non eſſe obliuioni tradendum. Et docet idem (dicens communem) Suar. 5. tom.de Cenſur.diſput. 19. num. 13. Idem notat Nau.ſupra.num. 9. & diximus Diff. præced.

Prædictis adde, nonnumquam Iudices ſine peccato poſſe ex cauſa omittere prædictas ceremonias in abſolutione ab excommunicatione. Nam tertiam omittendam eſſe in femina,& in locis publicis, quando abſolutio ex confeſsione ſecreta datur, docet poſt Nauar.& Caiet.Suar.vbi ſuprà, num. 11. Item,cùm excommunicatio fuit iniuſta; vel abſolutio datur ad certum effectum, vel ad cautelam, vel a non Sacerdote. Et tandem ſi neceſsitas vrgeat, vel alia rationabilis cauſa concurrat;poteſt ſimiliter prædicta forma, ſeu ceremoniæ omitti,ſecundùm communem, teſte Suar. vbi ſuprà, num.13. Et ita debent intelligi quę tradit Rodrig.1.tom.Quæſt.Regul.q. 61.art.10.verſ.Et ſic ſæpe ſæpius.

Adde etiam, ſi Ordinarius abſolutè delegauit alteri facultatem abſoluendi,non addens vllam conditionem; quamuis dicat, vt ſeruet iura: vel ſi Papa committat Ordinario aliquam diſpenſationem,iuxt. Concil.Triden. Seſsione 22.cap.5.de Reformat; Et dicat,vt abſoluat, ac diſpenſet, iuxta formam Iuris: per hoc non cenſeri eis datā formā neceſſariā: ſed eſſe quādam admonitionē cū præcepto: vt ſingulariter notat Henriq. dicto cap. 28. de Excommunicat.§.3. inferens ex hoc, ſi omitteretur; valere factum, ſiue abſolutionem, & diſpenſationē: quod eſt mēte retinendum. Pro cuius dicti confirmatione (licet ipſe nihil alleget) facit tex. notabilis in cap. Licèt, de offic. Ordin. Vbi commiſsio facta Ordinario cùm forma Iuris, ſcilicet (appellatione remota) in cauſa correctionis; non inducit; nec cauſat alterationem iuriſdictionis ordinariæ in iuriſdictionem delegatam; ſed tantum habetur pro quadam excitatione eiuſdē iuriſdictionis ordinariæ. Facit etiam cap. fin. ne Cler. vel Monachi lib. 6. vbi per delegationem factam alicui per habentem temporalem iuriſdictionem, vt ſuper homicidio perpetrato veritatem inquirens,iuſtitiæ debitum exequatur; non cenſetur ei præcipi ſuſpendere homicidam; nec per dicta verba dari ei aliquam formā neceſſariam; ſed tātùm excitari, & admoneri, vt rectè ſe habeat in negotio ſibi delegato.

3 In Foro tamen pœnitentiali nullam formam obſeruare tenetur Confeſſarius; nec aliquid ex dictis tribus requiſitis, & ceremoniis facere;teſte Caiet.in Summa,verb. Abſolutio,c.4. Idē tenet Philippus Franc. in cap. Eos notab.3. de Sentent. excommunicat. lib.6. Cordub. quæſt. 18. in 1. reſponſo.Henriq.tit.de Indulgēt. cap. 28. §. 3. in gloſſa C.vbi alios citat. Vnde conceſsio Leonis.10.facta fratribus Minorib. ne teneantur ſeruare prædictam formam, cum abſoluunt excommunicatos in Foro conſcientiæ (de qua in compend. priuil. verb.Abſolutio quoàd ſeculares. num.14. & per. Nau. c. 26. num.9. & per Rodri. 1. tom.Quæſt.Regul.quæſt.61.articulo 10.) non erat neceſſaria. Et forſan fuit impetrata ob ſcrupuloſitatē aliquorū: vel quia ita non benè perpenderunt.

SVMMARIVM.

1 *CONTRITIO ſola abſoluit quoàd Deū, excōmunicatū, etiā denunciatū, in articulo mortis, ſi nō habuit copiam Cōfeſſarii.*

2 *Sed ſecùs eſt quoàd Forum exterius.*

3 *Pro Excommunicato denunciato moriente cum ſignis contritionis; an poſsit dici miſſa.*

DIFFE-

Digitized by Google

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 EXCOMMVNICATVS denunciatus, in articulo mortis, non habens copiam Confeſſarii; per ſolam contritionem, abſoluitur ab excommunicatione, quoád Deum, & Forum interius, cap. A nobis. 2. Et ibi notat Felin. de Sentent. excommunicat. Itaque excommunicatus validè, & legitimè, ac decedens cum ſignis contritionis: quoád Forum interius, & quoád Deùm cenſetur abſolutus.

2 Quoád Forum tamen exterius, eſt excõmunicatus, donec abſoluatur ab eo, à quo viuus debuiſſet abſolui: non obſtãte, ꝙ deceſſerit cum ſignis contritionis; vt probat
3 idem text. in cap. A nobis. & in cap. Sacris. eod. tit. Et ideò publicè pro eo non poſſunt celebrari Miſſarum ſacrificia. Idem Nauar. cap. 26. num. 32. in fin. Vbi addit, poſſe talem abſolui, licèt iam mortuũ; ab eo tantùm, qui eum ſanum in vita abſoluere poterat, & non à quouis Sacerdote, qui in articulo mortis eum abſoluere potuiſſet: & valere prędictam abſolutionẽ ad eum, in loco Sacro, ſepeliendum; aut ad illum, ab ipſo non extrahendum, ſi iam erat ſepultus; & vt pro eo publicè Deo ſupplicetur. Quę ſunt mẽte retinẽda. Nam alias, niſi abſoluatur, non poterit ſepeliri in cemeterio benedicto, teſte Palud. in 4. diſt. 2. queſt. 2. ad fi.

Eſt tamen pulchrum dubium circa hanc Differentiam: videlicet, An pro dicto excõmunicato cõtrito liceat celebrari aliquã miſſam priuatã? Hoſt. in c. Cum voluntate. de Sent. excom. tenet affirmatiuam. Quẽ ſequitur Naua. in c. Quando de Conſecra. diſt. 1. notab. 19. nu. 67. & in Man. cap. 27. num. 36. Idem tenet Henriq. in excommunicato nõ denũciato, in tit. de Excommunicatione, c. 11. §. 2. & tit. de Miſſa. cap. 15. §. 2. ex eo, ꝙ per contritionem factus eſt membrum viuum Chriſti, & filius iam obediens.

Sed contraria eſt verior, & probabilior, quam defendit Soto in 4. diſt. 22. quæſt. 1. art. 1. Pet. Ledeſma, 1. par. tit. de Excommunicatione, c. 6. dub. 2. & Viual. eod. tit. nu. 12. Pro quibus eſt tex. notab. in dict. cap. A nobis. 2. Vbi Papa conſultus ſuper caſu huius Differentiæ; reſpondit non eſſe orandum pro eo, donec ſit abſolutus: quia licèt per contritionem ſit abſolutus a vinculo, quo erat ligatus apud Deum: non tamen a vinculo, quo eſt ligatus quoád Eccleſiam. Et confirmatur. Nam ſi talis excommunicatus, etiam ſi ſit contritus, eſt pręciſus ab Eccleſia, & ligatus quoad eam: quomodo poterit eius miniſter, qui eſt Sacerdos, & vt talis, facit Sacrum, offerre licitè pro eo vllam miſſam? Videtur enim abſurdum, ꝙ excommunicatus ſit excluſus ab Eccleſia; & ꝙ nihilo minus Sacerdos eius miniſter poſsit facere Sacrum pro eo nomine Eccleſiæ.

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 ABSOLVTIO ab excommunicatione in Foro exteriori; obtineri poteſt per procuratorem, cap. Quoniam 2. queſt. 5. gloſſa in cap. Quanto. eadem cauſa, & quæſt. & in cap. De manifeſta. verb. Iudicaui. 2. queſt. 1. gloſſa penult. in cap. Qui ad agendum. de Procurator. lib. 6. & Felin. infra.

At in Foro interiori, ſeu pœnitentiali ſecùs eſt, ſecundùm Domin. in cap. Eos. in princip. de Sentent. excommunicat. lib. 6. Bal. in cap. Imperatorum. col. 3. de Iuram. calum. Felin. in cap. Cùm deſideres nu. 2. verſ. Limita primò. de Sentent. excommunicat. Quia ſicut confeſsio ſacramentalis non poteſt fieri per alium, ita nec per alium peti poteſt abſolutio excommunicationis in eo Foro.

DIFFE-

DIFFERENTIA NONA.

ABSOLVTVS ab excommunicatione in articulo mortis, ab alio quam ab eo, qui eum debebat abſoluere; debet poſtea ſanus ſe preſentare ſuperiori, ſeu excommunicatori, quam cito cõmode poterit. Quod in Foro exteriori intelligitur arbitrio boni viri. Iuxta text. & ibi notata in cap. Eos qui de Sentent. excommunicat. lib. 6.

In Foro verò interiori, relinquitur conſcientiæ eius: vt tradit Nauar. in Manual. cap. 27. num. 113.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATVS à Iure, maiori excommunicatione nulli reſeruata; poteſt abſolui à proprio Parocho. Et de communi ſtylo recurritur ad Epiſcopum. Idque quoàd Forum exterius.*

2 *Secùs in Foro pœnitentiæ in quo ſufficit recurrere ad Parochum; vel alium per Bullam.*

3 *Confeſſarius virtute Bullę Cruciatæ poteſt abſoluere ab excommunicatione, etiam extra Sacramentum pœnitentię.*

DIFFERENTIA DECIMA.

1 EXCOMMVNICATVS à Iure, maiori excommunicatione, nulli reſeruata; poteſt abſolui a proprio Parocho, vel alio quocũque Confeſſario; qui poteſt abſoluere à peccatis. Ita probat textus in cap. Nuper. de Sentent. excommunicat. & dicit communem Nauar. cap. 27. num. 39. Sot. in 4. diſt. 22. quæſt. 1. art. 3. poſt. D. Thom. diſt. 18. quæſt. 2. art. 5. Ganibar. de Offic. & poteſt. Leg. à latere lib. 5. num. 74. Sarmiento lib. 1. Select. cap. 9. num. 4. Rodrig. in Summa, verb. Confeſſion. cap. 55. num. 2. in fine & alii quamplures citati à Couar. in cap. Alma mater. 1. part. §. 12. num. 5. Vbi ipſe poſt alios tenet contrarium, dicens communẽ praxim ſeruare, ſcilicet, quòd recurritur ad Epiſcopos pro abſolutione. Et ſic tenet aliud dicendum de communi practica, & ſtylo. Sed intellige prædictam conſuetudinem veram, & procedere in Foro exteriori.

2 At quoad Forum interius, ſufficit abſolutio Parochi, vel alterius Confeſſarii. Et ita cõcordãt has opiniones Nauar. & Rodrig. vbi ſuprà, poſt Iohannem Gutier. de Canonic. quæſtion. cap. 5. num. 20. Et merito poteſtas Parochi reſtringenda eſt, quoàd Forum tantùm interius. Tum, quia d. cap. Nuper. (in quo fundatur prædicta concluſio) de eo Foro interiori loquitur; vt conſtat ex verbis illis dict. tex. *Per cõfeſſionẽ à ſimplici Sacerdote.* Tum, quia abſolutio excommunicationis pro Foro exteriori, ad iuriſdictionem Fori exterioris pertinet: vt dicit Couar. ſupra; quam Parochus, ſeu ſimplex Sacerdos, & Confeſſarius, non habet. Tum denique; quia commiſsio facta 3 Parocho de abſoluendo aliquem ab excõmunicatione (qualis eſt prædicta virtute dict. cap. Nuper. teſte Nauar. vbi ſupra) intelligitur in dubio, in confeſsione Sacramentali; vt ſentit idem Nauar. cap. 27. num. 41. cum ſequenti. Hoc vltimum eſt verum, quando prędicta abſolutio cõiungitur cũ abſolutione a peccatis; vt in Bulla Cruciatæ, ſecundùm eumdem Nauar. cap. 26. num. 31. §. 22. Rodrig. in explicat. Bullæ §. 9. num. 54. & Cordub. quæſt. 19. & 87. dub. 4. Secùs, ſi non coniungatur. Et ſic intellige Henriq. de Indulg. cap. 13. §. 2. qui tenet contrarium; dicens, etiam virtute Bullæ Cruciatę poſſe dari extra confeſsionem; vt conſtat ex communi practica, quãdo quis fuit excommunicatus per Auditorem Cameræ; & ſatisfacta parte, committitur alicui Confeſſario Doctori abſolutio. Nã eam virtute Bullæ electus extra

confeſsio-

confeſsionem adminiſtrat; vt docet Henriq. poſt alios titulo, de Indulgent. cap. 13. §. 2. litera. O. & cap. 30. §. 6. Secùs in commiſsionibus factis per Summum Pœnitentiarium. Nam illę ſemper committuntur in ordine ad Sacramentum pœnitentiæ. In omnibus ergo caſibus, & commiſſionibus, in quibus abſolutio ab excommunicatione, non coniungitur cum abſolutione à peccatis; poteſt Confeſſarius, etiam ad id electus virtute Bullę Cruciatę, conferre abſolutionem ab excommunicatione extra confeſsionem Sacramentalē. Secùs in alijs, in quibus abſolutio ab excommunicatione coniungitur cum abſolutione à peccatis. Quod eſt valde notādū.

Sed obſerua ad concordiam ſuprà factā circa abſolutionem Parochi; eam locum habere, cùm excommunicatio non reſeruata, fuit denunciata; id eſt, quando fuit quis declaratus in eam incidiſſe, & denunciatur publicè. Tunc enim procedit concordia facta inter Forum exterius, & interius. Aliàs, ſi excommunicatus eſt occultus, nulla indiget abſolutione quoad Forum exterius; vt ſupra ſub hoc verbo Different. 4. diximus. & conſequenter ceſſat prædicta concordia.

SVMMARIVM.

1 *ABSOLVTIO ad cautelam in Foro exteriori, dari non poteſt niſi ſeruata certa forma: quæ in Foro pœnitentiali non eſt neceſſaria.*

DIFFERENTIA VNDECIMA.

1 EXCOMMVNICATVS prætendens ſe nullitèr eſſe excommunicatum; petens abſolutionem ad Cautelam, non poteſt abſolui, niſi priùs, citata parte, iuret de parendo mādatis Eccleſię; iuxta tex. in c. Venerabili. de Sēt. excō. Quod iuramentum non preſtat, quando Iudex ex legitima cauſa ex ſuo officio dict. abſolutionem concedit; vt conſtat ex traditis per Deciū. in c. Apoſtolicę. nu. 2. de Excep. & Naua. c. 27. nu. 170. pag. 718. Tenetur etiam præſtare ſufficientem cautionē; iuxta c. Solet. de Sent. excom. lib. 6. Nempe pignora, aut fideiuſſores, ſi poteſt: aliàs, iuratoriam, ſecundùm gl. verb. Satisfecerint. Clem. 2. de Hæreti. Mandoſ. de Monito. quęſt. 37. nu. 9. & Naua. c. 26. num. 7.

In Foro verò pœnitentiali, ſi alicui committeretur à ſacra Pœnitentiaria; vel ab alio ſuperiore, prædicta abſolutio ad Cautelā; nō teneretur ſeruare Confeſſarius ſupradicta requiſita: ſed ſufficeret, pœnitentē proponere firmiter ſatisfacere debito, vel offenſæ; ſi apparuerit excōmunicationem valuiſſe. ita ſing. not. Naua. dict. c. 27. num. 272. ad fin.

Et pro ornatu dic. cap. Solet. quando ſcilicet locus ſit abſolutioni ad cautelam, & ea poſsit impendi; vltra Feli. in c. Veniens. 2. nu. 22. de Teſti. qui dicit, in duobus tantùm caſibus concedi: videnda eſt glo. quę alios plures ponit. in cap. Preſenti. verb. Ad cautelam. de Sent. excom. lib. 6. quam commendat poſt alios Cenedo. Collect. 25. ad Decretales. nu. 5. pag. 141. & eam dicit celebrem Naua. dict. cap. 27. num. 4. Eoſdem caſus ponit. diuus Anto. 3. par. tit. 24. cap. 74. adde Abb. in cap. Apoſtolicæ; nu. 10. & 12. de Excep. & Coua. cap. Alma. 1. par. §. 7. num. 7. verſ. Quarta concluſio.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATIO in Foro exteriori, datur diuerſimodè, quando ſcilicet, offenſa, vel contumacia eſt manifeſta; vel eſt dubia: ſecùs in Foro pœnitētiali.*

DIFFE-

DIFFERENTIA DVODECIMA.

ABSOLVTIO ab excommunicatione in Foro exteriori, vno modo impenditur, ſi offenſa aut contumacia eſt manifeſta. Et alio modo, ſi eſt dubia. Nā cùm eſt manifeſta, non datur, niſi prius fiat ſatisfactio; iux. tex. in c. Solet, & c. Venerabilibus. §. Secùs de Sent. excom. lib. 6. & c. Ex parte. de Verb. ſigni. Etſi eſt dubia, debet priùs præſtari cautio de ſtando Iuri; iuxta dict. c. Ex parte. De cuius materia vide Feli. in cap. Cùm cōtingat. de Offi. Deleg. & Rip. in c. 1. de Iudi. col. 39. verſ. Eadem gl. vbi ponit quinque limitationes.

In Foro verò conſcientiæ & pœnitentiali, ad nihil aliud attenditur, niſi ad id, quod ipſe pœnitens de ſe confitetur, & qualiter ſe accuſat, An ſcilicet ſciat, aut neſciat ſe debere; aut offendiſſe; aut quātum, aut quomodo, aut cui ſoluere debeat: cùm in illo Foro confeſsio pœnitentis faciat notorium; vt not. Naua. cap. 26. nu. 7. Vnde meritò, nulla ibi requiritur cautio. Et licèt quidam conſulant; vt cautionem in ſcriptis à pœnitente Confeſſarius recipiat, qua ſe obliget & promittat ſe ſoluturum debitum quàm primùm poterit. Et eos ipſe ſecutus, eam in quadam reſtitutione facienda, a pœnitente mihi dari feci, Poſtea experientia reperi, eſſe inutilem: quia ſi poſtea pœnitens nō adimplet promiſſum, non poteſt Confeſſarius eam dare creditori, nè reuelet confeſsionem. Nec etiam expedit, ꝙ Confeſſarius conueniat pœnitentem in Iudicio, quamuis in cautione confiteatur pœnitēs, ſe debere illud debitum Confeſſario. Tùm ne aliquomodo detur occaſio Iudici ſuſpicandi, eſſe debitum, ex reſtitutione in cōfeſsione ſacramentali manifeſtata. Tùm vt fugiatur fictio, aut mendacium, quo pallianda eſt cautio, ne peccatum reſtitutionis reueletur. Tùm quia non decet, ipſum Confeſſarium eſſe procuratorem creditoris. Sufficiat ergò Confeſſario, recipere à pœnitente promiſsionem verbalem, de reſtituendo, vel ſatisfaciendo quàmprimùm poterit. Nam propoſitum firmum pœnitintis in Foro pœnitentiali; deficiente poſsibilitate ad reſtituendum de preſenti, tantùm valet, quantùm datio pignorum, vel fideiuſſorum, in Foro iudiciali.

SVMMARIVM.

1 *LAICVS, etiam in articulo mortis conſtitutum nequaquam poteſt abſoluere ab excommunicatione: ſicut nec excommunicare.*

2 *In Foro verò conſcientiæ extra Sacramētum pœnitentiæ, & abſente Sacerdote, vel Clerico; multi tenent contrarium.*

3 *Laicus poteſt concedere Indulgentias conſtituto in articulo mortis.*

DIFFERENTIA DECIMATERTIA.

1 LAICVS etiam in articulo mortis, non poteſt excommunicatum ab excommunicatione abſoluere. Sicut enim neminem poteſt excōmunicare; quia id iuriſdictionis Eccleſiaſticæ eſt (cuius merus Laicus incapax eſt) ſic nec poteſt quem ab ea abſoluere. Allegatur pro hac opinione gloſſa in cap. fin. in gloſſa fin. 24. q. cap. Sed illa gloſſa id nō dicit; immò contrarium. Quia inter multa, quæ ibi enarrat, licere Laico tempore neceſsitatis; ponit hác abſolutionem, ſeu reconciliationem. Licèt tandem dicat, quòd in omnibus, quæ ad officium Sacerdotis ſpectant, ea tantùm Laicis in neceſsitate licere credat; de quibus expreſſe inuenitur: In quo illa gl. valde cōmendatur à Panor. in c. 2. num. 19. de Iudi. & in cap. Quanto. de Conſue. Deci. num. 29. Rip. nu. 70. Feli. nu. 9. dict. c. 2. vbi allegat Ioā. de Anania in cap.

Digitized by Google

in cap. 2. de Hæreti. ponentem illa, quæ ſunt permiſſa Laicis, & expreſſa in Iure. Eãdem gl. comẽdat Alex. de Imol. Conſ. 74. num. 22. lib. 4. At certum eſt, hanc abſolutionem ab excommunicatione extra Forum pœnitentiale, non ſpectare ad officiũ Sacerdotis; vt palam eſt. Allegatur etiam gloſſa in cap. Paſtoralis §. Præterea verb. Præterquam de Offic. Ordin. Sed illa, ſi benè inſpiciatur, magis facit pro contraria opinione. Demùm hanc opinionem tenet Imol. in l. 1. col. 3. ff. de Public. iudic. & defendit Couar. in cap. Alma 1. part. §. 11. nu. 9. poſt Nauar. in cap. 1. num. 86. de Pœnit. diſtinct. 6. Quorum opinionem veram eſſe arbitror quoàd Forum iudiciale.

2 In Foro verò interiori, & conſcientiæ, extra Sacramentum pœnitentiæ, contrariã ſententiã multi tenẽt, ac defendi poſſe arbitrãtur; videlicet, à Laico, abſente Sacerdote, vel Clerico, poſſe abſolui excommunicatum. Nam ita tenet expreſsè gloſſa in cap. A nobis. 2. verb. Non potuerit. de Sẽt. excommunicat. & ibi Abb. & Fel. & communiter omnes. Alia in c. 2. verb. Ligata. de Pœnit. & remiſſ. lib. 6. & gloſſa. dict. cap. Paſtoralis, §. Prętereà & dict. cap. fin. 24. q. 1. Quas ſequitur Silueſt. verb. Abſolutio 1. §. 4. col. 2. Angelus eodem verb. in 3. §. 17. Decius in cap. 2. de Iudic. num. 23. & Henriq. poſt plures à ſe relatos in Summa. tit. de Pœnit. lib. 3. cap. 9. §. 4. in tex. & gloſſa, V. licèt eam reſtringat ad tonſuratum. Sed id non eſt neceſſarium pro Foro interiori, de quo nunc loquimur.

Mouentur, quia ad concedendam prædictam abſolutionem in articulo mortis, habet Laicus tacitam commiſsionem ab Eccleſia, vel Papa. Sed hæc ratio nullo Iure fundatur; immò eſt gratis inuenta: cùm prędicta abſolutio non ſit adeò neceſſaria conſtituto in articulo mortis, quòd ſine ea ſaluari nõ poſsit: quia, excommunicatione non obſtante, poteſt conteri, & veniã ſuorum peccatorũ à Deo obtinere. Et quoàd ſepulturam, & Miſſas pro eo dicendas, etiam poſt mortem poteſt abſolui; ſi ſigna cõtritionis exhibuerit; vt dicit gloſſa dict. cap. Paſtoralis, §. Præterea.

3 Meliùs pro iſta opinione facit, quòd Laicus in prædicto articulo mortis, quando alius Clericus haberi non poteſt, concedere poteſt Indulgẽtiam plenariam Bullæ Cruciatæ; vt ſingular. tradit Nauar. de Indulgent. notab. 30. num. 9. Vbi dicit, ita communiter teneri. Sequitur Henriq. loco ſuperiùs citato: quamuis id etiam reſtringat ad tonſuratum. Sed non eſſe id neceſſarium docet Nauar. ſuprà. Facit etiam, quòd Laicus etiam recenter baptizatus, poteſt reconciliare pœnitentem; vt probat tex. in cap. Sanctum. de Conſec. diſt. 4. Quem ad hoc allegat. dict. gl. cap. Paſtoralis. §. Præterea, & Naua. in cap. 1. §. Tanta. de Pœnit. diſt. 6. Quæ reconciliatio eſt reſeruata Epiſcopis; vt in cap. In capite Quadrageſimæ. 50. diſt. & in cap. 1. & 2. 26. q. 6. Presbyteris autem id licet tempore neceſsitatis; vt in cap. fin. 26. quæſt. 6. Poteſt etiam Laicus tempore neceſsitatis Sacramentum Baptiſmi concedere; vt in cap. Conſtat de Conſe. diſt. 4.

Effectus autem prædictæ abſolutionis, ſecundùm præcitatos Doctores maximus eſt: ſcilicet, quòd hæredes abſoluti non tenebuntur adire Papam, nec excommunicantẽ pro abſolutione petenda; Ita Feli. poſt Abb. dict. cap. A nobis. 2. nu. 4. Poteruntquè ſepelire defunctum in loco ſacro, & pro eo facere Miſſas celebrare; licèt id impugnet Couar. dict. num. 9. in fine, & Soto in 4. diſt. 18. quæſt. 4. art. 4. Quorum opinionem in rigore Iuris veriorem exiſtimo: quia ad abſoluendum quem ab excommunicatione requiritur iuriſdictio Eccleſiaſtica; quam Laicus non habet. Sed non damnarem pium Parochum ſequentem contrariam; & iuxta eam ſepelientem defunctum, & Miſſam pro eo publicè celebrantem: maximè vbi de facili non poteſt adiri Iudex excommunicans, vt ab eo abſolutio impetretur, antequam defuncti corpus ſepulturæ tradatur. Itaquè præfata abſolutio multùm proderit quoàd prædicta.

Vnum tamen circa prædictam Differentiam aduerte, quòd licèt Laicus in prædicto mortis articulo poſsit ab excommunicatione abſoluere: non tamen id facere poterit ſolenniter. Hæc quippe ſolennis abſolutio ſolùm eſt pro Foro exteriori; vt diximus Diff. 12. verb, Excommunicatio.

& ad

Digitized by Google

& ad eam concedẽdam requiritur ſaltem, quòd eam miniſtrãs ſit ad minus tonſuratus, & habeat iuriſdictionem ordinariam, vel delegatã. Secundùm gloſſ. penult. in c. Canonica. de Senten. excom. D. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 77. in princ. ad fin. Silu. verb. Abſolutio. 1. in prin. & Ioan. Andr. Card. & alios, quos refert, & ſequitur Couar. d. §. 11. num. 10. vbi latè impugnat quandam diſtinctionem, quam tradit Hoſt. dict. cap. A nobis. & in c. Ad aures. de Simo. vbi dicit, ad abſolutionem ab excommunicatione quoàd Iudiciale Forum, ſufficere excommunicantem iuriſdictionem habere, licèt Sacerdos non ſit: quoad Forum tamen Pœnitẽtiale, requiri Sacerdotẽ eſſe. Quod ſanè eſt adeò certum, & veriſſimum, vt ambigam, vnde nam potuerit Couar. ex prædicta diſtinctione colligere id, quòd ipſe impugnat; ſcilicet, excommunicationem quoàd Forum internum animæ requirere, quòd ſit Sacerdos is, qui eam tulerit. Non enim per Forum pœnitentiale intellexit Hoſt. prædictum Forum interius animæ extra Sacramentum pœnitentiæ, de quo haſtenus in hac Differentia locuti ſumus (prout nõ benè opinatus eſt Couar. loco ſup. citato.) Si enim de hoc intellexiſſet, meritò reprehenſione dignus eſſet, per rationes per Couar. allegatas: ſed ſolùm intellexit Forum Sacramenti Pœnitentiæ, & Confeſsionis: ad quod quis negabit requiri Ordinem Presbyteratus? Certè nullus, qui Chriſtianus ſit. Illæ etenim gloſellę Decreti, quę contrarium ſentiebant, tamquam hæreſim in hoc ſapientes, meritò à Gregor. 13. deleri iuſſæ ſunt.

SVMMARIVM.

1 SVſpenſus, vel interdictus, donec ſatiſfaciat; licèt realiter ſatiſfaciat, indiget abſolutione, vel Iudicis declaratione quoàd Forum exterius. Secùs quoàd interius.

2 Excommunicatus verò ad tempus; in vtroque Foro indiget abſolutione poſt finitum tempus.

DIFFERENTIA DECIMAQVARTA.

1 SVſpenſus *donec ſatiſfecerit*; licèt ſatiſfaciat realiter: nihilo minus quoàd Eccleſiã in Foro exteriori indiget abſolutione; vel ſaltẽ Iudicis declaratione ſuper ſatiſfactione. De hoc eſt gloſſa ordinaria, & memorabilis in Clem. 1. de Decim. verb. Donec. quam ſequitur Innoc. & Abb. in c. Cũ bonæ de Aetat. & qualit. Felin. in c. penult. poſt princ. de Simon. Iohan. de Imol. vbi latè in c. 2. de Solutio. Nauar. Conſ. 1. n. 2. de Sequeſtr. poſſeſsio. vide ſimilem gloſſam (à nullo allegatam) in Extrauag. 1. de Elect. ad fi. Iohan. 22. ver. Donec. Vbi dat rationem; quia (inquit) poteſt in dubium reuocari reſtitutionis, ſiue ſatisfactionis integritas. Eamdẽ rationẽ tradit Innocen. ſuprà, dicens; multas poſſe eſſe dubitationes: quia vnus diceret plenè ſatisfactum; alter verò negaret. Idẽ quod diximus de ſuſpẽſione, dicendũ eſt in Interdicto poſito *donec ſatiſfecerit*. Secũdùm Couar. in c. Alma mater. 1. part. §. 11. n. 7. in fi. Pro quo eſt optimus text. in c. Quãquam. de Cẽſ. lib. 6. in fi. Quãuis Couar. putans eſſe contrarium prædictæ concluſioni, conetur illi reſpondere, & minus benè.

Sed in Foro cõſcientiæ (vbi nullũ dubiũ eſt; ſed ſtatur veritati) ſecùs eſt. Vndè in cõſcientia poſt factã ſatisfactionẽ, poterit ſuſpenſus gerere ſe tamquã non ſuſpenſũ. Et ita procedit Innocent. ſibi contrarius, in cap. Sicut. in 1. de cohabit. Clericor.

2 ¶ Et pro ornatu ſupradictę gloſſę Clem. 1. de Decim. quatenus habet, excõmunicatũ ad tempus præſtitutum, & certum; etiam finito tempore indigere abſolutione: non verò ſuſpenſum. Vide Abb. eam commẽdantẽ in cap. Cùm deſideres. nu. 2. de Sent. Excommunicat. & in cap. 1. nu. 6. de Iudic. vbi eam nominat ſingularẽ. Sequitur Rip. in Repetit. eiuſdem cap. 1. col. 2. Vbi prædictam gloſſam limitat; & coarctat tribus modis, & Bernard. Diaz Regul. 445. Lãcel. in §. Eſt autẽ. in gloſ. v. Strictior. Inſt. Cano. de Suſpenſ. Borgas de Irregularit. 6. part.

 tit.

Digitized by Google

tit. de Suſpenſ. nu. 46. pag. 428. Coua. dict. §. 11. num. 5. Nau. dicens communiter receptam in Manual. cap. 27. nu. 161. in fine, & dict. cap. 1. de Iudic. Notab. 6. Vbi alias quatuor gloſſas illi ſimiles refert; videlicet, in c. Quia ſæpe. verb. Donec. de Elect. lib. 6. & in cap. fin. verb. Quouſque. de Offic. Ord. eodem lib. & in cap. Non eſt nobis. verb. Donec. de Sponſal. & in capit. Si qui ſunt. 2. verb. Emendent. 81. diſtinct. Et ita tene cum prædicta gloſſa. Licèt Alciat. dict. cap. 1. & Borgaſ. vbi ſuprà, tit. de Abſolutione mortuorum. num. 6. pag. 407. putent excommunicatum ad tempus certum, & præſcriptum; finito tempore, vel facta ſatisfactione, nõ indigere abſolutione: ſicut nec ea indiget ſuſpenſus ad tempus præfixum. Sed contra eos eſt text. expreſſus dicta Clem. 1. de Decim. & dict. cap. Quamquam. & nouiſsimè in Conſ. Trid. Seſsione 22. cap. 11. de Reform.

DIFFERENTIA DECIMATERTIA.

LEGATVS à Latere; ſi ab aliquo, etiam ſi grauiter, vulneretur: poteſt quoàd Forum interiùs, ipſum percuſſorem abſoluere, & remittere illi omnem iniuriam.

Non tamen poterit eũ abſoluere quoàd Forum exterius ab excommunicatione ob percuſsionem grauem incurſa; vt probat text. qui hoc illi prohibet, in cap. Felicis. de Pœnis. lib. 6. docet Felin. in c. Ad eminentiam. de Sentent. excommunicat. & facit gloſſa optima in cap. Salonitanæ. verb. Relaxaui. 63. diſt.

ACCVSATIO.

SVMMARIVM.

1 Accuſatio non requirit præmonitionem in Foro exteriori.

2 Secus in Foro interiori ſecundùm aliquos: ſed contrarium reſoluitur.

3 Qui crimen committit, ad duo ſe obligat; ſcilicet, ad ſatisfactionem damni, ſi quod intulit; & ad pœnam corporalem, vel aliam, ſecundùm qualitatem delicti.

4 Offenſus nõ tenetur remittere iniuriam quoàd Forum exterius: ſed poteſt accuſare offendẽtẽ, etiã ſi pœnitẽtiã quoàd Deũ egerit.

DIFFERENTIA PRIMA.

1. Accuſatio, in Foro exteriori fieri poteſt, nulla præcedente correctione fraterna; etiam ſi accuſans certò ſciret, vel certò ſperaret, quod reus ſe emẽdaret, & ſatisfaciet, ſi priuatim moneretur. Ita probat tex. in c. Qualiter, & quando. in 2. & ibi notant cõmuniter DD. de Accuſation. vbi textus facit differẽtiam inter Denuntiationẽ, & Accuſationẽ, quòd illã debet præcedere charitatiua monitio; iſtam autem, ſola inſcriptio; id eſt libellus accuſatorius, cum obligatione ad pœnam talionis, ſi deficiat in probationẽ. ad idem bonus tex. in c. Licèt Heli. de Simon. & docet expreſsè gloſſa magna in c. Accuſatio. 1. 2. q. 7. & in d. c. Licèt Heli. verb. Inſcriptio. Nauar. c. 18. n. 30. Sot. de Tegend. ſecret. memb. 2. q. 5. art. 5.

2 Licèt lib. 5. de Iuſt. q. 5. art. 1. dub. 3. id limitet, cùm accuſatio eſt ſuper iniuria propria; ſecùs cùm crimen eſt priuatũ; vt cõcubinatus: vel ſpectat ad Remp. Quia tũc accuſationẽ præcedere debet ſecreta admonitio, quãdo quis eſt certiſsimus de emenda; & quòd damnum publicũ omnino ſopitum ceſſabit.

Sed Pet. à Nauar. tom. 1. lib. 2. c. 4. n. 254. cum ſequent. aliter diſtinguit, dicens, quòd ſiue agatur pro bono communi, ſiuè pro bono particulari: ſi nulla neceſsitas, vel vtilitas mea vel tertii, vel Reip. intercedat, quia ſcilicet, reus iã publicè eſt emẽdatus,

Digitized by Google

vel ſatisfacere ſit paratus; tunc licèt offenſus ex iuſtitia,& Iuris rigore non teneatur deſiſtere ab accuſando:ex lege tamen charitatis ad id tenetur; & ex eadem tenetur præmittere monitionem,quando ſpes eſt, quòd reus offenſor ſic emendabitur, & ſatisfaciet.

Silu.verò in verb.Accuſatio.queſt.3.aliter procedit,& generaliùs;videlicèt,quòd quotiès accuſatio non eſt obligatoria, ſed voluntaria;qualis eſt illa, quæ proponitur ſuper propria iniuria, vel ſuper alio crimine non concernente bonum commune; ſed tantùm ipſius rei, vel alterius priuatæ perſonę;tunc neceſſarium eſt in Foro conſcientiæ, quòd antequàm proponat accuſationem, præmoneat accuſandum fraternaliter, ſi ſpes certa ſit de emenda. Secùs quādo accuſatio fit ob bonū cōmune, quia tunc neceſſaria nō eſt pręcedens monitio.

Cordub.verò de Detractione, quæſt.2. concluſ.4. & quęſt. 3. concluſ. 4. & in Annotat.ad Sot. de Tegend.ſecret. memb.2. q. 5. concluſ.4. etiam in hoc vltimo caſu, quādo accuſatio fit ob bónum commune, putat neceſſariò præmittendam eſſe monitionem ſecretam:& ſic limitat text.in dict. cap.Qualiter.quòd procedat tātùm in Foro exteriori: in Foro verò conſcientiæ ſemper ſub reatu peccati pręmittendam eſſe, ac ſeruandam admonitionem fraternam; vt,ſi ea via reus reſipiſcat, & ceſſet damnū, ſiuè commune,ſiuè particulare; non deferatur ad Iudicem.Pro hac opinione allegatur D. Thom.in 4.diſtinct.19. art.3.quæſt. 1. & Durand.ibi diſtinct.19.quæſt.4 ad primum. Miran. de Ord. Iud. quæſt.13.art.5. concluſ.1.& in fin.dict.artic.

Horum præcipuum fundamentum eſt, quia plus periculi, & damni imminet proximo ex accuſatione, quæ fit Iudici; quàm ex denunciatione Euangelica,quę fit Prælato: ſed hæc non eſt facienda,quin præcedat ſecreta admonitio; vt ſi hac via, quæ ſuauior eſt,emendetur; non denuncietur. Ergo multo potiùs debet fraterna admonitio præcedere accuſationem.

His tamen non obſtantibus, intrepidè, & indiſtinctè tenendum eſt,dict.cap.Qualiter.procedere in vtroque Foro; & ſic, in accuſatione nullam requiri, etiam in Foro conſcientiæ, monitionem, antequàm proponatur.Quod multis modis,& rationibus probatur.

Primò, cùm mulier illa adultera,de qua Iohan.8. fuit coram Chriſto Saluatore noſtro accuſata,ipſos accuſatores de hac præuia monitione, minimè Chriſtus interrogauit. Ergo non eſt neceſſaria: quia omnis Chriſti actio,eſt noſtra inſtructio.

Secūdò, cùm Sāctus Patriarcha Ioſeph accuſauit fratres ſuos de crimine illo peſſimo coram patre ſuo,Geneſ.37.non legitur dictam monitionem præmiſiſſe; nec in loco vllo ſacrę Scripturę, vbi de talibus accuſationibus mentio habetur (de quibus in Cōcord. verb.Accuſare) tale quid reperitur.Ergo &c.

Tertiò, in nullo tex.Iuris Canonici mentio fit de prædicto requiſito.Quod ſi fuiſſet neceſſarium, ibi maximè reperiretur, vbi ponitur modus accuſationis,qualis eſſe debeat;videlicet.2.q.8. per totam, & vbi ponuntur quæ in accuſatione requirenda ſint.vt in cap.Si qui ſint.2. q.7. Vbi tamen nullum verbum habetur de prædicta monitione.Ergo.

Quartò,quia in Eccleſia Dei duæ ſunt(inter alias) viæ, quibus agitur contra criminoſos ad eos puniēdos,vel emendādos; ſcilicet,via accuſationis, & via denūciationis Euangelicę;ſuntquè iſtæ duæ vię valdè vtiles, ac neceſſariæ: ſi ea opinio, quæ habet ante accuſationem neceſſariam eſſe præmonitionem, ſicut ante denunciationē Euangelicā, vera eſſet:omnino tolleretur è mundo via accuſationis; quia ſatis eſſet via denunciationis, cùm per eam deueniatur ad iudicialem. Quin immò, retēta prædicta opinione, nulla eſſet differētia inter prædictas duas vias, immò accuſatio fieret denunciatio Euangelica,quod eſt abſurdū.

3 Quintò, quilibet criminoſus de Iure naturali, diuino,ac poſitiuo;ex crimine commiſſo tenetur ad duo; ſcilicet,ad ſatisfactionem damni, ſi quod intulit; & ad pœnam corporalem, vel aliam, ſecundùm qualitatem delicti commiſſi; vt patet in 5. & 7.Decalogi præcepto,& Deuter. 19. in fin. & capit.1.de Iniuriis, & toto tit. de Pœnis, & mille aliis locis. Et inter prædicta duo eſt hæc Differentia, quòd ad

Digitized by Google

ſatisfactionem tenetur ante ſententiam; ad pœnam autem non, niſi poſt ſententiã; Que quidẽ pœna eſt neceſſariò infligẽda per Iudices,vt ceteri timorem habeant; & nequaquã talia audeant patrare; vt dicitur dict.c.19.Deut.in fi.& 1.Timot.5.20. At, ſi prædicta opinio eſſet vera;Iudices cauſarum criminaliũ,& eorũFiſcales tenerentur etiã admonere reos, & ſic delicta remanerent impunita in magnum Reip.damnum; quod nullo modo eſt dicendum.

4 Sextò, quia ex dicta opinione ſequeretur;quòd offenſus teneretur in conſcientia dimittere iniuriam propriam, ſiuè actionẽ iniuriarum vltra rancorem,contra gloſſam cap.Si quis contriſtatus.90.diſt.Dec.Conſ. 130.Fel. cap.Inter quatuor. de Maiorit.& obed.& in c.De cetero.de Teſtib.Silu.ver. Iniuria.§.5.& communem teſtatur Couar. lib.2.Var.c.10.nu.7. verſ. Tertium. Quod cõſtat ex eo; quia ſi offenſor admonitus ſe offerret ad ſatisfactionem,iam non poſſet vltra procedere iniuriam paſſus. At offenſus,nullo modo tenetur remittere actionẽ iniuriarum,etiamſi offenſor ſe offerat ad emendam; ſecundùm Nauar. Conſi.5. de Pœnit.Cordu.q.58.§.3. & dicit cõmunem Couar.vbi ſuprà verſ. Primũ.& probat tex. in c. Si illic. 23.q.4. Quod adeò verũ eſt, quòd accuſans zelo Iuſtitię, & nõ ex odio; non ſolùm bene faciat, vt probat text. in cap.Et qui emendat.45.diſt.cap. de Occidendis.23.q.5.gloſſa c.Si is qui.verb.Poſſumus.23.q.4.ſed etiam præmium mereatur;vt in cap.Sunt plurimi.§.Verum.6.q.1. Quia intereſtReip.pœnas nõ facilè dimitti, l. Si operis.C.de Pœnis.cap.Eſt iniuſta. 23.q.4.cap.Sed illud.45.diſt. Si ergo offenſus nõ tenetur dimittere actionẽ iniuriarũ, etiã ſi ei offeratur ſatisfactio; & poteſt iniuriãtem licitè accuſare; ad quid obſecro, eſt accuſationi præmittenda monitio? Ita arguit gloſſa 2.cap.Indignè.12.q. 2. ad probandum, quòd cum agitur ad depoſitionẽ, non requiritur, quòd præcedat monitio. Ad quid enim, inquit, admoneretur tunc, cùm ſufficiat ad depoſitionẽ, quòd homo ſemel deliquerit, cap. Primum. 25.diſt. Ad hæc, ſi delinquens poteſt licitè accuſari, etiam ſi egerit pœnitentiam; vt docet gloſſ.cap.De his.de Accuſa. communiter recepta;teſt Nauar.Conſ.5.num. 8. de Priuil.Ad quid igitur fieret admonitio? Ita etiam arguit glo.dict.ca.Licèt. verb. Inſcriptio.de Simo.

Septimò, quia ſpeciale eſt in Eccleſia, dum contra eam agitur, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter, vt ante actionem, vel accuſationem præcedat dicta monitio;vt eſt text. iuncta gloſſa ibi, verb. Sed ſi quis. in fine, in cap.Accuſatio.1.cum ſeq.2.quæſt.7. Ergo regulariter non eſt neceſſaria prædicta monitio.

Octauò, quia ex dicta opinione ſequeretur, quòd omnes tenerẽtur ciuiliter agere de crimine, & non poſſent agere criminaliter: quod eſt contra text.in dict.cap. Si illic.23.quæſt.4.& in cap.Poſtulaſti. de Iudæis.& contra Bar.Abb.Fel.& Iaſ.quos refert,& ſequitur Couar.vbi ſup. verſ. Sic iniuriam paſſus.

Nonò, quia vindicatio auctoritate publica,& accuſatio, actus eſt iuſtitiæ, ideſt virtutis; qui prohibitus non eſt; vt probat D.Tho.2.2.q.108.art.1.& 2.& D. Aug. in c.Ea vindicta.23.q.4.& in cap.Prodeſt.eadem cauſa.q.5. Ergo nõ eſt cur eã exulare velimus,obligando offenſos,& Iudices ad dictã monitionẽ accuſationi præmittendã.

Decimò,quia nulla alia lege,vel naturę, vel poſitiua tenemur admonere ante accuſationem, vel denunciationem, niſi ex illo loco Euangelii Math.18.*Si peccauerit in te frater tuus*,&c.& ex lege Canonica, quæ habetur dict.cap.Qualiter, & dicto cap.Licèt Heli,& cap. Nouit.de Iud.& c.Si peccauerit.2.q.1.Sed in dictis locis, & Iuribus ſolùm in denunciatione præcipitur, ſeruãdam eſſe dictam monitionem. Ergo ea tãtùm ſeruanda eſt in denunciatione, & non in accuſatione.

Vndecimò, ſi teneremur prę monere delinquentes ante accuſationem in Foro conſciẽtiæ,vt prædicta opinio habet: quomodo iidem delinquentes ad ſimilia non perpetranda corriperentur, & alii timore, eadem non perpetrarent? Nam emenda fit in ſecreto, & fit de burſa, & non in corpore; certè paulatim Reſpublicæ delictis pullularent. Facit quod dicit Nauar. cap. 14. nu. 25. ſcilicèt, ꝙ aliquãdo tenetur offenſus in cõſcientia bonũ illũ rancorem, qui

Digitized by Google

qui oritur ex iniuria accepta, & tendit ad accuſationẽ ex zelo iuſtitię, concipere, cõſeruare, & oſtẽdere, intẽtando accuſationẽ; puta, quãdo ad ſalutẽ ſpiritualẽ offenſoris, vel ad Dei obſequiũ, aut ad Reip. vtilitatẽ conducit.

Duodecimò, quia in vtroquè Foro bonũ publicum in primis eſt procurandũ (quod fit per accuſationem. Ad hoc enim tendit, & ordinatur principalitèr accuſatio, ſiue ille qui deliquit, correctus maneat; ſiue non) quàm bonũ priuatũ offẽſoris, nẽpè eius fama, & liberatio à pœna, ex delicto debita.

Ex qua ratione defendit Fr. Bernard. de Areualo, lib. de Correct. frater. Conclu. vlti. Propoſit. 8. à fol. 197. nullo modo requiri dictam monitionem in accuſatione: nec etiam in denunciatione iudiciali; quæ etiam tendit ad bonum publicum; & tantùm differt nomine, ab accuſatione. Sed de dicta denunciatione iudiciali poſteà dicemus.

Decimotertiò, & vltimò, quia aliàs Iura eſſent in laqueum animarum. Nam Iura Canonica ſuprà allegata tradunt; in accuſatione non requiri monitionem; ſed prædicta opinio dicit contrarium in Foro animarũ. Ergo peccat ſeruans dicta Iura. Quod certè nemo vmquam vix audire non horruit. Nam Iura Canonica nihil magis odio proſequũtur, & deteſtantur, quàm peccatum; vt patet in cap. fin. de Præſcrip. Quomodo igitur præciperent rem, in cuius obſeruatione eſſet peccatum?

Nec ſuffragatur reſponſio P. Fr. Salon ſupra col. 1449. dicentis: quòd Iura dant ibi formam, quoàd Forum exterius. Nam indigna res eſt, & valde cõtraria ſanctimoniæ Canonum, quòd pręcipiant aliquid, etiam in Foro exteriori, quod ſeruari non poſsit, abſquè peccato. Quare nulla ratione id dicendum eſt, nec etiam excogitandum.

Vnde non obſtat fundamentum partis contrariæ. Nam licèt reo plus periculi, & damni immineat ex accuſatione, quàm ex denunciatione: nihilo-minus bonum publicum (quod prætenditur per accuſationem) magis eſt attendendum; quàm damnum priuatum prædicti rei: vt ſupra diximus; maximè, quòd diuerſa res eſt denunciatio, ab accuſatione. Et à ſeparatis non fit illatio, vt eſt in Iure tritum.

Nec eſt verum dicere, quòd D. Thom. in 4. loco ſupra citatò, tenuerit contrariam partem: cùm potiùs noſtram amplectatur, cùm eam vltimo loco poſuerit. Eſt enim in Iure receptiſsimũ, quòd in dubio; ſemper quis cenſetur vltimam opinionem approbare; iuxta gloſ. fin. in l. Qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. communiter receptam, teſte Bart. in l. Bona fides. ff. Depoſit. Et ideò meritò Sotus vbi ſupra, eum allegat pro noſtra parte.

SVMMARIVM.

1 *CLERICVS, poteſt accuſare ſuũ offenſorem criminaliter; dummodo verè & ex animo proteſtetur, ſe id non facere ad vindictam ſanguinis; & petat à Iudice, ne eum occidat, vel membrum aliquod amputet. Aliàs erit irregularis ſecundùm aliquos. Sed contrarium reſoluitur.*

2 *Presbyter, conuocans populum ad ſonum campanæ, pro capiendo bannito; non fit irregularis, etiamſi capitali ſententia condẽnetur; ſi expreſsè corã Iudice proteſtetur.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 CLERICVS, etiã in ſacris, poteſt conuenire reum, & criminaliter eum accuſare coram Iudice laico; quãuis certò ſciat, eũ furca ſuſpenſurũ. Nec ob hoc vllã incurret irregularitatẽ in Foro exteriori; dũmodo agat tantũ pro ſuo intereſſe, & proteſtetur &c. Ita prob. tex. in c. Poſtulaſti. de Homi. iũcto c. 2. eodem tit. lib. 6. & notat Ioan. Andr. & Felin. in dict. cap. Poſtulaſti. ad finem, & eſt

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

communis opinio, vt copioſè tradit Henr. in Summa, tit.de Irregul.cap.11.§.4.& ita quotidie practicatur. Aliàs Eccleſia non poſſet ſe defendere à ſuis inimicis, & malefactoribus;& quotidie læderetur à quàmplurimis, ſi non poſſet ſuos reos conuenire, niſi ciuiliter, abſque metu irregularitatis.

2 Quidam limitant prædictam communẽ concluſionem; dummodò accuſator non habeat in animo deſiderium pœnę corporalis. Nam ſi optet eam à Iudice infligi;erit in Foro conſcientiæ irregularis;non obſtãtę dicta proteſtatione. Itaque volunt iſti, quòd proteſtatio non ſit ficta, àut (vt ita dicam) facta *por cumplimiento*; ſed verè,& ex animo fiat. Ita Hoſt. & Ant.in dict. cap. Poſtulaſti.& in dicto cap.2.Ang.verb.Homicidium.2.num.6.Silu.eodem verb.2.nu. 8. Nauar.cap.27.num. 217. & 226.Ant. Gom.3.par.de Delict.cap.1.nu33. Cened. in Collect.3.par.Collect.12.pag.406.

3 Sed certe,cum Eccleſia non iudicet de occultis, nec puniat peccata cogitationis: vt infra verb.Peccatum, Diff. 8.& irregularitas nunquam incurratur, niſi in caſibus à Iure expreſsis: cap.Is qui. de Sentent. excommun.lib.6. non video quomodo poſſit eſſe vera predicta opinio; cum talis conditio nuſquam in Iure legatur; & eſſet ponere magnum animabus offendiculum, & ſcrupulum:cum vix homines iniuriam paſſi, habeant tantam mortificationẽ, & charitatem, vt proprios inimicos diligant; vel ſaltem mala etiam per viam iuſtitiæ eis nõ exoptent. Quarè meritò contra prædictam limitationem tenent Ioan.And. & Felin.in dicto cap.Poſtulaſti.nu.2.Couar. in Clem. Si furioſus.par.2.§.5.num.2. Tabiena verb. Irregularitas 3.num.8.& Henr. ſuprà (poſt recentiores) in dicto cap.11.in fin.

Nec obſtat,quòd aliàs videretur requiſita proteſtatio *por cumplimiento*; quod alienum videtur à mente Sanctiſsimi Pontificis conditoris dicti cap.2.& not.Nauar. dict.cap.27.num.226.ad fi. dicens: quòd Ius non requirit proteſtationem mendacẽ, & fraudulentam; maximè, quòd nulla alia ratione Clerici prohibentur accuſare ſimpliciter abſq; proteſtatione; quàm, nè eorum voluntas per eam accuſationem manifeſtè feratur ad homicidium, vel mẽbrorum mutilationem; vt dicit Couar. ſuprà num.1.

Nam reſpondeo,quòd immò fuit requiſita proteſtatio ad tollendum ſcandalum ſecularium, quod ex ſimplici accuſatione, ad vindictam ſanguinis tendente, capere poterant. Quod quidem ſcandalum ſatis ſubmouetur ex ſola proteſtatione; licèt aliud habeat proteſtans in corde, quod ſoli Deo patet,quiq; ſolus eſt ſcrutator cordiũ.

Nec etiam obſtat ratio Naua. quia licèt malè faciat accuſator falſò proteſtans; & ſic venialitèr peccet:non tamen ob hoc incurrit irregularitatem: cùm ad ea quæ ſunt cogitationis,& cordis, non ſe extendat poteſtas externa; iuxta notata dict. Differ.8.

Circa dicta ſuprà,poſt prin.vide Bejam. Caſu 17.verſ.Quamuis igitùr.vbi dicit,excuſari ab irregularitate Presbyterum, qui ad ſonum campanæ conuocat populum ad capiendum bannitum;qui poſteà ſententia capitis feritur; ſi expreſſa proteſtatione apud Iudicem ſe munierit. Quod eſt valde notandum,quia quotidianum. Et licèt loquatur prædictus auctor in caſu, quo dict. Presbyter id fecit vigore cuiuſdam Bullæ, ſeu prouiſionis Sanctiſsimi D. N. Grego. 13.in terris Eccleſiæ: nihilo-minus idem dicendum eſt in aliis terris, Eccleſiæ non ſubiectis,cũ eadem ratio militet in vtriſq;: nec ſit aliquid conſideratione dignum, cur liberetur ab irregularitate,magis ille Presbyter obediens mandatis Papæ, quæ fuerunt generaliter facta, non diſpenſando in irregularitate; quàm quiuis alius obediens aliis mãdatis Superiorũ extra terras Eccleſię. Vis enim tota cõſiſtit in proteſtatione, quæ fit in ſimilibus caſibus, & eſt rèquiſita ad liberandũ quem,ab irregularitate,per c. 2. de Homici.lib.6.

Ex quibus obſeruabis, præfatam proteſtationem, nõ ſolùm prodeſſe quãdo quis agit pro ſuo intereſſe tantùm (vt quidam voluerunt)ſed etiam prodeſſe in omni caſu,licèt pro bono communi reum quis accuſet, vel aliàs capere faciat. Quod tene mente perpetuo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *ACCVSATIONE pendente, nō poteſt quis officio, vel iure ſuo ſuſpendi. Nec etiam appellatione pēdente à Sententia condemnatoria: niſi crimen ſit notorium.*

2 *In Foro verò conſcientiæ, poteſt ſubditus denegare ſeruitia ſuo Prælato, quem ſcit nullum Ius habere.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 ACCVSATIONE contra aliquem pendente, non poteſt, nec debet reus ſuſpendi à ſuo officio; vel iure ſuo priuari. Ita gloſſa in cap. Quia ea. verb. Donec 3. quæſt. 2. Alia, in cap. final. verb. Vendendi. de Accuſatio. Et ibidem Fel. Alia, in c. Accuſatū. de Simon. Pro quibus eſt optimus tex. in cap. 1. 8. quæſt. 4. Quatenus habet, non licere Clericis ante ſententiam, ab Epiſcopo ſuo diſcedere. Per quem tex. dicit Fel. in cap. Cùm dilectus. ad fin. de Accuſat. quòd litis pendentia non impedit, quo minus Prælatus vtatur officio ſuo. Facit gl. verb. Innouata. in cap. Non ſolùm de App. lib. 6. quæ dicit, nemini auferendum eſſe Ius ſuum. Intellige, ante ſententiam.

Quod adeò verum eſt, vt etiam condemnatus, ſi appellet; remaneat in ſuo officio, & honore, ſicut ante ſententiam; vt tradit gloſſa notab. in cap. Sæpè. verb. Sententia ad fin. de Appellation. quam commendat Fel. in c. Omnipotēs, in princ. de Accuſat. & dicit valde ſolennem, & communiter approbatam. Iaſ. in l. 1. nu. 10. ff. de Re iud. & probat tex. in l. 2. §. fin. ff. de Pœnis, & in l. 1. §. Integer. ff. Nihil nouari appel. pend. & in l. 3. C. de Appellat. Et ita diſponit Ordi. Luſit. lib. 3. tit. 73. & 78. §. 1.

Prædicta limita, niſi crimen ſit notorium, vel famoſum; vel enormitas delicti, vel ſcandalum, aliud expoſtulet. Per tex. in cap. Presbyter ſi à plebe. iuncta ibi gloſſ. 3. quæſt. 5. Quā dicit ſing. Bal. in l. Senatus. C. De his qui accuſ. non poſ. Ange. in l. Vacātia. C. De bonis vacan. lib. 10. & Hyppo. Sing. 305. & Conſ. 130. num. 12.

2 At in Foro conſcientiæ, qui ſcit poſſeſſorem Eccleſiæ, vel Dignitatis non eſſe verùm Prælatum, eò quòd aliquem tituli defectum patitur; licèt ſit ſubditus illius Eccleſiæ, vel Dignitatis; non ideò tenetur ei obedire; vt diximus. ver. Nullitas. Differēt. 8. Nec debet ei ſoluere, quod Eccleſiæ, vel Dignitati debet; nec ſoluendo ei, liberatur. Et conſequenter poteſt ei denegari, & auferri Ius ſuum, quod aliàs in Foro exteriori habet. Ita pulchrè D. Anton. 3. part. tit. 15. cap. 1. §. 2. quē refert, & ſequitur Silu. verb. Beneficium. 3. poſt princ. & Nauar. Conſ. 7. num. 3. de Sent. excom.

ACQVISITIO DOMINII.

SVMMARIVM.

1 *DOMINIVM in Foro exteriori non transfertur, niſi res tradatur.*

2 *Emptor rei, ſecundus; cui res traditur, præfertur primo.*

3 *Secus in Foro conſcientiæ. Secundum aliquos. Sed verius eſt contrarium.*

4 *l. Quoties. C. de Rei vend. non habet locum in Locationibus.*

DIFFE-

DIFFERENTIA PRIMA.

1 DOMINIVM in Foro exteriori, & iudiciali non transfertur, neque acquiritur ſine rei traditione vera, vel ficta. l. Traditionibus. C. de Pact. vbi latè Corne. ponens. 12. Fall. & Lud. Gozadi. ponens quinque. docet Anton. Gom. 1. Reſol. c. 2. nu. 1.

2 Hinc eſt, quòd ex duobus emptoribus, vel donatariis, præponitur in rei vendicatione ille, cui res priùs tradita eſt; licèt alteri priùs fuerit vendita, vel donata, l. Quoties. C. de Rei védic. Ordin. Luſita. lib. 4. tit. 7. §. 1. gloſſa in Regul. Qui prior. de Regul. Iur. lib. 6. & tradimus verb. Emptio. Diff. 3.

3 At in Foro conſcientiæ ſolus conſenſus attenditur. Vnde perfecto, ſolo conſenſu, contractu; dominium rei in alterum contrahentium transfertur; ſecundùm Pet. à Nauar. tom. 2. lib. 3. cap. 1. num. 243. & cap. 2. nu. Secundùm cuius opinionem non poſſet ſecundus emptor abſolui, niſi priùs reſtituiſſet rem emptam primo emptori, tamquam domino eiuſdem.

Sed contrarium eſt verius & tenendum: vt & docet Angel. verb. Emptio. nu. 14. Silu. queſt. 1. & Pater Sa. eod. verb. Rebel. de Iuſti. & iur. in Præludiis. quæſt. 8. nu. 16. Nam ſine vrgenti ratione non eſt aſsignãda Differentia inter vtrumque Forum; ſed ſtandũ eſt regulę poſitæ ſupra fol. 4. Quare diſpoſitio dict. l. Traditionibus ſeruanda eſt in vtroque Foro. Et ſic etiam in Foro animæ ſecundus emptor, cui res tradita eſt, ſecurus eſt, nec tenetur eam reſtituere primo emptori; quia per traditionem rei, fuit factus dominus eius; non obſtante prima venditione facta ſine traditione. Agere tamen poterit primus emptor contra venditorem ad intereſſe; & etiam vt puniatur tamquam falſarius per l. Qui duobus. ff. Ad l. Cornel. de Falſ. & not. Ange. loco ſuperiùs citato. Pro quibus facit cap. Ex literis, de Conſuet. & melius l. Vt inter diuinum. C. de Sacroſan. Eccleſ. Vbi probatur, quòd fauore Eccleſiarum, & Ciuitatũ, res emptę nomine earum, acquiruntur ſtatim Eccleſiis, & Ciuitatibus ſine alia traditione, ſoluto pretio, vel habita fide de eo: & ſic dominium acquiritur per Eccleſias & Ciuitates ſine traditione: & hoc eſt ſpeciale fauore earum, teſte Ange. vbi ſup. Ergo in priuatis, non transfertur dominium rei emptæ in primum emptorem, ſine traditione; & hoc, tam in Foro interiori, quàm exteriori. Nam aliàs non excepiſſent ſacri Canones, tamquam ſpeciale, fauore Eccleſiarum, emptionem factam ſine traditione nomine earum.

4 An autem dict. l. Quoties. ſit extendenda ad Locationes, vt etiam pręferatur ſecũdus cõductor priori, cui res nõ fuit tradita: dic quòd non, cum Couar. 2. Var. cap. 19. num. 8. ſaltem in Foro conſcientiæ; ſecundùm Rebel. ſup.

SVMMARIVM.

1 *THESAVRVS inuentus, ad Regem ſpectat de conſuetudine: licèt de Iure dimidium eius ad dominũ agri, & alterum ad inuentorem.*

2 *De Iure Dei, & in conſcientia, ſi eſt antiquus, ſpectat totum ad inuentorem. Sed ſi eſt lucidus; quærendus eſt Dominus.*

Sciens in alterius fundo latere theſaurũ, poteſt fundum emere, & non tenetur ipſum manifeſtare domino fundi.

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 THESAVRVS in quocumque loco inuentus, de conſuetudine totius Orbis; ad Reges, & eius Fiſcum pertinet, ſecundùm Palud. in 4. diſt. 15. quęſt. 3. art. 5. & D. Anton. 2. par. tit. 1. cap. 15. §. 2. Et eſt de Iure Regni Luſit. lib. 2. tit. 26. §. 16. & eam, vti iuſtã; defendit Caiet. 2. 2. quęſt. 66. art. 5.

licèt

licèt de Iure communi, ſi prædictus theſaurus in agro alieno, caſu inueniatur, dimidium eius ſpectet ad dominum agri, & reliquum ad inuentorem. ex l. Vnic. C. de Theſaur. lib. 10. & ex l. Non intelligitur. §. Si in locis. ff. de Iure Fiſci. & ex §. Theſaurus. Inſtit. de Rer. diuiſ. & docet D. Thom. dict. quæſt. 66. artic. 5. ad 2. De Iure tamen Regio Regni Caſtellæ ex l. 7. tit. 12. lib. 6. Ord. ſola quinta pars ſpectat ad inuentorem. Si verò data opera inueniatur; totus ſpectat ad dominum fundi. Communem dicit Gom. in l. 45. Taur. nu. 51.

2 In Foro tamen animæ poteſt totum ſibi retinere inuentor; ſecundùm Silu. verb. Inuentum. quæſt. 3. §. Tertiò. n. 10. & §. Sextum. n. 13. Quia cùm in nullius bonis ſit; fit primò accipientis, vt dicit tex. in dicto §. Theſaurus.

Quod verum intelligit Mercado tract. 4. cap. 15. fol. 217. col. 2. Quando theſaurus eſt adeò vetus, & monetæ antiquiſsimæ; ita, vt ex eius ſpecie, & forma conſtet, nullius domini viuentis eſſe; immò haberi pro derelicto: ſecùs ſi eſſet lucidus, & talis ſpeciei, & formæ, quòd veriſimiliter crederetur habere dominum. Tunc enim faciendæ ſunt diligentiæ debitæ, & ordinariæ ad quærendum eius dominum. Et eo non inuento; eſſet inuentoris poſt 14. menſes tranſactos, & non antè. Quæ diſtinctio eſt etiam de mente D. Thom. dicta quæſt. 66. art. 5. ad ſecundùm.

Ceterùm, Couar. in Regul. Peccatum. 3. part. §. 2. num. 4. exiſtimat indiſtinctè prædictum theſaurum in vtroque Foro ſpectare ad Regem, vigore dictæ conſuetudinis totiùs ferè Orbis. Sed intelligendus eſt ſecundùm diſtinctionem proximè relatā; quæ æqua eſt, & Iuri conſona: videlicet, quando theſaurus nō eſt lucidus, nec monetæ modernæ, recentis, & currentis; ſed veteris, & antiquiſsimæ formæ; ita, vt appareat iam non habere dominum. In qua ſpecie videtur iuſtam eſſe prædictam conſuetudinem, maximè vbi ita lege aliqua cautum eſt. Licèt enim ea quæ in nullius bonis ſunt, de iure naturali primò occupātis ſiant: negari tamen non poteſt, quin Princeps poſsit ea in totum, vel pro parte dominio alicuius priuati applicare. Poſt quam applicationem, qui ea occupauerit; non occupat quæ nullius ſunt, ſed quæ Iure humano dominū habēt; vt tradit Cōrad. de Contract. part. 1. quæſt. 8. 9. & 10. & Couar. ſupra. Idem poſt Caiet. tenet Naua. cap. 17. nu. 175. & Rebel. de Obliga. Iuſti. lib. 9. quæſt. 5. nu. 1.

3 Pro quo facit, quod ſicut leges Iuris Cæſarii, diuidentes inuentum inter inuentorē, & dominū agri, erāt iuſtæ; prout eas admittit D. Tho. loco ſupra citato, potuerūtque applicare dimidietatem theſauri ipſi domino agri: ita ſimiliter poteſt Princeps, & cōſuetudo generalis (quæ eſt altera lex) totum applicare ipſi Fiſco Regio: cùm nō ſit maior ratio circa poteſtatē partis, quàm circa poteſtatem totius; & è contrario. Nō enim dominus agri in theſauro inuento in agro ſuo habet Ius aliquòd magis; quā ſi quis rem propriam in eodem agro derelictam relinquat, ac dimittat; quæ certè non pertinebit ad dominum agri: ſed ad eum, qui primò eam occupauerit. Itaque ſicut lex potuit iuſtè applicare partē theſauri in agro alieno inuenti, ipſi domino agri, aliàs nullum Ius in eo habenti: ita poteſt Princeps, & conſuetudo vniuerſalis prædictum theſaurum quocumque in loco inuentum applicare ipſi Fiſco, & Regi propter onera Reip. quæ ſuſtinet, eaque maxima: quamuis in Luſitaniæ Regno aliud ſeruetur: vt lib. 2. Ord. tit. 34. Solùm enim quinta pars eſt Regi reſeruata; & reliquum eſt inuentoris. Nam nullam partem domino fundi dare tenetur: licèt teneatur ad iniuriæ & damni ſatisfactionem, ſi quod cauando dedit; vt dicit Rebel. de Iuſt. in Prælud. quæſt. 15. nu. 5. per quæ limitabis Ord. Luſit. lib. 2. tit. 26. §. 16.

Sed prædictis obſtat, illa parabola Euangelii Math. 13. de inuentore theſauri abſconditi in agro alieno, & emente illum, vt ſic fieret dominus theſauri. Ex quo colligitur, dominum agri de Iure naturali habere Ius in theſauro, in ſuo agro inuento: nimirùm ſi dimidietatem eius conceſſerint leges Cæſareæ ipſi domino agri: & alteram dimidietatē inuentori, vt ſic prouocaretur ad manifeſtandum illum. At in applicatione eiuſdem theſauri ipſi Regi; nulla

Digitized by Google

nulla videtur ratio,quæ cogat,quævè iuſtificet dictam applicationem. Iam enim ad onera Reip. ſoluuntur Regi quàmplura tributa, & vectigalia. Quò fit, vt non immeritò dixerit Silu. ſupràp,rædictam legē & conſuetudine meſſe contra naturalem æquitatem; minimèquè obligare in animę iudicio;quamuis Rebel.de Obliga. Iuſt. 2. par.lib.9.quæſt.5.nu.1. dicat, ſine cauſa eā ab illo improbari.

Quid ergò dicendum? certè non eſt facilis huius Differentiæ reſolutio. Videtur tamen mihi (ſub correctione meliùs ſentientis) cùm Rex, vel Fiſcus in prædictis theſauris inuentis, ante apprehenſionem, nullum ius in re, ſed tantùm ad rem, per ſuas leges habeat, per tex. in l. 3. §. Neratiùs.ff.de Acqui.poſeſ.quòd inuentor poſſit ſibi eum retinere in conſcientia; donec per Iudicem ad eius reſtitutionem compellatur.arg. eorū, quæ dicimus in fi. Diff. 15.& verb. Reſtitutio. Diff. 5. quicquid dicat Naua. ſupra. Et ita tenet Medin. in Sum.cap.14.§.33.Incipiente. La quarta cabeça,reg.5.Soto lib.5.de Iuſt.quæſt. 3.art. 3.Lop. in ſuo Inſtruct. conſ.2.parte cap.2. quæſt. 6. & ſatis eſt de mente Mercad. vbi ſup.Et tandem in idem inclinat Rebel. de Obliga. Iuſt. in præludiis. quæſt.15.nu.15. Et eſt ratio, quia licèt de Iure communi eſſet diuidendus inter inuentorem & dominum fundi: quia tamen hoc ius dominorum eſt iam abrogatū per dictas leges, ſeu generalem conſuetudinem: meritò de illo minimè eſt hodie curandum.

3 Prædictis adde quæ tradit idem Rebel. 2.par.lib.9.quæſt.5. per totam: vbi quærit, an ſciens in alterius fundo laterē theſaurum; ipſum fundum emat à domino, eius ignaro,non maiori pretio;quàm ſi non ibi eſſet theſaurus: ſit ſecurus in conſcientia? Et concludit affirmatiuè,cum D. Tho.ſup. & Soto dict.art. 3.& lib.6.q.3.art.2. Naua. cap.17.num.175.Silu.verb.Inuentum.§.4. ad finem.

Quidquid in contrarium teneant Ang. & Armil.verb.Inuentum.&Tabiena,verb. Reſtitutio.§.26.Quibus fauere videtur parabola Euangelii Matthei cap. 13. v. 44. quia non dicit agrum fuiſſe emptum pretio cōmuni:immò innuit cōtrarium. Ideò enim vēdidit omnia quę habuit, vt ipſum, quamtumuis pretio auctū,emeret. Negari etiam non poteſt, quòd emptor decipiens venditorem(v. gratia,ſi emeret gemmam magni valoris, pro pretio vili; quia venditor id ignorauit) dolum committit: & tenebitur ad reſtitutionem,per ea,quæ dicemus ver. Contractus.Diff.1. & per tradita per Rebel.2.par.lib.9.quæſt.2. nu. 10. Et ſic propter dolum, qui videtur commiſſus in occultatione theſauri (quem ſi dominus ſciuiſſet; certè non illo pretio fundum vēdidiſſet) videtur hæc ſecunda opinio probabilis.

Nihilo minus prima eſt verior & ſequēda;magiſque videtur conſentire cum Euāgelio ſuper parabola ſupradicta. Nec obſtat illud de gemma. Nam in gemma valor intrinſecus & ignoratus, eſt domini ipſius gemmę. Non tamen theſaurus: de quo in conſcientia nihil debetur domino agri, per dicta ſupra. Et ideò nulla iniuria illi fit ex eius occultatione.

DIFFERENTIA TERTIA.

1 LAPILLI, gemmæ, & ceteræ margaritæ in littore maris inuentæ, poſſunt in conſcientia ab inuētoribus retineri, & ſibi appropriari: cùm numquàm fuerint in bonis alicuius. Et conſequenter primò occupanti cōceduntur; vt dicit D. Tho. 22. quæſt. 66. art. 5. ad ſecundum.

2 Licèt aliàs per legem applicarētur Regi: talis enim lex intelligenda eſt quoàd Forum exterius; non autem quoàd iudicium, & Forum animæ.Ita pulchrè Hēriq. de Indulgent.cap.34.§. 1. in gloſſa G. Faciunt notata in ſupra proxima Differentia. & tenet etiam expreſsè Mercad. tract. 4.de Reſtit.cap.15.fol.217.col.1.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *RAPTA à fluminibus tempore alluuionum, cuius ſint.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 RAPTA à fluminibus (vt communiter ſunt trabes ligna, & huiuſmodi) in Foro exteriori ſunt capientium: & ſic quotidiè videmus magno conatu extrahi prædicta, & pœnes ſe ea extrahentes retinere. Credo, ad id motos fuiſſe, ſcilicet, quòd ſicut fluuius dat, & remouet terminos fundorum, & prædiorum, iuxta tex. in §. Inſula. Inſtit. de Rerum diuiſ. Silu. verb. Inuenta, quæſt. vlt. Ita, quæ per alluuionem deferuntur à fluminibus, detrahi per eadem flumina à ſuis veris dominis.

Sed omnino falluntur; vt docet Iaſ. per tex. ibi in l. Si quis nec cauſam. nu. 4. ff. Si cer. pet. poſt Bal. in Rub. ff. de Rerum diuiſ. Federi. cõſ. 107. vbi dicit, furtum committere, qui ligna vi fluminis impulſa, retinet. Sequitur Rebel. in prælud. de Obliga. Iuſt. quæſt. 15. n. 9. & ſatis probat tex. in §. Præterea. Inſt. de Rerum diu. Vnde in Foro conſcientiæ tenentur ea ſeruare ſuis dominis, & facere diligentias debitas ad eos inueniendos; Vt ſeruatur de iure Regni Luſitaniæ. lib. 2. tit. 32. Quòd ſi ijs factis, nõ reperiatur, nec ſciatur dominus: Tunc cenſeo poſſe à capientibus retineri, vt ſua. arg. eorum, quæ dicemus ver. Reſtitutio. Differentia 5. Poteſt etiam fieri proclama, quo Domini vocẽtur ad ea capiẽda. Quòd ſi non venerint; tunc tamquam ab ipſis derelicta, poſſunt extrahi, & retineri: ſecundum Alex. in l. Prætor. §. de His. ff. de
Damno infec. Quæ eſt optima cautela, quã 2
nota. Pro qua vide quæ dicemus Diff. 21. ver. Cõtractus. Si tamen proclama non potuiſſet ad aures Dominorũ peruenire: quia videlicet præfata rapta venerant de longe; tunc ea nõ obſtante, poſſent Domini dicta rapta vendicare; ſoluto aliquo pro labore extractionis.

2 Obſerua tamen, quòd ſi ea, quæ vi fluminis deferuntur, ſunt parui momenti, & dominus longe diſtet, & multo labore ad ea extrahenda opus ſit; vel ex aliqua coniectura appareat, dominum habere illa pro derelictis: In his caſibus erunt res capientium; vt docet Naua. c. 17. nu. 176. §. 58. & P. Rebel. vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *FERAE à venatoribus captæ, in eo agro, cuius fructus conſiſtũt in ipſa venatione; in Foro exteriori ſunt domini agri.*

2 *In Foro animæ ſunt ipſorum venatorum.*

3 *Idem dic quoad piſces, & Thynnos, qui in Thynnariis (vulgo, Almadrauas.) capiuntur; ſcilicet in Foro contentioſo eſſe illorum, qui ius habent piſcandi. Secùs in Foro animæ.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 FERAE à venatoribus captæ in eo agro, cuius fructus conſiſtunt, & percipiuntur ex ipſa venatione; vt eſt in Prouincia, & in Anglia; ſecundum gl. verb. Perſonale. in Clem. 1. §. Porro. de Sta. Mon. in Foro exteriori ſunt domini fundi. Ex gl. in §. Feræ. Inſt. de Rerũ diu. facit. tex. in l. Item ſi fundi. §. Aucupiorum. ff. de Vſufruct. quo probatur, reditus venationis ad vſumfructuarium pertinere.

Per

Per quem tex. ita tenent Fel. in c. Omnes leges.col.vlt.diſt. 1.Caſſan. in Conſuetud. Burgund.rub.13.§.7.Claudi. Canciun.in §. Feræ, Inſt.de Rerum diuiſ.& alii,quos refert, & ſequitur Couar. in Regul. Peccatũ 2.part.§.8.nu.10.verſ. 5.ad finẽ: ſubiiciẽs, id Iure Cæſareo non eſſe adeò certum, ex gloſſa in l. Diuus.ff. de Seruit. ruſtic. prædior.& in l.3. ff. de Acqui. rer. dom. Vide tamen Iacob. d. l. Diuus, concordantem dictas gl.cum gl.d.§.Feræ.quòd ſcilicet gl. d. §. Feræ. & quæ diximus, procedunt vbi fructus fundi conſiſtunt in venatione. Dictæ verò gl. l. Diuus.& l.3.quæ dant venationes ipſis capientib. procedunt, vbi fructus non conſiſtunt in venatione.

2 Ceterum,vt cumque ſit, hoc certum eſt, quòd in Foro conſcientiæ venatores dictarum Ferarum non tenentur ad earum reſtitutionem dominis agrorum; quippe qui in ipſis Feris non plus dominii habeãt, quàm quiuis alius; cum ſint nullius, ſed primo capientium. Ex eodem §.Feræ. Solùm enim habet dominus fundi poteſtatem prohibendi, ne quis fundum ſuum abſque eius licentia ingrediatur: non tamen poteſt impedire dominium Ferarum in eo concluſarum; cùm non ſint ſuæ, nec ſibi debitæ, donec eas capiat; vt ſentit Ord. Luſit. lib. 5. tit. 91. Vide not. infra Differ. 7.

3 Ex dictis appoſitè ſequitur, quòd Piſces, capti in parte maris, vel fluminis; vel Feræ; quæ, vel præſcriptione legitima, vel Principis priuilegio ad aliquem ſpectãt: pro vt ſunt thynnaria apud aliquos, vulgo *Almadrauas*, & etiam ſtagna publica. Tales inquàm, Piſces, & Feræ in Iudicio exteriori pertinent ad dominos habentes ius piſcãdi, vel venandi in prædictis partibus, vel locis, cum poteſtate prohibendi alios. Ex tex. iuncta ibi gloſſa in l. Quiſquam.ff. de Diuerſ.& tempor. præſcript. & in l. Sanè ſi maris.ff. de Iniur. & in l. Venditor. in princip.ff.Communia præd.& docent plures relati a Couar. in loco ſuperiùs citato. Vndè conſequitur; quòd in prædicto iudicio contentioſo prædicti piſcatores, & venatores compellentur ad reſtitutionem Piſcium, & Ferarum in præfatis locis prohibitis captarum.Ex gloſſa in dict. §.Feræ. probata per l. 16. tit. 28. partita 1. & per Couar.ſuprà.

Idem tamen Couar. in dicto loco aliter dicit iudicandum in Foro animæ; ex ratione ſuperius annotata. Cui adde Medin. in C. de Reſtitut.quæſt. 12.& not.in d.Diff. 7 in fin.

Vide etiam Diff. 15. ver. Peccatũ.vbi habes, an licitè fieri poſſint præfatæ prohibitiones in locis communibus; vt ſunt maria, & flumina, & alia huiuſmodi.

SVMMARIVM.

1 *CAPTA in bello, quomodo fiant capientium.*

2 *Mercatores redimẽtes à Turcis & Hæreticis res captas; tenentur eas reſtituere veris dominis, ſoluto eis pretio redemptionis, & expenſis, atque intereſſe.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 CAPTA in bello ab hoſtibus, de iure communi, & in Foro exteriori, fiunt capientium. l. Si quid bello, ff.de Capt.& ibi notat Bar. Quod intellige verum, quando res mobiles captæ ſunt à veris hoſtibus; & bello inito æquo Marte inter eos; & ſunt tutè delatæ ad eorum præſidia. Nam, ſi ſunt captæ à latronibus, & piratis, ſecùs eſt. Quia non ſunt veri, & iuſti hoſtes, de quibus loquitur titulus ff.& C.de Captiu.& conſequenter numquàm ad eos tranſlatum eſt earum rerum dominium; eaque ratione minimè efficiuntur capientium. l. Hoſtes, & l. Latrones, & l. Poſtliminium. §. a Piratis.ff. de Captiu.& l. Quia latronibus.ff.de Teſtam. Conferunt not.ver. Vſura.Diff. 17.

2 Quo fit, vt ſi res, quæ per latrones, vel piratas,

piratas,

piratas captæ ſunt, pretio redimantur à noſtris; vt faciũt quamplurimi mercatores negotiãtes apud Turcas, necnõ & apud inſulares Angliç; ementes ab ipſis hæreticis, & Saracenis, quæ à nobis Chriſtianis iniq;, & iniuſtè vi capiunt: vel ſi virtute bellica ipſis piratis fugatis, vel deuictis, à noſtris recuperentur, & capiãtur. Tales inquã res, ſic per noſtros redemptæ, vel captæ à prędictis piratis, nullo modo fiũt redemptorum, vel capientium; cùm dominium earum rerum numquam fuerit abdicatum à prioribus eorũ dominis; nec tranſlatum in ſæpe dictos latrones, & piratas: quin immo in quemcumque deuenīant, ſemper tranſeunt cum ſuo vitio; non minùs, quàm captæ à furibus, & latronibus. Quod eſt mente tenendum contra tales mercatores. Vnde tales res erũt prioribus dominis reſtituendæ, modo reddant mercatoribus redemptionis pretium, & intereſſe, vnà cum expenſis, ſi quæ eis debentur, & etiam militibus ſoluerint iuſtam laboris, & expenſarum mercedem.

Præterea vbi res ab hoſtibus captæ recuperantur ſtatim, priuſquàm hoſtes eas tutè ad ſua præſidia deferant; ſimiliter hæ, nequaquam fiunt capientium. Ratio eſt, quia tales res in prædicta ſpecie, nondùm fuerunt factæ hoſtium eas capientium: & ideò cùm ab hoſtibus auferuntur, ſub dominio prioris ſunt; eaque ratione debent ei reſtitui: argumento text. in l. 3. §. Cùm igitur. ff. de Vi, & vi armata. & in l. vltima. C. Vnde vi. vt docet Angel. & Salicet. in l. Ab hoſtibus. 2. col. 1. C. de Captiu. Iaſ. in l. 1. numero 11. & ſequenti. ff. de Acquirenda poſſeſsione. Martin. Lauden. de Bello. §. 7. & probat l. penultima. tit. 9. Partita 5. Quicquid dicat Iaſon in l. Id quod apud hoſtes. ff. de Legat. 1.

Vbi verò ex interuallo res captæ ab hoſtibus, & ad eorum pręſidia tutè delatę; poſteà virtute bellica ab eiſdem auferuntur per ſuos hoſtes (in quo caſu loquimur in hac Differentia) Quidam (vt Franciſcus de Rip. in dicta l. 1. ff. de Acquiren. poſſeſsione. numero 5.) exiſtimant, tunc demum fieri capientium; ſi milites non habeant à Republ. ſtipendium: quaſi de militibus habentibus publica ſtipendia contrarium dicendum ſit. Sicut & in rebus, quæ ius poſtliminii obtinent, de quibus agit l. 2. ff. de Captiu. Nam hæ res, etiam ex interuallo ab hoſtibus captæ, priori domino reſtituuntur.

Ego verò, ſalua, in hoc, lege belli, ſi qua eſt, arbitror prædictam diſtinctionem Rip. tantùm procedere, & intelligendam fore in rebus, quarum primi domini erant illius principatus, & prouinciæ; vnde etiam erant milites, qui res ab hoſtibus ceperant. Nam ſi res captæ ignorantur cuius fuerint, vel fuerunt aliorum dominorum alterius principatus; ceſſat prædicta diſtinctio; quia indiſtinctè erunt capientium. Exiſtimo præterea aliam diſtinctionem vltra prædictam Rip. attendendam eſſe; videlicet, an bellum initum, fuerit iuſtum, nec ne tam ex parte res primò capientium, quàm ex parte iſtorum hoſtium a primis eaſdem res auferentium. Nam ſi ex vtraque parte res iuſto bello captæ ſunt: dubio procul ſunt capientium: quia tam primi, quàm ſecundi hoſtes eas ſuas fecerunt de iure gentium. Aliàs ſecùs.

Vndè, licèt in bellis per Chriſtianos Principes ſecum initis, ob præſumptam bonam hoſtium fidem, res inibi captæ ſint capientium in Foro exteriori: ſi tamen milites ipſi eas capientes aliàs verè ſciant bellum iniuſtè indictum eſſe, & mala fide geri: tunc in animæ iudicio prædictæ res in tali bello captæ non fiunt capientium: ita colligo (quibuſdam additis) ex iis, quæ tradit Couar. in regul. Peccatum. 2. parte. §. 11. numero 7. & 8. licèt non ita diſtinctè. ſequitur Mercad. tractat. 4. capite 15. fol. 215. colum. 2. vbi dicit capta in bello principio putato iuſto, durante hac bona fide, fieri accipientis: detecta verò veritate deberi reſtitui, etiam illa, quæ fuerunt conſumpta, ſi capiens, ipſis factus eſt locupletior; putà, quia impendit in neceſſaria, quæ aliàs ex ſuo debuerat expendere: non tamen illa, quę deſtruxit ac diſsipauit.

SVMMARIVM.

1 *VENANS in locis prohibitis, in Foro iudiciali cogitur reſtituere animalia quæ capit. Secùs in Foro pœnitentiali.*

2 *Venans in fundo, cuius fructus conſiſtunt in venatione, poteſt conueniri ſuper lucro quod veriſimiliter dominus fundi habuiſſet.*

3 *Venans animalia incluſa, tenetur ad ea reſtituenda.*

4 *Quid autem de venantibus, menſibus prohibitis, vide remiſſiuè.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 VENATOR ingrediens fundum alicuius contra eiuſdem domini voluntatem, ſeu prohibitionem; ſi aliquid ceperit in Foro iudiciali non erit ſuum, ſed domini dicti fundi. Ita tenet gloſ. verb. Ingrediatur. in §. Feræ Inſt. de Rerum diuiſ. cuius opinionem amplexa eſt l. 16. tit. 28. part. 3. Eſtque ita intelligenda ſecudùm Mencha. de Succeſ. §. 17. num. 12. & Portum dict. §. Feræ. num. 8. & alios quos refert Couar. in regu. Peccatum. 2. par. §. 8. num. 6. Quamuis ipſe, attenta dicta l. Partitæ, etiam in Foro conſcientiæ, exiſtimet eſſe domini fundi. Putat enim, quòd licet illa lex ſit pœnalis; quia tamen poteſt Princeps impedire alicuius rei dominium; quo caſu etiam ſi ſit pœnalis, in Foro animæ non ſit dominus eius rei contrauenions legi (vt ex multis ibi ſimilibus probat) ita in præſenti caſu dicendum ei videtur; quòd ſcilicèt, per dict. l. 16. teneatur venator in vtroque Foro ad reſtitutionem rerum, quas ceperit. Idem aſſerit Faber. dict. §. Feræ. cùm dicta prohibitio ſit per Iudicē ad inſtantiā domini fundi. Sed Soto lib. 4. de Iuſti. quæſt. 6. art. 4. negat per dictam legem Partitæ impediri acquiſitionem dominii; & iſta eſt veritas.

Quare aliud dicendum eſt in Foro animæ. Siuè enim prohibitio fiat à domino fundi; ſiuè à Iudice ad dicti domini inſtantiam; ſiuè à Principe per legem: non per hoc fiunt animalia domini Fundi; ſed capientium: per l. 1. & 3. ff. de Acqui. rerum dom. Quia dicta animalia in nullius bonis ſunt, dùm non capiuntur. Et ideò non eſt cur domino fundi reſtituantur. Et ita tenent plures quos refert Couar. ſuprà num. 4. & Paludan. 4. diſt. 19. quæſt. 2. art. 3. Felin. in cap. Omnes leges. diſt. 1. dicit communem Cepol. de Seruit. ruſt. præd. cap. 21. num. 1. & alii citati 2. tom. Cōmu. opin. lib. 7. tit. 1. num. 226. & docet Rebel. de Obliga. Iuſt. in Prælud. quæſt. 14. num. 13. & ante eos gloſſ. in l. Diuus. ff. de Serui. ruſt. præd. & in dict. l. 3. ff. de Acqui. rerū dom. quæ ſic ſunt intelligendæ. Sequitur Petr. à Naua. tom. 2. lib. 3. cap. 1. num. 284. cum ſequent.

Attamē verum eſt, quòd ſi dominus fundi conueniat venatorem in Iudicio; tunc condemnabitur ad eorum reſtitutionem. Quo caſu tenebitur in conſcientia ea reſtituere; per tradita verb. Lex. Diff. 8. & verb. Venditio. Diff. 6. Quod intellige verum, ſi ipſi ſoli competat ius venationis; & non alteri, eo inuito; vt optimè aduertit Couar. dict. num. 10. in fin. vt in caſib. not. ſup. Diff. 5. num. 3. aliàs aget tantummodo actione iniuriarum; ſecundùm gloſſ. dict. l. Diuus. vel ad pœnam, ſi aliqua ſit appoſita per legem, vel Iudicem.

2 Quòd ſi fructus fundi conſiſtunt in venatione (de quibus diximus dict. Diff. 5.) poterit venatorem conuenire ratione lucri, quod veriſimilitèr habuiſſet, ſi ille non fuiſſet venatus; ſecundùm Medin. de Reſtitu. capit. 12. col. 8. ad finem, & Couarru. ſupra num. 11.

Vno

Digitized by Google

3 r. Vnò tamen caſu venator non facit ſua animalia, quæ capit; nempe ſi ipſa ſint incluſa, ita vt ſuam libertatem naturalem non habeant eundi quò velint; vt in apibus, columbis, quæ in columbario concluduntur; & in animalibus incluſis in viuariis, leporariis, piſcinis, aut ſtagnis alicuius priuati; vt docet Cenedo poſt alios 1. par. Collect. 56 num. 6. Iacob. de Graffis lib. 2. cap. 93. num. fin. P. Lud. Lop. 1. par. Inſt. Confeſſ. cap. 148. quæſt. 3. Concluſione 2.
4 Vide etiam Naua. cap. 17. num. 124. circa eos qui venantur menſibus prohibitis.

ADVLTERIVM.

SVMMARIVM.

1 *MARITO licet in Foro exteriori, vxorem & adulterum in adulterio deprehenſos, occidere.*
2 *Secùs in Foro conſcientiæ.*
3 *Niſi poſt ſententiam, dantem eidem poteſtatem eos occidendi.*
4 *Bannitum licet occidere in vtroque Foro.*
5 *Datur ratio diſcriminis in vtroque Foro in caſu præſentis differentiæ.*
6 *Occidere licet impunè inſidiantes in itineribus; nocturnum populatorem agrorum, nocturnum, & diurnum furem, telo ſe defendentem, & aſſaſsinos.*
7 *Vxor, in multis caſibus, adulterans non punitur.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 MARITO licet impunè in Foro exteriori occidere adulterũ, & adulterã; ſi eos in flagranti delicto inuenerit. l. Marito quoque. ff. de Adult. l. Caſtitati. l. Graccus. C. Eodẽ. & in §. Si quãdo. in Auth. Vt nulli Iud. Collat. 9. & per leges Regni Caſtellæ l. 13. tit. 17. partita 7. & copioſiùs in l. 2. tit. 15 lib. 8. Ordin. & etiã per leges Regni Portugaliæ in lib. 5. tit. 38. Vbi §. 1. id extẽdit, etiã ſi eos non inueniat in actu adulterii. Docet latiſſimè Iul. Clar. in §. Homicidiũ. verſ. Dixi etiã. cum ſequẽtib. Couar. de Teſtam. 2. p. c. 7. §. 7. Silua Nup. fol. 24. col. 3. cũ ſequẽtib. Silu. in Summa. verb. Adulterium. quæſt. 6. & verb. Homicidium. quæſt. 2. verſ. Quintum. in fin. & verſ. Sextum. & ante eos gloſſa notabilis in cap. Tuæ. de Procurator.

2 In Foro tamen interiori, nullo modo licitum eſt marito præfatos adulteros occidere; ſed peccabit mortaliter eos occidendo, iuxta gloſſam vnicam in cap. Inter hæc. 33. quæſt. 2. quam dicit ſingularem, & celebrem Nauar. cap. 15. num. 13. in fine; & eam plures Doctores commendant, quos refert Caſtillo in l. 82. Tauri. Couarr. vbi ſuprà num 9. ad fin. Silua Nupt. vbi ſuprà, Tiraquel. de Iure mariti l. 8. & l. 9. Connub. num. 4. & dicit communem Petr. à Nauar. tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 220. eamdem gloſſam commendat Viual. in Candelab. Aur. tit. de Irregular. ex homicid. voluntario. quæſt. 5. num. 208. & Iaſ. in l. Vt vim. nu. 22. ff. de Iuſt. & Iure. vbi ex ea tradit regulã generalẽ; videlicet, q; in omnibus caſibus, in quibus homicidium permittitur de Iure Ciuili, vel Canonico; quamuis tale homicidium non poſsit puniri in aliquo Foro exteriori; tamen quoad Deum peccat mortaliter illud perpetrans. Et in Foro pœnitentiali debet ſibi iniungi pœnitentia. Ad idem, vide in 2. tom. Commu. opin. lib. 9. tit. 7. pag. 465. vbi inter alios citantur D. Thom. in 4. diſt. 37. D. Augu. lib. 1. de Lib. arb. D. Anton. 1. par. Summæ, tit. 7. cap. 8. noſter Diony. in Summa Fidei orthodo. tom. 2. artic. 178. ſub §. 2. quibus adde Barboſ. in l. Si ab hoſtibus. §. fin. n. 56. ff. Solut. matrim.

Digitized by Google

3 Limita tamen prædictam regulam, & theoricam, vnà cum præfata gloſſa, vt non procedat, quando per Iudicem, lata contra adulteros ſentententia, traduntur marito ipſi adulteri, iuxta leges Regias Caſtellæ; ſcilicet, l. 1. tit. de Adulter. lib. 4. & l. 2. titu. 15. lib. 8. Ordin. In his quippe legibus cauetur quòd adulteris in Iudicio, marito accuſante, conuictis, & per ſententiam Iudicis condemnatis; ipſi marito tradantur, vna cum bonis ſuis; vt faciat de illis quicquid libuerit; eos etiam occidendo. Quo caſu, cùm marito committat Iudex executionem ſententiæ, & ei licentiam tribuat, illos etiam occidendi: poterit maritus, non minus quàm carnifex, & miniſter Iuſtitiæ, abſque vllo peccato eos occidere.

4 Sicut dicitur de occidéte bannitum, cùm data eſt per Iudicem libera licétia cuilibet illum occidendi: tunc enim tutè, etiam in Foro conſcientiæ poteſt à priuato occidi: quia id facit priuatus, vt miniſter Iuſtitiæ; vt poſt alios docet Couar. ſuprà, num. 18. Iaſ. in l. Vbi pactum. num. 26. C. de Tranſaction. Sot. lib. 5. de Iuſt. quæſt. 1. artic. 3. ad fin. & Medin. C. de Reſtit. quæſt. 3. in 4. cauſa. Et eſt Ordina. Luſita. lib. 5. tit. 127. §. 8.

5 Nec mireris, quod de Iure Cæſareo, & Regio, liceat marito adulteros in flagranti delicto deprehenſos occidere; de Iure vero Poli non liceat: cùm Lex Ciuilis, ſi aliquid permittat, excuſet, etiam in Foro conſcientiæ, iuxta gloſſam ſingularem, & receptam, in cap. Quæ in Eccleſiarum. in gloſſa. 1. de Conſtitutio. Nam reſpondeo, quòd in prædictis legibus non approbatur factum mariti; prout falsò putauit Fortun. Garcia in tractat. de Vltimo fine Illatione, 11. cuius meminit Couar. vbi ſuprà, num. 14. alias eſſent leges iniquæ, & contra dictum cap. Inter hæc. & cap. Admonere. 33. quæſt. 2. quibus probatur, non licere marito ſecundum legem Dei, vxorem adulteram occidere. Sed duntaxat prædictæ leges loquuntur permiſſiuè, omittendo eius punitionem, ob dolorem, & perturbationem mariti: quo caſu ſolùm excuſant à pœna in Foro contentioſo; ſed non à peccato; iuxta communem Theologorum ſententiam in 4. diſtinct. 37. quæſt. 2. Silu. in Summa verb. Homicidium. 5. quæſt. 2. & Felin. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. num. 42. Vnde meritò defendi poſſunt, vt iuſtæ, & æquæ: prout ſunt aliæ quamplures, peccata permittentes, nec ea punientes ex iuſta cauſa; vt de meretricibus, & lupanaribus, & aliis docet Couar. de Teſtamen. 1. parte, cap. 4. num. 9. Non enim Lex Ciuilis tenetur omnia peccata exteriori pœna punire: ſat enim eſt, punire ea, quæ maximè Reipublicæ nocent, & hominum conuictum deſtruunt; vt notat Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 87. artic. 1. ad primum, & Couar. dicta 2. parte cap. 7. §. 7. num. 15. & diximus in Prælud. num. 20.

6 Si autem quæras quare in prædictis legibus Cæſareis, & Regiis non datur marito licentia approbatiua, ſed tantùm permiſſiua, occidendi adulteros in flagranti facinore, ſeu adulterio deprehenſos: ſicut eam habent occidentes bannitos; ſeu inſidiantes in itineribus; & nocturnum populatorem agrorum: vt l. 1. & 2. C. Quãdo liceat ſine Iud. ſe vindi. & furem nocturnũ, & diurnum, ſe telo defendentem; vt in cap. Si perfodiens de Homicid. de quo, verb. Homicidium. Differentia 1. num. 3. Et aſſaſsinos; vt in cap. 1. de Homicid. lib. 6. & ſimil. Item, quare eſſent iniquæ leges; ſi talem licentiã in dicto caſu adulterii côcederent.

Certè tota difficultas pro defenſione dic. gloſſæ, in reſponſione huius dubii conſiſtit: & miror, quòd in ſpecie ipſum non attigerint Couar. Silua Nup. & alii ſuprà relati: licèt alia fundamenta minus vrgentia adducant pro impugnantibus dictam gloſſam. Sunt enim quamplures Doctores, (vt Feli. c. Quæ in Eccleſiarum. num. 13. de Conſt. Barbo. l. Si ab hoſtibus §. Fin. num. 56. ff. Solu. mat. & alii) qui per dictas leges, licitum eſſe putent marito, etiam in Foro conſcientiæ occidere adulteros. Adeò, vt Iaſ. in dicta l. Vbi pactũ. n. 16. dicat, plures theologos tenere côtra eã. Sed malè quidẽ; vt ex ſequentibus apparebit.

7 Eſt igitur ratio, prædictæ difficultatis ac dubii, quia mulier in multis caſibus poteſt eſſe immunis à pœna adulterantium: putà, ſi paſſa eſt violentiam, aut vim,

vim, vel metum conditionalem amittendi vitam, vt l. Vim paſſam. & l. Si vxor. §. Si quis. ff. de Adulter. ca. Lotharius. ad finem. 31. queſt. 2. cap. Itàne. 32. queſt. 5. ca. Propoſito. & cap. De pudicitia. cum pluribus ſequentibus, eadem cauſa, & quæſt. vel ſi fraude, & ea inſcia, cognoſcatur: argumento cap. In lectum. 34. quæſt. 2. & cap. Inebriauerunt. 15. quæſt. 1. Vel ſi maritus ſit etiam adulter, cap. penult. & vltim. de Adult. Vel ſi propter ignominiam vitandam ſe libidini exponat; vt in Differentia ſequenti oſtenditur.

Quomodo ergo poterant Leges Ciuiles, & Regiæ, indiſtinctè, & ad ſolum arbitrium viri, dare eidem poteſtatem, & licentiam, vt miniſtro Iuſtitiæ, occidendi vxorem, licèt cum viro aliquo adulterantem inueniſſet? Certè eſſet periniquum talem poteſtatem dare: quia daretur ei ocaſio calumniãdi vxorem, alias honeſtam, & caſtã; ſæpeque eam innocentem occideret.

At in aliis caſibus ſupra memoratis, nullum eſt tale periculum; ſed ſemper adeſt iuſta cauſa occidẽdi præfatos facinoroſos. Et ideò potuit in eis Lex Ciuilis dare licentiam eos impunè occidendi, faciendo eoſdem miniſtros Iuſtitiæ, & executores ſententiæ à Iure, vel à Iudice, contra eos latæ.

Conſtat ergo ex dictis, quòd vir abſq; peccato mortali non poteſt vxorem occidere; etiam ſi eam adulterantem inueniat: quia id facit authoritate priuata; & non authoritate legis, nec vt miniſter eiuſdem; vt quidam allucinati ſunt.

SVMMARIVM.

1 *VXOR committens adulterium propter confuſionem vitandam; excuſatur in Foro exteriori.*

2 *Non tamen in Foro conſcientiæ. Et datur optima ratio diuerſitatis in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 VXOR, propter ignominiam, & confuſionem vitandam, adulterium committens; non punitur in Foro contentioſo; vt eſt publicum illud, & notorium exemplum Lucretiæ nobilis Romanæ, de qua in cap. Propoſito, 32. quæſt. 5. quæ, licet ſe libidini filii Tarquini Regis expoſuerit: nihilo minus non fuit iudicata adultera à D. Auguſtino, viro ſanctiſsimo, & doctiſsimo: quin immò eius pudicitiam ſummis efferunt Romani laudibus. Tum, quia ob dictam ignominiã, & confuſionem vitandam, præfatæ libidini ſe expoſuit. Tum, quia dicti fœdi in ſe commiſsi ſceleris ægra, atque impatiens, poſteà ſe peremit. Ratio autem prædictorum eſt, quia ſecundum leges, nõ committitur adulterium ſine dolo, l. penult. ff. de Adulter. & notat gloſſa in dict. cap. Propoſito. verb. Adultera. & gloſ. fin. in cap. In lectum. 34. quæſt. 2.

2 At in Foro cõſcientiæ, tale adulterium punitur; quia priùs debet quis omnia mala pati, quam peccato conſentire. cap. Itàne. 32. quæſt. 5. cap. Sacris. de His quæ vi. Gabriel. in 3. Sententiarum, diſt. 39. quæſt. 1. concl. 7. Silu. in Summa, verb. Adulterium. quæſt. 9. ad finem, Sot. lib. 7. de Iuſt. quæſt. 2. artic. 1. col. 11. D. Anton. 2. par. tit. 5. cap. 6. §. 1. in fine. vbi dicit, ſi virgini violentia conditionalis inferatur (puta comminatio mortis, vel infamiæ) & verecundia ducta, non audeat clamare, vel timeat ſcandalum magnum oriri: non ob hoc excuſari à ſtupro; & conſequenter, nec à peccato.

Hinc obiter collige, quàm diſtans, ac differens ſit Mundi iudicium, à iudicio Dei. Mundus enim laudat magnopere Lucretiæ factum; cùm tamen iudicio Dei ſit execrabile, ac pœna æterna dignum.

Nec obſtat ꝙ poſſet quis occidere aggreſſorem; licet aliàs poſsit id vitare fugiẽdo; ſed cum dedecore, teſte Caiet. verb. Excõmunicatio.

municatio. verſ. Nota ſextò. Soto lib. 5. de Iuſtit. quæſt. 1. art. 8. ad fi. Mercad. lib. 6. de Reſtitu. capit. 4. Nauar. cap. 15. num. 3. ad fi. Si ergo ignominia fugæ excuſat in Foro conſcientiæ ab homicidio: quare eadem ignominia non excuſabit ab adulterio?

Pulchrum ſanè dubium, & à nemine, quē viderim, tactum. Sed dicito, in homicidio non eſſe conſenſum occidentis abſolutè: in adulterio verò concurrere conſenſum adulteræ: nec homicidium eſſe adeò intrinſecè malum (cùm in multis caſibus ſit licitum) ſicut adulterium. Quòd ſi neges, conſentire adulteram in caſu prędicto; magis quàm occidentem; dicasquè etiam in multis caſibus excuſare adulterium, ſaltem à pœna Fori contentioſi; vt vidimus in præcedenti Differentia num. 7. Reſpondeo, in nullo caſu eſſe licitum adulterium; benè tamen homicidium. Et ideò non mirùm, ſi excuſet homicidium perpetratum ob ignominiam fugiendam; & non adulterium.

SVMMARIVM.

1 *ADVLTERIVM ſæpius cum vna commiſſum; in Foro exteriori non punitur, niſi pro vno adulterio. Secùs in Foro animæ.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 ADVLTERIVM pluribus vicibus cum vna vxorata committens, in Foro exteriori non punitur niſi pro vno adulterio. Et ideò, ſi per ſtatutum imponatur pœna pecuniaria cõmittenti prædictum delictum: ſolùm tenetur ad vnam tãtùm pœnam pecuniariã, quamuis pluribus vicibus præfatum adulterium cum vna, eademquè muliere commiſerit. De hoc eſt gloſſa notabilis in l. Vulgaris. verb. Immò ff. de Furt. & probatur in l. Ei qui furti. ff. de Furt. vbi furti actio nata ex contrectatione prima, non naſcitur ex contrectatione aſsidua: niſi actio nata ex prima contrectatione, extincta eſſet; vel per exceptionē euerſa: tunc enim ex ſequenti contrectatione durat, vel naſcitur actio furti; vt in l. fin. ff. de Verb. obli. Idem probatur in l. Mariti. §. Sex menſium. ff. de Adulter. & tenet Cyn. in l. Numquam plura. ff. de Priuat. delict. Anchar. Conſ. 4. Bal. Conſ. 265. par. 5. & Bart. (vbi optimè) Conſ. 222. & Bald. in l. Quicumque. ff. de Seru. fugit. vbi diſtinguit plures caſus ad ſciendum quando quis propter plura delicta ad eumdem finem tendentia; vel propter vnum delictum, ſed reiteratum; vel ſi ſint diuerſæ ſpeciei; ſit pluribus pœnis, aut vna tantùm puniendus. De quo etiam vide Iul. Clar. quæſt. 84. num. 2. cum ſequentibus. & not. verb. Pœnitentia. Diff. 3. nu. 5.

In Foro verò pœnitentiali, ſine vlla diſtinctione, & in omni caſu tot peccata committuntur, quot ſunt vices, quas quis committit; & ad tot pœnas tenetur, & manet obligatus, quot peccata perpetrauit; vt palàm eſt: & habes dict. Diff. 3. num. 1.

DIFFERENTIA QVARTA.

QVI adulterium committit cum ea, quæ iam ſe multis, meretricio more, proſtituit; in Foro cõtentioſo nõ tenetur adulterii. Et ideò non punitur tamquàm adulter; vt probat text. in l. Si ea quę ſtupro. C. de Adulter. & dicit cõmunē Iul Clar. §. Adulterium. verſ. Quæro numquid. poſt Ang. l. Si vxor. §. Sed & in ea. num. 1. ff. de Adult. & Ananiam, in c. 6. extra eod. tit.

In Foro verò pœnitẽtiali, dubio procul tenetur adulterii, vt palàm eſt.

DIF-

DIFFERENTIA QVINTA.

QVI adulterium committit cum muliere vili; puta, per ſe cauponam exercente; non eſt adulterij reus in Foro exteriori; l. Qui adulterium. C. de Adulter.

Secùs in Foro animæ, & pœnitentiali, in quo, quoad hoc, nulla ſit differentia, an ſit vilis, nec ne: ſed ſufficit committi à viro, vel muliere, matrimonio copulatis.

SVMMARIVM.

1 *DIVORTIA de Iure Ciuili, etiā Codicis, fuerunt permiſſa. Secùs de Iure Pontificio, & in Foro conſcientiæ; niſi ob cauſam fornicationis. Et tunc non, niſi quoàd thorum.*

2 *Mátrimonium quoàd vinculum, qualiter diſſolui poſsit.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 DIVORTIA de Iure Ciuili permiſſa fuerūt; non ſolū quoàd thorum, & cohabitationem: ſed etiam quoàd vinculum. l. Conſenſu. §. Vir quoq;. & l. fin. C. de Repud. vbi Theodoſius & Valentinianus Imperatores Catholici conſtituerunt, vt ſi ob cauſas legibus expreſſas fieret diuortium; poſſet maritus ſtatim ducere aliam: mulier vero poſt annum, ad tollendam incertitudinem prolis. Si verò fieret ob cauſas legibus non comprehenſas; diuertentes inciderent in pœnas legum: diuortium tamē tenebat mero iure; etiam quoàd vinculum. Et maritus poterat ſtatim ducere aliam; mulier verò poterat alii nubere poſt quinquennium. Quam conſtitutionem approbauit Iuſtinianus in Auth. de Nuptiis. §. Et ſi mulier. Colla. 4.

Sed in Foro Canonico, & in conſcientia ſecùs eſt. Quia quoàd thorum, & cohabitationē, non poteſt diſſolui, niſi ob adulteriū. c. Gaudemus. de Diuor. & Matth. 5. 32.

2 Quoàd vinculum autem, ſi matrimoniū eſt conſummatum; ob nullam cauſam diſſolui poteſt; niſi per mortem. c. Licitè. iuncta ibi gl. 32. q. 7. d. c. Gaudemus. c. Literis. de Præſum. c. Per venerabilem. Qui filii ſint legi. Conci. Trid. Seſsione 24. de Matrimonio. Can. 7. docet latè poſt alios Pet. Barbo. 2. p. Rub. ff. Solu. Mat. à nu. 10. vbi nu. 17. fatetur erraſſe in hoc præfatos Imperatores: non tamen ob id, impietatis eſſe damnandos, per rationem, de qua ibi. Si verò matrimoniū non eſt conſummatū; ſolùm in duobus caſibus poteſt diſſolui; ſcilicet ob ingreſſum Religionis. c. Verū. c. Ex publico. c. Ex parte. de Conuerſ. cōiug. Conci. Trid. Seſsione 24. Can. 6. vel ex diſpenſatione Papæ, ſecundum gl. fin. d. c. Ex publico. quàm dicit ſing. & communiter receptam. Nau. c. 22. n. 21. Præpo. in c. Fin. ad fi. de Sponſa duorum, & c. 2. de Sponſa. n. 6. Felin. c. Quæ in Eccleſiarum. n. 20. de Conſti. Paul. Pariſ. (vbi latè) Conſ. 51. n. 14. vol. 4. Silu. v. Diuortium. q. 4. Medin. lib. 5. de Sacror. homin. conti. c. 88. D. Antoni. 3. p. tit. 1. cap. 22. Ledeſma in ſecundam quarti queſt. 69. art. 7. col. 5. Latiſsimè Borgaſ. de Irregul. par. 6. tit. de Sponſa. & matrim. à n. 12. vbi in fi. tradit, ex quatuor cauſis poſſe Papam diſpenſare in matrimonio rato, non conſummato, quicquid cōtra dicant communiter Theologi, quos videre poteris apud Ledeſm. ſup. & Coua. 2. p. de Spōſ. c. 7. §. 4. nu. 14. & Soto in 4. diſt. 27. queſt. 1. ar. 4. Quorum opinionem fruſtra conantur quidam defendere, cùm Sedes Apoſtolica, ſequens primam opinionem, vt veram & indubitatam, ſæpe diſpenſauerit in talibus matrimoniis ratis tantùm, & nō conſummatis teſte Naua. c. 22. n. 21.

Digitized by Google

DIFFERENTIA SEPTIMA.

MVLIER nupta, ſi per metum conditionalem conſentiat adulterio; nõ dicitur adultera quoad Forum Iudiciale. l. Si vxor. §. Si quis. & l. Vim paſſam. ff. de Adulte. Conducunt tradita ſup. Diff. 2. in fin.

In Foro verò pœnitentiali, eſt verè adultera; ſecundùm D. Anton. 2. par. tit. 5. cap. 6. §. 1. in fin. & Silueſt. verb. Adulterium. quæſt. 9. & tetigimus ſup. Differ. 2. nu. 2.

ALIMENTA.

SVMMARIVM.

1 *FILIIS ex damnato coitu genitis non tenentur parentes administrare alimenta; nec eis bona relinquere poſſunt: etiam hodie in terris Imperii, ſecundùm aliquos.*

2 *Sed falluntur; quia hodie ſecus ſeruandũ quoad alimenta, nedum in conſcientia; ſed etiam in Foro exteriori.*

3 *Alimenta debent dari iure naturali cauſali: & non tantùm ſecundùm indigentiam, ſed etiam ſecundùm dignitatem parentum, & facultates eorum: ſed non ita largè, ſicut ſi eſſent legitimi.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 FILIIS ſpuriis, & aliis ex damnato coitu genitis, in Foro exteriori non ſolùm denegatur ſucceſsio in bonis parentum: vt dicemus v. Hæreditas. Differentia 11. ſed nec eis à parentibus alimenta debentur: vt probat text. in Auth. Licèt. in fine, C. de Natural. liber. & in Auth. Ex complexu. C. de Inceſt. nupt. & in Auth. Quibus mod. natural. efficiatur ſui. §. fin. Collat. 7. tradit Fel. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. nu. 45. de Conſtit. Bart. in l. Si fraudator. §. Si à ſocero. in fine, ff. de His quę in fraud. credit. Ioan. de Imol. in l. Ex facto. §. Si quis rogatus. col. 6. ff. ad Trebell. Alex. Cõſ. 74. incipit, Circa primũ. vol. 3. Mench. de Succeſsion. creat. lib. 2. §. 20. num. 313. & alii, de quibus per Gabriel. loco infrà citando. Qui omnes tenẽt etiam hodie in terris Imperii ſeruandas eſſe prædictas Authenticas, & deneganda eſſe alimenta filiis ex damnato coitu genitis; id eſt, natis ex his matribus, quæ tempore conceptus, vxores patrum eſſe non poterant. Quod ſtatutum fuit ad cohibendum parentes à talibus damnatis complexibus, & vitiis, & in eorum odium; non verò in odium filiorum; quippe qui potiùs miſericordia ſunt digni, eò quòd alieno laborãt vitio, per l. Legem Anaſtaſii. 7. C. de Natural. liber.

2 In Foro verò cõſciẽtię, prefate Authẽticę non procedunt, nec locum habent; quia parentes tenentur in cõſcientia alere prædictos filios, non obſtantibus præfatis legibus; vt docet Silu. in Summa, verb. Filii. quæſt. 4. verſ. Secundum. & §. 5. poſt alios à ſe relatos; per text. ad id expreſſum in cap. Cùm haberet. de Eo qui duxit in matrim. quam pol. per adult. Adeò, quòd ſi talibus filiis poſt mortem alimenta non reliquerint, vel in vita contempſerint, excommunicati reperiantur in Cõcilio Gangrẽ. relato in cap. Si quis reliquerit. 30. diſt. Etenim, ne filii (qui aliàs in peccato parentum non concurrerunt, nec participes illius fuerunt) fame perirent; viſum eſt Iuri Canonico, æquum eſſe prędictarum legum temperare rigorem; & ſic ſtatuere, ne prædictis filiis alimenta denegarentur. Nam qui alimenta denegat, necare videtur; eorumque priuatio, ſpecies tormentorum eſt terribilis. l. Necare videtur. ff. de

Digitized by Google

ff. de Liber. agnoſcend. cap. Paſce fame morientem. 86. diſt. gloſſa in l. Item apud Labeonem. §. Quæſtionem. verb. Dicunt. ff. de Iniur. gloſſa verb. Tormētis. in Clem. 1. de Hæret. Et cùm ſimus in materia cōcernente peccatum; prædicta æquitas Canonica in vtroque Foro ſeruanda eſt. iuxta cap. fina. Cùm ibi notatis de Præſcrip. Et ita obſeruat Regnum Luſitaniæ: vt patet lib. 4. tit. 99. §. 1. & docet communis contra Doctores ſuperiùs memoratos; teſte Dec. in cap. Clerici. num. 2. de Iudic. & in cap. In preſentia num. 39. de Probation. Fel. in cap. 1. num. 1. de Magiſtr. Capic. Deciſ. 144. Caualcan. Deciſ. 17. num. 27. part. 1. & alijs quampluribus relatis à domino meo Rojas in Epitome de Succeſſion. ab inteſt. cap. 21. num. 19. & Ant. Gabr. Tom. 2. Communium opin. tit. de Aliment. pag. 382. cùm ſequentibus; vbi latiſsimè reſoluit prædictam opinionem communem cũ ampliationibus quatuordecim; & limitationibus octo, quas ibi poteris videre.

3 Quibus adde, prædicta alimenta à parentibus iure naturali cauſali, & formali, filiis deberi: vt docet Bal. per tex. ibi in l. final. §. Ipſum autem filium. C. de Bon. quæ liber. Iaſ. in Auth. Quod locum num. 8. C. de Collation. poſt gloſſam in Auth. Quibus mod. natural. efficiantur ſui. §. Liceat. Collati. & Rojas ſuprà nu. 5. A natura quippe ipſa impellimur, vt eos, quos genuimus, nutriamus, & amemus: vt inquit Ciceri. lib. 3. de Finibus. Non mirum ergò, ſi æquitati prædictæ Canonicæ ſtandum ſit, etiam in terris Imperii; vt tenet Bar. in d. Auth. Ex complexu.

Præterea præfata alimenta non debent præſtari ſecundùm indigentiam tantùm naturæ, ſed ſecundùm ſtatum, dignitatem, conditionem, & bona parentum; vt probat idem tex. in dicto cap. Cum haberet. in fine ibi. *Secundùm quod eis ſuppetũt facultates*: & docet Alex. in l. Si maritus. ff. Solut. matrim. Tiraq. in tract. de Primoge. quæſt. 4. num. 33. Couar. in 4. 2. part. cap. 8. §. 6. num. 7. Tello Fernand. in l. 10. Tau. num. 2. Henriq. de Matrim. cap. 20. §. 5. Matienço tit. 8. num. 21. 8. Gloſſa. 1. lib. 5. Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 55. Et eſt de mente. Ord. veteris Luſitanæ, lib. 4. tit. 68. in §. 1. iuncto princip. Et probat optimè Mol. de Iuſt. & Iure Diſput. 168. tit. 2. fol. 706. litera A. & B. Licet non ita largè, ſicut ſi eſſet legitimus; per tex. in l. Sed ſi quis. 1. §. Sufficienter. ff. de Vſufr. Corſet. ſingul. 17.

SVMMARIVM.

1 *FILIVS Catholicus non tenetur in Foro exteriori patrem hæreticum alere.*

2 *Et propter idem crimen poteſt eum exhæredare.*

3 *Secùs in Foro conſcientiæ quoàd alimenta.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 FILIVS Catholicus non tenetur patrem hæreticum alere in Foro exteriori. Propter hæreſim enim

2 poteſt pater à filio exhæredari; ex gloſſa in cap. Quintaualis. de Iure iuran. & conſequenter poteſt eidem alimenta denegare. Nam ex quibus cauſis poteſt quis exhæredari; ex eiſdem poſſunt ei alimenta denegari; ſecundùm gloſſam in l. Si quis a liberis. §. Si quis ex his. ff. de Liber. agnoſc. & docet Fel. in c. Cum ſit. n. 2. de Iudæis. facit cap. Legi. 23. quæſt. 8.

3 Secùs tamen eſt in Foro interiori, & cōſcientiæ; quia propter hæreſim non debet, nec poteſt filius vitæ neceſſaria patri denegare; iuxta gloſſam in cap. 1. 30. diſt. & in cap. Quieſcamus. 42. diſt. & in cap. Non ſatis. 86. diſt. docet Ange. in princip. Inſt. de Iure natural. & Feli. vbi ſup. dicens cōmunem, & facit D. Tho. 2. 2. quæſt. 31. art. 2. ad ſecundum. quatenus dicit, quantum ad ſuſtentationem naturę ſubueniendum eſſe, etiam peccatori.

SVMMARIVM.

1 *VXOREM adulteram poſt thori ſeparationem, an in vtroque Foro. teneatur maritus alere.*

2 *An Idem ſit dicendum de vxore ſpiritualiter fornicante, ſcilicet hæretica. Vide hic latè.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 VXOREM adulteram poſt factam thori ſeparationem, tenetur maritus alere. Gloſſa 1. in fine. in cap. Significaſti. de Diuort. & ita teneri communiter dicit Card. Alexand. in cap. Ex parte. col. fin. verſ. Sed operæ pretium. de Sponſal. refert, & ſequitur Iul. Clar. §. Adulterium. num. 27. Et eſt ratio, quia licèt vxor ſit adultera, non propterea deſinit eſſe vxor, etiam poſt thori ſeparationem. Sed in Foro conſcientiæ ſecus eſt ſecundùm Soto. 4. diſtin. 36. queſt. vni. art. 3. ad fi. Sed contrarium puto verius. Durum enim mihi eſt, quòd tribunal hominũ ſit plus pium, quam tribunal Dei.

Sed obſerua prædictam gl. intelligendã eſſe de vxore, propria temeritate recedente, quę pœnitẽtia ducta, reuertitur ad mariti conſortiũ, & ille non vult eam recipere. Tunc enim tenetur ei alimenta præſtare; vt docet Alex. Conſ. 78. nu. 1. lib. 5. At vbi propter adulterium ipſius vxoris ſit ſeparatio: non tenetur maritus eam alere, per latè tradita à Barbo. 2. p. Rub. ff. Solu. mat. à nu. 37. & docet Craue. Conſ. 280. col. 1. Facit c. Plerumque de Dona. inter vir. vbi adultera amittit dotem. Et in hoc caſu poteſt procedere opinio Soti.

2 Eſt tamen dubium notabile, an idem ſit dicẽdum in adulterio ſpirituali; videlicet, an ſi vxor fiat hæretica, ſit à marito alenda ſi poſteà pœniteat. Videbitur fortè cuipiam reſpondendum affirmatiuè, per gl. in c. fin. de Conuerſ. coniug. quę dicit innocentem coniugem teneri ad receptionem coniugis ſic ſpiritualiter fornicantis, poſt ipſius reſipiſcentiam; etiam ſi iudicio Eccleſiæ fuiſſent ſeparati. Quam gl. eſſe receptam teſtatur. Iul. Clar. verb. Hæreſis. nu. 15. & alii relati à Rebel. de Obliga. Iuſt. 2. parte lib. 2. quæſt. 18. num. 1. & à Barbo. vbi infr. nu. 19.

Contrarium verò, ſcilicet non teneri, docet Coua. in 4. 2. par. c. 7. §. 5. nu. 5. Caſtro lib. 2. de Iuſta hæret. puni. c. 7. Matienço lib. 5. Ord. tit. 1. gl. 1. n. 80. Siman. de Inſti. tit. 40. nu. 16. Barbo. 2. par. rub. ff. Solu. mat. nu. 19. ad fi. Quia adulterium carnale, & ſpirituale, æquiparantur: & in carnali non tenetur. c. Gaudemus. de Diuor. in fi. Ergo nec tenebitur in adulterio ſpirituali; vt in cap. de Illa. de Adult.

Hinc infero ad caſum, qui Vlyſsip. cõtigit; qui talis fuit. Quidam nobilis duxerat ignorãter quamdã Iudæam, ſed baptizatã. Poſt aliquot autem annos capta eſt vxor ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis; & cùm perſiſteret in negatiua vſque ad ſententiam; condemnata eſt, vt igni traderetur. At ipſa, die actus publici qua educenda erat ad mortem ſubeundam; confeſſa eſt, & petiit miſericordiam. Cui remiſſa fuit pœna mortis, & in aliam commutata. Exiit ad actum publicum Fidei, cum inſignibus mortis, & flammarum in veſte, quæ dicitur ſaccus benedictus, vulgò *ſambenito*. Maritus poſtea recuſabat ipſam recipere ad cohabitandum cum ea, nec volebat ei alimenta præſtare; pro vt tenet Palac. Ru. & alii quos refert, & ſequitur Barboſ. 4. p. l. 1. ff. Solu. mat. nu. 85. Sed multi contrarium eidem conſuluerunt, teneri ſcilicet vxori prædictæ alimenta preſtare. Vnde maritus coactus fuit eam recipere, ne extra domum ſuam aleret eam. Sed contra hoc facit, quòd cum mulier præfata incidiſſet in fornicationem ſpiritualem; videtur non teneri cum ea vitam agere, nec extra domum ei alimenta præſtare; ex Couar. & aliis ſuprà.

Sed contrarium eſt verius, & tenendum; per

Digitized by Google

per not. à Rebel. de Obliga. Iuſt. 2. p. lib. 2. quæſt. 18. nu. 10. & lib. 5. quæſt. 4. nu. 36. Ad diuortium enim, cauſa hæreſis, obtinendum; opus eſt vt præcedat perſeuerátia in hæreſi, cum pertinacia. Aliàs non licet recedere a coniuge, etiamſi detur ſententia ſuper hereſi, dummodo reconcilietur. Ex Barbo. ſup. nu. 23. Soto. in 4. diſt. 36. quæſt. vni. ar. 1. antè fi. Specul. coniug. 3. par. art. 2. concl. 4. Concludendũ igitur eſt, quòd ſi ſeparatio thori fiat directo iudicio Eccleſiæ; petente ſcilicet altero coniuge; altero pertinace, & profugo commorante inter hereticos: tunc fidelis innocens non tenetur eum reuertentem, & reconciliatum ſecretò, recipere in ſuũ conſortium. ex dict. c. De illa. Quod ſic intelligendum eſt. Si verò ſimul cohabitantibus, capiatur alter corũ ab Inquiſitoribus & in actu fidei publico exeat condemnatus de hæreſi, ſed reconciliatus: tunc tenetur innocens eum recipere, & ſimul cohabitare; etiamſi pœnitentiatus ſit, & indutus habitu pœnitentiali: vt fuit in caſu dict. feminæ. Quòd ſi abſens condemnetur, vt pertinax; dic idem quòd in primo caſu, niſi reconciliaretur; per not. per Rebel. ſup. nu. 6. adde notata verb. Matrimonium. Diff. 12.

DIFFERENTIA QVARTA.

VXOR, ſoluto matrimonio, dùm fiunt partitiones bonorum; alimentatur de bonis viri, ſi prægnans eſt, aut de hoc dubitatur, Aliàs ſecùs; & hoc in Foro iudiciali. Ita probat tex. in l. 1. §. Mulier, & l. Curator ventris. ff. de Ventre in poſſeſſion. mitted. & l. Sumptus. eodem tit. & l. Si conſtante. §. Quoties. ff. Solu. mat. Dicit communem Barboſ. (vbi latè) 1. par. l. 2. in princi. nu. 16. ff. Eod. ad idem l. Vnic. §. Exactio. C. de Rei vxo. act.

In Foro verò conſcientiæ indiſtinctè, ſiuè prægnans ſit, ſiuè non ſit, debet alimentari de bonis viri; ſi aliundè non habeat vndè alimentetur. Ita tradit Anchar. in regula Pecati veniam. quæſt. 4. de Regul. Iur. lib. 6. Paul. de Caſtr. Conſ. 424. num. 7. vol. 2. dicit communem Couar. poſt alios lib. 3. variar. cap. 1. num. 4. verſ. Sexto. Ayora de Partit. 1. part. cap. 6. nu. 8. Pro quo facit gl. recepta. verb. Reſtituendis. dict. l. Vnicę. §. Exactio. C. de Rei vxo. act. quę ait, ſi mulier ſit diues, & ex fructibus immobilium ſtatim reſtitutorum; vel etiam ex fructibus paraphernaliũ poſſit ſe alere: tunc maritus, vel eius hæres nihil ei tenebuntur præſtare, alimentorum nomine. Si verò mulier ſit inops, neque aliundè habeat vndè ſe alat: tunc maritus, ſeu eius hæres tenebuntur mulieri alimenta pręſtare ex fructibus hæreditatis. Idem gl. 2. l. Diuortio. & ibi Bar. nu. 1. ff. Solu. mat. Soto lib. 6. de Iuſti. q. 1. ar. 2. col. vlt. Naua. ad c. 1. 14. quæſt. 3. nu. 75. Meno. Conſ. 8. nu. 20. lib. 1. vbi dicunt, fas eſſe mulieri recipere alimenta, ſalua dote, poſt mortem mariti, quamdiù ei nõ reſtituitur. Quod intellige verùm, ſi dos reſtituenda eſt fructifera. Alias ſecus; niſi ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis: vt optimè docet Barbo. 2. p. dict. l. 2. in prin. n. 43. ff. Solu. mat. Rebel. de obliga. Iuſt. 2. parte, lib. 6. quæſt. 11. nu. 12. & 16. Faciunt tradita. v. Vſura. in Differentia 16. adde Coua. lib. 3. Reſol. c. 1. n. 3. verſ. Sextò. & Menoch. Conſ. 7. à nu. 15. lib. 1.

DIFFERENTIA QVINTA.

VXOR habens parentes, vel filios ex alio matrimonio genitos; ſi egeſtate premantur, etiam non extrema; nec habeant vnde ſe ſuſtentare valeant, ſecundùm ſuum ſtatutum; poteſt in Foro conſcientiæ ſecretò eis prouidere ſecundùm facultatem ſuæ dotis, ſi maritus nolit ei licentiam cõcedere

cedere, dummodo caueat, vt poſt eius mortem, donata in ſuam dotem computentur. Ita poſt Sotum. lib. 5. de Iuſt. & Iure.quæſt.3.art.1.tradit Cordub.caſu.125. fol.371.cum ſequenti.

At in Foro exteriori ſine licentia mariti id facere nequit ex eodem Cordub. ſupra.

Quid autem ſi non habeat mulier dotem, vel non ita ſufficientem ad prædicta alimenta præſtanda? Dic, contra prohibitionem viri, non poſſe de bonis eiuſdem viri, parentibus, & filiis primi matrimonii egentibus prouidere; niſi in extrema neceſsitate: nec etiam de bonis communibus, ſi ſecundùm patriæ conſuetudinem adminiſtratio eorum ad ſolum maritum pertineat; quamuis poſsit procurare, vt ad hoc per Iudicem compellatur. Ita poſt Guil. docet Silu.verb. Vxor.queſt.7.

DIFFERENTIA SEXTA.

AVVS maternus tenetur in Foro interiori nepotem egentem alere; ſi hunc paterna linea alere nō poſsit, aut nolit. Idem dicendum de ſocero quoad nurum egentem. Et de tutore quoad matrem, & ſororem pupilli alimentis egentes. Et de patrino, & parocho quoad filios ſpirituales. Hi enim omnes tenētur in Foro interiori ad alimenta præfatis adminiſtranda.

Licèt in Foro exteriori non ſit in vſu ſecundùm. P. Sa. in Summa, verb. Alimenta.§. 6. incip. Tenetur auus.

SVMMARIVM.

1 FRATER *quando cogatur alere fratrem, aut ſororem; vel eam dotare.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 FRATER in Foro exteriori cogitur alere fratrem vtrinque coniunctum, id eſt, natum ex eodem patre,& matre; ſi egeat,pauper vè ſit. Ita tenet gloſſa in l. 1. C. de Alend. liber. & in l.Si quis à liberis.§.Vtrum.verb.Iuſtè. ff. de Liber. agnoſcend.& gloſſa penult.in l.Qui filium.ff. Vbi pupillus educa.debeat. Pro quibus eſt tex.optimus in l.Mutus, ff. de Iure. dot. melior tex. qui expreſsè hoc ſtatuit in l. 1. tit.18.lib.3.Fori.Idem tradūt Cyn.Bart.& alii in d.l. 1.C.de Alend.liber. Barboſ.4.par.l.1.ff.Solu. mat. nu. 125.dicit communem Rebel. de Obliga. Iuſt. 2. par. lib.5.quæſt.4.nu.9. Idē docet. Fab. & Iaſ. in §. Et ſi quis.num.4.Inſtit.de Action. Et ibidem Angel. Subiiciens, ſecùs eſſe quando frater non eſſet vtrinque coniunctus. Communem dicit Grego. Lop.l. 18. tit. 16. Partit. 6. verb. *De las hermanas.* Sed Dominus meus Rojas in Epithome Succeſ.ab inteſt. c.32.nu.6.id extendit etiā ad fratres vterinos. ſequitur Tiraq.de Primogeniis. quæſt. 62. ad fi. & Molin. eod. tract.c.15.n.62. Quinimmò & Greg.Lop. in l. 4. tit. 19. Part. 4. extendit prædictas gloſſas, & cōmunem ad fratres naturales; quod etiam tenet additio gloſſæ ſuprà citatæ in d.l. Si quis à liberis, & Salic. in l. Parentum. C. de Alend. liber. per tex. in Auth. Licèt.C. eodem tit. ſequitur Silu. in Summa verb.Alimenta.quæſt.4.num. 3. & ſentit Abbas in cap. Peruenit. num. 1. de Arbitr.dùm indiſtinctè tenet, teneri à fratrē ali ſororem in caſu neceſsitatis. Addè gloſſam final.in l.Qui filium.ff. Vbi pupillus educ.deb.& gloſſa final.in l. Penult.ff. Vt in poſſeſsion. legat. Lara. de Alimentis. in §. Idem reſcripſit. num. 84. & 98. Latè Pet.Surd.de Alimētis.tit.1.quæſt. 25. à prin-

Digitized by Google

à principio,& Molin.de Hiſpan. primoge. lib.2.cap.15.à num.57.

Quæ omnia procedere videntur nedum in Foro exteriori, vt prædiximus, & docet Menoch.de Arbit.lib.2.Caſu 182.num.67. Sed etiam in Foro conſcientię. Nam cum prædicta doctrina tranſit Silu. dict.verbo Alimenta.num.3.quæſt.4. Cordub. quæſt. 125.Dicto 7.& 8.& Pet.à Nauar.tom.2.de Reſtit.lib.3.cap.1. num. 160. qui impulſus potiſsimùm prædicta lege Fori, cenſet opinionem dictarum gloſſarum etiam procedere in Foro conſcientiæ:quia non eſt (inquit) lex pœnalis, ſed diſpoſitiua.Et in idẽ reflexit Rebel.ſup.num.30.

Ego verò ſæpè de prædicta doctrina dubitaui, vbi lex Municipalis nihil circa hoc diſponit; ſed ſtamus Iuri cõmuni, & ſumus extra caſum extremæ neceſsitatis. Tum quia non video eam practicari. Tum per ea quæ dicemus verbo Hæreditas.Diff. 10. Tum quia annis proximè elapſis,ordinatio quædam à noſtro Capitulo generali facta eſt, prohibens ne quis noſtrum auderet accipere eleemoſynas miſſarum pro ſubueniendis conſanguineis egentibus; niſi tantùm pro parentibus: idquè cum licentia alterius Viſitatorum.

Quare licèt in Foro iudiciali prædicta iura receſſerint ab aula;nec ſuprà dicta communis opinio practicetur; vt teſtatur P. Sa in Summa,verbo Alimenta.§.6.& diximus Diff.præcedenti.

In Foro tamen conſciẽtiæ,& pœnitentię, non auderem indiſtinctè cogere fratrẽ ad ea alimenta præſtanda;vt tandem ita reſoluit Rebel. ſup.dicto num.30. Et multò minùs ad dotandum ſororem pauperem: quamuis cauſa dotis fauorabilior ſit, quàm cauſa alimentorum; vt dicit Cyn. relatus à Panor.loco ſup.citat. & Silu. dict.verb.Alimenta.quæſt.7. num. 5. Grauius quippe onus eſt præſtare dotem, quæ vnica præſtatione dari debet; quàm alimenta exhibere, quæ ſingulis quoque diebus præſtari poſſunt,aut ſaltem menſtrua, aut annua; iuxta l. Pecuniæ. ff. de Aliment. & cibar. legat. Multæ etenim circumſtantię conſiderandæ ſunt à Confeſſario; vt poſsit pœnitentem cogere ad alendum fratrem; vel ſororem dotandam. An ſcilicet habeant filios. Item, an patrimonium ſit vtriſque ſufficiens.Prętereà,an frater, ſeu ſoror dederint cauſam iuſtam ad ipſos obliuioni tradendum. An denique egeſtas ſit magna, nec poſsit aliquo honeſto labore manuum ſubleuari. Et quæ ſit qualitas perſonæ pauperis; & aliæ huiuſmodi.

Vnde magna circumſpectione, & prudentia Confeſſarii circa hoc incedere debent. Vidi enim quamdam feminam, aliàs chriſtianiſsimam,& eleemoſynis valde deditam, ac vt ita dicam, matrẽ pauperum: quę tamen numquã flecti potuit,vt cuidam ſorori pauperi ſubueniret. Verum eſt,quòd dicta ſoror pauper non erat ei vtrinque cõiuncta, & poterat labore manuum ſuarum alimenta parare, & cum hoc ſe excuſabat. Erat enim ei exoſa nimis, neſcio quam ob cauſam: ſed credendum eſt de magna eius in pauperes propenſione,& liberalitate, ex iuſta cauſa noluiſſe ſorori, aliàs non vtrinq; coniunctæ, ſubuenire. Sed in hoc non laudo eam;quia ſatiùs ei fuiſſet,& ſecuriùs, omiſsis quibuſcumque cauſis, eidem ſubueniſſe, & eam prætuliſſe aliis pauperibus, & egenis;iuxta tex.& ibi gl.verb.Domeſticos. in cap.Eſt probanda.86.diſt.& gl.verb.Cognatis.in cap.Quiſquis. 12.quæſt.2.

SVMMARIVM.

1 *FAMVLVM non tenetur dominus alere ſuis impenſis tempore infirmitatis in Foro externo.Secùs in Foro conſcientiæ, ſi nõ habeat vnde ſibi ipſe ſubueniat.*

2 *Defenditur conſuetudo quorumdam Monaſteriorum, quæ poſt infirmitatem famuli, faciunt illum deſeruire gratis tempus geminatum, quo fuit infirmus.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 DOMINVS non tenetur in Foro externo ſuis expẽſis curare famulum cùm grauitèr infirmatur; quippe qui magnas impenſas pro eo facere non tenetur; ſecundùm Bart.in l. Si cùm dotem. §.Sin. autem.ff.Solu. matrim. & in l.In rebus.ff.

Commoda. & in l. Legatis.ff. de Alimen. & ciba.lega. ſequitur Alex.in l.Diuortio.§. fin.ff.Solu.matr.

In Foro verò conſcientiæ, tenetur ſub peccato mortali; ſi famulus non habeat vn de ipſe ſibi ſubueniat;& non ſit ibi, vel in proximo,hoſpitale pro infirmis, ad quod remitti poſsit. Ita Panor.in c.1.n.8.de Cleric.ęgro.Ange.Conſ.217.circa fi.Rebel.de Obliga.Iuſti.2.par.lib.14.q.15.n.2. vbi dicit de honeſtate quēlibet debere famulis ſuis infirmis neceſſaria miniſtrare; ſicuti facere ſolēt Religioſi,ac nobiles: & ſub mortali ex charitate, ſi in graui neceſsitate ſint, & non ſit alius, qui ſuccurrat.

2 Hinc colligo,non eſſe improbandā quorumdam conſuetudinem (quam etiam vidi ſeruari inter nos) qui licèt prouideant neceſſaria: poſt valetudinem tamen, faciunt ſupplere tempus geminatum; vt ſi ægrotarunt per menſem, finito anno cogunt famulos,vt ſeruiant gratis duos menſes: vnū pro illo quo fuerunt impediti; & alterum pro impenſis in eorum infirmitate factis. Sic enim ſatisfit legi charitatis,adminiſtrādo neceſſaria infirmo; & dominus recuperat quod erogauerat in eum: quippe qui non tenebatur ſoluere ſalarium famulo,dū infirmabatur; vt docet glo. pen. & ibi Bart. in l.Operę.ff.de Vſufru. lega. idem Bart.in l.Si vno.aliàs incip.Ex cōducto.15.§.Item cùm quidā. & ibi Paul.de Caſt. ff.de Loca. Alberi.in l.Cū hæres.§.Stichus. ff. de Stat. libe.& eſt cōmunis opinio, ſecundùm Panor.in c.1.n.9.de Cler.ægrot.quam millies in practica obſeruari ſe vidiſſe teſtatur Viui.Opi.275.aliàs eſt 108.in lib.2.qui eſt poſitus in 1.tom.Cōmu.opi. quicquid alii contradicāt. Nec etiā tenebatur prouidere neceſsitati famuli, donando: ſed ſatis erat mutuum dando, per ea quæ dicemus verb. Pecatum.Dif.26.Meritò igitur pręfata cōſuetudo defendi poteſt.

APPELLATIO.

DIFFERENTIA PRIMA.

APPELLATIONES fiunt, ac recipiuntur in Foro contentioſo de vno Iudice ad alium; vt de inferiore,ad ſuperiorem;vt palam eſt. Secùs tamen in Foro ſacramentali, vbi pœnitens non poteſt appellare de vno Confeſſario,ad alium.Et eſt ratio,quia tale Forum eſt ſupremum;& ſententia in eo lata eſt vltima,ac diffinitiua.Et ideò quæ ibi aguntur, non ſunt ſubordinata alicui homini,etiam Summo Pontifici, vt operanti extra Sacramentum. Et ratio rationis eſt: quia in prædicto Foro pœnitentiali ipſe Chriſtus principaliter fert ſentētiam; licèt per miniſtrum ferat; vt tradit Suar. 4. tom. de Pœnit. diſput. 50. Sectione 2. num.5. Vnde non datur in eo Foro Iudex inferior, & ſuperior:& conſequenter nō poteſt dari appellatio.Eſt & alia ratio; quia pœnitens poteſt grauari à Confeſſario; vel quia eum abſoluere recuſat: & tunc poteſt adire aliū magis benignum;vel quia pœnitentia iniuncta eſt grauis:& tūc,ſecundùm aliquos, eam acceptare non tenetur. De quo vide verb.Pœnitentia.Differentia 2. Et ſic non eſt cauſa cur grauatum ſe ſentiat.

SVMMARIVM.

1 *APPELLATIO licèt denegetur in Foro exteriori per legē:nihilo minùs ſi eſt iuſta, debet eā Iudex in cōſcientia admittere.*

2 *Appellatio cùm denegatur per legem, aut canonem; intelligitur de iniuſta.*

DIFFE-

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 APPELLATIO in multis caſibus a Iure denegatur; vt in cap. Romana.§.Si autem. iuncta ibi gloſ. verb.Cõſimilibus.de Appellatio. lib.6.& per gloſſam in l. Qui reſtituere.ff. de Rei vendicat. quod eſt verum in Foro exteriori.

2 In Foro verò interiori, & in conſcientia tenetur Iudex ſemper eã admittere,ſi eſt iuſta,ſecũdùm Nauar.in c.25.n.14.verſ.Nota tertiò. Sequitur Rodrig. de Ord. Iudic. cap.13.num.3.

Ex quibus collige,mentem Legiſlatoris, cùm denegat in aliquo caſu appellationẽ, ſolùm eſſe denegare iniuſtã; & præſumere eſſe talem in eo caſu. Vnde ſi appareat iuſta, ceſſat prædicta præſumptio. Et ideò meritò in Foro cõſcientiæ nõ obligat talis lex: per notata in c.Is qui fidẽ.de Spõſal.& dicemus verb.Excõmunicatio.Dif.20.n.6.

DIFFERENTIA TERTIA.

APPELLANS ex cauſa veriſimili, & probabili,quã ſcit nõ eſſe verã; in Foro exteriori nõ punitur; immò eius appelatio eſt omnino admittenda.cap.Vt debitus. c. Interpoſita. de Appellat.cap.1.& cap.Romana.§. Si autẽ.iũcta gloſ.verb.Mãdetur. eod. tit. lib.6.

In Foro autem animæ venit puniendus; quia nedum peccat mortaliter,appellando ex tali cauſa: ſed etiam tenetur ad damna parti cauſata, ſecũdùm Cepol.Cautela 11. Sot.lib.5. de Iuſt.& Iure. quæſt.6.artic.3. Silu.in Summa, verb.Accuſatio.quæſt. 14. & 15.Cordub. Caſu 69. Nauar. capit. 25. n.14.28.29.& 39.& communiter omnes. Adde ſupradictis quæ dicemus verb. Excommunicatio.Differentia 20.num.5.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX deferens appellationi friuolæ; non punitur in Foro exteriori.*

2 *In Foro verò conſcientiæ peccat, & punitur.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 APPELLATIONI friuolæ deferens Iudex, in Foro contentioſo nullam pœnã meretur; ſecũdùm Archid.in cap. 1.de Appellation. lib.6. & Hippolyt. Conſ. 84. in princip. Quamuis cõtrarium probet text.in cap. Ei qui.§.Ab executore.2. quæſt. 6. vbi gloſſa verb.Ignauam.id notat. Sed in praxi ſeruatur quod dicit Archid. Quin immò excuſatur ne faciat litem ſuam ; licèt malè pronunciauerit. Ratio eſt, quia Iudex ex ſola pronunciatione ſententiæ nullæ, aut iniuſtæ, non facit litem ſuam,niſi accedat executio facti. Bart.in l.penult.ff.de Variis, & extraord.cognit.Bal.in l.Obſeruare.§.Proficiſci.col.6.in princip. C. de Officio Proconſul.

2 At in Foro Poli,peccat Iudex deferens talibus appellationibus;ſecũdùm gloſſam, verb.Deferẽs.in cap. Cũ appellationibus. de Appellatio.lib.6.&Abb.in c.de Priore. eodem tit. Adde not.verb.Iudex.Diff.3.

BAPTISMVS.

SVMMARIVM.

1 *BAPTISMVS tollit omnem culpam, & pœnam pro culpa debitam in Foro Poli. Secùs in Foro Fori.*

Digitized by Google

DIFFERENTIA PRIMA.

1 BAPTISMVS remittit omnem culpam, & pœnam quoad Deum, cap. Sine pœnitentia. de Conſecra. diſt.4.gloſ.memorabilis in c. Gaudemus.in glo.fi.de Diuor.D.Tho.3.p.q.86. art.4.ad 3.Sot.in 4.diſt.19.q.1.art.3.Cano. in Releſt. de Pœnit. fol. 13. Et probatur nouiſsimè in Conci.Trid.Seſ.14.c.2. ad fi. & dicit communem Pet.Ledeſm. de Bapt. cap.9.concluſ.2.

Non tamen remittit pœnam temporalem pro delicto commiſſo debitam; vt notat glo.fi.in d.c.Gaudemus.de Diuor.Deci. Conſ.130.Marq.in tractat de Iudæis. 3.p. cap.5.nu.1.Areti.& Iohan. de Anania. in c. De his. de Accuſa. vbi dicunt eſſe magis communem.Idem Additio. ad Tho.Ferrarien.Caute.24.ſub num.4.lit.A.Mar. Mantua.in cap. Quæ in Eccleſiarum. nu. 42. de Conſti.vbi hanc latè tuetur, & reſpondet omnibus contrariis. Idem tenet Felin.in c. Teſtimonium. de Teſti. & Card. Alexand. in cap.Deinde.26.diſt. Abb. & Petr.Peruſ. in dict.cap.Gaudemus. Et dicit cõmunem Felin.in d.c.De his.num.6.& 7. de Accuſa. Quamuis ipſe poſt Imol. teneat contrariũ, excepto intereſſe partis læſę. Idẽ tenẽt alii citati 1.tom. Cõmu.opin.lib. 1. tit. 16. de Iudeis.n.10.Pro quibus eſt gl.fin.d.c. Sine pœnitentia.quæ dicit per Baptiſmũ remitti etiã tẽporalem ſatisfactionẽ. melior gl. fi.in d.c.Quod autẽ.32.q.1.quã dicit cõmuniter receptam Iul.Clar.quæſt.51.num.19.

Sed tene primã,quæ eſt magis cõmuniter recepta. Quia aliud eſt per Baptiſmum remitti pœnã quoad Deum;& aliud remitti pœnã debitã Parti, & Reipub. quod ſanè nõ fit per ſacramentũ Baptiſmi,quod eſt alterius Fori; & ad aliũ finem,& effectũ inſtitutũ. Et ita habetur in Catechiſmo ad Parochos.tit.de Bapt.verſ. Iã verò in Baptiſmo.

Nec obſtat.d.gl. fin. quia intelligẽda eſt de ſatisfactione temporali, debita in Foro Dei,vt ſunt pœnitentiæ, & vota; quæ quis ſibi ſponte imponit, ſi talia, vel talia fecerit. Sicut enim Baptiſmus tollit omnẽ pœnam æternã: ita & iſtas temporales, ſi baptizatus ad eas ante Baptiſmũ tenebatur. Conferũt ad hæc, dicta in Dif.4.verb.Pœna.Quod confirmatur ex d.c.Gaudemus.in fi.vbi text.dicit à marito fideli nõ poſſe repelli vxorẽ infidelem venientẽ ad Fidem, & Baptiſmum; quamuis ante conuerſionẽ nupſerit alii poſt repudium, & ſic in rei veritate,& ſecundùm Euangelium fornicata ſit.Benè tamen maritus poterit eam repellere,ſeu nõ admittere,ſi extra, & ante matrimonium ſecũdum, adulterium commiſerit. Ecce quomodo per Baptiſmum non tollitur pœna adulterantis, quæ eſt ſeparatio matrimonii, quoàd thorum.

SVMMARIVM.

1 *BAPTIZATO puero domi, & in Eccleſia ſolenniter rebaptizato; quę cognatio ſpiritualis, & in quo Baptiſmo, inter tenentes eum in Eccleſia; & puerum, & parentes eius, contrahatur.*

2 *Cognatio ſpiritualis, ex catechiſmis & exorciſmis vt contrahatur, requiritur, vt præcedant Baptiſmum, & dentur ſeparatim à Baptiſmo.*

3 *Cognatio ſpiritualis ex dict. catechiſmis hodie non contrahitur.*

4 *Puer domi Baptizatus, non eſt iterum in Eccleſia rebaptizandus; etiamſi fiat cum conditione.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 TENENTES in Eccleſia puerum, domi ob neceſsitatẽ Baptizatum; ſed poſteà ſolenniter ad Eccleſiam ductum ad ſupplendũ quæ ei deſunt, & etiam fortè ad rebaptizandũ;cõmuniter inForo exteriori reputãtur Cõpatres. Et ita fuit reſolutũ poſt longam diſcuſsionẽ corã Illuſtriſsimo Card. Paleotto viro doctiſsimo, in ſimili caſu coram eo propoſito 28.April.anno.1583. teſte

teſte Fr. Ludo. Beia. tom. 2. Caſuum conſcientiæ, caſu 3. per cap. 1. 30. quæſt. 1. cap. Si quis. 30. quæſt. 4. cap. In catechiſmo. de Conſecrat. diſt. 4. & c. 2. de Cognat. ſpirit. lib. 6. Nam per catechiſmum qui præcedit præfatum baptiſmum ſolenne, oritur cognatio ſpiritualis non quidem impediẽs, & dirimens (vt eſt illa quæ contrahitur ex baptiſmo) ſed impediens tantùm; vt dicit textus in dict. cap. 2. de Cognat. ſpirit. lib. 6. & notat Nauar. cap. 22. num. 40. & 72. Et dict. num. 40. aduertit in hoc multos errare, credentes in ſecundo prædicto baptiſmo ſolenni; non autem in primo domi facto, contrahi cognationem ſpiritualem: cùm contrariè ſe res habeat; vt & docet idem Nauarr. Conſil. 1. de Baptiſmo. Rebuf. in Praxi beneficiali, in Regula de Diſpenſat. in gradu prohibit. gloſ. 5. num. 24. & Beia. ſup. pag. 255. verſ. Ex his colligitur. & verſ. Quòd ſi ſubinde. In primo enim contrahitur impedimentum impediens, & dirimens matrimonium: at in ſecundo, propter catechiſmum, & alias ceremonias, & ſolennitates in primo omiſſas, contrahitur impedimentum impediens tãtùm, & non dirimens. Idem docet Soto in 4. quæſt. 20. artic. 3. Carrera lib. 2. de Sponſal. capit. 6. & 7. Henriq. lib. 2. de Matrimon. capit. 11. §. 2. & probatur in l. 2. tit. 7. Partit. 4.

2 Sed contrarium eſt verius, & tenendum; vt declarauit Pius 5. in quodam Motu Proprio anno 1564. vt docet Petr. Ledeſma de Baptiſmo. cap. 13. concluſione 5. dub. 2. Et ita eſſe de Iure conſtat; quia ad hoc vt prædictum impedimentum, impediẽs tantùm, & non dirimens, ſiue prædicta cognatio ſpiritualis ex catechiſmo (de qua in dicto c. 2.) oriatur: duo requiruntur. Primùm, vt catechiſmus præcedat baptiſmũ; aliàs ſi ſubſequatur eum (vt in noſtro caſu) nulla contrahitur cognatio ſpiritualis; & per conſequens nullum impedimẽtum impediens oritur ex tali catechiſmo, facto in Eccleſia poſt celebratum baptiſmum domi. Et ita fuit concluſum Romæ inter Dominos Abbreuiatores, teſte Hieronymo Paulo in Pract. Cãcellariæ, poſita poſt Pract. Benef. Rebuf. pag. 594. cõtra Fel. qui tũc erat Auditor Rotæ. Idem tenet Armil. verb. Baptiſmus, nu. 35. Mandoſ. de Signat. grat. pag. 73. & dicit cõmunẽ Vega, verbo Baptiſmo. caſu. 24. Nulla enim cognatio ſpiritualis cõtrahitur, niſi Iure id caueatur; vt palam eſt. At in toto Iure Canonico nullus eſt textus qui talem cognationem inducat, quando catechiſmus datur ſeparatim poſt baptiſmum. Secũdum requiſitum ad contrahendam prædictam cognationem eſt; vt catechiſmus fiat ſeparatim à baptiſmo, & non ſimul cum baptiſmo. Pro quo ſciendum eſt olim eſſe ſolitũ fieri catechiſmum ſeparatim a baptiſmo, quando veniebant adulti ex infidelitate, vel Iudaiſmo ad ſe baptizandum. Nam primò inſtruebãtur in Fide per 20. dies; & ſubſequebatur catechiſmus cum Compatribus, & adminiſtrabatur ante ingreſſum Eccleſiæ. Et poſt interuallum dierum, vel temporis, adminiſtrabatur Baptiſmus, cum aliis Cõpatribus; vt conſtat ex dicto cap. In catechiſmo. de Conſecrat. diſt. 4. cuius verba ſunt: *In catechiſmo, & in Baptiſmo, & in Confirmatione vnus Patrinus fieri poteſt; ſi neceſſitas cogat. Non eſt tamen conſuetudo Romana; ſed per ſingulos ſinguli ſuſcipiant.* Ecce quomodo ſeparatim, & ex interuallo adminiſtrabantur catechiſmus, & Baptiſmus, & cum diuerſis Patrinis.

3 Ex quo colligit Abbas ſic intelligendus in cap. Dilectus. num. 10. de Capel. Monach. hodie non contrahi cognationẽ ſpiritualem per catechiſmum qui datur ſimul cum baptiſmo. Quia duo illi actus, ſcilicèt catechiſmus, & Baptiſmus non reputãtur niſi pro vno actu: ex eo quòd fiũt ſimul vno contextu, & cum iiſdem Patrinis: & catechiſmus eſt quid pertinens, & præambulans ad debitè adminiſtrandum Baptiſmum; & ſic receſsit ab aula prædictus vſus antiquus vnà cum impedimento quod ex eo oriebatur. Quod ex eo patet; quia hodiè in diſpenſationibus quæ impetrantur pro cognatione ſpirituali contracta ex Baptiſmo, nulla fit mẽtio de altera, quæ contrahebatur olim ex catechiſmo. Quæ ſi adhuc maneret, & contraheretur, neceſſariò eſſet exprimenda. argumento. §. Affinitatis. Inſtit. de Nupt. Et notat Hierony. Paul. ſuprà, dicens multos ita tenuiſſe.

Digitized by Google

Aptum fortaſsè,& congruens eſſet, vt hodie etiam obſeruaretur mos antiquus, cùm aliquis adultus venit ad baptiſmum; vt docet idem Abbas ibidem. Quod mihi non diſpliceret, ſi conſuetudo non eſſet in contrarium.Sed quicquid ſit de Iure;hodie indiſtinctè tam in adultis, quàm in paruulis communiter obſeruatur,ſimul nimirùm adminiſtrari Catechiſmum,& Baptiſmum; vt ego practicaui in quodam Turca ſeruo Domni Sebaſtiani Regis Luſitanię, qui fugerat è bello illo de Tremecen, & Fez; & fuerat captus per Baiulum, ſeu Iuſtitiam oppidi nũcupati Altura, in regno Valẽtiæ. Deinde fuit dono datus per Regem noſtrũ D.Philippum huis nominis ſecũdum, Monaſterio Vallis Chriſti Ordinis noſtri Cartuſien. qui tandem conuerſus ad noſtram Fidem,& per multos menſes inſtructus circa eam per quemdam monachũ dictæ domus; fuit per me baptizatus in parochia præfati oppidi de Altura, cuius tunc Parochus ipſe eram; & ſimul fuit etiam exorcizatus, & catechizatus, adhibitis ad omnia duobus tãtùm Patrinis. Fuit ei nomẽ impoſitum Ioannes Thomas.

4 Ex prędictis collige,quando obſtetrices baptizãt domi,pueros recẽter natos(quod ſolet frequẽter per eas fieri, etiam ſine neceſsitate,& malè) ſiuè poſteà baptizentur iterum ſolenniter cum conditione (Si non es baptizatus) prout alicubi ſæpè per parochos ignaros & imperitos, temerè fieri ſolet (quod dolentes referimus) ſiuè tantùm ſuppleantur ea, quæ deſunt, vtpote catechiſmi, exorciſmi, & vnctiones olei ſancti,& chriſmatis; nullam cognationem ſpiritualem contrahi inter tenentes rebaptizatum; & inter puerum, & parentes eius; vt & not.Beia ſup.verſ.Quòd ſi ſub indè ſciſcitetur. nec inter aſsiſtentes præfatis ceremoniis,& catechiſmis:ſed tantùm cõtrahi in primo baptiſmo domi celebrato inter obſtetricem, & puerum, & parentes eius; quia obſtetrices nullum adhibent Patrinum. Si verò adhiberent, reuerà contraheretur etiam dicta cognatio inter Patrinos,& puerum,& parentes eius.

Quæ omnia numquam obliuioni tradas; quia ſunt quotidiana, & à paucis cognita, ſeu percepta.

SVMMARIVM.

1 *ACCEDENS ad Baptiſmum fictè, licèt quoàd Eccleſiam ſit, & reputetur baptizatus: non tamen quoàd Deum.*

2 *Baptizatus fictè, compellitur ab Eccleſia ſeruare fidem.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 BAPTIZATVS, ſi non habuit intentionem ſuſcipiẽdi Baptiſmũ; ſed fictè acceſsit ad illum; non eſt quoàd Deum baptizatus; ſed quoàd Eccleſiã,& Forum exterius. Ita D.Tho. 3.par.quæſt.64.art.8.Sot.in 4.diſt.1.quæſt. 5. art.7.col.3.& eſt cõmunis opinio Theologorum,teſte Victor.de Baptiſmo.quæſt. 31.Ratio eſt,quia in ſuſceptione cuiuſque ſacramenti ſemper requiritur intentio, tã in ſuſcipiente, ſi eſt capax rationis, quàm in miniſtrante: aliàs nullitèr datur; & nullitèr recipitur, ſecundùm eoſdem, iuncto Silu. verb. Baptiſmus. 4. quæſt.13. & 14. poſt Palud.in 4.diſt.6.quæſt.2.art.1. Petr. Ledeſma de Baptiſmo.cap.5.in fine.

Quare meritò ſunt reprehẽdendæ gloſſæ in cap.Sicut.1.quæſt.1.& in c.Solet quæri. verb. Implorandum. de Conſecrat. diſt. 4. & in cap. Maiores.§.fin.verb.Perdurare.de Baptiſmo; quæ voluerunt non requiri intentionem,& animum, ſeu voluntatem ex parte baptizandi, ſed tantùm ex parte miniſtri. Non enim ſufficit, quoàd Deum, vt quis voce tantùm conſentiat,& ſinat ſe baptizari. Vnde talis fictè baptizatus, non ligabitur Canonibus,& præceptis Eccleſiæ, quoàd Deũ;quia non eſt baptizatus,quoàd

Deum

Digitized by Google

Deum: cùm requiratur omnino intentio, & voluntas in adulto; cap. Aegrotantes de Conſecrat. diſt. 4. licèt quoàd Eccleſiam habeatur vt verè baptizatus; cùm non iu-
2 dicet niſi ſecundùm verba externa. Vndè compelletur ab Eccleſia, ſeruare fidem, & legem Chriſti; vt in c. Inter Chriſtianos. de Hære. lib. 6. Et ſic vidi deciſum in tribunali Inquiſitionis Valētinę, cū eſſem ibi vnà cū Domino meo D. Ioā. à Rojas, anno 1577. Fuerat enim captus quidam pirata Saracenus è ciuitate nuncupata Arger; qui aufugerat à Regno Valentiæ in dictam ciuitatē de Arger. Defendebat autem ſe, aſſerendo ſe non eſſe baptizatum, neque Chriſtianum. Et caſu, aiebat, quo eſſem baptizatus; id fuit, cùm eſſem paruulus (vt ſolent ceteri in dicto Regno baptizari) ſed inuitis meis parentibus. Sed quia conſtitit eum fuiſſe filium cuiuſdam noui Chriſtiani; & in eo Regno omnes filios baptizari; licèt fuiſſent ex illis Saracenis, ſeu nouiter conuerſis; fuit reputatus baptizatus; & conſequenter fuit viuus concrematus; quia noluit vmquam ſuum errorem, & hereſim, ſeu apoſtaſiam recognoſcere.

BENEFICIVM, ET BENFICIATVS.

SVMMARIVM.

1 *BENEFICIA duo non licet in Foro animæ poſsidere, ſi alterum ſit ſufficiens; etiam cum diſpenſatione: niſi fructus in cauſam piam conuertantur.*

2 *Diſpenſatio circa pluralitatem beneficiorum quid operetur in Foro exteriori.*

3 *Conſuetudo & diſpenſatio ad plura beneficia ſimplicia obtinenda, quando excuſet in Foro conſcientiæ.*

4 *Confeſſarius quid debeat facere circa obtinentes plura beneficia.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 BENEFICIA plura obtinens, etiam ſimplicia, cum diſpenſatione ob ſuam tantùm vtilitatem; ſi alterum eorum eſt ſibi ſufficiens; non eſt tutus in Foro conſcientiæ, quando fructus conuertit in cauſam non piam, licèt in Foro exteriori ſecurus ſit. Ita Panor. in cap. Conquerente. num. 2. de Cler. non reſid. & in cap. In tantùm. num. 3. de Præb. & in cap. Extirpandæ. §. Qui verò. num. 46. in fine, eodem tit. & Nauar. in Manual. c. 25. num. 129. & ſentit Innoc. in cap. Cùm iam dudùm. num. 3. in fine cum ſequenti de Præb. & docet optimè Selua de Beneficio. 4. par. quæſt. 3. per totam.

2 Vnde obiter notabis diſpenſationem in prędicto caſu obtentam, nihil aliud operari; niſi quòd vigore ipſius non poterit priuari aliis beneficiis, quæ habet vltra beneficium ſufficiens. Aliàs poſſet; vt notat idem Abb. per tex. ibi in dicto cap. Conquerente. num. 2. vbi hoc valdè commendat. Et ſic diſpenſatio tantummodò operatur in Foro exteriori, & non in interiori. Quod tenè fixum menti perpetuò; quia multi in hoc decipiuntur, putantes cū dicta diſpenſatione ſecuros eſſe, etiam quoàd Deum, vt cumquè, & quomodocūque fructus expendant. Idē docet D. Tho. quodlibeto. 9. quæſt. 7. Archid. in cap. Non liceat. 12. quęſt. 2. Ioan. Andr. in cap. Dudū. 2. de Electione, & Silu. in Summa verb. Beneficium. 3. quæſt. 2.

3 Addens, non valere conſuetudinem cōtrariam. Nec mirùm; quia conſuetudo nō poteſt plus valere, quàm diſpenſatio, ſecundùm Nauar. in dicto cap. 25. nu. 128. nec è conuerſo, ſeccundùm Abb. in cap. Quia in tantùm, num. 3. de Præb. Ratio eſt; quia eſt contra ius naturale (in quo Papa non diſpenſat; vt in princip. & in c. 1. diſt. 13. probat etiam tex. in cap. Non eſt peccatum.

Digitized by Google

tum. 6. diſt.) quòd quis ſinè cauſa iuſta, ſed ſolùm ad ſatiandum ſuam cupiditatem plura occupet beneficia; de quibus alii pauperes Clerici viuere potuiſſent. Tum, quia Eccleſiæ, ad quarum vberiorem cultũ beneficia fuerũt fundata, priuãtur maiori ſeruitio: ſeruirent quippe alii in illis beneficiis; ſi ſic per vnum non eſſent occupata. Tum, quia iſto caſu non ſolùm alteratur Iuris poſitiui diſpoſitio; ſed etiam Chriſti patrimonium iniuſtè diſpergitur. Vnde cùm bona Eccleſiæ Papa ſine cauſa alienare non poſsit ſine graui peccato; vt dicit Archid. in dicto cap. Non liceat. & Silu. ſuprà: multò minùs dare poteſt licẽtiam alteri ipſa diſpergendi; argumento cap. Nuper. de Donation. inter vir. & vxor.

Nec prædictis obſtat gloſſa in cap. Dudum. 2. verbo Retinere. de Electione, quę dicit, ab habente plura beneficia, quorum alterum ſit ſufficiens, non poſſe ſinè mortali peccato aliud retineri: ſed diſpenſatione reddi licitum, quod erat illicitum. Quã gloſſam dicit ſingularem, & communiter approbatam Nauar. cap. 25. num. 125. & Conſ. 26. num. 1. de Præb. Ex qua habes, diſpenſationem circa pluralitatem beneficiorum, quorum alterum per ſe ſufficeret ad vitam Beneficiati, facere de illicito licitum: & ſic excuſare in conſcientia; maximè cùm per totum mundum contraria cõſuetudo circa pluralitatem ſimplicium beneficiorum obſeruetur; vt dicit gloſſa verb. Intitulatam. in fine in dicto cap. Dudum. & gloſſa verb. de Iure teneri. in cap. Gratia. de Reſcript. lib. 6. quam conſuetudinem Papa ſcienter tolerat. Vnde ſi dictæ vniuerſali conſuetudini addatur ſpecialis Papæ diſpenſatio; videtur quis tutus eſſe in conſcientia. Aliàs Eccleſia deciperet impetrantes; quod non eſt dicendũ. Ad quid enim expenderet quis magnam pecuniæ quantitatem ad obtinendã à Sede Apoſtolica diſpenſationem circa dictam pluralitatem; ſi poſt obtentam non eſſet ſecurus in cõſcientia: cùm quoàd Forum exterius, tutus ſit ex prędicta generali cõſuetudine?

Nam reſpondeo primò prædictam generalem cõſuetudinẽ ſolùm excuſare quoàd vtrumque Forum, cùm nullum beneficiũ eſt de per ſe ſufficiens. Tunc enim licitum eſt habere plura ſimplicia beneficia: ſecùs ſi alterum per ſe ſufficeret. Quo caſu etiã quoàd Forum exterius, probata ſufficientia vnius, non excuſaret prædicta generalis conſuetudo ex Concil. Trid. Seſsione 24. c. 17. & ex dicta gloſſa, verb. Retinere. D. Tho. dicto Quodlib. 9. art. 15. Maiore in 4. diſt. 24. quæſt. 13. Bernard. Diaz in pract. cap. 42.

Secundò, reſp. quòd licèt impetretur diſpenſatio pro Foro interiori, intelligitur tamen eſſe conceſſa non ad luxum, & auaritiam, ſeu vanam pompam mundi (aliàs dico tibi, ſecundùm Hoſt. quem refert Lauacrum conſcien. c. 8. fol. 36. quòd ſic diſpenſare, eſt cum licentia Papæ in infernum intrare.) Nec vt impetrans fiat abſolutus dominus ad impendendum fructus beneficiorum in res illicitas, & prophanas. (Ad hæc enim nõ extenditur diſpenſatio; nec eſt, nec eſſe poſſet de mẽte Papæ, quòd velit ſuam diſpenſationem & licentiam extendere ad diſsipandum Ieſu Chriſti patrimonium; ex ſuperiùs dictis) ſed vt dictis Beneficiis, & eorum redditibus licitè vtatur, impendendo eos in res, & cauſas pias, & honeſtas, vltra ea quæ ad ſuum honeſtum ſtatum conſeruandum neceſſaria ſibi erunt. Et cum hac intentione obtinens diſpenſationem, ſecurus eſt. Et ſecũdùm prædicta, intelligẽda eſt Inno. doctrina, in c. Cùm ad monaſterium. nu. 3. de Sta. Monach. vbi dicit, habenti plura beneficia ſufficere diſpenſationem Papæ, etiã ſine cauſa obtentam: cuius dicti meminit gl. 1. in Extrauag. Execrabilis. de Præb. Ioa. 22. Nam aliàs non eſſet quis tutus hodie in conſcientia habens plura beneficia vltra vnum ſufficiens, etiam cùm diſpenſatione ſine cauſa. ex Abb. c. Conquerente. nu. 2. in fi. de Cleri. non reſid. & Naua. c. 25. nu. 129.

Vnde obſerua ſingulariter, diſpenſationem Papæ in iſto caſu poſſe iuſtificari, tam ex parte Papæ, quàm ex parte impetrantis, ſcilicet obtinendo eam, non ad ſplendidiorem victum, veſtitũ, & famulatũ, & alia huiuſmodi; ſed ad largiùs ex fructibus erogandũ in pauperes, & opera pia; retẽto ſibi tãtùm ad vitã decẽtem neceſſario, ſecũdùm Card. in Clem. gratię. de Reſcrip.

Digitized by Google

ſcript. qui licèt loquatur de impetratione ſola Beneficiorū abſque diſpenſatione: in quo ſenſu hodie poſt Concilium Trid. ſuſtineri non poteſt,ſecundùm Nauar.cap. 23.n.15. §. 11. & cap. 25.nu.129.& Beiā 1.par.caſu 1.ex propoſitis.22.Octo.1581. p. 331. & 334. Tamen in impetratione diſpenſationis,puto veriſsimam eſſe opinionem Card. & ſic cum dicta intentione, licitam eſſe diſpenſationem, & poſſe in conſcientia retineri plura beneficia ſimplicia; licèt alterum ſit per ſe ſufficiens. Et ita poſteà in hanc ſententiam deflexit Nauar. in dicto numero 129. Et tenet expreſsè Fr. Ludou. Beia. Luſitan. ſup. pag. 335.

Ex quo colligitur, in vtroque Foro licitè poſſe impetrari, & retineri plura beneficia ſimplicia, licèt alterum ſit ſufficiēs; dummodò duo concurrant; ſcilicèt quòd ſimul impetretur diſpenſatio à Papa ad ea ſimul retinenda. Secundùm, quòd impetrans habeat prędictam intentionem impendendi fructus in opera pia extra neceſſaria honeſtæ ſuſtentationi; & opere compleat. Nam ſi deindè id non exequatur; valebit quidem diſpenſatio:& conſequenter licitè retinebuntur prædicta beneficia; erit tamen in malo ſtatu, dùm non impenderit in opera pia fructus eorum.

4 Vnde Confeſſarius non poterit illum abſoluere;niſi reſignet beneficia ſuperflua; vel ſaltem impendat benè fructus præfatos: & hoc modo intellecta dict. gloſſa. verb. Retinere. in d.cap. Dudum.eſt veriſſima. Quæ retine mente; quia nullibi inuenies ſic explicatam. dict. gloſſam; & cum his poteris diſsidentes Doctorum opiniones ad concordiam reducere: & ſaluantur quàmplurimæ diſpenſationes circa hoc à Sede Apoſtolica impetratæ. Quoniam licèt impetrantes careant prædicta bona intētione tempore ſupplicatæ gratiæ: quia tamen ea eſt ſemper intentio Papæ, & in dubio eſt præſumenda: ideò ſaltem ex parte eius tales diſpenſationes debent iudicari legitimæ, & validæ. Vnde meritò dicit dicta gloſſa. verb. Retinere.diſpenſationē Papæ facere de illicito licitum.

Tandem circa pluralitatem beneficiorū vide Panor.in cap.Exturpandæ.§. Qui verò num.28.de Prӕb.Soc.& Ioan. Quintinum in repetit.cap. De multa.eodem tit. Selua. de Benefic. 3. part. quæſt.3.& 39. Reb.in praxi Benefic. tit.de Diſpenſat. ad plura Benefic. pag. 366. Bernar. Diez in pract. Crim.cap. 42. cum ſua addit. Greg. Lop. in l.3.tit.16.Part. 1. Petr. Duen. in Regul. 71. Hieronymum Curiel. de Pluralit. Benefic.à principio,& noſtrū Dionyſ.Cartuſ. in eodem tract. Et plures cauſas iuſtificantes prędictā pluralitatē vide apud Nauar. dicto cap. 25. num. 128. Vide etiam tria exempla in Prato Spirit.lib.5. in Florib.de Apibus. capit.6. 7.& 8. in quibus fuerunt quidam condemnati æternaliter propter dictam pluralitatem; quorum duo refert etiam Villegas. 5. parte cui titulus Fructus Sanctorum. titulo de Auaricia. Diſcurſo 6.§. El autor del Libro de Apibus.

SVMMARIVM.

1 *FRVCTVS Beneficii non exacti, ad quem pertineant: an ſcilicet ad hæredes Beneficiati defuncti; an verò ad ſucceſſorem eius in Beneficium.*

2 *Fructus qui conſiſtunt in pecunia numerata,diuiduntur pro rata temporis.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 FRVCTVS Beneficii non exacti, in Foro exteriori pertinent ad futurum ſucceſſorem ex Motu Proprio Iulii. 3. incipit. *Cùm ſicut nobis*, edito anno 1550.& probatur argumēto, l. Si vſufructuarius,aliàs ſi fructuarius. ff.Quib. mod.vſufruct.amittatur. Vbi fructus tunc dicuntur fieri fructuarii,cùm eos perce-

perceperit. Et tenet gloſſa 3. in cap. Si propter.de Reſcript.lib. 6. & in cap. Præſenti. de Officio. Ordin.eodem lib.& in l. 1. C. de Annon. ciuil. lib. 11. Pragmat. Sanctio. tit.de Annatis. §. Item quòd. & Doctores in cap.final.de Pecul.Cler.Dicit communem Alber.in l.Diuortio.num. 12. ff.Solut. matrim. Salic. in l. Si pater. C. de Vſufruct. Tiraq. lib. 2. de Retract. §. 5. gloſſa 4. vbi dicit ſufficere hæredibus Beneficiati defuncti fructus eſſe à fundo ſeparatos per defunctum; licèt non fuerint in horrea reconditi; contra gloſſam in dicto cap.Præſenti. Immò ſecundùm Naua. Conſ. 9. de Dona. nu. 2. etiamſi non ſint ſeparati per defunctum, ſufficiet ſi per colonos qui eos colligunt ea mente vt ex eis decimas ſoluant, ſint collecti, & ſeparati à ſolo.

In Foro tamen interiori fructus eius anni, quo Clericus mortem obiuit, indiſtinctè prò rata temporis ad defuncti hęredes pertinent: licèt non fuerint à defuncto exacti: vt tenet idem Alber. vbi ſuprà, & Pet. Matthęus in Summa conſtit. Pontificum in annotatione ad dictum Motum Proprium. pag. 346. Vnde mirandum eſt, quare in conſcientia non ſit tutus, ſeruans præfatum motum proprium, & ſic colligens ſibi omnes fructus non exactos. Sed arbitror id conſtitutum fuiſſe à Papa pro bono pacis inter Eccleſiaſticos, & ad tollendas lites, quę quotidiè circa diuiſionē horũ fructuum oriebãtur;& in odiũ, & pœnã negligẽtię prędeceſſoris Beneficiati.

Ratio eſt, quia cùm prędictus defunctus ſuſtinuerit onera beneficii, ob quæ fructus ſunt aſsignati: æquum erat, & iuſtum, vt diuiderẽtur pro rata temporis inter ipſum, ſeu hæredes; & ſucceſſorem eius in idem beneficium.

2 Et aduerte, vbi fructus, ſiue redditus beneficii ſunt in pecunia numerata; vt ſunt redditus annui, & cenſualia: tunc etiam in Foro exteriori debere pro rata temporis diuidi inter hæredes Beneficiati, & ſucceſſorem eius in beneficiũ; iuxta ſingularem diſtinctionem Ayoræ. de Partition. part. 1. cap. 9. fundatam in d.l. Diuortio. ff. Solut. matrim.de qua vide optimè per Valaſc. de Partition. cap. 29. per totum. maximè à num. 9. Adde Coua.lib. 1. Variar.c. 15.

Sed Naua. Conſ. 61. nu. 5. & 6. de Præb. tenet cum communi, pertinere ad defunctum ſeu eius heredes, fructus collectos, & redditus debitos antè eius mortem: reliquos autem omnes ad ſucceſſorem eius, non habita ratione partis anni, qua vixit: ita vt predeceſſor habeat illos, qui fuerunt collecti, vel cæperunt deberi intra tempus, quo ipſe habuit beneficiũ;& reliquos ſucceſſor. Quæ opinio magis mihi placet;ſi conſtiterit de iuridica defuncti diligentia, per intimationẽ mandati Iudicis, circa debitores cẽſualiũ, & ita practicatur: maximè quia eſt conformis diuiſioni, quæ fit inter vſumfructuarium finito vſufructu, & proprietarium.

SVMMARIVM.

1 *CANONICVS, & Beneficiatus qui non ſunt in choro per totas horas: ſed ſine cauſa iuſta exeunt ab ipſo, ſumpto puncto: licèt in Foro exteriori excuſentur; non tamen in Foro conſcientiæ.*

2 *Idèm dic de Canonicis, qui reſidendo nouem menſibus, abſunt ab aliis ſine iuſta cauſa, & lucrantur totam maſſam, ſeu præbendam.*

3 *Qui ſe abſentat tantiſper à choro, cauſa recreãdi anmium à longo officio, excuſatur.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 CANONICVS, & Beneficiatus, qui accepit punctum horę Canonicæ, & ſtatim exit à choro ſine cauſa; verbi gratia, ad deambulandum, vel ad negotia propria, vel ſecularium; non pia, ſed prophana; nec pro Eccleſiæ ſuæ vtilitate: licèt de con-

Digitized by Google

de conſuetudine, & ſtatutis Eccleſiæ lucretur nihilominus diſtributiones in Foro exteriori; nec in eo poſsint ei denegari.

In Foro tamen conſcientiæ tenetur eas reſtituere; quia talis conſuetudo, vel ſtatutum eſt irrationabile, & contra mentem legantium eleemoſynas pro prædictis diſtributionibus quotidianis. Ita ſingulariter Palud. in 4.diſt.15.queſt.5.art.3. Concluſ. 9. vbi inquit teneri Canonicum adeſſe integræ horæ, vel recompenſare ſuam abſentiam aliquo alio opere pio; aliàs non excuſari quoàd Deum, quacumque conſuetudine in contrarium, vel ſtatuto Eccleſiæ, non obſtante: cuius numquam fuit talis mens, vt quem licentiaret irrationabiliter. Sequitur Lap. allegat. 42. Milis in Repert.verſ. Conſuetudo non valet, quòd deſtributiones &c. Mādoſ.ad Lap.allegat. 35. in penult.addit.& Nauar.in c.Quando. de Conſecrat.diſt. 1.notab. 5. num. 19.& nobilis Bernar.de Sādoual. tit.Del officio Eccleſiaſtico. 6.part.cap.15.& facit Fel. in cap. Cùm omnes.nu.32.in fin.de Conſtit. vbi dicit licentiam Prælati non ſufficere, vt quis cauſa vagandi poſsit à beneficio abeſſe.

2 Idem dic de ea conſuetudine, quæ habet, Canonicum reſidēdo in Eccleſia per nouē menſes; reliquos tres lucrari; etiā ſi non reſideat. Nam intelligenda eſt; dummodo abſentia ſit pro negotiis Eccleſię, vel aliis piis, & Deo, & proximo congruis: aliàs ſecùs. In quo maximopere errāt quāplures Canonici. Ideò tene prędicta menti affixa.

3 Limitarem tamen primum dictum, vt non procedat; quando Canonicus, & Beneficiatus exeunt à choro defeſsi officio prolixiore, cauſa reficiendi tantiſper animi, & ſtatim redeunt. talis enim abſentia non eſt irrationabilis; ſed fragilitati humanæ congrua, & ſæpè neceſſaria.

SVMMARIVM.

1 *CLERICIS in Foro exteriori licèt theſaurizare. Secùs in Foro conſcientiæ. Nam tenentur ad eleemoſynas faciendas de ſuperfluis ſub pœna peccati mortalis.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 CLERICI de iis, quæ ſibi ſuper ſunt ex redditibus Eccleſiaſticis, vel quę quoquo modo acquirunt ratione ſuorum Beneficiorum, licitum eſt in Foro exteriori theſaurizare, emendo nouos cenſus ac redditus perpetuos; & ſic augere ſuos redditus, & ditari. Hoc paſsim & ſine vllo ſcrupulo practicatur inter Eccleſiaſticos (quod ſine cordis dolore & pudore referre nequeo.) Nam nec ipſi de hoc ſe accuſant apud Confeſſarios; nec Confeſſarii morſu aliquo conſciētie vrgentur. Immò apud vulgus ęſtimantur prædicti Clerici valdè prudentes, & ab eo honorantur.

In Foro verò conſcientiæ, prædicta non licent; & ideò non ſunt in tuto ſtatu. Quod aperte colligitur ex iis, quę dicemus, ver. Teſtamentum. Diff.11.& verb. Obligatio. Diff.20.& verb. Donatio. Diff.7. Si enim Clerici non ſunt domini abſoluti ac liberi redditųum ſuorum Beneficiorum, tenētúrque facere eleemoſynas de iis, quæ ſibi ſuperſunt; vt verb. Teſtamentum. dict. Diff.11. Nec poſſunt augere ſuum ſtatum, incedendo pompaticè, ſiue cum oſtentatione & magnificentia; vt diuites ſeculares; vt Differen. ſequent. Nec poſſunt facere ex illis donationes ſuis conſanguineis; vt verb. Donatio. dict. Diff. 7. Ad quid igitur obſecro theſaurizant? Ad quid auaritiæ ſtudent? Non nè omne id, quod impendūt in emptiones cenſualium, ſubtrahunt pauperibus? Certè ita eſt. Audiat obſecro lector. D. Aug. ſerm. 219. de Tempo. Quicquid, inquit, nobis Deus pluſquam opus eſt dederit; non nobis ſpecialiter dedit, ſed per nos aliis erogandum tranſmiſit. Quod ſi non dederimus; res alienas inuaſimus. Idem, ſermone 37. ad Eremitas ſic ait, Memen-

Digitized by Google

Mementote quòd pauperem vitam Sacerdos gerere debet. Quod ſupereſt pręter victum & veſtitum, pauperibus dare non differat; quia omnia, quæ habet, pauperum ſunt. Item Vrbanus Papa. in cap. Videntes. 12. quæſt. 1. ad fin. dicit, *Ipſæ enim res, fidelium oblationes appellantur; quia Domino offeruntur.* Et additur in Originali Epiſtola vt refert noſter D. Ant. Molina in ſuo Inſtructo. Sacerd. tracta. 2. cap. 15. §. 3. ad fi.) Non ergo debent in aliis vſibus, quã Eccleſiaſticis, & prædictorum Chriſtianorum fratrum, vel indigentium, conuerti; quia vota ſunt fidelium, & pretia peccatorum, ac patrimonia pauperum, atque ad prædictum opus explendum à Domino traditæ. Si quis autem (quod abſit) ſecùs egerit: videat ne damnationem Ananiæ, & Saphiræ percipiat; & reus ſacrilegii efficiatur: ſicut qui pretia prædiorum fraudauerunt. Item D. Grego. in cap. Quia tua fraternitas. 12. q. 1. *Omne,* (inquit) *quod ſupereſt neceſſitatibus; in cauſis piis, & religioſis erogandum eſt; Domino magiſtro dicente, Quod ſupereſt, date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis.* Deindè D. Bernard. (vt habetur in Lauacro conſcien. c. 8. fol. 39.) ſic ait: Omnis redditus beneficiorum pro nomine Chriſti ſunt; eò quòd Chriſtus pretioſo ſuo Sanguine, huiuſmodi promeruit. Ideò de illo Clerici Sacerdotales non debent theſaurizare, nec conſanguineos ditare, neque meretrices veſtire, nec in deliciis & voluptatibus bona cõſumere; ſed moderatè ex his redditibus debent viuere, & ſuperfluum piè in manus pauperum & Chriſti fidelium elargiri, ac Baccalarios pauperes iuuare ad Magiſteriũ, & Magiſtros inopes ad Doctoratũ; ad ſanctæ matris Eccleſiæ decorem, & Fidei catholicæ defenſionẽ. Nam quicquid præter neceſſitatis victum, & ſimplicem veſtitum retines; tuum non eſt; rapina, & ſacrilegium eſt. Tandem idem Bernard. in Epiſt. ad Henricum Senonenſem, ſic ait; Clamant nudi, clamant famelici, conqueruntur & dicunt, Nobis fame & frigore laborantibus, quid conferunt tot mutatoria ſeruata in domibus veſtris? Noſtrum eſt quod effunditis: nobis crudeliter ſubtrahitur; quod inaniter expenditis; noſtris neceſſitatibus detrahitur, quicquid accedit vanitatibus veſtris. Duo denique mala de vna prodeunt radice cupiditatis; dum vos vanitando peritis, & nos ſpoliando perimitis. Huc accedit, quòd hæc omnia non negotiationis ſtudio, nec proprio manuum exercitio elaboraſtis, ſed nec iure hæreditario poſsidetis. niſi fortè in corde veſtro dixeritis, Hæreditate poſsideamus Sanctuarium Dei. Hi omnes in futuro ſtabunt in magna conſtãtia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt: ſtante pro eis Patre orphanorum & iudice viduarum, & dicente, Quod non feciſtis vni ex minimis meis, nec mihi feciſtis.

Ex his ſatis liquet, in quanto periculo damnationis perpetuæ exiſtant præfati Clerici theſaurizãtes. Si enim omne quod eis ſupereſt ſine vlla reſtrictione tenentur ſub peccato mortali, in eleemoſynas expendere, vt ſine contradictione docent citati ſup. Diff. 11. v. Teſtamentũ. verſ. Pro quibus facit. ſequitur nullo modo poſſe ab eis, ex eo quod eiſdem ſupereſt cẽſualia emi. Nec eis proderit excuſatio, quã aliquando ab eis audiui, dicentibus id facere; quia neſciunt quid poſsit eis reliquo vitæ tempore contingere; quaſi redditus quos habent perpetuos, poſsint eos deficere, ſi tamen benè vixerint. Itaque attendant hæc Confeſſarii prædictorum Clericorum; & caueant, ne peccata illorum humeris ſuis imponant; reddituri de eis in futuro tremendo iudicio rationem. Et põdera ex verbis D. Bern. ſup. relatis; quòd ſi illi qui ſuos redditus vanè & ſuperfluè expendunt; ita vt ex eis nihil remaneat pro faciendis eleemoſynis; exponunt ſe periculis; in quanto magis diſcrimine erũt, qui dictos redditus ob auaritiã nolunt expendere; ſed recondunt; vel cum eis alios acquirunt de nouo, vt ſic diuites fiant, ex quo omnino pauperes defraudantur? Magis enim peccat, qui auarè retinet bona, & nullum bonum fructum ex eis conſequitur, quàm is qui prodigè ea expendit; ſecundùm. D. Tho. 2. 2. quæſt. 119. art. 3. ad primum. Faciunt pro dictis ſupra, quæ tradit noſter D. Ant. Molina. in ſuo Inſt. Sacerd. tract. 2. c. 13. & 14. & D. Hiero. in Epiſt. ad Nepotia. de Vita Cler. Nego-

tiatorum,

Digitized by Google

tiatorem (inquit) Clericum, & ex inope diuitem factum, quaſi quamdam peſtem fuge. Ignominia Sacerdotum eſt, propriis ſtudere diuitiis.

Obſerua tamen reſeruare fructus vnius, vel duorum annorum, non ob auaritiam, ſed ad futuras veriſimiliter contingentes neceſsitates ægritudinum, litium, annorum infructiferorum, & id genus aliorum; licitũ eſſe, & prudenter factum; vt conſuluit ſanctus Ioſeph Patriarcha Pharaoni, Geneſ. 41.33. & docet D. Thom. 2.2. quæſt, 32. art. 5. Naua. lib. de Redditibus. q. 1. monito 25. num. 2.

Poteſt etiam cumulare paulatim id quod neceſſarium eſt matrimoniis aliquot piis contrahendis, aut fabricãdis Eccleſiis, Sacellis, Collegiis, Hoſpitalibus, aliis-ve piis operibus, vt notat idem Nauar. loco proximè citato. Non tamen placet cautela quam ibi præſtitit (ſaltem quoàd Forum interius de quo loquimur) videlicet vt quamprimùm poterit, faciat aliquam donationem inter viuos irreuocabilem, ne morte preoccupatus, inteſtatus decedat; & ſic omnes eius pię intentiones euaneſcant; quia ſufficit quoàd Deum, vt hac mente cõgerat. Prædicta procedunt in eo qui ex ſuperfluis veriſimilitèr poteſt efficere, quod mente concepit, & firmitèr facere proponit. Nam ſi parum ſuperſit, debet illud ſtatim expẽdere, poſt reſeruata ad futuras veriſimiliter contingentes neceſsitates; quia non debet ſibi ſtatuere vitam longam, cùm hora mortis incerta ſit. Itẽ procedunt in eo qui determinatè proponit ſuperflua impendere in hoc, vel illud opus pium, & cum hac intentione ea congerit. Aliàs non excuſaretur coram Deo; quia ſi aliter diceremus, nullus Clericus peccaret mortaliter non faciendo eleemoſynam ex ſuperfluis; cùm nullus ſit qui non habeat in animo, ſaltem virtualitèr, ex ſuis bonis facere aliqua opera pia tempore mortis; mandando ea fieri in vltima voluntate.

Denique hanc partem tamquam magis communem, & veriorem, & ſacris Canonibus omnino conformem, latè defendit Frater Ludouicus de Beia in 2. par. caſuum conſcien. caſu 1. ex propoſitis die 29. Octobris anni 1583. à pag. 415. vbi pag. 427. refert 30. Doctores qui eam tuentur; videlicet Clericos diuites, ſuperflua in pauperes, vel alia opera pia non diſtribuentes; ſed, vel illa theſaurizãtes, vel in profanos vſus diſpergentes, mortalem culpam incurrere, & ad reſtitutionẽ teneri, ſi malè ea conſumpſerint. Conſtat hoc præcipuè ex Diuo Thom. 2.2. quæſt. 43. art. 8. in corp. in prin. & quæſt. 86. artic. 2. in corp. & quæſt. 87. art. 3. ad. 1. & artic. 4. ad 4. & quæſt. 119. art. 3. ad 1. & ex iis quæ dicemus verb. Teſtamentum. Differentia 10.

Adde quæ refert Lauacrum conſcientiæ cap. 8. fol. 38. ex lib. de Apibus. Narrat enim de quodam Philippo Cancellario Pariſienſi qui poſt obitum ſuum apparuit Magiſtro Arnoldo Epiſcopo Ambienenſi, dicens; Ego ſum Philippus miſerrimus Cancellarius Pariſienſis, æterna, & amariſsima morte damnatus. Dixit Epiſcopus, Huius damnationis quæ eſt cauſa? Reſpondit, Tres ſunt cauſæ. Prima eſt, recẽtes annuos fructus contra pauperes tumidè reſeruaui; vèteres quos habui, in vſus pauperum non diſtribui; cùm tamen illorum eſſent. Secũda, quia pluralis in beneficiis fui. Tertia, quia vitio luxuriæ multo tempore laboraui.

SVMMARIVM.

1 PERSONAE *Eccleſiaſticæ in dignitate conſtitutæ, an poſsint ſe tractare cum pompa ſeculari.*

Digitized by Google

DIFFERENTIA QVINTA.

1 EPISCOPI, Abbates,& ceteræ perſonę Eccleſiaſticę in dignitate cōſtitutæ,quoàd Forum exteriorem poſſunt ſe tractare cũ pōpa, & ornatu ſeculari.Idq; nedùm multi concedũt, ſed & laudãt eos ſic incedẽtes;quia aſſerũt ſic æſtimari à Principibus ,& aliis ſecularibus,eſſeq; vtile id Eccleſię,vt ſic honorentur; quandoquidem in eis nō eſt tanta virtus,& ſanctitas, vt ex ea ſola,eis reuerentiã exhibeant.

In Foro verò conſcientiæ,nullo modo id eis licet. Pro cuius rei confirmatione ſufficit contrarium eſſe nouiſsimè in Concilio Tridentino pręceptum Seſsione 25.c.1.de Reform. Ibi: *Quapropter exemplo Patrum noſtrorum in Concilio Carthaginenſi,non ſolum iubet vt Epiſcopi modeſta ſuppellectili, & menſa, ac frugali victu contenti ſint: verùm etiam in reliquo vite genere,ac tota eius domo caueãt , ne quid appareat quod à ſancto hoc inſtituto ſit alienum;quodq; non ſimplicitatem, Dei zelum , ac vanitatum contemptũ præ ſe ferat.* Et paulò inferiùs,*Quæ verò de Epiſcopis dicta ſunt , ea non ſolùm in quibuſcumque beneficia eccleſiaſtica, tam ſecularia, quàm regularia obtinentibus, pro gradus ſui conditione obſeruari: ſed & ad ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales pertinere decernit.* Hactenus Concilium. Et miror valde quòd ſtante præfato præcepto Conciliari,& in re tam graui,tamq; pauperibus præiudiciali, & ſtatui Eccleſiaſtico cōtraria, qui verbo & exemplo docere debẽt harum pomparum,& vanitatũ Mundi contemptum; ſint viri aliqui docti,& religioſi, qui audeant dicere hanc Concilii doctrinã eſſe de honeſtate,& perfectione,non tamẽ de præcepto: cùm Concilium apertè dicat, *Non ſolùm iubet*, &c.quæ enim ſunt perfectionis,& conſilii,non iubentur,teſte Diuo Paulo 1.Corint.7.23. vbi loquens de celibatu,& ſtatu caſtitatis, ait: *Præceptum Domini non habeo; ſed conſilium*,&c.

Et pro prædictis faciunt notata verbo Donatio. Differentia 7. & illud Auguſt. Sermone 37. ad Eremi. *Mementote quòd pauperem vitam Sacerdos gerere debet.* Nã ſi pauperem, ergo non magnificam , ſicut diuites ſeculi ducunt. Facit etiam D. Bern. in Epiſt.ad Henricum Senonen. cuius verba habes in præcedenti Differentia, vbi dicit eſſe in periculo damnationis æternę,qui omnes redditus Eccleſiaſticos impendunt vanè,& ſuperfluè;ita vt nihil eis ex illis ſuperſit,vt poſsint facere aliquas eleemoſynas. Et in Epiſtola ad Fulcon. *Conceditur tibi ſi benè deſeruis,vt de altario viuas:non autem vt de altario luxurieris , de altario ſuperbias; vt inde cõpares tibi frena aurea, ſellas depictas, calcaria deargentata, variã ſupellectilem,ornatu purpureo diuerſificatã: ſed vt habentes alimẽta,& quibus tegamur, his contenti ſimus.* Et probat latè Dom.Barthol.de Martyrib. in ſuo Inſtruct. Paſtor. & noſter D.Ant. Molin.in ſuo Inſtruct. Sacerd. tracta. 2. cap. 13. &. 14. vbi §. 2. hoc temperat,dicens eos qui non pollent tanta ſanctitate, vt ex ſe ipſis honorentur ; poſſe ſe gerere cum aliqua auctoritate , & apparatu moderato , vt ſic à mundanis honor debitus eis præſtetur. Quod intellige quãtum ad familiam, & ſuppellectilẽ domus, vt ſatis ibi ex notatis per eum colligitur: quem in hoc ſequor libenter ; dummodò (vt idem autor dicit) ſuper præfata moderata oſtentatione priùs conſulat aliquot Religioſos, & perſonas peritas,Deumque timentes. In re enim tam graui, vbi poteſt periculum adire ſalus animæ , non eſt expediẽs, vt quis faciat id ex ſuo ſolo Marte. Et ita faciendo,non obſiſtet præcepto Cōcilii; & excuſabitur coram Deo.

BONA.

SVMMARIVM.

1 BONA, *vulgo dicta* moſtrenca,*in Foro exteriori, ſunt Dominorum loci, vbi inueniuntur. Secùs in Foro conſcientiæ.*

DIF-

Digitized by Google

DIFFERENTIA PRIMA.

1 BONA, vulgò dicta *moſtrenca*(quę ſunt animalia,ſc.equi,equę,muli,& ſimilia, quę per euentum, ſeu fortunã deperduntur)tamquam aberrantia,& dominum incertum habentia; in quibuſdam Regnis & Prouinciis,lege lata, vel de conſuetudine, fiunt dominorũ illius Prouincię,ſeu territorii,vbi inueniuntur,ſecundùm Bened.in cap.Rainuntius.verb.Et nomine Adelaſiam. num. 939. de Teſtam. Medi.in Inſtruct.Confeſ.c.14.§.33. reg.5. in fi. Lud.Lop.2.par.cap.2.verſ. Igitur propter hęc, Rebel.in Prelud.Oblig.Iuſt.q.15. n.15. Adde l.6.tit.13.lib.6. Nouę recop.& l.1.tit.12.lib.6.Ordin. quę prædicta diſponit, dans formã, & modũ qui in iſtis bonis aberrantibus ſeruari debeat: cuius meminit Couar.in Reg.Peccatum.3.par.§.1.num.5. vbi tractat de Iuſtitia harum legum, ſeu cõſuetudinum, quoàd Forum conſcientię. Et tandem reſoluit ſolùm procedere quoàd Forum exterius.

Nulloquè modo defendi poſſe in animæ iudicio. Nam in conſcientia tenentur præfati domini ea reſtituere ſuis dominis, ſi poſteà appareant,& ea repetant: non obſtante præconio,& etiam ſententia, ſi per eam dicta bona ipſis dominis terrarum adiudicata eſſent. Idem tenet Rodrig. in Summa verb.Reſtitucion.c.42, conclu.2. Nulla enim hic culpa ex parte dominorum dictorum bonorũ apparet, ob quam ſuis dominiis priuari debeant: nec vlla vtilitas Reipu. conſiderari in hoc caſu poteſt, ob quam iuſtificari prędictę leges poſsint. Quare meritò de iuſtitia prædictarum legum dubitauit Chaſan.in conſuet. Burgun. rubr. 1.§.1.

Hinc caueat Luſitanus a ſua ordinatione, quæ eſt lib.3.Ordin.tit.94.§.3.cuius meminimus verb.Præſcriptio.Dif. 2. in fi. quæ etiam diſponit circa prefata bona, quæ in illo Regno dicuntur bona *do vento*. Nullo quippe modo ſeruanda eſt in Foro animæ, per dicta ſuprà.

Et obſerua non eſſe expectandum in hoc caſu, quoàd Forum animæ, vt dominus ea bona repetat in Foro iudiciali; vt non rectè ſentit Couar.ſup.in fi. Quin immò per ordi. Luſit.lib.5.tit.62.§.3. nulla expectatur requiſitio domini, etiam in Foro iudiciali. Inquit enim, *E todo aquelhe que achar aue alhea, ou outra qualquer couſa; tanto que ſouber cuja he: lha entregue logo; poſto que requerido nao ſeja.*

SVMMARIVM.

1 *FILIVSFAM. in bonis aduentitiis an debeat dare patri vſumfructum eorum, in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 FILIVSFAM. in bonis aduentitiis, quæ aliunde, quàm à patre, & ex bonis eius, & ob gratiam illius potiſsimùm acquirit (qualia ſunt bona, illi hęreditario iure à matre, aut à ſuis cognatis, aut amicis, & ſuo labore, arte, vel induſtria acquiſita) habet proprietatẽ tantùm; vſumfructum veró pater, quamdiu viuit, l.Non ſolùm.§. Sin autẽ. & l.Cùm oportet.C. De bonis quæ liber. & hoc regularitèr & de Iure communi.

Quò fit vt ea quæ filiusfam. acquirit ex dicto ſuo labore, arte, ſeu induſtria, teneatur tradere patri, vt vſufructu eorum in vita eius potiatur. Quod verũ eſt in Foro iudiciali; adeò quòd neq; per momentũ ei acquiratur, l.Placet.ff.de Acquirend.hæredit.

In Foro verò conſcientiæ, cùm de Iure naturali filius nõ debeat patri vſumfructũ bonorũ ſic acquiſitorum, nõ tenetur illa patri tradere, ſecundùm Pet. à Nauar.tom.2. de Reſtit.lib.3.cap.1.num.69.& 70.

Sed contrarium eſt verius, & tenendum ſecundùm Silu. quem refert, & ſequitur

Nauar.cap.17.num.144. Ratio eſt, quia talia bona ſunt patris quoàd vſumfructum, per prædicta iura. Ergo ex ipſis non poteſt filius quicquam accipere, vel retinere, niſi furtum committendo.

Nec obſtat, nec concludit ratio Petri à Nauar. ſuprà relata. Quia licèt de Iure naturali, filius non debeat patri vſumfructum bonorum aduentitiorum; debet tamen illum de Iure poſitiuo; & hoc ſufficit, cùm leges iuſtę, non fundatæ in præſumptione; regulariter obligent, etiam in conſcientia; vt habes in verbo Lex. Diff.11.

SVMMARIVM.

1 *BONA, vulgò de* Realengo, *ſeu immobilia, nõ poſſunt vltra annũ per Eccleſias poſſideri in Foro exteriori. Secùs in conſcientia.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 IN quibuſdam Regnis; vt Valentię, & in regno Luſitaniæ, & Maioricarum, & quibuſdã aliis, eſt lex prohibens ne bona immobilia, maximè vulgò dicta de *Realengo*, transferantur in Eccleſias, vel Monaſteria, vulgò *à mano muerta*, ſine licentia expreſſa Regis, ſub pœna priuationis eorũ bonorum, & etiã pretii quoàd venditores, ſeu tranſlatores in dictas perſonas, & loca: & hoc præcipuè ſtatuitur in illis bonis, vbi Reges habent aliqua tributa, vel quartam partem fructuum; quę in Luſitania dicuntur bona *de Reguengo*. Quæ quidem lex, vltra quòd eſt grauis nimis, & oneroſa ipſis Eccleſiis, & contra libertatem, & vtilitatem Eccleſiæ facta; & conſequenter nullo modo in Foro animæ obſeruãda: nihilo minùs hoc Iure in Foro exteriori multa Regna vtuntur.

Aliqui putant eſſe prædictam legem iuſtam, & obſeruãdam; quia cùm ſit antiquiſſima, & eius memoria non exiſtat; credendum eſt per gratiam, & priuilegia Summorum Pontificum, & in remunerationem ſeruitiorũ ipſi Eccleſiæ Romanæ per illos Reges factorum, editam fuiſſe. Argumẽto l.Hoc Iure. §.Ductus aquæ. ff.De aqua pluuia arcẽd. & cap.Super quibuſdam. de Verbor.ſignificat.

Sed contra eos facit diſcordia habita ſuper hoc, inter Papam Paulum 5. & Dominationem Venetiarum anno 1606. & tale priuilegiũ nõ eſt preſumẽdũ cõceſſum vnquã fuiſſe per ipſos Sũmos Põtifices. Facit etiam lex prędicti Regni Portugalię ſuper hoc edita, quæ eſt lib.2. Ordi.tit.18. in qua apparet totum eius fundamentũ in eo conſiſtere; ſcilicet in eius antiquitate, & in praxi eſſe obſeruatam, & ab Eccleſiis ei numquam impugnatum eſſe. Quaſi particulariũ Eccleſiarum negligentia, & timor cadendi à gratia ſui Regis, ſit ſufficiens titulus ad præſcribendũ tale Ius, tam grauatoriũ ipſis Eccleſiis. Quod nullo modo eſt dicendũ.

Quare dicta lege non obſtante, poterunt Eccleſię quęcumquè bona immobilia, tuta conſcientia acquirere, & poſſidere.

SVMMARIVM.

1 *BONA malè ablata, vel inuenta, ſi ſint incerta, in Foro exteriori debent per Epiſcopum diſtribui. In Foro verò cõſcientiæ, poſſunt per ipſum ablatorem ſeu inuentorem diſtribui.*

2 *Diſtributio malè ablatorũ, ſeu inuentorũ incertorũ, de quibus cõſtat in Foro cõtẽtioſo, ſi fiat inconſulto Epiſcopo, valet; licèt poſſit puniri ab eo, ſi diſtributor ſit Confeſſarius, vel alius Commiſſarius, & in Synodo id ſit prohibitum.*

3 *Epiſcopus poteſt in quatuor caſibus tantùm ſe intromittere circa diſtributionem incertorum. Vide hic remiſſiuè.*

4 *Inuentori incertorum poteſt Confeſſarius dare in eleemoſynam aliquam partem inuẽti: non tamen latroni, ex ablatis ab eo.*

DIF-

Digitized by Google

DIFFERENTIA QVARTA.

1 DISTRIBVTIO, ſeu veriùs reſtitutio malè ablatorum, perſonis incertis faciẽda; in Foro interiori fieri poteſt, incõſulto Epiſcopo, per Partem, vel eius hæredes, ſeu teſtamentarios, ſecundùm Silu. verb. Reſtitutio. 8. quæſt. 5. & ſatis probat text. in cap. Cùm tu. de Vſur. & ita procedit opinio Archid. in in cap. fin. de Teſtam. lib 6. & in cap. Non ſanè. 14. quæſt. 5. Anchar. in cap. 2. de Pœnit. & Remiſsio. eodem lib. Panor. in cap. Sicut dignum. num. 8. de Homi. & in cap. Cùm ſit. num. 7. de Iudæ. & aliorum, quos refert Fel. in dict. cap. Cùm ſit. num. 4. de Iudæis. Idem dic de diſtributione bonorum inuentorum incertorum, ſecundùm Nauar. cap. 17. num. 92.

At diſtributio eorum, de quibus in Foro contentioſo conſtat; fieri non poteſt ab eo cui commiſſa fuit, inconſulto Epiſcopo, ſecundùm Felin. ſup. nu. 6. vbi dat rationem; nempe quia vtriuſquè intereſt mandatarii, ſcilicet propter animam mandãtis; & Epiſcopi, propter intereſſe pauperũ. Hinc eſt quod in aliquibus Epiſcopatibus per ſtatuta Synodalia, vel aliàs, eſt reſeruatum peccatum non diſtribuentiũ bona incerta, quæ habent reſtituenda. Hoc etiam eſt certum; ſcilicet poſſe ab Epiſcopo cogi ſub cenſuris negligẽtes; vt faciãt dict. diſtributionẽ; vt probat dict. cap. Cùm tu.

2 Cẽſeo tamen quòd ſi diſtributio eorũ, de quibus in Foro contẽtioſo cõſtat, fiat incõſulto Epiſcopo, valeret; provt ſentit Rebel. de Oblig. Iuſt. 1. p. lib. 2. q. 12. n. 25. Quãuis poſſet mandatarius, vel Cõfeſſarius puniri, vel mulctari per Epoſcopum, ſi ſit ibi ſtatutum Synodale eam prohibens, eo inconſulto.

3 Adde Silu. & Naua. & Rebel. ſup. nu. 23. vbi ponũt quatuor caſus, in quibus Epiſcopus poteſt ſe intromittere in diſtributionẽ bonorum incertorum; extra quos non pertinet ad eos talis diſtributio.

An autem ex his bonis diſtribuendis poſsit diſtributor aliquam partem ſibi, vel conſanguineis, & familiaribus, ſi ſint pauperes, capere, vel elargiri: Caiet. 2. 2. quæſt. 62. art. 5. affirmatiuam tenet. Soto vero lib. 4. de Iuſt. quæſt. 7. art. 1. col. 11. §. Vtilior autem idem admittit; ſed cum temperamento: nempe dummodò ſit patentiſsima, & clariſsima eorum neceſsitas: idque fiat authoritate Epiſcopi, vel Confeſſarii. Quorũ opinionem verã cenſeo, ſi bona diſtribuenda ſint de inuentis, & deperditis, de quibus diximus verb. Reſtitutio. Dif. 5. & verb. Excommunicatio. Dif. 10. vel de capellis, vel relictis in teſtamentis, & ſimilibus. Si verò ſint furto ablata; negatiuam teneo, & ſentit Silu. verb. Reſtitutio. 3. q. 7. §. Quintum. ne ex malitia ſua commodũ vllo tempore ipſi fures conſequantur. Sufficiat ipſis, poſſe reſtitutionem differre propter ſuam paupertatem, donec ad pinguiorem fortunam deuenerint, vel vſque ad tempus mortis. Effectus horum maximus eſt; quia primo caſu fiunt verè domini illius partis, & eleemoſynæ ſibi applicatæ: adeò vt neque teneantur eam amplius reſtituere, licèt ad pinguiorem deuenerint fortunam; vt docet Armil. Aur. verb. Furtum. num. 10. Iul. Clar. eod. verbo §. Sed vidi. Silu. verb. Reſtitutio. 8. quæſt. 4. & Coua. Regu. Peccatum. 3. par. §. 1. nu. 3. Rebel. poſt Soto de Oblig. Iuſt. lib. 2. q. 12. nu. 23. quia alioquin non fuiſſet eleemoſyna, nec dominis ſpiritualiter profuiſſet. Quod ſecùs eſt in ſecundo caſu, vt prædiximus. Et ita intellige Fratrem Man. Rodrig. verb. Reſtitucion. cap. 41. concluſione 11. vbi primò tenet nobiſcum. deinde addit, quòd ſi cum magna humilitate, faciant traditionem ſeu depoſitum de omnibus furto ablatis, in manibus Confeſſariorum; tũc poterit dari aliquid eiſdem in neceſsitate poſitis. Quod vix in practica continget. Quis enim fur in neceſsitate poſitus, offert furta Confeſſario; & ita contritus & humilis expectabit miſericordiam eiuſdem Confeſſarii; cùm aliàs ſciat excuſari tunc ad reſtitutionem? Et quamuis ita eueniſſet: certè non debet ei dari eleemoſyna abſolutè de talibus furto ablatis; ſed tantùm donec ad pinguiorem fortunam venerit, vt ſupra diximus. Et ita intellige Rebel. vbi ſupra. num. 18. vbi addit ex Pet. Naua. & Silu. v. Reſtitucio. 8. n. 5. & aliis, ꝗ licèt bona incerta, quę inueniuntur,

 nemo

nemo ſibi tamquam pauperi applicare debeat abſq; conſilio, & authoritate Epiſcopi, vel Confeſſarii;vt Soto ſuprà, & alii dicunt: ſi tamen ſecùs faciat;modò verè pauper ſit; excuſabitur tam à peccato, quàm à reſtitutione:quod & nobis placet:quia prędicta applicatio cum authoritate Epiſcopi, eſt de conſilio; vt ſic pauper ſecurus ſit omni tempore à reſtitutione,etiam ſi dominus poſtea appareat. Aliàs tenebitur reſtituere in vtroque Foro; vt idem Rebellus teſtatur ſup. num. 19. & optimè quidem. Adde notata verb. Vſura. Diff.6.

SVMMARIVM.

1 *INVENTOR rei alienæ,tenetur facere diligentias pro domino quærendo.*

2 *Res inuenta, ſeu eius valor, ſi dominus ignoretur,eſt in pauperes diſtribuẽda in Foro exteriori: ſed in conſcientia poteſt inuentor eam ſibi retinere.*

3 *Diſtributo in pauperes valore rei inuentæ; ſi dominus appareat, an ſit ſecurus diſtributor.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 INVENTOR rei alienæ, tenetur facere diligentias ad quærendum dominum rei; vt eſt communis opinio: de qua per Nauar. cap. 17. num. 170. Sotum lib.5.de Iuſt.quæſt.3. art. 3. Lopez 2.par.ſui Inſtruc.Cõf. c.2. verſ.Et quidem. Aliàs furti reus habetur: vt per eoſdem, & P.Fern. Rebel.de Obliga. Iuſt. lib.2.quæſt. 12.num.20.

2 Quòd ſi facta inquiſitione, dominus rei non inueniatur: in quibuſdam Epiſcopatibus per Statuta Synodalia, debet res afferri ad Epiſcopum, vt pretium eius in pauperes diſtribuat: vt diximus Diff.præced. Nomine autem pauperum intellige etiam Monaſteria,& Eccleſias indigentes: & pro dicendis Miſsis pro animabus dominorum, & aliorum defunctorum, & etiam patiẽtes neceſsitatem;ſecundùm ſuum ſtatum;vt notat Rebel.ſup. num.12.

Prædicta tamen intellige procedere in Foro exteriori, in quo res inuentæ, & domino carentes,ſunt pauperum. arg.c. Cùm tu. de Vſur. & Auth. Omnes peregrini. C. Commu.de Succeſ. & eſt communis opinio Doctorum in dict.cap.Cùm tu. probat Bart.in l.Qui falſus.§. Qui alienum. num.4. ff. De furt.D.Thom.2.2.quæſt.63.art.5. ad quintum.Couar. in Reg. Peccatum. 3.par. §.1.nu.2. & Rebel. ſic intelligendus, poſt plures à ſe citatos loco ſuperiùs relato.n.3.

In Foro verò conſcientię poteſt inuentor eas ſibi retinere;nedùm cùm eſt pauper vt dicit Silu.verb. Inuenta.num. 2. & verbo Reſtitutio.3.quęſt.7.Dicto 5.& Naua.cap. 17.num.93. ſed etiam ſi non ſit pauper,ſecũdùm Soto ſup.& Paul. a Palacios in Annota ad Summam Caiet. verb. Inuentum. Idem poſt Sarmiento, Pet.a Nauar,& Lopez ſup. tenet Rodrig. verbo Reſtitution. cap.41.concl.3.& Medin.in Sum. fol.168. Poteſt inquam illas retinere non tamquã dominus earum; ſed vt depoſitarius,donec appareat dominus:per notata à Rebel.ſup. num.19. Vno tamen caſu erit inuentor in vtroque Foro ſecurus,etiamſi poſteà compareat verus dominus; ſcilicet quando eſt pauper,& vt tali contulit Epiſcopus inuentum, per notata à Soto infr. Nec in hoc caſu ſufficeret quoàd Forum exterius applicatio facta eidem per Confeſſarium: quia ea tantùm prodeſt pro Foro conſcientiæ.

Aduertendum tamen eſt, in quibuſdam Regnis, vt Caſtellæ,& Luſitanię, lege lata res inuentas fieri Regis, ſi poſt factas debitas, & ordinarias diligentias dominus non appareat (ſicut diximus de animalibus perditis, Differ. 1.) Adeò quòd etiam ſi dominus poſteà appareat, nihilominus non teneatur in Foro exteriori, ſeu iudiciali eas reſtituere. Quas leges eſſe tantùm pro Foro exteriori, & non pro interiori docet

Digitized by Google

docet Mercado. tract.4. de Reſtitutione. cap. 15.fol. 219. col. 2.Coua.poſt Rebuf. in Regula Peccatum. 3.par. §.1.nu.5. Rebel.de Obliga.Iuſt.1.par. lib. 2. quæſt. 12. nu.1.verſiculo. Secunda opinio. & nu. 19. Quid enim mali fecit miſer dominus rei deperditę, ad priuandum eum dominio naturali rei ſuæ? Sanè periniquum eſt vt eo priuetur ex eo ſolo, quòd ignoret vbi ea ſit;& requiſitus,non fuit inuentus.Quicquid contra dicat Salon. col. 1311. Idem cum Couar.tenet Rebel.dict. lib. 2. quæſt. 19. nu. 2.& 3.

Nec defendi poſſunt præfatæ leges ex traditis, per DD.in materia præſcriptionis. Nam in preſcriptione datur titulus & bona fides vnà cum longa negligentia domini rei præſcriptæ: quibus concurrentibus admittitur præſcriptio etiam in Foro animæ. At in noſtra ſpecie nec titulus, nec bona fides adeſt, ſinè qua nulla admittitur præſcriptio, etiam longiſsimi temporis in Foro animæ; iuxta not. in cap. fin. de Præſcrip.quãto minùs admittetur preſcriptio in noſtro caſu ex ſola præſumpta negligentia 14.Menſium? Faciunt notat. verb. Preſcriptio. Diff. 2.

Circa bona per naufragium amiſſa, & ab aliis in littore maris inuenta, vide quæ habes verb. Excommunicatio. Differentia 10.

3 Sed eſt pulchrum dubium, ſi non apparente domino poſt factas diligentias, res inuenta, ſeu eius valor, diſtribuatur in pios vſus, ſeu in pauperes; ac deinde appareat dominus: ſit ne ſecurus in conſcientia diſtributor, ac liber à reſtitutione. Silu.v. Reſtitutio.6. quæſt.5. in prin.tenet affirmatiuam, dicens eſſe liberum ſecundùm omnes;per Reg.Bona fides.de Reg.Iur. lib. 6.Sequitur Soto lib.4.de Iuſti.quæſt. 7. art. 1.ad Tertium.§. Pulſare autem. Sed cum quadam reſtrictione. Agens enim ibi de reſtitutione debiti facienda, inquit quòd ſi facta inquiſitione, non inueniatur dominus; & ideò reſtitutio in pios vſus conuertatur: ſi poſteà appareat, tutum eſſe debitorem in conſcientia, & etiam in Foro iudiciali, ſi publica poteſtate ea diſtributio facta fuit;ſi erat alicuius ponderis. Nam ſi leuioris; non eſt tam anxia indagatio neceſſaria. Et ſic intellige quæ circa hoc tradit Rodrig. ſup. Concluſione. 12. Idem ferè docet Silu.verb.Reſtitutio.3. Dicto.5.in fi. Rebel.ſup.nu.23. Pro quibus facit hæc ratio;quia quando inuenta,factis diligentiis, & domino nõ apparẽte; titulo eleemoſynæ pro domino in pauperes diſtribuuntur: tunc prodeſt illa diſtributio animæ domini: & preſumitur illam, & non aliam eſſe eius volũtatẽ. Vnde inuẽtor ita diſtribuẽs, tamquam bonus negotiorum geſtor, ſecurus eſt: quia vtiliter geſsit negotia domini abſentis circa dictam pecuniam, ſeu rem inuentam. Vt ergo dominus non defraudetur hoc ſpirituali auxilio; aut res inuenta eſt danda pauperibus;aut retinenda animo reddẽdi, donec ſpes ſit, ipſum inueniendi. Qua ſpe ſublata, & deſperata; conuertenda erit in vſus pios pro anima domini. Et ſic concordandæ erunt præfatæ opiniones, de quibus ſupra.

SVMMARIVM.

1 *INVENTOR rei alienæ an poſsit aliquid petere pro inuentione.*

2 *Declaratur quædam Ordinatio Luſitana circa hoc.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 CVM dominus rei deperditæ inuenitur, ſolet dubitari an inuentor poſsit aliquid petere pro re inuenta. Et videtur quod non, quia ad eam reſtituendam tenetur lege iuſtitiæ: iuxta. capit. Si quid inueniſti. 14. quęſt.5.& tex.in l.Falſus.§. Qui alienum.ff. De furt. vbi Bart. id notat. & Panormitanus in cap. Dudùm. El Segundo. de Electione. numero decimo octauo. Contra

Hoſt.

Hoſt. ibi. Niſi pro labore impenſo in eã requirendã. l. Si pater. §. 1. ff. De donat. l. Solent. ff. de Præſcript. verb. l. 4. §. Si tibi. ff. de Condict. ob turp. cauſ. quibus probatur poſſe dari, & etiam exigi in iudicio mercedem pro ſeruo fugitiuo, vel fure indicando; & dicit communem Couar. in Regul. Peccatum. 2. part. §. 3. num. 4. Sed aliud eſt recipere mercedem pro labore furis inuenti; & aliud pro manifeſtatione, & inuentione ſine labore: quo caſu cùm teneatur gratis ad manifeſtationem: non poteſt ob eam aliquid recipere, ex gl. ver. Repeti. in d. l. 4. §. Si tibi. Faciunt not. verb. Reſtitutio. Diff. 14. & Coua. ſup. nu. 5. in fi.

Dic ergo quòd in Foro exteriori non poteſt peti aliquid pro ſola manifeſtatione, & inuentione ſine labore; ſed ſic cùm impenditur labor, ſecundùm Fel. in cap. Dilecti. num. 7. de Accuſat. & Iaſ. in dicto. §. Si tibi iudicium. & Couar. ſuprà, & ſentit gl. ver. Celet. in c. Nemo. de Simo. Et etiam peti poſſunt expẽſæ factę, iuxta Ordin. Luſit. tit. 94. §. 2. & melius lib. 5. tit. 62. §. 3. Idem docet Rebel. de Oblig. Iuſt. 2. par. lib. 18. queſt. 20. nu. 3. Niſi per legem, aut particularẽ promiſsionem aliquid inuentori decernatur. Tunc enim ex iuſtitia ei debebitur, ſecundùm eumdem Rebel. ibid.

In Foro verò conſcientiæ, ſi liberè, & ſpontè à domino fuerit aliquid datum; poteſt iuſtè retineri, teſte Couar. ſuprà, num. 5. & in dicto num. 3. in fin. & Rodrig. poſt Sarm. verb. Reſtitucion. c. 41. concluſione 4. & Rebel. ſup. & Panor. poſt Hoſt. in c. Dudum. 2. nu. 18. de Elect.

2 Adde Ordin. Luſit. lib. 5. tit. 62. ſuperiùs allegatam, vbi in principio. & §. 2. & 3. datur certum quid pro ſeruo fugitiuo inuento, & certis auibus. Et §. 4. prohibetur generaliter peti aliquid pro inuentione aliarum rerum, niſi vltrò offeratur. Et §. 5. & 6. notabiliter dicitur quòd nec pro agno à faucibus lupi, per canes alicuius venatoris erepto: nec pro aue in rete alicuius inuenta, peti poteſt aliquid, vulgò *Hallazgo*. Itaq; intellige dict. Ord. ſup. cit. Quòd ſcilicet in Foro conſcientiæ non poterit quid exigi, nec recipi pro manifeſtando ſeruo fugitiuo, ſi nihil laboris in hoc impenſum fuerit; niſi gratis detur.

BVLLA COMPOSITIONIS.

SVMMARIVM.

1 *BVLLA Compoſitionis an ſit tãtùm pro Foro interiori. Et vide etiam nu. 2.*

2 *Quid ſi poſt Cõpoſitionẽ appareat dominus?*

3 *Compoſitio in quibus rebus locum habeat.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 BVLLA Cõpoſitionis, ſolummodò prodeſt pro Foro conſcientię, ſeu interiori; non tamen pro Foro iudiciario; à quo non intendit Summus Pontifex compoſitos liberare, ſecundùm Soto relatum à Fr. Ludou. Lopez. 1. par. ſuę Inſtruct. Confeſ. cap. 139. quæſt. 1. pag. 603.

2 Vnde infert quòd ſi poſt compoſitionẽ appareat creditor, & probauerit ſuum debitum: non admitteretur debitoris exceptio, dicentis ſe fuiſſe compoſitum pretio in diplomate contento. Corduba verò ab eodem Fr. Ludouico ibid. citatus, non tranſit ſimpliciter cum præfata opinione Soti: immò eam reſtringit ad ea tantùm in quibus compoſitus, ſeu debitor, ex compoſitione factus eſt locupletior, quæ ſolummodò reſtituere tenebitur: non tamen ea quæ bona fide conſumpſit, ſi ex illis minimè factus eſt locupletior.

Coua. tamen in Reg. Peccatum. 3. par. §. 1. n. 3. in fi. indiſtinctè ſentit prodeſſe pro vtroque Foro.

Ego

Ego verò in hoc aliter dicendum puto: videlicet ſi debitor incertorum fecit diligentias debitas pro inueniendo vero domino; iuxta not. verb. Bona. Diff. 5. tunc tenendam eſſe opinionem Cordubę, videlicet eum non teneri, niſi in quantum factus eſt locupletior, aut nullas diligentias fecit; & tunc veram eſſe opinionem Soti; nempe apparente vero domino, teneri in Foro exteriori reddere omnia; non obſtante Bulla Compoſitionis; licèt etiam alleget bona fide ea, vel aliqua ab ipſo conſumpta fuiſſe. Ita colligitur ex Silueſt. verb. Reſtitutio.6.poſt Prin.& ita intellige Rebel. dict. quęſt. 12. nu. 28. vbi tenet ſimpliciter facta ritè compoſitione, nihil reſtituendum eſſe, etiam ſi poſteà domini appareant, cùm in eorum vtilitatem bona verſa ſint. Intellige inquam, vt ſup. declarauimus: & tenuit Valpedroſa in Scholiis ad Nau.cap.17.nu.92. Quod confirmatur ex traditis per eumdem Silu. verb. Reſtitutio.8.quæſt.4.vbi dicit non eſſe excuſatum à reſtitutione, qui inuenta in pauperes diſtribuit, nulla facta diligentia pro inquirendo vero domino, ſi poſteà dominus appareat.

Obſerua tamen præfatum caſum, quando ſcilicet dominus comparet, eſſe de rarò contingentibus. Communiter enim fiunt compoſitiones, aut de fructibus Eccleſiaſticis male perceptis (quo caſu compoſitus in vtroque Foro ſecurus erit, propter pleniſsimam circa hoc Summi Pont. poteſtatem) aut de aliis rebus ac debitis, quorum domini neſciuntur; immò verò ſæpè nec ſciri poſſunt, etiam ſi fierent diligentiæ; qualia ſunt furta quæ minutatim fiunt à venditoribus carnium, panis, vini, olei, & aliarum rerum ſimilium; ſuper quibus numquam vidi iudicium contra aliquem inſtitui, niſi quando in crimine flagranti capiuntur.

Quin immò ſi ſpe præfatæ Bullæ prædicti venditores furentur; exiſtimo eis non ſuffragari. arg. eorum quæ communiter tradunt DD. circa perpetrantem homicidium iuxta Eccleſiam, ſpe immunitatis ipſius conſequendæ; quia ea non gaudent; vt per Cenedo. 2. par. Collect. 178. nu. 1. quod eſt notandum.

Adde alium caſum, in quo non prodeſt compoſitio facta quoàd Forum conſcientiæ, nempe quando fuit impetrata coactè, & quaſi per vim à compoſitore, ſeu Commiſſario dictæ Bullæ, non dando eidem quod iuſtum & æquum eſt; puta vnum, pro 60. remiſsis. Debet igitur compoſitio fieri ritè& rectè, vt proſit; vt egregiè tradit. Rebel. ſup. lib. 2. quæſt. 12. nu. 28. Quod maximè aduertant hi, qui dictas compoſitiones extorquere curant pro minore ſumma quàm poſſunt.

Præterea ſunt & alii caſus vltra ſuprà nominatos, in quibus fieri poteſt compoſitio; vt in rebus inuentis incertis, de quibus diximus ver. Bona. Diff. 1. 4. & 5. (& in his poteſt contingere illatio Soti, de qua ſup.) & in bonis per Eccleſiaſticos, hęredibus ſub expreſſa, vel tacita fide relictis, de reſtituendo eadem filiis incapacibus, ſeu ex damnato coitu genitis, de quibus diximus ver. Hæreditas. Differ. 11. & aliis quamplurimis, de quibus in Bulla Compoſitionis, & apud Rodrig. in explicatione eiuſdẽ. vide omnino Silueſt. ver. Reſtitutio. 8. quæſt. vlt. vbi pulchra refert circa hanc Compoſitionem faciendam, & Rebel. dict. quæſt. 12. nu. 28. & 29. vbi dictam compoſitionis facultatem etiam extendit ad Epiſcopos quoàd pauperes & indigentes, allegat Silu. ver. Reſtitutio. 8. §. 8. & D. Antoni. 2. par. tit. 2. cap. 6. dummodò talis compoſitio maneat intra limites diſtributionis factæ pauperibus, de qua diximus. ver. Bona. Diff. 4. Aliàs nõ eſt in vſu.

BVLLA CRVCIATAE.

SVMMARIVM.

1 *RELIGIOSI, an poſsint ſumere Bullam Cruciatæ, ſine licentia ſuorum Prælatorum.*

2 *Religioſus ſumẽs Bullam poteſt frui lacticiniis,*

ciniis, diebus per Regulam prohibitis.
3 *Religioſus an poſſit frui Bulla quoàd electionem Confeſſarii; & abſolutionem caſuum reſeruatorum.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 DVBITATVR, an Bullá Cruciatæ ſumere poſsint Religioſi ſine licẽtia ſuorum Prælatorum. De hac quæſtione agit Emman. Rodrig. in Bulla. §. 9. dub. 8. à nu. 23. Cordub. ſuper Regula B. Franc. Gaſp. Paſſarel. Ordin. Minorum in Compen. ſuorum Priuil. tit. Notanda priuilegia. fol. 127. & 175. Collector priuil. Mendican. ver. Cruciata. & ver. Abſolutio. Collector Priuil. Ordin. Ciſtercien. ver. Bullæ Cruc. & Viualdus in Candel. Aur. tit. de Abſolutione. nu. 18. & Cordub. lib. 5. de Indulg. quæſt. 26. dub. 1 ad fi.

Multi Religioſi dictam Bullam accipiũt per ſe, vel per alios, ſine vlla ſuorum Prælatorum licentia. In Foro verò conſcientiæ id non ſemper licere, ex infra dicendis apparebit.

Vnde, pro clariore huius dubii intelligẽtia procedam per concluſiones.

Sit ergo prima concluſio, Omnes Religioſi vtriuſque ſexus, etiam Mendicantium, de licentia ſuorum Prælatorum poſſunt hanc Bullã ſumere, & omnibus indulgentiis, & facultatibus eius frui, atque gaudere ſicut ſeculares. Ita docet F. Emmanuel ſup. & praxis ita obſeruat.

2 Quamuis non deſint, qui putent non poſſe gaudere illis facultatibus, per quas Regularis obſeruantia diſsipatur, vt edere oua tempore quorumcumque ieiuniorum, tam Ordinis, quàm Eccleſiæ, & ſimilibus. Nam nec Papa intendit per eam diſsipare prædictam obſeruantiam Regularem, vt inquit idem F. Emman. ſup. nu. 23. & 24. nec Prælati poſſunt ad id dare licentiam; quia non diſsipatio, ſed diſpenſatio, & cuſtodia ſtatutorum Ordinis eis cõmiſſa eſt, ſecundùm Nau. in Man. prælud. 2. nu. 13. & Rodrig. 2. par. queſt. Reg. quæſt. 46. art. 4. Licẽt in Bullà. §. 6. teneat contrarium circa dictã facultatem edendi oua; dicens poſſe ea vti, & frui; quod etiam mihi videtur. Nam ſolùm quoàd ea quæ habes infra, concluſ. 5. & quoàd eſum ouorũ, & lacticiniorũ in Quadrageſima, cõſtat, factã fuiſſe à Papa declarationem & reſtrictionem. Ergo in reliquis iudicandum eſt nullã eſſe aſsignandam differentiam inter Religioſos & ſeculares Bullam ſumentes; quia exceptio firmat regulam in contrarium, Iuribus vulgaribus. Nec obſtat illud de diſsipatione obſeruantiæ Regularis. Nam dicta obſeruantia non diſsipatur per hoc quòd ille, aut ille Religioſus ſeparatim vtatur lacticiniis.

Secunda concluſio, Non licet Religioſis ſumere Bullam contra mandatum, aut voluntatem Prælati per ſe, vel per alium. Ita poſt alios not. Henriq. tit. de Indulg. cap. 22. §. 4. in gl. C. Mouetur, quia non licet Religioſo per ſe, vel per alium accipere pecunias contra mandatum, aut voluntatem Prælati, ad eas etiam in opera pia impendendas; cap. Non dicatis. 12. quæſt. 1. vbi Nau. Secundò facit vltra eum, quia per conceſsiones Bullæ relaxatur in nonnullis rigor Regulæ & ſtatutorum, vt ex ſe patet. At non eſt de mente Papæ talem licentiam concedere Religioſo, maximè contra voluntatem Prælati; vt in præced. concluſione diximus. Faciunt not. per Silu. verb. Religio. 6. quęſt. 6. & meliùs facit tex. in cap. Ad aures. de Tempo. Ordin. vbi habetur, Religioſos contra voluntatem ſui Pręlati nullo modo eſſe ordinandos. Idem tenet P. Salas.

Sed obſerua ſine magna cauſa non debere à Pręlato id prohiberi; quia intellexi ad inſtantiam Reuerendiſsimi Commiſſarii Bullæ, fuiſſe his proximis annis obtentum à Summo Pontifice Motum proprium cõtra Prælatos prohibentes ſuis ſubditis Bullam ſumere. Vnde in Societate Ieſu practicatur quòd licẽt Superiores non prohibeant acceptionem dict. Bullæ; reſtringunt tamen eam quantum ad facultatem eligendi Confeſſarium; vt ſcilicet ea vti non poſsint ſine ſua licentia, & ita not. Henriq. ſupr. in gl. Z. Quòd etiam nonnulli Prælati in aliis Religionibus obſeruant;

ſeruant; & iure optimo; maximè hodie poſt declarationem factam à bonæ memoriæ Clemente PP. 8. de qua infra concluſione. 5.

Tertia concluſio, ſine licentia Prælati petita & obtenta, non poteſt Religioſus Bullam ſumere. Ratio eſt, quia ad eam ſumendam requiritur alienatio pecuniæ, & eius quæſitio; ad quæ, neceſſaria eſt Prælati licentia, ex dic. cap. Non dicatis. Pro quo facit cap. Quàm ſit laudabile. de Iudęis, vbi probatur ab habente à Papa facultatem ad prædicãdum gentibus, nõ poſſe aſſumi ſibi in ſocios vllum Religioſum ſine licentia petita & obtenta ſuorum Prælatorum. Et ita in terminis tenet Rodrig. in Bulla. §. 12. nu. 15. Idque probat, quia in Bullis ante annum 1564. ſolebat concedi Bulla cum clauſula, vt eam poſſent recipere Religioſi abſque licentia ſuorum Prelatorum. Et poſt dictũ annum eſt ſublata: quod eſt ſignum nolle Papam id fieri abſque licentia. Sed per Motum proprium ſuperiùs citatum, eam denegare non poſſunt.

Quarta cõcluſio, licitũ eſt Religioſo, etiã ſine licentia ſui Prælati procurare pecuniã pro Bulla ſumenda, dummodò non tranſeat in eius poteſtatem; ſed vt amicus, qui dat pecuniam, ſumat Bullam ſuo nomine, & faciat in ea ponere nomen Religioſi, & eam eidem det. Itaque licitum eſt Religioſo procurare cum amico, vt ſumat ſibi Bullam; & poſt ſumptam, poteſt eam accipere ſine licentia ſui Prælati. Ratio eſt, quia in prædictis nulla proprietas interuenit, cùm pecunia non tranſeat in poteſtatẽ Religioſi, & accipere Bullam dicto modo procuratam, vel ſponte oblatam ab amico, non eſt quid temporale, in quo verſatur proprietas; ſed quid ſpirituale ad bonum animæ eius, extra eſum ouorum. Ita tenet Cordub. lib. 5. de Indul. quæſt. 26. dub. 1. ad fi. & Pater Salas Societ. Ieſu in quadam lectura Bullæ. Mouentur quia ſine facultate ſui Superioris poteſt quilibet Religioſus procurare, ſeu petere ab aliquo ſeculari, vt ſoluat aliquid pro vectura ſui in equo vel naui. Ergo ſimiliter, & hoc: maximè ad obtinendas Indulgentias; quod non eſt diſsipare obſeruãtiam Regularem; allegat Roſel. idem tenere cum Maiore, verb. Indulgentia. Idem Rodrig. ſup. dicens poſſe; ſed faciet cõtra diſciplinam Regularem, & ita ſentit peccare. Quod clariùs tenet Soto in 4. diſt. 21. quæſt. 2. artic. 3. verſiculo Tertio. vbi dicit quando amicus ſua ſponte ſuſcipit Bullam pro me, id non eſſe, niſi donare pecuniam mihi. Ergo ad eam accipiendam ab amico, neceſſaria erit licentia Prælati, aliter enim non poſſum donum ſuſcipere. Sed intellige non poſſe licitè eã ſumere abſque licentia Prælati, etiam ſpõte oblatam ab amico: ſi tamen ſuſcipiatur, valebit ſumptio, & poterit ea frui: quia multa fieri prohibentur, quę facta tenent; vt ſentit Rodrig. ſup.

Sed videndum eſt circa facultatem eligendi Confeſſariũ in Bulla conceſſam, & abſoluendi à quibuſcumque, &c. an hodie ſit ſublata per Breue Clement. Papæ. 8. datum Romæ. die 23. Nouemb. 1599.

Sit ergo quinta concluſio, Regulares quoàd Sacramentum Pœnitentiæ, non obſtante Bulla, debent ſtare ordinationi ſuorum Superiorũ. Ita habetur in dicto Breui, ſeu declaratione ibidẽ facta; & ſic videtur quoàd facultatẽ eligẽdi Confeſſarium non poſſe hodie Religioſos frui Bulla ſine licẽtia ſuorũ Prælatorũ. Sed intellige id verũ; ſi pręfata declaratio, ſeu Breue, publicatũ fuerit in Conuentibus ab ipſis Prælatis. Aliàs non obligat, cùm ſit facta ad inſtantiam tãtùm Procuratoris Generalis Ordinis Carmelitarum, & non motu proprio Papæ, & ſic non publicata, per notata verbo Abſolutio. Differentia 1. numero 20. Dum verò non publicatur, poſſunt Religioſi dicta Bulla frui, etiam quoàd electionem Confeſſarii, dummodò ſit ex deputatis ab ipſis: niſi ſint extra clauſtrum. Nihilominus audiui Religioſos ea indiſtinctè vti; ſicque practicari, quamuis in Foro externo poſſent per Prælatos puniri, ſi aliis, quàm à ſe expoſitis, confiteantur. Sed neque hoc audent facere Prelati. Intellexi enim quoſdã Prælatos à Comiſſario Bullæ reprehenſos fuiſſe ſuper hoc.

Circa abſolutiones obtentas virtute Bullæ Cruciatæ, an proſint pro Foro externo; vidè quæ diximus verb. Abſolutio. Diff. 1. nu. 21. & Differentia 2. nu. 4. & Differ. 3. nu. 4.

CESSIO

Digitized by Google

CESSIO BONORVM.

SVMMARIVM.

1 *CESSIO bonorũ multa habet priuilegia, & multa operatur in Foro contentioſo, vt hic videbis.*

2 *Cedentis bona æſtimantur ſecundùm valorem fructuum, & non ſecundùm valorem proprietatum, quando agitur, vt ei relinquatur, ne egeat.*

3 *Quæ requirantur, vt volens cedere bonis gaudeat eius priuilegio.*

4 *Priuilegium, ne quis teneatur vltra quàm facere poſsit, eſt perſonale; & ideò eo gaudere nequit hæres patris aduerſus filiũ petentem alimenta ex bonis dicti patris.*

5 *Spurius quando teneatur reſtituere bona à patre relicta pro alimentis.*

6 *Ceſsio bonorum in Foro pœnitentiali nihil operatur, niſi quando quis bona fide negotiando, caſu fortuito venit in paupertatem.*

7 *Fr. Eman. Rodriguez reprehenditur quatenus putat cedentem bonis eſſe omnino liberum à ſolutione debitorum, & ideò poſſe ingredi Religionẽ, non obſtante ære alieno.*

8 *Religioſus debens aliquid in ſeculo, tenetur aliqua via honeſta elaborare, vt ſalua obedientia ſatisfaciat debitis.*

9 *Non poteſt quis cedere bonis, quando creditor renunciat iuri quod habet retrudendi debitorem in carcerem.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 CESSIO bonorũ magna habet priuilegia in Foro exteriori, multaquè operatur. Nam primò liberat debitorẽ à carcere. l. 1. C. Qui bon. cedere poſſunt. gloſſa fin. in cap. 2. de Pignor.

Secundò, liberat eumdẽ ne tradatur creditori vt ei ſeruiat, donec totum debitum ei exoluat. Per leges enim Caſtellę debitor qui non eſt ſoluendo, debet incarcerari, & tradi creditoribus, torque ferreo in collo deprehenſus, vt ſeruiat eis, donec debitum extenuetur; vt probat l. 4. & 5. tit. 13. lib. 5. Ordinam. & l. 2. tit. De los Gouiernos; & l. fin. tit. De las Deudas. lib. 3. Fori legum. & docet Suarez. dicta l. 2. in Princip. num. 8. & Couar. lib. 2. Variar. cap. 1. num. 5. Pro quibus legibus eſt gloſſa finalis in l. Si delegatio. C. de Nouation. & in l. Fideicommiſſa. §. Si rem. verb. Non accipere. ff. de Legat. 3. quatenus habet vt qui accipit mutuum, ſeruus ſit fenerantis.

Tertiò, quia dantur ei veſtes quibus quotidie vtitur, tam laneæ, quam lineæ, vt dicit Ord. Luſit. lib. 4. tit. 74. §. 6. & lectus quo neceſſariò ipſe, & familia vtitur. argumento Exod. cap. 22. & 25. & inſtrumenta artis eius, neceſſaria ad quærẽdum victum. Nauar. cap. 17. num. 86. in fin. Sot. & Cordub. vbi infrà; Silu. in Summa, verb. Reſtitutio, 7. quæſt. 6. §. 3. Couar. ſuprà num. 5. & 6.

Quartò, datur ei in poſterum beneficium, ne conueniatur vltra quàm facere poſsit. l. Is qui. 2. C. Qui cedere poſſ. l. 4. ff. de Ceſsione bonor. Et intelligitur ſic, id eſt quòd ſi conueniatur, debent priùs deduci ei, & familiæ eius neceſſaria, ne egeat. Quin immò & ne viuat aliquatenus indecenter, ſecundùm Silu. vbi ſupra, & eſt tex. optimus cum gloſſa verb. Dignitate in l. Nepos Proculo. ff. de Verbor. ſignificat.

2 Eſt autem mente tenendum, æſtimationem bonorum cedẽtium debere fieri non inſpecto patrimonio, id eſt, valore proprietatum, quando agitur vt deducantur eidẽ inde neceſſaria, ne egeat; ſed ſecũdùm quantitatẽ fructuũ, ne veneant bona, vt tenet Bar. in d. l. 4. ff. de Ceſsione bonor. & in l. Imperator. ff. ad Trebel.

3 Vt autem prędictis priuilegiis gaudeat, oportet vt ad requiſitionem vnius ſaltem credi-

creditoris incarceretur, ibique confiteatur debitum, vel condemnetur. Item vt manifeſtet omnia bona quę habet, & ea dimittat in manus Iudicis, faciens ceſsionem, ſeu renunciationem eorum in fauorem creditorum. Preſtet denique cautionem iuratoriam de ſoluendo ære alieno, cùm ad pinguiorem fortunam deuenerit. Ita Couar. ſuprà, num.5.&.6.

Aduertendum tamen eſt priuilegiũ hoc,
4 vt quis non conueniatur vltra quàm facere poſsit, perſonale eſſe; & ideò cum perſona extingui, l. Quia tale. 14. cum præcedenti. ff. Solut.matrim.l.Etſi fideiuſſor.& l.Sciendum ff.De re iud. Vnde infertur primò hæredem patris non gaudere hoc priuilegio aduerſum filium petentem alimenta ex bonis ipſius patris; & per conſequens, ſi fructus fundi non ſufficiant ad competentia filio alimẽta cõſtituẽda, proprietatẽ debere alienari, vt illi ex tali vẽditione congrua alimẽta cõſtituantur; ſicut probat latiſsimè Barbo.in l. Maritus.13.à principio, maximè numero 20.ff. Solut. matrim.

5 Secundò infertur etiam ex ſupràdictis, limitationẽ ad illam cõmunem concluſionẽ, q; filius ſpurius tenetur reſtituere bona ſibi pro alimentis relicta, hæredibus patris poſt mortem, cùm hæreditatis paternę ſit incapax; intelligendam eſſe, dummodò fructus talium proprietatum ſufficiant ad cõpetentia alimenta. Aliàs in ſolutionem alimentorum debitorum eſſe erogata cenſendum eſt, facta computatione l. Hæreditatum.ff. ad l.Falcid. vt firmiter tenet, limitat, ac reſoluit idem Pet. Barbo.in l.1.part. 4.à n. 72.& ſequenti, ff. Solut. matri.

6 In Foro autem pœnitentiali, ceſsio bonorum nihil operatur, quia non minus cedens remanet obligatus ad reſtitutionem poſt ceſsionem; quàm ſi non ceſsiſſet. Ratio eſt, quia in Foro animæ, ceſsio non excuſat, niſi quatenus neceſsitas eum ſine ceſsione excuſaret. Et ita ſola neceſsitas attenditur, nullo habito reſpectu ad ceſsionem; vt docent Card. Rauen. & Abb. in cap.Cùm tu. num.10. de Vſur.& Nauar.in cap.17.num. 86. Silu. verb. Reſtitutio. 7. quæſt. 6. §. 2. & tenuit Valpedro. in Scholiis ad Nauar. dict.cap.17. num. 86. & Cordub. caſu 86. fol. 187. Vbi tamen hoc limitat verum, niſi quando quis bona fide negotiaretur, & caſu fortuito veniret in paupertatem, & diminutionem; quia tunc talis, etiam in Foro animæ, fructur dicto beneficio, vt non cogatur à Confeſſario ſoluere creditoribus vltra quàm facere poſsit. Allegat ad id Sot. lib.4.de Iuſt.quæſt.7.art.4.Adrian.quodlib. 6.art. 3. & in materia de Reſtit. Scotum in 4.diſt.15.Gabriel. ibidem quæſt. 2. notab. 2.& Silueſt. verbo Reſtitutio. 7. quæſt. 2. & 7. Sed in dictis locis nihil de hoc dicit Silu. Puto tamen veriſsimam eſſe prædictam limitationem, tamquam Iuri naturali, & pietati chriſtianæ valde conformem; & iuxta eam eſſe intelligendum Couar. vbi ſuprà, num 6. quatenus habet dictum priuilegium, & legem de ceſsione bonorum tamquam humanam, & iuſtam intelligendam eſſe, & admittendam in animæ iudicio; & conſequenter in eo non eſſe, iuxta rigorem, integram ſolutionem poſtulandam, vbi ex ea, is qui bonis ceſſerat, in egeſtate maneret. Pro qua limitatione facit gloſſa 2. in cap. Quæ in Eccleſiarum. de Conſtit. quæ vult non eſſe ſubueniendum ei qui propter ſuã culpã incidit in egeſtatẽ.

7 Hinc collige falſam eſſe doctrinã F.Emmanuelis Rod.in Summa 2.par.tit. de Nouicios.cap.3.nu. 6. vbi dicit per ceſsionem bonorum, licèt debitor non liberetur in totũ in Foro exteriori à debitis, & ſolutione eorum: benè tamen eximi in Foro interiori. Nam vt ſuperiùs vidiſti, ceſsio bonorũ nihil operatur quoàd Forum interius. Et quamtuuis admittẽda ſit in eo Foro (vt in limitatione præcedenti) remanet tamen ſemper debitor cedens, obligatus in conſcientia ad reſtitutionem, cùm ad pinguiorem fortunam venerit; vt docet Rebel. 1.p. de Obliga. Iuſt.lib.2.q.17.num.29. Quòd ſi dixeris reſtringendã eſſe doctrinã Rodr. ad caſum, ad quẽ ipſe eã applicat, ſcilicet cũ quis vult ingredi, & profiteri Religionẽ; quaſi tũc certũ ſit, cedentẽ nõ poſſe vnquã
8 ad pinguiorẽ fortunam venire. Reſpõdeo, nec tũc verã eſſe; quia poſt profeſsionẽ tenetur Religioſus debitis ſatisfacere, ſi aliqua via honeſta citra iniuriã obedientiæ, id commodè poſsit, vt latè probat Nauar. in comment.2.de Regula. num. 42.& Conſ. 75.nu.5.de Regula.

H Denique

Digitized by Google

9 Denique obſerua debitorem non poſſe cedere bonis; & ſic vti dicto priuilegio, quãdo creditor renũtiat iuri quod habet ad illũ in carcerẽ coniiciendũ,ſecũdùm Bal. in l.1.n.17.C.Qui bonis ced.poſſ.poſt gl. cõmuniter ibi receptã ab omnibus, & à Ioan. Fab. & Iaſ.in §.fi.n.17.Inſt.de Actio. Et ratio eſt,ſecũdùm eumdẽ Bal.vbi ſup.videlicet quia tunc ceſſat ratio carceris; qua ceſſante, beneficium bonis cedendi ceſſare debet. Quod eſt valde notandum in practica.

SVMMARIVM.

1 *Cedere quis compellitur in Foro exteriori. Secus eſt in Foro pœnitentiali.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 Compelli poteſt quis ad ceſſionẽ bonorum inForo exteriori. Qui enim propter paupertatem non poteſt creditoribus ſatisfacere;is ſanè ad petitionem creditoris, in Foro exteriori ad ceſsionem tenetur.Nec ſufficit præſtare ei iuratoriam cautionẽ; iuxta notata in cap.Odoardus. de Solution. & in cap. Ex parte. de Verbor. ſignif. Ita docet Guilliel.relatus à Silu.in Summa,verb. Abſolutio.3. q.3. Vbi dicit ſecùs eſſe in Foro pœnitentiæ, vbi non poteſt quis compelli ad dictam ceſsionem. Nam in eo ſufficit vt præſtet Confeſſario dictam iuratoriam cautionem; immò ſufficit, vt ſimpliciter promittat Confeſſario ſe reſtituturum,cùm ad pinguiorẽ fortunã venerit. Quin immò & ſolùm propoſitum reſtituendi, cùm poterit, ſufficit ſine vlla promiſsione;vt habes verb. Abſolutio.Differentia 5.

Nec item tenetur quis in conſcientia dictam ceſsionem facere; quia ſolùm eſt inuenta pro Foro exteriori, & Parte inſtante eam. Et etiam ſi Pars non inſtet, poteſt debitor præſentare ſe ad carcerem,& requirere à Iudice,vt eam admittat,vt ſic liberetur à vexationibus creditorum.

SVMMARIVM.

1 *Cedens bonis cum ignominia,liberatur in totum à debito in Foro exteriori.*

2 *Secùs in conſciẽtia;quia ſi poſteà deueniat ad pinguiorem fortunam, tenetur ſoluere.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 Cedens bonis cum ignominia, & vituperio;quia nimirum remotis femoralibus nudo podice percuſsit ſupra lapidem,iuxta conſuetudinem curiarum Lugdunenſ. in Regno Franciæ; vel nudus ſtetit per aliquod temporis ſpatium in publica platea prope patibulũ,plenus pennis,ſeu plumis; vt Neapoli,& Papiæ, & in tota Italia; vt teſtatur Iaſ.in §.fin.n.29.Inſtit.de Action. quamuis hoc Neapoli in deſſuetudinẽ abiit,ſolùmq; obſeruatur,vt cedens bonis,iuxta columnã ad ingreſſum ſiue portã maiorẽ palatii tribunalium quod *Vicaria* vocatur, ſtans rectus in conſpectu ingredientium, & egredientium, in illo eminenti loco aſsiſtat per ſpatium trium horarum, quibus tribunaliũ negotia abſoluuntur, & hoc per tres dies, vt proſpiciatur à multis. Et ſic talis cedens,in totum liberatur,ita vt non teneatur poſteà aliquid ſoluere,licèt ad pinguiorem fortunam deuenerit;ſecundùm Guid. Pap. quæſt.343. Allegat ad hoc gloſſam in cap. Sicut dignum. §. Eos. verb. Si habent. de Homicid.quam dicit ordinariam Roman.
2 Sing.24.aliàs 25. Sed illa gloſſa malè allegatur ad hoc; quia id non dicit; ſed aliud, videlicet ſuſtinentem pœnas corporales loco alicuius pœnæ pecuniariæ,aliàs ex delicto deſcendentis,manere in totum liberũ à dicta pœna pecuniaria.De quo verb.Obligatio.Differentia 14.

Sed

Sed prædictá cõcluſionem probat gloſſa notabilis penul. in eius additione in §. final. Inſt. de Action. quæ eſt expreſſa; quam tamẽ ego verá puto in Foro tãtùm exteriori.

2 In Foro tamen interiori, licèt quis bonis cum vituperio cedat; nihilo minus, ſi poſteà ad pinguiorem fortunam deuenerit, deductis ſibi, & familiæ neceſſariis, & etiã ad ſtatum conſeruandum; tenetur ex reliquis ſatisfacere creditoribus. Et moueor primò, quia prædictus modus cedẽdi cum ignominia, & vilipendio, eſt iniquus; & cõtra Ius, introductuſq; per particularia quædam ſtatuta, vel obſeruantias, quorumdam locorum volentia; vt ille qui vult cedere bonis, ducatur cum tubis per plateam, vel ciuitatẽ, vel ſedeat ſupra lapidem cum vituperio, & blaſmo; vt notat Paul. de Caſt. in l. In omni. C. Qui bonis ced. poſſ. Et talia ſtatuta, & obſeruantię, ſeu conſuetudines, cõmuniter reprobantur, ſecundùm Iaſ. in dict. §. fin. num. 19. Quia eſt res turpis, fœdique exempli, & oculos videtium infeſtat. argu. l. Cum ſupra verentes. C. de Re milit. lib. 12. & l. Alia. §. Elegãnter. ff. Soluto matrim. Secundò, quia illa ſolennitas, & obſeruantia fit contra voluntatem Creditorũ. Vnde ſine facto ſuo, & ſine Iure, aut lege non debent iure ſuo priuari. Tertiò, quia etiam pœna pecuniaria ex delicto deſcendens, commutata in corporalem, licèt liberet in vtroque Foro quoàd pœnam; non tamen quoàd intereſſe, & damnum Parti illatum; vt dicemus in verb. Obligatio. Differ. 14. Quantò ergo minùs liberabit iſta ceſsio vituperabilis, ac reprobata à debitis ex cõtractu? Ita poſt hec ſcripta, reperi tenere Mercado de Contract. cap. 12. *Del mercar adelantado.* ad finem.

SVMMARIVM.

1 *CESSIO bonorum, non habet locum in criminalibus.*

2 *Debens etiam vnum nummum ex debito deſcendente à crimine, punitur integraliter in corpore. Secùs eſt in Foro pœnitentiali.*

3 *Debens ex delicto aliquam ſummam pecuniarum, in Foro pœnitentiali gaudet priuilegio ceſsionis.*

4 *In Foro pœnitentiali non ſeruatur forma in ceſsione ſeruari ſolita.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 CESSIO bonorum non habet locum in criminalibus. Et ideò condemnatus ex delicto in pœnam pecuniariam, licèt ſe offerat ad cedendum bonis, non eſt audiendus: ſed ſi non habeat vnde ſoluat, opus eſt vt luat in corpore. Ita docet gloſſa final. & ibi Abb. in cap. Odoardus. de Solution. & in Regul. Peccatum. lib. 6. quas poſt alios dicit communiter receptas Couar. lib. 2. Variar. cap. 1. num. 8. Dec. in l. Si quis id quod. num. 22. ff. de Iuriſdict. omn. Iud. Iul. Clar. quæſt. 95. num. 5. Auiles cap. 4. Prætorum. verb. Entregare. num. 3. Fel. in cap. Ad liberandam. de Iudæis à num. 2. vbi hoc quinque modis limitat. ibi videas. Adde ad idẽ Ordin. Portugal. lib. 4. tit. 74. §. 7. & tit. 70. §. 5. eod. lib.

2 Quod adeò verum eſt, vt etiam ſi vnus ſolus denarius deficiat; erit nihilo minùs puniendus in corpore integraliter, ſicut ſi nihil ſoluiſſet. Ita tenet Bal. in l. Cùm ſit. C. de Sepul. viol. Curſ. in tract. de Minimis. 2. par. num. 9. Boër. Deciſ. 349. num. 7. & 8. vbi latè diſputat Fel. in dict. cap. Ad liberandam. num. 4. verſ. Item nota. dicit communem Gom. in §. Pœnales. num. 8. Inſtit. de Action. Iul. Clar. vbi ſuprà num. 6. & Viuius lib. 1. Commun. opin. pag. 23. dicens hoc de plano procedere. Pro cuius dicti confirmatione vide Iaſ. in Auth. Qui rẽ. n. 16. C. de Sacroſanct. Eccleſ. vbi tradit in pluribus caſibus propter defectum vnius nummi vitiari actum.

Ratio autem quare in criminalibus non habet locum ceſsio bonorum, multiplex eſt. Primo, quia in crimine (vt diximus) qui non habet in ære, luit in corpore, cap. Si res aliena. 14. queſt. 6. l. 1. §. 1. ff. de Pœnis. l. final. in fin. ff. de In Ius vocand. gloſſa verbo Cruciatus. in dicto cap. Si res. Alia

Digitized by Google

in cap. Non ſatis. 86. diſt. Alia in cap. Sicut dignum. §. Eos verò. verbo Si habent. de Homicid. Alia in §. final. Inſtit. de Pœna temerè litigant. Rom. Conſi. 11. num. 3. Silu. in Summa, verbo Reſtitutio. 6. quæſt. 1. Secundò (& eſt ratio prædictæ rationis) quia in criminalibus agitur pro communi vtilitate. Intereſt enim Reipub. ne crimina remaneant impunita, aliàs magnum daretur incentiuum peruerſis delinquendi, cap. Vt famę. de Senten. excommunicat. & capit. Eſt iniuſta. 23. quæſt. 4. Vnde cùm Iudici conueniens videbitur, vindictæ loco à reo pœnam aliquam ſolui pecuniariam: ſi propter egeſtatem poſſet beneficio potiri ceſsionis bonorum, eluderet vtiquè cum eo talem pœnam, remanente crimine impunito, in magnum Reipub. detrimentum, quod nequaquam admiſsibile apparet ex ſuprà dictis.

3 In Foro tamen pœnitentiali nedùm in debitis ex contractu, ſed etiam ex delicto eſt locus beneficio ceſsionis bonorum.
4 Non quòd in tali Foro ſeruetur forma vlla, ſeruari ſolita in Foro contentioſo, cùm quis vult vti dicto beneficio ceſsionis bonorum; de qua dictum eſt ſuprà, Differẽtia 1. num. 7. ſed quòd erit tutus in conſcientia condemnatus, ſi non ſoluit ob paupertatem; donec veniat ad pinguiorem fortunam: & habebitur ratio, ne egeat. Et ratio eſt, quia in eo Foro propter inopiam, & paupertatem quis nedùm à reſtitutione excuſatur: ſed etiam poteſt vti alienis rebus, ſi ipſis indigeat ad ſua propria alimenta, vt docet Couar. in Regul. Peccatum. 1. par. num. 2. Quod confirmatur ex glo. 1. in c. Quicumq; 16. q. 7. quæ dicit, quòd ſi quis Decimas tenetur ſoluere, eſt tamen in magna paupertate cõſtitutus; poteſt eas ſibi retinere in Foro animæ: quã gloſ. ſequuntur Abb. Hoſt. & Florẽti citati infrà verb. Reſtitutio. Differentia 36.

Et obſeruandum eſt circa id quod diximus, ſcilicet defectũ vnius nummi haberi in conſideratione, adeò vt ob eius defectũ debeat reus corporaliter puniri: meo iudicio non procedere in Foro conſcientię. Extra enim omnem ęquitatem videtur, quòd quis ob rem tam minimam ſuſtineat pœnã adeò grauem, qualis eſt corporalis. Vnde meritò contrarium tenet Iaſ. poſt eumdem Bal. in dict. l. Si quis id quod. num. 28. maximè cùm minima quęuis pœna corporalis, maior ſit omni pecuniaria, iuxta illud Iob 1. *Pellem pro pelle.*

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius gaudet beneficio ceſsionis bonorum in Foro exteriori. Secus in Foro conſcientiæ.*
2 *Sed contrarium eſſe verius probatur.*
3 *A reſtititione de præſenti, multi caſus excuſant.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 Vſurarius in Foro exteriori gaudet beneficio ceſsionis bonorũ. Vnde ſi bonis cedat, habebitur cum ipſo ratio ne egeat: & cõſequẽter non tenetur reſtituere in dicto Foro omne turpe lucrũ, per l. Qui bonis. & l. Is qui. ff. de Ceſsion. bonor. ita Abb. in cap. Cùm tu. num. 10. de Vſur. Vbi dicit ſecùs dicendum in Foro animæ, per gloſſam ibi verb. In facultatibus. cui eſt ſimilis in c. Quamquam. verb. Facultates. eodem tit. in 6. Idẽ tenet poſt Card. & Rau. Adrian. de Reſtit. cap. Aggredior. verſ. Sextò dubitatur. & Ioa. à Medin. de Contract. quæſt. 5. & dant rationem; quia ſcilicet dignum eſt in odium vſurarum, vt egeſtate premantur. Argumento l. Bona fides. ff. Depoſiti. & docet gloſſa final. in cap. Odoardus. de Solution.

2 Sed certè dura nimis mihi viſa eſt præfata Differentia, cùm contrarium appareat per parabolam illam de ſeruo debitore Math. 18. 25. Nec inter Chriſtianos admittenda eſt tanta inhumanitas, vt in Foro pœnitentiali adſtringamus pœnitentes vſurarios ad reſtituendum vſuras integrè; licèt ob reſtitutionem earum ipſe vſurarius, & eius familia maneant in grauiſsima egeſtate; & ſic mendicare cogantur: cùm contrarium ſit ſtatutum & obſeruetur in Foro cõtentioſo. Non enim æquius ac benignius decet eſſe iudiciũ hominũ, quã iudiciũ Dei. Maximè quia

Digitized by Google

Quia licèt quis ex alieno viuere non debeat: tamen multi ſunt caſus excuſantes à
3 reſtitutione, ſaltem ad tempus. Et vt docet Couarru. Regul. Peccatum. 1. par. num. 2. & tetigimus in præcedenti Dif. ipſa paupertas eſt ſufficiens cauſa, excuſans à reſtitutione etiam rerum alienarum; ſi ipſis quis indigeat ad ſua propria alimenta. Similitèr excuſatur debitor, ſi habita ratione ſtatus, & dignitatis, grauiſsimam pateretur ex reſtitutione iacturã, v.g. ſi oporteret res proprias propter reſtitutionem vili pretio vendere: vel ſi reſtitutio redundaret probabiliter in alicuius infamiam, aut mortem corporis, vel animæ; vt ſi immineret periculum furti, vel proſtitutionis mulierum, & ſimilia. Sequitur Silu. in Summa, verbo Reſtitutio. 5. quæſt. 3. In his enim & ſimilibus caſibus, licitum eſt rem alienam ad tempus retinere, & differre reſtitutionem; dummodo domino rei non immineat ſimile, vel æquale damnum, vel periculum. Non mirum ergo ſi cum vſurario habeatur ratio, ne egeat. Et ita hanc partem, tamquam veriorem, & Chriſtianæ profeſsioni magis conſonam tenet Couar. in dicta Regula Peccatum. 1. par. num. 2. & lib. 2. Variar. cap. 1. num. 6. videlicet vſurarium gaudere etiam in Foro animæ priuilegio ceſsionis, & ita eſt tenendum; quãuis Silu. in Summa, verbo Reſtitutio. 7. quæſt. 6. Dicto 2. in fine, poſt Gemin. in dict. cap. Quamquam. dicat vſurarium in nullo Foro poſſe gaudere beneficio ceſsionis bonorum, in odium vſurarum. Non enim minùs odit Ius Canonicum ceteros raptores, ac fures bonorum alienorum; quam ipſos vſurarios; & tamen cùm prædictis raptoribus ſeruanda erit in Foro animæ humanitas, & benignitas ſuprà memorata, ſcilicet ne egeant; ſi dominus bonorum non ſit in æquali egeſtate. Ergo idem dicendum in vſurariis. quę confirmantur ex notat. in ſequenti Differentia. Conferunt tradita verbo Reſtitutio. Differen. 36.

SVMMARIVM.

1 *PRIVILEGIVM, ne quis conueniatur vltra quàm facere poſsit in Foro exteriori habent nonnullæ perſonæ.*

2 *In Foro verò pœnitentiali habent omnes.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 PRIVILEGIVM, ne quis conueniatur vltra quàm facere poſsit, habent nonnullæ perſonæ priuilegiatæ in Iure, de quibus vltra Couar. lib. 2. Variar. cap. 1. num. 3. 4. & 9. conſulendus eſt Oldendorpius in tract. Loci communes actionum. fol. 92. col. 4. in 5. volumine Tract. diuerſ. Doctorum, vbi tradit 13. caſus, & perſonas, quæ poſſunt dicto priuilegio vti in Foro exteriori. Nam Regulariter eſt contra.

2 In Foro tamen pœnitentiali vnuſquiſque abſque diſcrimine habet prædictum priuilegiũ, ne ſcilicet teneatur vltra quàm facere poſsit, & ſic deductis neceſſariis alimẽtis. Ita ſentit Couar. dict. lib. 2. Variar. c. 1. num. 6 quatenus habet æquitatem beneficii ceſsionis bonorum, habere locum in Foro animæ. Eſt enim illud tribunal æquitatis, & pietatis longè diſtans à rigore Iuris, & à legibus aliorum tribunalium, de rigore ſæpe procedentiũ; quia in dicto tribunali animæ potiſsimùm agitur de ſatisfaciendo Deo. Qui cùm ſit Pater benigniſsimus, & Deus miſericordiarum, non exigit à quocumque, niſi id quod commodè poteſt. Hinc eſt ab obligato ad ſatisfaciendum alicui, ſi non habeat vnde ſatisfaciat, ſolummodò Deum requirere, vt proponat ſatisfacere, quando ad pinguiorem fortunam deuenerit; vt in duabus Differentiis proximè præcedentibus diximus. Conferunt notata verbo Reſtitutio. Diff. 3.

Digitized by Google

CLERICVS.

SVMMARIVM.

1 *CLERICVS abſque licentia Epiſcopi ſui, non poteſt in Iudicem laicum conſentire, niſi in caſibus hic notatis.*

2 *Clericus nec coram Iudice Eccleſiaſtico poteſt conſentire vt conueniatur, ſine licentia ſui Ordinarii, niſi in tribus caſibus, de quibus hic.*

3 *In Foro pœnitentiali, abſq; licẽtia Parochi, prorogãt Clerici Iuriſdictionẽ Confeſſarii.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 CLERICVS abſq; licentia ſui Epiſcopi, non poteſt in Iudicem laicum conſentire, cap. Si diligenti de Foro competen. Couar. in cap. Quamuis pactum. 2. par. in princip. num. 9. Bal. in l. Si qua per alienã. C. de Epiſcop. & Cler. quem declarat Couar. in Pract. cap. 33. num. 2.

Quod verũ eſt in iuriſdictione cõtentioſa, ſecùs in voluntaria, quam poteſt optimè prorogare; vt docet Bal. in l. Generaliter. num. 32. C. de Epiſcop. & Cler. quæ eſt ſingularis limitatio ad dict. cap. Si diligenti.

Adde aliam limitationem per l. Hæres abſens. ff. de Iud. & l. 57. tit. 6. Part. 1. quam refert Palat. Ruuius in Repet. Rub. §. 39. nu. 8. videlicet ſi Clericus ſit hæres laici; quia tunc conueniri poteſt ratione hæreditatis coram Iudice ſeculari, coram quo defunctus conueniendus erat. Sed contrarium tenet gloſſa in cap. Clericũ nullus. 11. quæſt. 1. Ioan. de Plat. in l. fi. C. de Suariis, & Suſceptor. vini, & ceter. corpor. lib. 11. & dicit magis communem Marant. in Pract. 5. par. num. 13. niſi cum cauſa cæpta eſſet cum defuncto, per regulam. Vbi cæptum, aliàs vbi acceptum. ff. de Iud.

Adde aliam ſingularem fallentiam, videlicet quando agitur actione merè reali contra Clericum. Tunc enim quia non præſupponitur perſona Clerici obligata, ſed tantùm de re profana eſt quæſtio; poteſt Clericus conſentire in laicum: quia reſpectu rei, eſt Iudex competẽs. Ita egregiè Rip. Reſponſo 113. num. 2. licèt contrarium teneat Socin. Regul. 10. Fallent 5. Sed opinio Rip. tenenda eſt, quæ adeò vera eſt, vt in Regno Valentino omnes cauſæ *de Realenco*, ſic dictę, ideſt omnes cauſæ quæ ſunt merè Reales (inter quas etiam includuntur executiones penſionum cenſualium) nullo modo tractari poſſint, niſi coram Iudice ſeculari.

2 Præterea non ſolùm Clericus non poteſt abſque licentia Epiſcopi prorogare iuriſdictionem Iudicis ſecularis (vt proximè diximus) niſi in caſibus ſuprà exceptis; ſed nec prorogare poteſt iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici, non ſui, abſque eadem licentia. Ita probat text. in cap. Significaſti. de Foro compet. tex. & ibi gloſſa finalis in cap. 1. eodem tit. lib. 6. Abb. in dict. cap. Significaſti. & in cap. 1. num. 18. & in cap. Ceterum. num. 11. de Iud. Paul. in l. 1. num. 3. C. Vbi de crim. agi oport. Montal. in l. 7. tit. 7. Part. 3.

Quod verũ eſt expreſsè, ſecùs tacitè; putà contrahendo in alieno territorio, vel promittendo alibi ſoluere, vel delinquendo extra ſuum territorium, & diœceſim, iuxta cap. final. de Foro compet. & cap. Dilecti filii. eodem tit. vbi Innocent. num. 2. id notat. licèt Barthol. Socin. in l. 1. num. 4. in fine. ff. Si quis in Ius voc. teneat contra id quod diximus, ſcilicet cõtrahendo in alieno territorio.

Fallit etiam in Foro competenti Clerico iure ſpeciali; putà, priuilegio; vt dicto cap. Dilecti. vel conſuetudine; vt in cap. Cùm cõtingat. de Foro compet. Tali enim Foro benè poteſt per Clericum renuntiari, ex Innocent. num. 3. & Card. dicto cap. Dilecti filii.

3 At quoàd Forum pœnitentiale ſecùs dicendum eſt. Nam de conſuetudine generali totius Orbis omnes Sacerdotes poſ-

ſunt

Digitized by Google

ſunt confiteri cuicumque Confeſſario approbato, etiam extra propriam diœceſim; & ſic prorogare iuriſdictionem Iudicis nõ ſui, nulla habita ad id licentia Parochi, vel Epiſcopi; vt poſt Silu. Angel. Medin. & alios docet Cordub. caſu. 10. in fin. primi dubii, & Soto in 4. diſt. 18. quæſt. 4. art. 2. verſ. Similiter.

SVMMARIVM.

1 *CLERICVS in Foro exteriori, licitè torquetur per laicum. Secùs in Foro conſcientiæ, in quo peccatur mortaliter, & incurritur excommunicatio, non obſtante conſuetudine in contrarium, quia eſt irrationabilis; quicquid alii dicant in contrarium.*

2 *Doctores, & perſonæ in dignitate conſtitutæ non torquentur.*

3 *Mandatum illicitum, non excuſat mandatarium.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 CLERICVS de mandato Epiſcopi, in Foro exteriori torqueri poteſt per laicũ, ſecundùm Abb. in cap. Vniuerſitati. de Sentent. excommunicat. vbi dicit ita practicari. Idẽ tenet communis, ſecundùm eumdem Abbatem in cap. Vt famæ. num. 8. eodem tit. & docet copioſe Iul. Clar. quęſt. 64. nu. 24.

Prædicta verò communis practica, & cõſuetudo nõ excuſat mandãtem, nec ipſum laicum torquentem à peccato mortali in Foro conſcientiæ, ſecundùm gloſſam in cap. Quia iuxta. verb. Presbyteri. 5. quæſt. 6. nec ab excommunicatione, ſecundùm Archid. & Ant. de Fano. dicto cap. Quia iuxta. quos ſequitur Fel. dict. c. Vniuerſitati. num. 2. vbi dicit hanc partem eſſe veriorẽ, & talem conſuetudinem eſſe irrationabilẽ; licèt eos excuſet à pœna, per gloſſam ver. Migraſſe. in cap. Cùm venerabilis. de Cõſuet. additque ſi Clerici neſciãt torquere, poſſe ab Epiſcopo vocari officialem laicum, qui ligabit, & poſteà Clerici torquebunt.

Sed quòd dicta conſuetudo ſit rationabilis, & excuſet in vtroque Foro, docet Card. Alexandr. in cap. Illi qui. 5. quęſt. 5. quem refert, & ſequitur Iul. Clar. vbi ſuprà in fine, addens ex Follerio ꝙ aliàs ſępe delicta Clericorum remanerent impunita; quia ſi non eſſent laici qui torquerent, Clerici numquam torquerentur.

2 Hoc tamen non obſtante, tenendum eſt cum Fel. ſup. Et ad inconueniens proximè allegatum reſpondetur, quòd ſicut in Doctoribus, & perſonis in dignitate conſtitutis (quæ non torquentur ſecundùm eumdem Iul. Clar. ſup. nu. 16. & 17.) non cenſetur graue, ſi eorum delicta aliquando remaneant impunita: ſic nec in ipſis Clericis debet id reputari; cùm non minori prærogatiua debeãt gaudere Clerici, ſaltem Sacerdotes, & in Sacris conſtituti: quàm præfati Doctores & perſonæ in dignitate cõſtitutę, cùm Ordo Sacerdotalis emineat dignitati Regali. c. Duo. 96. diſt. quem tex. in hoc cõmẽdat Naua. in c. Nouit. de Iud. notab. 3. n. 36. De qua excellentia Sacerdotali vidẽdus eſt Gabr. lect. 4. Caſſan. in Cathal. Glor. Mũdi. 4. par. cõſid. 2. & ſequẽtib. & Cathec. ad Parochos. tit. de Ordine. col. 30. & nouiſsimè Pater Dom. Anton. à Molina noſter Cartuſ. in ſuo elegãti & celebri libro de Dignita. Sacerd. Facit tex. in Extrauag. 1. de Maiorit. & obedient. inter communes §. Nam ſecundùm. quatenus dicit ſpiritualem poteſtatem, & dignitate & nobilitate tantò præcellere terrenam poteſtatem; quantò ſpiritualia temporalia antecellunt.

Vnde quamuis Clerici nõ gaudeant prædicta prerogatiua; ſed poſsint torqueri per Iudices Eccleſiaſticos, ſecũdùm communem conſuetudinem, & practicam Curiarum Eccleſiaſticarum; id tamen omninò fieri debet per Clericos, modo ſuperiùs memorato: aliàs ſi per laicum id fieri præcipiant, peccabunt mortaliter, & tam ipſi Iudices mandantes, quàm laicus exequens erunt excommunicati, per ſuprà notata.

Nec

Digitized by Google

3 Nec laicum excuſare poterit mandatum Iudicis Eccleſiaſtici; quia mandatum illicitum non excuſat mãdatarium, vt dicto cap. Vniuerſitati, vbi Fel. in 1. notab. id notat. ad idem videndus eſt tex. in cap. fin. de Homicid. lib. 6. & l. non ideò minùs. C. de Accuſation.

SVMMARIVM.

1 *CLERICI vendentes frumẽtum vltra taxam Regis, vel ciuitatis, quoàd Forum exterius ſecuri ſunt: non tamen quoàd Forum interiùs.*

2 *Clerici quoàd vim directiuam ſubduntur pragmaticis Regiis; licèt non quoàd coactiuam.*

3 *Tempore neceſsitatis & penuriæ tritici, poſſunt Clerici cogi ad vendendum ſuum frumentum quod habent vltra ſibi neceſſarium.*

4 *Lex de non extrahendis equis, an obliget Clericos in conſcientia.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 CLERICI vendentes frumentũ, & alia victualia contra formam Regiæ pragmaticæ, vel ſtatuti, ſiue ordinationis ciuitatis maiori pretio, quàm ſit ſtabilitum in ipſa pragmatica, ſeu ordinatione, tuti ſunt in Foro exteriori, quoàd pœnas in pragmatica, & ordinatione appoſitas, & contrauenientibus minitantes.

Non tamen ſunt tuti in Foro interiori; quia peccant mortaliter, & ad reſtitutionẽ exceſſus tenentur, ſecundùm Sot. in 4. diſt. 25. quæſt. 2. concluſ. 4. Nauar. cap. 23. num. 88. Vincent. de Franc. Deciſ. 9. incipi. Poteſt Princeps. Viui. deciſ. 28. num. 1. & per totam. 1. part. vbi refert ita iudicatum per Regium collateralẽ tempore penuriæ occurſæ anno 1569. quo anno aliqui laici fame oppreſsi acceperunt frumenta à Clericis maiori pretio, quàm in Regia pragmatica ſtabilitum erat; fueruntquè condemnati tantùm ad ſolutionem pretii ſtabiliti in prędicta Regia pragmatica. Idem latè comprobat Rebel. de Oblig. Iuſt. 2. par. lib. 9. quæſt. 2. à nu. 9.

2 Et eſt ratio diuerſitatis circa ſuperiùs dicta; quia licèt Clerici non ſubdantur legibus Principum ſecularium, & ſtatutis ciuitatum quoàd vim coactiuam; qua ratione non incidunt in pœnas earum: benè tamẽ quoàd vim directiuam, quando lex concernit omnes, tam Clericos, quàm laicos; eſtque in bonum publicum redũdans. Vnde ſicut ipſi poſſunt vti ipſis legibus pro ſe; tenentur etiam & contra ſe eas admittere; maximè quia de lege naturali non poſſunt res vendi cariùs iuſto pretio: iuſtũ autem pretium eſt taxa ipſa à Rege, vel ciuitate poſita. ita Nauar. Conſil. 3. num. 6. & Cõſil. 6. de Empt. & vendit. Quinimmò (vt alii dicũt) quia Clerici ſunt ciues Reip. & vaſſalli ſecularis Principis qui Reipub. eſt caput ideò tenentur ad legum Regni & ciuitatis obſeruationem, quæ nõ minùs Eccleſiaſticis, quàm laicis congruunt, neq; Eccleſiaſticæ libertati, ac ſacris Canonibus repugnant: quales ſunt leges de celebrandis contractibus, de hæreditatis partitione, aut ſucceſsione, de armis noctu non geſtãdis; de rerum pretiis, & aliæ ſimiles. Ita Victo. 1. relect. de Poteſtate Eccleſię. q. vlti. nu. 3. Soto ſupra. quæſt. 2. art. 2. Silu. verb. Lex. quæſt. 15. & alii, quos refert, & ſequitur Rebel. vbi ſup.

3 Quæ adeò vera ſunt, vt non ſolùm Clerici teneantur vendere ſuum frumentum ad pretium præſcriptum à Rege, vel ciuitate; ſed etiam tempore penuriæ cogi poterunt ad ipſum vendendum pretio currẽte. Quamuis enim regulariter nullus cogi queat ad vendendum res ſuas. l. Inuitum. C. de Contrah. empt. l. Nec emere. C. de Iure deliber. tempore tamen neceſsitatis quilibet cogi poteſt ad vendendum, etiam minore pretio, quàm ſit iuſtum. Ita Bart. in l. 1. §. Cura. ff. de Offic. Præfecti vrb. Iacob. Nouel. Regul. 224. Incip. Vendere. tom. 2. Socin. regul. 435. incip. Vendere

dere rem ſuam.Fallēt. 15.Fabian.de Mōte in tract. de Emptione, & vendit. quæſt. 3. in princip.num.38.& 40.Corcet.Conſ.25. num.9.vol.4.Alex.Conſil.190.Maturè digeſtis. num. 3. vol. 2.vbi num.13. aſsignat rationem, quia vbicumque verſatur publica vtilitas, & neceſsitas; tunc poteſt, mediante ſtatuto, præiudicari iuri priuatorum. Sequitur Couar.lib.2.Variar.cap.3.num.5. Viui. poſt alios vbi ſuprà nu.7.Et ego vidi quodam anno ſterili à Syndico ciuitatis Valētinæ cōfractas portas cuiuſdam horrei, vbi quidam Epiſcopus habebat ſuum frumentum ex Decimis ad vendendum; & pro pretio currente ipſum cepit, & aſportauit. Adde notata in Differentia. 5. ſub verbo. Venditio.

4 Hic opportunè quæri poteſt, an lex Principis ſecularis, quę prohibet equos extra Regnum ſuum aſportari; obliget etiam in Foro cōſciētię Clericos extrahētes equos ſuos, in ſuis equitiis genitos. Nam ſecundùm reſolutionem præcedentis dubii, videtur eos obligare; cùm ſit lex Regno vtiliſsima. Affert enim non modicum detrimentum Regi, ac Regno, equis ſpoliari; præcipuè tempore belli. At peccatū mortale eſt, omnes illas res, quæ in Regni cōmodum euehi vetantur, foras aſportare; vt docet Soto, loquens de frumento, æquis & auro.lib.4.de Iuſt.quæſt.6.ar.4. §. Leges autem.

Sed verius eſt contrarium. Tùm quia talis lex eſt Clericis præiudicialis, & odioſa; & ideò ad ſeculares tantùm reſtringenda. arg.cap.Pœnæ. de Pœni.diſt.1.l.Interpretatione. ff. de Pœnis. Tùm quia eſt pręceptiua: quo caſu, etiam ſi lex Principis generaliter loquatur; & rationabilis ſit, & fauorabilis, cui Canones non cōtradicerēt; non habet locum in Clericis; quia præcipiendo, ſuperioritas notatur, quàm in Clericos exercere nequit. Ita egregiè Deci. poſt Abb.& Feli.in cap. Eccleſia.nu.10.de Conſti.Naua.Conſ.4. eod. tit. Graffis. lib. 2.cap. 10. nu. 14.

COMPENSATIO.

SVMMARIVM.

1 *COMPENSATIO in Foro exteriori fit tantùm de liquido, vel de proximè liquidando. In Foro verò conſcientiæ, ſufficit quòd certus ſit quis de debito.*

DIFFERENTIA PRIMA.

COMPENSATIO in Foro exteriori non fit, niſi de liquido ad liquidum, vel de proximo liquidando. l.final.C.de Compenſation.l. 11. tit. 2. Part. 3. & l. 20. tit. 14. Part. 5.

At in Foro interiori (vbi omnia coram Deo ſunt liquida) ſecùs eſt; ſecundùm Palud.in 4.diſt.15.quæſt.2. art. 1. Concluſ. 3. & Gabr.ibidem quæſt.4.Concluſ.2. Quod limitat, & intelligit verum Pet. à Nauar. tom.2.lib. 3. cap. 2. num. 398. dummodò poſt ablationem, ſeu ſatisfactionem, vel compenſationem à ſe factam, dubium auferatur. Verbi gratia, Eras dubius, an tibi decem deberentur: abſtuliſti occultè à debitore prædicta decem, vel rem ęquiualentem; poſt acceptionem autem liberatus es à dubio, quia certò cognouiſti tibi debita fuiſſe: non teneris reſtituere in Foro animæ, & pœnitentiæ. Secùs, ſi dubius adhuc maneres.

Ego verò, vel hanc limitationem non intelligo; vel certè eam quoàd rem de qua agimus, veram eſſe non exiſtimo. Quomodo enim dubius circa debitum, poteſt abſq; peccato ſibi ſatisfacere; vel rē æquiualentem occultè auferre? Ante ablationem quippè debet creditor certus fieri de debito; non autem poſt ablationē, vt eam iuſtè

Digitized by Google

iuſtè facere poſsit. Ad excuſandum verò ſe à reſtitutione; ſufficit poſteà certum fieri de ſibi debito. Itaque aliud eſt, an poſsit fieri compenſatio de non liquido (quod ſaltem quoàd compenſantem, requirit certitudinem debiti) & aliud eſt, an poſt ablatum, & recuperatum debitum dubium, requiratur ad liberandum ſe à reſtitutione, certitudo debiti, quod eſt ſine dubio.

SVMMARIVM.

1 *COMPENSATIO in depoſito nō admittitur in Foro exteriori. Benè tamen in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 COMPENSATIO in Foro exteriori non admittitur contra petentem depoſitum. cap. final. extrà de Depoſ. l. final. C. de Cōpenſat. vbi tex. dat rationem, Vt contractus, inquit, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam minimè referatur. Idem probat tex. in l. Si quis vel pecunias. C. de Depoſ. docet Couar. in cap. Quamuis pactum. 1. part. §. 4. num. 9. verſ. Item nota. Et Medin. in ſuo C. de Reſtit. quæſt. 3. illat. 12. dicit cōmunem. Iaſ. in §. in bonæ fidei. nu. 72. Inſt. de Actio.

In Foro verò pœnitentiali, & conſcientiæ, ſi quis debitum liquidum aliter recuperare non potens, in depoſito compenſationem faceret, damnandus non eſſet; dummodò ſeruaret conditiones rectæ cōpenſationis, de quibus in ſequēti Differēt. dicemus. Ita ſingulariter Pet. à Nauar. dicto tom. 2. lib. 3. cap. 2. num. 389. vbi dat rationem, videlicet quia nulla iniuria, nec iniuſtitia ſit deponenti, ſed vis vi repellitur, quandoquidem aliter meum debitum recuperare non poſſum. Vim enim meis rebus facit, qui eas iniuſtè retinet. Nec habet deponens, ex quo conqueratur iuſtè; cùm rem meam, ſeu id quod mihi debet, ipſe reſtituere recuſat, & ideò ego mihi ipſi ſatisfacio.

Sed certè hęc Differentia in practica parum, aut nihil vtilitatis; & effectus habet. Depoſitarius etenim dum à ſe depoſitum non petitur; ſiue aliàs ſit creditor, ſiue non, minimè illud reddere tenetur. Cùm verò petitur; ſtatim illud à Iudice reddere compelletur, nulla compenſationis exceptione admiſſa. iuxta l. Vltim. C. de Compenſ. Et ideò contrarium tenet Rebel. 1. par. de Obliga. Iuſt. quæſt. 18. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *COMPENSATIO non ſit, niſi vtraque res debita, ſit in re quæ in genere ſuo recipit functionem; ideſt de pecunia ad pecuniam; de vino ad vinum. At in Foro pœnitentiali, & animæ, poteſt fieri de vna ſpecie ad aliam.*

2 *Ad compenſationem faciendam multa requiruntur.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 COMPENSATIONI locus nō eſt in Foro exteriori, niſi vtraque res debita ſit in pecunia, vel in pondere, aut menſura debita. Et ſic in re quæ in genere ſuo recipiat functionem, & ſit vſu conſumptibilis: vt eſt pecunia, vinum, frumentum &c. vt in l. Si conſtat. C. de Compenſat. gloſſa final. & ibi Panor. & omnes in cap. final. de Depoſito. Vnde fieri nō poteſt de ſpecie ad ſpeciem, nec de ſpeciebus ad pecuniam: vt ſi ego tibi debeo mulam; tu verò mihi canē, vel oleum, vel pecunias; non licèt compenſationem facere: vt in l. Si conuenerit, ff. de

Digitized by Google

ff. de Pignorat.action. & l. Si non ſortem. §. Si centum. ff. de Condictione indebit. & l. Si ea pecunia. C. de Rei vendicatione. Tum, quia fortè alterius intereſt, mulam potiùs habere, quàm pecuniam. gloſſa in dicto cap. final. Cin. in l. Cùm proponas. C. de Pact. Ang. in Summa verb. Excommunicatio. 3. §. 17. Tum, quia abſurdum eſt diminutionem rerum fieri propter pecuniam, vt inquit tex. in l. Quod dicitur. in 2. reſponſo. ff. de Impenſ. in re dol. fact. Tum, quia compenſatio eſt imaginaria ſolutio; & vna res pro alia ſolui non poteſt inuito creditore. Ita Montal. in l. 21. tit. 14. Part. 5.

At in Foro animæ benè poteſt fieri compenſatio in debitis diuerſæ rationis; & ſic in ſpecie ad ſpeciem, vel pecuniam: vt ſi mihi debes pallium; ego verò tibi mulam, vel pecuniam, quia inuicem commodauimus; te nolēte pallium, vel pecuniam reddere; poſſum mulam retinere, donec mihi reſtituas pallium, vel ſoluas pecuniam. Ita pulchre Pet. à Nauar. tom. 2. lib. 3. cap. 11 num. 384. cum ſequentibus, & Rebel. 1. par. lib. 2. quæſt. 18. nu. 5. dummodò in cōpenſatione ſeruentur requiſita ſequētia. De quibus vide etiam verb. Poſſeſsio. Diff. 5.

2 Primò, quòd debitum ſit ex lege, & præcepto Iuſtitiæ, charitatis, ſiue religionis, vel alterius virtutis, ita vt debitor in conſcientia teneatur ad debitum explendum, nec ſine peccato prætermittere poſsit. Et ita intellige quæ tradit Naua. cap. 17. nu. 70. & 114. verſ. Sextò. & Cordu. q. 111. Rebel. ſupra nu. 4. & lib. 3. quæſt. 3. nu. 1. & alii communiter. Dicūt enim requiri, vt ſit ex Iuſtitia commutatiua debitum. Intellige ergo ſufficere debitum poſſe a me peti, coram Iudice ſeculari, vel Eccleſiaſtico, etiam per viam denunciationis Euangelicæ: vt dict. Diff. 5. nu. 3. Ex quibus collige quòd ſi tu debes mihi aliquid in cōſcientia, & non in Foro iudiciali: poſſum me compenſare. Et ſic non eſt neceſſariū illud de Iudice, quòd ſcilicet aliter non poſsim ab ipſo obtinere iuſtitiam. Quin immò, dicto caſu verum eſt, me non poſſe aliter debitum recuperare, niſi dicas poſſe per viam denunciationis Euangelicæ.

Secundò, vt non plus capiat, quàm ſibi debetur, & conſequenter; ſi verbi gratia, mula retenta valet plus quàm debitum, debeo ſtatim illud plus reddere.

Tertiò, quòd debitum ſit actu, non potentia. Qua ratione non licet aliquid recipere ratione pœnæ quæ non debetur, niſi lata ſententia: vt notat Naua. dict. cap. 17. nu. 114.

Quartò, quòd non poſsit alia via debitū recuperare, vel non poſsit commodè, ſiue in Iudicio, ſiue extra: nimirum quia ille nō vult ſoluere ratione potentię, vel Iudex nō cogit ex iniquitate, vel nō poſsū ſine ſcandalo, inimicitiis, aut expenſis, vel ob defectum probationis, & ſimilia. Obſerua hanc conditionem & requiſitum, licèt ponatur à Pet. Nauar. ſupra, num. 399. impropriè tamen applicari ad veram compenſationē, de qua. ff. & C. de Compenſation. Sed ad aliam, quæ eſt ſatiſfactio, quam quis facit propria authoritate de credito ſibi debito. Nec puto neceſſariam ad eam compenſationem, de qua agimus: cùm in ea ceſſet iniuria Iudicis; cùm ſupponamus ex vtraque parte eſſe debitum, & in ea tantùm agi de retinēdo, & nō de acquirendo de nouo: quo caſu, etiam in Foro exteriori licet: vt toto titulo. ff. & C. de Compenſ. quia nullum miniſterium Iudicis requirit.

Quintò, vt admoneat debitorem, vel hæredes, iam debitum eſſe ſolutum, ne bis ſoluant, vel aliud damnum incurrant.

Aliud requiſitum de liquido ad liquidum, iam diximus ſupra, Differentia 1. non eſſe in Foro animæ neceſſarium.

SVMMARIVM.

1 *IN Decimis non admittitur compenſatio in Foro exteriori. Benè tamen in Foro conſcientiæ.*

DIFFE-

DIFFERENTIA QVARTA.

1 DECIMAE adeò ſunt priuilegiatæ, vt in eis compenſatio non admittatur: vt tradit Panor. in cap. Tua nobis. num. 10. de Decimis Bernard. Diaz. Regul. 99. verſ. Adde & limita primò. Iaſ. in §. In bonæ fidei. Inſtit. de Action. Cenedo poſt alios in Collect. ad Ius Canon. 1. part. Collect. vlt. num. 2. pag. 96. Quod intellige in Foro iudiciali.

In Foro verò animę, & pœnitentiali, puto licere debitori Decimarum, compenſare cum eis debitum, ſi quod habet liquidū. argumẽto eorum, quæ diximus in Depoſitario ſuprà. Different. 2. Adde ad dicta in principio Bened. Capra. Reg. 100. vbi ponit decem caſus, in quib. datur compenſatio in Decimis.

SVMMARIVM.

1 COMPENSATIO *an fieri poſſit in re, dolo acquiſita.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 EST pulchrum dubium, & non vidi hactenus ab aliquo tactum. Tu ſcis de Iure non admitti compenſationem, cùm quis furto, rapina, violentia, vel aliàs dolo, & fraude aliquā ſummam ſeu quantitatem pecuniæ ab aliquo abſtulit. Ita diſponit Ordin. Luſitana lib. 4. tit. 78. §. 2. quæ cōfirmatur ex traditis verb. Reſtitutio. Differentia 23. & ver. Poſſeſſio. Differentia 5.

Eſt ergo dubium, an præfata ordinatio & Ius Fori contentioſi, habeat etiam locū in Foro conſcientiæ & pœnitentiali. Pro parte affirmatiua facit dictam ordinationē videri eſſe æquiſsimam, & iure optimo fundatam. Nam aliàs aperiretur via fraudibus & violentiis. At lex iuſta non fundata in præſumptione, obligat in vtroque Foro; vt dicemus verb. Ignorantia. Differentia 2. & ita tenere videtur Inno. in cap. Olim cauſam. de Reſt. ſpol. facit Rebel. de Obliga. Iuſtitiæ. 1. par. lib. 2. quęſt. 14. nu. 46. ad fi. Vbi tenet contra aliquos, emptorem mala fide rei furto ablatę, teneri eam reſtituere domino, abſque pretii dati compenſatione.

Pro parte verò negatiua, ſcilicet poſſe admitti compenſationē, faciunt dicta ſup. in Diff. 3. & ver. Poſſeſſio. Differentia 5. Quia licèt peccauerit, nihilominus non habet plus quam ſibi debeatur. Vnde non videtur poſſe obligari ad reſtitutionē. Quis enim Confeſſarius obligabit furem ad reſtituendum pecuniam furto ablatam, ex eo ſolùm quòd iſta via iniqua eam habuit, ſi aliàs dicit tantumdē ſibi de certo deberi? Et ita in terminis poſteà reperi tenere Silu. verb. Compenſatio. nu. 3. ad fin. vbi meminit Inno. loco ſuprà citato, & eum intelligit quoàd Forum cōtentioſum. Idem not. Silu. verb. Furtum. §. 13. & §. 16. licèt non ita ſpecificè, quoàd caſum noſtrum: ſed potiùs quoàd Differentiā ſuprà citatam, verb. Poſſeſſio. Differentia 5. quæ in effectu idē continet quod iſta, excepto quòd ibi admittitur compenſatio modo licito, quandò ſcilicèt non poteſt quis via iuridica rem ſuam, vel ſibi debitā recuperare. Hic verò agimus de cōpenſatione facta via illicita; quàm etiam tetigimus ibid. in fin. Itaque concludimus, à Confeſſario non poſſe cōpelli pœnitentem ad reſtituendum pecuniam furto, vel rapina ablatam; ſi aliàs tantumdem ſibi debebat is, cui ipſam furatus eſt: ſed ſolùm imponenda eſt ei pœnitentia pro peccato quòd cōmiſit, ita ſe ipſum compenſando. & ita etiam tenet Rebel. 1. p. lib. 2. quæſt. 18. n. 7. Et in confirmationem prædictorū vide Soto lib. 6. de Iuſti. quæſt. 1. articulo 4. in fin. vbi dicit fieri poſſe vſurarum compenſationem, vt ſi ego a te eamdem quantitatem vſura accepi, quā tu ex me per ſimilem iniuriam extorſeris; neuter reſtat alterius debitor. Quin immò & in

Digitized by Google

& in malis,& in criminibus datur cõpenſatio;vt ſi vir ob adulteriũ dimiſit vxorẽ: ſi ipſe idẽ crimẽ cõmittat;poterit vxor eũ repetere. Nã paria delicta, mutua cõpẽſatione tollũtur.cap,Intelleximus. de Adulte.l. Viro atque vxore.ff.Solu.matri. Abb. in c. Cùm te.de Re iudi.Hyppo.Sing. 234. gl. verb.Perſeuera.in c.Quòd Deo. 33. q.5.& in c.1.verb.Hæc cõpenſatio.14.diſt.latè in 2.tom.Commu.opi.lib.9.tit.7.n.13.& 15. in fi.cum ſequent.& dicemus.Dif.ſequenti; quicquid dicat gl.1.in c.Si quod verius.33. q.2. vbi quod in delictis compenſatio non admittitur.Idẽ dicit glo.d.c.1.14.diſt.quas ſequitur Troilus Maluetius in tract.de Sortibus.n.15. in 4.vol.Tract. quod intellige in præiudicium Reip.& Fori cõtentioſi criminalis,vbi delicta ſunt publica, vergentia in perniciem Reipu. vltra offenſam Partis. Vide duas Fallentias per Soci. Reg. 86.& per Dueñas.Reg.129.& perCarreri.in Praxi crimi.nu. 104.in quibus dolus cum dolo non compenſatur.

DIFFERENTIA SEXTA.

Paria delicta mutua compenſatione tollũtur, c.Intelleximus.de Adulte. c.Nihil.32.q.6.l.Viro.ff.Solu.mat. & diximus ſup.Diff.præce.& notat gl.fin.in c.1.14.diſt.vbi dicit compenſationẽ admitti in criminibus;& hoc in iudiciis: non tamen in Foro pœnitentiali, allegat c.Quod Deo,33. q.5. & hoc eſt ſine dubio. Non enim eſt bona excuſatio coram Deo, ſi deliquiſti in proximũ, eò quòd ſimiliter ipſe in te deliquerat. Quia teneris ſtatim poſt iniuriam acceptam, ipſam remittere, iuxta not. verb. Remiſsio.Dif. 2.Et ideò dicit Naua.c.17.n.114.decipi eos,qui putant ſibi licere,auctoritate propria vleiſci iniurias,quas per Iuſtitiæ miniſtros nõ poſſunt; quamuis gl. l.Nullos.C. de Iudæis. approbata per Paul.de Caſt.Conſ.203.dicat poſſe.Idem videtur tenere Rebel. 1.p.lib.2.q. 18.n.9. Sed cõcordari poſſunt,ſc.nõ licere ante factum. ſi tamen fiat: poſſe tunc compenſari; quidquid contradicat Nau.c. 18.n. 46.& Toled.lib.2.cap.4.n.395.faciunt notata verbo Poſſeſsio.Diffe.5.in fin.

CONFESSIO IVDICIALIS.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio Parte abſente facta, non nocet confitenti in Foro exteriori.*

2 *Licèt ſecùs ſit in Foro pœnitentiali, & etiã de æquitate Canonica.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 Confeſsio etiam cum cauſa, facta abſente Parte, non nocet confitenti,nec probat contra eũ in Foro exteriori.l. Certum. §. Si quis abſente.ff.de Confeſsis.l.Vnica.C.eodem. gl.in c.final.de Confeſsis.latè Fel.in cap.Si cautio.col.4.de Fide inſtru. vbi ponit prædictam regulam cum 13.limitationibus.

2 In Foro verò pœnitentiali, & de æquitate Canonica, ſecùs dicendum eſt, ſecundùm Salicet.in l.Generaliter.q.13.C.de Nõ numer.pecun.Fel.ſuprà col.5.n.24.in 3.Declara.verſ.Quartus caſus.& probatur in c. Quamquã.de Vſur.lib.6.ibi, *Vel eis abſentibus loci Ordinario, & idoneè de reſtitutione facienda ſit cautum.* Idem notat Fel.in c. Olim.n.8.Fallent.7.de Reſcript. vbi dicit confeſsionem quæ fit ad exonerationem conſcientiæ, valere etiam factam extra iudiciũ abſente Parte;& quòd in Foro pœnitentiali cõfeſsio nõ requirit præſentiã partis,ex Bal.in l.Rationes.ad fi.C.de Probat.

pro quibus facit gloſ.ſingu.in cap. Quoties cordis oculus.verb. Et per te.1.q.7. dicens de ęquitate canonica valere cõfeſsionem, etiam parte abſente factam, & poſſe alterum alteri abſenti ſtipulari, de qua gloſſa facit magnum feſtũ Fel. in dict.c.Si cautio. col.6.verſ.Fallit ſecũdò. Eamdẽ glo. commendat Abb.in Rub.proœmii.Decret.2.lectura.nu.25.Bal.in l.Illud.n.2.in fi.C.de Sacroſan.Eccl.& Iaſ.in l.Qui Romę. §.Flauius.n.24.ff.de Verbo.obli.vide notata verb. Promiſsio.Diff.1.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſus homicidiũ metu tormentorum, licèt reuocet ſuã confeſsionem ad pedem patibuli, nihilo minus Iudex eum ſuſpẽdere tenetur in Foro exteriori.*

2 *An verò idẽ poſsit facere in conſcientia, diſputatur; & tandem idem concluditur.*

3 *Declaratur quo modo ſit quis dominus ſuæ famæ.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 CAptus propter homicidiũ perpetratum,& poſitus in tormentis, ſi metu ipſorũ, delictũ confiteatur; cùm aliàs ipſum nõ perpetrauerit, Iudex licitè in Foro exteriori, vigore dictæ confeſsionis, poſteà extra tormenta ratificatę, poterit reum confeſſum pœna mortis condemnare; nec tenetur ſententiam reuocare, vel eius executionẽ ſuſpẽdere; quãuis in extremis, ſeu in patibulo, reus ſuam confeſsionem reuocet, & dicat falſum ſe dixiſſe. argumento not. per Iul.Clar.q.55.n.15. & 16. Nam nec ante ſententiã prodeſt reo reuocatio ſuæ confeſsionis, niſi doceat de errore; vt concludit Iul.Clar.in dict.q.55.in fine cõtra Salicet.& Angel. Quantò minùs ei proderit reuocatio poſt ſententiam, nullo edocto de errore?

2 Sed in Foro conſcientiæ videtur Iudicem teneri ad executionis ſuæ ſententię ſuſpenſionẽ, ſi reus in patibulo, vel cùm ei ſententia intimatur, reuocat ſuam confeſsionem; negãdo delictum à ſe eſſe commiſſum, ſed metu tormentorum ipſum falsò cõfeſſum fuiſſe. Pro quo facit talem reum teneri in conſcientia prædictam cõfeſsionem reuocare, quando verè delictum non commiſit; aliàs condemnaretur æternaliter, dando occaſionem ad mortem, cùm nõ ſit dominus vitæ ſuæ, nec ſuorum membrorum; vt docet Abb.in cap.Ex parte.21.nu.2.de Sepult.per tex.notabilem in cap. Si non licet. 23.q.5.Refert,& ſequitur Fel.in cap. Exhibita.in fin.de Homicid. Et fruſtra ad prędictam reuocationẽ teneretur, ſi aliàs Iudex non teneretur ſuam ſententiam reuocare, vel eam ſuſpẽdere; quia ſufficeret reo pœnitere de peccato commiſſo,& ipſum Confeſſario cõfiteri. Nec pro ſaluando ſuo honore ad dictam reuocationem publicè faciendam videtur obligari: cùm ſit quiſque dominus ſui honoris,& famæ.

Sed his non obſtantibus, tenendũ eſt contrarium: quia aliàs ſequeretur de facili omnẽ reum, ita ſuam confeſsionem reuocãdo, poſſe pœnam mortis euadere, tametſi ex aliis probationibus, & indiciis ſimul cũ dicta confeſsione eſſet conuictus,& ſic crimina remanerent impunita. Quod tamquã contrarium bono communi, nullo modo eſt admittendum.

Quod quidem eſt verum, niſi quãdo non eſſent indicia legitima. Tũc enim talis cõfeſsio noſcitur ipſo iure nulla, & ſic nõ potuit confeſſus ex ea condemnari, vt docet communis, teſte Iul.Clar.in dict.quęſt.55. nu.14. Quantò magis eo caſu deberet ſententia ſuſpendi, reuocata confeſsione?

Nec obſtat ſic tenendo, videri prædictam obligationem quoàd reuocationem publicè faciendam de ſua falſa confeſsione, eſſe fruſtraneam, maximè quia ei non credetur. Nam non eſt fruſtranea quoàd ſe; cùm ſic ſatisfaciat ſuæ conſcientiæ.

Quòd ſi obiicias ſufficere quoàd dictã ſatiſfactionem, quòd in Foro pœnitentiali eã reuocauerit. Reſpondeo non ſufficere ex quo publicè ſe infamauit ad mortem.

Ex quo

Digitized by Google

3 Ex quo colligitur limitatio ſingularis ad regulã, quæ habet vnũquemq; eſſe dominũ ſuæ famæ, q; ſcilicet procedit, & locũ habet in infamia, cui non eſt annexa pœna mortis, vel mutilatio membri, ſed tantùm in diſcrimine verſatur ſola fama hominis.

Præterea ad prædictam reuocationẽ reus ſemper erat obligatus; quia potiùs tenebatur pati tormẽta, quàm falsò ſibi crimẽ imponere. Vnde nõ mirũ ſi Abb. & Fel. ſuprà, cõpellãt reũ ad retractationẽ ante mortẽ: & imputet ſibi reus, ſi tẽpore debito eam non reuocauit. Iudex enim non debuit credere, quòd crimen falsò contra ſuam conſciẽtiam confiteretur. Vnde meritò potuit, & debuit eum condẽnare, quandoquidem eã nũquam reus reuocauit, maximè tẽpore ſtatuto ad ſuas defenſiones. Quòd ſi ante ſententiã non admitteretur eius reuocatio, niſi docto iã de errore, vt ſuprà dictũ eſt: quantò minus eſt admittenda poſt latam ſententiam, & ſolo verbo facta?

DIFFERENTIA TERTIA.

CONfeſsio criminis in Foro exteriori meretur pœnam à lege eidem crimini impoſitam; vt palã eſt. Adeò, vt nullæ ſint partes Iudicis in cõfeſſum; niſi ipſum cõdemnando, l. Proinde. ff. ad l. Aquil. cap. Præterea. de Tranſact.

At in Foro Dei, & pœnitentiali, totum ſeruatur contrarium. Nam per ſolam confeſsionem peccati, cum debita contritione factam, remittit Deus peccatum, quãtumcumque graue ſit, iuxta illud Pſal. 31. *Dixi, Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Itaq; in hoc Foro animę, cognitio culpę, & confeſsio peccati, merentur abſolutionem eius. In altero verò Foro iudiciali, meretur cõdemnationẽ. Vide quàm diſpar ſit tribunal Dei, tribunali hominum. Ponderat hoc meritò Diuus Chryſoſt. Homil. 20. in Geneſ.

DIFFERENTIA QVARTA.

QVI tacet in Foro exteriori, conſentire videtur, iuxta Reg. Qui tacet. de Reg. iur. lib. 6. At in Foro Dei ſecùs eſt; quia iuſtus ſecurus de ſua innocentia tacet; iuxta illud Pſal. 38. *Poſui* (inquit Pſalmiſta in perſona iuſtorum) *ori meo cuſtodiam, cùm cõſiſteret peccator aduerſum me.* Bona enim conſcientia non eget defenſione verborum: quæ ſuo nixa eſt teſtimonio, ipſa eſt ſui Iudex; vt not. D. Ambro. ſuper dic. Pſal. refert Fr. Ant. Feo in Domin. 3. Quadrag. diſcurſu 2. fol. 124. Corroboratur hoc ex illo Apoſt. 1. Cor. 4. *Mihi autem pro minimo eſt vt à vobis iudicer, aut ab humano die.*

CONFESSIO SACRAMENTALIS.

SVMMARIVM.

1 *STATVTA Religionis, per quæ quis tenetur peccata ſemel confeſſa, iterum confiteri, intelliguntur in Foro exteriori; & non in interiori.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 COnfeſsio ſacramẽtalis integrè, & ritè facta; ſi per legẽ, vel ſtatutum reiterãda veniat: talis lex, & ſtatutũ eſt tãtùm pro Foro exteriori; nõ autẽ pro interiori. Ita pulchrè poſt Ang. docet Rip. de Peſte. cap. fin. num. 48. Quod ita intellige; ſcilicet non obligare tale ſtatutum in conſcientia ad iterum confitendũ ſacramentaliter: quia nemo humana lege obligari poteſt ad cõfitendum iterum peccatum ſemel legitimè confeſſum; vt docet Ang. ſup. & Naua. Conſ. 75. n. 1. de Regula. & in Man. cap. 9. in prin. poſt. D. Tho. & communem. Et ideò licèt poſteà pœnitens Superiori nõ confiteatur; valere nihilominus non deſinet abſolutio. Peccabit tamen

Digitized by Google

de nouo ob inobedientiam; & poterit puniri in Foro exteriori: quia illa manifeſtatio pertinet ad Forum exterius.

Hinc colligo intellectum ad ſtatuta nonnullarum Religionũ, & maximè ad quoddam noſtrum ſic diſponens, in 2. par. cap. 7.§.17. Quòd ſi Prior, aut monachus in itinere conſtitutus, peccatum aliquod mortale alicui Confeſſario extraneo cõfeſſus fuerit; tenebitur iterum idem peccatum Vicario, vel alii ex Confeſſariis approbatis confiteri, cùm primùm ad domũ reuerſus fuerit. Intellige id tantùm procedere quoàd Forum exterius; non tamen procedere quoàd Forum animę. Nam ſemel rectè abſolutus, non indiget alia confeſsione, & abſolutione quoàd Deum. quod nota. Et ita deducitur ex Naua.cap.26.nu.12. Hēri. de Pœnitentia lib.2. cap.16.§.3.& Beia 2. par.caſu.1.ex propo. 18.Decẽb.à pag.485.

Nec prædictis obſtat Nauar.Cõſ.75.de Regul.in 1.& 10.Dub. vbi conſultus ſuper ſimili ſtatuto noſtro à V. P. Dom Michaē. de Vera, videlicet, An monachus proprietarius abſolutus per Bullam Cruciatæ, teneatur ad reuelãdum iterum illud met peccatum Priori.(eſt enim quoddam ſtatutum noſtrum, cuius meminit idem Nauar. ibid. in 4.Dubio, obligans proprietarium ad manifeſtandum Priori illud intra certum tempus, ſub excommunicatione ipſo facto incurrenda) Reſpondit teneri, quia abſolutio à peccato propietatis, non tollit obligationem ad manifeſtandum illud Priori. Non inquàm hoc obſtat, immò confirmat ſuprà dicta per not.verb.Pœna.Dif.4. Præſuppoſito, illam reuelationẽ faciẽdam poſteà Priori, non debere eſſe ſacramẽtalem, ſed externam.

SVMMARIVM.

1 *CONFESSIO ſacramentalis facta cum expoſito; ſed à Superiore probibito, an valeat in Foro animæ; licèt in Foro exteriori, poſsit Religioſus puniri.*

2 *Quid autem ſi fiat virtute Bullæ Cruciatæ, & approbato ab Epiſcopo?*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 CONFESSIO ſacramentalis facta Religioſo, aliàs à ſuo Prælato expoſito, ſed ab eodem prohibito, ne audiat cõfeſsiones; valet, & tenet in Foro animę, licèt in Foro exteriori poſsit puniri prædictus Religioſus à ſuo Prelato propter inobedientiam. Hanc opinionẽ refert Lopez.1.tom.c.26. verſ. Rurſus. de Religiſo. tenere Sotũ poſt Palud.& Silu.cõtra Naua.Conſ.15.n.4. de Pœnit.& remiſ.& in Manu.cap.4.num.2.

Sed ego cõtrariũ inuenio apud Silu.verb. Confeſſor.1.n.15.q.19.§.3. ibi *vel præceſſiſſet Superioris inhibitio, non tenerent; vt in cap. Veritatis. de Dolo, & contum.* & ad idem allegat Palud.

Lopez tamẽ loc.ſup.cit. conatur prædictos Doctores fędere diſtinctionis, ad cõcordiã reducere. Ait enim ſi prohibitio Prelati fuit occultè facta, & pœnitens eam ignorabat, tũc valere, & tenere cõfeſsionẽ. Et ita procedat opinio Palud.Sot.& Silu. Si verò fuit publicè facta, tunc procedat opinio Nauar.

2 Quid autem ſi pœnitens habeat Bullam Cruciatæ, & Confeſſarius ſit ab Epiſcopo approbatus? Vide Angles quæſt.de Confeſsione.art.8.difficult.8.Rodrig.in Explicatione Bullæ.Cruc.§.9.q.7. nu. 10. vbi dicunt abſolutionem factam à Regulari virtute Bullæ Cruciatæ, & ab approbato per Epiſcopum pœnitentis, eſſe validam, quãuis aliàs Pręlatus dicti Regularis prohibuiſſet eidem, ne alicuius confeſsionem audiret, licèt ab eo puniri poſsit. Quod reſtringit Rodrig.ſup.ſcil. quoàd peccata ordinaria. Secùs quoàd reſeruata. Ego verò aliter diſtinguo, nempe validam eſſe, ſi pœnitẽs non erat ſubditus Prælati prohibentis, ſed Epiſcopi. Secùs ſi erat ſubditus eiuſdẽ Pręlati, cùm nõ ſit dẽ mente Papę, per ſuã Bullã Cruciatę relaxare ſubditos Religioſos, & eis licentiã dare cõtra prohibitionẽ ſuorum Prælatorum, & eorũ reſeruationes; vt cõſtat ex Extrau. Clem.8. de qua v. Abſolutio.Dif.1.nu.21. Sequitur poſt Adria.Ledeſ.1. p.tit. de Sacramento Pœnitentiæ.c. 13.Dub. 12. dicens eſſe magis probabile primum membrum dictæ diſtinctionis.

CONSVETVDO.

Digitized by Google

CONSVETVDO.

SVMMARIVM.

1 *CONSVETVDO dat iuriſdictionẽ in Foro exteriori, etiam in rebus arduis.*
2 *Secùs in Foro pœnitentiæ, in quo non poteſt quis confiteri alteri, quàm ſuo Parocho vigore conſuetudinis, niſi adſit etiam ſcientia, & patientia Parochi. Et ſic excuſantur Parochi, & alii Sacerdotes ſibi inuicem confitentes.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 CONSVETVDO in Foro exteriori dat iuriſdictionem. l.vlt. C. de Emancip.Libert. & ibi notat gloſ. verb. Conſuetudinem. cap. Dilecti. de Arbitr. cap. Cùm contingat. in fin.de Foro compet.cap. Nouit.& ibi gloſ. verb. Cõſuetudinem.de Iudic.& gloſ.verb. Conſuetudo.in cap.Nullus.9.quæſt.3.

Amplia id verũ, nõ ſolùm in leuibus, ſed etiam in arduis, & duriſsimis, vt eſt electio Imperatoris, ſecundùm gloſ.penul.in c.Ad Apoſtolicæ. de Re iud.lib.6. ſingularem ſecundùm Barba. in cap. Cùm contingat. de Foro compet.& in cap. Propoſuiſti. de Probation. & commendat Corſet. ad Abbatem in cap.Cùm conſuetudinis.de Conſuet.in Additione magna.

2 At in Foro animæ, ſola conſuetudo non dat Iuriſdictionem, cap.2.de Pœnit. & remiſsio.lib.6. vnde non poteſt quis prætendere, poſſe confiteri cui voluerit, licèt ſæpiſsimè id fecerit. Nam nulla conſuetudo introduci poteſt, vt præter proprii Sacerdotis licentiam, aliquis poſsit ſibi eligere Confeſſarium, vt ex dicto cap. 2. notat Palud.in 4.diſt.17.quæſt.3.art.2.concluſ.3.& Ang. verbo Confeſsio.3.§.30. vbi limitat niſi vnà cum conſuetudine adeſſet tolerantia, ſiue ſcientia, & patientia Parochi, vel Epiſcopi. Tũc enim benè poſſet introduci, vt docet etiã Sot.in 4.diſt.18.q.4.art. 2.§.Similiter. Vbi ex hoc excuſat cõſuetudinem introductam à Parochis, & Sacerdotibus confitentibus promiſcuè. Quare malè dixit Nauar.in cap.Placuit. num. 105.de Pœnit.diſt.6.& in Man.c.4.nu.2. ſublatum hoc eſſe per Concil. Trid. Seſſ.23.cap.15. Quamuis enim ibi tollatur conſuetudo in contrarium; non tamen tollit hanc licentiã tacitam Prælatorum,& Parochorum, virtute cuius, Sacerdotes omnes mutuò ſibi cõfitentur, dũmodò ſint ab Epiſcopis approbati ad confeſsiones audiẽdas; quippe qui nullus eſt Epiſcopus, aut Parochus, qui in hoc diſſentiat; immò grato animo id tolerant, & cõſentiunt in rem tam quotidianã, & neceſſariam. Eſſet enim graue nimis obligare Sacerdotes, qui quotidie celebrant, vt quærerent ſemper Parochum, ad ei confitendum; aut eius licentiam ad confitendum alteri Confeſſario.

SVMMARIVM.

1 *CONSVETVDINIS quanta ſit vis, & in quibus habeatur pro lege, & ſit iuſta.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 MAGNA eſt vis cõſuetudinis: quippe illa facit licitum, quod aliàs erat illicitum; l. Quis ſit fugitiuus.17.§.Apud Labeonem. ff. de Aedilit. edict. Et approbatum à cõſuetudine, habetur de Iure communi approbatum, ſecun-

dùm Bar.in l. Si pignore. §. vlti.ff. de Pigno.actio.& Iaſ.in l. Certi iuris. C. de Iudi.

Quod intellige verum;dummodò approbatum à conſuetudine ſit tale, quod per pactum, vel ſtatutum poſsit induci. Nam quod nequit per pactum, vel ſtatutum induci; non poteſt per conſuetudinem, vbi vertitur periculum animę. Ita Bart.in l. Si finita.§.Iulianus,col. penult. ff. de Damno infect. Abb.in cap. Quoniam frequenter. §.In aliis. col.9.vt lite non cont. Refert, & ſequitur Valaſ.Conſult.8. num.7. ad finem par.1.

Ex quibus verbis collige regulam notabilem ad cognoſcendum quando conſuetudo excuſet à peccato.Quam tene mente pro intelligentia Differentiæ 10. in verb. Lex.

Pręterea collige differentiam inter vtrumque Forum, videlicèt quòd conſuetudo quæ nequit per pactum, vel ſtatutum induci; non obligat in Foro animæ: licèt in Foro exteriori obſeruetur.

Vide plura alia circa vim conſuetudinis,per Rebel.de Oblig.Iuſti. in Præludiis, quæſt. 5. per totam. Vide Feli. cap. 1. num. 18.de Sponſa. vbi dicit quòd ſi quis per longum tempus ſoluit,vel dat aliquid in opus pium; poteſt compelli ad idem preſtandum, allegat. cap. ad Apoſtolicam. 42. de Simo.quod ad hoc dicit aureum.

SVMMARIVM.

1 PRAELATVS *an teneatur in conſcientia conſuetudines Conuentuum ſeruare.*

DIFFERENTIA TERTIA.

CONSVETVDINES Conuentuum tenentur Prælati obſeruare in Foro exteriori; quia conſuetudo eſt altera lex, & vt dicitur vulgariter; *Lo que ſe vſa, no ſe eſcuſa.* Faciunt notata Differentia præcedenti.

In Foro vero conſcientię, non tenentur eas ſeruare, niſi tria concurrant. Primum quòd ſint rationabiles; id eſt,quòd habeāt conditiones bonæ legis. Secundum quòd ſint præſcriptæ: hoc eſt; quòd ſint ad minus decem annorum; quia hoc ſpatium tēporis requiritur de iure ad præſcriptiones inter præſentes. Tertium quòd habeant conſenſum legiſlatoris; quia aliàs non habent vim legis, ſecundùm Soto lib. 1. de Iuſti. quæſt.7. artic. 2. vbi dicit quòd tunc demùm diſsimulatio Prelati eſt cauſa, vt conſuetudo, lex fiat, quando Prelatus eſt legiſlator. Nam ſi non eſt; etiam ſi ſit Prouincialis,eius diſsimulatio non eſt ſufficiēs vt conſuetudo vires legis conſequatur.

Sed non puto vltimun requiſitum fore neceſſarium, vt Prelatus teneatur ad obſeruantiam conſuetudinum Conuentus. Nam licèt non teneatur eas ſeruare tamquam legem, vel ſtatutum: tenetur tamen eas ſeruare tamquam conſuetudines rationabiles, & præſcriptas, ſi tales ſint; per notata Differentia præcedenti. Quod intellige de conſuetudinibus præter ſtatuta.

Nam ſi ſunt contra ſtatuta; tunc benè dicit Soto, requiri etiam conſenſum legiſlatoris, vt poſt Inno. Ioan.And. Domin.& alios, tenet Felin. in cap. Cùm ex officii de Præſcrip. verſ. Circa dicta. Abb. num. 8. dummodò lex, aut ſtatutum tollat conſuetudinem in contrarium: aliàs non,vt reſoluit Benedict. Vado in Reperto.Feli. verbo Conſuetudo. verſ. Conſuetudo tacita, aut expreſſa.

Hinc colliges quòd cùm noſtra ſtatuta tollant, & reprobent conſuetudines ſtatutis contrarias;& quòd nulla valeat conſuetudo contra ea, legiſlatorquè eorum ſit totum Capitulum Generale:ſequitur nullum Prælatum teneri ad obſeruationem quarumcumque cōſuetudinum domorum, ſeu Conuentuum,ſi ſint contrarię ſtatutis;quia deeſt tali conſuetudini conſenſus Capituli Generalis, cùm eas ignoret.

Circa hoc verbum, vide etiam quæ habes verb. Parochus.Differentia 5. & verb. Peccatum.Differentia 1.

CONTRACTVS.

Digitized by Google

CONTRACTVS.

SVMMARIVM.

1 *CONTRAHENTIBVS licet ſe ad inuicem decipere, in Foro exteriori. Secus in conſcientia.*

2 *Clericis non licet quempiam decipere in pretio: ſed tenẽtur emere res pro iuſto pretio.*

3 *Nulla deceptio eſt licita, etiam in modico, etiam ſi fiat re ipſa, & non de induſtria.*

4 *Nulli licet decipere Infidelem.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 LICITVM eſt contrahentibus ſe decipere vſque ad dimidium iuſti pretii. l. In cauſę. ff. de Minor. l. 2. & l. Si voluntate. C. de Reſcind. vendit. l. Item ſi pretio. §. fin. ff. Locat. gl. in cap. Cùm dilecti. de Empt. & vendit. & in cap. In ciuitate. de Vſur. verb. Comparant. facit gloſſa verb. Malignantiũ in cap. Cupientes. de Elect. in 6. communiter recepta, teſte Probo ad Monach. cap. 2. num. 79. de Conſtit. lib. 6. quæ vult licere aduocato decipere aduerſarium ſui clientuli. Ad idem gloſſa fin. in cap. 1. 4. quæſt. 4. quæ dicit licere Duci exercitus, decipere hoſtẽ. Quæ ſimiliter communiter approbatur, teſte eodem Probo ſuprà. Itaque licitum eſt vendere rem infra dimidium iuſti pretii.

Quod eſt verum iure Fori, non iure Poli, vt dicit Innoc. in cap. In ciuitate. de Vſur. Abb. in cap. Quia plerique. num. 28. ad finem, de Immunit. Eccleſ. Tiraq. in l. 9. Connub. à num. 7. D. Tho. 2. 2. quæſt. 77. art. 1. ad 1. Couar. lib. 1. Variar. cap. 1. num. 1. latè Viuius Deciſ. 160. nu. 8. lib. 1. Sot. de Iuſt. lib. 6. quæſt. 1. art. 1. Silu. verb. Emptio. quæſt. 7. num. 8. & quęſt. 8. num. 9. in fin. Mercad. de Contract. cap. 10. fol. 39. Rebel. de Obliga. Iuſt. 2. parte lib. 9. quæſt. 3. per totam. maximè nu. 4. & 11. & Nauar. in cap. Qualitas. à nu. 26. vſque ad nu. 46. de Pœnit. diſt. 5.

Ratio diuerſitatis inter vtrumque Forũ eſt; quia Ius poſitiuum in odium litium noluit pro modica leſione dare actionem: nõ tamen ſuſtulit nec potuit auferre obligationem naturalem, qua quiſque tenetur eſſe verax, & iuſtus, & neminem decipere. cap. Beatus. 22. quæſt. 2. l. Semper. in Conuentionibus. 157. iuncta ibi gl. recepta. ff. de Reg. Iur. Itaque pręcitatę leges tantùm loquuntur de licentia permiſsiua, non de approbatiua, ſecundùm Cepol. de Simula. contrac. num. 23.

Sed prædictis obſtant verba tex. dict. l. In cauſæ. 2. §. Idem Pomponius. ff. de Mino. quatenus habet licitum eſſe contrahentibus naturaliter ſe decipere; ideſt quod pluris eſt, minoris emere; vt exponit. I.C. in d. l. Itẽ ſi pretio. 25. §. fin. ff. Loca. Si igitur naturaliter id licet, quomodo contrarium dicimus eſſe in Foro conſcientiæ? Reſpõdeo, quòd (vt tradit gl. 1. c. Ius naturali. 1. diſt.) natura duobus modis accipitur. Primo pro inſtinctu naturæ, à ratione prouenientc. Secũdo pro inſtinctu naturæ à ſenſualitate manante; vt in l. Sed ſi damnum. 9. §. Si ipſe ſeruus. ff. de Pecul. vbi dicitur naturaliter licere ſeruo in ſuum corpus ſeuire. In quo ſecundo ſenſu intelligitur illud verbum (naturaliter) dict. §. Idem Põponius, vt aduertit Barboſ. 4. par. Rub. ff. Solu. matri. nu. 26. ad fi. poſt D. Aug. lib. 13. de Trinit. cap. 3. Soto. lib. 6. de Iuſti. quæſt. 2. art. 3. col. 2. Medin. de Reſtit. quæſt. 32. & ſentit gl. fin. dict. cap. Qualitas. Quæ, verba illa, *Naturaliter licere* exponit naturale eſſe. Vel dic verba illa, Naturaliter licere, vel cõceſſum eſſe, de quib. d. §. Idem. & §. fi. accipi pro permiſsione de iure gentiũ; vt ſit ſenſus, Iure gẽtiũ permittitur, &c. vel, vt aliqui volunt, ſecundùm naturam contractus. Ita Rebel. ſup. nu. 6.

2 Quæ reſolutio nedum obſeruanda eſt in contractibus, per ſeculares celebratis; ſed etiam

etiam & multò magis in iis, qui fiunt per Clericos, ſecundùm gl.ſing. & celebrem, in cap.2.verb.Vt plus,10.quæſt. 2. Dec.in Regul. Semper in contractibus num. 10. in fine. ff. de Regul. Iur. Caual. Decis. 3. num.3. part.2. Quamuis enim etiam de Iure Canonico non detur actio in emptionibus & vẽditionibus propter læſionem intra dimidiam; vt in dict. cap. Cùm dilecti. de Empt.& vẽd. Nihilominus in Foro cõſcientiæ non licet Clericis alios fallere, & vltra iuſtum pretium recipere. Ex dict. gl. verbo Vt plus. quàm dicit ſingularem Roman.Singul.755.Iaſ. in§. Sed iſtæ quidem. numero 14. Inſtit.de Action. Gerar. Singul. 22. & eam commendat Abbas in cap. Quia plerique. num. 29. de Immuni. Eccleſ. & in cap. 1. nu. 2. de Empt. & vend. Bero. dict.cap.Cùm dilecti.num.18. Naua. in c.Nouit.notab.6. nu.47. de Iudi. & Gomez. in §. Ex maleficiis. nu. 37. Inſt. de Actio. Facit Panormitan. poſt Calderi. dict. cap. Quia plerique. vbi num. 34. dicit neminé debere ex propoſito aliquid plus vel minus debito emere, alia parte ignorãte. Cuius dicti rationé tradit idé Abb. in cap.Cùm cauſa. n.4. de Teſti.quia (inquit) non debet pati proximum decipi, quem debet diligere ſicut ſe ipſum.

3 Adde quòd nulla deceptio in Foro cõſcientiæ eſt licita, etiam ſi re ipſa, & non cõſilio fiat. Et etiã obligát decipiẽté ad reſtitutionem, ſecundùm cõmunem, de qua per Nau. in dict.cap. Nouit.de Iudi.notab. 6.nu. 58. Conrad. de Contract. quæſt. 57. Tiraq.ſup.nu.9. Niſi ob paruitatem materiæ, aut ignorantiæ excuſetur; vt docet Rebel.ſup.nu. 4. dicens communem. Si enim furem excuſat à peccato mortali, & à reſtitutione paruitas materiæ: multò magis excuſabit venditorem modicitas pretii. vide Naua.c.23.nu.87. Quæ autem ſit modica, ſeu parua læſio, & quæ non; id arbitrio diſcreti & periti Confeſſarii relinquitur. Nam aliquando quod erit modicum quoàd vnum lęſum, erit magnum quoàd alium. Adde not.verb. Venditio.Diſt.1.

4 Tandem vidẽdus eſt Ant.Cordub.quæſt. ſeu caſu 96. vbi extendit præfatam reſolutionem, etiam ad contractus cum infidelibus initos. Quia nulla deceptio ex propoſito, & induſtria, licita eſt, etiam ſi fiat Infideli. Ratio eſt, quia eadem militat ratio in ipſis, quæ militat in Chriſtianis: quippe qui etiam ſunt noſtri proximi, & tenemur eos diligere, ſicut nos ipſos, authoritate Chriſti in Parabola illa Samaritani, qui inciderat in latrones. De qua Luc.cap.10.

SVMMARIVM.

1 *CONTRAHENS cum minore, vel Eccleſia, & ipſos decipiens; tutus eſt in Foro exteriori dum non imploratur contra eum reſtitutio in integrum. Secùs quoàd Forum interius.*

2 *Cum contractus eſt nullus etiam de iure naturali; tenetur lædens in conſcientia etiã ante reſtitutionem in integrum, rem reſtituere cum damnis.*

3 *Cùm contractus eſt ipſo iure validus, & abeſt omnis dolus; non tenetur lædens, niſi ad dãnũ & ad illud in quo fuit factus locupletior; niſi caſu quo læſus fuit iuſtè impeditus; quia tunc tenetur ad rei reſtitutionẽ. Si verò dolus interfuit, tenetur ad læſionis reparationem.*

4 *Poſſeſſor bonæ fidei dicitur poſsidens aliquo titulo; licèt reſcindi poſsit per reſtitutionem in integrum. Quod verum in Foro exteriori. Secùs in interiori.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 CONTRAHENS cum minore, vel Eccleſia; & ipſos lædens, tutus eſt quoàd Forum exterius, dum contractus, beneficio reſtitutionis in integrum non reſcinditur; ſiue contractus ſit nullus, ſiue ipſo Iure validus: vt palam eſt, & conſtat ex toto titulo. ff.& C. & in Decretal. extra, de In integr. reſtit.

In Foro verò conſcientiæ non eſt tutus. Quia in tali Foro non expectatur, quod læſus beneficium reſtitutionis in integrum imploret

imploret: nec quòd lædens conueniatur priùs in iudicio. Sed ſufficit læſionem interceſſiſſe, & vt de ea ſit certus lædens; vt ad eius reparationem ſtatim teneatur.

2 Et quidem ſi contractus eſt nullus; tenetur lædens in conſcientia, non ſolùm ad læſionis reparationem, ſed etiam ad rei per contractum acquiſitæ reſtitutionem; niſi cōtractus teneret quoad metas iuris naturalis. Tunc enim ad ſolam læſionem teneretur; non tamen ad rei reſtitutionem, donec petatur; vt poſt Innoc. in cap. Quia. plerique. nu. 3. verſ. Sed quid dices. de Immunit. Eccleſ. docet Silue. in Summa, verb. Reſtitutio. 5. quæſt. 8. & Angel. eodem verb. num. 6.

3 Si verò contractus eſt ipſo Iure validus, & nulla fraus, nec dolus in eo interuenit; tenetur tātùm ad reſtitutionem eius quod ipſe acquiſiuit, & obtinet, vel in propriam vtilitatem impendit, propter læſionem irrogatam: non tamen tenetur rem reſtituere, donec reſtitutio in integrum concedatur, & res ab eo petatur: niſi leſus iuſto impedimento detentus omiſit, ſeu non potuit implorare prædictum remedium, & rē petere. Nam eo caſu, res eſt reſtituenda, nō expectato vt res petatur. Ita notab. Ange. ſup. Quòd ſi fraus, & dolus interceſsit; licèt ad rem reſtituendam non teneatur, donec in iudicio conueniatur; tenetur tamen ad læſionis reparationē ratione doli: etiam ſi ipſe nullum commodum ex læſione alterius habuerit. Ita Couar. in Regul. Peccatum. 2. part. §. 3. nu. 8. & lib. 1. Variar. cap. 3. num. 5.

4 Ex ſuperiùs dictis infert Couar. in dicto §. 3. num. 8. in fine, vnum memorabile, videlicet poſsidentem aliquam rem titulo alicuius contractus, qui beneficio reſtitutionis in integrum poteſt reſcindi, eſſe bonæ fidei poſſeſſorem, etiam intra quadrienniū: modò abſit fraus in ipſa cōuentione. Quod verum credo quoàd Forum exterius. Secùs quoàd interius, per not. ſup. nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *ADVOCATVS cum clientulo non poteſt paciſci in Foro exteriori, niſi in principio litis. Secùs in interiori.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 ADVOCATVS cum clientulo in Foro exteriori poteſt in principio litis de ſalario paciſci; non tamen in medio. cap. Infames. §. Præterea. 3. quæſt. 7. Nec poteſt paciſci de habenda certa re, in caſu victoriæ, ſecundū Ord. Luſit. lib. 1. tit. 48. §. 11.

In Foro tamen interiori, in quacumque parte litis, & quocumque tempore poteſt paciſci: dummodò conuentio ſit iuſta, & ſine vi, ac fraude, aut ſcandalo fiat, ſecūdùm Nauar. cap. 25. num. 30. Et ſic intellige tradita per Silu. in Summa verb. Aduocatus. quęſt. 17.

SVMMARIVM.

1 *DOMINVS Aſſecurans merces, non tenetur aliquas ſaluare in Foro exteriori, etiam ſi in naufragio id potuerit. Benè tamen in Foro interiori.*

2 *Quilibet poteſt habere res ſuas pro derelictis: dummodo non reſultet ex hoc alicui præiudicium.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 CVM aſſecuratur nauis, & naufragium patitur; non tenetur Dominus rerum aſſecuratarum in Foro exteriori ſaluare vllam rem ex aſſecuratis; tametſi ſaluari poſſint. Quin immò vſus, & ſtylus mercatorū habet, & obſeruat derelinquere tūc omnes

res

res data opera, vt eas capiat quicumque voluerit.

Et ratio huius ſtyli eſt, quia aliàs, ſi aliquas res dominus ſaluaret; teneretur probare quænam periiſſent; nec recuperare poſteà poſſet à mercatore aſſecurante, niſi quas probaret eſſe deperditas. A qua probatione excuſatur nihil deducendo, nec ſaluando rem vllam de naui. Et tenetur aſſecurator ad ſolutionem, & ſatisfactionem omnium rerum deperditarum, ſecundùm Mercad. tract. 4. cap. 15. fol. 220.

Et licèt prædictus author cum hac doctrina tranſeat: nihilominus cenſeo præcitatum vſum, & ſtylum, tantummodò eſſe admittendum in Foro exteriori; nullo autē modo in Foro conſcientiæ. Nulla quippe ratio ſuadet licere merces relinquere derelictas cum damno mercatorum aſſecurantium, cùm aliàs poſsint ſaluari.

2 Nec obſtat quòd tunc præfatæ merces non pereunt omnino; cùm ſecundùm eumdem Mercado ibidem liceat eo caſu cuilibet capere de dictis mercibus quātas poſſit, abſque obligatione reſtituendi. Quia nec hoc puto licere in damnum mercatorum; quamuis domini merciū, eas pro derelictis habeant. Nam facultas à iure data cuilibet capiendi res à dominis ſuis derelictas, intelligo procedere tantùm, cū prædicta derelictio fit à domino ſine præiudicio alteriùs, ſed ſolius ſui ipſius. At ſecùs, cùm fit cum præiudicio alterius, vt in noſtro caſu.

Quare in prædicta ſpecie exiſtimo nec dominum mercium poſſe in cōſcientia eas in totum derelinquere, ſed teneri ſaluare quas potuerit; nec quemquàm poſſe eas capere, ſine obligatione reſtituendi eaſdē: poſſe tamen eas capere, vt domino, vel mercatori eas reſtituat, ſoluto ſibi aliquo cōgruenti ſalario pro labore ſuſcepto, eas capiendo.

Ad inconueniens verò, de quo ſuprà, reſpondeo eſſe fundatum tantùm in auaritia, & cupiditate, & non in vlla ratione naturali, nec conſiderabili. Vnde nulla eſt eius habenda ratio in Foro Dei.

DIFFERENTIA QVINTA.

DECRETA à Iuris conſultis circa ſtipulationes, in Foro conſciētiæ non curantur. Quia in eo, ſolùm attenditur cōſenſus paciſcētium, & naturalis obligatio; licèt nulla interuenerit ſolennitas & interrogatio, vltra pactum nudum. In eo itaque Foro nulla requiruntur verba ſolenniter præſtita, vt tradit Rebel. 2. par. lib. 1. queſt. 3. nu. 19. Adde Aſſor. 1. tom. lib. 11. cap. 15. q. 9. Ex quibus collige titulos ff. C. & Inſt. concernentes materiam ſtipulationum, non habere locū in Foro animæ.

SVMMARIVM.

1 *VTRVM fas ſit reſilire à contractu innominato, altera parte repugnante.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 IN contractibus innominatis, licitum eſt in Foro iudiciali, ſecundùm ius cōmune, alteri ex contrahentibus, pœnitere, & à contractu recedere, etiam altero repugnante, dummodò res omnino integra ſit, maneatque contractus intra terminos nudi pacti; vt probat tex. in l. Iuris gentium. §. Sed cum nulla. ff. de Pact. Amplia etiam ſi tua ex parte, impleta res ſit; potes nihilominus pœnitere, & repetere id quod dediſti: eſtò, alter non ſit in mora, paratuſquè ſit adimplere, vt cōſtat ex l. 3. & l. Si pecunia. ff. de Condict. cauſ. dat. docet Ant. Gom. tom. de Contract. c. 8. n. 3. dicit cōmunem Rebel. de Obliga. Iuſt. 2. parte, lib. 1. queſt. 3. nu. 10. & 11.

In

Digitized by Google

In Foro verò conſcientię contrarium dicendum eſt, nempe fas non eſſe altera parte renuente à contractibus innominatis recedere; cõmunem dicit Anton. Gomez. vbi ſupra. nu. 5. Rebel. dict. queſt. 3. nu. 19. Coua. in cap. Quamuis pactum. 2. par. cap. 4. nu. 13.

Ratio diuerſitatis eſt, quia Iura Cęſarea non dãt actionem pro pacto nudo, vt dicemus verb. Obligatio. Differentia 10. Niſi tantùm exceptionem, retentionem, & cõpenſationem, vt dict. l. Iuris gentium. Præſumunt enim eiuſmodi conuentiones ſiue pacta nuda fieri non ex deliberato conſenſu, ſed ex leuitate, vt inquit Coua. poſt Alex. Imol. vbi ſupra. Addit Rebel. n. 21. ꝙ frequẽtiùs in iſtis innominatis poteſt deceptio interuenire, non ſic in aliis nominatis, vtpotè magis vſitatis, & qui fieri ſolent in rebus magis notis; ideóq; negare directam actionem ad eos ſtabiliendos. Quia tamen ex ipſis oritur naturalis obligatio, etiam antequã alter impleat ex ſuã parte, vt tradimus. dict. Differentia 10. meritò in conſcientia tenẽtur ſtare ipſis; nec poteſt licitè alter ex contrahentibus, altero renuente ab eis recedere.

Non deſunt etiam qui dicant à præfatis legibus Cæſareis nõ approbatiuè, ſed permiſsiuè denegatã eſſe actionem in nudis tantùm pactis; ſimiliterque permiſsiuè cõceſſam eſſe licentiam pęnitẽdi, re integra, in pręfatis contractibus innominatis. Veriùs tamen eſt præſumpſiſſe, noluiſſe partes in ipſis perfectè ſe obligare, dum nihil verbis addiderunt, niſi ſolummodò pactũ nudum facientes; per quod magis videtur voluiſſe incipere rem ſuper qua pacti ſunt, quàm eam finire. Aliàs ſi de hoc conſtaſſet, profectò in vtroque Foro tenerentur ipſis ſtare, vt cum Ange. obſeruat Pet. Dueñas. Reg. 3. limitatione 7. 8. & 9. & Rebel. ſup. nu. 21. ad fin.

SVMMARIVM.

1 *DOLVS dans cauſam contractui bonæ fidei, reddit ipſum nullum in Foro iudiciali. Secùs in contractibus ſtricti iuris, qui valent mero iure; licèt reſcindi poſsint per actionem de dolo.*

2 *Quę differẽtia, nõ ſeruatur in Foro animę.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 LATVM eſt diſcrimen, in Iure, & in Foro iudiciali, inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, quando dolus cauſam dedit vtriſque. Nam primi, excepto matrimonio, ſunt ipſo iure nulli, in fauorem decepti: ita vt ſi ei non expediat, poſsit liberè à contractu diſcedere. Si expediat, poſsit decipientem ad obſeruationem obligare. l. Et eleganter. & ibi Bar. nu. 3. ff. de Dolo. l. Si dolo. C. de Reſcin. vend. l. 2. §. Verba. ff. Ad Velleia. Secundi verò, non ſunt ipſo iure nulli. l. Dolo. C. de Inutil. ſtipu. Conceditur tamen decepto exceptio doli, re integra, vel actio de dolo contra decipientem, vt damnum reſtituat. l. Si quis. cùm aliter. 36. ff. de Verbo. oblig. l. Cùm poſteaquàm. 9. C. de Pact. tradit Coua. in reg. Poſſeſſor. 2. parte. §. 6. nu. 6. Conrad. de Contract. quæſt. 57. Dicto. 14. Rebel. de Obliga. Iuſt. 2. parte lib. 2. quæſt. 6. nu. 10. & 11. Vbi nu. 12. rationem reddit, quare matrimoniũ teneat, non obſtante dolo; vt ſi quis ſe fingat diuitem, vel ex illuſtri familia ortum, & ſic decipiat feminam, quæ aliàs non conſenſiſſet. Nihilo minus matrimonium ex hoc dolo contractum, non eſt irritum, nec irritari poteſt; quia error qualitatis (qualis eſt prædictus) non dirimit matrimonium; ſed tantùm error perſonæ, vel ſeruitutis. Vt eſt communis opinio, ſecundùm eumdem, ibi, & latiùs. lib. 3. quæſt. 2. nu. 1. & 3. tradit Soto in 4. diſt. 35. queſt. Vnica. art. 2. & Coua. lib. 1. Varia. cap. 5. nu. 1. Sanchez. lib. 7. de Matrimo. diſputatione 18. nu. 12. & 18. Accidentia enim non pertinent ad ſubſtantiam cõtractus. l. In venditionibus. ff. de Contrah. empt. Et ideò defectus conſenſus in ipſis non vitiat contractum; ſed ſufficit conſenſus in ſubſtantiam. Conducunt

Digitized by Google

cunt tradita.verb.Promiſsio.Differentia 5. vbi nec virginis error vitiat.

2 In Foro verò conſcientiæ,tam contractus bonæ fidei, quàm ſtricti iuris ex dolo celebrati, ſunt ipſo iure nulli. Ita poſt Coua. & Conrad.docet Rebel.vbi ſupra. n.11. Tale quippe diſcrimen in ſola ſubtilitate iuris fundatum non pertinet ad Forum Dei,nec eum admittit;per not.verb. Iudicium.Differentia 4.

SVMMARIVM.

1 *STIPVLATIO alteri per alterum facta,an teneat in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 ALTERI ſtipulari nemo poteſt in Foro iudiciali. l. Stipulatio iſta. §.Alteri.ff.de Verbo. obliga. §. Si quis alii.& §.Alteri.Inſt.de Inutil. ſtipul. vbi tex. dat rationem, nempè quia huiuſmodi obligationes inuentæ ſunt ad hoc, vt vnuſquiſque acquirat ſibi,quod ſua intereſt. At ſi alii detur,nihil intereſt ſtipulatoris.Ob quam rationem, nō ſolùm erit inutilis ſtipulatio de Iure ciuili, quando directè ſtipulatur abſenti,vt Promittis dare decem Titio? Promitto ei dare: ſed etiam ſi ſtipuletur præſenti pro abſente; vt,Promittis mihi,dare Titio? Promitto tibi, dare Titio. iuxta gl. pen. dict.§. Alteri. dict.l. Stipulatio iſta; quæ æquiparat hos duos modos ſtipulādi & promittendi: quamuis gl. in dict. l. Stipulatio.§. Si quis inſulam. verb.Fieri. faciat diſcrimē inter vtrumque. Quam gl.plures commendant, & ſequuntur, vt conſtat ex Feli. in Proœmio Greg. nu.27. Sed tenendum eſt cum dict. gl. penult. Quod adeò verum eſt; vt non ſolùm in Foro ciuili erit inutilis ſtipulatio facta præſenti pro abſente, ſed etiam in Foro Canonico, ex gl.1. in cap. Conſtitutis. de Procurato.& in cap. Si cautio. verb. Sed ſi cauſam in fin. de Fide. inſtru. Sequitur Panor.dict. Proœmio.nu. 25.& ibid. Anto. de Butrio, Domini.& Feli.nu.23. Roma.in l. penult. ff. Si quis cautio. & in Auth. Similiter.col.6. C. ad leg. Falci.loa. Fab.dict.§. Si quis alii. Corneus Conſ. 220. vol. 2.& Conſ.211.vol.3.

Mouentur primò per cap. Quamquam. de Vſur.lib.6.vbi tex. exigit perſonam Parochi, aut tabellionis,& ſic perſonam publicam, vt abſenti actio acquiratur.Secundò,quia cùm hoc ſit cautum in Iure Ciuili, ſcilicèt alteri per alterum non poſſe ſtipulari, nec ſit correctum per Ius Canonicum, ſtandum eſt diſpoſitioni legali, per cap. 1. de Noui oper. nun. Solùm enim reſpectu nudi pacti, Ius Canonicum prouidit vltra ciuile, dans pro eo actionem, quam Ius ciuile denegabat, vt in cap. 1. de pact. de quo verb.Obligatio. Differentia.10.

In Foro verò conſcientiæ aliter dicendū eſt,ſi ſtipulatio fiat ſecundo modo ſuperiùs relato,videlicet,Promittis mihi,dare Titio centum? Promitto tibi,dare Titio centum. Nam in hac ſpecie promiſſor manet obligatus naturaliter ſtipulatori, & ſic tenetur in conſcientia adimplere promiſſum. Et facta ceſsione Titio per ſtipulatorem, poterit conueniri in Foro Eccleſiaſtico per viam denunciationis Euangelicæ, ſeu iudicialis, iuxta gl. celebrem ſic intelligendam in cap.Quoties cordis oculus. 1. q. 7. communiter receptam, teſte Imol. dict. l. Stipulatio.§. Si ſtipuler.& §.Alteri. Ang. in l.1.ff. de Pact. Ant. de Butrio. dict. cap. Si cautio. & Abb. in cap. Dilecti. de Arbit. & Feli.dict.Proœmio.nu. 27.& aliis citatis ab Ant.Gabri.tom.3. Commu.opin. lib.3. tit. de Verbo. obliga. concluſione 1. nu. 68. Coua.in cap.Quamuis pactum. 2.parte. §. 4.nu.16. Facit gl.dict.l. Sipulatio. §.Alteri. verb. Nihil intereſt. dicens obligationem naturalem acquiri ei, qui ſtipulatur alteri, cum pœnæ adiectione. Itaque ſiue interſit ſtipulanti, ſiue non interſit, ſemper acquiritur eidem ſtipulanti obligatio naturalis; & promiſſor manet ei naturaliter obligatus, ex quo fuit illi facta promiſsio, quamuis ſtipulata pro altero. ex dict.gl. c. Quoties, & communi, & gl.dict.§. Alteri.& ibi Bart. & in l. Si non ſortem. in prin. ff. de Condi.

Digitized by Google

Condi. indebit. & in l. Si quis pro eo.ff.de Fideiuſſo.Paul.de Caſt.in l. 1. C. Per quas perſo. & ibid. Saly. Ange. Areti. in dicto §. Alteri. Inſti. de Inutil. ſtipul. Alex. Conſi. 66. volu. 6. & alii citati à Gabri. ſup. num. 65.

Quicquid alii contra teneant; vt ibidē per eum. Quibus non ſuffragatur dict. cap. Quamquam. Quia vt dicit Couar. ſup. exigitur ibi perſona publica, vt abſenti quæratur obligatio ſine ceſsione.

Nec obſtat ratio illa ex cap. 1. de Noui. oper. nun. deſumpta, per quam contrarium tenuit Abb. dict. Procemio Grego. nu. 25. & Rebel. de Obliga. Iuſt. 2. par. lib. 18. quæſt. 5. num. 7. Nam procedit, & intelligitur quoàd actionem ordinariam directam ſecundū Forū exterius Canonicū; prout ex pacto nudo oritur, & datur per dict. c. 1. de Pact. Hæc non competit abſenti, ſicut nec de Iure ciuili datur eidem. At nos loquimur de obligatione naturali, & de denūciatione Euangelica, quæ eſt remedium extraordinarium competens, & exurgens ex conſenſu illo, & ſtipulatione facta pręſenti pro abſente. Non enim reſiſtunt Iura tali conſenſui, & ſtipulationi; ſed tantùm non aſsiſtunt eiſdem: in qua ſpecie oritur naturalis obligatio ex doctrina Barto. & Paul. de Caſt. dict. l. Si non ſortem. per text. ibi. quos refert, & ſequitur Fel. dict. Procemio Gregor. nu. 26. dans pro regula, vbicumquè lex non reſiſtit, licèt non aſſiſtat, oriri naturalem obligationem, per l. 1. & ibi Bart. ff. de Noua. iuncta l. Obligari. in prin. ff. de Aucto. tuto. Et ita idem Abb. dict. cap. Si cautio. num 6. corrigit ea quæ dixit in dict. Procemio Gregor. vt refert idem Fel. ibid. num. 27. volens vt dicta ibi intelligantur ſecundùm quod ſuprà reſoluimus. Adde not. verbo Promiſsio. Diff. 2. & verbo Lex. Diff. 8. num. 7.

SVMMARIVM.

1 *MVTVANS pecuniam ei, quem ſcit ſtatim malè conſumpturum, perdit eam in Foro exteriori. Secùs in Foro animæ.*

DIFFERENTIA NONA.

MVTVANS pecuniam ei, quē ſcit ſtatim illam malè conſum-
1 pturum; vt ad ludendum, vel ſcorto donandum; in Foro exteriori amittit eā. tex. eſt expreſſus in l. Si quis cùm ſciret. ff. Pro empt. docet Floria. in l. 1. in fi. ff. de Aleato. Iaſ. in l. Iure gētiū. §. Prętor ait. col. 1. ff. de Pact. Hyppo. Sing. 564.

In Foro verò conſcientiæ contrarium credo. Nam id in pœnam tantùm ſtatutum eſt. Vnde ante condemnationem (ad quam ſanè mutuatarius non inſtabit) tenebitur in conſcientia eam accipiens reſtituere. Circa hoc verbum, vide etiam quæ habes verbo Vſura. Differentia 1. num. 2.

SVMMARIVM.

1 *FACIENS contractum lege prohibitum, an teneatur illi ſtare in conſcientia.*

DIFFERENTIA DECIMA.

1 FACIENS aliquem contractum lege prohibitum, in Foro iudiciali nō tenetur illi ſtare, ſeu illum ſeruare, ex l. Non dubium. C. de Legi.

At in Foro conſcientiæ obligatur ad illum ſeruandum, ſecundùm Iaſ. in §. Sed iſti quidem. col. penul. Inſt. de Actio. & in l. Non ſortem. in princ. ff. de Condic. inde. dicit communem Alcia. in tracta. de Quinque ped. præſcri. fol. 17. Fundantur hi Doctores; quia vbi datur conſenſus ex parte contrahentis, etiam nulliter, ibi datur obligatio naturalis l. Conſenſus. ff. de Action. & obliga. l. 1. ff. de Pact. cap. 1. & 2. eod.

Digitized by Google

2. eod.tit. & ſic ratione conſenſus naturalis, obligatur in cõſciẽtia. ſequitur Padilla in l. Cùm quis. n. 9. C. de Iuris, & fact. igno. Ioã. Garcia, de Nobili. gl. 6. §. 1. n. 10. quod fuit ſingulare Dictum Inno. in cap. Quòd ſicut. num. 18. de Elect.

Sed contrarium eſt verius, & tenendum, vt docet Bar. in l. Cùm lex. la 2. ff. de Fideiuſſo. & in l. Gallus. in prin. ff. de Liber. & poſt. num. 17. vbi Iaſ. dicit hanc communẽ. Ratio eſt, quia vbi lex reſiſtit obligationi, non oritur obligatio ciuilis, nec naturalis, vt probat tex. in dict. l. Non ſortem. in prin. & ibi Bart. in ſummario, & text. in dicta l. Cùm lex. ff. de Fideiuſſ. & meliùs omnibus text. Concilii Trid. cap. 1. de Matrimo. cland. Seſſ. 24. & notat Iaſ. in d. l. Non dubium. C. de Legi.

SVMMARIVM.

1 *EMENS bona in Regno Portugaliæ cum certa cautela, ſecurus eſt in vtroque Foro, licèt poſteà appareat eſſe aliis obligata. Sed venditor tenetur in conſcientia ipſis creditoribus, ſi id ſciuerit, & tacuerit.*

DIFFERENTIA VNDECIMA.

1 IN Regno Luſitaniç eſt quædam conſtitutio, egregia certè, & mirabilis pro tutandis emptoribus in rebus quas emunt; ne vmquam teneantur aliis creditoribus, ſi fortè res ipſæ erant illis hypothecatæ. Nam emptor poſtquam conuenit de pretio cum domino, accedit ad aliquem ex Iudicibus, & petit ab eo quadam ſupplicatione, vt dignetur affigere edicta publica in quibuſdam locis publicis, & aſſuetis, in quibus narretur qualitèr N. emit domum, vel fundum, vel aliqua cenſualia, & iura à N. & velle dicta bona ſecurè emere, ac poſſidere. Ideò citat omnes illos qui ius aliquod, vel hypothecam in talibus bonis habuerint, vt intra tot dies compareant coram dicto Iudice. Nã aliàs ipſis trãſactis, nõ audientur. Et huiuſmodi edicta ſtant fixa ſpatio triginta dierum, vel breuioris temporis, ſi ita Iudici videatur. Tranſactis autem dictis diebus, inſtat emptor coram Iudice, vt declaret nullum apparuiſſe, qui prætendat ius aliquod in ipſis rebus. Et ſic declarat Iudex, dando poteſtatem emptori ſoluendi pretium. Itemque declarat prædicta bona eſſe libera ab omni hypotheca; & vt talia poſſe emi, ac de eis poſſe venditionem fieri. Ita ego obſeruaui, cùm eſſem in illo Regno Prior domus beatæ Mariæ Vallis miſericordiæ prope Vlyſiponã in emptione quorumdam fororũ à quodam mercatore Genuen. Certè prædictam conſtitutionẽ, licèt ſit vtilis, & facta in fauorem publici commercii, vt ſic plures inuitentur ad emendum (vt dicemus in ſimili caſu verbo Repetitio. Differentia 6. à nu. 5.) nihilò minus negari non poteſt eſſe nimis præiudicialem ipſis creditoribus, continereque apertam iniuſtitiam contra l. Si conuenit. §. Si fundus. ff. de Pignor. act. & alia Iura relata verbo Debitum. Differentia 11. maximè quia ſepè accidit, predidicta edicta, ſtatim vt fuerint appoſita in illis locis publicis, extrahi, & lacerari à viatoribus, & fortè ab ipſiſmet venditoribus. Vnde periniquum videtur vt per ſolam illam requiſitionem, & affixionem edictorum, quæ ſunt quædam cerimonialia, tollantur à creditoribus Iura hypothecæ, quæ ſuper ipſis bonis habebant. 1

Quare præfata conſtitutio tantùm locum habet in Foro exteriori. Pro qua faciunt notata verbo Acquiſitio dominii. Differentia 4.

In Foro verò conſcientię, videtur non reſtare emptorẽ ſecurũ, quin teneatur prefatis creditoribus, ſi poſteà apparuerint. Tene tamen contra; per notata, dicta Differẽtia 11. Attamen ipſi venditores tenebuntur in conſcientia dictis creditoribus, ſi ipſi dicta bona hypothecæ ſuppoſuerint, vel aliàs ſcientes eſſe hypothecata, dolo tacuerint, & vt libera ea vendiderint. Quæ tene mẽte, quia ſingularia. 2

CVLPA,

Digitized by Google

CVLPA, Vide verb. ſequen. Diff. 1.

DAMNVM.

SVMMARIVM.

1 *DAMNVM datum ex leui, vel leuiſsima culpa; non debetur in Foro conſcientiæ. Licèt ſic, in Foro exteriori. quod plurib. exemplis docetur.*

2 *Prouiſio legis Aquiliæ, tantùm eſt pro Foro exteriori.*

3 *Pœna ante ſententiam, in Foro conſcientiæ non debetur.*

4 *Forus contentioſus intendit conſeruationẽ patrimonii: Forus verò pœnitentialis intendit tantùm ſalutem animæ.*

5 *Reprobatur gl. 1. c. Conſuluiſti 2. quæſt. 5.*

6 *Culpa lata, leuis, & leuiſsima, quę dicatur.*

7 *Iudex inferens damnum ex omiſsione, ſeu culpa leui, non tenetur; dummodò non procurauerit officium, nec accipiat mercedem.*

8 *Prior procurans per ſe, vel per ſuos amicos officium, tenetur ad damna.*

9 *Idem in Confeſſariis, & in eligentibus indignum. Vide remiſsiuè.*

10 *Vbi quis non peccat mortaliter in ferendo damnum alicui, per conſequens non tenetur ad reſtitutionem damni ſub p. m.*

11 *Occidens aliquem ex vehementi paſsione; vulgò à Theologis dicta motus ſecundò primus, non tenetur ſub peccato mortali aliquid reſarcire, ſeu reficere damna illata.*

12 *Dans damnũ ex obliuione naturali, quod nullus prudens dediſſet; in Foro exteriori tenebitur ad damna reſarcienda ob culpam latam præſumptam. Secùs in conſcientia.*

13 *Declaratur & limitatur multipliciter dictum Inno. De quo ſup. nu. 1. ſcilicèt neminem teneri in Foro conſcientiæ ad damnum datũ ex leui, vel leuiſsima culpa.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 DAMNVM datum ex ſola culpa leui, vel leuiſsima extra contractus; non debetur in Foro conſcientiæ, ſed tantùm in Foro iudiciali, poſt declarationem, & ſententiam; vt in l. In lege. 44. ff. ad leg. Aquil. Ponamus exẽpla, vt res plus eluceſcat; vt ſi quis immitat ignem in ſiccum prædium ad comburendum paleas tritici, vel hordei (vt fieri ſolet menſe Auguſti, Septembris, vel etiã Octobris; vt anno proximè ſequenti congruentius ſit, & aptius ad vberem ſementem) & quia non adhibuit debitam diligẽtiam ad cohibendum ignem; dilapſus eſt in agros vicinos, vel in domum aliquam ruralem, & intulit multa damna. Vel ſi aperuit quis ciſternam, vel ſcrobem fodierit; & quia non operuit eam, aut lignis adiectis non contexit, cecidit bos, vel aſinus alicuius in eam. In his, & ſimilibus caſibus fortuitis non debetur damnum in Foro conſcientiæ; licèt ſic in Foro exteriori. Hoc eſt Dictum celebre Innoc. in cap. Sicut dignum. num. 5. de Homicid. quod vt ſingulare, refert, & ſequitur Rom. Sing. 105. Abb. in cap. 1. n. 11. de Conſtit. & in Proœmio Decretal. num. 5. & in cap. Dilecti filii. num. 12. de Arbitr. & in cap. Rainaldus nu. 25. de Teſtam. Iaſ. in §. Sed iſte quidem. nu. 130. de Action. Ant. Corſet. Sing. incip. Forum conſcientiæ. Silu. verb. Reſtitutio. 2. num. 12. & verb. Aduocatus. quęſt. vlt. Idem Abb. in cap. cùm cauſam. num. 7. de Teſtib. & cap. Si egreſſus. de Iniuriis. Naua. Conſil. 1. num. 3. de Fideiuſſor. Loazes Conſ. de Mula. pag. 225. Iul. Clar. poſt alios quæſt. 62. num. 5. Pet. à Nauar. tom. 1. lib. 2. cap. 1. à nu. 52. Et ſentit Soto lib. 4. de Iuſt. q. 7. art. 2. §. Dubium autem eſt. Coua. in 4. 2. par. c. 6. n. 12. vbi dicit probabilem.

2 Et ex prædicto Innocen. Dicto, dicit Abb. in dict. cap. Dilecti. num. 12. quòd prouiſio legis Aquiliæ ſuper reſarcione damnorum, non habet locum in Foro

animæ, niſi in damnis illatis ex dolo, vel lata culpa. Quod pluribus comprobat Dec. in cap. 1. in 2. lect. de Conſtit. col. 5. verſ. Quintò adde.

Ratio autem prædictę ſententiæ, ac ſingul. Dicti Innoc. ea eſt; quia vbi datur damnum ex ſola leui, vel leuiſsima culpa: non tam debetur damnum, quàm pœna ob culpam negligentiæ. Et ſic damnum magis eſt debitum ratione pœnę, quàm ratione damni argumento text. ſingul. in cap. Inebriauerunt. 15. quæſt. 1. *Inebriauerunt* (inquit Aug.) *Lot filiæ eius, & ſe neſcienti miſcuerunt. Quapropter culpandus eſt quidem, non tamen quantùm ille inceſtus; ſed quantùm ebrietas illa meretur.* Vnde per illum text. dicit Inocen. loco ſuprà citato, quando debetur emenda ob damnum ex leui, vel leuiſsima culpa datum: pœnam eſſe imponendã de negligẽtia; non tamen de damno: & eſſe pœnam, illam refectionem damni. Et imponi loco pœnæ ſentit Diuus Thom. 1. 2. quæſt. 73. artic. 8. in corpore: & Fr. Dominicus Soto ſuprà.

3 At pœna in Foro conſcientiæ, non debetur ante ſententiam, ex gloſſa recepta in cap. Fraternitas. 12. quæſt. 2. Corſet. ſingul. incipi. Pœna. latiſsimè Cenedo 1. parte Collect. 2. D. Thom. 2. 2. quæſt. 62. art. 3. Ergo, &c. Sed ad hoc quidam reſpondent hanc pœnam ſolui loco intereſſe, & damni illati. Nam ex parte patientis eſt intereſſe, & propriè rei amiſſæ recuperatio, & ſic deberi in conſcientia, ſecundùm Couar. ſup. & num. 14. & Iul. Clar. quæſt. 80. num. 7. Pro quibus eſt cap. Commiſſa. iuncta gloſ. fin. de Elect. in 6. vbi habes teneri ad reſtitutionem fructuum in vtroq; Foro, tam obtinentem parochialem ſine animo, & intẽtione promouẽdi ad ſacerdotium; quàm conferentem, huius intentionis conſcium: quia illa reſtitutio non eſt ibi pœna, ſed debiti ſolutio, & ſatiſfactio, ſeu veriùs reſtitutio fructuum non ſuorum, ſed illius Eccleſiæ Parochialis, cui facta eſt iniuria, ſiue damnum. Si enim eſſet pœna, non deberetur ante condemnationem, ex dicta gloſſa cap. Fraternitatis. & not. in verbo Pœna. Differ. 2. nec etiam incurreretur ob ſolam prauam intentionem, per not. verb. Peccatum. diff. 10.

4 Vnde aliam rationem aſsignat Abb. in dicto cap. Raynaldus. nu. 25. & in dict. cap. Cùm cauſam. num. 7. deſumptam ex eodem Innocen. vbi ſup. videlicet Forum contentioſum intendere conſeruationem patrimonii; ſed Forum pœnitentialem intendere ſalutem animæ; & vt plurimùm, reſpicere animum delinquentis. Facit cap. Deus qui. de Pœnit. & remiſsion. Conferunt tradita verbo Pœna. Diff. 12. & tradit etiam Couar. vbi ſup. Vnde cùm in dicto Foro interiori, voluntas nocendi ſit attendenda & hęc voluntas, & propoſitum longè abſint ab eo, qui dãnum ex negligentia leui, vel leuiſsima intulit; meritò non tenetur ad illud in conſcientia.

5 Ex quibus conſtat reprobãdam eſſe gloſſam 1. in cap. Conſuluiſti. 2. quæſt. 5. quæ tenuit contrarium, dicens qui hominem occidit abſque animo occidendi, teneri lege Aquilia: dum tamen fuerit in culpa, licèt leuiſsima. quam ſententiam etiam ſecutus eſt Adrian. in 4. tit. de Reſtit. quæſt. Vtrum in Foro animæ. & Angel. verb. Culpa. §. 6. Sed magis recepta eſt opinio Innoc. vbi ſuprà, quẽ vltra prædictos, ſequitur Couar. in Clem. Si furioſus. 2. part. §. 4. num. 9. Ant. Gom. 3. tom. cap. 2. num. 35. & vlt. Sot. lib. 4. de Iuſt. quęſt. 7. dict. art. 2. poſt medium, & alii, quos refert Pet. à Nauar. vbi ſupra, num. 57. dicens hanc eſſe communem ſententiam.

Nec obſtat, damnum etiam ex culpa lata datum, ſolui ratione pœnæ, & non ratione damni: & tamen deberi. Item tam in damno dato ex culpa leui, quàm ex culpa lata, fundare ſe ius in præſumptione. Ergo ſicut non debetur in Foro conſcientiæ, quando ex culpa leui, idem dicendum eſt in lata. Quia reſpondeo cum Fel. in dicto c. Sicut dignum. in fine, quando culpa eſt lata, eſt vehemens præſumptio, & indubitata, quæ ęquipollet veritati.

Fallũt tamen prędicta in contractibus, in quibus aliud dicendum eſt ex Nau. c. 17. n. 183. cõtra Sotum, relatum ibid. n. ſeq. in fi. Idẽ etiã cũ Naua. tenet Rodri. v. Reſtituciõ. c. 39. n. 4. vbi dicit cõmodatariũ inferentẽ damnũ in re cõmodata, etiã ex leuiſsima culpa, teneri ad reſtitutionem. Idẽ dicit in cõductore, & depoſitario cũ mercede, ſi ex ſua

ſua culpa, etiam leui, irrogent damnum.

6 Sed antequàm ad vlteriora progrediamur, obſeruandum eſt, latam culpam dici deuiationem ab ea diligentia, quam communiter illius artis, & profeſsionis, aut officii, homines prudentes adhiberent: leuem verò, defectum talis diligentię, quam prudentiores illius artis, & officii homines habere ſolent: leuiſsimam autem, omiſsionem eius diligentię, quam homines illius artis prudentiſsimi in ea efficienda ponerent.

7 Hoc prælibato, veniamus nunc ad quædã notabilia, quæ ex prędicta doctrina Innoc. inferuntur. Infertur igitur primò ad notata per Abbat. in dicto capite. Cùm cauſam. numero 7. de Teſtib. damnum datum per Iudicem ex omiſsione, & culpa leui, vel leuiſsima, non obligare ad reſtitutionem, & emendam in Foro animę, niſi quando adeſt dolus, & lata culpa. Ex quo venit limitandus tex. in cap. fin. de Iniuriis. qui cõtrarium probat. Nam eſt intelligendus in Foro exteriori. Secùs in Foro conſcientiæ; vt optimè explicat Dec. in cap. Quoniam. num. 3. & Beroius num. 224. de Probat. Sic declara gloſſam 1. in fin. in cap. Paſtoralis. §. Quia verò. de Offic. Delegat. quatenus habet Iudicem teneri ad damna data per eius iniuſtam ſententiam. quam gloſam dicit communiter receptam Nauar. cap. 25. num. 12. Nam intelligitur (loquendo de obligatione quoàd Forum interius) quando dolo, vel lata culpa iniuſtè iudicauit. Secùs ſi ex leui culpa. Sic etiam intellige l. Si per imprudẽtiam. ff. de Euiction. & l. Filius familias. 15. ff. de Iud. cum ibi notatis, vbi agitur quãdo Iudex tenetur, cùm per imperitiam iudicauit.

Prædictam autem limitationem ſublimita, vt tunc præfatus Iudex non teneatur in Foro interiori ad damna data per ſuam ſententiam per imperitiam, & leuem culpam; ſi ipſe non procurauit officium, ſed à Superiore impoſitum, acceptauit. aliàs etiam ob leuem tenebitur. Ita declarat ſingul. Silueſt. in Summa verbo Culpa. quæſt. 4. Cordub. caſu 55. ad finem. Petrus à Nauar. tom. 2. lib. 3. capite 3. num. 13. & 14. & melius num. 3. & 4. vbi addit aliam limitationem ad ſupradicta; videlicet dummodò Iudex non accipiat mercedem, ſeu ſtipendium pro adminiſtranda iuſtitia, vt accipiunt Epiſcopi, & eorum Vicarii generales. Et idem ampliat ad quoſcumquè habentes officia cum ſalario, vel annuo redditu; vt ſunt Curati, Lectores, Medici, Aduocati, Procuratores, Scribæ, & ſimiles. Hi enim omnes officiales, non ſolùm tenebuntur ad damna dolo, & lata culpa data; ſed etiam ad data ob leuem. Idem docet in 1. tom. lib. 1. capit. 1. num. 56. poſt Silueſt. in Summa, verbo Reſtitutio. 3. quæſt. 5. Dicto 2. Quæ ſunt mente tenenda per Confeſſarios, vt ſciant in quibus caſibus debeant obligare ſupradictos ad reſtitutionem.

8 Et ex ſupràdicta ſublimitatione, quam tradit Silueſt. in Summa, verb. Culpa. quęſt. 4. infero ſecundò notabiliter ad damna data per Priores Regulares ex leui, vel leuiſsima culpa. Nam ſi dicta officia per ſe, vel per amicos procurarunt, & obtinuerunt: profectò ad ea tenebuntur; vt probat Petrus à Nauar. tom. 2. lib. 3. cap. 2. à num. 5. & num. 14. Facit Silueſt. in Summa, dicto verbo Reſtitutio. 3. quæſt. 5. Dicto 2. vbi dicit idem in Confeſſariis ignaris, vltrò ſe

9 ipſos ad illud officium offerentibus. Quando verò dicta officia per obedientiam acceptarunt: tunc, ſi per imperitiam, vel negligentiam leuem, aliqua malè egerint, vel damna intulerint; ſolùm peccant venialiter, nec ad reſtitutionem tenentur. Adde notata per Addit. ad Abba. in cap. Nihil. in verbo Peccatum. de Elect. quod certè deberet magnũ incutere timorem ambientibus prædicta officia.

Sed eſt pulchrum dubium, & quotidianum; an eligentes minùs dignum ex leui culpa: teneantur ad aliquid ex mala adminiſtratione, vel negligentia Prioris. Vide verb. Electio. Diff. 1. num. 6.

10 Tertiò infero ad Dictum ſingul. Pet. à Nauar. tom. 1. lib. 2. cap. 1. numero 47. vbi dicit poſtquàm quis certus eſt in aliquo facto non peccaſſe mortaliter; per conſequens certum eſſe debere, non teneri ad reſtitutionem ſub mortali, licèt ex opere ſuo, graue redũdauerit damnum. (Sed hoc fallit in contractibus; vt infrà Differen. 9.) quam doctrinam deſumpſit ex Soto ſuprà.

Digitized by Google

Ex quo infert num. 48. ſi quis vehementi paſsione motus aliquem occidiſſet; adeò, vt eſſet motus, vulgò dictus à Theologis, ſecundò primus; non ſufficiens ad mortale: non teneri talem in conſcientia ſub peccato mortali ad vllam reſtitutionem, vel emẽdam damnorum inde alicui illatorum. Pro primo Dicto vide Couar. in 4.2. par. cap. 6. §. 8. num. 12. Sot. lib. 4. de Iuſt. quæſt. 7. art. 2. Mexiam in Pragmat. Panis. concluſ. 6. num. 114. & alios idem tenentes, quos citat Henriq. de Irregul. cap. 5. §. 1. de quo vide latiùs infrà eadem Diſt. in fine.

12 Quartò infero ex eadem ratione, & doctrina proximè tradita, ꝙ ſi quis ex obliuione naturali daret aliquod damnum, quod nullus prudens dediſſet; & ſic eſſet damnum ex lata culpa datum quoàd Forum exterius; licèt in eo Foro exteriori ob latam culpam preſumptã condemnaretur ad damnum datum: non tamen tenebitur in conſciẽtia ſub peccato mortali ad ipſum ſatisfaciendum; quia naturalis illa obliuio excuſat eum à mortali. Ita pulchrè idem Pet. à Nauar. tom. 1. lib. 2. cap. 1. num. 61. cum quatuor ſequentibus, & Mercad. in tit. de Reſtit. cap. 5.

Præterea licèt Dictum Innoc. (de quo ſuprà) indiſtinctè Doctores vtriuſque Iuris ſequantur, & ab eis allegetur; nonnullas tamen patitur limitationes, quibus eluci dabitur, & declarabitur.

13 Primò ergo limita, vt non procedat in damno præuiſo, ſeu volito in cauſa, ex leui culpa orta: vt ſi ſine neceſsitate, vel vtilitate quis ſe dormitioni det, ſciens ſe occiſurum hominem, dum dormiet: vel ſi quis ebrius fiat, & hominem occidat; vel aliud damnum inferat, quod iam præuidit effecturum. In his, & ſimilibus caſibus damna illata ſunt ſatisfacienda, nõ obſtante, ꝙ ex leui culpa, ſeu veriùs, cauſa, proueniãt. Ita colligo ex traditis per Pet. à Nauar. in dict. cap. 1. num. 44. vbi inquit, peccare mortaliter in dictis caſibus inferentem damna, vel occidentem; non quidem peccato mortali ſomnii otioſi, vel ebrietatis; ſed homicidii præuiſi & damnorum ſubſecutorum, etiam præuiſorum. Nihil enim refert cauſam eſſe venialem, quo minus peccet mortaliter, ſi ille voluntariè damnum efficax futurum, aut ſcit, aut ſcire debebat.

Secundò limita non procedere in inferente damnũ ex iniuſta læſione, verbi gratia, in eo qui venialiter peccando in detrahendo, puta circa venialia; damnum intulit proximo in fama notabiliter; vt videre eſt in exemplis adductis à Nauar. cap. 18. nu. 25. de viro quodam egregio, erudito, ac probo, qui ob culpas veniales falſas; vanitatem, & iracũdiam concernentes, fuit impeditus ab obtinendo quodam Epiſcopatu. Et de alio, qui ob defectum falſum generis, viſus, & virium naturalium; ab amicitia valde vtili, & honorabili, fuit repulſus. Talis enim detractor tenetur ad damna illata, peccatque mortaliter propter dicta damna notabiliá, & grauia; licèt ex leui culpa oborta. Ita ſingul. Cordub. de Sigillo ſecre. memb. 4. de Detract. quæſt. 3. concluſ. 7. poſt Aſten. & Adrian. Quodlib. 11. ſuppoſitione 2. refert Pet. à Nauar. vbi ſuprà cap. 1. num. 45. quia, inquit Cordub. obligatio reſtitutionis oritur ex iniuſta læſione; & id ſufficit ad obligandum in conſcientia, nullo habito reſpectu, an is peccauerit mortaliter coram Deo, vel venialiter. Idem videtur tenere Rebel. vbi inf. 2. par. lib. 1. quæſt. vlti. num. 9. & lib. 15. quęſt. 8. num. 3. quatenùs dicit culpam quantumcumque leuem, & venialem contra iuſtitiam commutatiuã commiſſam, obligare ad aliquam reſtitutionem. ſequitur Nauar. vbi ſuprà, & Pet à Nauar. tom 1. lib. 2. cap. 4. num. 321. vbi refert eadem exempla. Itaq; Dictum Innoc. non procedit in damnis ſubſequutis ex malitia, etiam veniali; quæ à Rebel. 1. p. lib. 2. de Obliga. Iuſt. q. 10. n. 11. 16. 17. & 18. dicitur culpa theologica, quæque eſt deuiatio voluntaria à lege Dei, & recta ratione; ſed in datis ob culpam, errorem, ignorantiam, imperitiam, vel negligentiam leuem, quæ ab eodem Rebel. num. 12. & 19. appellatur culpa iuridica, quæque eſt deuiatio ab eo quod bonum eſt, & per hominis diligentiam potuit prouideri, vt caueretur. Quod confirmatur ex ſequẽti limitatione.

Tertiò limita vt non procedat in damnis datis in committendo, ſed tantùm in datis in omittendo. Hoc eſt dictum ſingul. Silu. in Summa, verb. Homicidium. 2. quæſt. 23. quem ſequitur Couar. in Clem. Si furioſus

2. par

2.par.§.4.nu.9. dicens, quod in committẽdo tenetur quis de leui, & leuiſsima culpa: quia Iura plus tolerant culpam omiſsionis, quàm commiſsionis,iuxta Bart.in l. Quod Nerua.ff.Depoſiti. quem cõmendat Alex. in l. Si mora.ff. Solu. matrim. inferens ex hoc regulá generalẽ, in omnibus videlicet actibus in quibus quis ſolũ tenetur de dolo,& lata culpa:teneri etiã de leuiſsima, in faciendo commiſſa. Quòd ſi quæras rationem rationis, cur ſcilicet Iura plùs tolerent culpam omiſsionis, quàm commiſsionis. Reſpondetur, quia culpa in cõmittendo arguit aliquam malitiam, vel temeritatẽ, & præſumptionẽ: nõ ita tàmẽ culpa in omittendo; quia communiter committitur ex ſimplicitate, pigritia, ignorantia, incogitantia, ſeu obliuiſcentia;& ſunt peccata ex fragilitate, & quę vix euitari poſſunt, atque caueri; & ita tene.quicquid dicat.Pet. a Nauar. in dicto cap. 1. num. 71. vbi dicit dictam doctrinam ſibi non placere pro Foro animæ; licèt in Foro exteriori ſit obſeruanda.Si enim,inquit,prudentiam adhibuit: quid refert ſi poſitiuo actu, vel negatiuo damnum acciderit? In quo fallitur; quia cùm prudentiam, ſeu diligentiam debitam adhibuit; nulla eſt culpa, etiam leuis, vel leuiſsima. Doctrina verò ſuprà relata, loquitur cùm culpa eſt commiſſa,& prudentia non adhibita. Tunc multùm refert, an poſitiuo actu, vel negatiuo damnũ accidat; per dicta ſuprà.

Quartò limita vt non procedat quando opus erat aliàs prohibitum. Nã danti operam rei illicitæ,imputatur caſus ex leui culpa contingens.Ita Gabr.in 4.diſt.15.quæſt. 14. Dub. 2. & quæſt. 15. Dub. 2. de quo verb.Pœna. Differentia 12.vbi hoc declaratur, qualiter intelligatur.

Quintò, & vltimò, limita, & intellige Dictum Innoc. de reſtitutione ſub obligatione mortali, dantem videlicèt damnum ex culpa leui, non teneri ſub peccato mortali reficere damnum: benè tamen teneri, ſub peccato veniali. Nam ſub veniali datur obligatio reſtituendi, vt, ſi quis furatus eſt pomum; ſub veniali tenetur reſtituere, cùm detur actio furti pro eo, teſte Coua.lib.1.Varia.cap.3. nu. 12.Iul.Clar.§. Furtum.nu.24.Ita tenet Naua. cap. 17. nu. 140.& Conſ.2.de Furt.Rodrig.in Summa. verb. Hurto.cap.147.n.3.& 7.Pet. à Naua. dict.cap.1.n.48. Rebel. (poſt Hoſt. Adria. & Cordu.) 1.par.de Oblig.Iuſt.lib.1.quęſt. 10.nu.17.& lib.3.quęſt. 15.nu.42.

Ex quibus ſequitur inueniri poſſe furta ſolùm venialia: quæ tamen obligant ad reſtitutionem ſub pœna p. m. vt in furante minutatim notabilẽ quantitatem ſine animo eam furandi; vt notat Naua. dict. cap. 17. num. 140. Sed contrarium tenent Soto. lib. 4. de Iuſt. quæſt. 7. art. 2. (cuius meminit Naua.dict.cap.17.n. 180. in fin.) Pet.Toledo lib.1.cap.1.dub.3. nu.46. Pet. à Naua. vbi ſup.lib.2.cap. 1.nu.45.& lib.3. cap.1.nu.53. Rodrig.dict.verb. Hurto. nu. 8. Et meritò, quia videtur abſurdum ex ſolo. p. v. inſurgere obligationem reſtituendi ſub.p.m. quia ſatisfactio debet eſſe proportionata culpæ,& debet ei correſpõdere. ergo & obligatio debet habere eãdem proportionem. Et hæc videtur fuiſſe ratio Inno. & aliorum ſup.

Nec obſtat quod tradit Soto. in 4.diſtin. 22.quæſt.1.art.2.§. Arguitur autem. quem ſequitur Rodrig.dict.nu.7.&.cap. 79. ver. Deſcomunion.nu.16. nempe ſi plures intulerint ignoranter, & ſeparatim notabile damnũ vineę alicuius;ſi feratur excõmunicatio in eos: incidere in eam, poſt ſcitũ damnũ,& teneri vnũquemq; ſub.p.m.reſtituere id quod abſtulit: licèt furtum aliàs eſſet veniale. quia id cõtingit ratione excõmunicationis,quę tũc iuſtè ferri potuit ob notabile damnum.Quãuis enim prædicti fures tantùm peccauerint venialiter in furando: tenebuntur tamen reſtituere damnum ſub p. m. ratione excommunicationis decretę: quia poteſt Iudex præcipere aliquid ſub pœna excommunicationis & conſequenter obligare ad id ſubditos ſub p.m. quãuis eius tranſgreſsio aliàs non ſit p.m.vt docet idem Soto. ibid. poſt princi. §. Sed hinc emergit,& Graff.lib. 2.cap. 57.n.2.& probatur in noſtris ſtatutis.2.par.cap.19.§.10. vbi excommunicantur Religioſi noſtri, ſi vltra tres quartas partes vnius dragmæ argenteæ, ſiue regalis ſurripuerint, vel alienauerint, cùm alias certum ſit,tam paruam quantitatem non eſſe ſufficientem materiam ad p. m. Vnde ſecluſa excommunicatione

Digitized by Google

tione nullus eorum ad reſtitutionem teneretur: vt not. Naua. cap. 17. n. 130. & Iacob. de Graffis lib. 2. ſuarum Deciſ. cap. 127. nu. 24. contra Coua. lib. 1. Varia. cap. 3. nu. 12. Ratio eſt, quia nullus eorum damnum notabile fecit, nec eſt cauſa quò fieret, nec in id conſenſit; vt dicit Nau. ſuprà. Item quia præſumitur paruam illam rem non auferri contra domini voluntatem, propter paruum detrimentum, teſte. D. Thom. & Caie. 2. 2. quæſt. 59. art. 4. vide Cordub. quæſt. 70. punct. 1.

SVMMARIVM.

1 *DAMNA data per delegatos quando imputentur delegantibus.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 QVANDO Superior delegat aliquod negotiũ, & cauſam alicui; vel Epiſcopus cõſtituit Vicariũ, vel committit aliquibus examinationem Ordinandorum; vel Prælatus nominat aliquem in Vicarium, vel committit alicui Religioſo aliquam obedientiam, vel nominat Baiulum; vel aliquis Iudex aſſumit aliquem in Aſſeſſorem: in his, & ſimilibus caſibus eſt pulchrum dubium, quando delegans, vel committens vices ſuas, vel nominans aliquem in Aſſeſſorem, vel Baiulum, teneatur de imperitia, de iniuſtitia, de erroribus, & damnis, per nominatos cauſatis.

Eſt ergo dicendum regulariter prędictos non teneri, quando ex iuſta cauſa alteri delegant: vt quando illiteratus aſſumit Aſſeſſorem; & Epiſcopus propter ſuas nimias occupationes, & vt liberiùs vacet rebus ſpiritualibus, creat Vicarium Generalem; & Prælatus Religioſus nominat aliquem in Vicarium, vel in Baiulum, ſi habet vaſſallos. In his, & ſimilibus caſibus, quia prędicti dant operam rei licitæ, & conſuetæ: non tenentur, nec in Foro animæ, nec in contentioſo. Ita probat tex. in l. 2. ff. Quod quiſque iur. quæ loquitur de factis per imperitiam Aſſeſſoris, quam allegat gloſſa fi. in cap. Hoc etiam. 2. quæſt. 6. de quo etiam per gloſſam, & Doctores in l. Argentarius. §. fin. ff. de Edend. Bal. expreſsè loquens de factis per imperitiam Vicarii, in Rub. C. de Pœna iud. qui male iud. num. 13. Salic. in l. fin. C. Eodem. Abb. in cap. Nihil. 44. num. 5. de Elect.

Intellige tamen prædicta vera, dummodò electus, ſeu nominatus communiter exiſtimetur dignus, & peritus ad officium, ad quod aſſumitur. Secùs ſi erat imperitus, indignus, & minùs ad illud onus explendũ ſufficiens; argumento eorum, quę dicta ſunt ſupra, Differentia præceden. & docet gloſſa, verb. Examinentur, in cap. Ad hæc de Offic. Archid. & gloſſa magna in l. Titio fundus. ff. de Condit. & demonſtr. & Auiles. cap. 4. in Capit. Prætorum. verb. Sea obligado. num. 44. cum ſequenti.

Secundò limita, & intellige in damnis ſubſequutis per omiſsionem. Nam ad dãna ſubſequuta iniuſtè, vel iniurioſe, vel per malitiam, tenetur; ſecundùm Rot. Deciſ. 432. Vtrum Epiſcopi. in Antiquis. pro qua facit l. Si poſt. C. de Aſſeſſor. vbi Poteſtas, ſeu Rector tenentur ex facto Officialium ſuorũ. Eſt enim quod imputetur Domino, ſiue Rectori, ſi non elegit, ſeu præpoſuit honeſtam familiam. Ad idem l. 1. §. Familiæ. ff. de Public. & vectigal. & ibi Bar. vbi præpoſitus vectigali tenetur de facto ſuæ familiæ, quam ſibi adiunxit in illo miniſterio, & l. 2. ff. Fur. aduer. Naut. & per tot. tit. ff. Naut. caup. & ſtab. & §. fin. Inſtit. de Oblig. quę ex quaſi delicto. Et habetur 1. tom. Commu. Opi. lib. 3. tit. 27. n. 2.

Intelligo tamen prędictam deciſionem Rotæ eſſe veram. Primò in Foro contentioſo. Secùs in Foro animæ ante condemnationem, per notata verb. Pœna. Differentia ſecũda. Secundò eam intelligo verã, vbi aliqua culpa poteſt imputari deleganti. Aliàs ſecùs per gl. not. 2. in cap. fi. ne Cleri. vel Mona. lib. 6. Quia non videtur æquum, vt citra culpam, & dando operam rei licitæ, ego tenear ad damna per malitiam nominati poſteà ſecuta. argumento cap.

Ex

Digitized by Google

Ex literis. in 2. & cap. Significaſti. in 1. de Homicid. & gloſſæ in cap. Sicut dignum. §. Clericos. eodem tit.

Tertiò, limita, & intellige in damnis occultè, & inſcio conſtituente datis. Nam ad publicè facta, vel alia, ſciente, & patiente conſtituente, quæ potuit prohibere, & non prohibuit, tenetur. argumento l. 1. §. Is autem.ff. Si fam. fur. fec. dic. & eorum, quæ notat Bart. in l. Nequit. ff. Incend. ruin. naufrag. & Aufre. ad Capellā Toloſ. quæſt. 196. num. 4.

Si verò ſine cauſa iuſta fuit facta commiſsio, vt quando Epiſcopus voluntariè, cùm aliàs ipſe per ſe deberet facere, aut ſaltem aſsiſtere, committit examen Ordinandorum, & indebitè aliquem ex negligentia, inſcitia, vel corruptione examinatoris, ordinauerit: tunc tenetur Epiſcopus, & ei imputabitur prædicta negligentia ſeu incuria; ex gloſſa verb. Scienter. in cap. 2. de Tempor. ordin. lib. 6. quam ad hoc commendat Abb. vbi ſuprà. vidè ad idem gloſſam in dicto cap. Ad hæc. verb. Examinētur. pro quibus eſt bonus tex. in dicta l. 1. ff. de Public. & vectig. vbi publicanus tenetur de iniuſtè exactis per ſuam familiam. Et l. 1. §. Magiſtrum. ff. de Exercit. vbi exercitor nauis tenetur de facto magiſtri. & docet Bart. in l. Neque. ff. de Incend. ruin. naufrag.

SVMMARIVM.

1 *SCANDALIZANS proximum ſuis malis moribus, nō tenetur ad aliquid in Foro exteriori, benè tamen in Foro interiori.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 QVI ſuo dicto, vel facto, aut malo exemplo damnificat proximum quoàd animā, & malos mores; in Foro exteriori ad nihil tenetur.

In Foro verò conſcientiæ, ſecundùm aliquos tenetur magis ad reſtitutionē, quàm damnificans in rebus, vel corpore, & ſic tenetur ad reducēdum eum ad bonos mores verbis, exemplis, orationibus, & bonis operibus; per tex. in cap. Sunt plurimi. in fine. 6. quæſt. 1. Impropriè tamen in iſto caſu dicitur teneri ad reſtitutionem; cùm reſtitutio ſit actus iuſtitiæ commutatiuæ: prædicta verò obligatio deſcendat ex lege charitatis, vt docet Silu. in Summa, verb. Reſtitutio. 3. quæſt. 1.

Nihilominus certiſsimum eſt prædictū damnificantem in moribus, plus peccare, quàm damnificātem in rebus, vel corpore. iux. illud Saluatoris noſtri Math. cap. 18. *Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ Mundo à ſcandalis.* Et iterum, *Væ homini illi, per quem ſcandalum venit.* Vt hinc diſcant timere, ac tremere tam inducentes alios ad peccandum, quàm publicè peccantes, & malum exemplum præbentes.

SVMMARIVM.

1 *IN contractibus, gratia vtriuſque celebratis: damnum contingens ſine culpa vllius; diuiditur inter vtroſque in Foro conſcientiæ. In Foro verò exteriori, pertinet tantùm ad dominum rei.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 IN contractibus, gratia vtriuſque contrahentium factis, vt in pignore, & locato; ſi res perit ſine culpa vllius ex contrahētibus, damnum diuiditur inter ambos in Foro conſcientię.

Secùs in Foro exteriori, vbi numquam pericu-

periculum eſt commune; vt in l. Ex conducto. 15. §. 1. verſ. Sed etſi ager. ff. de Locat. vbi dicit text. *Sed etſi ager terræ motu ita corruerit, vt nuſquam ſit: damnum domini eſſe: oportere enim agrum præſtari conductori, vt frui poſſit.* Idem probatur in l. Si vt certò. §. Nunc videndum. ff. Cõmodat. vbi generaliter dicitur in contractibus (vbi vtriuſque vtilitas vertitur, vt in empto, locato, pignore, & ſocietate) dolũ, & culpam præſtari; & non caſum extra culpam contingentem. vide verb. Teſtis. Diff. 2. adeò quòd & in cõmodato (quod plerumque gratia tantùm commodatarii fit) ſi incendio, vel ruina aliquid contigerit, vel aliquod damnum fatale; non tenebitur commodatarius, niſi fortè cùm poſſet res commodatas ſaluas facere, ſuas illis prætulit; vt dicitur ibidem, & docet expreſsè Palud. in 4. diſt. 15. quæſt. 2. art. 1. Concluſ. 5. in fine; vbi ſingul. ponit hanc differentiam inter vtrumque Forum. Quam retine mente; & alibi eam non legi. Cuius ratio eſſe poteſt; quia cùm gratia vtriuſque ſit contractus, & vnuſquiſque percipiat ex eo commodum: videtur iuſtum, & æquum, vt etiam participet vterque partem damni, iux. regulam, Qui ſentit commodum, ſentire debet & damnum.

Hinc collige reſponſum ad dubium, ſupra quo elapſis proximè menſibus fui cõſultus. quidã enim mulio locauerat equũ cuidam ſcholari; & in itinere equus accepit plagam in dorſo præter culpam ſcholaris conductoris, ex qua poſt iter peractum mortuus eſt equus in domo domini ſui locatoris. Petebat dominus ab ſcholari medietatem valoris equi. Scholaris recuſabat, dicens ſe nihil debere, cùm ex nulla ſui culpa equus interiiſſet. Reſpondi in Foro Fori ſcholarem nihil debere: ſed in Foro cõſcientiæ teneri ad medietatem valoris equi, per dicta. Quorum numquam obliuiſcaris; quia caſus hic, & alii ſimiles ſunt quotidiani.

SVMMARIVM.

1 *INCIDENS arborem vicini, quæ me lædebat; non teneor in Foro exteriori, ſeruando quæ hic habentur. At non ita in Foro interiori.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 LAEDENS res alienas, vt ſaluet ſuas, quibus illæ nocebant; vt præcidens arborem vicini, quæ pendens ſuper domum eius, lædebat; non tenetur ad aliquid in Foro exteriori, dummodò id faciat, vel authoritate Iudicis; vt in l. Si plures. §. 1. ff. de Arbor. furt. Cæſar. vel propria authoritate, denunciãdo priùs domino per publicum inſtrumẽtum, & ab eo requirendo vt illam incidat. In Foro verò interiori ſufficit ſola verbalis denunciatio. Etſi dominus negligat incidere, & ego incidero; ſi quidem inutilis remanſit ad aliquid inde faciendum; cũ tamen aliàs vtiliter poſſet incidi; tenebor. aliàs nequaquam. Prædicta quippe licentia, quamuis vnicuique tribuatur pro ſaluandis ſuis rebus; intelligenda eſt tantùm ad minus damnum quod poſsit inferri, vt docet Silu. in Summa, verb. Reſtitutio. 2. §. 6.

SVMMARIVM.

1 *DOMVM vicini deſtruens, vt ſaluet ſuam, ad nihil tenetur; ſi omnino erat comburenda.*

2 *Idem de proiiciente merces ſocii, ad ſaluandas ſuas, alleuiata naui.*

3 *Idem de incidente funes nauis, per quos ſua periclitatur.*

4 *Domus deſtructæ inſtauratio, ad quem ſpectet?*

DIFFE-

DIFFERENTIA SEXTA.

1 VICINVS poteſt domum proximi deſtruere, quando iuſtè timet ignem qui alienam ſuæ finitimam, & cohærentem iam apprehendit, ad ſuam peruenturum. l. Si quis fumo. §. 1 ff. ad l. Aquil. l. 3. §. Quemadmodum. ff. de Incend. ruin. naufrag. l. Si alius. §. Eſt & alia. ff. Quod vi aut clam. Vbi gloſſa verb. Deſtructam, hoc limitat dummodò ad domum deſtructam ignis perueniſſet. Tunc enim dicitur iuſtus timor. Sed Fel. in cap. Tua nos. de Sentent. excómun. indiſtinctè tenet licitum eſſe deſtruere domũ vicini, inuito eo, pro euitando incẽdio.

2 Pro confirmatione facit l. Qui ſeruandarum. ff. de Præſcript. verb. vbi excuſatur proiiciens merces ſocii ad ſaluandas ſuas, alleuiata naui. Facit etiam l. Quemad-
3 modum. §. Idem Labeo. ff. Ad l. Aquil. vbi excuſatur incidens funes nauis, per quos nauis ſua iacturam facere poſſet. Faciunt etiam dicta in Differentia proxima.

Ratio prædictorum eſt; quia in dictis caſibus, tã domus vicini, quàm merces ſocii veriſimiliter eſſent interituræ. Non mirum igitur ſi poſſum domũ deſtruere, vel merces proiicere, cùm fiat ſine iniuria, & damno alterius, & ad ſaluandam rem meam, ne etiam ſimul pereat; vt ſic ex duabus rebus interituris, vna ſaltem ſaluetur, & mea potiùs; quia charitas benè ordinata incipit à ſe ipſo. l. Preſes. C. de Seruit. & aqua. gloſ. in §. Se ipſum. ſub cap. de Occidendis. 23. quæſt. 5. Quæ omnia procedunt tam in Foro exteriori, quàm interiori.

4 Sed tota difficultas, & in quo conſiſtit differẽtia inter vtrumque Forum; eſt circa refectionem ſeu inſtaurationẽ domus deſtructæ. Fel. enim in dicto cap. Tua nos. diſtinguit, quòd ſi probaretur domum illam dirutam omnino combuſtam fuiſſe; tunc ad nihil deſtructor teneretur; per l. 2. & ibi Bart. ff. ad Legem Rhodia de iactu. iuncta. dict. l. Si. alius. §. Eſt & alia. aliàs ſi fuiſſet deſtructa ad abundantem cautelam, tunc teneretur.

Quam diſtinctionem ad Forum tantùm contentioſum pertinere puto: & eam intelligo in caſu, quo extra culpam alicuius, ſaltem ſcitam, & probatam, incendium factum fuiſſet. Nam ſi ignis per aliquem iactatus eſt, & de hoc conſtat: tunc aliter dicendum eſt. Supra quo vide eumdem Fel. loco citato; vbi quærit quis ad refectionẽ domus ad abundantem cautelam dirutę teneatur; an ſcilicet is qui iactauit vel immiſit ignem; an verò deſtructor domus, vel ipſi vicini.

In Foro verò interiori, cùm domum vicini mei deſtruo, antequàm ignis ad eam perueniat; non ſolùm ad abundantem cautelam, vt meliùs ſeruem meam; ſed quia veriſimiliter ſi id non facio, domus mea combureretur; puto tunc refectionem faciẽdam fore, ac reſarciendum damnum, non in totum; ſed pro arbitrio Confeſſarii: cõperto veriſimiliter quòd etiam combuſta eſſet domus vicini. Attamen in Foro exteriori, cùm ignis ad domum deſtructam nõ fuiſſet peruentus; & per conſequens fieri poſſet vt ſaluaretur; nullo modo prædicta allegatio, & excuſatio admitteretur; ſed cõdemnaretur in totum, maximè quia vix poſſet probari prædicta allegatio.

Si tamen aliquis propriam diruat domũ, vt aliæ ſaluentur: tunc ęſtimationem ſupra tali domo diruta, intèr omnes, cõmodum ex eadem dirutione reportantes, faciendã, & cõponẽdã ex aliis eſſe, tradit Hippolyt. de Marſil. (penes quem aliqua hanc materiam cõcernentia non inſulsè poteris videre, ſi libet.) in l. 1. in princip. num. 114. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Quod in vtroque Foro eſſe ſeruandum rationi congruit, & patet ex ſupradictis, tam in hac, quàm in præcedenti Differentia.

SVMMARIVM.

1 *VENDITOR moroſus in his rebus, circa quas poteſt cadere intereſſe quanti, plurimi, an teneatur ad damna extrinſecùs emptori obuenientia.*

Tex.

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 TEX. in l. Si ſterilis. §. Cùm per venditorem. ff. de Actio. empt. quatenus probat vẽditorem moroſum in his rebus, circa quas poteſt cadere intereſſe quanti, plurimi; non teneri ad dãna emptori extrinſecùs emergentia, (loquitur etenim de ſeruis emptoris, fame peremptis, quia venditor non tradiderat triticum quod venierat) non procedit in Foro conſcientiæ. quia in eo reſarciendum eſt creditori damnum, quod propter moram debitoris incurrit. Ita tenet Adria. in 4. tit. de Reſtitutione. §. Quia tactum eſt. pag. 54. col. penul. Rebuſ. in l. vnic. n. 441. C. de Sent. quę pro eo. Cagnol. in l. Curabit. num. 61. C. de Actio. empt. Maſcar. de Proba. 3. par. concluſ. 933. num. 29. & Purpura in l. Rogaſti. §. Si tibi. num. 55. ff. Si cert. peta.

Sed contrariũ tenet Ange. verb. Vſura. 1. num. 30. Silu. verb. Reſtitutio. 3. num. 9. & Pet. Barboſ. in l. De diuiſione. 5. num. 33. ff. Solut. mat. Et ratio eſt ſecundùm eum; quia cùm ſit lex iuſta, & rationabilis; debet etiam habere locum in Foro conſcientiæ, per gloſ. receptam 1. in cap. Quæ in Eccleſiarum. de Conſtit. cuius nos meminimus verb. Ignorantia. Diff. 2. num. 8. Aliam rationẽ collige ex traditis per nos ſup. Dif. 1. num. 1. Iuſtitia autem, & ratio prædicti §. Cùm per vẽditorem. in hoc fundatur, quòd ſcilicet, Iura abhorrent concurſum duorũ intereſſe; nempe intrinſeci, & extrinſeci; vt docet Zaſius in l. Nummis. num. 8. ff. de In litem iuran. & Barboſ. ſup. num. 31. Et facit illud vulgare, *Vna enel ſaco, y otra en el papo*, quo deteſtamur eos, qui omnia volunt lucrari, nec volunt eſſe contenti vno moderato lucro. Præterea. Iura etiã abhorrent, & æquitas non admittit vnam culpã, ſeu peccatum, bis, aut duplici pœna puniri, cap. de His. de Accuſa. Et ſic ſufficit moroſo in reddendo tritico, vt puniatur in pretio tritici, quanti plurimi, ideſt, in maiori pretio quod valuit à die moræ: & non quòd oneretur etiam in ſolutione damnorũ extrinſecùs contingentiũ ipſi emptori.

Sed obſerua ab Angelo, & Silu. limitari præfatum §. Cùm per vẽditorem. & ipſum reſtringi, vt procedat tantùm, cùm damnum emptori contingens proceſsit ex ſola omiſsione venditoris, ſeu debitoris; v. g. quia non dedit frumentum poſt pretium eius receptum. Secùs ſi non ſolùm proceſsit ex omiſsione debitoris, ſed etiã ex eius commiſsione: quia ſcilicet promiſit dare frumentum in tali termino, & creditor aliter ſibi prouidiſſet, niſi promiſsione debitoris fuiſſet deceptus; quia tunc propter omiſsionem, & commiſsionem, id eſt falſam promiſsionem, tenetur ad vtrumque intereſſe, intrinſecum, & extrinſecum. Conſiderantur namque tunc duæ culpæ, & ſic non mirum, ſi duplici pœna, (vt ita dicã) puniãtur. Dixi, Pœna, quia huiuſmodi damna, & intereſſe non veniunt ſub nomine pœnæ, aliàs quippe non deberentur in Foro conſcientiæ ante ſententiã, & condemnationem, per not. infrà verbo Pœna. Diff. 2. cùm tamen debeantur, vt habes in verbo Vſura. Diff. 2. & 22. Conferũt quæ diximus ſup. Diff. 1. nn. 3. & 13.

Quam quidem limitationem admittit Barboſ. ſuprà, cum hac declaratione, ſeu reſtrictione; nempe dummodò inter partes tractatum ſit, cur in eo termino ſolutio ſeu traditio frumenti fieri deberet; ſcilicet quia familia ex eo alenda erat. Tunc enim damnum præuiſum, & cogitatum à Partibus, debebitur; aliàs ſecùs. Quod & nobis placet, per ea quæ diximus d. Diff. 1. n. 13. verſ. Tertiò limita. Adde not. Dif. ſequenti.

Collige denique ex prædictis doctrinam generalem; ſcilicet intereſſe damni emergentis peti poſſe, & deberi in vtroq; Foro, & in omni contractu, etiam mutui, quoties à Partibus fuit præuiſum, & cogitatum; aliàs ſecùs. Ita Soto lib. 6. de Iuſti. quæſt. 1. art. 3. col. 2. in prin. & Barboſ. vbi ſup. num. 32. 33. & 34.

SVMMARIVM.

Dãna data per ſeruos, vel animalia alicuius; an ſint per dominiũ in Foro cõſciẽtię ſatisfaciẽda.

DIFFE-

Digitized by Google

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 DIXIMVS ſup. in Diff. 1. circa damna data per homines liberos, ex culpa leui, vel leuiſsima. Nũc operæpretium eſt dicere, de damnis datis per ſeruos, vel animalia bruta.

Et quidem diſtinguendum eſt, an ipſa damna ſint illata concurrente culpa domini, an ſine culpa ipſius. Sit ergo prima concluſio.

Si bos meus, mea negligentia, intulit aliquod damnum, puta, tua ſata paſcendo; vel cùm eſſet cornupeta, nec eum cuſtodiré, bouem tuum occidit; vt in cap. Si bos. & in c. Si læſerit. de Iniur. vel ſi ſeruus meus dedit aliquod damnum ex mea negligentia, quia ſcilicet prohibere, & impedire poteram, & non prohibui, putans non illud illaturum: in his, & ſimilibus caſibus; dãnis per dicta animalia, vel ſeruos illatis, in Foro iudiciali teneor ſatisfacere ſoluendo pręcisè æſtimationẽ damni per legẽ Aquiliã. Vbi enim interuenit culpa hominis, ceſſat actio tituli, ff. Si quadrup. paup. feciſ. dic. & alia Inſt. & ff. de Noxalib. actio. vt probat tex. in l. 1. §. Itaque. verſ. Quòd ſi. ff. Si quad. paup. Faciunt notata ſup. in Diff. 2.

In Foro verò conſcientiæ, prefatis damnis, ſi ex culpa mea leui, vel leuiſsima commiſſa ſint, non teneor ſatisfacere, ex traditis dict. Diff. 1. niſi quando culpa fuerit Theologica, & ſic peccauerim ſaltẽ venialiter, vt docet Rebel. dicens communẽ, in ſuo lib. de Oblig. Iuſt. 1. p. lib. 2. q. 10. nu. 16. in prima concluſione.

Quin immò nec tunc tenebor ſub p. m. niſi culpa fuerit mortalis, & damnum notabile, ex traditis dict. Dif. 1. in fi. Non enim ex culpa, ſeu peccato veniali poteſt inſurgere obligatio reſtitutionis ſub mortali, benè tamen ſub veniali, vt ibi diximus. in fi.

Secunda concluſio; quando citra culpã meam ſeruus meus, vel animal, damnum aliquod notabile intulerit: tũc eſt in mea electione in Foro iudiciali, vel ſoluere dictũ damnũ, vel dare ſeruũ, vel animal pro damno illato, vt toto tit. ff. Si quadru. paup. & ff. de Noxali. actio.

In conſcientia tamen, ad nihil teneor ante condemnationem Iudicis, cùm ſint pœnales præfati tituli; vt docent plures, quos refert, & ſequitur Couar. in Epitom. 2. par. cap. 6. §. 8. num. 12. & Rebel. vbi ſup. n. 23. in vlti. concluſ. dicens hanc eſſe longè probabiliorem ſententiam; quàm contrariam, quam aliqui tenent, quos ibi etiam refert. Et inter plures rationes, quibus hæc pars probatur, eſt illa, meo iudicio concludens, nempe quia in præfato caſu, non magis teneor, quàm ſi domus mea rueret ſine culpa mea, & deſtrueret domũ vicini. At quis auderet me condemnare ad reſtitutionem æſtimationis domus euerſæ? certè nullus, quia nulla eſt lex, quæ tale pręcipiat, & iniquum videretur obligare me ad reſtitutionem illius damni, in quo ego nihil deliqui, ſed Deus ipſum per ſua ſecreta iudicia intulit, vel permiſsit.

SVMMARIVM.

1 *CVLPA alio modo accipitur in Foro iudiciali, & alio in Foro conſcientiæ.*

2 *A reſtitutione an excuſetur quis in contractib. cùm damnum datur ex culpa leui.*

DIFFERENTIA NONA.

1 CVLPA quoàd Forum contentioſum, eſt deuiatio ab eo quod eſt bonum, quodque per hominis diligentiam potuit præueniri. ita Bar. in l. Quod Nerua. nu. 7. ff. Depo.

Quoàd Forum verò conſcientiæ, eſt voluntaria deuiatio à lege Dei, & recta ratione, ſecundùm communiter DD. Theologos, & docet Rebel. de Oblig. Iuſt. p. 1. lib. 2. q. 10. nu. 10. Deinde prima culpa dicitur iuridica, quia cõſideratur ſecũdùm Ius. Secunda verò dicitur Theologica, quia conſideratur ſecundùm quod continet peccatũ. Nam culpa ſecundùm Theologos idem

Digitized by Google

eſt,quòd peccatum,teſte D. Thom. 1.2. q. 21.art.2.in corp. in fin. Vnde cùm peccatum non poſsit eſſe, niſi ſit voluntarium: inde eſt, quòd quoàd Theologos non eſt culpa, ſi non contineat ſaltem peccatum veniale: quamuis quoàd Iuris peritos detur culpa ſine peccato; vt apparet communiter in culpis leuiſsimis, quę committuntur ex leuiſsima inconſideratione, in quam quilibet incurreret, niſi ſit diligentiſsimus & oculatiſsimus in ſuis actibus; vt ſi librũ accomodatum intra cellam,& claue obſeratam relinqueres; ſed quia manu non tentaſti,an benè obſerata remaneret,quis eum ſurriperet. Certè tale furtum ſine vllo peccato tuo commiſſum eſſe,non eſt dubium: cùm tamen quoàd Ius, & Forum contentioſum non ſit ſine culpa,licèt leuiſsima. Vnde culpa iuridica ſæpe reperiri poteſt ſine Theologica: non tamen Theologica ſine peccato, vt docet Rebel.ſup. num.14.

2 Præterea videndum eſt circa damna data ex leui, vel leuiſsima culpa in contractibus, vel quaſi contractibus, vltra ea quæ diximus ſup. Diff. 1.num.5. an de eis ſit idẽ dicendum, quod de aliis caſibus extra contractus,diximus dict. Diff. 1. Vel an ſit ponenda aliqua differentia inter vtrumq; Forum in prefatis damnis ex contractu prouenientibus. Manifeſti quippe iuris eſt, eſſe quoſdam contractus,in quibus ex natura ipſorum tenetur quis ad omnem culpam etiam leuiſsimam; vt ſunt contractus qui fiunt in fauorẽ, & vtilitatẽ alterius ex contrahentibus tantùm; vt eſt cõmodatũ l. Si vt certo. §. Nunc vidẽdum.& l.In rebus. ff. Commod.& lib. 4.Ordin.Portugal. tit.53. §.2.& 3.& c.vnico.extra,de Commoda. Et alios ad culpam latam, & leuem tantùm: vt ſunt ii,qui fiunt gratia vtriuſque ex contrahentibus.

Et quidem Soto lib.4.de Iuſti. q. 7. art.2. ante reſponſionem ad argumenta tenet in effectu,in Foro conſcientiæ non teneri cõmodatarium ad reſtitutionem ex leuiſsima culpa; neque etiam ex leui,niſi ſit mortalis apud Deum. Nam à venialibus, vix homo liberari poteſt.Quare propter illas non eſt homo tanta pœna plectendus. Nec obſtat, inquit, videri continere contradictionem, dicere requiri culpam mortalem,quam Ius dicit leuem. Nam reſpondet tacitè dictę obiectioni, dicens dici leuem arbitratu humano,& Iuridico, reſpectu alterius; quæ in depoſitario cumulatior requiritur, vt condemnetur. Tandem concludit,omnia quæ de contractibus,& culpis in eis commiſsis dixerat;ęſtimanda, & iudicanda eſſe ſecundùm Iudiciale Forum, eiuſque ſententię in conſcientia ſtandum eſſe. Et ſic videtur tenere nullam eſſe in illis differentiam inter vtrumque Forum,excepto quòd exigit culpam mortalem, vbi in Foro externo ſufficit leuis, & leuiſsima; ſequitur Ledeſma 2.4.quæſt.18.art.6. concluſione antepenul.

Sed contra hos inſurgit Rebel. vbi ſup. 2.par.lib. 1.quæſt.vlt..nu.9.& lib.16.q.vni. num.1.poſt Naua.cap.17.nu.184.& alios, dicens perperàm contra omnes Doctores interpretari, vt per culpam leuiſsimam (de qua in dict.cap.vnico, de Cõmod.) intelligi debeat culpa mortalis: quia inquit,eiuſmodi obligatio reſtitutionis in contractibus non fundatur in proportione ad culpã, ſed in ipſa ratione contractus. Vnde ſi ex leuiſsima culpa obligatio reſtitutionis ratione contractus, vel quaſi contractus cõſurgat: tenetur ad reſtitutionẽ totius. Quod ſecùs eſt in aliis obligationibus ex aliis actibus extra cõtractus inſurgẽtibus, queq; ex peccato cõtra iuſtitiam, tamquam pœna naturaliter debita, oriuntur, & conſurgunt. Nam tales non obligant regulariter ad totam rem reſtituendam,ſed ad partem, iuxta culpæ proportionem, quando culpa venialis eſt,vt diximus dict. Differentia 1. num.5.& 13. verſ. Ex quibus ſequitur. vbi etiã habes, an ex peccato veniali poſsit oriri obligatio reſtitutionis ſub mortali. Sed limitanda erunt quæ ibi diximus, per notata hic.

Quare concludit Rebel. ſup. dicens cõmunem,nempe in commodato ad obligationem reſtitutionis ſub mortali, niſi paruitas materiæ excuſet,ſufficere culpam leuiſſimam;in Foro quidem iudiciali, iuridicam: & in Foro conſcientiæ Theologicam; venialem, quamtumcumque minimam.

Sed quòd in vtroque Foro ſtandum ſit diſpoſitioni Iuris Cæſarei & Canonici circa culpam requiſitam in contractibus, vltra Soto, & Ledeſma ſuprà docet Naua.

cap.17.

Digitized by Google

cap. 17. num. 179. cum quatuor ſequent. vbi ex iis quæ tradit num. 184. potes deducere rationem diuerſitatis, quare quis excuſetur à reſtitutione, cùm damnum datur ex culpa leui extra contractus, vt dict. Diff. 1. & aliter dicatur in datis in contractib. vt hic. Et ratio eſt; quia in primo caſu damnum datur præter intentionem inferẽtis illud: at in ſecundo, eo ipſo quòd quis conuenit in aliquo cõtractu; ſe obligat, ſaltem tacitè ad omnia, quæ ſunt ex natura illius contractus.

SVMMARIVM.

1 *SOCIVS an teneatur in Foro conſcientiæ de culpa leuiſsima.*

DIFFERENTIA DECIMA.

1 SOCIVS ratione contractus ſocietatis, in Foro exteriori non tenetur de leuiſsima culpa, vt probat text. in l. Socius ſocio. 72. ff. Pro ſocio. & docent omnes communiter. Ratio eſt, quia contractus ille fit gratia vtriuſq; contrahẽtis; quo caſu non tenetur quis niſi de dolo, & culpa lata, & leui l. Si vt certo. §. Nunc videndum. ff. Commo. Vnde ſi ſocius in rebus ſocietatis non minorem diligentiam adhibuerit, quam in rebus ſuis adhibere ſolitus ſit, quantumcumque aliàs negligens ſit; excuſatur in Foro externo à reſtitutione. Rationem tradit dict. l. Socius. quia, inquit, qui parum diligentẽ ſibi ſocium aſciſcit, de ſe conqueri debet. Idem dicit text. in §. fin. Inſtit. Eod.

In Foro verò conſcientiæ tenetur, ſi aliquod detrimentum ex culpa illius, etiam leuiſsima, ſocietati contingat; ſiue illa culpa ſit diligentis, ſiue negligentis. Ita Rebel. de Obliga. Iuſt. 2. par. lib. 15. quæſt. 8. num. 3. contra Conrad. quæſt. 93. ad fin. Mouetur, quia inquit, etiam ſi contractus non interuenerit; culpa quantumcumque leuis, ac venialis, contra iuſtitiam commutatiuam commiſſa, ad aliquam obligat reſtitutionem; maiorem, vel minorem, pro ratione maioris, vel minoris culpæ. Sed hęc ratio non eſt generalis; cùm multa damna dari poſsint ex culpa leuiſsima, quæ non ſunt ex iniuſta lęſione illata, nec contra iuſtitiam commutatiuam, vt conſtat ex iis quę diximus ſup. Differentia 1. Præterea cùm hoc damnum non veniat ex natura contractus, iudicandum eſt ſecundùm tradita dict. Diff. 1. Quare reſtringẽda eſt hęc differentia ad damna ſolummodò contra iuſtitiam commutatiuam, ſiue ex iniuſta læſione ex culpa leuiſsima per ſocium illata, iuxta per nos not. dict. Diff. 1.

DEBITVM.

SVMMARIVM.

1 *DEBITVM ex ſola charitate, obligat in Foro conſcientiæ, non tamen in Foro iudiciali.*

2 *Poteſt quis cogi ad dandam eleemoſynam extremè egenti.*

3 *Et ad vendendum triticum tempore penuriæ.*

4 *Et Parochus ad baptizãdũ puerũ moriẽtẽ.*

5 *Et Dux neceſſarius, vt patiatur membrum à ſe abſcindi.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 DEBITVM ex ſola charitate, obligat tantùm in Foro conſcientiæ; non tamen in Foro iudiciali; quia ad ipſum pręſtandum, quis cogi nõ poteſt lege iuſtitiæ;

quæ ſola attenditur in prædicto Foro iudiciali. Ita tradit Sot. lib.5. de Iuſt. quæſt.1. art.7. Nauar. cap.17. num.70. Cordub. lib. Quæſt. Theol. quæſt. 27. in ratione 13. pro tertia opinione, §. Tum quartò. & in ſolutione ad quartum ſecundæ opinionis. & dicemus verbo Reſtitutio. Differentia 1.

Sed Pet. à Nauar. tom.1. de Reſtit. lib.2. cap.3. à num.124. cum ſequentibus, nititur impugnare prędictā opinionem, adducēdo plura exempla, in quibus quis tenetur ex ſola lege charitatis; & nihilo minus ad ea, per Iudices Fori exterioris compelli po-

2 teſt. Primum eſt, de eleemoſyna extremè egenti danda, quæ ſecundùm eoſdem met Doctores ſuprà citatos, non debetur de lege Iuſtitiæ, ſed tantùm de lege charitatis: & tamen poteſt Princeps cogere diuitem, vt extremè egentibus, & tempore famis ſuccurrat. de quo vide verbo Eleemoſina. diff. 2. Secundum eſt, circa venditionem

3 tritici, & aliarum mercium neceſſariarum tempore penurię. de quo ſub verb. Venditio. Differen.5. Poſſunt enim Principes, & Gubernatores ciuitatum, & Regnorum, tempore neceſsitatis, cogere ad vendendum habentes triticum vltra ſibi neceſſarium, tam ad comedendum, quàm ad ſeminandum; cùm tamen aliàs, ad dictam venditionem non teneantur ex lege iuſtitiæ,

4 ſed charitatis. Tertium ponit num. 132. & eſt de Parocho, qui ſi baptizare puerum morientem non poteſt, niſi cum diſcrimine ſuæ vitæ, vel ratione peſtis, aut etiam inimicorum: nihilo minus teneretur, & compelli poſſet ad id præſtandum, ratione extremę neceſsitatis ſpiritualis proximi.

5 Quartum eſt, quando Dux in pace, aut in bello eſſet neceſſarius. Nam ſi vulnere tam ſeuo ſaucius eſſet, vt niſi membrum abſcinderetur, obeūda mors ſibi eſſet: poſſet certè tali caſu, etiam nollens, cogi ad abſciſionem, vt viueret ad communis boni ſalutem; quamuis ad id non teneretur de lege iuſtitiæ, ſed charitatis.

Prædicta autem omnia exempla tandem num.133. non audet tamquam vera aſſerere, nec per ea tenere contrarium; ſed diſputationis gratia, dicta eſſe mauult, ne aduerſetur prædictis authoribus, neve inferat in ſcholas nouas opiniones.

Sed defendi poſſunt, ſi intelligamus præfatam eius doctrinam de coactione per viā denunciationis Euangelicæ; iuxta ea quæ habes in Prælud. Obſeruat. 12. num. 15. vel per officium Iudicis ſecularis.

SVMMARIVM.

1 *DEBITOR impotens ad ſoluendum, tutus eſt quoàd Deum, non tamen quoàd Forum iudiciale.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 QVI non poteſt ſtatim ſoluere debitum, tutus eſt quoàd Forum interius. quia hoc caſu quoàd iudicium diuinum nō eſt in mora, ſecundùm Silu. verb. Reſtitutio. 7. quęſt. 1. §. 1.

Non tamen eſt tutus, quoàd Forum exterius. Et ideò oportet petere à creditore dilationem, ne ab eo conueniatur, & moleſtetur. Vide notata verbo Reſtitutio. Differen. 3.

Hinc collige ſolutionē ad dubium quod mouet Silu. ſuprà §. 2. & verb. Reſtitutio. 5. quęſt. 1. an ſcilicet teneatur petere dilationem, aut remiſsionem debiti, qui non poteſt reſtituere. Nam licèt Pet. & Rain. quos ipſe ſequitur, putent teneri: id verum intellige quoàd Forū exterius, non tamē quoàd Forum interius. & in hoc conſiſtit hæc differentia. Nam ſicut eſt tutus, quoàd Forum interius, qui non poteſt reſtituere: ita etiā & quoàd Forū exterius, eſt tutus; quia inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit, iuxta illud quod vulgò profertur, *A quien no tiene, el Rey haze franco.* Poteſt tamen moleſtari de facto in Foro iudiciali. Et ideò oportet ad redimendam, excuſandam, ſeu vitandam talem moleſtiam, petere dilationem, aut remiſsionem ſuperùs dictam.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *DEBITOR pecuniæ, ante interpellationem non eſt in mora reddendi debitum in Foro exteriori. Secùs in Foro interiori.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 DEBITOR pecuniç, ante interpellationem non eſt in mora reddendi debitum in Foro exteriori, l.Mora.32.ff.de Vſur. vbi gloſſa l.Quod te.ff.Si cert.pet.l. Titiæ textoris.§. fin.ff.de Legat.1.l. Si ex legati. ff. de Verbor.obligat.gloſſ.in regul.Mora.lib.6.quã dicit ſolennẽ Nauar.Conſi.3.n.3.de Vſur. & eſt communis opinio, teſte eodẽ Nauar. Conſi.2.n.4.ad fin.de Diuort. Itaque debitor, nõ tenetur ſoluere quod debet in Foro exteriori, donec ab eo petatur; quia mora regulariter non cõmittitur ſine interpellatione. Et ante eam non cenſetur creditor inuitus; vt ait Medin.c.de Reſtitutione.q.2. Couar.regul.Peccatum.1.par.Relect.nu.1. Rebel.de Oblig.Iuſt.2.p.lib.1.q.4.num.3. quin immò, & ante quam quis per Iudicem condemnetur, non tenetur in Foro iudiciali reſtituere alienum, vel ſoluere quod debet; vt malè obſeruant quamplurimi, putãtes id etiam ſibi licere quoàd Deum. Sed toto aberrant cęlo; & vt inquit Naua.c.17. n.65. multi ex hoc damnantur, ſcilicet ob non ſolutionem debitorum. Nam in Foro interiori, ſtatim, nulla expectata creditoris interpellatione (quãtò minùs ſentẽtia Iudicis?) tenetur debitor ſoluere quod debet, ſi poteſt.c.Sæpè.de Reſtit.ſpoliat. D. Tho. 2.2.q.62.artic. fin. in reſpon. ad primum. & q.88.art.3.in 3.argu.Nauar.dict. cap.17. num.54.& dict.Conſi.2.Silueſt.verbo Reſtitutio.5.quæſt.1.vbi reddit rationem, ſcilicet quia ſicut rem alienam auferre, eſt contra iuſtitiam: ita & detinere; cùm detineatur dominus ab vſu ſuæ rei: nulli autem licet (tametſi modico tempore) facere cõtra iuſtitiam; iuxta illud Eccleſ.21. *Quaſi à facie colubri, &c.* Quod intellige verum (vt dixi) quando detinens rem alienam, poteſt illam ſtatim reſtituere. Nam ſi non poteſt, tene dicta in Differentia pręcedente. Intellige, etiam quando dies certus non eſt præfixus ſolutioni. aliàs, dic vt tradimus verb. Interpretatio. Differentia 9.

Tertiò intellige verum, quando creditor non petit debitum ob timorem etiam reuerentialem, ſiue reſpectum, aut ob ignorantiam debiti. Nam ſi creditor ſcienter, & ſponte tacet, & non petit: probabiliter credere poteſt debitor, ſibi ab eo dilationem dari; & ſic tunc excuſatur: vt ſing.poſt Ang. & Silu.tenet Naua.dict.cap.17.num.79. & Graſis lib.2.caſuum conſcien. cap. 132.nu. 7.& ante eos Panor.in cap.fin.num.19. de pręſcript.Idem tenet Summa Tabien.verb. Mora.in prin.& Rebel.de Oblig.Iuſt. 2. p. lib.8.quæſt.7.num.3. faciunt notata verbo Hæreditas.Diff.5.

SVMMARIVM.

1 *DEbitor poteſt renunciare legato, vel hęreditati in fraudem creditorum in Foro exteriori.*

2 *Maritus, donationis cauſa poteſt repudiare hæreditatem in fauorem vxoris.*

3 *Pater oneratus debitis, poteſt non acquirere vſumfructũ bonorum aduentitiorũ filii.*

4 *Coniuges poſſunt ad inuicem renunciare lucris quæſitis.*

5 *In Foro verò conſcientiæ, non ſunt licitæ præfatæ renunciationes.*

6 *Cautelæ à doctoribus traditæ, non ſunt magnifaciendæ; quia communiter non poſſunt ſeruari in conſcientia.*

DIFFERNETIA QVARTA.

1 DEbitor in Foro exteriori, poteſt renunciare legato, vel hæreditati in fraudẽ creditorũ; quia nolle non acquirere, nõ eſt pauperẽ fieri, ſeu patrimoniũ minuere; ſed tantũ ipſum nõ augere. Ita probat text. in l. Qui autẽ vbi Bart.in princ.ff. Quæ in fraud. credit.& not. Ang.& Iaſ. in §. Itẽ ſi quis in fraudẽ.nu.121.Inſt.de Action. Couar. in c.

Digitized by Google

Rainaldus.§.3.num.14. de Teſtam. & in 4. 2.par.cap.7.§.1.num.12.

2 Pro quo facit l. Si ſponſus.§. Si maritus. ff.de Donation.inter vir.& vxor.vbi dicitur à marito,donationis cauſa,in fauorem vxoris poſſe repudiari hæreditatem delatam; nec ex hoc, vxori donatariæ factam donationem eſſe nullam; quia in prædicto caſu, qui donat non efficitur pauperior.

3 Hinc eſt quòd pater oneratus debitis, poteſt,quoàd Forum exterius,nolle acquirere vſumfructum bonorum aduentitiorũ filii, quia per hoc non dicitur minuere aliquid de ſuo patrimonio; nec donare aliquid filio. Quia aliud eſt amittere, & aliud omittere, & non lucrari, l final. C. de Codicil. dict.l. Quid autem.ff. Quæ in fraud. cred.facit l.final.verſ.Siue ex contrario,patre recuſante.C.de Bon. quæ liber.gloſſa in §.Item nobis.Inſtit. Per quas perſon.& in l. Etiam.ff.de Acquir.rerum.domin. Paul. in l. Cùm oportet.num.30.C.de Bon. quæ liber.Corn.Conſi.285.num.15.& 16.vol.1. Vital.de Collation.quæſt. 8.nu. 184. Et in terminis dant prædictam cautelam patri debitis onerato,vt ſic in prędicto vſufructu creditores executionem ſuorum debitorũ minimè faciant, Salicet.Portius in §.1.nu. 10.Inſtit. Per quas perſon. Riminal. ibidẽ num.92.Tellus Fernand. l.17.Tau.nu.61. quos refert,& ſequitur Valaſc.de Particio. cap.13.num. 146 .quem etiam vide num. 144.& 149.

4 Idem eadem ratione dicendum eſt in renunciatione per alterum ex coniugibus, conſtante matrimonio, de lucris iam acquiſitis, facta. In Foro enim exteriori,prædicta renunciatio valet, & tenet; quia non cenſetur eſſe donatio ex prohibitis inter virum,& vxorem. Nam is qui remittit lucrorum partem,licèt lucrum repudiet, non tamen amittit aliquid ex bonis quæ anteà habebat. Nec is cui donatio fit, quicquam acquirit, ex quo fiat locupletior;ſed tãtùm id agit, ne id quod laboribus forſan maximis acquiſierat,pro parte, ad otioſum coniugem deferatur; vt poſt Ioannem Lup. & Anto.Gom.docet Couar.dict.§.1.num.11. & Boër.Deciſ.244.col.2.

5 In Foro tamen exteriori, & conſcientię, illicita eſt prædicta renunciatio. Ratio eſt, quia licèt non ſit contra iuſtitiam; & ideò renuncians ad nullam reſtitutionem teneatur; eſt tamen contra charitatem,& in fraudem creditorum;quia cùm poſſet debitor, non renunciando, ſatisfacere ſuis creditoribus, & cauere eorum iacturam, & leſionem circa eorumdem patrimonia: id ſine cauſa prætermittit. Ita tenet Pet. a Nauar. tom.2.de Reſtit.lib.3.cap.1.n.113.Negari etenim non poteſt,quin faciat iniuriam creditoribus.

Neque obſtat,quòd qui vtitur iure ſuo, nemini facit iniuriam. Nam id verum eſt, cùm quis ex cauſa ſibi vtili, & ne damnum in bonis ſuis patiatur,iure ſuo vtitur. At per prædictam renunciationem nullum damnũ declinat,ſeu remouet debitor à bonis ſuis; immò ſibi præiudicium infert cum damno creditorum: cùm ſemper maneat obligatus,& ære alieno grauatus:cùm aliàs poſſet faciliter ſe ab eo exonetare. Quòd ſi dixeris patri renuntianti vſumfructum,in fauorem filii, & marito donanti lucra quæſita vxori, eſſe id vtriſquè vtile; quia ſic pater ali poterit à filio, & maritus ab vxore Reſpondeo prædictam vtilitatem non eſſe quærendam cum damno tertii.

Prætereà iura ſuprà allegata,quibus cautela Portii,& aliorum fundatur; magis ſtatuta fuerunt de ſubtilitate Iuris, quàm de æquitate. At in Foro animę,apices, & ſubtilitates iuris non curantur, per ea quæ traduntur verbo Iudicium. Differ. 4.

6 Quare prædictæ cautelæ,& ſimiles, non ſunt adeò magnifaciendæ; vt nonnulli exiſtimant, eas valdè celebrantes.ſunt quippè quæſitæ, & inuentæ ex mera cupiditate, & auaritia, quam veri chriſtiani, & ſectatores Chriſti abhorrere,ac fugere debent.

SVMMARIVM.

1 *DEBITOR ſi non fuit in Iudicio, vel extra requiſitus, non poteſt in Foro exteriori gratificari alicui creditorum non habenti ius prælationis, In Foro tamen animæ id poteſt.*

2 *Hæres non poteſt gratificari vnum ex legatariis ſibi benè viſis; ſed pro rata debet eis ſoluere.*

DIFFE-

Digitized by Google

DIFFERENTIA QVINTA.

1 DEBITOR habens plures creditores non habentes hypothecas, nec priuilegia prælationis, nec valens omnibus debita ſoluere: ſi à nullo fuit in iudicio, vel extra requiſitus; non poteſt in Foro exteriori gratificari alicui creditorum, ſoluendo illi in ſolidum;ſed pro rata debet bona diuidere, & debita ſoluere.Tex. eſt ad hoc ſingularis in l.Pupillus.ff. Quę in fraud. credit. Secùs ſi creditor vigilauit, exigendo debitum in iudicio, vel extra. Tunc enim ne dum poterit ei gratificari; ſed & debet ei debitor ſoluere, ante quàm bona debitoris authoritate iudicis incipiant poſsideri; vt dict. l. Pupillus,& l.Qui autem.6.§. Sciendum. ff. eod. & l. Si mulier. 31.ff. de Mino. & l. Si non expedierit. §. Quid ergo. ff. de Reb. auto. Iud. poſ. quia aliàs poſteà non poterit ſine licentia aliorum creditorum, ex gl. fin.l.Tutores. ff.de Condic. indeb. Ita poſt alios docet Silu. in Summa verb. Reſtitutio. 6.quæſt.8. vbi in fine dicit in Foro animæ excuſari debitorem, ſi plurimùm indigenti, pietate motus gratificaretur. Idē tenet Medin.de Reſtitutione. quæſt.2. art.5. & Rodrig.verb.Reſtitutio.c.46.nu. 6.licèt iure Fori non excuſaretur, per ſuprà dicta.

2 Hinc collige reſponſum ad dubium infrà tactum,verb. Teſtamentū. in Differentia 4. circa ſolutionem legatorum, videlicet non licere hæredi pro libito gratificari legatariis ſibi benè viſis, ſoluendo eis in ſolidum eorum legata, & alios ſuis legatis fraudare; cùm hæreditas non eſt omnibus ſoluendo: ſed debet pro rata eis bona diuidere: aliàs in Foro iudiciali reuocaretur. arg. l. 1.& 2.ff. Quæ in fraud. credi. vide ord. Luſit. lib. 3. tit. 91. niſi caſu quo ab aliquo legatariorum exactus, vel requiſitus in iudicio, vel extra, fuerit. Tunc etenim poterit illi gratificari; immò & tenebitur ei ante omnes in ſolidum ſoluere. Vigilantibus quippe,& non dormientibus iura ſubuenire ſolent; aliàs peccabit mortaliter ſecundum Rebel. 1.par.lib. 2. quæſt. 19. nu. 14. Sed obſerua vnum ſing. quòd ſi quis bona fide, ignorans ordinem iuris circa reſtitutionem,ſoluerit priùs aliqua debita, quæ poſteriùs erant ſoluenda, vel reſtituenda: erit tutus in Foro conſcientiæ. Ita not. Pet.à Nau. lib. 4. de Reſtitutione. cap.fin.num. 49.& Rodrig. ſup. num. 12. cum ſequent.& Rebel. ſuprà, numero 15. & 16.

SVMMARIVM.

1 *DEBITOR, & pęnali diſpoſitione liberatus debito, an in vtroque Foro ſit tutus.*

2 *Præſcribens aliqua per quinquennium vigore ſtatuti, an ſit tutus.*

3 *Denunciatio iudicialis, non admittitur in exceptionibus pęnarum.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 DEBITOR ex pænali diſpoſitione liberatus (vt in caſu. l. Si quis in tantam. C. Vnde vi. & l. Extat. ff. Quod met.cauſ.vbi ius ſibi dicens, cadit à cauſa; & debitor, ſiue reus debito liberatur. & in l. in Criminali. C. Quod quiſque iur.vbi trahens reum coram iudice non ſuo, & ſic in vetito examine ſimiliter punitur, & mulctatur in priuatione ſui iuris; & in Macedoniano, vt diximus verb. Reſtitutio. Differentia. 18. & in l.3. §. fin. ff. Quod quiſque iuris. & in aliis ſimilibus caſibus, de quibus in l. Si pęnæ cauſa. ff. de Cond. indeb. iuncta ibi gloſſa) In his caſibus quamuis in Foro iudiciali tutus ſit debitor, ſitque liberatus: per iura ſuprà citata.

In Foro tamen conſcientiæ manet obligatus ad debiti reſtitutionem; non obſtante quòd per legem, vel ſtatutum ſit creditor in pęnam ſuo iure priuatus. ita ſingul. Bart. dict. l. Si pænę cauſa. num. 2. & ibid. Alex.

Alex. quia naturalis obligatio qua tenetur, per legem poſitiuam tolli non poteſt. l. Iudex. l. Iulianus ff. de Condict. indeb. gloſſa 1. in cap. final. de Solutio. in cap. fin. nu. 36. in fin. de Præſcript.

Coua. tamen in cap. Quamuis pactum. 2. 2. parte §. 3. n. 4. poſt Paul. de Caſtro. Panor. & Fortun. Garcia, tenet contrarium, videlicet præfatum debitorem, qui ex pænali diſpoſitione liberatur à debito, tutum eſſe in vtroque Foro, non eſſeque idem ius in eo, ſicut in filio familiàs accipiente ab aliquo mutuum. de quo dict. Differentia 18. Dicit enim aliud eſſe quòd lex ciuilis, in pænam, & odium creditoris liberet quem ab actione tantùm iudiciali, & ei cõcedat legitimam exceptionem, ſi à creditore conueniatur, vt in Macedoniano. (hoc enim caſu manet obligatio naturalis in debitore, & conſequenter tenetur in conſciẽtia ad debiti ſolutionem) aliud vero eſſe quòd lex ciuilis in pænam creditoris exoneret & liberet debitorem à debito, vt in exemplis ſuprà citatis apparet. Tunc enim manet debitor ſecurus, & liber à debito etiam in Foro cõſcientiæ. Verum ſi ſoluat, non poterit repetere, vt dict. l. 3. §. fin. Idem repetit. §. 4. nu. 8.

Sed contra hanc diſtinctionẽ facit quòd lex humana, non poteſt tollere obligationem naturalem iam natam; quamuis ex cauſa poſſit impedire, ne oriatur ex aliquo contractu per eam irrito atque prohibito, vt docet Bal. per tex. ibi in dict. l. Pœnæ. & Coua. ſup. §. 4. nu. 6. verſ. Quartò. in fi. Ad hæc, creditor ante condemnationem non tenetur in cõſcientia ad pœnam; iuxta gl. receptam in cap. Fraternitas. 12. quæſt. 2. ergo poteſt ante cõdemnationem iuſtè, & tuta conſcientia debitum petere à debitore: & conſequenter nõ eſt debitor in cõſcientia liber à debito. quia aliàs daretur iuſtum bellum ex vtraque parte. quod videtur abſurdum.

Præterea, ſi debitum ſoluit, nõ repetit; vt in l. Qui exceptionẽ. ff. de Condict. indeb. Igitur manebat obligatus, ſaltem naturaliter: vt probatur dict. l. 3. §. fin. ff. Quod quis. & fatetur Coua. ſup. §. 3. nu. 4. & §. 4. nu. 8. Quæ obligatio regulariter aſtringit conſciẽtiam. Nec video hic cauſam, nec rationem concludentem, quare in præſenti caſu prædicta obligatio naturalis non obliget in conſcientia. Tertiò, ſi lex pœnalis non operatur effectum ſuum in conſcientia ante declarationem, quoàd condemnationem creditoris in eam incidentis: quomodo debet, aut poteſt operari quoàd abſolutionem debitoris? Aequalitas enim in vtriſque ſeruanda eſt. 1

Quare ſub correctione meliùs ſentientis, cenſeo opinionem Bart. in dict. l. Si pœnæ cauſa. vt tutiorem, eligendam eſſe, & tenẽdam, antequàm creditor condemnetur, & ſuo iure priuetur: poſt condemnationem verò tenendam eſſe opinionem Innoc. in cap. Quia plerique. de Immunit. Eccleſ. & Panor. in cap. Nouit. num. 33. de Iud. contrarium tenentium. Pro quibus faciunt quę tradit Silu. verb. Reſtitutio. 3. quęſt. 7. §. 1. verſ. Quintò; vbi dicit ſi fur, vel emptor ſciens rem furtiuam, fecerint aliquas expenſas voluntarias, quibus rem furtiuam meliorarunt; teneri dominum in conſciẽtia rationabiles reſtituere: niſi per ciuile iudicium, in pœnam, fur, vel emptor, eas amiſiſſent. Sed adhuc remanet ſcrupulus. Nam ſi ante condemnationem tenetur debitor in conſcientia ſoluere, ergo non eſt iuſta lex concedens exceptionem debitori, nec poterit ea in conſcientia vti. Reſp. concedendo vltimum. ad primum verò dico legem iſtam pœnalem, eſſe pro Foro tantùm externo; nec ideò eſſe iniuſtam cõcedentem exceptionem ei, qui aliàs tenetur ſoluere in conſcientia; cùm id faciat ex iuſta cauſa in pœnam creditoris, quia non arctat debitorem, vt ea vtatur; nec eum exonerat, vt diximus in Macedoniano.

2 Nolo hic preterire vnum mirabile quod tradit Paul. in dict. l. Si pœnæ cauſa. in fine, videlicet quòd præſcribens aliqua per quinquennium, vigore ſtatuti inducentis dictam præſcriptionem in odium, & pœnam negligentis, & ſtatuentis vt creditor cadat à iure ſuo, poteſt illa, in conſcientia retinere. Nec obſtat, inquit, mala fides; quia tunc nõ ea ſibi retinet ex præſcriptione, ſed ex pœnali diſpoſitione ſtatuti: & ita dicit tenuiſſe magnos Doctores. Sed intellige vt prædixi; & idem quod Paul. de Caſtr. tenet Abb. poſt Ant. & Hoſt. in cap.

Digitized by Google

cap. final. num. 10. in fin. de Præſcript. vbi pro hoc allegat gloſſam final. in cap. Cùm ſecundùm leges. verb. Certoque caſu. de Hęret. in 6. quam dicit ſingularem, quamuis num. 36. in fine, videatur tenere contrarium.

3 Adde etiam quòd in iſtis exceptionibus pœnarum, non habet locum denunciatio iudicialis, vt tradit Bart. in dict. extrauag. Ad reprimendum. num. 13. & Bal. in cap. 1. §. Si quis per. 30. Si de feudo. fuer. controuer. 10. col. quod eſt ſummè notandum. quia regulariter, vbi adeſt obligatio naturalis, poteſt quis denunciari iudicialiter, vt per Abb. in cap. Nouit. num. 49. de Iud.

SVMMARIVM.

1 *AN liceat mihi ſoluere creditori creditoris mei.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 DEBITOR, in Foro iudiciali nō liberatur ſoluendo debitum creditori creditoris ſui. quia quod mihi debes, alii ſoluere non potes, niſi me mandante aut ratum habente. l. Inuito. C. de Solutio. quæ ita ſumatur. Ita Bar. in l. Solutum. §. Solutam. ff. de Pigno. actio. Pro quo facit opt. tex. in l. Cùm quis. 55. ff. de Verbo. obliga. Cùm quis, ait, ſibi, aut Titio, dari ſtipulatus eſt; ſoli Titio, nō autē ſucceſſoribus eius rectè ſoluitur. Ad idem l. Si ſtipulatus. 81. ff. de Solu. Si ergo etiam ſucceſſoribus qui eamdem perſonā repręſentāt ſoluendo non liberatur: (quia vt inquit ibi gl. certa perſona eſt, à qua recedi non poteſt) quanto minus liberabitur ſoluendo alteri perſonæ, ſcilicet creditori creditoris ſui? præſertim quia poteſt creditoris intereſſe, vt ei ſoluatur; & non ſuo creditori: nempe quia habet cum eo rationes & compenſationes, vel ſperat ab eo dilationem ſolutionis, vel remiſsionem, &c. Quare ſi ſoluerit; iterum reſtituere, ſiue ſoluere cogetur ſuo creditori. Et hanc eſſe communem opinionem teſtatur Rebel. de Obliga. Iuſt. quæſt. 11. num. 10.

An autem idem ſit dicendum in Foro cōſcientię, diſſentiunt inter ſe Doctores. Quidam enim putant ſecùs eſſe in Foro conſcientiæ; & ſic licitum eſſe ſoluere creditori creditoris: & cōſequenter liberari quoàd Deum; dummodò ſecundus debitor ſit debitor ex eadē cauſa cum primo; vt ſi Sempronius, habens domum ad locādum, eam locet Titio, & Titius mihi: tunc ſi ego ſoluam ſempronio id quo domum à Titio conduxeram, liber ero in conſcientia, etiā creditore meo inuito, ratione tex. in l. Soluere. 53. ff. de Solut. vbi etiam pro inuito & ignorante ſolui poſſe. Ad idem l. Vtrum præſente. ff. de Conſti. pecu. Cùm enim ex tali ſolutione liberetur meus creditor; meritò ſatiſfactū eſt ei. & ita tenet Silu. verb. Solutio. quæſt. 4. §. Secundum. poſt gl. in prin. Inſt. quib. mod. tolli. obliga. Qui indiſtinctè tenent liberari, etiam ſi ex diuerſa cauſa debitum ſit contractum. Nam ratio dict. l. Soluere. in vtroque caſu locum habere videtur. Idem tenet Ange. verb. Solutio. §. 13.

Sed Medina. c. de Reſti. quæſt. 5. cauſa. 5. in prin. Pet. Toletan. in Summa. cap. 2. dubio. 5. negant in Foro conſcientiæ licere, quando res eſt debita in ſpecie. Secùs ſi in genere. Rebellus verò vbi ſupra, nu. 11. eoſdem ſequitur, ſi nulla rationabilis cauſa ſubſit, ob quam debitum ex diuerſa cauſa ſolutum ſit creditori creditoris mei. Secùs ſi aliqua ſubſit.

Ego verò in hac diuerſitate opinionum, probabiliorem cenſeo opinionem dict. gl. in prin. Inſt. Quib. mod. tol. oblig. ſcilicèt in vtroque Foro liberum manere debitorem, ſi creditorem ſui creditoris ſoluerit, per rationes ſupra allegatas. Poterit tamē creditor agere contra ſuum debitorē ſoluentem pro eo, ſi ſua intererat, ne pro eo ſolueret, aut ſi ſoluit pluſquam deberet. & ſic conciliari poterunt præfatæ opiniones.

Sed maior difficultas eſt, an (eſto, vt ſoluendo creditori creditoris ſui, liber remaneat,

Digitized by Google

neat, & deobligatus in vtroque Foro) licitè id fiat, id eſt abſque offenſa Dei. Nam Rebellus ſupra nu. 11. tenet nefas eſſe in conſcientia id facere. Idem tenet Medin. & Tolet. ſuprà, quando res non eſt debita in ſpecie, ſeu in indiuiduo, ſed in genere. Addit tamen Rebel. licere quādo rationabilis cauſa ſubſit; & ponit exempla, vt ſi ob id Titio ſoluo quod debeo Sempronio, quia Titius eſt amicus, vel conſanguineus, & ſine ſcandalo, vel magnis expenſis non poteſt ſuū debitum recuperare; vel de certo ſcitur nihil eius intereſſe, an ipſi, vel ipſius creditori ſoluatur; vel ignorat me ſibi quicquam debere. Quæ exempla, quia ſunt practicabilia, retine memoria. Cuius opinionem in hac parte ſequor.

SVMMARIVM.

1 *ALIVD pro alio, vt pecunia pro ſpecie, ſolui non poteſt, inuito creditore, in Foro exteriori. Secùs in conſcientia.*

2 *Errata Officii diuini remittuntur dicendo aliquem pſalmum.*

3 *Vouens aliquid, poteſt illud in æquè bonum commutare.*

DIFFERNETIA OCTAVA.

1 DE iure communi, & in Foro exteriori, non eſt in optione debitoris ſoluere æſtimationem rei debitæ; vt ſi quis abſtulit ab alio librum, veſtē, mulam, vel alia huiuſmodi; vel debet ex cauſa legati, vel aliàs, domū, oliuetum, agrum, & ſimilia: non eſt in eius poteſtate ſoluere pro ſpecie debita, eſtimationem, ſeu valorem illius. Ratio eſt, quia aliud pro alio, inuito domino, reddi non poteſt, ſi res extat, l. Eum à quo. & l. Manifeſti. C. de Solution. Si verò res nō extat, tunc ſoluēda eſt eius eſtimatio; vt in Auth. Hoc niſi. C. eodem tit.

In Foro verò conſcientiæ, ex vi reſtitutionis, vel obligationis ad rem reddendam ſatisfacit quis, reddendo eius æſtimationē, & valorem, vel aliam rem eiuſdem prorſus bonitatis, & quantitatis; quia ſic reparatur damnum ſecundum æqualitatem, nec vlla iniuria fit domino. Ita pulchrè Pet. à Nauar. tom. 2. lib. 4. cap. 1. num. 5. Dixi, Ex vi reſtitutionis, vel obligationis ad rem reddendam; quia alia ratione poſſet peccare, qui rem in ſpecie non reſtituit, videlicet contra charitatem, dando occaſionem domino contriſtationis, & iræ; quando ſcit eum id ægrè laturū; vel aliàs, eius intereſſe rem illam in ſpecie habere. Aliàs enim ſi hoc non timetur, nullum quis peccatum committit non reſtituendo rem in ſpecie ablatam, etiam ſi extet.

2 Hinc eſt, quod errata, quæ quis committit in Officio diuino, & in pſalmis; omittendo aliquos verſus, antiphonas, & huiuſmodi, ſatisfacit dicendo alios pſalmos; nec tenetur illa repetere, in quibus errauit. Sufficit enim in cōſcientia, & quoad Deū, reddere æquiualens, ſecundùm D. Anton. 3. part. Summæ. titul. 13. capit. 4. §. 5. ad fin. & §. 6. in fine, & Pet. à Nauar. poſt Angel. & Armil. tom. 1. lib. 2. cap. 2. num. 321. Et ſic quotidie practicamus, & ſeruatur in omnibus Religionibus, maximè in noſtra Cartuſiana, in qua memoriter omnes pſalmos recitamus. Dicimus enim poſt officium aliquem alium pſalmum in recompenſam, & ſatisfactionem erratorum, vel defectuum commiſſorum.

Nec obſtat id fieri in multis Religionibus virtute cuiuſdam priuilegii, eis à Summis Pont. conceſſi; vt ſcilicet pro erratis dicant pſalmum, Laudate Dominum de cœlis: vel Miſerere mei Deus; quia tale priuilegium non eſt obtentum pro reddēdo vno pſalmo pro alio; quia ad id nullum priuilegium erat neceſſarium; ſed potiùs pro ſatisfactione omnium erratorum, cum ſolo vno ex prædictis pſalmis.

3 Hinc etiam eſt, à vouente aliquid facere, poſſe illud, in æquæ bonum commutari, vt dicemus in Differen. 1. v. Solutio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 DEBITOR *conuentus in plus quàm debet, poteſt negare totum; nec tenetur offerre quod debet. Secùs in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA NONA.

1 DEBITOR ſi conueniatur in plus quàm debet, poteſt in Foro exteriori totum debitum ſimpliciter negare; nec tenetur confiteri, nec offerre partem quam ſcit a ſe deberi, vt tradit Bart. in l. Qui ſolidum. in princip. de Legat. 2. Quem commendat Paul. in l. Quidam. verſ. Sed quæro. ff. Si cert. petat. & notant omnes in Rubro, & Nigro. de Plus petition.

Sed in Foro animę, tenetur confiteri, & offerre partem quam debet. In hoc enim Foro ſola veritas, & ſimplicitas attenditur, & non apices, & ſubtilitates iuris, vt ſæpè dictum eſt. Quod nota, quia iam de hoc dubitaui in quadam facti contingentia.

SVMMARIVM.

1 CORPVS *humanum poteſt impediri per creditores ne ſepeliatur. Secùs in conſcientia.*

DIFFERENTIA DECIMA.

1 FVNVS ſeu cadauer debitoris, in Foro exteriori detineri poteſt per creditorem, petendo à Iudice ne ſepeliatur, donec ſit ei ęs alienum ſolutum. gloſſa 1. in cap. Ei qui appellat. §. Ab executore. 2. quæſt. 6. Angel. in Auth. Vt defuncti ſeu funera. Colla. 5. circa prin. & Segura, quē refert Couar. infra citandus.

In Foro verò conſcientiæ, id petere non poteſt creditor, abſque graui peccato; quia talis petitio eſt iniqua, maximè in Chriſtiana Republica, ſecundùm Couar. in cap. Rainaldus. §. 3. num. 3. de Teſtam. ſentit Fel. in c. Sicut. de Iudęis. facit Bart. in l. 2. §. Confeſtim. ff. Ad Tertyl. vbi dicit in honorem defuncti hęredem nō moleſtari ſuper debitis ipſius; niſi peracto ſeptimo die poſt eius ſepulturā, ſeu mortē. Quòd autē non poſsit ſequeſtrari corpus humanum per creditores, docet gloſſa. in c. Ex parte 1. de Decim. & ibi Abb. Franc. in cap. Qua frōte. de Appellat. Hippolyt. Singul. 199. Suarez in Repet. l. Poſt rem iudicatam. ampliat. 6. quos refert Couar. vbi ſuprà, & probatur in Auth. Vt cùm de app. cogn. §. Hæc autem. verſ. Meminimus. eſtque cōmunis opinio, de qua latè per Boër. deciſ. 287. nu. 2. & 3. & Gramma. deciſ. 82. Viui. opin. 171. & habetur 2. to. Commu. opin. lib. 9. tit. 15. Ex quibus cōſtat, etiā in Foro iudiciali hoc eſſe ſeruandum. Quare nulla eſt in hac ſpecie aſsignanda differentia.

SVMMARIVM.

1 EMENS *fundum, pro pluribus debitis hypothecatum; an teneatur debita illa in conſcientia perſoluere.*

DIFFERENTIA VNDECIMA.

1 EMENS fundum, vel domum hypothecatam pro aliquibus debitis: in Foro exteriori tenetur ſoluere omnia illa debita, propter quæ res à ſe empta fuerat hypothecata, ſi principalis non ſit ſoluendo; iuxta illud vulgare valentinum; *Qui te la terra; te la guerra.* & probatur in l. Si conuenit. §. Si fundus. ff. de Pigno. actio. l. Alienatio. ff. de Contrahen. empt. cap. Cùm non ſint. de Decim.

vbi

neat, & deobligatus in vtroque Foro) licitè id fiat, id eſt abſque offenſa Dei. Nam Rebellus ſupra nu. 11. tenet nefas eſſe in conſcientia id facere. Idem tenet Medin.& Tolet. ſuprà, quando res non eſt debita in ſpecie, ſeu in indiuiduo, ſed in genere. Addit tamen Rebel. licere quādo rationabilis cauſa ſubſit; & ponit exempla, vt ſi ob id Titio ſoluo quod debeo Sempronio, quia Titius eſt amicus, vel conſanguineus, & ſine ſcandalo, vel magnis expenſis non poteſt ſuū debitum recuperare; vel de certo ſcitur nihil eius intereſſe, an ipſi, vel ipſius creditori ſoluatur; vel ignorat me ſibi quicquam debere. Quæ exempla, quia ſunt practicabilia, retine memoria. Cuius opinionem in hac parte ſequor.

SVMMARIVM.

1 *ALIVD pro alio, vt pecunia pro ſpecie, ſolui non poteſt, inuito creditore, in Foro exteriori. Secùs in conſcientia.*

2 *Errata Officii diuini remittuntur dicendo aliquem pſalmum.*

3 *Vouens aliquid, poteſt illud in æquè bonum commutare.*

DIFFERNETIA OCTAVA.

1 DE iure communi, & in Foro exteriori, non eſt in optione debitoris ſoluere æſtimationem rei debitæ; vt ſi quis abſtulit ab alio librum, veſtē, mulam, vel alia huiuſmodi; vel debet ex cauſa legati, vel aliàs, domū, oliuetum, agrum, & ſimilia: non eſt in eius poteſtate ſoluere pro ſpecie debita, eſtimationem, ſeu valorem illius. Ratio eſt, quia aliud pro alio, inuito domino, reddi non poteſt, ſi res extat, l. Eum à quo. & l. Manifeſti. C. de Solution. Si verò res nō extat; tunc ſoluēda eſt eius eſtimatio; vt in Auth. Hoc niſi. C. eodem tit.

In Foro verò conſcientię, ex vi reſtitutionis, vel obligationis ad rem reddendam ſatisfacit quis, reddendo eius æſtimationē, & valorem, vel aliam rem eiuſdem prorſus bonitatis, & quantitatis; quia ſic reparatur damnum ſecundùm ęqualitatem; nec vlla iniuria fit domino. Ita pulchrè Pet. à Nauar. tom. 2. lib. 4. cap. 1. num. 5. Dixi, Ex vi reſtitutionis, vel obligationis ad rem reddendam; quia alia ratione poſſet peccare, qui rem in ſpecie non reſtituit, videlicet contra charitatem, dando occaſionem domino contriſtationis, & iræ; quando ſcit eum id ægrè laturū; vel aliàs, eius intereſſe rem illam in ſpecie habere. Aliàs enim ſi hoc non timetur, nullum quis peccatum committit non reſtituendo rem in ſpecie ablatam, etiam ſi extet.

2 Hinc eſt, quòd errata, quæ quis committit in Officio diuino, & in pſalmis; omittendo aliquos verſus, antiphonas, & huiuſmodi, ſatisfacit dicendo alios pſalmos; nec tenetur illa repetere, in quibus errauit. Sufficit enim in cōſcientia, & quoàd Deū, reddere æquiualens, ſecundùm D. Anton. 3. part. Summæ. titul. 13. capit. 4. §. 5. ad fin. & §. 6. in fine, & Pet. à Nauar. poſt Angel. & Armil. tom. 1. lib. 2. cap. 2. num. 321. Et ſic quotidie practicamus, & ſeruatur in omnibus Religionibus, maximè in noſtra Cartuſiana, in qua memoriter omnes pſalmos recitamus. Dicimus enim poſt officium aliquem alium pſalmum in recompenſam, & ſatisfactionem erratorum, vel defectuum commiſſorum.

Nec obſtat id fieri in multis Religionibus virtute cuiuſdam priuilegii, eis à Summis Pont. conceſsi; vt ſcilicet pro erratis dicant pſalmum, Laudate Dominum de coelis: vel Miſerere mei Deus; quia tale priuilegium non eſt obtentum pro reddēdo vno pſalmo pro alio; quia ad id nullum priuilegium erat neceſſarium; ſed potiùs pro ſatisfactione omnium erratorum, cum ſolo vno ex prædictis pſalmis.

3 Hinc etiam eſt, à vouente aliquid facere, poſſe illud, in æquè bonum commutari, vt dicemus in Differen. 1. v. Solutio.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *DEBITOR conuentus in plus quàm debet, poteſt negare totum; nec tenetur offerre quod debet. Secùs in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA NONA.

1 DEBITOR ſi conueniatur in plus quàm debet, poteſt in Foro exteriori totum debitum ſimpliciter negare; nec tenetur confiteri, nec offerre partem quam ſcit a ſe deberi, vt tradit Bart. in l. Qui ſolidum. in princip. de Legat. 2. Quem commendat Paul. in l. Quidam. verſ. Sed quæro. ff. Si cert. petat. & notant omnes in Rubro, & Nigro. de Plus petition.

Sed in Foro animę, tenetur confiteri, & offerre partem quam debet. In hoc enim Foro ſola veritas, & ſimplicitas attenditur, & non apices, & ſubtilitates iuris, vt ſæpè dictum eſt. Quod nota, quia iam de hoc dubitaui in quadam facti contingentia.

SVMMARIVM.

1 *CORPVS humanum poteſt impediri per creditores ne ſepeliatur. Secùs in conſcientia.*

DIFFERENTIA DECIMA.

1 FVNVS ſeu cadauer debitoris, in Foro exteriori detineri poteſt per creditorem, petendo à Iudice ne ſepeliatur, donec ſit ei ęs alienum ſolutum. gloſſa 1. in cap. Ei qui appellat. §. Ab executore. 2. quæſt. 6. Angel. in Auth. Vt defuncti ſeu funera. Colla. 5. circa prin. & Segura, quẽ refert Couar. infra citandus.

In Foro verò conſcientiæ, id petere non poteſt creditor, abſque graui peccato; quia talis petitio eſt iniqua, maximè in Chriſtiana Republica, ſecundùm Couar. in cap. Rainaldus. §. 3. num. 3. de Teſtam. ſentit Fel. in c. Sicut. de Iudęis. facit Bart. in l. 2. §. Confeſtim. ff. Ad Tertyl. vbi dicit in honorem defuncti hęredem nõ moleſtari ſuper debitis ipſius; niſi peracto ſeptimo die poſt eius ſepulturã, ſeu mortẽ. Quòd autẽ non poſsit ſequeſtrari corpus humanum per creditores, docet gloſſa. in c. Ex parte 1. de Decim. & ibi Abb. Franc. in cap. Qua frõte. de Appellat. Hippolyt. Singul. 199. Suarez in Repet. l. Poſt rem iudicatam. ampliat. 6. quos refert Couar. vbi ſuprà, & probatur in Auth. Vt cùm de app. cogn. §. Hæc autem. verſ. Meminimus. eſtque cõmunis opinio, de qua latè per Boer. deciſ. 287. nu. 2. & 3. & Gramma. deciſ. 82. Viui. opin. 171. & habetur 2. to. Commu. opin. lib. 9. tit. 15. Ex quibus cõſtat, etiã in Foro iudiciali hoc eſſe ſeruandum. Quare nulla eſt in hac ſpecie aſsignanda differentia.

SVMMARIVM.

1 *EMENS fundum, pro pluribus debitis hypothecatum; an teneatur debita illa in conſcientia perſoluere.*

DIFFERENTIA VNDECIMA.

1 EMENS fundum, vel domum hypothecatam pro aliquibus debitis: in Foro exteriori tenetur ſoluere omnia illa debita, propter quæ res à ſe empta fuerat hypothecata, ſi principalis non ſit ſoluendo; iuxta illud vulgare valentinum, *Qui te la terra; te la guerra.* & probatur in l. Si conuenit. §. Si fundus. ff. de Pigno. actio. l. Alienatio. ff. de Contrahen. empt. cap. Cùm non ſint. de Decim. vbi

Digitized by Google

vbi dicit tex. quòd res cum onere ſuo tranſit.

In Foro verò interiori,& conſcientię, ſi in rei veritate principalis ob ſuam inopiam non ſit ſoluendo; non tenetur emptor rei hypothecatę præfata debita ſoluere. Tùm quia nihil peruenit ad eum de prędictis creditis. Tùm quia cùm principalis propter inopiā remaneat coram Deo deobligatus; per conſequens multò magis iſte emptor rei hypothecatæ; quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.

Nec obſtat, venditorē poſſe rei ſuæ onus hypothecæ imponere, quod tranſiit in emptorem. Nam reſpondeo, quòd licet onus illud reale ſit penes rem: obligatio tamen conſcientiæ, ſolùm reſpicit perſonā venditoris onus imponentis; qui ſolùm tranſmiſit in emptorem actionem realem paſsiuè; non tamen perſonalem. Vnde donec per Iudicem condemnetur, non tenetur in conſcientia ad ſolutionem illorum debitorū. Faciunt quæ diximus. verb. Cōtractus. Differentia 11.

SVMMARIVM.

1 P*IGNVS retineri poteſt, donec totum debitum ſoluatur. In Foro verò conſcientiæ debet reſtitui, ſi eo grauiter debitor indigeat.*

DIFFERENTIA DVODECIMA.

1 CREDITOR non tenetur in Foro externo pignus debitori reſtituere, donec ſibi plenè ſatisfiat. l. Quamuis. C. de Diſtract. pigno. etiam ſi ob egeſtatem, ſeu impotentiam totum debitum ſoluere debitor nequeat, & etiam ſi eo egeat; quia in eo Foro non curatur de charitate, ſed de puncto iuſtitię, per ea quæ reſoluimus verb. Reſtitutio. Differentia 3. & 36.

In Foro verò Dei, magis attenditur charitas, quàm rigor Iuſtitiæ. Vnde ſi debitor graui neceſsitate pignoris premeretur, vt ſi eſſet veſtis, aut coopertorium interdiu, aut noctu neceſſarium; & etiam ſi non omnino, ſed grauiter indigeret: tenetur creditor in conſcientia ſub pęna peccati mortalis illud reſtituere; iuxta illud Exod. 22. verſ. 26. ſi pignus à proximo tuo acceperis veſtimentū, ante ſolis occaſum reddes ei. & ibi not. Abulen. & Silu. verb. Pignus. quæſt. 5. & Rebel. de obliga. Iuſt. 2. parte, lib. 16. quęſt. vni. nu. 7.

DEBITVM CONIVGALE.

SVMMARIVM.

1 H*ABERE copulam cum propria vxore, ſemper licet in Foro externo. Secùs in conſcientia; vt in caſib. hic not.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 COPVLA cum propria vxore, quacumque praua cogitatione, & quocumque tempore habeatur, non eſt prohibita in Foro contētioſo. cap. Quicquid. 32. quæſt. 2. c. Nicena. 31. diſt.

Eſt tamen prohibita in Foro animæ ſub peccato mortali, quando maritus habet acceſſum ad vxorem, ſicut ſi eſſet amaſia, ſeu concubina, cauſa omnino libidinis, & inordinati ardoris, vt in cap. Origo. 32. quæſt. 4. Naua. cap. 16. nu. 23. Quando autem fit ex concupiſcentia, dummodò non excedatur limes matrimonii, non eſt, niſi 2

veniale

veniale, ſecundùm D. Thom. de Veritate. quæſt. 25. artic. 5. ad ſeptimum. Summa Armil. verbo Luxuria. num. 2. Idem quando mulier eſt mēſtruata, ſecundùm Silu. verbo Debitum coniugale. quæſt. 6. Idem quando debet communicare, ſi aliquo modo præpediatur ad deuotionem.

Et vide circa hanc differentiam gloſ. ſingul. dict. cap. Quicquid. quę ponit quatuor cauſas ob quas vir commiſcetur vxori, ſcilicet cauſa prolis, cauſa reddendi debitum, quibus caſibus meretur; cauſa incontinentiæ, & nullum committit peccatum; & cauſa explendę voluptatis, quo caſu ſolùm peccat venialiter, vt ſuprà diximus. Quam gloſ. probat Palud. in 4. diſtinctione. 31. aliàs. 21. quæſtione 3. Antoni. 3. parte titulo 1. capite 20. §. 1. & 6. & commendat Abb. in capite. Quod ad te. numero. 3. de Cleri. coniug.

DEFENSIO.

SVMMARIVM.

1 *PROVOCATO licet in Foro exteriori vim vi repellere, & vindictam in continenti ſumere. Sed in Foro conſcientiæ non licet ſe vindicare.*

2 *Non poteſt quis ſe defendere, ſi fuit iuſtè prouocatus.*

3 *Excedens modum inculpatę tutelæ, non punitur pœna ordinaria.*

4 *Et in Foro animæ etiam excuſatur.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 PRouocato, ſeu laceſsito, non ſolùm vim vi repellere licet in Foro exteriori, c. Significaſti. 2. de Homi. l. Vt vim. ff. de Iuſt. & iur. & l. Scientiā. §. Qui cū aliter. ff. Ad leg. Aquil. ſed etiā vindictā ſumere, inſequēdo aggreſſoré fugiétem, dū modò id fiat in continenti, per tex. in l. Qui cū maior. ff. de Bon. libert. vbi inquit tex. *Ignoſcendū eſt ei, ſi voluerit ſe vlciſci prouocatus.* & docet Fel. in c. 2. nu. 1. de Homicid. Abb. in c. 1. col. 21. de Iud. & inc. Cùm non ab homine. col. 4. eod. tit. Bar. Ange. & Salyce. in l. 1. C. Vnde vi. plenè Rom. in l. Si verò. §. de Viro fallent. 11. ff. Solut. matrim. dicit communem poſt alios Franc. Viui. Opini. 85. & habetur in 1. volumine Commu. opin. pag. 442. & Iul. Clar. §. Homicidium. nu. 26. Et hoc intellige verū, niſi prouocatus dediſſet occaſioné magnā, & iniuſtam aggreſſori; vt patet in exemplo poſito infrà Differen. 7. tunc enim non licet vim vi repellere, ſi poteſt fugere, vt ibi.

At in Foro conſcientię, nō poteſt laceſsitus ſine peccato ſumere vindictam; ſed tātùm ſe defendere cum moderamine inculpatæ tutelæ, iuxta tex. in d. c. Significaſti. 2. de Homicid. Clem. Si furioſus. eod. tit. cap. Placuit. 16. q. 3. cap. Eum qui. de Præb. in 6. facit l. 1. C. Quando liceat ſe ſine Iud. & l. Si quis in tantam. C. Vnde vi. Hinc dicit gl. 3. c. Si perfodiēs. de Homici. quòd ſi me percuſiſti, & receſsiſti, non poſſum te inſequi, vt percutiā; quia ſic iniuriā vellem vlciſci, & non repellere eam. Idem docet glō. recepta in l. 1. C. Vnde vi. & Viui. ſuprà.

2 Adde quòd nec ſe defendere licet, ſi iuſtè fuit prouocatus; vt quando inſequitur eum miniſter iuſtitię propter crimē ab ipſo cōmiſſum, vel etiam alius particularis, ſtante ſtatuto permittente bannitum impunè occidi, ſi ipſe erat bannitus. Hoc eſt ſtupendum verbum Bart. in dict. l. Vt vim. col. 2. ff. de Iuſt. & iur. ſecundùm Fel. in cap. Dilecti filii. num. 12. de Exception. Et ratio eſt, quia vbi offenſio eſt licita, eſt defenſio illicita, per gloſſam in Clem. Paſtoralis. verbo Per violentiam. de Re iud. quę dicit condemnato ad mortem iuſtam, non licere fugere.

fugere. Quam gloſſam dicit ſingul. Pariſ. de Puteo in tract. de Syndicatu. §. Si Iudex proceſsit. num. 4. & eam commendat Iaſ. in l. Admonendi. nu. 175. ff. de Iure iur. Hyppolit. in l. 1. num. 17. ff. de Quæſtion. Abb. in cap. 1. de Teſtib. cogend. & in cap. Si verò ad fin. de Iure iur. Rom. in l. Stipulationes non diuiduntur. col. 14. ff. de Verbo. obligat. & eam declarat Fel. in cap. 1. num. 47. de Conſtit. Pro qua facit text. notabilis in l. 2. C. Quando liceat vnicuique ſine Iudice ſe vind. ibi, qui ſe reſiſtere auſi fuerint; in his velox vbique iubemus eſſe ſuppliciũ. per quem text. Bart. in l. Facultas. C. de Iure Fiſci. lib. 10. tenet valere ſtatutum tollens defenſionem de facto, eſſeque talem, quoties offenſio eſt licita.

Et de materia defenſionis vide latiſsimè per Hyppolit. Conſ. 25. num. 17. cum ſequentibus, & Conſ. 31. num. 51. vbi dicit etiam ſi quis excedat modum, ſe defendẽdo, non ideò eſſe puniendum pœna ordinaria delicti, & hanc eſſe communem opinionem teſtatur. Iul. Clar. ſup. nu. 27. In

3 Foro etiam interiori, venit excuſandus in uaſus, ſi exceſsit modum inculpatæ tutelæ; quia tunc temporis non habet Iudicium liberum, ſecundùm Sot. lib. 5. de Iuſt. & Iur. quæſt. 1. art. 8. verſ. At verò faciunt notata in dict. Different. 7.

4 Adde in eodem Foro animæ, non licere vim vi repellere violata charitate, & pace Chriſtiana, vt docet Stapleto. in prompt. Dominicarum hiemali, in domin. in Albis. textu 2. pag. 557. licet in Foro exteriori de hoc non curetur. Sed intellige illud de violata charitate, ideſt non licere ex propoſito & deliberatè, & animo vindicandi vim vi repellere, ſed tantùm ob defenſionem neceſſariam.

SVMMARIVM.

1 *NON defendens aggreſſum, ſi commodè poteſt, punitur in Foro interiori.*

2 *Non tamen in exteriori.*

3 *Sciens tractatum pro maleficio faciendo, non tenetur in Foro exteriori facere certiorem aggrediendum, niſi in certis caſibus, de quibus hic.*

4 *In Foro verò interiori, ſemper tenetur.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 OMNIS qui non defendit alium, ſi poteſt, peccat grauiſsimè in Foro interiori, iuxta text. in cap. Quantæ. de Senten. excommunicat. vbi gloſſa 2. id notat. idem probat tex. in cap. Dilecto. ad fin. eodem tit. lib. 6. & in cap. Non inferenda. & in cap. fin. 23. quęſt. 3. & in cap. Negligere. 2. quæſt. 7. docet Anton. & alii communiter in dicto capite Quantæ. teſte Iaſ. in l. Vim vi. num. 31. ff.

2 de Iuſt. & iur. Qui addit prędicta iura procedere quoàd Forũ pœnitentiæ, & conſcientiæ, & nõ quoàd Forum exterius. Idem docet Naua. in cap. 24. num. 20. & probat tex. in l. Metũ. §. Sed licèt. ff. Quod met. cauſa. & in regul. Culpa caret. 50. ff. de Regul. iur.

3 Ex quo infert idem Iaſ. ſuprà poſt Bald. ibi, quòd ſi ſcio à Titio velle occidi Sempronium, & ſe præparauiſſe ad hoc, & ipſum Sempronium de hoc certiorem facio, benè me facere; ſi tamen non certificaui, non ideò me teneri; quia, inquit, ſpeciale eſt in ſciente tractatum contra ciuitatem, vel Principem, ſi non reuelat, quòd teneatur, l. Vtrum. ff. ad l. Pompeiam de Parricid. & l. Si ſciente. eodem titulo. In aliis ergo ſecùs. vel niſi ſit ſeruus, aut filius, aut ſubditus, ſeu vaſſallus; vel niſi ſit laicus, & videat Clericum inſultatum, vt ibi per eum. De quo vltimo vide etiam Naua. idem tradentem cap. 27. num. 78. & cap. 24. num. 21. verſ. In. 28. facit l. Si pater. §. 1. ff. de Dona. vbi licet recipere mercedem ob defenſionem factam. ergo gratis ad id non tenebatur, ex glo. l. 4. verb. Repeti. ff. de Cond. ob turp. cau.

Adde prædictis caſibus etiam alium, ſcilicet quando quis doloſè omiſerit defendere, ſecundùm Fel. in dicto cap. Quantæ. ad fin. vide eundem in cap. 2. de Heret. & Nauar. in dicto cap. 24. num. 21.

Qui

Digitized by Google

Qui quidem caſus,& limitationes pro Foro exteriori intelliguntur, ac loquuntur in priuatis perſonis. Nam publicæ, & miniſtri iuſtitiæ, ne dum in Foro exteriori, ſed etiam in interiori tenentur ex officio defendere inſultatos, atque alios quoſcumque, ne iniurias, aut damna vlla patiantur, vt docet Nauar. in dicto cap.24.num. 20. & cap.27. num.78. dicens communem. & Coua.in reg.Peccatum.2.parte. §. 3. nu. 4. & 5.

Non omittam,& alium caſum ſuperiùs memoratis annectere, videlicet niſi ſit filius ſpiritualis, vt eſt parochianus quoàd ſuum Epiſcopum,& Parochum. Hic enim tenetur etiam in vtroque Foro defendere præfatos,ſecundùm Abb.in cap. 1.num. 9. de Reſtit ſpoliat. per tex.in cap. Omnes. cum ſequenti.30.quæſt.1.& Clem. 1. verſ. Epiſcopi.de Pœnis.& cap. Qui abſtulerit. 12.quæſt.2. Idem dic in Baptizato, & confirmato quoàd ſuos patrinos; & in ſcholari quoàd ſuum magiſtrum.

Obſerua omnia ſuperiùs dicta, nedum procedere quoàd aggreſsiones,ſeu inſultationes per aliquos in alios factas,ſed etiam quoàd maleficia facienda. Vnde priuatus ſciẽs maleficiũ parari cõtra aliquẽ, non tenetur reuelare, ſeu illum admonere in Foro exteriori; vt ſuprà num. 3.diximus, niſi
4 in caſibus ſuprà relatis;benè tamen inForo conſcientiæ,in quo quis ex ſola ſcientia tenetur, ex quo poterat impedire delictum proximo inferendum, & non impedit, per tex.in dicto cap.Dilecto.& in cap. Qui poteſt.23.quæſt.3.& in cap.1.& in cap. Error. 83. diſt.& docet Abb. poſt Anto. in dicto cap.1.num.9.de Reſtit. ſpoliat. Conferunt not. verb.Excommunicatio.Differ.7.

SVMMARIVM.

1 A*N excedens aliquid circa inculpatam tutelam, ſit irregularis in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 EXCEDENS aliquid circa inculpatam tutelã, incidit in irregularitatem in Foro exteriori, ſi agreſſorem interficiat, ſecundùm Inno. in cap.Olim.1.in fi.de Reſt.ſpo.& gl.margin. ibid.

In Foro autem interiori, non incurrit irregularitatem,ſecundùm Pet.à Naua.tom. 1.de Reſtit.lib.2.cap.3.num. 367.

Sed contra hanc differentiam facit Couar. in Clem. Si furioſus. 2.par. §.5.num.2. verſ.7.in fin.vbi dicit, Qui verè eſt irregularis in Foro exteriori, eſt etiam irregularis in Foro interiori. Conferunt tradita in verbo Irregularitas. Differentia 7.

Quare non puto in prædicto caſu faciendam eſſe differentiam inter vtrumque Forum;immò excedentem moderamen inculpatæ tutelæ incurrere irregularitatem in vtroque Foro, ſi aggreſſorem interficiat. Ratio eſt, quia ſpeciale eſt quòd eam non incurrat, qui ſe defendendo cum moderamine inculpatæ tutelę,homicidiũ committit,vt in Clem. Si furioſus. de Homi. ergo.

Nec obſtant dicta ſuprà Differen.1.nu. 4. quia dicta ibi intelliguntur quoàd pœnam corporalem, ſeu temporalem Fori exterioris; & quoàd peccatum: non tamen quoàd pœnam irregularitatis, in qua non datur diminutio, ſeu mitigatio, ſed tota aut incurritur, aut non incurritur.

DIFFERENTIA QVARTA.

PRO defenſione Regis, etiam iniuſta, licitum eſt in Foro contentioſo ciuili aliquem occidere l. Furem. & ibi per Bartol. ff. ad l.Cornel. de Siccar.& Iaſ.in l. Vt vim.ff. de Iuſt. & Iur.

Non autem licet in Foro conſcientiæ, ſecundùm Abb.Anan.& Fel. in cap. Interfeciſti. de Homicid. facit text.in c. Suſcepimus. eodem tit.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *FOVENS iuſtam cauſam, poteſt in Foro exteriori vti malitiis, & cauillationibus. Secùs in Foro animę.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 QVI habet ius in cauſa, poteſt, in Foro cõtentioſo, cauillationibus, & malitiis ſe defendere, ſecundũ gloſſam, & Doctores in c. Cupientes in princip. verb. Malignantium. de Elect. lib. 6. & Doctores in l. Decem. ff. de verb. Obligat. & gloſſa. 1. in cap. Dominus noſter. 23. quæſt. 2.

Non autem poteſt, in Foro conſcientiæ, id facere per falſas allegationes cum mendacio, ſecũdùm Præp. in cap. Per tuas. Qui filii ſint legit. & Silu. verb. Aduocatus. quæſt. 12. facit tex. in cap. Ne quis arbitretur. 22. quæſt. 2. & in cap. Sacris. de His quę vi, metusvè cauſa fiunt.

SVMMARIVM.

1 *CVSTODES vinearũ, an licitè ſe abſcõdant, in vtroq; Foro, vt ſic dolo capiãt ingrediẽtes.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 CVſtodes montiũ, vinearum, & ſimilium, pro defenſione rerũ ſuę cuſtodię traditarum, licitè, quoad Forum exterius, ſe abſcõdere poſſunt in tabernaculis, ſeu tuguriis ſuis, vt ſic dolo capiant ingredientes ad tollendas vuas. Et tales cuſtodes in hoc laudantur; cùm aliter non benè poſſent tales res cuſtodire. Hoc enim modo, latrones neſcientes quo in loco abſconditi cuſtodes maneant, timentes ſibi damnum, propter inſidias eorum imminens, omittunt ingreſsionem, & excurſionem. vnde ruit in prouerbium, *Miedo guarda la viña, que no el viñadero.*

At in Foro animæ peccant id faciendo, ſecundùm Medin. in C. de Reſtit. quæſt. 12. quia doloſè prædicta faciunt.

Sed contrarium defendunt Nauar. cap. 17. num. 124. Cordub. & Ludou. Lopez, quos refert Cenedo 1. par. Collect. 56. in fin. quod veriùs credo, ſi bono animo fiat, quia nulli eſt prohibitum res ſuas ſeruare, quacumque cautela id fiat. Nec dolus ille eſt culpabilis, cùm fiat ad obuianda furta, & peccata. Secùs eſſet, ſi abſcondendo ſe, peccatum, vel damnum proximi prętenderent, vt tradit Rebel. de oblig. Iuſt. lib. 2. quęſt. 16. in fi. ita concilians pręfatas opiniones contrarias.

SVMMARIVM.

1 *INSVLTATVS quando teneatur fugere, in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 AGGRESSVS, ſeu inſultatus, in Foro exteriori, non tenetur fugere, licèt poſsit, quando fuga eſt ſibi ignominioſa; puta, quia eſt nobilis, ſecundùm Cyn. & Bal. in l. 1. C. Vnde vi. Bart. & Iaſ. in l. Vt vim. ff. de Iuſt. & iure. Quin immò licèt non ſit ignominioſa, ſemper excuſatur inſultatus, ſi non fugiat, ſecundùm communem, teſte Fel. in cap. Suſcepimus. de Homicid. vbi dat rationẽ; quia ſcilicet incertus eſt euentus fugæ. inſultans etenim audacior effectus, eũ de facili ſequeretur. Tũ etiã, quia tumultus mẽtis nõ recipit frenum, facit. l. 2. C. de Siccar.

Quod

Digitized by Google

Quod limitat Felin.ſup.niſi inſultans eſſet perſona, quam ex leui ſeceſſu poſſet quis euitare;vt quia eſt pinguis,vel claudus, vel quia diuerticula viarum impedirent ictum teli.Facit Soto lib.5. de Iuſt.& iur. quæſt. 1. art.8.verſ.At verò. vbi excuſat inuaſum, ſi deficiat in aliquo, vel non teneat per omnia moderamen inculpatæ tutelæ, propter mentis turbationem,cuius dicti ſuprà meminimus Diff.2.num.4.

In Foro tamen animę,tenetur quis fugere. alìas peccat mortaliter occidendo, etiã ſi fuga eſſet ſibi ignominioſa; niſi veriſimiliter eſſet ſibi periculoſa, ſecundùm Anchar. in Clem.Si furioſus. de Homicid.quẽ ſequitur Card.ibi quæſt.25.alìas 26.

Quod intellige verum in Clericis,vt not. Soto lib.5.de Iuſt.quæſt.1.art. 8. Rebel. 1. par.de Oblig.Iuſt.lib.2.q. 12.nu. 4. quippe qui non debent curare de tali ignominia. ſecùs verò in laicis, ſecundùm Fel.vbi ſup. & Rebel.num.3.quod eſt mente tenendũ. Obſerua tamen in vno caſu teneri laicum, etiam nobilem,fugere, ſcilicet ſi aggreſſori præbuiſſet vehementem occaſionem aggreſsionis ex magna iniuria eidem illata;vt ſi eum inueniſſet cum ſua vxore, vel aliis modis grauiter ipſum prouocaſſet.Ita ſing. Rebel.ſup.nu.6.Adde circa hanc Differen. Viualdum in Candel.Aur. de Irregular. ex homicid.volunt.à num.218.vbi latè.

SVMMARIVM.

1 *INCARCERATVS iniuſtè,poteſt in Foro conſcientiæ fugam arripere, etiam cum fractione carceris.*

2 *An ſi iuraſſet non fugere, vel redire ad carceres licentiatus ad audiendam Miſſam, poſsit non redire.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 QVANDO quis eſt indebitè, & iuris ordine non ſeruato, carceratus, vel iniuſtè detentus,maximè vbi veriſsimiliter ſperatur, ac creditur, quòd iniuſtè eſt damnãdus: poteſt, immò tenetur, ſi poſsit, fugã arripere, etiam cum fractione carceris,& hoc in Foro interiori, per not. in ſeq. Diff.Nam in exteriori non licet, immò punietur ſi carceres frangeret, l. In eos. ff. de Cuſto. reor.

2 An autem teneatur ad carceres redire, ſi licentiatus ad audiendam Miſſam iuraſſet ſe redirurũ. gloſ.in Clem.Paſtoralis. verbo Per violentiam.de Re iud. tenet, quòd nõ teneatur redire, quam ſequitur Abb.in cap. Sicut.n.3.& 4.de Iure iur. & in c. Inter alia. num. 32.de Immuni.Eccleſ.Robert. Armaricen.lib.de Vtroque gladio. tom.1. cap. 3. dicit cõmunem Coua.lib.1.Variar. c.1.n.7. Ioan.Igneus in l.2.§.Subuenitur.nu.121. ff. Ad Senatus Conſult.Silan. Rolã.Conſil.7. nu.47.lib.1.Iul.Clar.quæſt.21. nu. 26.cum ſequenti. Sed contrarium eſt verius; videlicet quòd vbi reus iuraſſet de ſeruando carcere,vel de redeundo ad eam: eo caſu propter iuramentum tenetur à carcere non fugere,vel licẽtiatus ad Miſſam, redire ad illũ,ſecũdùm Caiet. 2. 2.q.89.art.7. ad quartum.Rom.in l.Stipulationes nõ diuiduntur. n.78.ff.de Verb.oblig.Nauar.c.12.n.18.

SVMMARIVM.

1 *INCARCERATVS iuſtè, & condemnatus ad mortem, poteſt in conſciẽtia fugere ſi citra fractionem carceris id facere poteſt, quin immò etiam cum fractione.*

2 *Bellum iuſtum ex vtraque parte,quandoq; datur, vt in exemplis hic poſitis.*

DIFFERENTIA NONA.

1 INCARCERATVS iuſtè,& legitimè condemnatus ad mortem, poteſt in conſciẽtia fugere, ſi citra fractionem carceris, in fugam ſe conferendo iter arripere poteſt; licet ei Iudex præcepiſſet, ne de carcere exeat. Ita Silu. verb. Fugere. Petrus à Nauar. tom. 1. libro 2. capite 4. numero 144. Salon de Iuſt. quæſtione 3.

de Dominio.art.1.col.333. in princip.Couar.latè lib.1. Variar. cap. 2. num.7.& meliùs num.10. poſt Illationem 10.vbi num. 12.id extendit,etiam cum fractione carceris, & vinculorum ruptione. quem libenter in hoc ſequor, vt latiùs habes in Diffe. ſequenti.

2 Ex prædictis infert Pet. à Nauar. dari quandoque iuſtum bellum ex vtraq; parte; ſicut etiam in ſeruo, qui ſe ipſum non vendidit, cui iuſtè dominus præcipit,ne fugiat, & ad id cogere poteſt:& nihilò minus licet eidem ſeruo,ſecundùm eum, à domino fugere.

Nauar. tamen in Summa cap.17.nu.103. cum ſequenti, id negat, quando fuit factus ſeruus,vel captiuus in bello iuſto ex parte infidelium. nempe ſi Chriſtiani, tempore induciarum, aut pace cum illis conſtituta, infideles ipſos adorirentur,& eis bellum facerent. ſupra quo vide verbo Peccatum. Differentia 5.

Aliud exemplum iuſti belli ex vtraque parte adducit idem Pet.à Naua.ſuprà,cùm videlicet in abſentia damnati ad mortem, præcipit eidem Iudex vt compareat. Qui tamen in conſcientia venire non tenetur.

Quamplura alia exempla ex hoc tractatu elicere poteris, de quibus aliud iudicium ferendum eſt in Foro exteriori, & aliud in Foro interiori; & vtraque pars procedit iuſtè,& ſic datur bellum ex vtraque parte iuſtum.

Vide aliud exemplum ex eodem Pet. à Nauar.lib.2.cap.1.num. 39. quandoſeruus alicuius, vel aliquod animal brutum intulit damnum proximo,ſine culpa domini. Tunc qui damnum eſt paſſus, habet in vtroq; Foro actionem ad damnum illud ſibi reſarciendum: dominus autem poteſt etiã licitè occultare animal, vel ſeruum, donec condemnetur. Sed de hoc vide latiùs verb. Damnum.Differentia 1.

SVMMARIVM.

1 I*NCARCERATVS iuſtè, an poſsit effringere carceres pro fuga captanda.*

DIFFERENTIA DECIMA.

1 INCARCERATVS iuſtè, & legitimè,nedum poteſt fugere in Foro cõſcientiæ, ſi ob negligentiam cuſtodis fores ſint apertæ,vt diximus Dif.præcedenti; ſed etiam poteſt vincula, & parietes carceris rumpere pro fuga captanda. Ita tenet Caiet.2.2.quæſt.69.art.4.Coua.lib.1. Varia.cap.2.nu.12.Soto lib.5.de Iuſti. q.6. art.4.in reſponſione ad 2. ſentit D.Thom. 2.2.dict.q.69.art.4. quatenus ait licere reo fugere,ſed non reſiſtere. At ſolutio vinculorum, & muri carceris perforatio, quæ fit in abſentia cuſtodis, & ſic ſine vlla vi,& reſiſtentia, licita omnino cenſenda eſt: quia nihil aliud illud eſt, quàm remouere impedimenta fugæ, & totum reducitur ad hoc, quod eſt fugere.

Eſt & alia ratio, nempe quia vnicuique natura indidit conſeruationẽ ſui, & amorẽ libertatis. Hinc videmus animalia etiam ratione carentia, cùm incluſa manent; totis viribus conari,vt à vinculis, ſeu carcere liberentur,etiam rumpendo compedes,vincula, & carceres: quãtò magis enitetur homo, eritq; id ſibi licitum,ſciens bonum inæſtimabile libertatis, & quòd per fugam, effugiet pœnam naturaliter exoſam?

Tertiò, quia nullus reus poteſt cogi, niſi ad patiendũ:non tamẽ vt ſibi ipſe vim, aut mortẽ inferat. Qua ratione nullus tenetur in cõſcientia ad pęnã, donec per Iudicẽ inferatur; quia nemo debet eſſe ſui carnifex, nec executor.At ſi non poſſet licitè incarceratus aufugere, etiam frangendo vincula, & carceris parietem; obligaremus eum ad ſibi mortem inferendam,ſi reus eſſet mortis:quod nullo modo dicendum eſt.

In Foro verò exteriori, nullatenus licet reo, murũ carceris perforare pro fuga capienda. id enim ſub grauibus pœnis prohibetur;vt conſtat ex l.De his.ff.de Effracto. & in l.Reor.& in l.In eos. ff.de Cuſto.reor.

Sed quę ſit ratio diuerſitatis inter vtrumq; Forum,non eſt facilè, immò difficilè adinuenire

Digitized by Google

uenire. Nam Soto, loco ſuperiùs citato, torquetur valde in ea aſsignanda, nec tandem ſatisfacit, vt infrà patebit.

Et vt euidentiùs conſtet de difficultate rationis reddendæ, eſt notandum quòd prefate leges ſunt iuſtæ, & pro bono Reipub. ſanctiſsimè condite. Nam ne crimina remaneant impunita, nec detur reis occaſio eludendi Iudices, & pœnas ob eorum crimina demeritas; ſed timore pœnæ comprimerentur & freno quodam detinerentur: ſtatutum eſt iuſtiſsimè ſub grauibus pœnis; ne rei audeant carceres effringere. Et memini quòd quidã rei in Inquiſitione Valentina parietem carceris ad fugam capiendam perforarunt: ſed antequam eã capere poſſent, cuſtos carceris factum præſenſit, & ſic eos detinuit. Et continuò ſequenti die publicè per ciuitatem flagellati fuerunt, & reducti ad carceres. Si ergo prædictæ leges ſunt iuſte: neceſſariò aſtringunt reum ad earum obſeruationem, etiam in Foro conſcientiæ; per not. per gl. 1. receptam. in cap. Quæ in Eccleſiarum. de Conſtit. & dicemus. ver. Lex. Differentia. 8. nu. 2.

Præterea ſi licet reo in conſcientia carcerem perforare, & ſic effugere, vt ſupra in principio tradimus: ſequeretur primò dari bellum iuſtum ex vtraque parte. nam Iudex iuſtum bellum reo infert, detinẽdo eum in carcere. At bellũ nequit eſſe vtrinque iuſtum, niſi vbi ignorantia alterutram partium excuſaret; vt ait Soto ſuprà.

Secundò ſequeretur, quòd iniquè faceret Iudex pœnam non merenti irrogando. Nã quomodo poſſet reus iuſtè puniri: ſi aliàs poterat iuſtè murũ perforare? Pœna enim arguit culpam: & vbi culpa non eſt, nec pœna irrogari debet. l. Si putator. 31. ff. Ad legem aquil.

Deinde videtur quòd teneatur non aufugere, carcerem rumpendo. Quia quando Iudex ipſum incarcerat, tacitè ſeu virtualiter ei præcipit, vt ibi maneat, donec ſententia in ipſum feratur. ad hoc enim fit incarceratio. Ergo facit cõtra obedientiam, & iuſſum Iudicis, frangendo carceres, & fugiendo ab eis; & conſequenter non eſt ſibi licitum ita fugere: ſicut nec eſſet ſibi licitum ab eis fugere, ſi per ſententiam cõdemnaretur ad eas. Quod confirmatur ex traditis per Feli. in c. Dilecti. n. 7. de Excep. vbi dicit condemnato ad mortem iuſtam, non eſſe licitum fugere. Allegat ad hoc gl. quam dicit ſing. in Clem. Paſtoralis. v. Per violentiam. de Re iudi. & eam commendat Iaſ. in l. Admonendi. nu. 175. ff. de Iureiu. Hyppo. in l. 1. n. 17. ff. de Quæſtio. & Sing. 177. Boëri. deciſ. 213. n. 30. Pariſ. de Puteo de Syndica. §. Si Iudex proceſsit. nu. 4. in 2. vol. Tract. fol. 358. Naua. in cap. Statuimus. 19. quæſt. 3. Perez ad l. 1. tit. 4. lib. 3. Ordi.

Hæ ſunt rationes, & fundamenta, quæ difficilem admodùm reddunt differentiam ſupra traditam.

Nec ſatisfacit reſponſio & concordia, quam tradit Soto loco ſuprà cit. nempe leges illas fundari in præſumptione, ſcilicet quòd reus inferet vim, & reſiſtentiam ipſi cuſtodi. Qua ceſſante, pro vt ceſſat in ſimplici fractione vinculorum, & carceris; ceſſat lex in Foro conſcientiæ. Sed falſum eſt, vt pace eius dicam, præfatas leges fundari in præſumptione. Vix etenim rei ſimilem vim, ſeu reſiſtentiam cuſtodibus irrogant; quia nec tutò eam facere poſſunt: ſed communiter clam prædicta faciunt, & fugam arripiunt, vt palam eſt. At leges ad ea quæ communiter accidunt, coaptantur.

Nec dicat aliquis, rationem eſſe, quia prædictæ leges ſunt purè pœnales, & ideò non obligare in conſcientia. Nam contrarium reſoluimus. verb. Lex. Differentia 7.

Ratio igitur diuerſitatis eſt; quia non eſt intẽtionis legiſlatoris præfatarum legum, auferre à reo, vel impedire id quod ei à natura inditum eſt; nimirùm cõſeruationem ſui, & fugere à pœna ſibi imminente, mediis ſibi licitis; ſcilicet, fugiendo & impedimenta remouendo, citra vim ſeu reſiſtẽtiam miniſtrorum Iuſtitiæ. Nulla quippe eſt lex, quantumuis pœnam comminetur, quæ equiſsimum naturæ ius, illæſum non ſeruet: vel quæ epicheiam à Iudiciis ablegET, vt inquit Soto lib. 1. de Iuſti. quæſt. 6. art. 6. §. Secundùm quod mihi. Quin immò nec poſſet Iudex ſub pœna peccati mortalis, reo præcipere; vt carcerem cuſtodiret, nec ab ea fugeret; etiam ſi aliàs occaſio ei commoda fugiendi ſeſe offerret. arg. cap.

1.de Cauſ. poſ. & propriet. Inferior enim non poteſt iura ſuperioris fori tollere. cap. Cùm inferior.de Maio.& obed. Ad terrorem igitur tantùm leges illæ conditæ ſunt, vt timore pœnæ in eis contentę, criminoſi incarcerati à fuga cum carceris fractione ſe abſtineant: non tamen ad eos in conſcientia obligandum, vt eas ſeruent.

Eſt & alia ratio diuerſitatis; quia ſicut reus non tenetur in conſcientia ad pœnas delicti perpetrati, donec per Iudicem ad eas condemnetur, vt dicemus verb. Pœna. Differentia 2. ita nec ad preparatoria earumdem pœnarum; qualia ſunt offerre ſe Iudici vt capiatur, & non fugere à carcere poſt capturam.arg.l.Oratio. ff. de Sponſa. cum ibi not.

Quòd ſi dicas verum eſſe non teneri reũ carcerem ſeruare, aut non fugere: attamẽ cum fractione,& perforatione carceris, videtur vis illata Iudici, & eius miniſtris: qua ratione tenet cõtrarium Gandau.quodlibe. 9.art.25. Sed falleris. Non enim vis fit Iudici, neque eius miniſtris, eò quod reus frangit, ſeu perforat murum carceris, vt palam eſt:ſed tantùm eluditur Iudex,& cuſtos carceris; & hoc reo licet propter ius quod à natura habet, ſcilicet vt conſeruet ſe ipſum. Quamuis enim poſsit reus iuſtè & meritoriè offerre ſe carceri, & condeſcendere cum ſententia Iudicis; & vltrò & ex animo acceptare mortem,in pœnam ſui criminis,& in remiſsionẽ ſuorum peccatorum: non tamen leges obligare poſſunt vllum, vt quoquo modo agat contra ſe in diſcrimine vitæ, ſed tantùm vt patiatur, ſecundùm D. Tho.2.2.quæſt.69.art.4. & ſupra tetigimus. At ſi cùm reus poſſet, mediante perforatione carceris, aufugere, teneretur ſe ab ea cauere: certè obligaremus reum, vt faceret aliquid, vnde ſubſequatur mortem pati. quod eſt abſurdum.

Quòd ſi adiicias ſaltẽ fieri iniuriã Iudici, & cuſtodi carceris. Reſpondeo eamdẽ fieri per ſimplicem fugã,ſine muri fractione. & tamen omnes concedũt hãc licitè fieri. Prætereà negatur iniuriã Iudici, & carceris cuſtodi fieri; quia nemini facit iniuriã, qui vtitur iure ſuo, & potiùs fuga rei imputetur eorum negligentiæ, & incuriæ qui maiore vigilantia carcerem non cuſtodiere.

Reſtat modò reſpondere ac ſatisfacere argumentis & rationibus in cõtrarium adductis.Ad primum reſpondeo, verum eſſe leges iuſtas regulariter in conſcientia obligare: non tamen quando expreſsè, vel tacitè ſeu præſumptiuè conſtat de contraria mente legiſlatoris, nimirùm nõ velle reos ad vllum peccatum obligare, ſed tantummodò pœnas imponere ad terrorem, vt metu ſolùm earum,rei contineantur. Et in noſtro caſu præſumptiuè conſtat de mente legiſlatoris, ſcilicèt non fuiſſe intentionis ipſius obligare reos ad peccatum, ſed tantùm ad pœnam, ne aliàs tolleret ius à natura deſcendens, conſeruandi ſcilicet ſe ipſum.

Et in iſto & ſimilibus caſibus, vbi conſtat de mente legiſlatoris (ſaltem præſumptiuè ſecundùm materiam legis) non eſſe eius intentionis obligare contrauenientes legi,ad peccatum, eſt vera opinio illorum qui tenent leges purè pœnales non obligare in conſcientia. quod nota pro limitatione eorum quæ dicemus. verb. Lex. Differentia 7. de quo multa exempla adducit P. Salas de Legi. diſputatione 15. ſectione 1. à nu. 17. vbi nu.21. ponit. iſtud de fractione carceris.

Ad ſecundùm reſpondetur, negando dari hic iuſtum ex vtraque parte bellum; ſuppoſito non eſſe de intentione legiſlatoris compellere reum ſub reatu peccati mortalis, ne carcerẽ effringat. Et eſto,bellum ſit vtrinque iuſtum, videlicèt à Iudice iuſtè præcipi ne carceres effringantur; & ſimiliter à reo iuſtè eos frangi: nihilominus nullum eſt in hoc inconueniens, vel abſurdũ; quia diuerſis reſpectibus admittitur bellũ ex vtraque parte iuſtum, vt plura exempla congeſsimus Differentia præced. Et in noſtro caſu Iudex iuſtè id præcipit, habendo reſpectum ad bonum commune,ne crimina remaneant impunita. Reus item iuſtè frangit ob ſuam naturalem conſeruationem.

Neque eò quòd Iudices, fractores carceris puniunt, malè faciunt; quia (vt ſupra diximus) ex iuſta cauſa id faciut, vt ſcilicèt ſic crimina ob quæ rei ſunt incarcerati, puniantur. Expedit enim Reipublicæ,ne crimina remaneant impunita. Prætereà aliquando

Digitized by Google

quando poteſt quis iuſtè pœna affici ſine culpa, non tamen ſine cauſa, vt videmus in filiis hereticorum, qui in multis, propter crimen hæreſis parentum ſuorum, puniuntur ſine culpa, ſed non ſine cauſa. Et ideò Iudices pœnas tales cum cauſa irrogantes, non malè faciunt, ſed iuſtè procedunt. Et in terminis pœnam flagellationis poſſe iuſtè infligi ſine culpa, docet Salas poſt alios vbi ſupra.

Ad tertium reſpondetur cōcedendo virtualiter, & implicitè præcipere Iudicem reo, cùm eum incarcerat, vt carcerem ſeruet: non tamen ex hoc ſequi peccare reum contra obedientiam, rumpendo carceres, & fugiendo, quia non eſt eius intentionis obligare reum in cōſcientia ad ipſum carcerem tenendum, ſed tantùm ſub obligatione pœnarum, & ſic non facere contra obedientiam. arg. Clem. Exiui. §. Nec tamē putandum eſt. de Verb. ſign. Quòd ſecùs eſt, cùm ad carceres temporales, vel perpetuos reum condemnat.

Vltimò, non obſtant allegata pro confirmatione, quia aliud eſt poſſe fugere ante ſentētiam; quo caſu procedūt dicta ſupra, & aliud poſt ſententiam, vel contra iuramentum; de quibus caſibus loquitur Iaſ. & gl. illa Clem. Paſtoralis.

DENVNCIATIO.

SVMMARIVM.

1 *ANTE denunciationem monendus eſt denunciandus, ſi denunciatio eſt Euangelica, & habetur ſpes certa de emendatione.*

2 *Edicta Epiſcoporum quomodo intelligenda ſint, circa denunciandos.*

3 *Monitio fieri poteſt per Prælatum, vel alium.*

4 *Denunciatio iudicialis, vel Canonica requirit præmonitionem, niſi caſu quo non habetur ſpes de emendatione.*

5 *Iudex cùm procedit ex officio, non tenetur præmonere denunciandum.*

6 *In viſitationib. delinquentes poſſunt denunciari abſque præuia monitione.*

7 *Viſitatores Religioſorum tenentur præmonere, cùm crimina ſunt occulta.*

8 *Et etiam ſi ſint publica, quando ſperatur citiùs, & meliùs ſic eſſe delinquentem corrigendum.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 DENVNCIATIO de crimine occulto alicuius, fieri non poteſt Iudici, vel Prælato, niſi denunciandus, monitus priùs fuerit, vt ſe corrigat, iuxta ordinem traditum in Euangel. Math. 18. & Luc. 17. ita poſt Adrian. & Sot. docet Nauar. in Man. cap. 24. num. 14. verſ. Sextò. idem Sot. lib. 5. de Iuſt. quæſt. 5. art. 1. Rodrig. de Ord. iud. cap. 4. num. 9. D. Tho. in 4. diſt. 19. art. 3. quæſt. 1. & cōmuniter omnes Specul. tit. de Denunc. verſ. Quòd autem monitio debeat denunciationem præcedere. & tit. de Inquiſit. §. 1. verſ. Sed numquid poterit, & §. Qualiter. ad fin. verſ. Item Inquiſitio, & docet gloſſa notabilis. 2. in c. Quapropter. in 2. quæſt. 7. & gloſſa fin. in cap. In ſcripturis. 96. diſt. ſic intelligenda, ſcilicet in denunciatione, licèt dicat in accuſatione. vide Abb. in cap. Nouit. nu. 61. de Iud. Et aliter denuncians, peccat mortaliter. Nauar. in cap. Inter verba. concl. 6. num. 23. Miran. de Ord. iud. quæſt. 12. art. 3. concl. 2. in fin. cū ſeq. D. Tho. 22. quæſt. 33. ar. 7. ad quartum, & probat tex. in cap. Licèt. §. Contra quos de Simon.

Quidam limitant, & reſtringunt ſupradictam concluſionem. Primò, vt intelligatur in denunciatione Euangelica, de qua loquuntur textus Euangelii Math. & Luc. & Doctores

Doctores ſuprà citati. Secundò, quando ſpes eſt certa de emendatione. Tertiò, quádo Epiſcopus, vel Prælatus, is eſt, cui ſecurè committi non poſsit prędicta denúciatio, & ſic timeretur non prodeſſe, immò obeſſe. aliàs poſſet ei denunciari, vt patri: ipſe verò teneretur præmonere ſubditum denunciatum, loco denunciantis, vt latè proſequitur Fr. Bern. Areualo in lib. de Correct. fraterna concl.6.fol.198. cum ſeq.& ratio eſt; Primò, quia prædicta admonitio fieri poteſt etiam per alium; dummodò ſit honeſta perſona, quæ poſsit prodeſſe, & non obeſſe.c. Hoc videtur 22.q. 5. Specul. vbi ſuprà, verſ. Quid ſi monens. Secundò, quia hodie vix haberi poteſt ſpes certa de emendatione; immò magis ſperari poteſt indignatio delinquentis, & forſan reputabit vt iniuriam, & aget actione iniuriarum contra corripientem, tamquam ſui infamatorem, propter magnam ſuperbiá, & malitiam hodiernam. Tertio, quia communiter Prælati fructuoſiùs, & ſecuriùs poſſunt facere correctionem fraterná. Vnde meritò abſque ea monitione, poterit quis facere Superiori denunciationem fraternalem. quod ſanè ita videmus in practica obſeruari, maximè in viſitationibus, de quibus ſtatim dicemus.

Nec obſtat contra præcepta Euangelica (quale eſt iſtud de correctione fraterna) non valere vllam præſcriptionem, nec cóſuetudinem in contrarium, iux. gloſſam receptam in cap. Denique. 4. diſtinct. Nam reſpondemus ſecundùm Bonauent. ſuper Lucam. cap. 17. ordinem illum Euangelii à Chriſto Ieſu præſcriptum, non eſſe de pręcepto, ſed de conſilio; aut ſaltem non obligare, niſi in quantum lex charitatis, & ratio naturalis expoſtulat, vt latè probat Areualo per totum lib. de Correctione fraterna, maximè concl. 4. vel dic non eſſe contra dictum præceptum, ſed ſecundùm idem ipſum, quando fit denunciatio Pręlato, vt ipſe tamquam ſi eſſet priuatus moneat, & corrigat delinquentem.

Aduerte tamen caſum poſſe quandoque contingere, in quo delinquens occultus, eſſet paratus ad correctionem fraternam, & graui iniuria afficeretur ex delatione ſui delicti ad Superiorem, etiam ſi vt patrem. Quare in hoc dari non poteſt certa regula: ſed conſilio maturo vtendum eſt, antequá ad denunciádum aliquem ſine præuia monitione quis progrediatur. Vide ad hoc Doctores quos refert Cenedo. 2. part. collect. 101. num. 3. verſ. Sed & facit. D. Tho. 2.2. quęſt. 33. art. 7. in corpor. verſ. Quędam enim peccata occulta ſunt. vbi etiam in criminibus Reip. damnoſis, prohibet fieri denunciationem, cùm firmiter creditur ſtatim poſt ſecretam admonitionem poſſe prædicta damna impediri.

2 In edictis autem factis per Epiſcopos, ſeu eorum Vicarios generales, quibus præcipitur vt qui viderunt, aut audierút talem, aut talem delinquentem, ipſum denunciet: aut excommunicantur qui non manifeſtauerint ſcientes quis tale furtum cómiſit; dubitatur an ſeruanda ſit priùs correctiò fraterna. Nauar. cap. 18. num. 40. & cap. 25. num. 45. & cap. 17. num. 134. putat idem dicendum eſſe quod ſuprà in principio, videlicet eos denunciare non poſſe, niſi præcedente correctione fraterna, id eſt admonitióne præmiſſa, etiamſi in edictis cótineretur teneri denúciare, etiam non præcedente correctione fraterna, quia inquit, talia generalia mandata intelligenda ſunt ſecundùm ius. l. Si procurator. ff. de Códict. indeb. c. Cauſam quæ. de Reſcript. & conſequéter ſalua correctione fraterna, vt docet D. Tho. 22. quæſt. 33. art. 3. ad quintum, communiter receptus.

Sed Fr. Bern. de Areu. dicto li. de Correct. frater. fol. 56. 67. & 78. latè defendit contrarium, ſcilicet non eſſe prædicta edicta intelligéda, ſalua correctione fraterna, ſed ſtatim reos eſſe denunciandos, & quòd ita habet vſus, & practica communis, & ſi aliter diceretur, eſſet in graue damnum Reip. & Communitatum. Multa enim crimina remanerent impunita, & multi peccatores remanerét in ſuis peccatis, & multæ Inquiſitiones generales, ſeu viſitationes eluderentur.

3 Quare pro reſolutione, & clariore prædictorum intelligentia, notandæ ſunt ſequentes cóncluſiones. Sit prima concluſio, Quotieſcumque quis vult aliquem denunciare ad correctionem tantùm, ſed timet, vel aliàs non audet admonere denunciandum

dum

Digitized by Google

dum per ſemetipſum: putat tamen ſi manifeſtauerit illum Superiori, tamquam patri, commodiùs,ac meliùs emendari eumdem,& pœnitere: tunc optimè poteſt, & abſque vllo ſcrupulo ipſi Superiori denunciare, tametſi eum non præmonuerit. argumento cap. Hoc videtur. 22. quæſt. 5. quatenus probat eum qui audit aliquem falſum iurare, excuſari à peccato taciturnitatis, & omiſsionis correctionis, ſi illum indicet talibus,qui magis prodeſſe poſsint, quàm obeſſe periuro; per quem tex. ita tenet Sot.de Secret.memb.2. queſt. 4. dubio. 3. Nauar.dicto cap. 17.num.134. Rodrig.de Ord.iud.cap.4.num.9.Miran.eodē tit.quæſt.11.art.5.& art.9. concl.1. Eſtque communis opinio omniū Doctorum, tam Theologorum, quàm Canoniſtarum, vt latiſsimè per Cened.ſuprà num.5.verſ. Dicunt etiam.pag. 256. Ratio eſt, quia tunc parum, aut nihil nocetur famæ proximi. Et quantumuis in aliquo læderetur, & ingrata eſſet denunciato prædicta manifeſtatio; non eſt de hoc curandum, ſed magis eſt attendenda eius animæ ſalus. Quæ quidem concl. locum habet, & procedit, cùm denunciandus eſt in peccato, quod ei tantùm nocet,vt in concubinatu,odio proximi, & ſimilibus. nam ſi peccatum ſit in perniciem Reip.v.g. falſæ monetæ, proditionis, hęreſis, ſubornationis ad cathedras, vel electiones, vel in damnum alteriùs: tunc ſtatim tenetur quis illud denunciare, nulla præcedente admonitione, ſicut quando peccatum eſt publicū. Ita D. Tho. dicta quæſt. 33.art.7.Sot.lib.5.de Iuſt.q.5. art.1. Rodrig. ſuprà num. 6. 7.& 8. Ratio eſt, quia agitur tunc de maiore damno, & periculo, quàm ſit fama proximi. Vide latiſsimè per Cened. 2.par. Collect. 101. num.4.

4 Secunda concluſio, Volens facere partē in iudicio, & proceſſu denunciationis, & inſtare per dictam viam, ſiue ſit ad correctionem tantùm (quod fieri poteſt iudicialiter ſecundùm Innoc. num. 2. & Dec. num. 17. in dict. c. Nouit.) ſiue ſit ad pœnam, & punitionem, quæ dicitur denunciatio iudicialis; ſiue ad remotionem ab officio, & adminiſtratione,quæ dicitur Canonica ſpecialis: tunc proculdubio tenetur præmittere admonitionem. aliàs repelletur à iudicio,vt dicit Specul.tit. de Inquiſit. §. 1. verſ. Sed numquid poterit.ad fin. & §. Qualiter. ad fin. verſ. Item inquiſitio. per tex.expreſſum in cap.Licèt Heli. §.Contra quos. de Simon. vbi ob defectum dictæ admonitionis quidam denunciatores fuerunt repulſi, qui agebant contra ſuum Prelatum ad eum amouendum ab adminiſtratione, & beneficio ob dilapidationem, vbi Abb.num.7.id tenet,& in cap. Qualiter.in 2.num.20.in fin.de Accuſation. poſt Ioan. And. ibi & Hoſt. in c. 2. de Calumniator. & docet D. Tho.2.2.quæſt.33.art.2. communiter receptus,teſte Miran.ſuprà quæſt. 12.art. 3. concl. 3. & probat etiam tex. in cap.Cùm dilectus.de Accuſation.& in cap. Nouit.de Iudiciis.

Hinc orta eſt practica,à nonnullis Viſitatoribus obſeruata circa pręceptum, quod ponunt de reuelando quicquid ſciuerint. nam expreſsè admonent, ne denuncient aliquem iudicialiter ſine pręmiſsione correctionis fraternę, iuxta formā Euangelij, de quo in 4. concl. latiùs dicemus. Ratio eſt, quia ex quo quis elegit hanc viam, & non alteram accuſationis, tenetur ſeruare formam, in denunciatione requiſitam, & traditam in dicto cap. Qualiter. licèt Fr. Areual.ſuprà relatus concl. vlt. propoſit.8. fol. 197. putet nullā requiri monitionem. ſed fallitur. Rationē vide per Miran.quęſt. 11.art.4.pag.271.

Ad pręd ctam tamen concluſionem vide quamdam ſingularem fallentiam per Miran.de Ord.iud. quæſt. 11. art. 9. ad fin. ſcilicet quando nulla ſpes emendationis habetur. Tunc ſanè poteſt fieri denunciatio iudicialis, ſi crimen probari poteſt, abſque præuia monitione. Ratio eſt, quia ceſſat tunc cauſa, ob quam exigitur prædicta admonitio.Idem docet art.10.concl.4. in fin.& ſentit, quæſt. 12.art.3.concl.3.

5 Tertia concluſio,Cùm Iudex, ſiue Prælatus procedit ex mero, & puro ſuo officio ad vindictam publicam: tunc ſiue id faciat inſtante procuratore fiſcali, ſiue alio adiuuante, & adminiſtrante teſtes, non tamen partem faciente; poteſt abſque vlla monitionę præmiſſa in cauſa procedere, vt probat tex.in cap. 1. §. Sanè. de Cenſib. lib. 6.

vbi

vbi Archiepiſcopus viſitans diœceſim Suffraganei, & reperiẽs quoſdam diffamatos propter quædam crimina, eos denunciauit Ordinario ſuffraganeo abſque vlla præuia monitione. Ad idẽ eſt optimus tex. in dict. cap. Licèt. & in cap. Epiſcopus. in Synodo. 35. quæſt. 6. & in l. Ea quidem. C. de Accuſation. docet Specul. tit. de Denunciatione. verſ. Publica iudicialis. Ioan. And. & Abb. in dicto cap. Qualiter. n. 20. in fin. Marant. tit. de Denunciat. num. 2. Ratio eſt, quia procurator fiſcalis tãtummodò poteſt denunciare de criminibus notoriis, ſecundùm Abb. in dicto cap. Nouit. de Iud. num. 48. & in notoriis non requiritur monitio, ſecundùm eumdem, ibidem num. 44. & tetigimus in fine 1. concluſionis. Tum, quia Iudex non poteſt procedere per viam Inquiſitionis regulariter, fama non præcedente, aut clamoſa inſinuatione, ex dict. c. Qualiter. ad fin. & dicetur in ſeq. Quo caſu abſurdum eſſet, etiam exigere admonitionem, teſte Ioan. And. ad Specul. in tit. de Inquiſit. §. 1. in additione. ad verb. Et Ioannes. licèt hodie ex communi practica fiat inquiſitio ex mero officio Iudicis, etiam publica fama non præcedente, vt dicit gloſſa, verb. Inquirere. in Extrauag. Execrabilis. §. pœnult. de Præb. & tradit Iul. Clar. quæſt. 7. num. 1.

6 Quarta Concluſio, In viſitationibus, & inquiſitionibus generalibus, delinquẽtes denunciari poſſunt abſque præuia monitione. Et hoc potiſsimum in viſitationibus Religioſorum, & etiam Epiſcoporum, cõmuniter practicatur. Et poteſt eſſe ratio, quia prædicti Superiores procedunt eo caſu tam vt patres, quàm vt Iudices. & communiter ſunt tales, qui poſſunt prodeſſe, & non obeſſe. & conſequenter poſſunt eis crimina denunciari, argumento dicti cap. Hoc videtur. 22. quæſt. 5. & de prædicta communi practica teſtatur. Fr. Areual. vbi ſuprà Concl. 3. fol. 56. 67. & 78. & eſt valde communis, & vtilis prædicta practica. alias enim multa crimina remanerent incorrecta, præſertim quia meliùs decernet Viſitator de eo, quod expedit ad emendam, & ſalutem delinquentis; quàm ſubditi, qui communiter ſunt ignari, & parùm prudentes.

Vnde dicit Areual. Concl. vlt. fol. 178. & 201. Prælato etiam præcipienti, vt ſibi tãquam patri reuelẽtur ſecreta nondum correcta, vt ſecretiore, & prudẽtiore cura emẽdentur, parendum eſſe, ſi talis ſit, qualis eſſe debet. Idem dicit. in 5. Concl. fol. 144. in fin. cum ſeq. & fol. 152. licèt ſint correcta, quando timetur, ne lapſus iterum corruat. quod & docet D. Bonauent. ſuper Luc. cap. 17. Ricar. in 4. diſtinct. 19. quęſt. 1. art. 3. Gerſon. 2. part. Alphab. 34. lit. C. D. Tho. quodlib. 11. quæſt. 13. & Angelus. verb. Denunciatio. §. 10. Secùs vbi nullum prorſus formidatur reincidendi periculum. ſecundùm Miran. quæſt. 11. art. 6. vel vbi nõ prætenditur aliquod bonum publicum cõmunitatis, vel priuatum ipſius delinquentis, ex eodem Areu. Concl. 6. fol. 183. Quibus caſibus ad ſolos Fiſcales ſpectat prædictos emendatos denunciare, teſte Miran. quæſt. 12. art. 3. Concl. 1.

7 Sed eſt pulchrum dubium, & valdè notandum, an prædicti Iudices, iidemque Viſitatores teneantur obſeruare formam, & modum traditum in Euangelio. Pro parte negatiua, ſcilicet non teneri facit Concluſio tertia ſupra tradita. quia in dictis viſitationibus proceditur ex mero, & puro officio. Secundò, quia ita obſeruat communis practica. Nam vix videmus contrarium obſeruari per vllos Viſitatores. Tertiò, quia ſtatim vt eiſdẽ aliquid denũciatur, eo ipſò videtur eſſe publicum factum, & de occulto mox fieri notorium, ratione publicæ perſonæ Viſitatoris, & loci Iudicii.

Quicquid verò ſit quoad Forum exterius, tenenda eſt pars affirmatiua quoad Forum interius, videlicet Viſitatores Eccleſiaſticos ſub pœna peccati mortalis teneri præmonere priùs ipſos denunciatos, ſi crimina ſint grauia, & occulta. Ita docet D. Aug. in ſua regula, & D. Tho. dicta quæſt. 33. art. 2. Sot. ſuprà ad finem ante ſolutionem argumentorum. & de Secret. memb. 2. quæſt. 4. Concl. 7. Rodrig. de Ord. iud. cap. 5. num. 4. in 2. Concl. poſt princip. Miran. eodem tit. quæſt. 12. art. 3. Concl. 3. & 4. regul. 2. & quæſt. 11. art. 10. Concl. 1. Sentit idem D. Tho. in 4. diſt. 19. quæſt. 2. art. 3. in reſponſione ad primam quæſtionem. Ratio eſt. Primò, quia denunciantes,

vigore

Digitized by Google

vigore præcepti eiſdem facti, & communis practicæ præallegatæ, omiſerunt præmonitionem, ad quam aliàs tenebantur per dicta ſuprà nu.2.confiſi quòd ipſi Viſitatores eam facient, ſi ſit neceſſaria, & viderint eam obligare. Hoc dico propter caſus exceptos, vnde omnis obligatio eorum, tranſlata eſt in ipſos Viſitatores. Secundò, quia in prædicta viſitatione procedunt vt Patres, & Iudices. Et vt Patres, tenentur in conſcientia corrigere ſecretò quę ſunt occulta, vt docet Fr. Areualo ſuprà fol. 170. & 177. col. 2. conſtituens in hoc differentiã inter Iudices Eccleſiaſticos, & ſeculares. Seculares quippe, quia non procedunt niſi vt Iudices, nõ tenẽtur ad obſeruationem prædictorum, maximè cùm ipſi non aſtringant ſubditos ad denunciandum, ſicut faciunt Iudices Eccleſiaſtici. Ideò ſubditi nihil denunciant occultum, vel ſaltem denunciare non poſſunt, niſi præmiſſa prędicta correctione fraterna, exceptis quibuſdam criminibus, ad quæ non tenentur eam præmittere. Vnde non mirum, ſi Iudices ſeculares non teneãtur ad dictam correctionem faciendam, etiam in ſuis viſitationibus.

Quam quidem præmonitionem, & correctionem ſecretam, pręcipuè debent obſeruare Viſitatores Religioſorum; quia procedunt ſecundùm Regularia ſtatuta de plano, & ſine figura iudicii, non compilato proceſſu, & ad correctionem, & emendationem tantùm, & non ad pœnam ordinariam. quæ quidem ſtatuta ſunt extracta ex Euangelio, & fundata in lege charitatis. Non mirùm igitur ſi teneantur ſeruare formam traditam in Euangelio. Conſule eumdem Areualo concluſ. 6. fol. 184. & fol. 205. vbi idem repetit; eſtque doctrina Sot. lib. 5 de Iuſt. quæſt. 6 artic. 2. Petr. Aragon. 2. 2. quæſt. 33. art. 8. pag. 828. Rodrig. dicta Pract. cap. 3. num. 4. concl. 2. Altiſiodoren. lib. 3. tract. 25. cap. 2. Palud. & Duran. in 4. diſt. 19. quæſt. 4. Caiet. 2. 2. quęſt. 33. art. 8. Pro qua eſt tex. ille pręclarus in cap. Inquiſitionis. §. Tertiæ. de Accuſat. vide etiam D. Thom. dicta quæſt. 33. articulo 7. vbi circa denunciationem occultorum, & eorum correctionem optimè diſtinguit.

8 Quibus adde Viſitatores ne dum debere corrigere ſecretò ante omnia, peccata occulta ſibi denunciata, non præmiſſa dicta monitione; ſed etiam publica, quando veriſimile eſt fratrem citiùs eſſe corrigendum per ſecretam admonitionem, quàm per publicam. hoc eſt dictum ſingulare Palud. in dicta quæſtione 4. quod refert, & ſequitur Areual. poſt Adrian. & Gabr. concluſione 5. fol. 130. loquens de denuciante. Idem docet Miranda quæſt. 11. artic. 1. concl. 1. de iis criminibus, quorum increbuit infamia. Quibus euenientibus caſibus ad ſatisfaciendum ſcandalo publico, oportebit vt in genere, ante reprehenſiones (loquimur nunc de viſitationibus Religioſorum) aduertant Viſitatores à ſe circa ea quæ ſupprimentur, iam eſſe præſtitum quod decebat. Idem eſt obſeruandum in peccatis occultis, quæ vergunt in pręiudiciũ cõmunitatis, vel tertii, ſi indubitáter, vel veriſimiliter creditur dicta monitio profutura. Ita Miran. quęſt. 11. art. 2. concluſ. 2. & artic. 3. concl. 2. & Duran. & Palud. citati ab Areualo concl. 5. fol. 135. in fine cum ſeq.

Vnde non obſtant allegata pro parte negatiua. Non primum, ſcilicet in viſitatione procedere ex mero officio. Nam dupliciter poteſt Iudex procedere ex officio. Vno modo priuatim, ſecundùm formam iuris, compilato ſcilicet proceſſu, & ad pœnam ordinariam. Et tunc non tenetur præmonere delinquentem, licèt ſecretò deliquerit. ſicque procedunt dicta in 3. cõcluſione. Alio modo procedere poteſt ex officio; non quidem ad pœnam ordinariam, ſed extraordinariam, nec ad vindictam, ſed potiùs ad pœnitentiam, & correctionem delinquentis, quomodo procedunt in viſitationibus. Et tunc tenetur Iudex Eccleſiaſticus ſeruare formam Euangelii, quibuſdam caſibus exceptis, de quibus infrà verbo Inquiſitio. Diff. 1.

Nec obſtat ſecundum, de communi practica in cõtrarium. Nam vel intellige eam circa peccata non grauia, nec infamiam irrogantia; vel de delictis publicis, vel famoſis (vt ſæpe contingit Religioſis. vix enim manet delictum in occulto, quod intra conuentum ſtatim non diuulgetur) vel

Digitized by Google

de caſibus exceptis à præcepto correctionis fraternę. aliàs non excuſaretur, cùm faceret contra legem naturalem, & pręceptum diuinum.

Non denique obſtat, peccata occulta fieri publica, mox vt manifeſtantur perſonæ publicæ. nam id verum eſt, quando manifeſtãtur Iudici, vt Iudici ad vindictam publicam, & pœnam ordinariam, ſecundùm formam iuris. Secùs cùm manifeſtãtur Iudici, non vt Iudici, ſed vt Patri, ad correctionem, & emendationem peccati, & non ſecundùm formam iuris, ſed ſecundùm formam Euangelii, vel ſtatutorum Regularium, vt fit in Viſitationibus Clericorum, & Regularium.

SVMMARIVM.

1 *Ad manifeſtationẽ furis, vel malefactoris, an aliquis teneatur in vtroque Foro.*

2 *Subditi tempore viſitationis, quomodo ſe gerere debeant circa manifeſtationẽ eorum, quæ ſciuerint.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 NEMO tenetur in Foro iudiciali manifeſtare furem, vel quemuis alium malefactorem. l. 4. §. fin. & ibi gloſſ. verb. Repeti. ff. de Condict. ob turp. cauſ. quam dicit ſing. Bal. in cap. Super eo. de Tranſact. Quod latè declarat, & quatuor modis limitat Iaſ. in l. 1. §. Si tibi indicium. ff. de Condic. ob turp. cau. Hinc infert dict. gl. poſſe quem recipere pretium pro manifeſtatione furis, vt probat tex. in dict. l. 4. §. fin. & l. Solent. ff. de Præſcrip. verb. quia pro eo quod gratis quis facere non tenetur, poteſt pecuniam accipere.

In Foro verò conſcientię, tenetur quis indicare furem, iuxta gl. in cap. Nemo. verb. Celet. de Simo. & in cap. Quod quidã. verb. Furti. 1. quæſt. 1. & videtur probare text. in cap. Qui cum fure. de Furt. ibi, *Non fur ſolùm, ſed ille reus tenetur, qui furti conſcius quærente poſſeſſore non indicat.* Et pro hoc faciunt monitoria, & ſententię excõmunicationis Epiſcoporum contra non reuelantes furta. Si enim non eſſet peccatum in non reuelando; non poſſent excommunicari, vt notat Panor. dict. cap. Qui cum fure. num. 2.

Sed Bart. in l. Ciuile. C. de Furt. dicit quòd furtum quis indicare debet, non furem, niſi Iudex ex officio implorato; vel dum procedit per inquiſitionem generalem, compellat ad indicandum furem. Tũc enim tenetur quis ad eius mandatum indicare. ex dict. gloſſ. verb. Repeti. & ex traditis per Naua. cap. 25. num. 46. niſi id ſciuerit ex reuelatione (intellige ſecreta) ſolius furis; vt dicit Iul. Clar. lib. 5. quæſt. 27. num. 3. Et ſic intellige dict. cap. Qui cum fure. Nã ſi benè ipſum ponderes, nihil dicit de fure, ſed de furto. Vnde quod traditur de Beato Franciſco (qui interrogatus an vidiſſet homicidam tranſeuntem, reſpondiſſe fertur ponendo manum in manica, Hàc non tranſiuit) non eſt contra reſolutionem Bar. de qua ſuprà; quia non fuit interrogatus à Iudice, ſed à familia Iudicis; nec fuit illud dictum, nec potuit dici ſub præcepto; quia erat Religioſus, & ſic non ſubditus; nec fuit iuridicè interrogatus; vt per Naua. cap. 12. numero 8. Adde ſupradictis Additionem Panor. dict. cap. Qui cum fure. verb. Diuerſitatem. vbi limitat Dictum Bart. circa Iudicẽ; dummodò Iudex haberet aliqua indicia contra eum, à quo hoc requireret.

Ex his collige benè dixiſſe Angel. dicta l. 4. de Condic. ob turp. cauſ. nimirùm non indicare furem, non eſſe peccatum. quod intellige de indicatione facienda Iudici,

ad

ad ipſum capiendum, & puniendum. Secùs verò eſt de ea, quæ fit Epiſcopo, vel alii Superiori, iuxta formam denunciationis Euãgelicæ. Ad hãc enim quilibet tenetur, iuxta illud Matth. 18. *Si peccauerit in te frater tuus, &c. Quòd ſi te non audierit, dic Eccleſiæ*, quia illa fit ad bonum animæ, & fit ei, qui poteſt prodeſſe, & non obeſſe.

2 Verùm quia ſupra diximus teneri ſubditum indicare furem, vel malefactorem ad præceptum Iudicis, ex officio ad inquirendum crimina procedentis: operæpretium erit, gratumque lectori, oſtendere quando quis teneatur indicare criminoſos ad pręceptum Superiorum ex officio procedentium; vt quando Epiſcopi, vel Viſitatores Regularium tempore viſitationis, ſua edicta proponunt.

Sit itaque regula, Omnes ſubditi ſcientes aliquid de iis quę in edictis continentur; tenentur denunciare, & manifeſtare ipſis Viſitatoribus; quia præceptum neminem excipit. Et intellige de publicis, & famoſis, c. Qualiter. 1. de Accuſa. vel quæ vergunt in perniciem publicam, vel præiudiciũ tertii, ſecundùm Mirand. de Ordi. Iudi. q. 6. art. 6. concl. 4. pag. 153. & quæſt. 5. art. 4. concl. 6. pag. 130. & concl. 2. & 3.

Occulta verò nullus tenetur denunciare, ſi non præmiſit correctionem fraternam; vt probatur in d. cap. Qualiter. 1. per argum. à contrario ſenſu, & docet D. Tho. 2. 2. q. 33. art. 7. cõmuniter receptus, teſte Naua. c. 18. nu. 40. & c. 25. nu. 45. & Miran. vbi ſup. q. 5. art. 4. concl. 3. & q. 12. art. 3. cõcl. 2. & q. 11. art. 4. & 6. niſi quando vergerẽt in perniciẽ publicam, vel pręiudicium alterius, ſecundùm Miran. ſup. q. 12. ar. 3. cõcl. 3. & 4. reg. 3. quia in his non eſt neceſſaria præuia monitio.

Sed obſerua Fr. Bern. Areualo dict. tract. de Correctione frater. concluſione 3. fol. 69. conſtanter defendere non eſſe attendendum an ſint publica, vel occulta, ſed quomodocumque ſubditus ſciuerit, etiam ſecretò, teneri reuelare Prælato. aliàs enim, inquit, ſi ad ſola publica teneretur, eſſet id in perniciem Religionum, & ſtatus Eccleſiaſtici, & Reipublicæ, vt ibi latè probat fol. 66. cũ ſeq. & fol. 79. adiiciens, in ſtatutis fratrum Minoritarum, quæ Barcinonenſia dicuntur, haberi ſic, *Debeant Fratres exeuntes in reditu ſuo, ſecretè Guardiano ſuo exceſſus notabiles ſociorum intimare*. & fol. 80. dicit idem haberi in ſtatutis fratrum Prædicatorum, & docet S. Bonauentura ſuper Lucam, cap. 17. & in ſuis Conſtitutionibus, in quodam generali Capitulo factis. & ita videtur tenendum, ſaltem in his viſitationibus Religioſorum, vbi ſolùm, vel pręcipuè agitur de bono animæ, & ſalute eorum; & magis procedunt Viſitatores vt patres, quàm vt Iudices.

Secundò fallit, quando nõ ſperatur emẽdatio, licèt detegatur Prælato ſeu viſitatoribus, ſi in aliis viſitationibus fuit correptus, & noluit ſe emendare. fruſtra enim videtur obligandus tunc nemo ad eum denunciandum. Ita docet Miran. ſup. quæſt. 11. art. 4. concluſione 3. & art. 8. concluſione 2. pag. 280. & art. 10. concluſione 3. in fine cum ſeq. & quæſt. 9. art. 2. concluſione 1. cum ſeq. & art. 9. concluſione. 3. dũmodò nõ ſit delictum in perniciẽ Reipub. vel tertii, ſecundùm eumdem dict. art. 4. concluſione 3.

Sed in hoc aduerte quòd ſi peccatum, ſeu delictum fuerit publicum; tunc licèt non ſperetur emendatio in delinquente, facienda eſt denunciatio de eo; quia publicè eſt arguendus. & in talibus publicis correptionibus ſemper fit fructus in aliis; quia ędificantur, & timent, & in bono confirmantur, & ſatisfit iuſtitiæ, & ſic mali quaſi freno cohibentur à multis malis perpetrandis. Ita D. Tho. 2. 2. quæſt. 33. art. 6. in corp. & Areualo vbi ſup. concluſione 5. fol. 142. col. 2. Vbi verò peccatum eſt occultum, & correctio eſt facienda ſecretò per Viſitatores: tunc ſi denunciandus iam fuit ſæpe correctus à Viſitatoribus, & non fuit emendatus: excuſabitur quis iterum eum denunciare. Idem dic, ſi non ſperatur emendatio, licèt aliàs non fuerit vmquam ab eis correctus. Sed cùm hoc ſit incertum, meliùs eſt, & tutiùs, vt denuntietur dictis Viſitatoribus, pro vt volunt noſtra ſtatuta. cap. 24. §. 8.

Tertiò fallit in defectibus venialibus, qui de ſe non ordinantur, nec diſpo-

Digitized by Google

nunt ad mortale. aliàs ſecùs.Ita Miran. vbi ſup.quæſt.9. art. 1. Concl. 3. & 4. & quæſt. 11.art.4.D.Tho.2.2.quæſt.33.art.7. ad 4. Sed cùm communiter (ſaltem inter nos) omnis viſitatio conſiſtat in iſtis minutis, & venialibus: non videtur ſeruanda hæc fallentia quoàd Viſitatores Religioſorum. Admonitos tamẽ hic volo ipſos Viſitatores, ne omnia minuta denunciata ſcribant, & multo minùs in publicum prodant: ſed tantùm grauiora,& quę poſsint eſſe aliis in correctionem, & fructum. Quòd ſi ſint ſecreta, & aliquam notam infamiæ, vel ruboris ipſi culpabili, ſi publicentur, inurant: caueant Viſitatores à publicatione eorum; maximè cùm ad illa non teneantur, ob eorum paruitatem; immò nec poſsint ea tunc publicare, per ea quæ docet Diuus Thomas dict.quæſt. 33.art.7.ad 4.

Quartò fallit, quando nec de certo, nec à fide dignis ſcit id quod audiuit, ſecundùm Nauar. in cap. Inter verba. concluſione 6. num.21.Miran.quæſt.12.art.3.concluſione 2.ad fin.dicens, ita eſſe intelligendum, & interpretandum dictum præceptum, nec aliter eſſe Prælatis obediendum. Pro quo facit cap.Licet Heli.de Simo. quatenus dicit, non facilè eſſe cuique credendum.

Quintò fallit, quando quod quis ſcit, probare non poteſt, vt docet latè remiſsiuè Cenedo Collectan.101. ad Decretales. pag.254.num. 3. dummodò crimen occultum non vergat in detrimentum communitatis.aliàs ſecùs,vt ibidem. In noſtris ſtatutis cap. 25. §.14. circa hæc ordinatur,vt ſi crimen omnino probatione indigeat,nec probari poſsit,nemini dicatur, niſi Viſitatoribus, & Priori; & tunc procedatur per eos cum ſuſpecto,ſub forma fraternæ correctionis, & non accuſationis. Quod confirmatur ex his quę tradit Areua.ſuprà concluſione 5. fol. 144.ad fin.cum ſeq. & concluſione 6.fol.181.

Sextò fallit in Aduocato,& aliis, quibus ſecretò detegitur crimen, vt per Cened. ubi ſuprà num.6.pag.256.

DIFFERENTIA TERTIA.

NVLLVS tenetur ad accuſandum aliquem criminis, nec ad id cogi quis poteſt,vt probat tex. in cap. Licet.ad fin.de Accuſa.& l. vnic. C. Vt nemo inuitus agere,vel accuſare cogatur.docet gl.4.in cap.Quapropter.2.q.7. & hanc dicit communem Canoniſtarum Barthol. Fumus in ſua Armilla aurea, verbo, Accuſatio.nu.6.vbi tamen dicit hoc eſſe verum, & intelligendum in Foro exteriori

Secùs in Foro conſcientiæ, quando crimen vergit in detrimentum Reipub. vt in corruptelam corporalem, vel ſpiritualem alicuius communitatis, & poteſt probari ſecundùm D.Tho.2.2.q.68.art.1.& glo.2. cap. Quis quis.1. q. 1. aliàs non obligatur per c.Plerúq; 2.q.7. Sed gloſ.dict. c. Quapropter.aliter diſtinguit, nempe ad denunciationem quemlibet teneri;vt probat tex. dict.cap. Quapropter.& diximus Differen. præced. niſi in caſibus ibi not. non tamen ad accuſationem. quod hodie de communi practica, & conſuetudine eſt indubitatum; quia in omnibus ferè tribunalibus, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus ſunt Fiſcales, ad quos ſpectat accuſatio criminũ publicorũ. & in aliquibus Regnis,vt Franciæ, & Flandriæ, etiam accuſatio delictorũ priuatorum ſpectat tantùm ad eoſdem Fiſcales,ita vt pars offenſa ſolùm admittatur pro ſuo intereſſe, nec poſsit concludere ad pœnã criminalem. Et Neapoli ſolùm admittitur quis ad ſuã, vel ſuorũ iniuriã proſequendam,vt teſtatur Iul. Clar. §. 1. nu. 6. & quęſt. 3.nu.5.ad fi. Vnde nulla eſt hodie aſsignãda differentia in hoc, inter vtrumq; Forum; quia ſufficit denuciare Iudici, vel Fiſco crimen commiſſum, vel committendum, iuxta l. Ea quidem. C. de Accuſa. & dict. capit. Quapropter. Et pro ſupradictis, nota quòd in aliquibus Epiſcopatibus, & Regnis,ſunt aſsignatæ certę perſonę per Parochias,& caſtra, ad denũciandum omnia delicta, iuxta c. Epiſcopus in Synodo.35. quæſt.6. cuius meminit Ange. verbo Epiſcopus.num.10.& Ripa.reſpon. 36.num.12.& tradit Iul.Clar.quæſt.7.num. 4.& 5.

DEPO-

Digitized by Google

DEPOSITVM.

SVMMARIVM.

1 DEPOSITARIVS, *ad quam diligentiam, ſeu cuſtodiam teneatur.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 DEPOSITARIVS in Foro exteriori, tenetur res depoſitas, ſicut ſuas ſeruare. & ſi ſimul nõ poteſt vtraſque ſeruare; non poteſt res ſuas rebus depoſitis præponere. Vnde ſi depoſitas furto, aut aliàs amittat, ſeu pereant, rebus ſuis ſaluis; tenebitur, & condemnabitur ad earum ęſtimationẽ, vt deducitur ex l. Quod Nerua. ff. Depoſi. &. c. 2. eod, tit. extra. quia pręſumitur doloſè, ſeu culpa ſua, eas amiſiſſe. Ita gloſ. verb. Illęſis. in l. 1. C. de Loca. allegans illud vulgare, *An quid de ſuo perdiderit.* Itaque ſi nihil de ſuis rebus perdiderit, condemnabitur; quia eſt mala pręſumptio cõtra ipſum. Aliàs ſecùs, per notata verbo Damnum. Diff. 4.

In Foro verò conſcientiæ, nulla charitas aut iuſtitia obligat hominem, vt res ſuas, pręſertim pretioſiores poſthabeat, niſi ad id ſe obliget. Nec per contractum depoſiti, quãdo ob gratiam deponentis prorſus fit, cenſendus eſt depoſitarius ad id ſe obligare, niſi exprimat. Ita in terminis tenet Rebel. de Iuſti. lib. 16. q. vnic. num. 23. Nec obſtant, inquit, præcitata iura. quia aut in Foro iudiciali tantùm loquuntur, & intelligi debent, cùm ſe fundent in præſumptione: aut requirunt illam exactam cuſtodiam, ad præſumptionem doli cauendam: aut certè tantùm ſimilitudinem, & non prorſus gradus æqualitatem exigunt; ſicut iuxta ſcripturam ſacram, homo tenetur diligere proximum, & quæ ſunt proximi, ſicut ſe, & ſua: quamuis priore gradu, abſque vllo peccato, poſsit ſe, ſuaque diligere. Hactenus Rebel.

Nihilo minus non eſt cur ponamus differentiam inter vtrumque Forum circa dicta in principio; cùm tam in Foro conſcientiæ, quàm iudiciali, non teneatur quis, ſiue ſit depoſitarius, ſiue commodatarius, res alienas ſuis anteponere, niſi quando eſſent ſuæ viliores, vt docet gloſ. in l. Si vt certò. §. Quod verò. verb. Saluas facere. ff. Commod. vbi gloſ. margin. id extendit etiam ad tutores. Adde Roma. Singu. 701. Eſt tamen differentia, quando furto, aut rapina eas amittit, ſaluis ſuis. Et hoc, propter præſumptionem, quę locum non habet in Foro conſcientiæ, cùm veritas eſt in contrarium, per notata verbo Lex. Diffe. 12. & ſecundùm hæc, ſunt intelligenda verba illa dict. §. Quod verò, ibi, *Niſi fortè cùm poſſet res commodatas ſaluas facere, ſuas prætulit.* Quæ verba gloſſ. ibi exponens, dicit, Simili enim modo debet eas cuſtodire; vt dicta l. Quod Nerua.

SVMMARIVM.

1 *DEpoſitarius ſi rem vendat, & redimat, & poſteà illa, caſu pereat, an teneatur ad eius pretium in conſcientia.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 DEPOSITARIVS depoſitum vendens, & pœnitentia ductus poſteà ipſum redimens, ſi poſtmodùm caſu pereat, in Foro exteriori tenetur depoſiti ad

 pretium

pretium ipſius;quia dolus qui præceſsit, facit eum teneri de caſu. textus eſt de hoc ſing.in l.1.§.25. incip. Si rem depoſitam. ff.Depoſi. qui ita ſumatur, *Dolus commiſſus in vendendo, non purgatur rem redimendo.*

In Foro verò conſcientiæ, non crediderim eum teneri; quia in pœnam doli commiſsi in vendendo, illud ſtatuitur, & ideò non obligat in conſcientia, per not. verbo Pœna.Diffe.2. & facit l.vltima.§.fin. ff. de Lege Rodia. de Iactu. vbi nauta ponens ſciēter merces vehendas in naui deteriore; ſi pereant,non tenetur, ſi vtraque nauis ea nauigatione periit. ad idem l. Item quæritur.§.1.ff.Loca. quas allegat Silu.verb.Locatio.quæſt.17.ad fin.Et dat rationem;quia licèt fuerit in culpa, rem meam infideliter pertractando: ex illa tamen culpa non periit,ex quo omnino erat peritura:& ſic non mirum ſi non teneatur.

SVMMARIVM.

1 B*ONIS confiſcatus, ſi deponat aliqua ex illis, an ſint ei reſtituenda.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 REVS capitalis iudicii, cui bona ſunt confiſcata,ſi deponat rem aliquam apud tertium, & eam repetat extra iudicium, reſtituenda eſt ei in Foro conſcientiæ. argumento eorum quæ dicemus verb. Reſtitutio.Diff.22. Meliùs facit l.Bona fides.ff.Depoſi.ibi, *Hęc eſt bona fides, vt commiſſam rem recipiat is qui dedit.*adde notata infra Dif.5.Quod verum puto,cùm depoſitarius neſcit rem illã eſſe iã per ſententiã confiſcatam.facit Soto lib.4.de Iuſt.quæſt.7.art.2.col.3.Aliàs nõ liberaretur, ſed teneretur depoſiti. argum. l. Quòd ſeruus.11.ff.eod.Quin immò ſi à Fiſco non petatur, poſſet tutò deponenti petenti reddi,per dict.l Bona fides.ibi, *Quòd ſi ego ad petenda ea nõ veniam; nihilo minus ei reſtituenda ſunt qui depoſuit, quamuis malè quæſita depoſuit.* Vbi depoſitum factum à ſeruo, poteſt ei reſtitui, ſi petat; dũ dominus ſerui,illud non petit.

In Foro verò iudiciali,reſtitui debet Fiſco,per dict.l.Bona fides.in prin.Itaq; condemnatus crimine capitali ad triremes; vel deportatus,& bonis confiſcatus, ſi habeat aliqua bona ſecretò depoſita, Confeſſarius compellet depoſitarium, vt ea reſtituat deponenti. Iudex uerò Fori contentioſi faciet ea reddi Fiſco.

SVMMARIVM.

1 D*EPOSITARIVS, an teneatur in conſcientia de re perempta ex lata culpa.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 DEpoſitarius ſi rem depoſitam ex ſua magna culpa, ſeu lata negligẽtia amittat,tenetur in Foro iudiciali ad eius reſtitutionem, ſeu æſtimationem. Ita probat text. in l. Quòd Nerua.ff.Depoſi.Ratio eſt, quia depoſitarius tenetur non ſolùm de dolo, ſed etiam de lata culpa,vt poſt gl.in §. Præterea.verb. Dolo.Inſt.Quib. mod.re contract.oblig. & in cap.2.extra, de Depoſi.docet Bar.in l.Si vt certò.§.Nunc videndum.ff.Commo. & eſt cõmunis opinio, vt per Viui. lib.4. Cõmun.opin.verb.Depoſitarius.& per Anto. Gom.lib.2.Reſol.c.7.nu.2.& probat l.3.4. & 5.tit.3.Partita.5.& ibi Greg. Lop.

In Foro verò conſcientię,non ſufficere lata culpam iuridicam,ſed requiri Theologicam, ſeu mortalem, ac denique ſolùm dolum verum, vltra omnes, tenet nouiſsimè Rebel.lib.de Oblig.Iuſti.2.par.lib.16. quęſt.vnic.num.5. vſque ad nu. 10. incluſ. Itaque vult, ſi depoſitarius per craſſam ignorantiam, vel incogitantiam, ſeu obliuionem amittat rem depoſitam, non teneri in

Digitized by Google

ri in conſcientia: niſi quando culpa ſcienter eſt commiſſa, vt ſi propter pigritiam nolit expreſsè rem alienam cuſtodire, vel data opera eã per periculoſa loca deferat. Fundatur Primò, quia Doctores Theologi in hoc ſenſu ſumunt culpam communiter quando abſolutè de culpa ſine diſtinctione à dolo, loquuntur. Secundò, quia id videtur requirere æqualitas contractus depoſiti, vt ſcilicet depoſitarius non teneatur ad ampliùs, quàm ad fidelem cuſtodiam, quãdoquidem eam facit gratis, & deponens nihil aliud præſtat, niſi rem depoſitam. Tertiò, quia id videntur probare multa iura, vt dict. cap. 2. de Depoſ. & l. Si ſine. ff. eod. tit. & dict. §. Præterea. & §. fin. Inſt. de Societ. cum aliis. maximè, quia dict. cap. 2. requirens culpam latam, fundat ſe in præſumptione. culpa quippe lata, eſt dolus præſumptus. dict. l. Quod Nerua. ergò non interueniente vero dolo, ceſſabit preſumptio in Foro conſcientiæ, & ſic non tenebitur.

His tamen fundamentis nõ obſtantibus, nullo modo recedendum eſt à communi opinione, quæ habet; ne dum in Foro iudiciali, ſed etiam in Foro conſcientiæ, teneri depoſitarium de dolo vero, & preſumpto, ideſt de dolo, & lata culpa. Quam opinionem vltra vtrumque Tho. 2.2. quæſt. 62. art. 6. tenet Gabriel. in 4. diſt. 15. quæſt. 10. Silu. verb. Depoſitum. quæſt. 1. & Tabien. eod. verb. Naua. cap. 17. nu. 181. Barth. Medi. in Inſt. Confeſ. de Reſtitutione. §. 30. regula 4. Soto lib. 4. de Iuſti. quæſt. 7. art. 2. col. 2. §. Tertio modo. Ea ratione, quia qui graui ſua culpa in cauſa fuit, vt res depoſita pereat, reus erit damni illati, per regulam Iuris. *Qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur.* Eſt & alia potior ratio quę magis vrget, videlicet damnum datum ex culpa in contractibus, metiendũ eſſe, etiam in Foro conſcientiæ, ſecundùm regulas Iuris: ita, vt vbi contractus requirit ſolum dolum, & latam culpam, non teneatur quis ad vltra, in conſcientia. Si verò requirat etiam culpam leuem, vel etiam leuiſsimam, ſufficiat dicta culpa, quantumuis venialis ad obligandum quem in conſciẽtia ad reſtitutionẽ, per latè tradita verb. Damnum. Diff. 9. Quam doctrinam idem Rebel. in multis locis amplectitur. vt apud eum videre poteris. Si ergo contractus depoſiti exigit à depoſitario vt præſtet nõ ſolum dolum, ſed etiam latam culpam, per iura ſupra citata, & communem: quomodo poteſt ſufficere ſolus dolus verus? Præterea omnis depoſitarius, etiam ſi nihil capiat pro cuſtodia, eò ipsò quòd ſibi aſſumit cuſtodiam rei depoſitæ, tenetur communiter ponere ad minùs eamdem diligentiam, quam in ſuis, data paritate valoris inter vtraſque. hoc enim eſt de natura illius contractus, vt probat dict. cap. 2. & dict. l. Quod Nerua. *Nec enim* (inquit Celſus) *ſalua fide minorem iis, quàm ſuis rebus diligentiam præſtabit.* Quomodo igitur ſatisfaciet, non curando ſcienter, etiam propter pigritiam, de ipſis? Nullus ſanè eſſet qui ſuam rem deponere auderet, ſi ſciret non curaturum depoſitarium de ea ſeruanda; vel non teneri in conſcientia ad aliquam ſedulitatem, & diligentiam. Inſuper quis queſo eſt ita ſuarum rerũ ignauus, vel (vt ita dicam) ita ipſis infenſus (niſi ſit aliquis mente captus, aut prodigus) qui nõ curet de ipſis conſeruandis, ne pereant? Immò amor proprius facit communiter ad hoc, vt ſint homines, nimis ſuarũ rerum zelatores. Si ergo depoſitarius ſe obligat ex vi, & natura cõtractus, ad ponendam in re depoſita tantam affectionem, & curam circa eam conſeruandam, quantam in ſuis: profectò deficiet à ſua obligatione, nec ſatisfaciet ſuæ conſcientiæ, non curando de illa magis, ac ſi eſſet penes alium depoſita; ſed tenetur ad eas adhibere ſaltem communem curam, quam adhibet ad ſuas. Quòd ſi per pigritiam magnam non curat de ipſa: reus erit eius interitus, ſi pereat. Videtur mihi contingere depoſitario, ſicut ei qui gratis, & ex mera voluntate & deuotione aſſumit ſibi onus dicẽdi quotidie officium diuinum. nam talis ante hoc ſuſceptum onus, non tenebatur, nec peccabat, ſi illud non recitaret, nec diceret data opera deuotè & reuerẽter: at ſi ſemel in ſe (quantumuis libenter) ſuſcipit tale onus, tenetur in conſcientia illud recitare deuotè & diligenter. aliàs maledictus erit, ſi opus Dei negligenter faciat.

Vnde non obſtant in contrariũ adducta.

Digitized by Google

Ad primum,negatur,à Doctoribus Theologis ita accipi culpam abſolutè prolatam, pro vero dolo; cùm de hoc nullam probationem afferat. Deinde in noſtra ſpecie.D. Tho. & Soto non requirunt culpam ſimpliciter, & abſolutè; ſed cum adiectione, magnam vel grauem: alludendo ad latam culpam, quam Iuris-periti exigunt.

Secundò, non obſtat illud de æqualitate, immò eam deſtruit exigẽdo tantummodò verum dolum à depoſitario; cùm non ſit res depoſita tuta & ſecura, ſi depoſitarius non tenetur ad aliquam curam in conſcientia, niſi quòd ſcienter eam non negligat.

Tertiò,inquit Rebel.non obſtat dict.c.2. ibi, *Bona fides abeſſe præſumitur, ſi rebus tuis ſaluis exiſtentibus, depoſitas amiſiſti.* Ergo ſi bona fides abeſt, dolus ineſt. quia ſunt contraria, vt l. Si dolo. C.de Reſcin. vendi.& gl.fin.dict.l. Quod Nerua.Item ſi dolus præſumitur, quando res tuas habes ſaluas, alienis non apparentibus. igitur ſi in veritate, non dolo, ſed culpa,& negligentia, etiam lata,& magna,res alienæ perierunt, non videtur in conſcientia condẽnandus à Confeſſario, nec obligandus ad eas ſoluendas. Hæc eſt tota vis opinionis, ob quam Rebel.tenet contra communem. Sed reſpondetur primò,In iure ęquiparari dolum, & latam culpam; adeò vt latam culpam præſtet, qui & dolum, vt notat Cuiac. dict.l.Quod Nerua. ſub verb.Latiorem culpam.Quod adeò verum eſt,vt licèt lex taxatiuè loquatur, dicens ſolo dolo, vt dict. §. Præterea. tamen extenditur ad latã culpã, vt poſt gl. verb. Dolo. notat Ange. dict. §. Præterea. Et ſic pro bona fide dict. cap. 2. accipitur lata culpa, vt patet etiam in dict.l. Quod Nerua. iuxta glo.ibi. verb. Fraude. quaſi diceret Papa,Lata culpa præſumitur, ſi rebus tuis &c. Ex quo non ſequitur quod infert Rebel. immò ſequitur, ſi in veritate, citra culpam latam res alienę perierunt, non teneri in conſcientia depoſitarium ad eas reſtituendas, ſeu ad earumdem valorem. Secundò reſpondeo,Etiam ſi ibi pro bona fide intelligatur dolus, & nõ lata culpa,nihilominus nõ inferri quod ipſe Rebel. putat. Nam licèt præſumamus dolum, cùm res proprię ſaluantur, & alienæ pereunt; & ceſſet dolus in Foro conſcientiæ, ſi in rei veritate,non malo animo & ſcienter eas omiſit perire, ſed tantùm grauí negligentia & pigritia: non ex hoc ſequitur,ad earum ſatisfactionem (hoc ita eueniente) non teneri, cùm ſufficiat depoſito illa grauis negligentia & pigritia. Sequeretur autem, ſi ſolus verus dolus deſideraretur in depoſito.

Ad alia iura quæ allegat, quæ videntur ſolum dolum requirere, iam patet reſponſio, per ea quæ diximus ex gl. & Ange. dict. §. Præterea. nempè (licèt ita loquantur) eſſe nihilominus extendenda ad latam culpam, quæ dolo comparatur. Ex præfata reſolutione etiam conſtat, non bene dixiſſe eumdem Rebel. ibidem nu. 11. vbi dicit,Si deponens moraliter certus ſit, hoc eſt, tales coniecturas habeat vt probabiliter credere debeat depoſitarium non fuiſſe in dolo, illicitum ſibi eſt eam ſatisfactionẽ in iudiciali Foro exigere. Hoc enim ita eſt falſum, ſicut & primum. Nam ſicut depoſitarius tenetur in vtroque Foro de lata culpa: ita cùm de ea moraliter conſtat deponenti, poteſt eum in iudicio licitè cõuenire, & ab eo ſatisfactionem exigere.

SVMMARIVM.

1 *DOMINVS, & deponens ſi concurrant in petitione rei depoſitæ, quis ſit præferendus.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 DOMINVS, & deponens, ſi concurrant ad petitionem depoſiti;in Foro iudiciali præfertur dominus,& ſic ei eſt res reſtituẽda.l. Officium.ff.de Rei vendi.l. Bona fides.ff.Depoſi. Oldra.Conſ. 92. nu. 8.Niſi in caſu.l.1.§. Idem Pomponius.ff. Nautæ Caupo.

In Foro verò conſcientię,poteſt depoſitarius, immò tenetur rem deponenti reſtituere;

Digitized by Google

tuere; quia hoc eſt de iure gentium, vt probatur dict. l. Bona fides. in prin. & notat Oldra. ſup. nu. 17. cui ius ciuile quoàd ſuũ Forum derogauit. Quod eſt mirabile; quia ius gentium eſt quodammodò naturale. Inferior autem non poteſt contra ius Superioris. c. Cùm inferior. de Maior. & obed. Et naturalia ſunt immutabilia. Sed dic poſſe ius ciuile derogare concluſionibus ex iure naturali deſcendentibus: non tamen 2
primis principiis naturalibus, nec preceptis Decalogi, vt latè docet Fortun. Garcia in tracta.de Vlti. fine.

DISPENSATIO.

SVMMARIVM.

1 *DISPENSATIO inferioris requirit cauſam. aliàs tam diſpenſans, quàm diſpenſatus peccant, & eſt nulla; & toties peccabit diſpenſatus, quoties ea vtetur.*

2 *Papa, ſine cauſa nõ poteſt dipenſare, circa ius naturale, vel diuinum.*

3 *Diſpenſatio ſine iuſta cauſa obtenta, excuſat in Foro exteriori.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 DISPENSATIO facta per inferiorem, circa legem Superioris in caſibus ſibi permiſsis, debet fieri ex cauſa iuſta. aliàs tam diſpenſans, quàm diſpẽſatus peccãt, ſecundũ Innoc. receptum in c. Veniens. n. 2. de Filiis presbyterorum. Abb. in cap. de Multa. num. 9. de Præb. & in cap. A nobis. de Iure patron. Caiet. 1. 2. quæſt. 96. art. 5. in vltim. annotatione ad fin. Couar. li. 1. Variar. cap. 17 num. 9. & in 4. 2. part. cap. 6. §. 9. num. 7. Et diſpenſatio aliter facta, eſt nulla ex Cõcil. Trid. Seſsion. 25. cap. 18. Nauar. cap. 25. num. 74. in Man. cum traditis infr. in Differentia 4. Debetque conſtare de dicta cauſa per informationem ſuper veritate ipſius receptam, vt dicemus Differentia ſeq. & meliùs Different. 4.

Hinc colligitur, diſpenſatum ſine iuſta cauſa, peccare toties, quoties dicta diſpenſatione vtetur, ſicut peccaret, ſi abſque ea contrauenirct legi, ſuper qua obtinuit diſpenſationem. Ratio eſt, quia illa diſpenſatio, cùm ſit nulla, nihil ei prodeſt, nec excuſat quoàd Deum.

2 Idem dicendum eſt de diſpenſationibus à Papa impetratis, ſuper rebus iure naturali, vel diuino prohibitis, de quibus dicemus infr. in Differentia 6. quia circa prædictum ius naturale, & diuinum, etiam Papa eſt inferior; & ideò non poteſt ſine iuſta cauſa diſpenſare. aliàs nulla eſt diſpenſatio, vt ibidem videbis.

3 In Foro tamen exteriori, excuſat prædicta diſpenſatio; quia non poterit diſpenſatus accuſari, vel puniri, ſi contraueniat legi virtute ſuæ diſpenſationis, quæ aliàs nulla eſt.

SVMMARIVM.

1 *DISPENSATVS ſine cauſa per Papã circa legẽ Canonicã poſitiuam, tutus eſt quoàd Forum exterius, & impetrãdo peccauit venialiter, non tamen ea vtendo.*

2 *Cauſa quando requiratur in diſpenſationibus circa canones Cõciliares, & alias leges.*

3 *Contraueniens legi cũ conditore eius, peccat ipſe, non tamen Legiſlator.*

4 *Inferiores diſpenſantes circa ſuas leges, peccant ſi reſpiciebant principaliter bonum publicum. aliàs ſecùs.*

5 *De ſtylo Curiæ Romanæ, non ſolet Papa diſpenſare, niſi cauſa cognita. fallit in diſpenſationib. quæ per Pœnitetniariam fiunt.*

DIFFE-

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 DISPENSATVS à Papa ſine cauſa, circa legem Canonicam, & poſitiuam, tutus eſt quoad Forum exterius. nam cùm Papa ſit ſupra ius commune, & Canonicum, vt dicemus ſub verbo Lex. in Differentia 11. licèt malè faciat aliquando diſpenſando ſine cauſa: tamen ſi diſpenſet; valet, & tenet; ſecundùm Nauar. in Manual. Prælud. 9. num. 11. & cap. 17. num. 57. & conſequẽter diſpenſatus vtẽdo ea diſpenſatione, tutus eſt; quamuis eam impetrando tantummodò peccauerit venialiter, vt per Nauar. ſuprà. quod intellige, vt infra nu. 4. verſ. In vtriſque tamen.

2 Vt autem ſcias quando Papa, & quiuis alius Monarcha diſpenſare poſsit ſine cauſa, vel non poſsit circa ſuas, vel aliorum leges, abſque peccato: notanda eſt ſequens diſtinctio, videlicet in illis diſpenſationibus requiri cauſas, quæ fiunt circa leges humanas, quæ principaliter ſunt editę propter bonum publicum, quales ſunt Canones conciliares, & quæ in aliqua ratione deſcendente à Iure diuino, vel à dictamine rationis merè naturalis fundatur, vt docet Henriq. Boic. in cap. Cùm ad monaſterium de Stat. Monach. & Panor. in repet. cap. Per tuas. col. 11. de Arbitr. & in cap. De multa. num. 8. de Prẹb. & cap. Quia in tantum. num. 3. eod. tit. vbi dicit communem. Fel. in cap. Ad audientiam. 2. nu. 4. de Reſcrip. gloſſa Pragmat. Sanct. tit. de Collation. nu. 6. fol. 71. Cape exemplum, vt ſi Princeps tolleret alicui actionem. quia licèt ſit à Iure inuenta; tamen deſcendit à ratione naturali. prędictum exemplum ponit Abb. d. repet. c. Per tuas. & Fel. ſuprà. Aliud ponit Innoc. cit. Dif. præced. vt ſi ſuper vniuerſalẽ Eccleſię ſtatũ, vellet Papa aliquid relaxare, ſeu diſpenſare. Aliud ponit Abb. in dicto cap. Quia in tantum. num. 3. circa pluralitatem beneficiorum, de quo diximus ſupra ſub verbo Beneficium. Differentia 1. & per Pragmat. Sanct. vbi ſuprà.

Secùs in aliis diſpẽſationibus circa leges merè voluntarias, vel non reſpicientes principaliter bonum commune, & publicum; ſed priuatum cõmodum, quales ſunt multæ, teſte eodem Fel. ſuprà, quibus partes poſſunt renunciare, vel in quibus Princeps habet liberam poteſtatem; vt Papa in beneficialibus cap. 2. de Prẹb. lib. 6. & in penſionibus imponendis; & ipſe, & alii Principes in pœnis delictorum non exiſtente parte inſtante, & præiudicata; & in diſpenſationibus Illegitimorum, & ſimilibus. In his enim poſſunt ſine cauſa diſpẽſare; quia tunc militat ratio Innoc. in dicto cap. Cùm ad monaſterium. num. 3. ſcilicet quòd ſicut ex ſola voluntate eorũ poteſt lex creari, & ſanciri: ita per ſolam eorundem voluntatem poteſt in ea diſpenſari. Et exemplificat circa interſtitia ad Ordines; & vt poſsit quis habere duas curas. ſequitur Innocẽtiũ. gloſſa 1. in extrauag. Execrabilis de Præb. Ioan. 22. cui non eſt ſimilis in toto iure. Idẽ docet Abb. in cap. De multa. nu. 9. de Prẹb. & in cap. At ſi Clerici. §. de Adulteriis, num. 10. de Iud. Fel. in cap. Quæ in Eccleſiarum, num. 32. de Conſtit. & in cap. Nõnulli. num. 18. de Reſcript. Dec. Conſil. 436. viſo inſtrumẽto. n. 14. Bal. Cõſil. 436. 3. part. vbi agit de Diſpenſattionib. matrimonialib. Bellã. Deciſ. 697. in fi. Additione Rebuf. in Concord. rub. de Regiſtrat. concord. pag. 818. Couar. in pract. cap. 31. nu. 4. Suar. in repet. l. Quoniam in prioribus. fallent. 2. num. 15. fol. 69. col. 2. De his ergo legibus intelligendus eſt Innoc. ſecundùm præfatos Patres. Et in his, ſicut non peccat legiſlator diſpenſans ſine cauſa: ita nec im-

3 petrans diſpenſationem: licèt ſecùs ſit cõtraueniendo legi; quo caſu poteſt peccare inferior, & non Superior; vt in exemplo, de quo per Abb. in cap. 1. de Simon. num. 8. & Angel. in Summa verb. Simonia. 7. in fine, de committente ſimoniam cum Papa, de quo in ſequenti Differentia in fine. & de Epiſcopo ludẽte cum ſubdito, ludo per eum prohibito ſub pœna excommunicationis ipſo facto. nam Epiſcopus non incurrit eam; bene tamen ſubditus.

4 Eadem diſtinctio ſeruanda eſt, & facienda in Epiſcopis, & aliis inferioribus circa eorum ſtatuta, & diſpenſationes ſuper ipſis per eoſdem factas. Quia ſi ſint circa res voluntarias, à ſola eorum voluntate depẽdentes,

Digitized by Google

dentes, vel ſi non reſpiciant principaliter bonum publicum: tunc poſſunt ſuper ipſis ſine cauſa diſpenſare ex ſua libera voluntate. aliàs ſecùs, vt docent Prædicti Doctores, & maximè Abb. in dicto.§.de Adulteriis. num.10. & Nauar.Prælud. 9. num.14. verſ. 4. In aliis autem ſi diſpẽſent ſine cauſa, peccabunt; ſed ſolummodò venialiter, per ea quę paulo antè diximus de Papa, & aliis Monarchis diſpenſantibus in legibus ſuis: cùm eadem ſit ratio in vtriſque circa eorum leges.

In vtriſque tamen diſpenſationibus, etiã primi membri, nempè circa iura reſpicientia principaliter bonum publicum, ſi Monarcha diſpenſet, valet, & tenet diſpenſatio: & diſpenſatus ea poſteà vtens, nõ peccat, ſecundùm Nauar. in dicto cap. 12. nu. 57.& gloſſam. 1.in dicta Extrauag. Execrabilis. dummodò falſa cauſa non exprimatur, aut vera non taceatur, quam iura exprimi iubent. aliàs irrita eſſet, propter defectum intentionis. Ita limitat Henriq.de Matrim.lib.2.cap.9.§.8.

5 Et aduerte quòd de ſtylo Curiæ Romanæ, non ſolet Papa diſpenſare, niſi cauſa cognita, committendo eas in Partibus, aliquibus in dignitate conſtitutis. Secùs quãdo petuntur in Pœnitẽtiaria pro Foro animæ; quia in eo Foro creditur pœnitenti, ex gloſſa in c. Significaſti. 2. de Homicid.

SVMMARIVM.

1 *DISPENSATIO ab inferiore circa legem Superioris, debet fieri expreſſè, & cauſa cognita, in Foro exteriori.*

2 *Secùs in Foro interiori.*

3 *Et ſecùs in Papa.*

4 *Dans pecuniam Papæ pro beneficio, non eſt ſimoniacus. quia cenſetur in ea diſpenſare. Idem dic de Simonia de Iure diuino quoàd pœnas iuris.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 DISPENSATIO ab inferiore circa ius commune, & circa legẽ ſui Superioris, in caſibus in quibus poteſt, non cenſetur ab eo facta in Foro exteriori, niſi expreſsè dicat eam à ſe fieri, etiam ſi iubeat, aut permittat aliquid quod ſine ipſius diſpenſatione iuſtè fieri nequiret; vt ſi infectus, ſeu infamatus verè de aliquo peccato notorio depoſitione digno, putà, adulterio, periurio, homicidio, aut falſo teſtimonio, Ordines ſuſciperet ab Epiſcopo ſciente, & poteſtatem habente ad diſpenſandum: non ideò cenſetur diſpenſatus ab eo; ipſo facto, ordinando illũ; etiã ſi id intendiſſet. Idẽ dic, ſi conferret in aliquem excommunicatum, vel irregularem beneficium aliquod. Nam niſi prius eum abſoluat, vel cum eo diſpenſet, non valeret collatio, nec cenſeretur eum voluiſſe abſoluere, vel cum eo diſpẽſare; quia nec poteſt, niſi actualiter abſoluat, vel diſpenſet.

Ratio eſt, quia in diſpenſationibus inferiorum Papa, requiritur cauſæ cognitio. L. Libertus.ff.de In ius vocan.c.Requiritis. §. Niſi rigor. 1. quæſt. 7. cap. In cauſis.de Re iud. Numqam enim tribuitur inferioribus facultas diſpenſandi in lege Superioris, niſi cauſa cognita, & ſumma maturitate, iuxta Concil.Trid.Seſſione 14. cap.7. de Reformat.& Seſſione 25.cap.18.tradit gloſſa fin. in cap.Vnic.de Aetate, & qualit. lib. 6. tradit Innoc. receptus in cap. Veniens. nu. 2.de Filiis presbyt. & in cap. Dilectus. nu. 4. de Tempor.ordin. Abb. in cap.2.col. 1. de Schiſmat. & in cap. At ſi Clerici. §. de Adulter. num.6.de Iud.& in cap.Extirpandæ.§.Qui verò. num. 43.de Pręb. Hyppolit. Singul. 230.incipit Antiqua dubitatio. Guid.Papa. quæſt.140.Henriq.de Excom. cap.13.§.3. poſt plures, quos citat in gloſſa A, & dicit communem Nauar. Conſil. 39. num. 1.de Tempor. Ordin. & in cap. Si quando.de Reſcript.exceptione 6.pag. 29. & Conſil. 21.de Pœnit. & remiſsion. in fine. Aliàs eſt nulla, vt in dicto cap. 18. Seſsione 25. Concil. Trid. docet Reb. in Praxi beneficior. titulo de Diſpenſatione

ad plura

Digitized by Google

ad plura beneficia num.84. & Guid. Papæ ſuprà. optimè Nauar.in Manual. prelud.9. num. 14. & cap.25. num. 74. & in cap.fin. de Simon. num. 4. & Conſil. 20. eodem tit. Meritò ergo nullus cenſetur ipſo facto diſpenſatus in Foro exteriori ab inferiore, Papa, circa ius commune, licèt intenderet diſpenſare: ſed requiritur vt expreſsè dicat ſe diſpenſare. & ita fieri debere, & practicari dicit Silu. verb. Irregularitas. in fine. Quod adeò verum eſt, vt etiam Prælatus Ordinis, ſi verbo diſpenſet cum ſubdito, circa aliquid Regulę, ſine cauſæ diſcuſsione; talis diſpenſatio eſt potiùs diſsipatio. Et ideò licet præcipiat aliquid contra, vel præter Regularem vitã, diſpẽſando vt ſupra; non tenetur ſubditus obedire, ſed debet potiùs ſequi ſtatutum Religionis ſuæ.Ita ſing.Caiet.2.2.quæſt.104. art.5.ad fi.

2 At in Foro interiori ſecùs dicendum eſt. quia in eo Foro prædicta cauſæ cognitio non eſt neceſſaria, dummodò aliàs verè cauſa adſit. Et ita intelligendus eſt Silu.vbi ſuprà, dicens poſſe Epiſcopum diſpenſare ipſo facto, ſi hoc intendat, licèt verbis nõ vtatur. intellige loqui in Foro interiori; prout ſe declarat in verb.Diſpẽſatio.quęſt. 15. vbi dicit ſi Prælatus mandet ordinari eum, quem ſcit irregularem, ſufficere in Foro animæ intentionem diſpenſandi in irregularitate, licèt non dixerit, Diſpenſo. & docet etiam expreſsè Nauar. dicto cap. 25. num. 74. & prælud. 9. num. 14. & Conſil. 21. de Pœnit. idem Abb. & Fel. in dicto cap. Veniens. Maiol. de Irregul. lib.3. cap.24.n.14.Felician.tit.de Suſpenſ. cap.11.Aſtenſ.lib.6.tit.5. col. vlt. Henriq. tit.de Irregul. cap. 17. §.4. litera O, & in textu. quicquid in cõtrarium teneat Coua. in 4. 2. parte cap. 6. §. 9. num.12.& Azor. tom.1.lib.5.cap.15.quæſt.9.& 10.

3 De Papa verò qui eſt ſupra Ius.cap. Propoſuit. de Conceſsionib. præb. ſecùs eſt dicendum. quia nec tenetur præmittere vllam cauſæ cognitionem, nec arctatur ad vtendum verbis diſpẽſatoriis in ſuis diſpẽſationibus.l.Quidam conſulebat.ff. de Re. iud. l. Idem Vlpianus. §. 1.de Excuſation. tut.Innoc.in cap.Diuerſis. num. 1.de Cler. coniug.Henriq.in tit.de Irregul.cap. 17. §. 4. vbi litera H, alios citat. Fel. & Dec. in cap. Ad hæc. de Reſcript. & in cap. Cùm inter. de except. Bart.in l. Barbarius. num. 12.ff.de Offic. præt.gloſſa, verb. Literarũ. in cap. Statutum. in princip. de Reſcript. in 6. docent Palud. in 4.diſt. 25. quæſt. 4. art. 1.Concluſ. 3. Fel. in cap. 1.de Simon. & cap.De cetero.col.vlt.de Re.iud.Turrecrem. in cap. Latorem. num. 4. 1.quæſt.1. Silu.verb.Simonia.quæſt.4.& 19. Sot. lib. 9. de Iuſt. quæſt. 5.art.2. ad fin. & quæſt.8. art.2.Couar.in regul.Peccatum.2. parte. §. 8.num. 9. verſ. Hinc etiam.Nauar. Conſil. 39.num.1.de Tempor.ordin.& dict.cap. Si quando. de Reſcript. exceptione 6. pag. 20.& 21.Selua de Beneficio.3.part. quęſt. 8.num.27.Pet.à Nauar.qui prædictos citat lib.2.cap.2. num. 434. quicquid in contrarium tenuerit Adrian.quodlib. 9.art. vlt.ad Quartum.Maior. in 4 diſt. 15.quæſt. 3.col. pen.Oldra. Conſ.325.& inclinat (licèt dubius.)Caiet.22.quæſt.100. art. vlt. Vnde ſi ſcienter Papa conferat ſpurio aliquod beneficium, eò ipsò cenſendus eſt voluiſſe cum eo diſpenſare. aliàs fruſtra vanèque ageret. quod non eſt vllo modo dicendum, & ita docet Abb. in cap. Cùm in cunctis. §. Inferiora. num. 8. de Elect. Fel.in cap. Præterea. num. 9. de Teſtib. & Doctores ſuprà citati.

4 Hinc etiam dicit Angel. verb. Simonia. 7. §.5. ſi quis ex pacto dederit Papæ pecuniam, pro aliquo beneficio: eò ipsò quòd in eum, ipſum contulerit, cenſeri diſpenſaſſe ſuper Simonia, & ſic poſſe retinere beneficium, tuta conſcientia. Quod mirabiliter ampliat idem Angel.dicto verb. Simonia. 5. §. 7. ſiue ſit de Iure diuino, ſiue poſitiuo. vtroque enim caſu non incurret pœnas iuris committens Simoniam cum Papa ſciente, etiam ſi non dicat ſe diſpenſare in ipſis; quia ſcientia Principis purgat illud vitium. Quod eſt mente retinendum. licèt contrarium teneat Abb. & male, in cap. 1. de Simon.num.8. quia argumentatur à facto Epiſcopi, ad factum Papæ, in quo fallitur, cùm in Principe ſit ſpeciale, vt ſine expreſſa diſpenſatione, ſed ſolo facto diſpenſet. quod ſecùs eſt in inferiore, per dicta ſupra. Et licèt Simonia ſit de Iure diuino, pœna tamen eius, eſt de iure poſitiuo, & ſic

& ſic non mirum, ſi in eas non incurrit, committens eam cum Papa. Et obſerua idem quod dictum eſt de Papa, dicendum eſſe de aliis inferioribus, quoàd eorum ſtatuta, ſecúdùm Salas de Legi. Diſputatione 14. Sectione 3. num. 34.

SVMMARIVM.

1 *IVdex Fori exterioris, non poteſt diſpenſare pro libito in pœnis à iure impoſitis.*

2 *Confeſſarius poteſt pro ſuo arbitrio diſpenſare in Canonib. pœnitentialibus, & aliis pœnis iuris.*

3 *Confeſſarius extra caſus reſeruatos, eſt Iudex ſupremus, & veluti alter Papa ſuper pœnitente.*

4 *Diſpenſatio in Foro pœnitentiali ſemper eſt permiſſa, niſi expreſsè ſit probibita.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 IVDEX Fori exterioris, non poteſt diſpenſare in pœnis à iure impoſitis. Et ſic non poteſt eas, in facti contingentia, minuere, moderare, vel modo aliquo alterare; ſed eas omnino infligere debet. cap. de Cauſis. §. final. de Offic. deleg. l. Hodie. ff. de Pœn. l. Si operis. C. eod. l. 1. in prin. ff. Ad turpil. §. Notandum. 2. quæſt. 3. docet D. Tho. 2. 2. quæſt. 67. art. 4. & gloſſa notab. in cap. Licèt. de Pœnis. facit cap. final. de Tranſact. quatenus dicit tunc demùm poſſe Iudicem vti æquitate, vbi ius expreſsè non ſtatuit. de quo vide in verb. Iudicium. Differentia 5.

Ratio eſt, quia Iudex non debet eſſe mitior lege, vt in Authen. de Iudic. §. Oportet. Item, quia inferior non poteſt tollere legem Superioris. cap. Inferior. cap. Quod ſuper his. de Maiorit. & obed.

Quod eſt verum, niſi adſit cauſa iuſta. Tunc enim licet Iudici pœnam iuris mutare in aliam. Et vide ſeptē cauſas iuſtas, per Fel. in capite. Qualiter. 2. à numero 37. de Accuſat. vbi etiam à numero 31. ponit ſex caſus, in quibus etiam ſine vlla cauſa poteſt Iudex mutare pœnam à iure impoſitam.

2 At in Foro interiori, Iudex Confeſſarius non tenetur ſequi pœnas Canonum pœnitentialium, nec alias iuris, ſed pro ſuo arbitrio poteſt eas moderatiùs temperare, & imponere pœnitentiam, quæ ſibi benè viſa fuerit, cap. Quem pœnitet. de Pœnit. diſt. 1. quod ad hoc dicit ſingul. Fel. in cap. Accuſaſti. numero 4. de Accuſat. & dicit communem Abb. in cap. At ſi Clerici. §. de Adulter. numero 5. de Iud. licèt gloſſa verbo Sacerdotis. in cap. Mēſuram. de Pœnit. diſt. 1. in princip. contrarium teneat. argumento dicti cap. de Cauſis. quod procedit in Foro exteriori, à quo multum differt

3 in hoc caſu Forum interius. Nam in eo, Iudex Confeſſarius eſt ſupremus. adeò vt extra caſus reſeruatos, ſit veluti alter Papa, eamdē à Chriſto, virtute Clauium, habens poteſtatem ſuper pœnitente, ſicut Papa. Ita Henriq. lib. 2. de Pœnit. capite final. §. 1. ad finem. Item, quia ſecundùm contritionem pœnitentis, imponenda eſt pœnitentia, quæ tanta poteſt eſſe, vt nulla ei ſit imponenda. gloſſa verbo Doloris. in dicto capite Menſuram. alia, quę eſt final. in cap. Si is qui. 23. quæſtione 4. alia final. & ibi Felin. id notat in capite Sicut. de Iudæis. alia, quæ eſt 8. in Extrauag. 1. de Pœnit. & remiſsion. inter communes docet Felin. in dict. capite Sicut dignum. de Homicid. col. 1. Decius in dicto §. de Adulter. num. 6. in fine. Caiet. verò, verbo Satisfactio. Nauar. in cap. 1. numero 43. & capite 26. num. 21. & in cap. Conſideret. §. Ponat. num. 8. de Pœnit. diſt. 5. & in cap. Qui egerit. & cap. final. de Pœnit. diſt. 7. & in cap. Quis aliquando. §. In Leuitico. notab. 16. de Pœnit. diſt. 1. Innoc. in cap. Quod autem. numero 2. in fine, de Pœnit. & remiſsion. Et ob hanc cauſam, omnes pœnitentiæ, in Foro pœnitentiali, ſunt arbitrariæ; quia ſecundùm quantitatem doloris, & contritionis ſunt imponendæ.

4 Hinc etiam eſt, quòd in eodem Foro pœnitentiali dicitur permiſſa diſpenſatio in omnibus caſibus, niſi expreſsè appareat prohibita. gloſſa magiſtra in dicto

c.At ſi Clerici. §. de Adulteriis. & ibi Ant. col.6.Borgaſ.de Diſpẽſat.par.2. tit.de Different.&c.num.15.pag.40.

5 Non tamen ex hoc credas eſſe in poteſtate Confeſſarii diſpenſare in pœna pro peccato Deo debita. Nã ſi iniquè arbitratus eſt, & minorem pœnitentiam imponat quàm debeat, & quàm par eſt; non ideò pœnitens eſt excuſatus, nec liberatur coram Deo, à pœna pro peccato debita. Ita tenet gloſſa ſingul.verb.Et confeſsis.in Extrauag.antiquorum de Pœnit. & remiſſion. inter communes Abb.in c. Deus qui. eod. tit. & Rip. de Peſte. cap. final. num. 136. reprobata gloſſa in dicto cap. Menſuram. contrarium tenente, & ita eam meritò impugnat Suar. 4.tom. in 3. part. D. Tho. diſput. 38. ſectione 2. num. 6. quia Deus non fecit Sacerdotem,dominum,ſed Iudicem. ratio verò iudicii, ęquitatem poſtulat,& iuſtitiæ proportionem. Et cùm ſit ei commiſſa iuſtitia Dei, debet procedere ſeruato ordine iuſtitiæ. Et contra dictam gloſſam tenet D.Tho. in 4. diſt. 18. quęſt. 1. art. vlt. quæſtiunc. vlt. Alenſ. 4. part. quæſt. 80. memb. 3. art. 1. Palud. in 4. diſtin. 20. quæſt. 2. Durand. quæſt. 1. dicit communem ſententiam antiquorum Pet. Sot. lect. 1. de Satisfact. refert Suar. vbi ſuprà ſectione 5. nũ. 3.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX inferior, non poteſt mutare pœnam à Superiore impoſitam.*

2 *Secùs in Foro pœnitentiali; ſed cum cauſa vrgente.*

3 *Iudex inferior, etiam ex cauſa vrgente poteſt diſpenſare ſuper pœna à Superiore impoſita; ſed requitur maior cauſa, quàm in Foro pœnitentiali.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 DIximus in pręcedenti Diff. de poteſtate Iudicis inferioris,circa pęnas iuris:videamus nũc circa pęnas hominis.Nõnumquam enim grauior eſt pœna Iudicis, quã iuris,& difficiliùs tollitur, vt notat Inno.in c.Sicut. n.2. de Cohabit.Cler. & mulier. Nihilo minus tamen circa eas,idem dicendum eſt, quod diximus in præced.circa pœnas iuris, videlicet Iudicẽ Fori exterioris nõ poſſe diſpẽſare,nec ſe debere intromittere in moderãda pęna à Superiore impoſita. quia minor, in maiorẽ non habet imperiũ l. Illi, à quo. §.Tempeſtiuum.ff. Ad Trebel. l.Nam Magiſtratus ff.de Arbitris.nec inferior tollere poteſt legem Superioris.cap.Inferior.c.Super his.de Maiorit.& obedient.l.1.§.1.ff.ad Turpil.& in §.Notandum.2.quæſt.3.Innoc. & Fel.in cap.Qualiter.2.§.Debet.num.29. de Accuſation.

2 At in Foro pœnitentiali,Epiſcopus poteſt mutare pœnitentiam impoſitã à Papa; & Parochus impoſitam ab Epiſcopo, iuxta gloſſ.ſingul.& receptam in cap. Tempora pœnitudinis.26.q.7.cui eſt alia gloſſa ſimilis in cap.Latorem. 33. quæſt. 2. quas poſt Dec.ſequitur Naua.cap.26.n.22. Ledeſma in 4.q. 20.art. 4. Fel.cap. 1.nu.49.de Conſtitut. & alii cõmuniter; dũmodò id fiat cũ cauſa vrgente, & non habeatur facilis aditus,ſeu recurſus ad Superiorem qui eam impoſuit, & habeat Confeſſarius poteſtatẽ ſuper peccatis, ſuper quibus fuit impoſita. Ita Nauar.ſuprà.& Hẽriq. lib.2.de Pœnit. c.22.§.1.vbi in glo.H,quamplures Doctores refert. Nam aliàs,regulariter nõ poteſt inferior mutare pœnitentiam à Superiore impoſitam. Card. in Clem.vlt.de Pœnit. & remiſſ. Turrecrem.dicto cap. Tempora.nu. 4. Angel. verbo Confeſsio. 6. num. 4. Tabien. eod. verbo in 2. num. 21. Silu. verbo Confeſsio 1.num.27. Summa Armil. eod. verbo num.30. Suarez diſput.38. Sectione 10.num.14. in 4. tomo. quod intellige, vt habes verb.Iuriſdictio. Differentia 1.

3 Sed aduerte quòd intelligendo gloſſam in dict. cap.Tempora. cum limitationibus ſuprà tactis,nõ videtur ſtatuẽda differentia inter vtrumque Forum. Nam etiam in Foro exteriori, data iuſta, ſeu vrgente cauſa, & abſentia Superioris, poteſt inferior mutare pœnã à Superiore impoſitam. argumento corum

Digitized by Google

eorum quæ tradit Fel. in cap. 1. num. 49. cum ſequenti. de Conſtit. motus ex tex. ſingulari in l. Si hominem. ff. Mandati. & in cap. Vni. §. final. Ne Sede vacant. lib. 6. & meliùs per notata ab Henriq. in dicto cap. 22. §. 1. in gloſſa. H. in fine. vbi generaliter dicit Iudicem inferiorem diſpenſare in lege, & mandato Superioris ex cauſa, quãdo non eſt recurſus ad Superiorem. Eſt tamen in hoc diſcrimen, quòd ad diſpenſationem, & commutationem pœnitentiæ in Foro pœnitentiali, non requiritur tam grauis cauſa, vt in diſpenſationibus circa pœnas in Foro exteriori, per ea quæ diximus. Differentia præced. Nec requiritur vt adeatur Superior, ſi aliàs habeat inferior poteſtatem ſuper peccatis, pro quibus pœnitentia fuit à Superiore impoſita, vt habes ſub verb. Iuriſdictio. in dict. Diff. 1.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio circa ea quæ ſunt de Iure diuino, vel naturali, excuſat in Foro exteriori, licèt fiat ſine cauſa; non tamen coram Deo.*

2 *Abſolutio à iuramento facta ſine cauſa, non valet.*

3 *Diſpenſatio cum ſorore vxoris, vel fratre mariti, an ſit de iure naturæ. vbi refertur ſententia lata in fauorẽ matrimonii Regum Angliæ.*

4 *Papa an poſsit diſpenſare in matrimonio rato, non conſummato.*

5 *Vel cum monacho, vt ducat vxorem.*

6 *Diſpenſatio circa votum Religionis, qualiter excuſet in conſcientia.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 Diſpenſatio circa ea, quæ ſunt Iuris diuini, & naturalis; vt ſuper votis Deo factis, & iuramẽtis, & ſimilibus; ſi fiat ſine cauſa, excuſat quoàd Forum exterius; quia nõ poterit in Foro iudiciali quis compelli ad eius obſeruationem.

In Foro tamen interiori, & corã Deo, nõ excuſat. & ita non eſt tutus in conſcientia taliter diſpenſatus. De hoc eſt gloſſa trita, & ſolennis in c. Non eſt. verb. Adimplere. de Voto. quã dicit ſingularem Abb. & Fel. ibi Naua. c. 12. n. 76. & in §. In Leuitico. notab. 15. n. 2. & 10. & eam plurimùm cõmendat Couar. in 4. 2. par. c. 6. §. 9. nu. 4. & 7. & in §. 10. nu. 12. in fin. probat text. in c. Literas. de Reſtit. Spoliat. c. Sunt quidam. 25. q. 1. §. Sed naturalia. Inſtit. de Iure natur. docet D. Tho. 1. 2. q. 97. art. 4. ad tertium. & 2. 2. q. 70. art. 1. ad ſecũdum, in fine. & Quodlib. 4. art. 13. Silu. verb. Excõmunicatio. 5. dub. 2. Naua. in c. Si quãdo. exceptione 9. litera L. pag. 29. Alphon. à Caſtro de Lege pœnali. lib. 1. c. 5. fol 91. litera B. Innoc. in c. 2. in fine, de Renuntiat.

Vbi loquens de abſolutione à iuramento facta ſine cauſa legitima, ait non valere. Cuius dictũ, dicit ſingulare Abb. in dict. c. Non eſt. nu. 7. & in c. Significaſti. col. 3. de Elect. Fel. in c. Quæ in Eccleſiarum. col. 8. verſ. Demùm. de Conſtit. & in c. Ad audientiam. 2. & in c. Si quando & in c. Poſtulaſti. de Reſcript. Hyppolit. Singul. 230. incipit Antiqua dubitatio. & in l. 1. §. Prætereà. à nu. 67. ff. de Quæſt. Paul. de Caſtro Conſil. 119. Gigas de Pẽſion. quæſt. 6. n. 13. & 14. gloſſa Pragmat. ſanctionis. tit. de Collatio. fol. 71. nu. 1. & 7. & eſt optima gloſſa 1. in Extrauag. Execrabilis. de Præb. & alia 2. ad fin. in c. Quãto. de Iure iur. quæ loquitur tã de voto, quàm de iuramento, quod principaliter tendit in obſequiũ Dei, ſeu piæ cauſæ fauorem, quam ibi notat Abb. n. 8. & in c. 1. n. 4. & Fel. num. 2. eod. tit. Couar. in cap. Quamuis pactũ. 1. par. §. 3. nu. 4. & D. Tho. 2. 2. q. 89. art. 9. Sot. lib. 8. de Iuſt. q. 1. art. 9. idẽ Fel. in c. 2. n. 20. de Sponſal. vbi ampliat prędictã theoricã, & gloſſas ad omnẽ Papę diſpẽſatiõnẽ, emanantẽ ex materia prohibita de Iure diuino, vel ex ratione ab ipſo elicita. Ratio eſt, quia ſuper lege Superioris nõ poteſt inferior diſpẽſare, niſi vrgẽte iuſta cauſa. aliàs eſt nulla diſpenſatio, vt diximus ſuprà Diff. 2. num. 2.

Obſerua tamen quòd aliquando diſpenſat Papa ſuper quodam iure naturæ, vt

Digitized by Google

cum ſorore vxoris, vel fratre mariti, capit. fin.de Diuort.& aliis gradibus, qui habentur Leuit.18.& per gloſſam in capit. Literas. de Reſtit. ſpoliat. verbo Diuina. quos prohiberi iure naturæ, videtur probari ex D.Auguſt.quæſtione 53. vbi dicit omnes illas prohibitiones comprehendi ſub præcepto Decalogi, ac ſubinde eſſe morales; & innuit D.Thom.3. parte,quæſtione 57. artic.3. & tenet Palud.in 4.diſt.40.quæſt.1. artic.7. & diſt.41.quæſtione 1.Silueſt.verb. Papa.§.17.Specul.coniug. 1.part.artic.43. concluſ.2.& 2.parte,artic.27.Couarru.in 4. 2.parte,capit.6.§.10.numero 5.Borgaſ.de Irregular.part.6.tit.de Sponſal. numero 2. pag. 209.Abb.in dicto capite Literas.num. 4. de Reſtit. ſpoliat. D. Ant. 3. part. tit. 1. cap. 14. §. 2. in fine, Card. Sanct. Xyſti in cap.Coniunctiones. 35.quæſt. 3. num.1. Pariſ. Conſil.68.num.6. vol.4.& alii, quos refert Henriq. de Matrim. lib.2.cap.9.§.8. in gloſſa. F. ſuper quibus ſi diſpenſet ſine cauſa (licèt peccet) tenet factum, vt docet idem Henriq. ibidem in tex.Sed veriùs eſt tales gradus non eſſe de iure naturæ, ſed de iure Eccleſiaſtico; & ſic matrimonium in primo gradu affinitatis lineæ collateralis;ſolo iure poſitiuo prohiberi,ideòque Papam in eo diſpenſare poſſe, vt ſatis probat dictum cap. fin. de Diuort. & probatur Geneſ. cap. 29. vbi Iacob duxit duas ſorores ſimul, & Geneſ. 38. vbi filii Iudæ duxerunt ſucceſsiuè eamdem Thamar; & optimè tractat Loazes de Matrim. Regum Angliæ, dubit. 1. numero 7. cum ſequentibus; & ſatis colligitur ex D. Thom. 2.2. quæſtione 154. artic. 9. ad tertium. & ibi ſequitur Caiet.Et ita Eccleſia ſępiſsimè obſeruauit, præſertim quando diſpenſauit in matrimonio Regum Angliæ. Quam diſpenſationem ad literam refert Caſtro lib. 1.de Lege pœnali. capite finali, pag. 212. vbi pag. 213. & 214. ponit ſententiam, quam Clemens ſeptimus Pontif. Maxim. de conſilio, & aſſenſu omnium Cardinalium (ad quam priùs,omnium Theologorum ferè, & Canoniſtarum vniuerſitatum, & Academiarum euocauerat conſilia) in publico conſiſtorio, pro tribunali ſedens protulit diffinitiuam, pro validitate matrimonii contracti inter Catharinam Angliæ Reginam, Don. Ferdinandi, & Eliſabeth Hiſpanię Regum filiam, & Henricum Octauum Angliæ Regem, quæ prius nupſerat Arturo,eiuſdem Henrici fratri maiori. Quo ſine liberis defuncto,poſteà ex Papæ diſpenſatione,nupſit ipſi Henrico. Et hanc rem pluribus defendunt Roſenſis, Viruesſius,& Loazes in ſuis tractatibus de Matrimo. Regum Angliæ. Nauar. capit. 22. numero 84. Soto in 4. diſtinct. 41.quæſt. vnic.artic.3.Couar.ſuprà, num. 2.& 7.Specul.coniug. vbi ſuprà.1. part.art. 43. alias 49. in fin. & refertur in Hiſtor.Pontific 2. part.lib.6.cap.26.§.13.fol.327. & hanc ſequuntur communiter. DD.Quamuis contrarium teneat Pariſ. Conſil. 194. vol. 4. Grat. Conſil. 1. num. 9. vol. 2. Gozad. Conſ.51.num.28. Quorum fundamentis ſatisfaciunt Couar. num. 3. in fin.& alii ſuprà citati.

4 Sed quæro hic de illa valdè controuerſa quęſtione inter Theologos,& Canoniſtas, an ſcilicet Papa poſsit diſpenſare in matrimonio rato,& non conſummato. Sed quia hanc quæſtionē copioſè per 25. columnas tractat Borgaſ.de Irregular. part. 6. tit. de Sponſal. à num. 12. vſque ad num.76.ponendo 12.fundamenta, & rationes ex parte Theologorum, & totidem ex parte Canoniſtarum:ideò remitto lectorem ad prędictum locum. Solum hic reſolutoriè reſpondeo affirmatiuè, videlicet poſſe Papā diſpenſare cum matrimonio rato tantùm, & non conſummato;quia authoritas,& locus Euang.Math.5.& 19.vbi Chriſtus prohibet ſeparari matrimonio coniunctos, intelligitur tantùm de matrimonio conſummato, & non de rato ſolùm ſine conſummatione, iuxta interpretationem Eccleſiæ, de qua in cap. Ex publico. de Conuerſ. coniugat. vbi gloſſa final. id tenet, quam ſequuntur Abb. in diſputa. 1. colu. 3. Præp.in cap.final. ad fin. de Sponſ. duor.& in capit. 2.de Sponſal. nūm.6. Fel.in capit. Quæ in Eccleſiarum. num. 20. de Conſtit. Deci. Conſil. 112. Borgaſ. num. 76.& alii relati copioſè à Paul.Pariſ.Conſi.51.num. 14. vol.4. & dicit communem Nauar.cap. 22.num. 21. Henriquez vbi infrà latè, & ex Theologis Caieta. Opuſcul. 27. Quęſtionū. quæſt.25.Silu.verb.Diuortiū. quęſt. 4.Ambroſ.

Digitized by Google

4. Ambroſ. Cater. libro 6. contra Caieta. cap. 3. Medin. lib. 5. de Sacro. homin. contin. cap. 88. Et Summum Pont. ſæpènumero diſpenſaſſe in tali matrimonio rato, & non conſummato, teſtatur D. Anto. ſuprà tit. 1. cap. 22. Ledeſ. in 2. 4. quæſt. 69. art. 7. col. 5. Caiet. in Opuſcul. dicta quæſt. 25. Et in hac ſpecie, ter, vel quater diſpenſaſſe Pium Quintum, teſtatur Nauar. in Addit. ad Manual. c. 28. fol. 45. & facit cap. fin. de Sponſ. duor. ibi, *de cetero*. vbi matrimonia anteà contracta, non reuocat. & Henriq. de Matrim. cap. 8. §. 11. in gloſſa F. teſtatur Greg. 13. vno die diſpenſaſſe cum vndecim. & in text. dicit ſæpe idem feciſſe Paul. 4. & Martinum 5. Eugen. 4. & Benedictum. & etiam poſſe, ob communem pacem, diſpenſare, altero ex contrahentibus inuito. quod eſt mente tenendum. & vidimus ita feciſſe Greg. 13. cũ Duce Albano, vulgò *de Alua de Tormes*. qui contraxerat primò matrimonium de præſenti per procuratorem, cum filia Ducis *de Alcala*, Hiſpali; & ſecundò cũ alia, quod conſummauerat. Ex quibus conſtat non eſſe de Iure diuino, nec naturali, vinculum, ſeu prohibitionẽ ſeparationis talis matrimonii rati, & nõ conſummati; & conſequẽter Papam poſſe in eo diſpenſare. & ita eſt tenendum.

Quamuis contrariam opinionem eſſe communem apud Theologos, & receptiſſimam teſtatur Iacob. Almain. de Poteſta. Eccleſ. capit. 15. Couar. 2. par. de Sponſal. cap. 7. §. 4. num. 14. (ſed in vltima editione ſe retractauit, teſte Henriq. vbi ſuprà) & de Teſtament. 3. part. capit. 2. à numero 10. Ledeſma vbi ſuprà, Soto in 4. diſtinct. 27. quæſt. 1. artic. 4. Et certè ſufficere deberet cuicumque Chriſtiano quantumuis literato, Romanos Pontifices (& pręcipuè Pium 5. alioqui ſanctiſsimum, ac eximium Theologum) ſæpe diſpenſaſſe in prædictis matrimoniis nondum conſummatis. Quod facere ſolent, vel pro pace ſeruanda, vel pro odio, & inimicitiis euertendis, ortis poſt contractum matrimonium, vel propter lepram ſuperuenientem, vel ob promouendum virum ad Epiſcopatum ratione maioris boni, vt dicit Borgaſ. vbi ſuprà, in fin. vel vt permaneat in ſecũdo conſummato. Ita Henriq. vbi ſuprà §. 12. gloſſa Q. in fin. Sufficere etiam debet, eoſdem Romanos Pontifices declaraſſe non fuiſſe de mente Chriſti Math. 5. & 19. includere prædictum matrimonium. cui interpretationi ſumma fides adhibenda eſt, cap. Hæc eſt fides. 24. quæſtione 1. & docet Innoc. in cap. Quod ſuſcepti muneris. de Foro compet. & Naua. in cap. Nouit. de Iud. notab. 3. corol. 4. & in capite fin. de Simon. notab. 3.

5 Circa illam autem alteram quæſtionem, An Papa poſsit diſpenſare cum monacho profeſſo, vt (non obſtante voto continentiæ, & caſtitatis) poſsit ducere vxorem: licèt D. Thomas 2. 2. quæſtione 88. art. 11. Soto lib. 7. de Iuſtitia. quæſt. 4. art. 2. & alii relati à Couar. in capit. 2. de Teſtam. num. 11. tenuerint partem negatiuam: contraria tamen eſt verior, & tenenda, ſcilicet poſſe Papam diſpenſare, pro vt diſpenſauit cum Rege Ramiro, qui erat anteà monachus Vicentinus, & cum aliis, vt cõſtat ex Chronicis. Et de Conſtantia Imperatrice, diſpenſata per Papam Celeſtinum tertium, teſtatur Caiet. ſuper D. Thom. ſuprà. & Illeſcas 1. parte Pontif. in vita Celeſt. 3. aliàs Papę 181. fol. 226. & tenet gloſſ. final. in cap. Cùm ad monaſterium. de Stat. monach. communiter recepta teſte Felin. in capit. Si quando. num. 15. de Reſcript. Paul. Pariſ. Conſi. 68. volu. 4. & docet idem, D. Thom. Maior. Durand. & alii in 4. diſtin. 38. quæſt. 1. articulo 1. Oſius Card. lib. 4. de Tradition. contra Brentium fol. 220. Medina libro 5. de Sacro. homin. contin. capite 40. & multi alii quos citat Henriq. de Matrimon. cap. 8. §. 11. gloſſa F, poſt medium, & in text. Innoc. Hoſtien. & Ioan. Andr. quos refert, & ſequitur Borgaſ. vbi ſuprà, numero 8. & Caietan. dicta quæſtione 88. articulo 11. ſuper D. Thomam, vbi concludit cum gloſſa, & aliis ſuprà citatis, nempe quando Papa diſpenſat cum monacho ad matrimonium contrahendum, facere illum de monacho non monachum; ſicut quando priuat Imperatorem Imperio (qui aliàs vngitur, benedicitur, & ſanctificatur) denudat illum omni illa vnctione, benedictione, & ſanctificatione. quod facit Papa in articulo cõmunis neceſsitatis, & nõ aliàs, quia in lege Superioris nõ poteſt inferior diſpẽſare, niſi ex cauſa cognita, vt

Digitized by Google

vt ſuprà diximus in Dif. 4. Lex autẽ de ſeruandis votis perpetuis, eſt Dei. Ergo &c.

Nec obſtat dictum cap. Cùm ad monaſterium. in fin. de Stat. Monach. nam intelligitur manente monacho in ſuo ſtatu monachatus. Tunc implicat contradictionem, & eſt inſeparabilis caſtitas à monacho, ita vt Papa nequeat diſpenſare. Sed hoc non prohibet, quin iuſta cauſa emergente, poſſit eum transferre de dicto ſtatu, ad ſtatum ſecularem; & tunc caſtitas non eſt ei annexa. Ita Caiet. & alii ſuprà, poſt gloſſam ibi.

6 Prædictis adde diſpẽſationem voti, cùm non adeſt totalis cauſa ad ipſum in totum relaxandum, licèt in Foro exteriori excuſet, non tamen excuſare in iudicio animæ. Verbi grã. Vouit quis ingredi, & profiteri noſtram Religionem Cartuſianam. ſed quia propter perpetuam, & omnimodam carnium abſtinẽtiam, non poteſt in ea perſeuerare, obtinet diſpenſationem ſuper voto. Sanè talis diſpenſatio non caret culpa. Non enim ob prædictam cauſam poterat in totum relaxari votum, ſed commutari in aliam Religionem. Ita Soto de Iuſti. & iure. fol. 240. col. 2. facit D. Tho. 2. 2. quæſt. 88. art. 12. in corpore, vbi dicit omnem diſpenſationem debere fieri ad honorem Chriſti, vel ad vtilitatem Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *PAPA poteſt ſecum diſpenſare ſuper iuramento etiam licito, dummodò faciat cum cauſa. aliàs valebit tantùm in Foro exteriori.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 PAPA poteſt cum ſe ipſo diſpenſare ſuper iuramento, ne dum illicito, ſed etiam licito, quod poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, vt poſt alios docet Salas de Legi. Diſput. 20. ſectione. 12. num. 102. & 105. & ſi id faciat ſine cauſa rationabili, valebit quidem in Foro contentioſo, in quo Prælati non habent iudicare de geſtis per ipſum, vt in c. Si quis ſuadente. §. Qui autem. 17. quæſt. 4. Tamen quoàd ipſum Deum, prædicta relaxatio, ſeu diſpenſatio erit nullius momenti, ſecundùm Innoc. in c. Cùm inter. P. de Renunciat. & ibidem Ant. & Imol. Idem tradit poſt Ant. Abb. in cap. Quanto. de Iure iur. & Fel. in cap. 2. num. 20. de Sponſal. & facit gloſſ. ſingul. & vulgata in cap. Non eſt. verbo Adimplere. de Voto. quæ dicit non poſſe Papam diſpenſare in voto ſine cauſa. aliàs diſpenſatum, non eſſe tutum in conſcientia, pro vt etiam in iuramento, & aliis diſpenſationibus ſuper iure naturali, vel diuino, vt copioſè ſuprà tradidimus in Differentia præced. Adde pro ſupradictis quæ not. verb. Iuriſdictio. Diffe. 11. & quæ tradit Alph. à Caſtr. de Lege pœnal. fo. 91.

SVMMARIVM.

1 *IMPEDIMENTA matrimonii, quæ impediunt, & dirimunt, ſolus Papa tollit: & nullus Epiſcopus, præter Papam, diſpenſat in eis, in Foro exteriori.*

2 *In Foro verò interiori, nonnumquam diſpenſat Epiſcopus.*

3 *Quod poteſt Papa per totum Mundum, poteſt Epiſcopus quoàd ſuos ſubditos, exceptis reſeruatis.*

4 *Idem dic de Parochis quoàd eorum oues.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 IMPEDIMENTA quæ impediunt, & dirimunt matrimonium, ſolùm per Papam tolluntur, & nullus alius, præter ipſum, in Foro exteriori diſpenſare poteſt in illis. Communem dicit Nauar. cap. 22. num. 84. cum ſequenti.

2 At verò quoàd Forum conſcientiæ, ſi impedimentũ eſt occultũ, & contrahentes contraxe-

Digitized by Google

contraxerant antè publicè in facie Eccleſiæ bona fide, & ex ſeparatione timeretur ſcandalum, & ad Papam non eſſet facilis recurſus propter paupertatem contrahentium, vel alia legitima impedimenta: tunc poteſt Epiſcopus in dicto impedimento, in Foro conſcientiæ, diſpenſare. Ita ſingulariter Angel. & Silu. verb. Diſpenſatio, num. 5. & 25. Nauar. cap. 22. num. 85. Rodrig. poſt Armil. & Margar. in explicatione Bullæ Cruc. §. 13. num. 6. in fin. dicens ita practicari. & docet optimè poſt Sot. diſt. 37. quæſt. vnic. art. 2. Cordub. Caſu 45. & lib. 1. Quæſtionum. queſt. 11. art. 1. Specul. coniug. 2. part. art. 18. in fin. Couar. in 4. part. 2. cap. 6. §. 10. num. 13. & 15. Quamplures alios refert Henriq. de Impedim. matrim. lib. 2. c. 3. §. 2. per tot. & in gloſſa K. & N. Et nos teſtes oculati fuimus binę diſpenſationis, factę per quemdam Epiſcopum cum duobus viris, qui ante matrimonium, rem habuerant cum ſorore vxoris. Idem docet Rodrig. in Summa, verb. Matrimonium. cap. 236. num. 2. & Nauar. Conſil. 4. de Sponſal.

Et obſerua ex exemplis per me relatis, non ſemper ſeruari illud requiſitum de bona fide, licèt æquum, ac iuſtum eſſet, vt ſeruaretur; quia aliàs indigni ſunt præfato remedio, & diſpẽſatione, per Concil. Trid. Seſsione 24. cap. 5. de Reformat. matrim. Attamen in prædictis exemplis, & ſimilibus bona fides alterius coniugis ignorantis impedimentum, meretur dictam benignitatem, & diſpenſationem.

3 Et pro confirmatione ſuprà dictorum, & ampliatione poteſtatis Epiſcoporum circa eorum oues; vide plura per Henriq. ſuprà, vbi in gloſſa. N, exhibet vnam regulam notabilem, videlicet Epiſcopum idẽ poſſe circa ſibi ſubditos, quod Papa in vniuerſali Eccleſia, niſi circa expreſsè reſeruata. Quam regulam tradit Sot. lib. 8. de Iuſt. quæſt. 1. art. 9. & lib. 10. quæſt. 1. art. 3. & in 4. diſtin. 27. quæſt. 1. art. 4. & diſt. 28. quæſt. 1. art. 2. & diſtin. 32. in fine. Abul. ſuper Matth. cap. 16. q. 87. Nicol. de Cuſa. lib. 2. de Concor. Cathol. cap. 3. Abb. & communis in cap. At ſi Clerici. de Iud. Theſaur. Chriſt. Relig. cap. 17. Gambar. de Offic. Legat. lib. 10. à num. 466. & 476. Maiol. lib. 3. de Irregul. cap. 22. & lib. 5. cap. 1.
4 Perez lib. 8. ordin. l. 5. tit. 15. Et amplia prę fatam regulam ad Parochos circa proprias oues, eos ſcilicet poſſe etiam omnia, quæ Epiſcopus, niſi ſpecialiter reſeruata; per not. infra, verb. Iuriſdictio. Diff. 1.

SVMMARIVM.

1 *DISPENSATIONES in rebus Fori exterioris, reſtringuntur, nec excedũt ſuum caſum, etiam data parili, ſeu maiore ratione. quod multis exemplis oſtenditur.*

2 *Secùs in rebus, pro Foro animæ. Sed contrarium reſoluitur.*

3 *Item ſecùs in connexis & acceſſoriis, & in incluſis ſub diſpenſatis.*

DIFFERENTIA NONA.

1 DISPENSATIONES factæ in rebus Forum exterius attingentibus, tamquam odioſæ reſtringuntur. c. 1. §. 1. de Filiis presby. lib. 6. Et ideò in eis non fit extenſio etiam ad caſum parilem, vel habentem in ſe maiorem rationem, quàm caſus diſpenſatus. Hanc regulam ponit Felinus in capit. Poſtulaſti. numero 8. de Reſcript. Et Panormitan. in capit. Ad aures. numer. 7. eodem titul. vbi dicit in diſpenſationibus non argui ex paritate, vel maioritate rationis. Et hanc eſſe communem opinionem teſtatur Villalobos in primo tom. Commun. opin. lib. 1. tit. 2. de Epiſco. & Cleri. num. 74. & probat tex. in l. Quod vero. ff. de Legi. & l. 1. ad fin. ff. de Conſtit. Princip. & cap. Sanè. de Priuil. tradit vt indubitabile Barbo. l. Si conſtante. in prin. nu. 96. ff. Solu. matrim.

Hinc dicit Hyppo. ſing. 193. incip. Baſtardus, quòd diſpenſatus, vel habilitatus ad habendam dignitatem, non poteſt habere beneficium ſimplex, niſi ſpecialiter de eo

de eo facta ſit mentio. ſequitur Tiraq. de Nobilit. quæſt. 15. nu. 16. Similiter diſpenſatus ad beneficum, non extenditur ad beneficium extra eius diœceſim, ſecundùm Rebuf. in Praxi. tit. de Diſpenſatione ad plura beneficia. nu. 33. Nec poterit illud obtinere in Eccleſia Cathedrali, ſecundùm Rotam antiq. 45. Et diſpenſatus vt poſsit etiam habere in Cathedrali, non poterit habere in Metropolitana. Rebuf. in Concorda. in Rub. de Colla. §. 1. pag. 278. Nec etiam poterit habere in Eccleſia, vbi pater illegitimi illud beneficium, vel aliud obtinuit. Conci. Trid. Seſsione 25. cap. 15. Et diſpenſatus ad duo in compatibilia, non poteſt alterum eorum permutare cū alio, ſine noua diſpenſatione. ex gl. ſing. verb. Ea quæ. in cap. Ordinarii. de Offi. Ord. lib. 6. quam ibi ſequitur Domin. Hinc dicit gl. fin. in cap. Literas. de Filiis presby. diſpēſatum ad ordines, intelligi tantùm de minoribus, vt ſic diſpenſatio reſtringatur. quā gl. commendat Panor. in cap. 2. nu. 5. de Cohabi. Cleri. & mul. Præpoſ. in cap. Cleros. 21. diſt. Albert. Troti. de Vero & perfe. Cleri. lib. 1. cap. 7. in fin. & Soci. reg. 381. incip. Priuilegia debent ſtrictè interpretari, vbi ponit Ampliat. & 10. limitationes. Adde gl. verb. Diſpenſationem. in cap. Ordinarii. de Offi. Ord. lib. 6. quæ ſecundùm Feli. vbi ſupra, dicit iſtum eſſe vnum caſum in quo beneficium Principis ſtrictè interpretatur, etiam ſi neminem lędat, niſi ius commune. quam gl. dicit ſing. Panor. in cap. Dilecti. col. 3. de Foro comp. & in cap. Quod dilectio. de Conſan. & affin. & Iaſ. in l. fin. nu. 38. de Conſtit. Princip.

Et de materia diſpenſationis qualiter ſit reſtringenda, & intelligēda, vide Oldra. Conſ. 215. Bellame. Deciſ. 756. Rotam nouam. 339. Feli. ſupra vbi ponit quatuor limitationes. Deci. Conſ. 62. & 695. Alciat. lib. 1. Paradoxo. Præpo. in cap. Conſuetudine. 12. diſt. Calderi. Conſ. 6. ſub tit. Qui filii ſint legi. Iaſ. in l. fin. nu. 37. cum pluribus ſequentib. ff. de Conſtit. Princ. & in l. 7. col. 3. de Iureiu. Ange. in ſumma. verb. Beneficiū. nu. 17. cum ſequentib. Doctores. in dict. c. Quod dilectio. de Cōſan. & affin. & in dict. cap. 1. §. 1. de Filiis presbyte. lib. 6. Sanchez lib. 8. de Matrim. diſputatione 1. num. 31. Salas. de Legi. quæſt. 97. diſputatione 20. ſectione. 10. §. 2. Deci. in cap. Quia in tantum. à nu. 15. vſque ad 19. de Præb. & in Reg. Non debet. 21. n. 6. ff. de Reg. iur. Inno. in cap. Dilectus. 3. de Præb. Et quando mixtum veniat ſub ſimplici in diſpenſationib. docet Feli. in cap. At ſi Clerici. §. de Adulteriis. nu. 7. & 8. de Iudi.

Inter alias autem limitationes, quas Doctores ad prædictam regulam tradunt, vna eſt, non procedere quando caſus diſpenſatus habet rationem expreſſam, & occurrit caſus in quo militat eadem ratio; quia tunc diſpenſatio poteſt extendi ad caſum non expreſſum. Hanc limitationem tradit Panor. in d. c. At ſi Clerici. §. de Adulteriis. col. 5. de Iudi. & ibi Deci. col. 8. ad medium, dicens magis communem. Feli. dict. cap. Poſtulaſti. nu. 9. & Emman. Rodríg. 1. tom. Quæſt. reg. quæſt. 46. art. 11. Sanchez poſt alios ſupra. n. 34. Et fundantur in doctrina gl. verb. Italiæ. in cap. 1. de Tempo. ordin. lib. 6. dicentis, quòd vbi eſt eadem ratio, & penitus omnimoda ſimilitudo, non propriè dicimus extendere. Allegat. l. Si poſtulauerint. §. Idem. ff. de Adulte. (quem §. non inueni) Allegat etiam l. Quædam. §. Nummularios. ff. de Edendo. Qui tex. non loquitur in materia odioſa. Melius probat doctrinam dict. gl. tex. in §. Vnico. Inſt. de Legitim. patronorum tutela. vbi fit extenſio de vno caſu legis, ad alium omninò ſimilē; nec dicitur extenſio, ſed eiuſdē legis diſpoſitio, & comprehenſio. Vide ad idem bonum tex. in l. Ideò quia. ff. de Legi. & l. 1. C. de Interdictis. quæ ita ſumatur, *Statutum Prætoris, per rationis identitatem, interpretationem recipit extenſiuam.* vbi Salic. idem tenet. & Hyppo. Conſ. 61. incip. Poſt reditum conſilium. nu. 6. vol. 1. Bal. in l. Ea quę. in fi. de Condict. indeb. & dictam gl. dicit ſing. Abb. in cap. Nihil. de Elect. & in cap. Sacris. nu. 6. de His. quæ vi. Barba. in rep. Rub. de Fide. inſt. Fran. de Areti. in l. fin. C. de Reuoc. dona. Bal. & Alex. in l. Curatoris. de Nego. geſt. idem Abb. in Rub. Proœmii Decret. n. 14. lectu. 2. vbi bona Addit. Card. in Clé. 1. de Reſcrip. Deci. in Cóſ. 372. incip. Viſis & diligenter. nu. 5. & 7. vbi reddit bonam rationem, & Abb. in d. cap. At ſi Clerici. §. de Adulte. nu. 8.

Digitized by Google

nu.8.de Iudi. vbi dicit quòd vbi eſt omnino eadem ratio, non dicitur extenſio, ſed incluſio ex tacita mente ſtatuentis. adde Bern. Diaz. Reg. 286. verb. Extenſio. Et intellige prędicta de diſpenſationibus in iure incluſis. Nam in factis per hominem; certum eſt, ac indubitatum non extendi ad aliã perſonam; quàm ad expreſſam, quãuis ad alium caſum eiuſdem perſonæ quandoque extendantur; vt in tertia limitatione.

Sed cùm diſpenſatio, ſit iuris communis relaxatio, & nullus inferior poſsit diſpenſare contra legem Superioris; per dicta ſuprà, Differentia 4. non video quomodo priuatus poſsit ex idemtitate, vel maioritate rationis, diſpenſare contra legem Superioris; vel extendere diſpenſationem factam in certo caſu, ad alium non expreſſum. Quod confirmatur ex Regula. Quę à iure. de Reg. Iur. lib. 6. per quã dicit Abb. in cap. Ioannes. nu. 8. de Cleri. coniug. & Ioan. Andr. dict. regula, quòd in materia diſpenſationis quæ eſt exorbitans, non debet argui de caſibus permiſsis, ad non permiſſos, etiam ſi permiſsi ſint maiores. Idem tenet Feli. dict. cap. Poſtulaſti. nu. 9. addens idem dicendũ, etiam quãdo ratio eſt expreſſa. ſequitur Barbo. d. l. Si cõſtãte. in prin. nu. 103. in fi. cum ſeq. & Salas. vbi ſuprà. nu. 95. reprobantes præfatam limitationem. Pro quibus faciunt dicta verb. Interpretatio. Differentia 1. Item quòd exceptio exorbitans à regulis iuris communis, nõ debet ab inferioribus Principe ad caſus ſimiles extendi, vt optimè probat tex. in cap. 2. de Coniug. leproſ. & gl. verb. Vendiderit. in l. 2. C. de Patrib. qui filios diſtra. Anto. Conſ. 31. Ioan. And. dict. cap. Sacris. col. 2. Iaſ. d. l. Si conſtante. nu. 72. ff. Solu. matrim. Gandal. in tract. Extenſionum. nu. 90. in 1. tom. tract. Gomez. in cap. Diſpendia. nu. 19. de Reſcri. lib. 6.

Quidquid dicant in contrarium. gl. in l. 1. verb. Iudicati. ad fi. C. de Condict. indeb. & in l. Ob ęs alienum. in gl. 1. C. de Prædiis mino. Deci. per tex. ibi. in cap. Cùm dilecta. nu. 5. de Confirm. vtil. & in l. 1. nu. 42. ff. de Reg. iur. Iaſ. in l. Tranſigere. col. 5. C. de Tranſact. Feli. in cap. Paſtoralis. col. 3. de Reſcript. & in cap. Lator. de Homic. Caſſan. in Conſuet. Burgun. Concluſione 12. pag. 384. refert plures. DD. Naua. in cap. 1. §. Laboret. nu. 14. de Pœnit. diſtinct. 6. & in cap. Si quando. de Reſcrip. exceptione 13. pag. 62. Abb. in cap. Ad audientiam. nu. 2. de Cleri. non reſid. Rip. d. l. Si conſtante. nu. 78. teſtatur hoc eſſe cõmuniter receptum. Iaſ. in l. Illam. nu. 15. C. de Collat. qui omnes tenent exceptionem factam à regulis iuris communis, eſſe extendendam etiam ab inferioribus Principe, ad caſus ſimiles in ratione. per dict. cap. Cùm dilecta. & l. Deo nobis. ad fin. principii. C. de Epiſco. & Cleri. iuncta. l. Quicquid adſtringẽdæ. ff. de verb. Obliga. Quia hæc omnia procedunt in lege limitatoria, quę extenſionem recipit ad caſus ſimiles in ratione, vt docet Coua. poſt alios in cap. Alma mater. 1. parte, §. 11. nu. 15. verſ. Tertiò. dicta autem ſuprà, in lege exorbitante, quę nõ extenditur ex ſimilitudine rationis, iuxta diſtinctionẽ D. Ant. 1. par. tit. 20. col. 1. probatã (poſt Iaſ.) à Barbo. d. l. Si conſtante. nu. 19. cum ſeq. ſubſcribit Cagno. l. 1. nu. 22. ff. de Reg. iur.

2 Secunda limitatio quam tradunt. DD. ad regulam ſupra dictam, eſt non procedere in rebus ad Forum animæ ſpectantibus. Ita Feli. dict. cap. Poſtulaſti. nu. 9. in ſecunda limitatione. verſ. Et idem ſi fauore animarum. Sanchez, & Salas, vbi ſuprà. qui male allegat pro hac limitatione. cap. Per venerabilẽ. Qui filii ſint legiti. Quamuis enim illum tex. notet Abb. in dict. cap. At ſi Clerici. §. de Adulteriis. nu. 8. & 10. & dicat ſe neſcire alibi, ad hoc, quòd diſpẽſatio extenditur quando fit in rebus ſpiritualibus. Veritas tamen ſtat in contrarium per dicta in præcedenti limitatione. Siue enim loquamur de rebus prophanis, ſiue de rebus ſpiritualibus, ſiue pertineant ad Forum exterius, ſiue ad interius; ſemper diſpẽſatio tamquam odioſa & à iure exorbitans, eſt reſtringenda, nec poteſt extendi per inferiorem, ad alium caſum, etiam ſimilem ratione. Nec obſtat ille tex. quia quæ ibi dicuntur in principio, vſque ad verſ. *Rationibus igitur his* &c. eſt allegatio patris, vt conſtat ex eodem tex. quia Papa iudicat contra allegata ibidem; quicquid dicat Communis allegata per Feli. in

dict.

Digitized by Google

dict. ſecunda limitatione. In dicto etiam cap. Per venerabilem. agitur de habente facultatem diſpenſandi. Quo caſu diſpenſatio non eſt odioſa, nec reſtringibilis, niſi reſpectu illius, cum quo diſpenſatur, vt tradit Abb. in dict. §. de Adulteriis. nu. 6. & 11. & ibid. Feli. nu. 5. idem Abb. in cap. fin. nu. 3. de Simo.

Tertia limitatio eſt, vt non habeat locum in connexis, & acceſſoriis. Hoc docet gl. in cap. Quia in tantum. verb. Plures. de Præb. quam commendat Abb. & Imol. ibid. nu. 9. Iaſ. in l. fin. nu. 43. ff. de Conſtit. Princi. & in l. Omnium. nu. 13. C. de Teſtã. Feli. dict. cap. Poſtulaſti. nu. 10. de Reſcrip. ſimilis gl. 2. in cap. Si quis à Clero. 7. q. 1. commendata à Feli. in cap. 2. col. fin. de Simo. & Abb. in cap. Extirpandæ. §. Qui vero. col. 2. de Præb. & in cap. Cùm in cunctis. §. 1. nu. 7. de Elect. & ibi eius Addit. Vbi quòd diſpenſatus in vno, cenſetur diſpenſatus ad conſecutiua ad illud. ad idẽ gl. verb. Retinere. in cap. Non poteſt. de Præb. lib. 6. vbi diſpenſatus ad duo beneficia curata, per conſequens cẽſetur diſpẽſatus ſuper reſidentia alterius. quam gl. ſequitur Feli. dict. cap. Poſtulaſti. & Iaſ. dict. l. fin. & Andr. Sicul. de Præſtan. Cardin. 1. part. quæſt. 12. col. 3. & dicit communem Rip. reſponſ. 26. incip. Plura. nu. 32. & eam commendat Abb. dict. cap. Quia in tantum. nu. 4. ad hoc quòd diſpenſatus ſuper duabus Eccleſiis, non tenetur vni ſeruire per ſe, & alteri per Vicarium; ſed poteſt interpollatim vtrique ſeruire. Quod verũ eſt quando cõmodè vtrumq; fieri poteſt; quia ſcilicet ſunt non longè diſtantes. Ex his itaque collige diſpenſatum ad aliquid, cenſeri diſpenſatum ad acceſſorium, ſeu ad id, quod eſt illi connexum. Quod intelligendum eſt de acceſſorio, & connexo inſeparabili, & ſine quo principale non poteſt ſubſiſtere iuſtè, & vtiliter, vt in exemplis ſupra relatis, & ſimilibus. ſecùs de acceſſorio ſeparabili, vt in exemplo gl. in cap. Statutum. in prin. verb. Canonicis. de Reſcript. lib. 6. quæ dicit, ſi puero, maiori ſeptennio, detur Canonia; nõ pro inde poſſe ei committi cauſam aliquã per Sedem Apoſtolicam. quam gl. commendat Iaſ. in l. Barbarius Philippus. nu. 11. ff. de Offi. Præto. & docet Rebuf. in Praxi Benefi. tit. de Diſpenſatione ad plura beneficia. nu. 70. eam etiam commẽdat Tiraq. de Vtreque retract. tit. 1. §. 7. gl. 12. Abb. in cap. Cùm apud. de Sponſa. & Feli. in cap. 1. nu. 8. verſ. Nota. 7. eod. tit.

Idem quod diximus de Acceſſoriis, intellige de incluſis ſub diſpenſatis. Nam quando minus ſub maiori includitur, tunc diſpenſatus in maiori, cenſetur diſpenſatus in minori. Ita egregiè Additio 1. Rote. 2. in nouis. ſub tit. de Filiis presby. poteſt exemplificari in conceſsione, ſeu diſpenſatione quoàd oua diebus ieiuniorũ Quadrageſimalium. Nam diſpenſatus quoàd ea, cenſetur etiam diſpẽſatus quoàd lacticinia. Sed veriùs eſt, ideò id eſſe; quia comprehenduntur ſub eodem genere, ſementinam trahentium originem à carnibus, iuxta c. Denique. verſ. Par autem eſt. 4. diſt. Sed ſecundùm hoc, videtur etiam poſſe extendi ad carnes. Reſp. diuerſam eſſe rationem in carnibus, quę ſunt expreſsè, & principaliter prohibitæ, quàm in prædictis ouis, & lacticiniis, quę ſunt minùs, & in conſequentiam quamdam prohibentur. Ita Henrriq. & Sanchez relati à Salas ſupra. in 5. limitatione. facit. l. Marcellus. ff. de Dona. cauſ. mor. per quam dicũt pręfati, ab Epiſcopo, vel Monacho diſpenſato, vt poſsit teſtari: per conſequens, poſſe codicillos fieri, & etiam donari nõnulla cauſa mortis; quia hæc minora ſunt in genere, cauſa mortis. facit gl. verb. In liberos. in fine in l. Vnic. C. de His. qui ante aper. tab. quæ legem correctoriam loquentem in caſu teſtamenti extendit ad caſum ab inteſtato. Quod intellige verum in eadem perſona. ſecùs in diuerſa. vt per gl. verb. Romana. Clem. Auditor. de Reſcri. & gl. verb. Prorogamus. cap. Conſtitutionem. de Regu. iur. in 6. Barbo. ſup. nu. 104. (& hæc poteſt eſſe quarta limitatio) Idẽ Imol. l. Si vero. §. de Viro. nu. 18. ff. Sol. mat. vbi dicunt legem exorbitantem extendi ex ſimilitudine rationis de vno caſu ad alium, contingẽte tamen inter eaſdem perſonas, non tamẽ admittetur extenſio in eodẽ caſu ad aliã diuerſam perſonã, vt videmus in priuilegiis conceſsis vni Ordini, quæ non proſunt alii, niſi Papa extendat.

DOMINI-

Digitized by Google

DOMINIVM.

SVMMARIVM.

1 *FERA laqueo meo capta, an ſit mea, vel capientis eam.*

2 *Capiens piſcem rete meo incluſum, tenetur mihi illum reſtituere; non tamen illos, quos eodem rete capit.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 FERA in laqueo meo detenta: ſi antequam eam capiam, alius eam tollat: in Foro iudiciali, erit illius. Ita probat tex. in l. in Laqueum. ff. de Acqui. rerum domi. & ibi gl. & docet Iacobi. in l. Diuus. ff. de Serui. ruſti. præd. & habetur. 2. tom. commu. opin. lib. 7. tit. 1. nu. 223. Quod approbat. l. 20. tit. 28. pag. 3. Idem tenet Ange. in dict. l. Diuus. ff. de Serui. ruſt. præd.

In Foro verò conſcientię ſecùs dicendum eſt, ſi laqueus extenſus eſt in loco, aliàs non prohibito, & non ſit lex, vel cōſuetudo in contrarium; & animal erat bene irretitum, ita vt luctando non ſe expediturum erat; quia negari non poteſt, per dictam apprehenſionem laquei, ius ad rem, à domino laquei acquiſitum eſſe, vt optimè tradit Rebel. in Pręlud. de Obliga. Iuſt. quęſt. 14. nu. 25. & ita obſeruat Luſitania per legem ad hoc latam lib. 5. Ordi. tit. 62. §. 6. Nec obſtat ratio quę deducitur ex dict. l. In Laqueum. ſcilicet illud quod detinetur in laqueo meo, non effici meum, niſi mea manu capiam. Quia reſpōd. quoàd Forum conſcientiæ, ſufficere illud ius ad rem, per quod animal captum, dicitur mihi debitum, licèt non ſit meum. Per quam rationem puto idem ſeruandum in Foro exteriori, vbi non eſt lex, vel cōſuetudo contraria, vt docet idem Rebel. ſuprà. adde Lop. in ſuo Inſt. Confeſ. 1. par. cap. 146. & l. 17. Fori. lib. 3. tit. 4. Cordub. caſu. 119. & Coua. reg. Peccatum. 2. par. §. 8. nu. 13.

2 Hinc collige quid dicendum ſit, de eo qui rete meū de fluuio extrahit, piſceſque incluſos aufert, ac rete in eodem loco iterum extendit, & alios capit. Certè dubium non eſt, priorem prædam ad me pertinere; poſteriorem verò ad illum, tamquam fructum induſtrię ſuę. Tenebitur tamen, pręter iniuriæ ſatisfactionem, ad compenſandum mihi vſum retis. Ita optimè Rebel. ſupra nu. 28. Adde not. Diff. ſeq.

SVMMARIVM.

1 *FERA letaliter vulnerata, in Foro exteriori eſt capientis eam. ſed in Foro conſcientiæ eſt vulnerantis.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 FERA ab aliquo, etiam letaliter vulnerata; in Foro iudiciali non ſit vulnerantis, ſed capientis, vt eſt textus expreſſus in l. Naturalem. §. 1. ff. de Acq. rer. dom. & in §. Illud. quæſitū. Inſt. eod. tit. docet Bar. in l. Quo minus. quæſt. 5. ff. de Flumi. Theophil. dict. §. Illud. & Coua. in reg. Peccatum. 2. parte §. 8. nu. 13. Addens contrarium ſeruari in aliquibus locis.

In Foro verò conſcientiæ, etiam ceſſante pręfata conſuetudine, vel lege contraria, non ſit capientis, ſed vulnerantis, per ea, quæ diximus Differentia præced. Pro quo facit vulgare illud, *Llebre y Cabirol, de aquell es, qui la mou.* Ideſt, Fera illius eſt, qui eam

eam mouet. Intellige dummodò eam ſequatur, iuxta ſententiam Trebatii in dict. l. Naturalem. §. 1. Nam ſi deſinat eam perſequi; videtur ius quòd habebat ad eam, remittere, ac renunciare, cedereque inuenienti eam. Et ita tenet Doctor illuminatus Raimund. Lull. in lib. De quinque ſtamentis lib. 1. cap. 5. vbi præfatum dubium latè proſequitur. Ex quibus colligitur, præfatas feras vulneratas, eſſe reſtituendas ab inuentoribus, his qui eas vulnerauerunt; nec poſſe eas tamquam ſuas penès ſe retinere.

Vide alias Differ. circa hoc verbum. in verb. Acquiſitio dominii.

DONATIO.

SVMMARIVM.

1 *HISTRIONIBVS & ioculatoribus donare, non eſt prohibitum in Foro exteriori. Secùs in Foro animæ.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 DARE hiſtrionibus, & ioculatoribus, qui illicitis ludis vtuntur, nō eſt prohibitum in Foro cōtentioſo ciuili. argumēto tex. in l. Ciuitatibus. ff. de Legat. vbi valet legatum ad ornandum theatrum pro ſpectaculis faciēdis. & not. gl. 2. l. 1. C. de Spectacu. lib. 10.

Eſt tamen prohibitum in Foro conſcientiæ, quia peccat mortaliter qui donat magnas quantitates talia exercētibus, vt pote prouocantibus homines ad ſuperbiam, aut vanam gloriam, & alia vitia, vt in cap. Donare, & in cap. Qui venatoribus. 86. diſt. & ibi Præp. & Card. Turrecrema. in 4. concluſione dict. cap. Donare. poſt D. Tho. 2. 2. quæſt. 168. art. 3. ad 3. idem ſentit Soto lib. 3. de Iuſti. quæſt. 6. art. 2. §. Cōtra hæc. Nam aliàs prodigalitas de ſe nō eſt mortalis, ex D. Tho. relato à Nau. cap. 19. nu. 10.

SVMMARIVM.

1 *DONATIO ob merita, requirit probationem meritorum in Foro exteriori. ſecùs in Foro conſcientiæ, vbi ſufficit vera eſſe*

2 *Donatione ſimpliciter prohibita, non prohibetur remuneratoria.*

3 *Donatio concubinæ facta, valet ob benemerita.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 DONATIO facta ob merita, ab eo qui prohibitus eſt donare; valet in Foro conſcientiæ, ſi verè merita præceſſerint. In Foro tamen exteriori, probari debent merita. Nec ſufficit, patrem, vel alium donatorem dicere eſſe vera. Ita notat Nauar. cap. 17. num. 145.

Vnde aduertendum eſt, iura, & Doctores declarantes donationem ob bene merita irreuocabilem eſſe, (vt eſt tex. in l. Si pater. §. final. ff. de Donation. docet P. Barboſa in l. Si ante. fol. 860. num. 10. verſ. Id tamen non procedit. ff. Solut. matrim. per tradita à Bart. in l. Quod ſemel. ff. de Decret. ab ord. fac. & in l. 2. in fine. ff. de Iure immunit. Bal. num. 10. in l. Qui ſe patris. C. Vnde liberi. Pinel. in rub. de Reſcind. 1. part. cap. 2. col. penult. & vlt. Valaſc. lib. 1. conſult. 72. num. 5.) intelligendos fore præcedente in Foro contentioſo probatione, vel ſaltem aliqua ſufficiente iuris

iuris

iuris præſumptione, ſi qua ſit. aliàs non.

2 Simili modo intelligendum eſt de illa vera reſolutione, quæ habet donatione ſimpliciter prohibita, non prohiberi remuneratoriã;(de qua per Bal.in Auth.Ex teſtamẽto.C.de Collation. quẽ ſequũtur ibi Corn. & Rom. Cuius reſolutionis ratio ea eſt, quia donatio remuneratoria,eo quòd qualificata, & non ſimplex dicitur,nõ includitur ſub generali alienationis prohibitione,iux. tex. in l. Si vnius. ff. Si quid in fraud. credit) ſcilicet in Foro contentioſo debere probari benemerita.

3 Idem dicendum eſt in donatione facta cõcubinę ob benemerita; quę quidem valet,teſte Anchar. Cõſil.224.incipit.Nouo. Afflict. deciſ. 102. vbi dicit ita iudicatum, & Tiraq. multos citante in l. Si vmquam. verb. Donationem largitus, nu. 22.Capit. deciſ. 102. ad quod facit tex.in l.Sed.& ſi lex. §. Conſuluit.ff.de Petit.hæredit. Intelligitur tamen valere in Foro contentioſo,ſi talia merita probentur. In conſcientia autẽ ſufficit merita verè præceſsiſſe, vt ſuprà in initio huius Differentiæ reſoluimus cum Nau. ibi.

DIFFERENTIA TERTIA.

DONATA à conſanguineis viri, eius vxori, in Foro exteriori,ſunt ipſius viri.In Foro verò conſcientiæ,ſunt vxoris, ſi abſolutè ei donata ſint.Hanc differentiã tradit P.Sa,verb. Donatio.§.9. Tu adde quòd pro primo dicto eſt Bar.in l.Sed ſi plures.§.In arrogato. in fi.ff.de Vulga.& cõmunis teſte Iul.Clar. §.Donatio.q.10.n.2.Pet.Barbo. l.Quæ dotis.34.nu.24.ff.Solu.mat.vbi nu.25.id limitat,niſi fortior pręſumptio perſuaderet cõtrarium,quòd ſcilicet contemplatione vxoris fuerint donata,per l.Si te in vacuam.23. C. de Dona. inter vir.ex Rota deciſ. 1. nu. 8. de Dona. inter vir. in antiquio. Meno. Cõſi.40.n.21.lib.1.Vnde tam in Foro exteriori,quàm interiori,erunt vxoris, ſi cõſtet abſolutè, & eius contemplatione donata fuiſſe.& ſic non videtur faciendam eſſe differentiam.Idem quod ſuprà,docet Iaſ.l.Vt liberis.nu.17.C.de Collatio. Cagnol. in l. Cõtractus.n.38.ff.de Reg.iur.Phili.Corne. Cõſi.81.lib.2.Rolan.à Valle Conſi.10.nu. 10.lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *MARITVS quando teneatur ſupplere ex ouibus peremptis, ſibi in dotem vxoris traditis.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 DISPOSITIO l. Vetus. §. Fetus. cum l.ſequenti,& l.Quid ergo.ff. de Vſufruct.quatenus faciũt differẽtiam inter oues faciẽtes gregem,vel non facientes;ad hoc,vt ſi in dotẽ detur grex, teneatur maritus ſupplere ex fetibus, tempore diuiſionis bonorum, tot quot ex ouibus perierunt. ſecùs ſi non fuerint niſi decem,aut viginti, quæ non faciũt gregem. Hæc(inquam)diſpoſitio, ſiue deciſio procedit tantùm in Foro exteriori. Cuius diſcriminis rationem ſentit Ayora de Partition. 3. parte quæſtione 28. quia ſcilicet grex eſt quid vniuerſale, & augmentum recipit, l. Grege legato. ff. de Legat. 1. & §. Grex. Inſtit. eodem titul. ſecùs cùm ſunt paucę, non facientes gregem.

In Foro verò interiori, & pœnitentiali, æquitas ſuadet ſeruari idem in vtroque caſu, videlicet vt ſiue oues ſint multæ, ſiue paucæ; ſiue faciant gregem, ſiue non faciant, ſemper debeant ſubrogari, & ſuppleri aliæ ex fetibus loco demortuarum, & deperditarum. Præfata enim diſtinctio prædictarum legum, magis ad ſubtilitatem ſpectat, quàm ad æquitatem, & damni reſartionem. Vnde cùm prædictæ ſubtilitates à Foro pœnitentiali exploſæ ſint, & exterminatæ, vt trademus verbo Iudicium. in Differentia 4. meritò æqualitas ſeruanda eſt in vtroque caſu.

Et ratio eſt, quia ſi prædicta ſuppletio æqua eſt, & iuſta, cùm plures ſunt oues: quare non erit etiam iuſta, cùm paucę fuerint? Ideò hanc partem, vt æquam, amplexa eſt l. 21. tit. 11. Partit. 4. & ſequitur Greg. Lopez ibi, & Ayora de Partition. 3. part. quæſt. 29. Adde gloſſam 2. ſuper l. 1. tit. 3. lib. 3. Fori. & l. Oues. & ibi gloſſ. ff. de Abigeis.

SVMMARIVM.

1 *CLERICVS, cui ad Ordines ſuſcipiendos, facta eſt donatio, cum obligatione ipſi ſtatim renunciandi, an teneatur in conſcientia ad renunciationem faciendam.*

2 *Promiſſio facta mulieri, de ea ducenda ſi fuerit virgo, reiicitur, & obligat, licet non ſit virgo.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 DONATIO facta alicui Clerico, loco tituli, vt ſic poſsit ad Ordines promoueri: ſed cum pacto, vt ſtatim ſuſceptis Ordinibus ei renunciet, & reſtituat donatori bona donata. Talis donatio in Foro exteriori, propter fraudem, & iniuriam quam fecit donator Eccleſię, illam illudēs, & decipiens: valet, & tenet. & ſic donatarius non tenetur ei renunciare. Ita Cordub. quæſt. 32. verſ. Y ſi aun ſe replicaſſe. facit gloſſa final. in cap. Si Epiſcopus. de Præbend. lib. 6. quam commendat Naua. capite 27. numero 158. & Viualdus in Cādelab. Aur. de Suſpēſ. nu. 30. quatenus habet non valere pactum antè ordinationem factum per Epiſcopum cum Ordinando, ſcilicet quòd Ordinandus poſteà ſuper alimentis, ſibi moleſtiam non inferet. cui gloſſæ eſt alia ſimilis in cap. 2. 10. quæſt. 1. Quibus adde Gigan. de Penſio. quæſt. 51. num. 27. & Perez. ad l. 1. tit. 12. quæſt. 6. col. 3. lib. 3. Ordin.

Sed in Foro interiori, non valet vltra intētionem donantis. Vnde tenetur donatarius in conſcientia, iuxta promiſſionem factam, ei renunciare, ex eodem Cordub. vbi ſuprà. quia lex in donatione impoſita ſeruari debet.

Sed ſalua pace tanti viri, contrarium quoàd hoc vltimum, tenēdum eſt, ſcilicet non ſolùm poſt Ordines ſuſceptos, ante quàm Beneficium aliquod obtineat, non poſſe renunciare, nec teneri, in Foro conſcientię, iuxta Concil. Trident. Seſsione 21. cap. 1. ſed nec etiam poſt Beneficium obtentum. Ratio eſt, quia ex tali promiſſione, nulla eſt nata obligatio, cap. fin. de Pact. l. Generaliter. l. Si ſtipuler vt id. ff. de Verb. obligat. & gloſſa 1. in cap. final. de Simon. Fuit enim pactum turpe, & promiſſio contra ius publicum, necnon & turpis, & nulla, ex cap. 1. de Pœn. iuncta ibi gloſſa 1. recepta, de Simon. Vnde meritò vigore illius, ad nihil remanſit obligatus in conſcientia ipſe donatarius, & conſequenter in vtroque Foro erit tutus. Pro quo facit, quòd promit-
2 tens mulieri accipere eam ſibi in vxorem, ſi fuerit virgo: ſi eam cognoſcat, & virginem non inueniat; nihilo minus tenebit promiſſio, reiecta conditione tamquam turpi, vt docet Silu. verbo Matrimonium. 3. quæſt. 8. de quo dicemus verbo Promiſſio. Differen. 6. Meliùs facit cap. final. cum ibi notatis de Condit. appoſit. & dictum cap. 2. 10. quæſt. 1. quatenus probant turpibus pactis, & à iure reprobatis, nō vitiari actum, ſeu donationem; ſed reiici, manentibus ipſis validis.

SVMMARIVM.

1 *DONATIO facta per Epiſcopum intra 20. dies ante obitum, nulla eſt in Foro exteriori.*

2 *Sed in Foro interiori valida eſt; quia Regulæ Cācellarię ſunt pro Foro tatū exteriori.*

3 *Vnde poterit donatarius obtuſas prębere aures, & conticere, ſi excommunicatio publicetur.*

DIF-

Digitized by Google

DIFFERENTIA SEXTA.

1 DOnationem inter viuos,factā per Epiſcopum intra 20. dies ante eius obitum, palam eſt nō tenere, & inualidam,ac nullam eſſe in Foro exteriori, per regulam Cancellariç, de Viginti. Præſumitur enim facta,cauſa mortis, & in fraudem iuris Cameræ Apoſtolicæ, & ita quotidie adimuntur, ſeu anullantur ſimiles donationes, etiam ſi fiant Eccleſiis, & Monaſteriis, & in fauorem cuiuſcumque cauſæ piæ. Et vtinam in hoc non eſſent tā rigidi nonnūquam Collectores generales, quippe qui etiam de factis, multò antè prędictos 20. dies,indiſtinctè, & inexorabiliter ſæpe non curant, eaſque inualidas decernunt, aut ſaltem ſuper ipſis ſe cum donatariis componunt; quin immò idem faciunt ſuper iis rebus, & bonis circa quæ Epiſcopi à Sede Apoſtolica, vel aliàs à iure, liberam diſponendi poteſtatem obtinuerant.

2 In Foro verò interiori, prædictæ donationes inter viuos irreuocabiliter factæ, validæ ſunt,& tenent; quia prædicta regula de Viginti,& aliç regulç Cācellariæ ſunt tantùm pro Foro exteriori. ſunt etenim iudiciales, per notata per Gom. de Regul. Cancellar. in princi. & trademus verbo Poſſeſsio, Differentia 1. Quod maximè procedit, cùm donatio facta fuit extra infirmitatem; cùm ſcilicet ſanus eſſet Epiſcopus. adeò vt dicat Henriq. in Summa tit. de Indulgent. cap. 30. §. 7. in gloſſa. N. prædictas donationes factas, etiam prope, vel circa mortē, validas eſſe in vtroque Foro, vt multi in vtroque iure periti, Salmanticę conſulti, reſponderunt. Sed id præfati Collectores generales nequaquam admittent. Nihilominus tamen quoàd Forū conſcientię, tutus eſt donatarius.

3 Vnde poterit obſurdeſcere, ſi fortè publicetur excommunicatio contra non reuelantes bona Epiſcopi defuncti. Quod nota, quia eſt quotidianum.

SVMMARIVM.

1 *DONATIONES factæ per Epiſcopos, & Clericos, cognatis ad eorum ſtatum augendum, an valeant in vtroque Foro. & an ſit facienda reſtitutio dictorum bonorum datorum.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 EPISCOPI,& Clerici Beneficiati, facientes amplas donationes conſanguineis, non vt pauperibus, ſed ad eorum ſtatum, & pompam augendam; in Foro exteriori,non puniuntur, nec eorum donationes irritantur,ſaltem de cōmuni vſu,& obſeruantia.

In Foro verò conſcientiæ, id non licet, ſed peccant mortaliter, per Concil. Trid. Seſsione 25. cap. 1. de Reformat. Et quamuis per text. illum videatur etiam in Foro exteriori,prohibitas eſſe præfatas amplas donationes,& poſſe, in iudicio,& Foro cōtentioſo, irritas decerni: tamen in practica numquam vidi contrarium obſeruari. & ſic text. ille tantùm procedit quoàd Forum interius. Vel dic ſecundùm Rodrig. verbo Limoſna. cap. 200. concluſ. 6. per illum Canonem tantùm prohiberi donationes in Foro exteriori,non tamen irritari in Foro conſcientiæ; nec per eam prohibitionem impediri tranſlationem dominii.

Sed hoc eſt gratis dictum, & contra verba,& mentem Concilii, vt copioſè trademus verbo Teſtamentum. Differentia 11. Nec benè applicat quamdam doctrinam Soti, de qua verbo Lex. Diff. 8. quia illa habet locum in bonis, quorum diſponentes de ipſis, ſunt domini. At Epiſcopi, & Beneficiati,non ſunt domini bonorum Eccleſiaſticorū, vt ſunt ſeculares,ſuorū. Si enim Epiſcopi, & Beneficiati eſsēt veri domini, vt ſunt bonorū patrimonialiū; aut liberam haberent adminiſtrationem fructuum Beneficiorum ſuorum (vt diffuſè Soto loco ſuperiùs citato, & alii probare nituntur) profectò non ita ſtrictè interdiceret Concilium pręfatis Epiſc opis, & Beneficiatis,

Digitized by Google

ne ex dictis fructibus, conſanguineos, familiaresvè ſuos ditarent: nec præciperet vt ſi pauperes ſint, eis vt pauperibus ex illis diſtribuant. Et nota verbum (diſtribuant) quod denotat, & præſe fert officiũ diſpenſatoris bonorum alicuius. Et cuius ſint hæc bona, ſatis apertè idem Canon docet, dicens eſſe Dei.

Quare pręſens hæc differentia ſolummodò fundatur in vſu, ſeu potiùs abuſu, qui in hoc inoleuit, vt etiam in Foro exteriori, tales donationes tolerentur. Sed non ſic quoàd Deum. Et memini à quodam Epiſcopo Hiſpano emptam fuiſſe quãdam villam, & in ea erexiſſe maioratum de bonis ſui Epiſcopatus; & à bonæ memoriæ Domino D. Philippo Rege noſtro huius nominis 2. prædictam villã ab eo ablatam eſſe, & ſibi adſciuiſſe, ſeu confiſcauiſſe. Et credendum eſt id feciſſe, habita priùs licentia à Papa, & cum eius authoritate.

Vnde in hoc ſequor opinionem Fr. Ludouici Lopez, qui in ſuo Inſtructo. Confeſ. 1. parte cap. 143. victus præfato Canone Concilii, fatetur donatarios talium bonorum teneri ad eorum reſtitutionem. Idem etiam tenent Silu. verbo. Clericus. 4. quæſt. 11. & q. 20. & alii citati dict. Diff. 11. Vide in confirmationem prædictorum, notata verbo Beneficiatus. Differentia 5.

Prętereà obſerua, dum Conciliũ id quod interdicit, probat authotitate Canonum Apoſtolorum 59. & 75. innuere naturam horum fructuum Eccleſiaſticorum non fuiſſe immutatam ob illam diſtinctionem dictorum bonorum in quatuor partes, & aſsignationem duarum partium Epiſcopis, & Clero factam: neque ob conſuetudinem poſteà inductam diſponendi de ipſis, ſicut de patrimonialibus. in quo magnam vim faciebat Soto.

Quare abſq; hęſitatione cõcludẽdũ eſt pręfatas amplas donationes factas conſanguineis, vel aliis ex ſolo affectu carnali, ad eorum ſtatum augendum, eſſe coram Deo irritas, & nullas: non obſtante dicta diuiſione bonorum, & conſuetudine generali. & conſequẽter peccare mortaliter eas faciẽtes; & donatarios teneri in conſcientia ad bonorum datorum reſtitutionem. Quia Eccleſiaſtici non ſunt verè domini, nec habent liberum ſuorum redditũum dominatũ vel ſolutam adminiſtrationem, niſi in hoc quòd poſſunt eos impendere in hoc, vel illud opus pium, quod ipſi voluerint.

SVMMARIVM.

1 *DONATIO excedens 500. aureos ſine inſinuatione, non valet in Foro externo, benè tamen in Foro interno.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 DOnatio facta vltra 500. aureos ſine inſinuatione, in Foro externo nõ valet, l. penult. C. de Donatio. l. 9. tit. 4. Part. 5. & in Regn. Portug. lib. 4. Ordin. tit. 62. Anto. Gom. de Cõtract. c. 4. n. 6. Iul. Clar. de Dona. q. 17. Tho. Ferar. Cautel. 33. etiam ſi inſinuationi expreſsè renuncietur. Cõmunem dicit Anto. Gom. vbi ſup. n. 7 in fi. ſequitur Guido Papa Conſi. 33. & Pinel. relatus à Rebel. de Oblig. Iuſt. 2. par. lib. 18. q. 6. n. 6. niſi cum iuramento inſinuationi renunciaretur. Paul. in l. Si quis pro eo. ff. de Fideiuſſo. Iul Clar. ſup. q. 18. communẽ dicit Corne. Cõſi. 69. lib. 2. & alii citati tom. 2. Cõmu. opin. lib. 8. tit. 32. n. 138. cũ ſeq. Intellige tamẽ, Primò nõ valere in eo quod dictã ſummam excedit, vt dicit l. Sãcimus. C. de Dona. & di. l. 9. Partitæ in fi. tradunt Guid. Pap. Conſ. 214. n. 5. & communiter omnes. Secundò intellige dictos. 500. aureos, ſecũdùm valorem tẽporis Iuſtiniani Imperatoris; qui modò ob abundantiã auri, valebũt ſecundùm aliquos 700. aureis. vt cõmunem ait Bellon. Conſ. 3. nu. 14. & ſecundùm alios 800. vel mille, vt per Dueñas Reg. 223. aliàs 224. limitat. 19. in fi. & Gabriel de Dona. cõcl. 1. n. 58. quos refert, & ſequitur Rebel. de Oblig. Iuſt. lib. 18. dict. quæſt. 6. num. 5. Vide ad idem Iul. Clar. d. §. Donatio. quæſt. 15.

In Foro

Digitized by Google

In Foro verò conſcientiæ, pręfatus exceſſus poteſt retineri etiam ſine inſinuatione; dum modò fiat particularis cõdonatio poſteà de eo, per donatorem, vel eius hæredem; quia hoc non prohibetur per vllam legem. Quod confirmatur per d.l.Sãcimus. §.Si quis autem per diuerſa.C.de Dona. vbi probatur quòd licèt donatio vltra 500.aureos, ſine ſcriptura, non valeat: ſi tamẽ quis diuerſis temporibus plures faciat, & ſingulæ non excedant dictam ſummam, validæ erũt; & ſic poteſt de nouo ille exceſſus donari, ſeu remitti. Communem dicit Gom.& Rebel.ſup.nu.8.& quæſt.8.nu.2. & facit l. Si mulier.ff.de Condic.cauſ.dat. vbi idẽ eſt remittere, quod donare. Quin immò etiãſi non fiat prædicta condonatio ſpecificè; nihilò minùs prædictus exceſſus poterit à donatario retineri in conſciẽtia, dùm à donatore non repetitur. argumento eorum quæ dicemus verb.Reſtitutio.Dif.15.Quãuis enim illa donatio, quoad exceſſum, ſit irrita, & nulla, ne dum in Foro iudiciali, per iura ſuperiùs citata, ſed etiam in Foro animæ, etiam ſi nulla fraus in ea interuenerit. quippe non ſolùm prohibetur ad fraudes vitandas, ſed etiam ob bonum publicum. expedit enim Reip. ne quis prodigaliter rebus ſuis vtatur, vt poſt Bal. notat Gom. ſuprà, & conſequenter obligat eius prohibitio in vtroque Foro, per ea quæ reſoluimus verbo Lex.Diff.8. Quia tamen dominium dicti exceſſus, non tollitur à donatore, ſed penes ipſum manet: poteſt vtique tamquam de re ſua, facere gratiam ipſius eidem donatario, tamquam capaci, & habili ad ipſum retinendum: quæ quidem gratia, & condonatio, tacitè præſumitur, dum exceſſum non vult repetere; vel ſaltẽ pręſumendum eſt, eſſe de eius voluntate, vt donatarius eo vtatur, dùm eum non repetit. Qua præſumptione ſtante, ſecurus eſt donatarius, in Foro animæ, ipſum retinendo, per not.dict.Diff.15.Faciunt not. verb. Debitum. Differen.3.& ita tenet Lop.poſt. Fr.Ioſeph.2.par.c.27.quæſt.1.pag.155.& Rebel.vbi ſup.queſt.8.n.3.& lib.8.q.7.n.3. Adeò vt in conſcientia putet d.q.8.n.7.nõ poſſe donatorẽ, ſeu eius hęredẽ agere, in Foro externo, ad exceſſus repetitionẽ. Quod nõ placet in hoc ſecũdo caſu, per ſup.dicta.

Quibus attentis, conſtat deciſionem d.l. pen.C.de Donat.facilè poſſe deludi. Nam primò apponendo iuramẽtum, ceſſat pręfata diſpoſitio. Vt cõmunem tradũt plures in d.2.tom. Cõmu.opi.loco ſuperiùs citat. Secundò, faciendo de nouo donationẽ, vel remiſſionẽm de illo exceſſu. Tertiò, non curando de illo repetẽdo. Quamuis in hoc vltimo caſu, non eſſet ſecura, ſeu perpetua retentio, quia hæres poſſet repetere dict. exceſſum poſt mortem donatoris.

SVMMARIVM.

1 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, non valet in Foro externo; benè tamen in Foro conſcientiæ. & declaratur.*

DIFFERENTIA NONA.

1 Donatio omniũ bonorum præſentiũ, & futurorũ, tamquã contraria bonis moribus, nulla eſt, & inualida, l.Si libertus. §.Si quis plures. ff.de Iure pat.l.Omnes.§.Lucius. ff. De his quæ in fraud.cred.l.1.C. Vt actio.ab hæred. & cõtra hæred.dicit cõmunẽ (vbi latè) Iul. Clar.§.Donatio.q.19. docent communiter DD.in l.Stipulatio hoc modo concepta. ff. de Verb.oblig.& in l.fin.C.de Pact. Socin. Regu.108. Dueñas Reg.219. Villalobos Cõcluſ.136.litera D. adeò vt iuramẽto nõ firmetur, per Regul. Nõ eſt obligatorium. de Reg.iur.lib.6. Si enim eſt cõtra bonos mores, quia tollit teſtandi facultatem, cùm nemo ſit tunc, qui velit eſſe hæres ſine vllo cõmodo: meritò talis donatio iuramento firmari nequit; ſecũdùm Rip. Reſpõ.3.n.1. & 2.tit.de Donis, & gratiis perficien.& reuocan.pag.84.poſt Bart.d.l.Stipulatio hoc modo. Panor. Conſi.48.n.2.vol.2.Iul.Clar. vbi ſup.q.20.Pau.Pariſ.Cõſ.26.n.59.& 60. vol.2.& alii citati tom. 2. Commu.opi.lib. 8.tit. 32.de Donat. num.192.& 205. Tale etiam iuramẽtum cenſetur factum in fraudem legis prohibentis talem donationem;

Digitized by Google

ideò ſeruandum non eſt. & hanc dicit eſſe magis veram, & communem opinionem Zaſi.dict.l.Stipulatio hoc modo.n.52.Soci. iun.Conſ.44.nu.35.vol.3.& Crauet. Conſ. 139.num. 9. vol. 1.Quicquid alii teneant; quibus ſatisfacit Alex.d.l. Stipulatio. nu.7.

In Foro verò conſcientiæ, talis donatio valet,& tenet, ſecundùm Rebel.de Oblig. Iuſti.2.par.lib.18.quæſt.8. nu. 1. Ait enim ſi nulla concurrat vis, nec fraus, nec iniuria creditorum,nec aliquid aliud,per quod aliquod præiudicium fiat alicui;nec etiam donator remaneat in penuria, & paupertate ad ſe alendùm; his ceſſantibus,arbitrari ſe, non peccare mortaliter donatorem faciendo talem donationem, vel eam iurando; nec ſimiliter donatarium eam acceptando, licèt venialiter peccauerint, contrauueniendo legi prohibenti tales donationes;& cõſequenter non teneri donatarium in conſciẽtia ad reſtituendum dicta bona, quamdiu donator in eadem voluntate perſtiterit; cùm volenti, ac conſentienti non fiat iniuria;nec ſit obtrudendum quod non vult accipere, licèt iure poſsit. Nota hoc dictum, quia ſingulare. Faciũt notata verb. Debitum. Differentia 5. in fine, & verbo Hęreditas.Dif.5.&verb.Reſtitutio.Dif.14. Ego verò non arbitror poſſe ſimpliciter cum eius opinione,pro vt iacet,tranſiri.Nã primam partem,qua habet non peccare letaliter contrauenıendo præfatæ legi, etiam cum iuramento, falſam eſſe cẽſeo. Si enim talis donatio eſt contra bonos mores, ita vt iuramento firmari non poſsit; & conſequenter lex quę ipſam prohibet, eſt iuſtiſſima, & in re graui diſponens: neceſſariò fateri debemus, teneri vnũquẽq; ſub p.m. ad eius obſeruantiã, per notata verb.Ignorantia. Diff.2.& verb.Lex.Differ.8.num.6. Alteram verò partẽ, qua habet non teneri in conſciẽtia ipſum donatarium ad reſtitutionem,dum donator perſiſtit in eadem voluntate, cenſeo veram eſſe, per rationem quam ſupra retulimus, & per ea quæ Diff. præcedente tradidimus.

SVMMARIVM.

1 *DONANS Eccleſiæ,vel monaſterio,omnia bona ſua, retento ſibi vſufructu; ſi poſteà filios habeat, an reuocetur donatio.*

DIFFERENTIA DECIMA.

1 DONANS Eccleſiæ,vel monaſterio, omnia bona ſua, retento ſibi vſufructu; ſi poſteà habeat filios, nõ reuocatur donatio in totum, ſed tantùm quantum ad eorum legitimam. Itaq; non tenetur Eccleſia,ſecundùm Forũ iudiciale,reſtituere niſi tantùm legitimam. argum.l.Si totas.C.de Inoffi.teſtam. vbi donatio omnium bonorum, facta filiis emancipatis,per patrem credentem alios filios non habiturũ; reuocatur tantùm quoàd legitimam. Vnde cùm Eccleſia, ſiue monaſterium habeatur loco filiorum,vt in Auth. Si qua mulier. C.de Sacroſan. Eccleſ.cap.Si qua mulier. 19. q. vlt. meritò donatio ſibi facta,debet tantùm reuocari quoàd legitimam, per ſuperuenientiam filiorum. & ita tradit Bar.in l. Titia. la 2. §. Imperator. de Lega. 2. Abbas in cap.fin. col. 3. de Dona. dicit communem Fortun. Garcia de Vlti. fine, Illatione.16.numero.189.

In Foro verò conſcientiæ, non poteſt aliquid Eccleſia penes ſe retinere, ſed tenetur omnia bona reſtituere filiis poſteà natis,vt docet D.Aug.in c.fin.17.quæſt. 4. Et hoc propter prę́ſumptam intentionem donatoris,ſeu veriùs propter defectum voluntatis,& intentionis;quia certum eſt,vel ſaltẽ id præſumere debemus ſi filios habuiſſet, dictam donationem non feciſſe. Nec facere debuiſſet; quia ordinata charitas incipit à ſe ipſo, cap.Eſtote. de Reg. iur. docet Bal.in l.Si vmquam. C. de Reuo. dona. Paul.dict.§.Imperator.& probatur in d.l.Si umquam. quin immò, & in Foro iudiciali idem ſeruandum erit, ſecundùm Fortun. Garciam,vbi ſuprà num. 193.contra communẽ Legiſtarum. Sed tu tene cum communi,& ſecundùm prę́fatam differentiam ſuperiùs traditam.

ELE-

Digitized by Google

ELECTIO.

SVMMARIVM.

1 *ELECTIO de digno, omiſſo digniore, quoàd Prælaturas, valet, & non punitur talis electio in Foro exteriori, benè tamen in Foro pœnitentiæ.*

2 *Eligentes minùs dignum relicto digniore, licèt peccent; non tamen tenētur ad aliquam reſtitutionem.*

3 *Eligentes indignum, vltra peccatum, tenētur ad reſtitutionem omnium damnorum conſecutorum.*

4 *Confirmantes indignum, ad idem tenētur.*

5 *Eligentes indignum ignoranter, ſed facta priùs debita diligētia, & inquiſitione, excuſantur à peccato, & reſtitutione. Secùs ſi eam omiſerunt.*

6 *Eligentes tenentur habere plenam notitiam de eligendo.*

7 *Indignus, ſi ſe non obtulit officio, non tenetur, niſi de dolo, & lata culpa.*

8 *Eligentes indignum, quando teneantur ad damna, etiam ex leui culpa ſubſequuta.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 ELECTIO facta de digno, omiſſo digniore, quoàd Prælaturas valet, & ſufficit in Foro exteriori. cap. Cùm olim. cap. Cùm dilecti. cap. Cùm inter Canonicos. de Elect. gloſſa penult. in cap. 2. de Offic. cuſtod. gloſſa, verb. Præſtantior. in cap. Licet. 8. quæſt. 1. & in cap. Conſtitutis. verb. Vtilem. de Appellation. D. Tho. 2. 2. quæſt. 63. art. 2. ad tertium, Silu. verb. Electio. 1. quęſt. 16. & verb. Acceptio perſonarum. quæſt. 4. Soto lib. 3. de Iuſti. quæſt. 6. art. 2. Cōcluſione 8. dicit communem Couar. in regul. Peccatū. 2. part. §. 7. num. 3. Dida. Perez. in l. 2. tit. 6. lib. 1. Ordin. in gloſſa 1. Peralta, & Meneſ. in l. Cùm quidam. num. 18. ff. de Legat. 2. Idque ſtatutum eſt, propter tranquillitatem, & pacem Reip. Aliàs daretur occaſio ad multas lites, & quæuis electio poſſet impugnari, & calumniam pati. Propter quam rationem ne dum in Foro exteriori, ſed etiam in Foro conſcientiæ valet electio digni, relicto digniore, vt eſt communis opinio, ſecundùm Couar. vbi ſuprà. num. 3. & 4. Eſt tamen magnum diſcrimen inter vtrumque Forum in hoc. nempe in Foro exteriori, non punitur relinquens digniorem: in Foro tamen animę punitur, quia peccat mortaliter, vt probat Concil. Trid. ſeſſione. 24. cap. 1. de Reformat. Ibi, *Eoſque alienis peccatis communicantes, mortaliter peccare, niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint.* Et cap. 18. verſ. Peracto. eadem Seſſione. & docet D. Tho. in dict. art. 2. & Quodlib. 8. art. 6. Rochus verb. Honorificum. num. 42. Sot. vbi ſup. concluſione 9. Silu. & Couar. vbi ſuprà. Nauar. in cap. Si quando. de Reſcript. exceptione 16. nu. 2. & 3. Ant. Abb. Præp. & Fel. in dicto cap. Conſtitutis 2. de Appellat. Palat. Rub. in Repet. cap. Per veſtras de Donation. inter vir. & vxor. col. 355. facit tex. in cap. penult. de Elect. lib. 6. & probat latè Rebel. 1. par. de Obliga. Iuſtitiæ. lib. 3. quæſt. 4. nu. 11.

Sed aduerte dupliciter poſſe quem dici meliorem altero: vel ſecundùm ſe, & ſimpliciter; vel in ordine ad bonum commune. Secundùm ſe, vt quia vnus eſt magis ſanctus, vel magis doctus, quàm alius. In ordine verò ad bonum commune, poteſt minùs ſanctus, vel minùs doctus, dici melior doctiore, & ſanctiore, quia ſcilicet eſt magis induſtrius, aut magis potens ad defendendum iura Eccleſiæ; vel quia cum eo erunt ſubditi magis pacifici, & magis hilares, & conſolati, & conſequenter erit vtilior. Vt ergo eligens non peccet mortaliter, ſufficit quoàd Forum conſcientiæ, eligere meliorem, vel ſecundùm ſe, & ſimpliciter,

pliciter, vel in ordine ad bonum commune. Ita ſingul. D.Tho. d.quodlibet.8.art.6. Silu.dicta quæſt. 4. & D. Ant. 2. part. tit 1. cap.20.§.1. Adde Nicol. Lyranum. ſuper. cap.vlt.Ioan.in gloſſa *Diligis me.* vbi dicit illum eſſe digniorem, qui excuſsis omnibus conditionibus, melior eſt ad tale officium, ad honorem Dei, & Eccleſiæ vtilitatem, ſecundùm iudicium eligentis.quæ eſt optima regula pro ſecuritate multarũ conſcientiarum timoratarum, quam amplecti videntur noſtra ſtatuta.2.par.cap.2.§. 9. ibi *Quem ipſi in ſua conſcientia credãt*, & §.28. ibi, *Quem ſecundùm Deum, & conſcientiam iudicauerint vita, ſcientia, & ætate, &c.*

Sunt tamen aliquę cauſæ excuſantes à peccato eligentes minùs dignum, dummodò ſit dignus. Primò, ſi minùs dignus ſit iam expertus, & diſertus circa prælaturam, & dignior inexpertus, ſecundùm Rodrig. in ſumma. 1.part.cap.106.num.5.

Secundò, quando magis dignus, eſt implicatus negotiis externis, vel non ita reſidentiam faciet, ſicut minùs dignus, ſecũdùm eumdem Rodrig. ibidem cap. 108. num.5.

Tertiò, quando magis dignus eſt de alia domo, vel Eccleſia, ſecundùm gloſſam 1. in cap. Licet.8.quæſt.1. Pet. à Nauar. poſt Sot. tom.1.lib.2.cap.2. num. 166. & Rodrig.vbi ſuprà.num.8.

Quartò, quando video maiorem partem eligentium inclinantem in minùs dignum. Tunc ne videar ſingularis, & etiam quia turpis eſt pars, quę non congruit toti, & ſe ei non conformat: poſſum dare ſuffragium minùs digno. Ita Silu.verb.Electio.3. q. 2. & Caiet.eodem verb.& Salõ de Iuſt.quęſt. 63.art. 2. col. 1004. vbi dicunt poſſe à me eligi minùs dignum, quando eſt magis acceptus conuentui.

Quintò, quando ex tribus concurrentibus, ſcilicet magis digno, digno, & indigno; eligitur indignus, ſi pro digno ſuffragium non do. Tunc poſſum, immò debeo omittere magis dignum, ne indignus eligatur. Sic poſt Sotũ dicto art.2. docet Pet. à Nauar. vbi ſuprà, num. 159. & Pater Sa verb.Electio.num.9.

Sextò, quando exceſſus non eſt notabilis, & manifeſtus. Ita Pet.à Naua. vbi ſuprà numero 162. & Sot. dicto art. 2. limit. 2.

Septimò, cùm dignior præeſſet alteri Eccleſiæ, & eſſet poſtulandus. ſentit Sot. dict. art. 2. fol. mihi 91.col.2.

Octauò, cùm eligitur Prælatus Regularis, non habens ex electione beneficium, ſed tantùm onus, & officium; vt ſunt noſtri Prioratus, & Prioratus Dominicanorum, & ſimiles. Ita ſingulariter Caiet.verb. Electio Prælati. & facit Concil. Trid. Seſſione 7. cap. 3. vbi ſufficit eligere dignum ad curata inferiora. Vnde quod dicitur Seſſione 24. cap. 1. intelligitur de Electione Epiſcoporum, & aliorum Superiorum. Sed contra Caiet. ſunt noſtra ſtatuta. 2.part.cap. 2. & §. 28. vbi dicitur quòd ſub pœna. p. m. tenemur eligere, quem ſecundùm Deũ & conſcientiã iudicauerimus vita, ſcientia & ætate, aliiſque debitis qualitatibus eſſe magis aptum, & idoneum, &c.

2 Pręterea eſt obſeruandum, eligentes dignum, relicto digniore, licèt peccent mortaliter extra præfatos caſus exceptos (vt prædictum eſt) non tamen teneri ad vllam reſtitutionem damnorum, per dictũ electum forſan datorum. Ita colligo ex notatis per Couar. vbi ſuprà, num.6. ad finem, quatenus dicit cõferentes Magiſtratus dignis, relictis dignioribus, nullum damnũ inferre communitati, ſeu Reipub. nec ex tali electione vllo modo lædi. Licèt enim, inquit, fuiſſet ſibi meliùs proſpectum, dãdo ei meliorem: attamen nullum ei infertur damnum, nec iniuria, dando ei dignum. Ex quibus verbis ſequitur ad nihil teneri, quoad reſarcienda damna, eligentem dignum, relicto digniore. & ita tenet in terminis Sot. lib 4. de Iuſtit. & iur. quæſt.6.art. 3. concluſ.2. Mercad. de Reſtitut. cap. 17. verſ. *Todo eſto*, & Pet. à Nauar. dicto cap. 2. num. 138. & 143. & 155. & Rebel. vbi ſuprà. num. 1. & meliùs. quæſt. 5. à num. 1. Naua. cap. 17. nu. 74.

3 Eligentes autem indignum, vltra peccatum mortale, tenentur ad reſtitutionem omnium damnorum; quia ipſis imputantur omnia mala tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus, quæ illum facere, & pati contigerit, occaſione talis in ordinatæ electionis. Verba ſunt expreſſa, in cap. 2. noſtrorum ſtatutorum §. 8. & ſatis id probat Concil.

Digitized by Google

Concil. Trid. dicto cap. 1. Seſsione 24. & docet Couar. dicto. §. 7. num. 2. & Nauar. vbi ſuprà nu. 2. & 3. vbi addit quòd etiam
4 Cõfirmatores, confirmantes ſcienter indignum, tenentur ad omnia damna. Idem docet Rodrig. verb. Election. cap. 107. nu. 5. in fine. Et quoàd peccatum, idem tenet Rodrig. poſt Nauar. cap. 106. num. 5. in fine. Attamẽ verum eſt maiorẽ diligentiã fieri debere ab eligentibus, quàm à Confirmatoribus, vt ex Mercad. docet Pet. à Nauar. dicto lib. 2. cap. 2. num. 156. Nam ſufficit Confirmatoribus, vt electus ſit dignus, vt patet ex noſtris ſtatutis dicto cap. 2. §. 38. electoribus autem non ſufficit, vt ſit dignus, niſi in caſibus ſuprà notatis.

5 Secundò eſt obſeruandum eligentes bona fide indignum, putãtes dignum (vt quia eſt ignotus, & alterius domus, vel prouinciæ) ſi quidem ante electionem fecerunt debitam diligentiam, informantes ſe de perſonis fide dignis circa perſonam, & merita electi: tunc excuſationem habere coram Deo, tam de peccato, quam de reſtitutione damnorum. Si verò improuidè ipſum elegerunt, abſque debita diligentia, & inquiſitione, non requirentes de eius perſona ab his per quos certificari poterant: tunc peccant mortaliter, & tenentur, in vtroque Foro, ad reſtitutionem damnorum; per cap. Bonæ memoriæ. 2. & ibi notat Abb. de Poſtulat. Prælat. & per cap. Miramur. 61. diſt. Et ratio eſt, quia talis ignorantia eſt craſſa, & ex lata culpa proueniẽs, & ideò non excuſat, vt dicit gloſſa, verb. Ignorantiam. in cap. Innotuit. de Elect. & docet expreſsè Pet. à Nauar. dicto cap. 2. num. 155. & 162.

6 Ex quo infert Silu. verb. Electio. 1. quæſt. 16. teneri in conſcientia eligentes habere plenam notitiam de eligendo. pro quo facit Pragmatica Sanctio tittul. de Elect. §. Et quoniam. vbi dicitur qui doloſè, vel negligentes, ac timore Domini poſtpoſito in electione, ſeu collatione, ſe geſſerint; ſicut authores ſunt in cauſa malorum paſtorum: ita participes fieri pœnarum, quas ipſi mali paſtores in diſtricto iudicio patientur. refert, & ſequitur Nauar. in dict. cap. Si quãdo. de Reſcript. Except. 11. Horrenda quidem, & timenda ſententia hæc eſt; quam vigilanter attendant Electores, & Collatores Beneficiorum.

7 Tertiò eſt obſeruandum, quando eligitur indignus, ſi ſe non obtulit officio, non teneri, niſi de dolo, & lata culpa, per ea quæ diximus ſub verb. Damnum. in Diffe-
8 rent. 1. numero 7. Eligentes tamen ipſum tenentur ad damna, etiam ex leui culpa illius, illata. Ita ſingulariter tenet Silu. verb. Reſtitutio. 3. quæſt. 5. in 2. dicto. Quod quidem Caiet. eodem verb. in 1. §. Attende. limitat, ac reſtringit, ad eos tantùm qui fuerunt cauſa, vel concauſa talis electionis: nõ tamen procedere, nec eſſe verum in aliis eligentibus, qui conſentiunt maiori parti, & ſic non ſunt cauſa, nec concauſa; vt quãdo vota ſunt aperta, & quis conſentit, quãdo iam per alios, qui ſunt maior pars eligẽtium, eſt quis canonicè electus. quem ſequitur Naua. cap. 17. num. 21. Rodriguez. verb. Hurto. cap. 152. nu. 11. Lopez. 1. par. cap. 100. Graffis. lib. 2. cap. 127. nu. 15. Cenedo 1. part. Collect. 120. nu. 2. vbi plures citat, & Pet. à Naua. 2. par. cap. 4. nu. 33. & 34. vbi nu. 35. & 36. hoc limitat quatuor modis, ſcilicet ſecùs eſſe vbi vota ſunt ſecreta, vt in electionibus Priorum, & Abbatum. Item fallere in votis prioribus. Itẽ in poſterioribus, ſi priora ſunt reuocabilia. Item denique ſi vltimum ſufragium cauſa fuit, vt citiùs vel acriùs iniuſta electio executioni mandaretur. In his enim caſibus, non excuſantur à reſtitutione damnorum, per electum indignum datorum, dãtes ſua ſuffragia indigno, licèt ſciãt maiorem partem Capituli, ſeu Conuentus illum electuram.

SVMMARIVM.

1 PATRONVS laicus non tenetur præſentare digniorẽ. Secùs ſi ſit Eccleſiaſticus.

2 In Foro verò conſcientiæ, etiam laicus tenetur præſentare digniorem.

3 Reges, & alii Domini terrarum tenentur nominare ſub p.m. ad munera Reip. digniores. non tamẽ ad aliquã reſtitutionẽ tenẽtur.

4 In prouiſionibus Parochialiũ eligendus eſt neceſſa-

neceſſariò dignior. aliàs vltra p. m. reuocabitur in Foro contentioſo nominatio digni, relicto digniore. In Foro verò conſcientiæ valet, & tenet.

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 PATRONVS laicus in Foro exteriori non tenetur pręſentare ad Beneficia, etiam curata, digniorem, ſed ſufficit vt ſit dignus. Ita probat tex. in cap. Monaſterium. 16. quæſt. 7. & Concil. Trid. Seſsione 25. cap. 9. ibi, *Adhęc liceat Epiſcopo pręſentatos à patronis, ſi idonei non fuerint, repellere.* Melior tex. Seſſione 24. cap. 18. vbi Concilium facit differentiam inter patronos Eccleſiaſticos, & laicos, vultquè vt Eccleſiaſtici teneantur præſentare digniores; laici verò, ſi præſentauerint idoneos, admittantur. & ita docet poſt Lambert. Coua. in Regul. Peccatũ. §. 7. num. 5. Nauar. Conſil. 5. num. 2. & Conſil. 6. num. 2. de Iure patron. Pet. à Nauar. poſt alios lib. 2. cap. 2. num. 150.

2 Quæ differentia poſita à Concilio, quantum attinet ad laicos, intelligenda eſt permiſsiuè poſita, non approbatiuè. Nam in Foro conſcientiæ, nulla eſt diſtinctio inter patronum Eccleſiaſticum, & laicum; quia vterque tenetur eligere digniorem, vt probat idem Couar. loco ſuprà citato, poſt Feder. de Senis Conſil. 95. Idem tenet Rebel. de Obliga. iuſt. 1. par. lib. 3. quæſt. 4. nu. 5. & 6. quidquid contra teneat Lamberti. de Iure pat. 1. parte quæſt. 10. & Pet. Toleta. lib. 2. de Reſtitutione. c. 2. nu. 150. Conciliũ enim (vbi ſup.) ſolùm voluit dare patronis laicis electionem, decernens ad eos, & non ad Epiſcopos ſpectare eligere inſtituendum: non tamen ex hoc eis conceſsit facultatem eligendi minùs dignum, relicto digniore, cùm id ſemper vergat in detrimentum Eccleſiæ. Vnde cũ electio ad epiſcopos non pertineat; tenentur admittere quemcũque patroni elegerint; dummodò ſit dignus. Quæ confirmãtur ex traditis per idẽ Concil. dict. Seſſione 24. cap. 1. vbi dicitur peccare mortaliter habentes ius ad præſentandum ad Cathedrales, ſi elegerint minùs dignum, & non digniorem, & ſic obligat Reges ſub. p. m. ad præſentandum digniores.

3 Idem quod diximus circa pręſentationes ad Beneficia, dicendum eſt circa nominationes, & collationes aliorum munerum, & officiorum Reipub. Vnde Reges, Pręlati, Domini terrarum, & alius quilibet diſtributor, & collator Beneficiorum, Magiſtratuum, Epiſcopatuum, Iudicum, & aliorum munerum Reip. vel Eccleſiæ, tenentur in Foro animæ, ea cõferre dignioribus, & vtilioribus Eccleſiæ, vel Reip. ſub pœna mortalis peccati, licèt ad nullam reſtitutionem teneantur, ſi contrafecerint, cùm nihil ademerint digniori, vt docet Couar. ſuprà dicto §. 7. nu. 6. & Sot. lib. 5. de Iuſtit. & iur. quæſt. 6. art. 3. ad ſextum.

In Foro verò exteriori, ſufficit præfatis eligere, nominare, & conferre prædicta munera, & officia publica, vel Beneficia perſonis idoneis, ac dignis, relictis dignioribus. Nec de hoc cõqueri poteſt dignior, aut ſaltem non reuocaretur electio, nominatio, vel collatio facta digno, vt docet idem Couar. dicto num. 6. ad fin. quia eo caſu nullum damnum Reip. vel Eccleſiæ infertur, ex quo eis digni miniſtri exhibẽtur.

4 Vno tamen caſu cõqueri poteſt dignior, & reuocaretur collatio facta digno, relicto digniore, in vacationibus ſcilicet, ac prouiſionibus Beneficiorum, curã animarum habentium, quæ fiunt, mediante concurſu, ex noua Extrauag. Pii Quinti, circa hoc edita. In Foro tamen conſcientię, valet talis nominatio digni, relicto digniore. Et ſic non tenetur electus, & prouiſus illi renunciare, donec per ſententiam ad id compellatur. Non enim quis debet eſſe examinator ſui. arg. eorum quę trademus. verb. Iudex. Different. 9.

Supradictis adde Pala. Ruui. in Rep. cap. Per veſtras. de Donat. inter vir. col. 356. vbi poſt Bal. in l. Id quod pauperibus. quæſt. 22. C. de Epiſcop. & Cleri. tenet etiam in executore dato ad eligendũ pauperes, vel feminas ad maritandum, ſeruandam eſſe prædictã differentiam, quia non ſatisfacit in Foro poli, eligendo idoneum pauperem

ſeu

Digitized by Google

ſeu feminam quamcumque, ſi alius vel alia eſt pauperior. Ratio eſt; quia tunc talis fungitur munere diſtributoris: at iuſtitia diſtributiua læditur, niſi pauperior eligatur. quod tempera, niſi exceſſus ſit paruus, per not. per Soto. lib.3. de Iuſti. quæſt. 6. art. 2. concluſione 9.§.At verò antequam. Nec puto contra facientem in hoc vltimo caſu, peccare niſi venialiter.arg.eorum quę docet idem Soto loco ſupra proximè citato ad fi. vide not. ſuprà Differentia pręced.nu.2.

SVMMARIVM.

1 PATER *melioraus filium minùs dignum, an ſit tutus in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 PATER meliorans filium minùs dignum in tertio, & quinto, ſecundùm leges Regni Caſtellæ, in Foro exteriori, ad nihil tenetur, ſed valida omnino eſt prædicta melioratio, nec vllo modo reuocari poteſt à filio magis digno, & benemerito, per notata ſupra in Differentia pręced. & probat l. 9. tit. De las demandas. lib.3.Fori legum.

In Foro tamen conſcientiæ, ſecùs eſt; quia nedum peccat pater meliorando filiũ minùs dignum, relicto digniore: ſed & filius melioratus, bona prædicta fratri digniori reſtituere tenetur. Ita Palatius Rubios in repet. cap. Per veſtras.notab.3. §. 26. in princip. & Ludou. Gom. in cap. 2. de Conſtit.lib.6.num.23.

Sed reprobantur à Couar. in regul. Peccatum. 2.part. §.7. num. 7. Idemque tenet Naua. cap.26.nu.37. Cùm enim talia bona non ſint debita vlli filio in particulari, immò ſint in libera diſpoſitione patris (lege id permittente) nulla eſt ratio, quæ cogat patrem ad eligendum magis hunc, quàm illum, licèt de benè eſſe, & honeſtate, meliùs faceret eligendo digniorem, vt ſic filii prouocarentur ad virtutem, & obedientiam parentum. argumento l. Feminæ. C. de Secun. nupt. & probat gloſſa notab. in l. Ex facto. §. Si quis rogatus. in 2. ff. ad Trebel. & l. 18. Tau. & l. 6. tit. 6. lib. 5. Recopil. quę permittunt parentibus beneficium hoc meliorationis in quolibet ex filiis, aut nepotibus. Pro quibus faciunt not. per Soto lib.3. de Iuſti. quæſt.6. art. 2. §. Mox alia. cum ſeq. & §. Quintum autem.

Nec obſtant proximè dictis quæ reſoluimus in Differentiis præcedentibus. Nam ibi egimus de electione perſonarum ad munera communia Eccleſiæ, vel Reip. gubernanda, & perfruenda, cum onere publico, eiſdem iniungendo perſonis, in bonum, & vtilitatem publicam. At hic agimus de bonis liberis particularis perſonæ, diſtribuendis, vel dandis ſine vllo onere, ſaltem publico, quæ ea ratione qua ſunt propria, & libera, poſſunt ad libitum donari; & de ipſis, domini eorũ liberè diſponere; modò nihil contra leges agant.

Sed contra hoc faciũt quę dicemus. verb. Poſſeſſio. Differentia 4. per quam redditur dubia reſolutio, de qua hic. Quod verũ credo, quando pater facit meliorationem filio malis moribus imbuto, atque omniũ filiorũ indigniſſimo. Eo enim caſu, à culpa patrem omnino eſſe immunem, non poſſum mihi perſuadere, per ea quæ tradit gl. magna. col. 4. poſt prin. in Extrauag. 1. de Pœn. & rem. inter communes, maximè ſi ſit diſſipator, & ludis deditus, per not. Luc. 15. 13. ibi, *Diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurioſè.* Extra quem caſum, veram eſſe opinionem Couar. cenſeo. Nec eius ratio, ſcilicet in hoc nullam violari iuſtitiam commutatiuam, vel diſtributiuam, ſtringit quoàd peccatũ. Cùm etiam debitum morale (quale eſt hoc in prædicto caſu) obliget ſub pœna ſaltem peccati venialis, vt latè docet P. Ioan. de Salas de Legi. q. 96. Tracta. 14. Diſputatione 14. Sectione 2. nu. 19. & 20. loquens de obligatione, de honeſtate, quam habet Princeps circa obſeruantiam ſuarum legum. de quo verb. Lex. Differentia 11. & de aliis ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *MAIORATVM inſtituens, poteſt nominare etiam indignum in vtroque Foro, quidquid aliqui in contrarium teneant.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 HABENS licentiam à Rege inſtituendi maioratum, & eligendi vnum ex filiis quem voluerit, in Foro exteriori, poteſt nominare ſucceſſorem minùs dignum, aut minùs meritum. argumento eorum quæ notauimus ſuprà, Differentia 1.

In Foro tamen animæ, debet nominare benemeritum, ſecundùm Palat. Rub. in Repet. cap. Per veſtras. de Donation. inter vir. & vxor. notab. 3. §. 26. Et intellige benemeritum, id eſt dignum, licèt non ſit magis dignus. Itaque in hoc conſiſtit hæc differentia, videlicet quòd in Foro exteriore, poteſt inſtitutor maioratus, nominare indignum: in Foro verò conſcientiæ, ſufficit, immò & tenetur eligere dignum. Sed contrarium tenendum eſt, nimirùm nòn peccare, etiam eligendo indignum, per ea quę reſoluimus ſuprà, Differentia præced. nullam enim in hoc violat legem, quæ ipſum aſtringat, & obliget ad eligendum ſucceſſorem bonorum ſuorum perſonam dignam, ac bene meritam.

SVMMARIVM.

1 *PAPA in Beneficialibus quomodo habeat pleniſſimam poteſtatem declaratur hoc copiosè.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 PAPA licèt poſſit in Foro exteriori, ceteros Collatores inferiores pręuenire, & etiam conferre beneficiũ iam in aliquem collatum, reuocando collationem inferioris, per Clem. dudũ. §. Verum. de Sepult. quam ad hoc allegat pro ſing. Roma. Conſ. 298. Circa præmiſſam. num. 2. & pro valde ſing. Iaſ. in l. Quoties. nu. 13. C. de Rei vend. non tamen licitè id facere ſine iuſta cauſa poſſet in Foro cõſcientię. eſſet enim res ſcandaloſa. Ad quod videndus eſt Tiraq. ad leg. Connub. l. 9. num. 3. vbi dicit ſi id faceret Papa, non eſſet honeſtum, nec laudabile.

Et pro primo dicto, & pro ornatu huius differentiæ, adde cap. 2. de Præben. lib. 6. & Clem. 1. in fin. vt lite pend. quibus probatur Papam in Beneficialibus habere plenariam, & liberam poteſtatem; idque probat copiosè Feli. in cap. Quæ in Eccleſiarum. num. 39. de Conſtit. dicens communem. & ibid. Deci. col. 11. & Conſi. 125. Anto. Burgen. in Rub. de Empt. & vendi. Iaſ. dict. l. Quoties. num. 13. & in l. fin. col. pen. & vlt. ff. de Pact. & Hyppol. Sing. 25. & 634. incip. Credo te ſcire. Hinc dicit gl. 2. in cap. Si gratiosè. de Reſcript. lib. 6. in prædictis Beneficialibus quæ vult Papa eſſe pro ratione voluntatem: quam commendat ibi Domin. & Feli. in cap. fin. col. 3. de Iudi. Deci. Conſ. 436. nu. 13. & Nauar. in Repet. cap. Si quando. de Reſcri. exceptione 13. pag. 64. Dominus meus Rojas poſt alios in Epitho. ſucceſ. cap. 23. nu. 15. vbi alias ſimiles gl. refert.

Effectus huius plenariæ poteſtatis Papę in Beneficialibus, ſunt quã plures. Primò, poteſt præuenire ceteros Collatores inferiores, vt in principio huius Differentiæ diximus. Secundò poteſt ſub conditione, & ad tempus, ſicut vult, beneficia, & prælaturas conferre, vt dicit gl. ſuprà citata, dict. cap. Si gratiosè. quę in hoc, eſt multis probata, & reputata ſing. ſecundùm Feli. dict. cap. fin. de Iudi. & Naua. ſupra. ſequitur Deci. dict. Conſ. 436. nu. 13. Rebuf. de Pacif. poſſe. nu. 280. & eſt ſimilis gl. in cap. 2. verb. Incerta. de Elect. lib. 6. alia in cap. Paſtoralis. 7. quæſt. 1. & alia in cap. 1. in gl. 3. de Capel. monach. Pro quibus eſt

textus

Digitized by Google

text.expreſſus in cap. Veniens.ad fin.de Filiis Presbit. Tertiò,poteſt priuare quē Beneficio ſine cauſa, ſecundùm gl. verbo. Ad nos. in cap. Per principalem. 9. quæſt. 3. ſequitur Feli. dict. cap. Quæ in Eccleſiarū. nu.13.Hyppo.dict.Sing.634.Iaſ. in dict.l. fin. col. fin. ff. de Pact. dicit communem Ant. Burg.loco ſuperiùs citato.Pro vt fecit bonæ memorię Syxtus quintus dum ego eſſem Romę, cum quodam nobili Doctore Cęſarauguſtano. Nam contulerat in eūdem quamdam dignitatem,& poſteà precibus oratoris Regis Catholici, & ob eius gratiam,dictam dignitatem abſtulit à prouiſo, iam in Hiſpania agente. Et cùm anceps eſſet Papa,quomodo id facere poſſet, tandem conceſsit antidatam in fauorem illius in quem Rex Catholicus cōferri deſiderabat. Quod cùm pręfatus Doctor Cęſarauguſtę cognouiſſet; rediit citus Romā, cui poſteà alia dignitas fuit data in compēſationem,& ſatisfactionem ablatę.Et meritò. Nam ſecundùm veriorem opinionē, non poteſt Papa ſine cauſa quem priuare eius Beneficio, vt docet Cardi.Conſ. 142. Abb.in diſputatione Epiſcoporum, col. 8. vbi profundè Roman.Conſ. 345.Selua de Beneficio. 2. parte, quæſt. 1. per totam, maximè num.20.cum ſeq. & 6. par.quæſt. 60. Rebuf. in tracta. Nominationū. quæſt. 21. num.55.Deci. plenè diſtinguentem in cap.fin.de Confirm.vtil. Soto lib. 3. de Iuſti. quæſt.6.art.2.Naua.dict.cap.Si quando. Exceptione 13.vbi contrariam opinionem admittit quoàd Expectatiuas, & alias gratias Beneficiorum quærendorum, non tamen quoàd Beneficia iam quæſita. & in hanc partem videtur inclinare Mencha. in tracta.de Illuſtrib. lib.1. quæſt.5.à num.15. & quæſt.15. num.5. adde Pinel.in rubr. de Reſcindend. vendi. 1.par. cap. 2. num.29. Mantuan.lib.1. Dialogo 10. Couar.Regu. Peccatū. 2.par. §.10.& vide l.2.tit.1.Partit. 2.& l.2.3.& 4. titul.12.lib.3. Ordinamen. Quare concludendum eſt, ſiue loquamur de rebus prophanis;ſiue Eccleſiaſticis, non poſſe Principem ſine iuſta cauſa,rem vnius in alterum trāsferre. Hinc dicit gloſſ.verb. Diuiſiones. in cap. 1.Diſtin.10. non poſſe Papam auferre bona ab vna Eccleſia ſine cauſa, & dare alteri. cui eſt ſimilis in cap.1. verb. Iniuſtitiam.22. Diſt.ſequitur Domin. dicto cap.1. Diſt.10.col.5. Rochus de Iure patro. verbo Honorificum.quæſt. 3. num. 10. Abb. in cap. Ad audientiam. num. 10. de Eccleſ. ędifi.Rota noua Deciſ.1. de Rebus Eccleſ. Cardi. in Clem.1. de Supplen. negl.Præl.quæſt.6.num.9.& 11. Gigas de Penſio.q.23.Bero.in cap.1.nu.38.de Reb. Eccl.Rip.reſponſ.26. incip.Plura. nu. 38.

Nec prefatæ reſolutioni obſtant iura ſuperius citata,quæ ſunt Capitalia in hac materia. Nam prædicta iura non probant poſſe ad libitum Papam conferre, & auferre Beneficia,& de rebus Eccleſię diſponere, vt docet gloſſa regulæ 16. Cancellariæ, Inno.8. Gigas de Penſio. quæſtione 6. Gomez. in regula de Non tollend. iure quæſi.quæſt.1. Anto.Burgueſ.dict. rub. de Emptione,& vend.col.1.Iaſ.in l. Barbarius Philippus. ff. de Offi. Præto. num. 43. Sed tantùm probant Summum Pontificem liberam habere facultatem, eò quòd non obſtantibus iuris humani regulis,poteſt diſponere omnia, ordinando ea in Eccleſiæ vtilitatem, iuxta text.in cap. Non liceat. & cap. Sine exceptione. 12. quæſt. 2.& hoc ſignificat verbum *Libera*, de quo in dicta Clem.1. Vt lit. pen.iuxta gloſ.verb.Liberè. in Clem.Dudum.§.Si verò.de Sepult.commendatam à plurimis citatis à Couar. in 4. 1.par. cap. 5. in prin. num. 7. cui ſimilis in cap.Ordinarii. verb. Liberè. de Offi. Ord. lib.6.alia in Clem. fin.eod.verb.de Aetate, & qual. & in cap.Dudum. de Præbend. lib. 6. alia in cap. Sunt plures. de Offi.deleg. eod.lib. & ita docent Selua, & Soto, locis ſuprà citatis. Vide alium effectum circa aſsignationes Penſionum. de quo, verbo Penſio. Differentia 1. & ſentit Couar. in cap.Cùm in officiis.nu.6.in fin. de Teſtam. Sed adde not.verb.Teſtamentum. Diff.11, in fi.Quintò,quia poteſt procedere in Beneficialibus contra non citatum, teſte Gigan.de Penſio.quæſt.37.num.3. & Rebuf. dict.tract.Nominat.q.21.n.54.in fi. Sextò, quia in cauſa beneficiali poteſt pronunciare vltra contenta in libello, ſecundùm Felin. in cap.Licet Heli.num.21.de Simo. Septimò,quia ſententia lata in Beneficialibus, quoàd Papam,non tranſit in rem iudicatā,vt in c.Cùm olim. de Dolo, & cōtu.

Tandem vide alios effectus per Rebuf. dicta quæſtione 21. & per Gigan. de Penſio. q. 10. nu. 11. &. 13. & in numeris præced. & quaſi per totam illam quæſtionem.

SVMMARIVM.

1 HONORES, *& officia honorifica appetere, & procurare; an liceat in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 HONORES appetere, & procurare dignitates, & officia honorifica, in Foro exteriori, non licet, adeò vt eò ipsò ſe quis indignum, & ineligibilem faciat. cap. In ſcripturis. 8. quæſt. 1. cap. Nullus. 1. quæſt. 1. cap. Sicut is. 1. quæſt. 6. l. final. ff. de Ambit. & l. 1. C. eodem, gloſſa. 1. ad fin. in cap. Officii. de Elect. & in cap. Cupientes. verb. Poſt obtentam. eodem tit. lib. 6. quæ ad idē allegat bonum tex. in l. Si quemquam. C. de Epiſcop. & Cleric. vbi dicitur, *Quòd rogatus quis ad honores, debet recedere, inuitatus fugere, & ſola debet illi ſuffragari neceſſitas excuſandi*. Idem docet D. Bernar. lib. 4. de Conſiderat. & Epiſt. 42. ad Henriq. Senonen̄. Archiepiſcopum, & Panorm. in cap. Cùm iam dudum. num. 2. de Præb. & in capite Bonæ. 36. numero 13. de Elect. Et poteſt eſſe ratio, quia qui talia appetit, & procurat, proculdubiò dat de ſe notam ſuperbiæ, inanis glorię, ambitionis, præſumptionis, & temeritatis. Quæ vitia lōgè abeſſe debent ab iis, qui ad exemplū aliorum ponuntur, & quos facilè ſubditi imitantur, iuxta illud, *Regis ad exemplum, totus componitur orbis*.

At in Foro conſcientiæ, ſi prędicti honores (excepto Epiſcopali) ob bonum finē, ab idoneo, & digno appetantur; nullū ineſt peccatum, ſecluſo ſcandalo; nec vlla apparet deformitas, ipſos honores mediis licitis, procurādo. Primò, quia aliàs nō liceret ſe opponere Beneficiis curatis, Canonicatibus Magiſtralibus, & Doctoralibus. cùm tamen contrarium ſanxerit Concil. Triden. & Pius 5. in quadam Extrauag. Secundò, quia in Foro exteriori, eſt prohibitum prædictos honores appetere, & procurare, propter præſumptionem ambitionis, & inanis gloriæ, atque aliorum vitiorum ſuprà relatorum. At in Foro conſcientię, ceſſant prædictæ præſumptiones, cùm ad bonum finē, & à digno procurantur. Tertiò, quia honos alit artes. Vnde ſicut licet operā dare literis, principaliter propter Deum, & ad eius obſequium, & ſeruitium; ſecundariò verò, propter obtinendam aliquam dignitatē de qua poſsit viuere, & ſe ſuſtētare, vt totus Mundus obſeruat: ita etiam licebit mediis licitis eamdem dignitatem procurare, principaliter vt Deo in ea deſeruiat, & proximis proſit, & ſecūdariò propter proprias commoditates. Quartò, quia merita alicuius, excuſant ipſum ab ambitione, vt notat gloſſa final. in cap. Miramur. 61. diſt. Quintò, quia licitè poteſt quis procurare cōfirmationem ſuę electionis, abſq; metu, & nota ambitionis, vt in dicto cap. Cupiētes. Per quæ fundamēta, defendi poſſet hæc pars, prout eam defendit Pet. à Nauar. licèt nō ita corroboratam, in 1. tom. de Reſt. lib. 2. cap. 4. nu. 23.

Quamuis à nu. 44. in fin. non audeat recedere à doctrina D. Tho. 2. 2. quæſt. 185. art. 1. & à communi contrarium tenente. Et meritò, quia ab hoc appetitu, omnes arcentur per Apoſt. ad Hebr. 5. dicentem, *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo*. Tum, quia perpauci, & rariſsimi ſunt, qui poſsint in rei veritate cognoſcere ſe dignos, & idoneos. Tum, quia appetere prædicta officia honorifica, eſt in effectu appetere teſtimonium ſuę virtutis, & excellentiæ, in quo eſt nonnulla ſpecies ambitionis, & ſuperbiæ, atque inanis gloriæ. Tum, quia eſt contra humilitatem adeò à Chriſto commendatam. Tum, quia vix procurari poſſunt ſine ſcandalo, & nota prædictæ ambitionis, & leuitatis; exceptis quibuſdā caſibus, in quibus à iure, vel aliàs datur facultas, vel opponendi ſe ad Curata, & quoſdā Canonicatus. de quibus ſuprà; vel proſequēdi electū ſuā electione.

His

His enim caſibus citra, vllam notam, accedit quis ad Prælatos, & ſubijcit ſe eorum examini, & iudicio, an ſit dignus, nec ne, ad Beneficia vacãtia. Et vtinam etiam Epiſcopatus concurſu darentur. ſic enim meliùs prouiderentur, & multorũ vanæ prætenſiones ceſſarent, qui modò fauore, pecunia, & aliis mediis illicitis, ambire, ac procurare non erubeſcunt.

In vno tamen caſu poſſet quis appetere, vel ſaltẽ libẽter acceptare (non tamẽ procurare) eligi ad aliquam dignitatem; quãdo ſcilicet habet eam vt crucem, & horret illã. vt ſunt multi Religioſi ita mortificati, per multiplices electiones, & aſſumptiones ipſorum, ad officia Prioratuum, vt ea valde abhorreant, propter multa in eis perpeſſa; vel aliàs. pro quo facit quod dicitur de B. Machario in Vitis Patrum, qui libenter ſumebat hauſta, & pocula vini quę ei porrigebantur; quia erant illi vt magnæ, & acerbæ cruces; quippequi pro quolibet poculo, nõ bibebat poſteà aquam totidẽ diebus. Et ſatis probatur per quoddam reſpõſum, quod circa hoc accepit à Domino noſtro Ieſu Chriſto beata Mater Thereſia de Ieſus (vt habetur in eius vita cap. 40. ad fin. §. Rogome vna perſona. p. 378.) quæ rogata à quodam prętendente epiſcopari, vt ſupplicaret Deo reuelare dignaretur an eſſet eidem Deo gratũ, ſi acciperet Epiſcopatũ prædictus prætendens. fuit illi dictum tunc demum poſſe dictum Epiſcopatũ acceptare, quando certò ſciret, & cognoſceret, nullũ aliud maius dominium, nec maius eſſe bonum, quàm nihil habere. ſignificando tunc licere, & optare, & accipere dignitatem honorificam, cùm nihili pẽderet, nec ęſtimaret eã, ſed haberet pro cruce. vel tunc poſſe eam acceptare, quando eam fugeret, iuxta dictum cap. Sicut is. quod idem eſt. aliàs Epiſcopatum ambire, delictum eſt: oblatũ tamẽ, citra culpam, ſuſcipi poteſt, vt inquit Soto lib. 3. de Iuſt. q. 6. art. 2. §. Contra hæc. vbi §. Secũdo loco. reſpõdet authoritati D. Paul. 1. ad Thimot. 3. 1. *Qui Epiſcopatũ deſiderat, bonũ opus deſiderat*. id eſt, conſultò videat, quãtum ſibi oneris imponat. quia omniũ eſt optimũ munerũ, quę in Eccleſia ſunt; atque ideò gubernatu difficilimum.

ELEEMOSYNA.

SVMMARIVM.

1 *DIVITES ſeculares, habentes ſuperflua vltra neceſſaria, ad ſuſtentationẽ perſonarum, & ſtatus; an teneantur ad eleemoſynam faciendam in vtroque Foro, in neceſſitatibus grauibus.*

2 *Item an poſſint theſaurizare, & coaceruare diuitias, non exiſtentibus extremis, nec grauibus neceſſitatibus. & an teneantur, in conſcientia, ſuperflua vitæ, & ſtatus, in cõmunes pauperes, & opera pia impendere.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 SEcularis diues, habẽs ſuperflua, vltra neceſſaria vitæ, & ſtatus; de cõmuni practica, & conſuetudine, non tenetur ea impẽdere in cõmunes pauperes, neq; in patientes graues neceſsitates, pro ſtatus ſui conſeruatione, ſeu aliàs; nec in alia opera pia; ſed poteſt ea ſeruare, etiam auarè, vel impendere in res ſibi benè viſas. Hoc ſine vllo ſcrupulo fit à diuitibus huius ſeculi, non curantibus ſua effluitate adiuuare proximos in maxima neceſsitate conſtitutos, quales ſunt quàmplures nobiles, qui ob tenuitatem rei familiaris, & annonæ caritatem, ſunt nonnumquam in periculo neceſſariò decidendi à ſuo ſtatu cum dedecore. Alii patientes carceres, ob impotentiam ſoluendi æs alienum. Vel ſunt in tanta paupertate, vt ſi partem æris alieni, ſeu nominis, diſſoluere velint; lecti in quo cum vxoribus, & liberis iacent, eis ſint vendendi. Alii detinentur captiui inter Turcas, & Saracenos; ex quibus plurimi, quia pueri ſunt & adoleſcentuli, verſantur in maximo ſalutis diſcrimine apoſtatandi à Fide: Alii, vxores, & liberos quos dimiſerant in patria

Digitized by Google

ſua,& terris Chriſtianorũ, vbi priùs degebant; manu,& arte alebãt: nũc verò deſunt illis victui neceſſaria. Alii ita fame premũtur,vt aliquot diebus ſeptimanæ,etiam fruſtro panis careant,ad vitã ſuã ſuſtentãdam. Alii à prędonibus capti viarũ(quos vulgus *bandoleros* appellat) qui ni redimantur, iugulãtur. Hi omnes,& ſimiles, ſunt in maxima neceſsitate conſtituti,ſecũdùm Naua. in cap.24.nu.9.verſ.Circa prædicta. Immò & in extrema, ſecundùm Rodrig.vbi infrà. Et tamẽ opulenti, & diuites, iis mederi renuunt; iis ita laborantibus non ſuccurrunt. adeòque circa eorum inopiam ſegniores efficiuntur, vt nec opere, nec verbo quorũquam,ſubleuetur,etiam ſi ipſis planè innoteſcat. Sed ſolummodò curant de iis quæ ſua ſunt, viuendo vel luxurioſè, vel theſaurizando diuitias, ob nullum aliũ bonũ finẽ, niſi ex nimia ſiti quam habent ad eas; & vt ab hominibus circũfluentes opibus, & potentes habeãtur,&vt tales ab eis honorentur. Nec à ſuperioribus Iudicibus ob id puniuntur,neque ab eiſdẽ coguntur,ad ſupradictas neceſsitates ſuis facultatibus leuandas; nec cogi poſſunt, attento cõmuni vſu, & obſeruantia totius Mundi.

Omitto nunc agere de neceſsitate faciendæ eleemoſinæ extremè egenti; de quo dicemus verb.Peccatũ.Diſ.22.vel pauperibus cõmunibus;ſed ſolùm agere intẽdo in hac differentia,circa patiẽtes graues neceſſitates,vt in exemplis ſupra poſitis.

Circa hos ergo pauperes dico,habẽtes quę ſuperſunt ſtatui,teneri in cõſciẽtia ſub pœna peccati mortalis,ſuccurrere,& impẽdere dicta ſuperflua in præcitatos,iuxta illud. 1.Ioan.3.*Qui habet ſubſtantiam huius Mũdi,& viderit proximum ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua;quomodo charitas Dei in illo eſt?* Ita tenet Alex. de Ales, Ricard.Palud.Liranus,Abulen.Duran. noſter Dionyſ.citati à Cordub. lib. 1. Queſt. quæſt.26.p.223.Florenti.2.par.tit. 1. cap. 24.§. pen. Ange. verb. Eleemoſyna. §. 2. Silu. eod. verb. quæſt. 1. & verb. Auaritia. quæſt. Vlt. Conrad.de Contract. quæſt.19. Concluſione 5.& 6. Pet. ab Aragon. 2. 2. quæſt. 32.art.3.pag.738.Naua. cap. 23. nu. 73. poſt Caiet. 2. 2. q. 18.art. 4.ad fi.Idem Naua.c.24.n.5.Rodrig.v.Limoſna.c.119. concl.2.Caiet.de Eleemoſy.c.3. Coua.lib. 3.Var.c.14.n.5.Soto,Victoria,Adria.Turrecrem.relati à Cord.ſup. Villeg. 2. par. in vita Iudith c.2.pag.298. dicens hanc partẽ eſſe receptã ab Eccleſia,vt patet in c.Quid dicã 14.q.4.& in c. Sicut hi.47.diſt. ſequitur Paul.Comitol.lib.4.Reſpõ.mora.q.31. nu.3.Beia.2.par.Caſuũ cõſci.caſu 1.ex propoſitis 29.Octob.anni 1583.& Toledo in Summa in tract.de 7. peccat.mortal. c.35. dicens cõmunem nu.1.& 2.allegat D.Tho. in 4.diſt.15.q.2.art.1.cõcl.3.Tabien.Armil. ver.Eleemoſyna.Medin.C.de Penit. tract. 5. de Eleemoſyna. & probatur Matt. 26. *Ite maledicti in ignem æternum,quia ſitiui, &c. eſuriui,&c.*

Probatur etiam rationibus. Primò, quia ſicut videns,aut ſciẽs rem proximi notabiliter periclitari in incendio, naufragio, vel alio infortunio,vel eius famam:& cùm cõmodè poſſet,illi ſuccurrere nõ curaret;nec eſſet alius qui id præſtare tunc poſſet, aut faciat: certè peccaret mortaliter in omittẽdo, ſecundùm Naua.in c. Non in inferẽda. 23.q.3.n.10.11.12.39.& 40.Medina C.de Reſtitutione.q. 25. Ita in caſu præſenti, vt poſt D.Tho.& Caiet.docet Naua.dict.cap. 24.n.6.Cordub.ſup.pag.223.ad fi.

Deinde,Deus nihil facit fruſtra. & conſequenter nõ dedit diuitibus diuitias, vt eas auarè retineãt, quia in hoc nullus bonus vſus eſt.nec eas dedit,vt luxurioſè eas expẽdant,quia ad malũ vſum eas nõ dedit. alias non peccarẽt ita malè expendendo. Tenetur ergo eas benè erogare,largiẽdo ſcilicet eas,vel pauperibus valde egẽtibus,vel poſitis in grauiſsimis neceſsitatib. de quib.ſup.

Tertiò probatur idem ex ordine charitatis. quia temporalia noſtra tenemur ſub m. poſtponere vitæ proximi,vel eius bonę reputationi, & honori conſeruando; & ſic res ſuperfluas pro ſaluanda decentia ſtatus proximi, vel pro liberãdo eo,ab aliqua alia ſumma neceſsitate. Sunt enim hæc temporalia inferioris ordinis, quæ poſtponenda ſunt aliis bonis magis præcipuis, & potioribus, quia hoc dictat ratio naturalis, maximè quia ſunt data,vt inſtrumenta,& remedia neceſsitatum.

Et ita tene, quidquid alii multi teneant, quos refert idem Cordub.ſup.p. 223. verſ. Sunt

Digitized by Google

Sunt enim dicentes ſolùm peccare venialiter, niſi quando extremè egeat proximus. Et de hac neceſsitate, intelligunt dictã authoritatem Ioannis,& alia iura ſupra citata. Sed certè quando proximus eſt in extrema: tunc etiam ſi non ſint ſuperflua, ſed tãtùm neceſſaria ad decentiam ſtatus, tenetur quis tribuendo ſubuenire. aliàs peccaret mortaliter, per cap. Paſce. 86. diſtinct. & l. Necare. ff. de Libe. agnoſc. Et contra eos eſt communis ſenſus DD. circa diuitem illum Lucæ 16. qui ob id potiſsimùm dicitur condemnatus æternaliter, quia propria, indigenti Lazaro, non dederat: vt not. S. Baſili. in Homilia de diuite. & Pet. Damia. Epiſt. 9. tom. 3. Biblio. ſacræ. col. 739. Don Thom. à Villanoua Serm. 2. de. B. Martino Cordub. ſup. p. 224. ad fi. & Beia ſup. p. 404. Faciũt etiã cõtra eos verba illa B. Iacobi in ſua Canoni. c. 5. *Agite nunc* (inquit) *diuites, plorate, &c.* & infra, *Theſaurizaſtis vobis iram in nouiſsimis diebus.* Omnia enim hęc verba tẽdũt ad ſignificandũ periculoſũ ſtatũ diuitũ. & nulla alia ratione, niſi ob auaritiã, & defectum eleemoſynarũ, & luxũ eorum, in modo viuẽdi. Ad idẽ illud Saluatoris noſtri, Marci 10. *Faciliùs eſt camelũ per foramẽ acus tranſire, quàm diuitem intrare in Regnum Dei.* vbi conſtat de difficultate ſaluationis eorũ, propter malũ vſum diuitiarũ. Nam de ſe nõ ſunt diuitiæ improbandæ; quippe *Diuitiæ* (vt inquit D. Ambroſ. lib. 8. Cõmentar. in Luc.) *vt impedimenta improbis: ita bonis ſunt adiumenta virtutis.*

Sed aduertendũ eſt in hac quæſtione totã difficultatẽ cõſiſtere in iudicãdo, & decernendo, quando ſit talis caſus qui obliget ad prædicta. Nam primò nõ tenetur oſtiatim diues ſecularis quærere pauperes præcitatos, ſed tantùm tenetur occurrẽtibus neceſſitatibus ſuccurrere, quę ſibi quomodocũque innoteſcant. Deinde non poteſt facilè cõſtare, an vera, vel ficta ſit neceſsitas proximi; & an tanta ſit, vt obliget ſub mortali. Prętereà ex parte etiã diuitis, poteſt iure optimo dubitari, an habeat ſuperflua; cũ poſſit quæ ſibi ſuperſunt, ad multos caſus licitos ſeruare. Ad hęc, cura pauperum de iure ſpectat ad Epiſcopos, & hodie in oppidis Iurati habent hanc curam: ob quę, rationabiliter poteſt ſe excuſare diues, cùm ſint alii, qui huiuſmodi neceſsitatibus occurrũt, vel occurrere tenentur. Quare vix poterit Confeſſarius denegare abſolutionẽ his diuitibus ſecularibus, ob cauſam de qua agimus in præſenti differẽtia, per notat. per D. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 7. ad 1. vbi dicit nõ poſſe determinari quando ſit iſta neceſsitas, quæ ad p. m. obliget; ſed relinquit humanæ prudentię. Puto tamen tũc poſſe, quando certò ſcit Confeſſarius emergere aliquas graues neceſsitates, ex dictis ſup. & de his in confeſsione eos certiores facit; ſuntq; pœnitentes, ſenes, qui de augendo ſtatu non curant, & ei confitentur, ſuperflua quæ habent non ſeruare in euentũ aliquẽ licitũ, ſed tãtùm amore diuitiarũ. Hoc enim caſu tenetur Cõfeſſarius denegare talibus abſolutionẽ, niſi ſuperflua impendant in prædictas, vel alias neceſsitates, ſeu opera pia. quia tunc abſque peccato mortali nõ poſſunt ea auarè retinere.

2 An autẽ dicti diuites, habentes ſuperflua vltra neceſſaria vitæ, & ſtatus; & nõ exiſtẽtibus neceſsitatibus extremis, nec grauibus, poſsint theſaurizare dicta ſuperflua, conſulendus eſt D. Tho. 2. 2. q. 87. art. 1. ad quartum, & quæſt. 118. art. 4. ad ſecundum. vbi videtur tenere partẽ negatiuã. Et eam etiã tenere omnes Doctores ſanctos, teſtatur Illuſtriſsimus Toledo in tract. de Septẽ peccatis mortal. c. 35. nu. 3. quamuis dicat eſſe vnanimem DD. ſcholaſticorum ſentẽtiam in cõtrariũ, ſc. ea auarè retinere poſſe. & hanc partẽ affirmatiuã ipſe ſequitur. Et eã intelligit, & exiſtimat verã indiſtinctè, tã in diuitibus ſecularib. quàm Clericis. & ſolùm ponit diſcrimen inter eos in modo, nẽpe iſtos teneri querere neceſsitates, non tamen illos.

Sed ſalua illius reuerẽtia, circa diuites Clericos, contrariũ tenendũ eſt, vt reſoluimus verbo Beneficiatus. Diſ. 4. quibus ibi dictis adde, ſi Clerici habẽtes ſuperflua tenentur quęrere neceſsitates, profectò numquã eis liceret retinere ſuperflua; quia nullibi deſunt graues neceſsitates, & extremæ, in quas impendi poſsint, & debeant; maximè quia nulla alia ratione tenẽtur quęrere neceſsitates, niſi quia non ſunt domini eorũ, quæ eis ſuperſunt, nec ſimiliter poſſunt ea retinere.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *DIVITES tempore caritatis, non tenentur ad eleemoſynas, in Foro exteriori; quia ad id compelli nequeunt, niſi per viam denũciationis. Benè tamen in Foro cõſciẽtiæ.*

2 *Pauper extremè egens, ſeu grauiter patiẽs, poteſt ab inuito accipere eleemoſynam. Sed primus, publicè: ſecundus verò occultè.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 EX dictis in præcedente Differentia, infertur deciſio alterius dubii; an ſcilicet teneantur dicti diuites tempore caritatis, ad ſubueniendas neceſsitates; poſsintque ad id cogi. Dic ergo diuites, tempore caritatis, & magnæ neceſsitatis, in Foro exteriori, non teneri, nec iure actionis cogi poſſe ad ſuccurrendum pauperibus, & eleemoſynam eiſdem erogandum, ſecundùm gloſ. verb. Eſurientiũ. in cap. Sicut, 47. diſt. cõmendatam à Panor. in cap. Cùm cauſam. n. 8. de Elect. & in cap. Si quis. de Furt. & in cap. 1. nu. 8. de Cleric. egro. cui eſt ſimilis in cap. Exigunt. 1. q. 7. & in c. Domino ſancto. verbo Neceſſe. 50. diſt. ſequitur Silu. verb. Eleemoſyna. nu. 9. latè Ludo. Meſsia in Pragma. Panis. Cõclu. 1. n. 5. Vide latiſsimè per Cned. 1. par. Collect. 27. nu. 1.

Benè tamen ad id tenentur in Foro conſcientiæ, ſecũdùm gloſ. & DD. ſup. citatos; Sot. lib. 5. de Iuſt. & iur. q. 1. art. 7. Cordub. lib. 1. Quæſt. Theolog. quæſt. 27. in ratione 13. pro tertia opinione, §. Tùm quartò. & in ſolutione ad quartũ, in 2. opinione. Vbi tradunt rationem diuerſitatis; quia ſcilicet debitum ex ſola charitate (quale eſt præfatum) obligat tantùm in Foro conſcientiæ, non tamen in Foro iudiciali; quia ad ipſum præſtandum, quis cogi non poteſt. Solùm enim debitum legale, deſcendens ex lege iuſtitię, obligat, & debetur in Foro iudiciali: non tamen illud, quod ex ſola lege charitatis deſcendit, vt diximus verbo Debitũ. Diſ. 1. & verb. Reſtitutio. Diſ. 1. Faciunt quę diximus ſuprà in præced. Diſ.

Licèt autẽ in Foro ſeculari, cogi nõ poſſint iure actionis: benè tamen cogi poterunt per officium Iudicis; vel coram Epiſcopo, ſeu eius Vicario generali, per viam denunciationis Euangelicę, ſecũdùm dict. gloſſam, verbo Eſurientium. in cap. Sicut. 47. diſtinct. & alias ſuprà allegatas, & per notata in Præludio. 13. Et infra, verbo Peccatum. Differentia 23. docet Couar. lib. 3. Reſolu. cap. 14. num. 5. Nauar. cap. 23. num. 73. & alii citati à Rebel. 2. par. de Iuſt. lib. 9. quæſt. 2. Sectione. 1. num. 5.

2 Prædictis adde vnũ ſingulare, videlicet à paupere, quando eſt in extrema neceſsitate conſtitutus, poſſe accipi eleemoſynã propria auctoritate, etiam apertè ab inuito, vt docet Naua. c. 17. n. 62. & Pet. à Naua. tom. 1. lib. 2. c. 3. n. 125. Quin etiã, & quãdo patitur grauẽ neceſsitatem. Tunc enim poteſt occultè eamdem eleemoſynam accipere ab eo, qui eam dare recuſat. Ita tenet Silu. v. Furtũ. q. 5. Dicto 2. Ang. eod. v. q. 36. cũ ſeq. Dicit probabilẽ Couar. Regu. Peccatũ. 2. par. §. 1. n. 3. quãuis ipſe contrariũ teneat. cuius argumentis, & rationibus ſatiſfacit Pet. à Naua. quem refert, & ſequitur Rodrig. verb. Hurto. cap. 144. aliàs 147. Concluſione 1.

SVMMARIVM.

1 *HOSPITALITATEM nemo tenetur in Foro exteriori exercere. Secùs ex lege charitatis.*

DIFFERENTIA TERTIA.

2 AD hoſpitalitatẽ, in Foro contentioſo, nullus tenetur, cùm per legem nemo ad benefaciẽdum ſit cogẽdus. aliàs enim, nullũ quis meritũ conſequeretur. cap. Fidem 23. q. 5. cap. Qui ſyncera. & cap. De Iudæis. 45. diſtinct.

In Foro tamen animæ, omnes ad hoſpitalitatem, ex lege charitatis, tenentur, iuxta gloſ-

gloſſam,verb.Debita.in Extrauag.Execrabilis.Ioan. 22. poſt princip.de Præb. quæ facit differentiam inter Clericos Beneficiatos; & inter laicos, & Clericos non Beneficiatos. Nam primos in vtroque Foro teneri docet, per cap.1.85. diſt. alios verò non,niſi vt in hac Differētia. Et vide plura de Hoſpitalitate,per Nauar. Conſ. 2. de Emptio. & vendi. Et faciunt not. per Rodrig.verb.Limoſna.Concluſione 3.& 4.

EMPTIO.

SVMMARIVM.

1 *EMENTES Aetiopes, an tuti ſint tam in Foro interiori, quàm exteriori.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 EMENTES ſeruos Aethiopes, putà de Cabo verde, de Mandinga, & de Guinea,quos Luſitani exinde ad Hiſpaniam aſportant: in Foro exteriori tuti ſunt, & ſecuri; quia prædicti Aethiopes,communiter veneunt tamquàm iuſtè capti in bello, vel tāquàm inimici fidei, Turcarum inſtar, & Agarenorum.

At cùm tales non capiātur iuſto bello, ſed vt plurimùm dolo, & fraude; nec poſſint verè dici inimici,& hoſtes noſtri, cùm numquam contra nos bellum gerant, nec geſſerint: probabilior ſententia eſt,ementes tales ſeruos, non eſſe tutos in Foro conſcientiæ. Ita tenet Soto lib. 4. de Iuſt. quæſt.2.art. 2. Ledeſ.2. 2.quęſt. 18.art. 1. dubio.11. Mercad.tract.2.cap.15. & Pet.à Nauar. tom.2.lib.3.cap.1.num.214. Conferunt dicta ſub verb. Vſura.Different. 15. Sed vide latiſs. per Rebel.in Præludiis Iuſtitiæ,quæſt.10.Sectione 1.& 2.per totam, vbi dicta Sectione 1.nu. 4. dicit receptum eſſe à magiſtris Luſitanię prouinciæ ſuæ Societatis, regulariter non eſſe illicitam emptionem dictorū ſeruorū, ſi fuerit examinata per miniſtros Regis, qui ad id, in dictis partibus conſtituuntur, & tributum recipiunt, pro vt in dubio præſumitur. Secùs ſi conſtaret inſciis Regis miniſtris, vel contra formam à Rege præſcriptam, factam fuiſſe. quod & nobis placet.Ex quibus infertur ementes ſeruos in partibus Vlyſſiponæ,& aliis:propter bonam fidem quam habent, excuſari à p.m. & reſtitutione, propter ignorantiam fraudis, vel iniuſtitiæ, ſi qua in prima emptione eorum interuenit. quæ nō præſumitur,vt idē Rebel. ſupra.nu.41.annotauit.

SVMMARIVM.

2 *EMENS rem furtiuam bona fide; ſi poſteà ſciat eſſe talem, ſed neſcit verum dominum: an poſſit reddere ſtatim venditori.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 EMENS rem furto ereptam,bona fide; ſi poſteà ſciat eſſe alienā, ſed neſcit cuius ſit: poteſt in Foro cōſcientiæ, dum non ſcit verum dominum, reſtituere eam vendenti, vt ab eo pretium recuperet.

In Foro verò exteriori,condemnabitur, ſi probetur eam venditori reddidiſſe, & nō domino, poſtquàm ſciuit eſſe alienam. Ita Mercad.tract.4.de Reſt. cap. 14. fol. 210. quaſi velit dicere, teneri eā ſeruare, donec ſciret verum dominum.

Sed

Sed nõ video rationẽ diuerſitatis; immò credo eſſe falsũ, per ea quę habes ſub ver. Repetitio. Diff. 6.& ita reprobat Rebel. vbi infra, quæſt.9.nu.5.ad fi. Si enim emẽs à fure ſcienter, poteſt reddere rem eidem furi, vt pretium recuperet(vt ibi dicimus) quantò magis licebit emptori bonæ fidei reddere venditori? Et ita poſtmodùm inueni tenere (etiã ſi ſciatur dominus) Naua. cap.17.nu.8.& 9. quem refert, & ſequitur Rodrig.verb.Hurto. cap.150.nu.1. contra Caiet. Idem tenent alii citati a Rebel. de Obliga. Iuſt. 1. par. lib. 2. quæſt.9.num.3.

Hic nolo omittere dubium egregium,& ſatis practicabile, ſcilicet ſi iſte emptor, bona fide eamdem rem alteri vendat, & poſteà ſciat eſſe alienam: an teneatur procurare, vt domino reddatur, & pretium emptori ſuo reſtituere. Et ſane ſi res eſt penes ſecundum emptorem, & timetur ab eo auferri: tenetur eum indemnem ſeruare. de quo infrà Differentia 7. aliàs ſecùs. Domino autem nõ tenetur, ad aliquid. Ita collige ex traditis per Soto, lib. 4. de Iuſt. quæſt.7.art.2.verſiculo Quid autem.

SVMMARIVM.

1 *EMPTOR ſecundus cum poſſeſſione, præfertur primo ſine ea.*

2 *Secùs in Foro conſcientiæ, ſi ſcienter id fecerit.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 EMPTOR ſecundus alicuius rei, vt præferatur primo emptori, remedium eſt, vt poſt pretium ſolutum, vel habitam fidem de eo, capiat priùs poſſeſſionem illius, per tex.ſing. in l. Quoties. C. de Rei vendica. tradunt Canoniſtę in cap.Cõtinebatur. de His quę fiunt à Præla.ſine conſ. cap.& Feli.in Rub. de Sponſa. nu.12.verſ.21.& eſt ord.Luſit. lib, 4. tit. 7. in prin. Idque facere poteſt impunè, ex traditis per Iul.Clar.§. Falſum. nu.29. vbi dicit quòd licèt vendens eamdem rem duobus, incidat de iure in crimen falſi.l. Qui duobus. ff. de Fal. per conſuetudinem tamẽ generalem derogatum eſſe dicto iuri. Idem refertur. 1.tom. commu. opin.pag.340. ad fi. Et circa dict. l. Quoties. vide latiſsimè. 2.tom. Commu. opin. loco infra citando, vbi ponuntur. 12. ampliat. & 17. limitatio.

2 Quod in Foro conſcientiæ, nequaquam procedere puto, ſi ſciens emerit. Itaque cenſeo primò, non poſſe à quoquam in conſcientia emere rem, quam ſcit alteri vẽditam, licèt nondum traditam; quia cooperatur fractioni fidei venditoris. Deinde nec poterit abſque peccato, prędictæ rei capere poſſeſsionẽ, vt ſic eludat primũ emptorem, & ei præferatur; ſed tenebitur rem tradere primo; & hoc propter ſuam malã fidem, propter quam, etiam in Foro externo, conſtito de ea, reuocaretur ſecunda venditio, & res traderetur primo, vt tradũt plures citati. 2.tom.Commu. opin. lib. 3. tit.de Emptione, & venditione, Concluſione 2. nũ.30. Vnde nulla eſt in hoc aſsignãda differentia inter vtrumque Forum. Itaque tam in Foro externo, ſeu iudiciali, quã in Foro conſcientiæ, erit tutus ſecundus emptor, ſi inſcius prioris venditionis, rei emptæ prior poſſeſsionem acceperit, vt tenet Rebel. de Obliga. Iuſt. in Prælud.lib. 1. quæſt. 8. nu. 16. & 2.par. lib.1. quæſt.7. nu.13.& 15.& lib.9. quæſt. 17.nu.28. Et ſic dict. l. Quoties. habet locum in vtroque Foro. quod eſt notandum.

SVMMARIVM.

1 *EMENS rem pluris iuſto pretio, propter neceſsitatem; an poſsit, illud plus, retinere; ſi non petatur.*

Digitized by Google

DIFFERENTIA QVARTA.

1 EMENS rem aliquam pluris iuſto pretio, propter neceſsitatem; tenetur in Foro exteriori, ad totũ pretium conuentum, vt palam eſt.

In Foro verò conſcientiæ, non tenetur. Et ideò poteſt apud ſe, illud plus, retinere, ſi nõ petatur, per dictã verb. Venditio. Differentia 7.

Nec obſtat promiſsio, & conuentio facta; quia tamquam iniuſta, non obligat in conſcientia.

Hinc, in facti contingentia, dixi quemdam coquentem calcis furnum; & ob neceſsitatem, conducentem quoſdam piſcatores, ſeu nautas qui per mare ducerent nauiculas duas lignis onuſtas, pretio 17. ducatorum: cùm tamen iuſtum pretium, eſſent 15.tantùm ſcuta: non teneri in conſcientia ſoluere illa duo ſcuta, ſi ab eo non peterentur.

SVMMARIVM.

1 *EMENS rem alicuius à Fiſco, præcedente ſubhaſtatione, propter debita fiſcalia; ſecurus eſt in perpetuum in Foro iudiciali. Secùs in Foro conſcientiæ, ſi non iuſto pretio fuit empta.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 EMPTORES rerũ à Fiſco, propter debita fiſcalia ſolenniter ſub haſta diſtractarũ; adeò ſecuri ſunt in Foro contentioſo, vt nec per reſcriptum Principis, nec ratione minoris ætatis, earum venditio, & emptio, reſcindi poſsint, vt eſt tex. expreſſus. in l. Quæcumque. C. de Fide & iure haſtæ fiſcalis. lib. 10. & in Ordin. Portuga. lib. 2. tit. 53. niſi quãdo minor fuit indefenſus, vt l. vlti. C. Si propter publ. penſit. Minor etenim reſtituitur, ſi Fiſcus vendidit rem ipſius, vt ſibi obligatam ſine tutore, vel curatore. aliàs ſecùs, vt l. fin. C. Si aduerſ. Fiſc. l. 1. de Fund. patrim. & l. Imperatores. ff. de Publ.

Quod priuilegiũ Fiſci, procurator eiuſdẽ, adeò tenaciter obſeruari curat, vt ſi bona debitoris, ad Eccleſiam perueniant; non dubitet, etiam in aliis Eccleſiæ bonis, vim eius exercere. Et pauci dies euoluti ſunt, ex quo id ipſum, contra nos intentarunt.

Et obſerua in dicto tit. 53. Ordin. Portugaliæ §. 4. & 8. ſub grauibus pœnis prohiberi, ne emptores præfati poſsint vllo vmquam tempore res emptas, aliquo titulo, ſiue emptionis, & venditionis, ſiue donationis, ſiue locationis, & cõductionis, in dominos earum executos, transferre. Ac etiã §. 7. tales venditiones nõ poſſe vmquã impugnari pretextu nullitatis, vel deceptionis, ſeu læſionis pretii, vltra dimidium, iuſti.

Quæ omnia dubio procul, ſunt valde rigida, ne dicam inhumana. Quare in Foro conſcientiæ, non ſunt tuti prædicti emptores, ſi quoquo modo, ſine iuſto pretio prẹfatæ res ad eos peruenerunt, per not. verb. Venditio. Differentia 1. & facit tex. ſing. in l. Si quos. 26. C. de Reſcin. vendi. vbi venditio fundi, facta à publico exactore pro debitis Reipublicẹ, etiã ſub haſta, reſcinditur, ſi fraus in pretio debitori facta fuerit.

SVMMARIVM.

1 *EMERE rem aliquam à venditore ẹre alieno grauato, an ſit licitum.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 COMMVNITER nullus conſtituit ſcrupulum in emptione rerum alicuius, etiam ſi ſciat venditorem eſſe ære alieno grauatũ. Solùm inquirit an habẹat rem

alicui

alicui obligatam, vt cum ſecuritate eam emant. Omitto hic illas alienationes, quæ fiunt ſcienter, tam à venditore, quàm ab emptore, in fraudem creditorum. de quibus tit. ff. & C. Quæ in frau. cre. Loquor hic ſolummodò de illis, quæ bona fide fiunt ab emptoribus; & venditores, pro ſuis neceſsitatibus ſubueniẽdis, eas efficiũt, quãuis ex eis, damna ipſis creditoribus habentibus tantùm actiones perſonales, obueniant, cùm non poſsint ſua credita poſteà recuperare. De his ergo loquemur in hac differentia. Sit ergo prima cõcluſio quoàd venditorem.

Vendens rẽ propriam, non animo fraudandi creditores, ſed ad ſuas neceſsitates ſubueniendas, etiam ſi aduertat ex prædicta venditione prçiudicium fieri dictis creditoribus, quia non remanent apud ſe ſufficientia bona ad ſoluendum ipſis: tutus eſt coram Deo, quia licitum eſt cuique ſuis neceſsitatibus proſpicere; adeò vt ratione paupertatis, ſeu neceſsitatis, quis excuſetur, nõ tantùm à debitorum ſolutione, ſed etiam à rei alienæ reſtitutione, vt dicemus verb. Reſtitutio. Differentia 36. Si ergo neceſsitas excuſat à ſolutione debiti: profectò licitè quis poteſt res ſuas alienare, pro neceſsitatis ſuæ ſubuentione. Nec in hoc, quoàd Deum, iniuriam irrogat creditoribus; cùm plus quis teneatur ſibi, quàm alteri.

In Foro verò iudiciali, ſecùs dicendum eſt, ſecundùm Rebel. de Obliga. iuſt. 2. parte lib. 1. quæſt. 7. nu. 10. vbi dicit ſufficere vt debitor aduertat, cùm vendit, ſe remanere impotentem ad ſoluendum ſuis creditoribus, etiam ſi non habeat intentionem eos defraudandi, vt dicatur vendidiſſe in fraudem ipſorum; quamuis ſi credat morali certitudine, ſe ex officio, vel induſtria, vel aliundè comparaturum, vnde cõgruo tempore ſoluere poſsit: aliud eſſe, ſaltem in Foro conſcientiæ. Quod vltimũ eſt ſine dubio quoàd Forum conſcientiæ. Et pro primo dicto facit gl. 1. in l. Iuriſgẽtium. §. Sed ſi fraudandi. ff. de Pact. vbi dicit duplicem eſſe fraudem: vnam, re, & conſilio. de qua in l. Fraudis. ff. de Reg. iur. alteram, re tantùm, vt l. 2. C. de Reſcin. vendi. præſertim quia in dicto Foro iudiciali, præſumetur feciſſe in fraudem creditorum præfatam venditionem, ex quo cõſtat remanſiſſe impotentem ad ſoluendum; cùm ea quæ ſunt ſolius animi, & intentionis, non pateant, nec pertineant ad dictũ Forum.

Sed contrarium, nempe præfatum debitorem non teneri in Foro iudiciali, videtur probare textus, arguendo à correlatiuis, in l. Ait prętor. §. Aliàs autẽ. ff. Quæ in fraud. credi. Cuius verba ſunt, *Aliàs autẽ qui ſcit aliquem creditores habere, ſi cum eo contrahat ſimpliciter, ſine fraudis conſcientia; non videtur hac actione teneri.* Sed reſpondert poteſt aliud eſſe, ſcire quem quòd venditor habet creditores in genere, neſciens ſi ſufficiant bona eius, vel ſi habet aliunde vnde ſoluat: & aliud, ſcire ipſum venditorem remanere impotentem, ad ſoluendum.

Verumtamen vt cumque ſit; non eſt cur in hoc ampliùs immoremur, & inquiramus, an conueniri poſsit, nec ne in iudicio; cùm ſupponamus eum remanſiſſe impotentem ad ſatisfaciendum creditoribus. Si enim emptor (vt ſtatim videbimus) nõ tenetur in ſubſidium, ob eius bonam fidem: inanis erit profectò actio perſonalis in ipſum venditorem, quam inopia ipſius excludit.

Secũda cõcluſio quoàd emptorẽ. Emptor bona fide, neſciẽs ſcilicet an ex hoc remaneat venditor impotens, etiam ſi aduertat venditorem eſſe ære alieno grauatum, ſi modò rem quam emit, non eſt alicui hypothecata, nec eam emit animo defraudandi creditores, ſed ſimplici animo, quia eſt ſibi vtilis; tutus eſt in vtroque Foro. Nam primò non tenetur in Foro iudiciali, per dict. l. Ait prætor. §. Alias autem. Idẽ probatur arg. l. 2. C. eod. tit. vbi bona in dotem data, quæ creditoribus non erant obligata, non reuocantur; niſi probentur in fraudem data, & accepta. Secundò, nec in Foro conſcientiæ tenetur, ſecundùm Palud. in 4. diſt. 15. quæſt. 3. Couar. in 3. Reſolu. cap. 3. n. 6. dicit communem Rebel. ſup. nu. 12. vbi etiam allegat Naua. cap. 17. nu. 271. ſed ibi nihil de hoc dicit. Ratio concluſionis eſt, quia contra emptorem, nullam habent actionem creditores, nec etiam

Digitized by Google

etiam perſonalem, cùm bona fide emeret; nec hypothecariam, vt ſupponimus. Ex parte verò venditoris, non apparet vlla lex, quæ dirimat venditionem; cùm titulus, Quæ in fraud. cred. in onerofis requirat fraudem ex parte vtriuſque, vt concedat reuocatoriã. dict.l. Ait prætor.§. Quod ait. l. Is qui. ff. eod. & meliùs in l. Quod autem.§. Hoc edictum. ff. eod. & l. Ignoti iuris.C. de Reuocan. his quæ in fraud. quæ ita ſumatur, *In titulo oneroſo requiritur fraus dantis & accipientis*, docet Coua.lib. 2. Varia. cap. 19. nu. 5. licèt Ant. Gom. 2. Reſol.cap.2.nu.2. quem refert Rebel. ſup. lib. 9. quæſt. 17.nu.27. alterius dicat ſufficere. In gratioſis autẽ,& lucratiuis, ſufficit vnius tantùm dolus, dict.l.Ignoti iuris.

Tertia concluſio eſt notabilior. Emens ſcienter in fraudem creditorum, ſiue vendens bona fide vendat, ſiue mala: & ſic, ſiue ſit conſcius fraudis, ſiue non, cum vẽditore: tenetur in conſcientia ad rem reſtituendam creditoribus,ſi extet,vel pretium ipſius. Hanc dicit probabiliorem & communiorem Rebel.ſup.nu.14.& nu.22.Et hoc, ratione damni quod intulit creditoribus.

SVMMARIVM.

1 *EMPTOR bonæ fidei, ſi eadem bona fide, & eodem pretio rem vendiderit; an teneatur de euictione, in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 EMPTOR bonæ fidei, ſi eadem bona fide rem eamdem poſteà vẽdiderit, & ab emptore ſecundo poſtmodùm euincatur: in Foro iudiciali, tenetur de euictione, iuxta l. 1. & l. Qui alienam.54.& l. Euicta. 70. ff. de Euictio. quibus concordat Ordin.Luſita.lib.3. tit.45.§.3. & 5. & tenet in ſpecie Fr. Lud. Lop. in ſuo Inſtruct. 1. par. cap. 94. in fin. Putat tamen preſata iura, & titulum de Euictio. in præſumpta mala fide, & culpa venditoris, ſe fundare. Sed fallitur. Non enim actio de euictione fundatur in bona, vel mala fide, ſeu culpa venditoris, ſed in iure commutatiuæ iuſtitiæ, & in bona fide emptoris. Quid enim magis iuri, & rationi conſonum, quàm vt contractus ſint firmi? Et ſi fortaſſe ex aliquo euentu, ſiue cauſa, reſcindantur; id fiat ſine iniuria & damno innocentis. Cùm ergo quis emit bona fide rem aliquam; ſi poſteà appareat eſſe aliena, & ob id ab eo euincatur: bona fides, ratio, æquitas, & iuſtitia commutatiua, poſtulãt vt emptor recuperet pretium ſolutum; nec non & omne intereſſe, ſi quod paſſus eſt ex tali emptione, & euictione rei emptæ; ac denique omne illud quod emptoris intereſt, non fuiſſe rem euictã, vt ſic emptor innocens ſeruetur incolumis, vt probat tex. dict.l. Euicta.cuius verba ſunt, *Euicta re ex empto, actio non ad pretium duntaxat recipiendum, ſed ad id quod intereſt, competit*. Idem probat l.Titius.43.in fin.ff. de Actio. empt. Prętereà actionem de euictione non fundari, niſi in bona fide emptoris, vel in ſtipulatione, ſi expreſsè cautum eſt de euictione, probat textus expreſſus in l. Si fundum. 27.C.de Euictio.

In Foro verò conſcientiæ, an dictus vẽditor bonę fidei ſimiliter teneatur emptori de euictione, & ipſum ſeruare indemnem; Doctores inter ſe diſcrepãt. Quidam enim vt Soto.lib.4.de Iuſt.quæſt.7.art.2.§.Quid autem. Ioa. Medina, & Ledeſma, quos refert, & ſequitur Rebel. de Obliga. Iuſt. 2. parte lib.9.quæſt. 18. nu.11. & 12. Petrus etiam à Naua. poſt Mercado, quem allegat lib. 3.cap. 4. §. Vltimo. nu. 206, cum ſeq. tenent partem affirmatiuam, & conſequenter nullam ponũt in hac ſpecie differentiam inter vtrumque Forum, propter rationes ſupra allegatas, quę non ſolùm militant in Foro externo, ſed etiam in Foro conſcientiæ. præſertim cùm id exigere videatur iuſtitia commutatiua, vt ſcilicet emptor recuperet ſuum pretium, & omnes expenſas in dicta emptione factas, in qua fuit damnificatus ratione rei à ſe euictæ; quandoquidem contractus fuit reſciſſus, nec potuit habere effectum. Alii verò, vt

Naua.

Digitized by Google

Naua. in cap. 17. nu. 8. poſt Caiet. Silueſter item verb. Reſtitutio. 3. quæſt. 7. §. Tertium. & Bart. Medin. in Inſtruc. Confeſ. cap. 14. §. 3. in ſecunda regula, tenent contrarium, nempe in prædicto caſu venditorem bonæ fidei ad nihil teneri, ſi eodem pretio quo emit rem, vendidit; quia nihil ampliùs, quã ſuum habet. Quòd ſi maiori vendiderit; ſolùm, ad illud plus, tenetur; quia eo, factus eſt locupletior. Allegat Naua. in confirmationem ſuę opinionis, l. In creditore, & l. Cum ea. ff. de Euictio. Sed non aptè, quia illa iura loquuntur de venditione facta per creditorem, iure pignoris. quo caſu ceſſat euictio, vt dicit dict. l. Cum ea. *Cum ea* (inquit) *conditione pignus diſtrahitur: ne quid, euictione ſecuta, creditor præſtet.* At in noſtro caſu, tenetur venditor de euictione, vt ſuprà probatum eſt in princip. Si ergo tenetur, & nedũ de iure ciuili, ſed etiã de iure Canonico: (cùm actio de euictione per Ius Canonicum approbetur, vt in cap. fin. de Emptione.) quomodo poteſt verũ eſſe, quod Naua. & eius ſequaces dicunt, ad nihil teneri in Foro conſcientiæ? Ad hoc reſpondet Naua. nõ teneri ad aliquid in effectu, niſi tantùm ad cedendam actionem euictionis, quam habet aduerſus ſuũ venditorem. Nam cũ hoc, ſatisfacit obligationi de euictione, ad quam tenetur; & ſic cedendo liberabitur. Allegat dict. l. In creditore. Sed ibi liberatur; quia non tenebatur ex contractu, ſed quia erat creditor habens pigneratitiam contrariam actionẽ, & eam cedere compellitur; quando quidẽ ſine vllo ſui diſpendio id facere poterat, & de euictione non tenebatur aliàs. Secùs tamen eſſet, ſi ex contractu cum eo, per agẽtem de euictione, celebrato, vt dicit ibi gl. pro quo allegat, l. Non aduerſus. C. Si cert. peta. At in noſtro caſu, tenetur ex contractu, & venditione per eum facta. ergo.

Quid igitur dicendum? Certè paſſus eſt dubius. Adeò vt quidam Iudex (cùm eſſet electus arbiter in quadam ſimili cauſa) neſcierit alio modo rem hanc decidere, niſi diuidendo pretium inter emptorem, & venditorem, condemnando venditorem ad reſtitutionem medietatis pretii, vt teſtatur Lop. 1. par. cap. 94. ad fin.

Nihilominus tenenda eſt opinio Naua. facientis in hoc differentiam inter vtrumque Forum. Pro cuius opinionis confirmatione, allego tex. not. in l. Si ea res. 31. ff. de Actio. empt. vbi venditor, licèt aliàs teneatur ex empto rem tradere: ſi tamẽ per vim ab eo auferatur, ſufficit ei cedere actionẽ, ratione rei competentem. Ad idem melior tex. in l. Eũ qui. 13. ff. de Peric. & commo. rei vendi. vbi idem permittitur, licèt venditor fuiſſet in culpa. Secundò, eamdem opinionem confirmo per tex. ſing. in l. Si is. 16. ff. Depoſi. vbi depoſitarius, ſi rem apud alium deponat, non tenetur ad aliud, quàm ad cedendum actionem quam habet contra ſecundum depoſitarium. Nõ mirùm ergo ſi venditor bonę fidei (licèt aliàs teneatur de euictione) liberetur cedendo actionem contra ſuum auctorem. Tertiò, idem confirmatur argumento tex. celebris, in l. Quod ſæpe. 35. §. Si res vendita. in fin. ff. de Contrahen. empt. vbi tex. primò tradit idem, quod dict. l. Si ea res. & dict. l. Eum qui. deinde dicit venditorem, ſi alienam rem ſcienter vendiderit, & ea, ante traditionem, furto perierit, non liberari cedendo actionem, quia nullam habet ratione dominii, quam cedere poſsit vindicationẽ; nec condictionem, & ideò condemnandũ; quia ſi ſuam rem vendidiſſet, potuiſſet eas actiones ad emptorem transferre. Probat ergo textus, ſi venditor haberet actionem, quam in emptorem transferre poſſet; ſufficere eam cedere. Quartò, facit pro hac opinione, ratio quam tradit Lop. vbi ſup. nempe neminem, citra culpam, ad reſtitutionem eſſe damnandum; quando reuerà alienum nõ retinet. Per quam rationem dicit, opinionem Naua. tamquam magis iuridicam, eſſe tenendam. Saluat tamen opinionem Soti in tribus caſibus, ſcilicet quando primus emptor fuit in aliqua culpa; vel ſe obligauit expreſsè de euictione, vel eſſet fruſtanea ceſsio euictionis. Quibus contingentibus caſibus, dicit opinionem Soti eſſe tutiorem & tenendam. Ego verò tertium caſum non approbo, ſi per fruſtraneam ceſsionem intelligit quando primus auctor qui rem vendiderat venditori, eſſet pauper, vel non appareret: quia erat fur, & fugerat; quia, hoc non obſtante, ſufficit venditori in Foro conſcientiæ cedere

dere

Digitized by Google

dere actionem quam habet; quia in ea fuit factus ex re primò empta locupletior, & ad nihil ampliùs tenetur, cùm nihil aliud habeat alienum, quod reſtituere teneatur.

Quid autem, ſi venditor rem euictam dono habuiſſet? tunc aliter dicendum eſſet. Ratio eſt; quia in eo caſu;nõ habet vẽditor actionem quam cedere poſsit, vt patet in l. 2.C. de Euictio. & tenet Soto ſup. col. 3. ante.§. De illo autem.

SVMMARIVM.

1 *EMENS ignoranter equum, vel ſeruũ vitioſum, vel morboſum, habet ſex mẽſes ad Redbibitoriã, & annum ad Aeſtimatoriam quanti minoris. In Foro verò conſcientiæ, quandocumque.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 EMENS equum,vel ſeruum vitioſum, vel morboſum (ignoranter) quod ſi ſciuiſſet, nullo modo ipsũ emiſſet;habet in Foro iudiciali ſex menſes vtiles,à die ſcientiæ, ad reſcindendam emptionẽ per actionem Redhibitoriam : & annum ad Aeſtimatoriam quanti minoris, l.Cùm proponas.iuncta ibi gl. C. de Aedilit.actio. l. Sciendum. §.fin. & l. Si tamen.48.§.2.ff.eod.& vtrobique communiter DD. Quod procedit, ſiue venditor fuerit bonæ fidei, ſiue malæ fidei, vt docet Paul.de Caſt. in l.Sequitur.§.Si viam.nu.6. ff.de Vſu capio.Panor.& Felin. in c. fin. de Præſcri.Balb.de Præſcrip. 2. p.tertiæ partis prin.q.13.Cremenſ. Sing. 164. Mattheſil. Sing.23. eſtque communis opinio ſecundùm Viui.opin.9. quæ habetur 1.tom Cõmun.opin.lib.4.tit.5.num. 45.

In Foro verò conſcientiæ,ſemper manet obligatus venditor ad rem recuperandam, vel minuendum de pretio, quantò minus valuerit, ob vitium vel morbum prȩfatum, ſecundùm D.Thom. 2.2.quæſt.77. artic.3. & ibi Caiet. Maior. in 4. diſt.15. quæſt.40. art.3.Silu.verb.Emptio.quæſt.19. etiam ſi in ipſa venditione interuenerit proxeneta, ſiue corretor publicus, & diceret ipſum vendere cum tali, & tali vitio, & morbo, nominando quamplures, & inter eos, illũ de quo agimus. Eſt enim hæc cautela doloſa,& captioſa. Nam ſciens vẽditor vitiũ, tenetur illud ſpecificè notificare emptori. aliàs etiam in Foro iudiciali, ſi intra tẽpus debitum petatur, compelletur ad recuperandum animal, ſeu ſeruum venditum, & ad reſtitutionem pretii, vt iam habui in facto Barchinonæ, & obtinui. & in terminis conſuluit Corne. Conſi. 81. vol. 3. & docet S.Bernardinus ſermone 33.art. 2.ſub cap.7. Specula.tit.de Empt. & vendi. §. de Reſcind. vendi. Iaſ. poſt Ang. & Pau. in l. Paciſci. ante fin.ff.de Pact.Port.in §.Suſpectus.num.8.Inſt.de Suſpect.tut.Alex.Conſ. 14.in fi. & ibi Nata.in Additione, & Conſ. 95.vol.5.

EXCOMMVNICATIO.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATVS, & denunciatus,non poteſt communicare in Foro exteriori, niſi probet, duobus ſaltem teſtibus,ſe eſſe abſolutum.*

2 *In Foro verò conſcientiæ, ſufficit vt ipſe hoc dicat.*

3 *Abſoluto à Confeſſario virtute Bullæ Cruciatæ, quo modo credatur.*

Digitized by Google

DIFFERENTIA PRIMA.

SEMEL excommunicatus, & denunciatus, debet ab omnibus vitari in Foro exteriori, donec probet, duobus ſaltem teſtibus, ſe eſſe abſolutum. cap. Sicut. 39. de Sentent. excommunicat.

At in Foro conſcientiæ, vt quis poſsit cum excommunicato communicare, etiam in Diuinis; ſufficit vt ipſemet dicat ſe iam eſſe abſolutum, per gloſſam celebrem in Clement. 1. verb. Non habita. de Priuil. quam valde ibi commendat Rauen. vbi Card. quæſt. 15. eam ſequitur, & dicit ſingularem Nauar. in cap. Placuit. num. 153. de Pœnit. diſt. 6. & Conſil. 1. num. 5. de Cōſtitut. ad hoc, quòd in Foro conſcientiæ, ſtatur dicto pœnitentis. vide ſimilem gloſſam. in cap. penult. verb. Electio. de Re iud. lib. 6. & in cap. Significaſti. 1. & 2. de Homicid. Idem docet Hoſt. & Abb. in cap. Cū illorum. num. 15. de Sentent. excommuni. & in cap. Sicut. num. 4. eodem tit. Ratio eſt, quia non eſt veriſimile, quem eſſe immemorem ſuæ ſalutis, cap. Sancimus. 1. quæſt. 7. Et licèt prædictę gloſſæ loquantur de Sacramento pœnitentiæ: idem eſt dicendum extra ipſum, cùm non ſimus in contradictorio iudicio, nec ſit in præiudiciū alicuius; cū in dicto caſu, principaliter agatur de intereſſe ſolius abſoluti. Non ergo mirūm ſi ſolo ipſius dicto credatur, etiā extra Sacramentum pœnitentiæ; & ita vidi practicari. Et licèt is, ad cuius inſtantiam fuit quis denūciatus, poſsit aliquod intereſſe prętendere: attamen ego non teneor quærere, & examinare, an verè ſit abſolutus, nec ne. ſed ſufficit vt ipſemet excōmunicatus id dicat, de cuius intereſſe principaliter agitur.

3 An autem abſolutus, ſatisfacta parte, per Confeſſarium virtute Bullæ Cruciatæ electum, poſsit, & ſufficiat probare ſuam abſolutionem, per teſtimonium ſolius Confeſſarii, & fidem in ſcriptis ab eo obtentam: quidam tenent quòd ſic. Ita Calder. Conſil. 2. de Teſtib. pro quo eſt optima gloſſa finalis in capit. In præſentia. de Teſtib. quatenus dicit ſufficere mulieri, vt poſsit cum alio cōtrahere, eſſe certificatā de morte ſui viri, ſcilicet per teſtimoniū magiſtri militū, vel alicuius cuiuſcumque, aſſerentis fuiſſe mortuū in bello, vel alibi; quia in dicto caſu, ſolùm agitur de intereſſe vxoris, vt docet ibi Felin. num. 22. poſt Innoc. & optimè Henriq. de Indulgent. cap. 13. §. 2. in fine, in gloſſa V. vbi conſulit vt curet excommunicatus à Confeſſario ſe abſolui coram Notario, vel teſtibus, vt ſic euitetur ſcandalum, & periculum, ex Angelo, & Silu. verb. Excommunicatio. 5. num. 26. & Nauar. cap. 27. numero 43. & 272. ad finem. quę eſt optima cautela, vt ſic ſecuriùs poſsit probare in Foro exteriori ſuam abſolutionem, quando publicè fuit excommunicatus. Idem docet Henriq. de Excommunic. cap. 29. §. 5.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATVS non denunciatus, non repellitur à iudicio contentioſo.*

2 *Benè tamen à Foro pœnitentiali.*

3 *Et etiam à contentioſo, ſi pars excipiat.*

4 *Excommunicatus communicans, quod peccatum incurrat.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 EXcommunicatus non denunciatus, non repellitur à iudicio contentioſo, cùm non teneatur vitari, per Extrauag. Ad euitanda ſcandala, de qua per Nauar. cap. 27. num. 35.

2 Benè tamen repellitur à iudicio pœnitentiali, quia aliàs ſacrilegium committit qui ſciens ſe excommunicatum, & non valens abſolui à Confeſſario, accedit ad Sacramentum Pœnitentiæ, vt docet Nauar. cap. 9. num. 3.

Sed obſtat primo dicto, nempe prædictā Extraua-

Extrauagantem nihil prodeſſe excommunicato. vnde perinde tenetur nunc ſe abſtinere, ſicut ante ipſam latam, vt docent communiter Doctores, & notat Nauar.dicto cap.27.nu.35. verſ. Nota ſecundò. At ante dictam Extrauagantem, de iure communi, repellebatur; vt in cap. Intelleximus. de Iud. ergo, & nunc poteſt repelli.

Reſpondetur verum eſſe prædictam Extrauagantem nihil prodeſſe excommunicato; & ideò teneri in conſcientia ſe abſtinere à communione Fidelium, & conſequenter à iudicio contentioſo. Si tamen ſe
3 non abſtineat, puto vltra peccatum quod incurrit, poſſe excipi contra ipſum; & repelli à iudicio, ſicut ante dictam Extrauagantem: non tamen teneri partem alteram ipſum repellere. Et in hoc ſtat, & conſiſtit differentia inter vtrumque Forum, ſcilicet in Foro contentioſo poſſe admitti per dictam Extrauag. ſi pars conuenta per ipſum, nolit excipere contra eum: in Foro verò pœnitentiali, teneri Cōfeſſarium illum repellere, ne ambo incidant in ſacrilegium.

4 Et obſerua ſolùm in tribus caſibus peccare mortaliter excommunicatum non ſe abſtinendo à communione. Primò, cùm communicat in ſacramentis. Secundò, vel in Diuinis, aſsiſtendo Officiis diuinis. Tertiò, vel communicando cum aliis per contemptum. Adde not. per Sil. verb. Excommunicatio.3.§.5. & infrà Diff.9.num.5.

SVMMARIVM.

1 *EXcommunicatus minore, poteſt conferre Sacramenta, quando conferendo non recipit.*

2 *In Foro verò conſcientiæ, non poteſt abſque peccato, ſaltem veniali ea conferre, etiam ſi ea conferendo non recipiat.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 EXcommunicatus minore excommunicatione, vt quia communicauit cum excommunicato maiore excōmuncatione, & denūciato; nō peccat quoàd Eccleſiam cōferendo Sacramenta, quando conferendo non recipit; quia non à collatione, ſed à participatione tantùm Sacramentorum eſt remotus, iuxta cap. A nobis. de Except. & cap. Si celebrat. de Cleric. excommunic. miniſtr. ſecùs quādo conferendo reciperet; vt in celebrante Miſſam ad communicandum alios, vel in Epiſcopo miſſante ad celebrandum Ordines. Hi enim peccant, nō ex parte qua dāt, ſed quia ſumunt. Ita ſingulariter Naua. cap. 27.nu.24.& 249.in fin. ſic limitans, & intelligens dictum cap. Si celebrat. verſ. Peccat autem. vt ſcilicet intelligatur de conferente, qui vt conferat, debet etiam recipere, vt in exemplis ſuprà relatis. ſecùs in conferente tantùm.

2 At quoàd Deum, & Forum interius, peccat tantùm propter temeritatem, & irreuerentiam. Eò enim ipſò quòd ad Sacramenta ſuſcipienda accedere nequit, venialem quamdam irreuerentiam eiſdem Sacramētis, ea cōferēdo, irrogat, vt inquit notabiliter Sot. in 4.diſt.22.queſt.2.art.3.poſt prin. pro quo facit tex. in c. Miniſtri altaris. diſt. 81. vbi prohibetur Presbyteris, & Diaconis ſuas, aliàs, vxores cōtingētibus, ne recipiant interim Sacramenta, nec ea illis miniſtrent, nec quoquo modo ad aliquod miniſterium intra Eccleſiam accedant, tamquam peccatores, & indigni, vt talia contingant, & exerceant. Idem quod Sot. ſuprà, docent Anchar. & Marian. in dict. c. Si celebrat. nu.5. & Couar. in cap. Alma mater. 1. part. §.8.nu.2. & Ledeſ. in ſecundā 4. queſt. 25.art.2. & ita tene, licèt Doctor Sahagun magiſter meus Salmanticæ in tractatu de Excōmunicatione, tenuerit nedum venialiter, ſed etiam mortaliter peccare excommunicatum minore, adminiſtrando aliis Sacramenta, quamuis ea ipſe non recipiat.

SVMMARIVM.

1 *EXcommunicatus occultus, ſi impetret reſcriptum aliquod, an valeat in vtroqe Foro.*

2 *In iis quæ non geruntur ratione publici officii, non eſt differentia inter excommunicatum publicum, & occultum.*

3 *Diſpoſitio cap. 1. de Reſcript. lib. 6. ampliatur ad alia reſcripta impetrata à Regibus, & Principibus ſecularibus, & etiam ab inferioribus Papa.*

4 *Excommunicatus inſordeſcẽs per annum, non gaudet abſolutione quæ ſolet apponi in reſcriptis à Sede Apoſt. impetratis.*

DIFFERENTIA QVARTA

1 EXcommunicatus occultus, impetrans reſcriptum aliquod, validè impetrat in Foro conſcientiæ, ſecundùm Nauar. Conſil. 28. nu. 8. & 9. de Sentent. excommunicat. ſequutũ Archid. in cap. 1. de Reſcript. lib. 6. tenentem dicto cap. 1. non comprehendi excõmunicatum occultum. Contra quem tenet communis, vt teſtatur idem Naua. ibidem, ſed limitat prædictam communem, vt non procedat quoàd Forum animæ. & ſic vult dictum cap. 1. ſolùm habere locum in Foro exteriori, quoàd excommunicatum occultum; & in vtroque Foro, quoàd excommunicatum publicum.

Sed certè opinio Archid. etiam cum reſtrictione Nauar. ſtare non poteſt; & contra eam tenet Silueſt. verb. Reſcriptum. nu. 2. in fine, poſt Direct. & Suarez 5. tom. Diſput. 17. Sect. 1. num. 4. vbi dicit in vtroque Foro nullum eſſe tale reſcriptum. Et ideò quantumuis excommunicatus occultus ſit: tenebitur in conſcientia non vti tali reſcripto, prout notauit in terminis Silu. vbi ſup. ex Direct. Nam licèt prædictum cap. 1. pœnale ſit; hoc nihil refert, ſecundùm Suarez; quia in his effectibus priuatiuis, & præſertim in hoc qui pendet à voluntate Principis, & ad cenſuram pertinet, quæ ſecum affert executionem, ſi effectus ſimpliciter ipſo iure imponatur, ſtatim committitur, ſeu irritat, & anullat, prout ibi verba ſunt perſpicua, & notat ibi gloſſa communiter recepta, quam commendat ibi Peruſ. num. 4. & Socin. Conſ. 76. vol. 1. Et mirandum eſt, ob dictam pręcipuè rationem pœnalitatis, adhæſiſſe Nauar. præcitatæ opinioni; cùm ipſe in Manuali cap. 23. num. 67. teneat legem pœnalem ipſo iure imponentem pœnam, licèt aliàs non obliget in conſcientia, nec in dictam pœnã quis incurrat ante Iudicis declarationem; fallere tamen in ſententia excommunicationis, & aliis cenſuris, vt eſt communis opinio, teſte domino meo Rojas in Epithome ſucceſsion. cap. 20. num. 147. & 150. & Couar. 2. de Teſtam. cap. 6. §. 8. nu. 16. in fine, verſ. Nonò. & Rodriguez in Summa 1. parte cap. 195. num. 2.

2 Et pro hac opinione contra Nauar. facit dictum illud celebre, & communiter receptum Innoc. in cap. Cùm dilectus. num. 5. de Conſuet. vbi ponit notab. regul. nimirùm in his quæ non geruntur ratione publici officii, ſed reſpiciunt proprium commodum excommunicati, non eſſe differẽtiam inter excommunicatum publicum, & occultum. Quod Dictum commendat Abb. in cap. Ad probandum. num. 13. de Re iud. vbi Fel. col. 1. dicit eſſe theoricam auream, & in cap. Rodulphus. num. 13. dicit hoc Dictum eſſe ſingulariſsimum. Vide ad idẽ eumdem Felin. in cap. Sicut. numero 3. de Re iud. & Abb. in cap. Exceptionem. num. 27. de Except. & Dec. in cap. Poſt ceſsionem. num. 20. de Probation. ſequitur Pet. Barboſ. in l. Diuortio. in princip. num. 48. ff. Solu. matri. Adde notata verb. Nullitas. Diff. 5.

3 Et licèt prædicta differentia hodie nullius videatur effectus, & conſiderationis, (cũ in omnibus reſcriptis à Sede Apoſtolica impetratis ponatur clauſula illa, Abſoluentes. N. ad effectũ harum literarum, vt aduertit Suarez vbi ſuprà, numero 2. & meliùs Nauar. dicto. Conſil. 28. numerò 5. addens licèt non poneretur dicta, clauſula, eſſe tamen intelligendam, aut certè reformari poſſe literas cum illa inſerta, ſecundùm Reb. quem ibi allegat, & de dict. clauſula vide notata verbo Abſolutio. Diff. 2. num. 5.) nihilominùs eſt magni effectus ad alia reſcripta impetrata per eoſdem occultos excõmunicatos ab Imperatore, Regibus, & Principib. quæ ſecũdùm eumdem Naua. vbi ſup. n. 2. & 6. & Suar. dicta Sect. 1. num.

Digitized by Google

num.3. ſunt etiam nulla, per dict.cap.1, licèt ipſe in partem contrariam magis inclinet, ſed nihil definire voluit.

Ad alia verò Reſcripta Inferiorū Eccleſiaſticorum non putāt extendi debere prædictum cap. 1. Cùm ſit pœnale, & ſic reſtringēdum, vt ſcilicet nō loquatur, niſi de Reſcriptis à Sede Apoſtolica impetratis. Quod libenter admitterem, niſi obſtaret Dictum illud Inno. de quo ſupra nu.4.

Et pro concluſione principali dicti cap. 1. & ornatu illius tex. vltra Lap. Domin. & Peruſ. ibi num.3. vide Calder. Conſil. 4. de Reſcript. Fel. in cap. Cùm illorum. num. 2. de Senten. excommunicat. Dec. in Rub. de Reſcript. num.1 ad fin. Rota antiqua 220. gloſſa in cap. Prudentiam. §. Sexta de Offic. delegat. & in cap. Cùm bonæ de Aetate, & quali. Et pro eius ampliatione vide Calder. Conſil. 12. ſub titul. de Regul. Ioan. And. ad Specul. in tit. de Reſcript. præſent. col. pen. Palat. Rub. in Repetit. capit. Per veſtras. de Donation. inter vir. & vxor. §. 2. nu.9. & 10. Felin. latiſsimè in cap. final. de Exception. vbi ponit tres Ampliationes, & ſex Limitationes, & latiùs Domin. dict. cap. 1. vbi ponit 19. Limitationes, quas trāſcribit Mōtal. in l.4. tit.10. de las Deten. lib. 2. Fori. in glo. verb. Demandar. vide etiam Feli. in c. Nonnulli. §. Sunt & alii. nu.49. de Reſcript. & in cap. Dilectus filius. col. fin. & ibi Imol. n.1. eod. tit. Abb. & eius Additionat. in cap. Veritatis. in fine, de Dolo, & contu.

4 Vltimò adde ad dictū cap. 1. & ad abſolutionem, quæ de ſtylo curię apponitur in omnibus Reſcriptis à Papa impetratis, ad effectū valoris eorum, nempe, ſi excommunicatus impetrans, eſt inſordeſcens per annum, talem non frui prædicta abſolutione generali. Ita poſt Rebuf. in Praxi in form. & delarat. nouæ prouiſ. num. 10. annotauit Nauar. in capit. Ita quorumdam. de Iudæis. Notab. 1. 1. in gloſ. vlt. n. 14. refert, & ſequitur Suar. vbi ſupra nu. 10. Et conſequenter, ſi talis impetret diſpenſationem ad cōtrahendum in gradu prohibito, vel legitimetur, vel ſuppleat ætatem, vel quid aliud, & eius virtute faciat aliquem contractum dependentem ſubſtātialiter ab illo reſcripto, contractus erit etiam nullus, licèt tempore illius iam eſſet abſolutus. Ita ſingulariter Feli. in cap. Cùm illorum de Sentent. excō. & in cap. fin. de Reſcript. quem defendit Suar. dicto tom.5. Diſp. 15. Sect. 8. nu. 9. cōtra Couar. in 4. par. 2. cap. 6, in princip. num. 3. & Ludou. Gom. ab eo relatum. quod retine mēte perpetuò. poterit enim tibi eſſe in practica valde vtile, & honorificum. Et eſt ſingularis limitatio ad cap. Felicis. de Pœnis. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *EXcommunicatus non poteſt in Iudicio petere debitum. ſecùs in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA QVINTA

1 EXcommunicatus in Foro iudiciali, & cōtentioſo, non poteſt petere ſibi debitū, cap. Intelleximus. de Iud.

In Foro tamen interiori, id eſt, in conſciētia, & abſque peccato, bene poteſt ipſum petere priuatim, & ad partem, vt docet Caiet. verbo Excommunicatio. in cap. De his quæ excommunicato illicita ſunt. in fine, quem ſequitur Suar. 5. tom. de Cenſur. Diſputatione. 15. Sect. 8. num. 3. pag. 299.

SVMMARIVM.

1 *EXcōmunicatio Papę excuſat in Foro exteriori infra duos menſes à die publicationis, nō tamē poſt. Bene tamē in Foro interiori.*

2 *Statuta Ordinariorum quomodo ligent ignorantes.*

DIFFERENTIA SEXTA.

EXcommunicatio lata in Extrauagantibus, ſeu Motibus Propriis, qui quotidie in

curia eduntur, ac publicãtur in campo Floræ, & aliis locis publicis, ſolùm excuſat infra duos menſes à dicta publicatione, Romæ facta; neque admittitur ignorantia vltra dictum tempus in Foro exteriori; & ita poſt duos menſes incipit ligare omnis noua conſtitutio cum ſua pœna, ſi eſt iuris noui promulgatoria, non veteris iuris declaratoria. Ita gloſſa final. in Data lib. 6. Iaſ. in l. In eum. num. 8. ff. de In ius vocand. Nauar. latiſsimè, Conſil. 1. de Conſtitutiõ. in 4. quęſt. à num. 15.

At in Foro interiori, excuſat ſemper ignorantem, ſecundùm eũdem Nauar. cap. 27. nu. 16. & Conſil. 54. nu. 3. verſ. Quintò. de Senten. excommunicat.

2 Quod cõfirmatur ex cap. 2. de Cõſtitutio. lib. 6. vbi ſtatuta Ordinariorum non ligant probabiliter ignorantes, nec incurritur excommunicatio in eis lata; etiam ſi ſint ſuper actibus alioquin prohibitis, & illicitis; vt commune, & practicandum dicit Felin. in cap. à nobis 1. de Sentent. Excommunic. num. 1. Nauar. cap. 27. num. 16. & Iul. Clar. quæſt. 85. n. 1. contra Victor. de Excommunicatione. nu 8. vbi dicit contrariam tutiorem, & vſu Eccleſiæ receptam; quam late defendit Couar. in cap. Alma mater. 1. par. §. 10. num. 8. cum ſequentibus, de Senten. excommunic. lib. 6. Sed aduerte non loqui Victoriam de ignorãtia facti, ſed de ignorantia iuris.

SVMMARIVM.

1 *NON defendens Clericum percuſſum, non eſt excomunicatus in Foro interiori, ſi abſque dolo malo & conſenſu id omittat. Secùs in Foro exteriori, ſi eſt miniſter Iuſtitiæ.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 VIDENS percuti Clericum, & omittens eum defendere abſque dolo malo, & conſenſu, non eſt excommunicatus in Foro interiori, licèt ſit miniſter Iuſtitiæ, qui ad id, non ſolùm lege charitatis, ſed etiam lege iuſtitiæ tenetur, ſecundùm Naua. cap. 24. nu. 20. ad finem.

At in Foro exteriori excommunicatus eſt, ſi eſt miniſter Iuſtitiæ, cap. Quantæ. de Senten. excommunicat. Abb. ibid. num. 7. Nauar. d. cap. 24. num. 26. ad fin. & in c. Nõ inferenda. nu. 18. & 29. 23. quæſt. 3. & Additionator ad Iul. Clar. quęſt. 73. lite. C. Quia præſumitur id dolo malo feciſſe; & non ex negligentia, ſecundùm eoſdem Doctores.

Quoad peccatum verò nulla eſt differentia inter obligatos ex ſola lege charitatis, & obligatos ex lege etiam iuſtitiæ, vt docet idem Nauar. capite 24. num. 20. & probatur in cap. Dilecto. verſ. Et quidem. de Senten. Excommunicat. in 6. Conferunt ad hic dicta quæ habes ſub verb. Defenſio. Differentia 2.

SVMMARIVM.

1 *DEMENS vnam literam, vel apicem ex literis Papæ, eſt excommunicatus quoàd Forum exterius. Secùs in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 FALSIFICANS literas Papæ, eſt excommunicatus quoàd Forum exterius, licèt ſolùm vnam literam, aut vnum apicem, qui non mutaret illarum ſententiam, demeret, capit. Dura. de Crimine. falſi. cum ibi notatis.

At in Foro animæ, non eſt excomunicatus; vt poſt Gerſo. docet Nauar. capite 17. numero 169. & Rodriguez verbo Falſarios. capite. 118. num. 4.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *EXcommunicatus iniuſtè, ideſt, ſine cauſa, vel ex iniqua, vel falſa cauſa; eſt vere excommunicatus quoàd Eccleſiam, & Forũ exterius. Non vero quoàd Deum. Ponuntur latè fundamenta pro vtraque parte.*

2 *Excommunicatus iniuſtè, ſcilicet ex defectu rectitudinis animi, vel formæ accidentalis; verè eſt excommunicatus quoàd vtrũque Forum.*

3 *Excommnnicatus iniuſtè ex falſa, vel nulla cauſa, ſeu iniqua; tenetur in conſcientia ſeruare excommunicationem, & ſe abſtinere à diuinis, & communione Fidelium: non ſolùm in publico, ſed etiam in ſecreto. Licèt multi contra.*

4 *Differentia inter excommunicationem iniuſtam, & nullam.*

5 *Excõmunicatio habet executionẽ paratã.*

6 *Diuerſimodè operatur excommunicatio quoàd Eccleſiam; & quoàd Deum. vbi ponuntur effectus vtriuſque Fori.*

7 *Intellectus ad cap. Cui eſt illata. 11. q. 3.*

8 *Excommunicari quis poteſt, etiam ſine peccato mortali præcedente.*

9 *Excommunicatus iniuſtè, ſi celebret; an incurrat irregularitatem.*

10 *Excommunicato iniuſtè, ſi conferatur Beneficium, an teneat collatio.*

11 *Excommunicatus iniuſtè, ſi celebret extra diœceſim in occulto, poterit puniri à ſuo Iudice.*

DIFFERENTIA NONA.

1 EXcommunicatus iniuſtè, putà, innocens ſine vlla cauſa, vel ex cauſa iniqua, vel falſa; vt quia non cõparuit tali die, & præcisè fuit impeditus, vt in cap. Venerabilibus. §. Porrò. verſ. Idem eſt. iuncta ibi gloſſa, verb. Impedimento (quæ ponit multa exempla) de Sentent. excommunicat. lib. 6. vel quia non cohabitat cum ſecunda vxore, quam duxit publicè; cùm tamen duxerit aliam primò clandeſtinè ante Concilium, de quo per Gabr. in 4. diſt. 18. quæſt. 2. & diſt. 19. quęſt. 2. vel quia non vult reddere debitum vxori putatiuæ, quæ aliàs eſt conſanguinea, vt in cap. Inquiſitionis. de Sentent. excommunicat. vel quia iudex iubeat rem impoſsibilem, v. g. à paupere ſolui ſtatim debitum; vel quia nõ dat alteri ſuum librũ, de quo per Sanct. Anton. 3. part. tit. 24. cap. 73. §. 1. ad fin. & Silu. verb. Excommunicatio. 2. num. 8. verſ. Dico quinto. vel ſine vlla monitione, de quo in cap. Si Epiſcopus. 1. 11. quæſt. 3. & cap. Illud. de Cler. excommunicat. vel ob furtum commiſſum; cùm tamen illud ipſe non fecerit, de quo per Sanct. Anton. vbi ſuprà. vel vt denunciet, & reuelet talem rem Franciſci, nec eam poſsit detinere animo compenſandi, de quo per Silu. vbi ſuprà verſ. Sed reſtare poteſt dubium. vel ſimilia, copiosè tradita ab Henriq. de Excommunicat. cap. 15. §. 1. vbi alios citat. In his, & ſimilibus caſibus excommunicatus, verè eſt excommunicatus, quoàd Eccleſiam, & Forum exterius, indiget què abſolutione. aliàs ſi ingerat ſe diuinis, & communioni Fidelium, incidet in pœnas, excommunicationem in prædicto Foro conſequentes.

Quoàd Deum verò, & Forum interius, non eſt excommunicatus. pro vt etiam notauimus ſub verb. Sententia. Differentia 3. nu. 2. Hæc Differentia, quia eſt notabilis, & multum practicabilis, ideò eam copioſè, & à fundamentis examinare, ac probare operepretium duxi.

In primis pro ea probanda adducitur textus, in dicto cap. Venerabilibus. §. Porrò. verſ. Idem eſt. vbi quidam fuit citatus pręfixo ſibi termino: & quia in itinere captus, vel valetudine, aut vi fluminũ impeditus, non comparuit; fuit excommunicatus ob præſumptam contumaciam. nihilòminus dicitur ibi, vt ſi ſit ligatus, conqueratur coram Archiepiſcopo, & petat abſolui, & quòd debet prædicta abſolutio pręſtari, non obſtante contradictione alterius partis, propter expenſas factas, &c. Ecce quomodo excommunicatus ex falſa cauſa, dicitur ligatus, & abſoluitur. Ergo tenuit excommunicatio. Et ita per illum tex. tenet D. Anto.

D. Anton.ſuprà poſt D.Tho.Rayn.Innoc. & Bern. quos ibidem citat,& Ioan. Faber. in §.Semel. num. 5. Inſt. Quibus ex cauſ. manum. Sed parum vrget ille tex. quia loquitur de abſolutione ad cautelam, quando excommunicatio dicitur nulla; vt ex dicto cap. in fin. docent Abb. & Fel. col. 3. in cap. 2. de Teſtib.cogend. Vel veriùs, dicitur ibi ligatus, & abſoluitur ante cognitionem impedimenti, propter præſumptã contumaciam; & ſic reputatur excommunicatus, dum ignoratur iniuſtitia: & ideò abſoluitur ab ea, ad cautelam. Vnde non probatur ibi excommunicatum, fuiſſe verè excommunicatum.

Secundò videtur probare eamdem prædictam concluſionem idem tex.in §. Sanè. verſ. Si vero. vbi dicitur, vbi conſtat de iniuſtitia excommunicationis, non eſſe remittendum excommunicatum ad excommunicatorem, ſed abſoluendum eſſe à Superiore, qui cognoſcit de dicta iniuſtitia. Sed nec ille tex. vrget, quia non conſtat an iniuſtitia fuerit ex falſa cauſa, an ex defectu rectitudinis animi,vel formæ accidẽtalis. Nam nos nõ loquimur de hac ſecũda

2 iniuſtitia, quippe illa verè operatur quoàd vtrumque Forum omnes effectus excommunicationis, ſecundùm omnes, vt per Nauar.cap.27.num.3. Caiet.2.2.quæſt.70. art.4.Sot.lib.5. de Iuſtit. quæſt. 7. art. 4. ad fin. & latiùs in 4. diſt.22. quæſt. 1.art.3. & de Secret.memb.3. queſt. 7.& Couar. in c. Alma mater.1.part.§.7.num.7.verſ.Quarta Concluſio,& verſ. Illud tamen.

Tertiò adducitur textus, in cap. Sacro.de Sentent. excommunicat. vbi habetur,iniuſtè excommunicatum, puta, quia abſque manifeſta, & rationabili cauſa iudex eum excommunicauit; ſi appellet, vel conqueratur coram Iudice appellationis, remittẽdum eſſe ad excommunicatorem, vt intra certum tempus eum abſoluat: alioquin ipſe Iudex appellationis ipſum abſoluit, recepta ab eo ſufficienti cautione &c. Sed nec hic textus vrget, quia non conſtat de qua iniuſtitia loquatur.

Quartò adducitur textus,in cap.Per tuas. §. Verùm.de Sentent. excommunicat. vbi dicitur, cùm quis conqueritur, ſe iniuſtè, nõ tamẽ nulliter,fuiſſe excõmunicatũ,non debere audiri,niſi priùs abſoluatur;ne ſententiam excommunicationis contemnere videatur, & per hoc, ampliùs ex ſuo contemptu ligetur. qui textus ſatis probat noſtram differentiam: cùm in verſ.præcedenti, ante dictum. §. Verùm. ponat Pontifex modum ſeruandum in admiſsione eius, qui proponit ſe nulliter excõmunicatum. Et poſteà addit in dicto, §. Verùm. in aliis excõmunicationibus, ſiue iuſtis,ſiue iniuſtis quomodocũque (vt exponit ibi gloſſa) non eſſe admittendum, niſi priùs abſoluatur. Ergo erat ligatus,intellige quoàd Eccleſiam, & Forum exterius: nam ſtatim addit. *Aliàs etiam ligaretur quoàd Deum.* Vnde probat ille textus,iniuſtè excommunicatum, quomodocumque ſit iniuſtitia; (& ſic comprehendit illum qui ex falſa cauſa) eſſe excommunicatum, & indigere abſolutione quoàd Forum exterius: non tamen eſſe excommunicatum quoàd Deũ, & Forum interius.

Nec dicas ibi etiam abſolui ante cognitam iniuſtitiam. Fateor; attamen textus ſupponit, etiam ſi ita ſit, nempe, & ſi quis ſit excommunicatus ex falſa cauſa, vel quomodocumque, indigere abſolutione; & ſic nõ obſtat eſſe abſolutum ante cognitionem iniuſtitiæ, cùm diſponat tex. etiam ſi ita ſit.Idem probat tex. notabilis, in cap. Ab excommunicato de Reſcript. vbi excõmunicatus ſine vlla monitione (ſecundùm Abb.ibi Notab. 1.) etiã cognita dicta iniuſtitia, mandatur abſolui. Ad idem eſt textus egregius in cap. Si Epiſcopus.in 1. 11.quæſt.3. quem ad hoc not.Nauar.Conſil. 4. nu. 2. de Sentent. excommunicatio. Idem probat tex. ſingul. in cap. Illud.de Cler. excommunicat. miniſtr. vbi, ſine vlla monitione fuit quidam Epiſcopus excommunicatus à quodam delegato, eò quòd propria authoritate dimiſerat ſuam Eccleſiam,& ſe intruſerat in aliam. Et quia ſciẽs dictam excommunicationem (licèt per famam tantùm) celebrauit publicè,& non ſe abſtinuit à diuinis; incurrit irregularitatem, non obſtante, quòd id fecerat putans ignoranter illam excommunicationem nõ tenere, quia erat lata à delegato ſine monitione vlla. Nec obſtat ibi factum, pro quo fuit lata excõmunicatio, eſſe notoriũ.

Nam

Digitized by Google

Nam etiá in facto notorio,requiritur monitio,quoàd excommunicationem ferendam, vt poſt alios reſoluit Abb.in cap. Cũ ſit Romana.num. 30. 32. & 33. de Appellation. Et nota prædictam iniuſtitiam, ſcilicet excommunicare quem ſine vlla monitione,eſſe adeò grauem, vt multi teneãt reddere nullam ipſamexcommunicationẽ. Sed veritas eſt in contrarium, vt optimè probat Nauar. Conſil.4. de Sentent.excõmunicat. per totum. Nam licèt quis tunc excommunicetur ſine contumacia, & ſic ſine cauſa: tamen excommunicatio lata ſine cauſa,valet, & tenet, vt probant prædicta iura, quæ ſunt ad hæc ſingularia,& mẽte retinenda; maximè quia nedum in eis abſoluitur taliter excommunicatus, poſt cõſtitam in iudicio iniuſtitiam excommunicationis adeò grauem: ſed etiam ſi celebrauit ante abſolutionem, fit irregularis. Nota ergo prædicta iura pro quinto fundamento noſtrę differentiæ.

Sextò allegatur pro iſta opinione textus ille famoſus, & ſingularis in dicto cap. Inquiſitioni.de Sentent. excommunicat. in verſ. In primo caſu. vbi mulier coniugata ſciens certò (ſed occultè, & ſine teſtibus) impedimentum conſanguinitatis viri ſui putatiui,& ob id,nolens reddere debitum: ſi excommunicetur,quia non vult reddere; & ſic iniuſtè, & ex cauſa iniqua, vel ſine cauſa rationabili: nihilominùs valet excõmunicatio, & debet eam patienter ſuſtinere, vt dicit ibi textus. & conſequenter debere ſe abſtinere tã à diuinis, quàm à cõmunione Fidelium, docet latè Couar.in 4. part.2. cap.7.§.2.num.7.& dicit communẽ Nauar.cap. 16.num.39. Sed ille textus nõ vrget,nec facit multum pro noſtra concluſione, quia ibi propter ignorantiam iniuſtitiæ, & præſumptam contumaciam excommunicatione aſtringitur, & debet illã ſeruare, quia non poteſt probare ſuam iuſtitiam, ſcilicet non rectè fuiſſe excõmunicatam. Nã etiam ſi nulliter quis excommunicetur: ſi tamen non poteſt probare nullitatem, tenetur ſe abſtinere, licèt ſolùm in publico.

Septimò allegatur pro eadem opinione textus, in cap.Cùm contingat. verſ. In eo verò.de Officio Delegat.vbi habetur eadẽ diſtinctio, quam habet dictum cap. Per tuas. §. Verùm. de quo ſuprà egimus in quarto fundamento, ſed mutatis quibuſdã, nec ita clarè. Dicit enim dũtaxat cùm quis ſe aſſerit iniuſtè excommunicatum, vix, vel numquam eſſe eius, antequam abſolutus fuerit, probationem admittendam, niſi cũ dicit eſſe nullam. Sed cùm agat ille textus de abſolutione danda ante cognitionem iniuſtitiæ, parum facit pro nobis. Et idem eſt dicendum de cap. Ad reprimendam de Offic. Ordin.

Octauò allegatur textus ille inſignis in cap.1.11.quæſt.3.*Sententia* (inquit textus) *ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta, timenda eſt*. Si timenda eſt iniuſta. ergo ligat; alioquin non eſſet cur timenda veniret.

Nonò allegatur gloſſa verb. Spoliandi in cap.Poſtulaſtis. de Cleric. excommunicat. miniſtr.quæ dicit Clericum iniuſtè excommunicatum, ſi celebret, debere Beneficiis ſuis priuari tamquam irregularem. Quam gloſſam, poſt Abb. ibi, num. 2. ſequuntur plures quos refert, & ſequitur Couar. in dicto cap. Alma mater. 1. part. §.7.num.7. verſ. Quarta concluſio, & idem tenet Palud. in 4.diſt.18.quæſt. 1.art. 3. concluſ. 1. Sot. in 4.diſt. 22.quæſt.1.art.3.verſ.Secundo modo. Victor.de Excommunicat. nu. 336. Borgaſ. de Irregul.6.part.tit.de Cleric. excommunic. num. 16. Alph. Aluis Guerrero in Theſaur. Chriſt. Relig. c. 29. Mandoſ.de Comiſsion.forma 2. verſ. Eccleſiaſticis.Salzedo ad pract.Bernar. Diaz. cap.126. litera A. Henriq.latè de Excommunicat.cap.15.§. 4. & de Indulgent. cap. 13. §. 2. litera X. dicit communem Fel. in dicto cap. 2. de Teſtibus cogend.in gloſſa final.& in cap.Rodulphus.num.43. de Reſcript. Henriq. Bottheus. de Synod.2.par. à num.74. & Rip.de Peſte.3.part.ſecundæ partis,num.30.Vide etiam gloſſam 1. poſt medium. in cap.Ex parte.de Offic. Ordin. & gloſſam marginalẽ ad gloſſam penult. in cap.Quod ſuper.de Fide inſtr. quę tenẽt cõcluſionem noſtram principalem. Idem, gloſſa in fine caſus poſitionis. in cap. Si is qui. §. Cùm ergo. 11. quæſt. 3.& gloſſa verb. Irretiri. in cap.Romana. §. In vniuerſitatem. de Sent.excommunicat.lib.6.

Decimò,adducit Fel.in dicto cap.2.aliud funda-

fundamentum, ſcilicet excommunicationem, potentiorem eſſe ſentẽtia diffinitiua, cùm teneat, etiam ſi ab ea appelletur, vel lata ſit ſine monitione. cap. Paſtoralis. §. Verùm.de Appellat.& dictum cap. Sacro. Quod ſecùs eſt in ſententia diffinitiua; l. 1. §. Item cum edicto. ff. Quæ ſentent. ſine appellat. reſcind. cap. Venientes. de Iure iuran. Et tamen ſententia lata contra non comparentem in termino, quamuis impeditum; tenet, ſi Iudex neſciat impedimentum. gloſſa, & Doctores in l. Quæſitum. ff.de Re iud. licèt poſteà,cognito impedimento, reuocetur per reſtitutionem in integrum, vt per dictam gloſſam,& l.Si prętor. §. Marcellus. ff. de Iudic. Ergo idem fortiùs dicendum eſt in ſententia excommunicationis; ſcilicet tenere, licèt poſteà ſine difficultate reuocetur, & ab ea abſoluatur.

Vndecimò idem probatur ratione.Nam ex quo non deficit iuriſdictio in Iudice,nec intentio ad excommunicandum; nulla eſt ratio,cur eius ſententia non debeat tenere, licèt iniuſtè procedat. Sicut iniuſtè abſolutus,verè eſt abſolutus, quoàd Forum exterius, vt probat tex.in dict.cap. Venerabilibus.§. Vbi autem. docet gl.fin.cap. Cùm ab Eccleſiarum. de Offi. Ordi. Abb. in cap. Qua fronte. nu.6. de Appel. vbi dicit ita communiter teneri.Felin.in dicto cap. Ad reprimẽdam.nu.2. verſ.Dixit etiam.Nauar. cap.9.num.3.& cap.27. num. 38. Et idem videmus in omnibus aliis ſententiis, ſiue condemnatoriis,ſiue abſolutoriis omnium Iudicum. Nam licèt ſententia ſit iniuſta, & lata cõtra ius litigatoris:nihilominùs valet, & tenet, & tranſit in rem iudicatam, ſi vitium eſt remiſsibile per partes,& ab ea nõ appelletur, vt toto tit. C. Sentent. reſcind. non poſſe. l. 1. & 2. C. Quando prouoc. non eſt neceſſe. l. 1. ff. Quæ ſentent. ſine appellat. notat gloſſa final. in fine, dict. l. 2.C.Quando prouocar.non eſt neceſſe. & obligat in Foro exteriori, dum expreſsè non reuocatur per Superiorem, vt palam eſt;& ſic interim operatur in prędicto Foro exteriori omnes effectus quos operaretur, ſi fuiſſet iuſta.

Duodecimò probatur etiã ratione; quia in dubio, & vbi non apparet euidenter de iniuſtitia mandati Superioris, obedire coguntur ei inferiores, & ſubditi; quia in dubio ſemper præſumitur pro Superiore.cap.In pręſentia. de Renunciat.cap.Bonæ.§.Porrò. de Elect. gloſſa in d. c. Cùm ab Eccleſiarum.de Offi. Ordin. Tùm quia non pertinet ad ſubditum, & inferiorem, diſcutere ſit ne iuſtum,an iniuſtum mandatum Superioris; quia ſatis eſt, vt apparenter ſit iuſtum, cap. Paſtoralis.§. Quia vero. de Offic.Ordin. D.Tho.2.2.quæſt.64. art. 6. ad tertium.Alioquin facilè daretur anſa, & occaſio ſubditis, & inferioribus ſubtrahendi reuerentiam maioribus, vt tradit Caiet.2.2.quęſt.70.art.4.in poſtrema additione. Tum quia ſunt multa exempla,maximè inter Anachoretas, & Religioſos, quibus præcipiebantur multa irrationabilia, & impoſsibilia: & tamen miraculis declarauit Deus ſuiſſe ſibi gratam eorũ obedientiam. Et in noſtris ſtatutis 2. par. cap. 10.n.27.ſic continetur, Si durum, & graue aliquid,pręter ſtatutum,alicui,Prior imponere voluerit, repugnare fas nõ habemus. Idem docet Panor.in cap.Super eo.num.6. in fine.de Regular.Et in regula Sancti Benedicti. cap. 68. habetur,etiamſi impoſsibile videatur quod præcipitur, nihilominùs obediendum eſſe. Meritò igitur per Iura Canonica, & Pontificia, ſtatutum eſt vt excommunicatus, etiam iniuſtè,ex iniqua, nulla, vel falſa cauſa, patienter ſuſtineat,& obediat, ac ſe abſtineat in Foro exteriori à Diuinis, & communione Fideliũ. Quod certè cedit innocẽti in magnũ meritũ corã Deo,ita ſe abſtinendo,à Diuinis,& obediendo Eccleſiæ, & Dei miniſtris,teſte D.Tho.nu.4.diſtin. 18.quęſt. 2.art. 1. ad 4. & D.Anton.3.part.tit.24.cap.76.

Quare tenendum eſt intrepidè, excommunicatum ex nulla, vel falſa cauſa, verè eſſe excommunicatum. Quod etiam ex eo conſtat, quia talis excommunicatus, ſi excommunicationem non ſeruet, incurrit quoàd Eccleſiam, & Forum exterius, pœnas excommunicatorum, vt ſtatim probabimus. ergò verè erat excommunicatus. ex effectibus enim colligitur cauſa, & vbi fumus erumpit, neceſſariò, & ibi ignis eſt.

Sed priùs videndum eſt, an prædictus excommunicatus debeat ſe abſtinere in

publico

Digitized by Google

publico tantùm, & non in ſecreto, & occulto; an verò tam in publico, quàm etiā in priuato. Super hoc enim eſt magna cōtrouerſia inter Doctores. ex cuius dilucidatione, & reſolutione, magni erumpunt effectus.

3 In primis tamen ſtatuendum eſt, excommunicatum iniuſtè, ex nulla, vel falſa cauſa, teneri in conſcientia ſeruare excommunicationem, & ſe abſtinere à Diuinis, & communione hominum, dum non reuocatur ſententia; vel abſoluitur ab ea. Si enim eſt verè excommunicatus (vt iam probauimus) neceſſariò debet ſe abſtinere à Diuinis, & communione hominum, cap. Sententia paſtoris. cap. Quibus Epiſcopi. 11. quæſt. 3. cap. Illud. de Cler. excommunicat. miniſtran. cap. Per tuas. §. Verùm. de Sentent. excommunicat. cum aliis ſuprà citatis. Et à Diuinis quidem, ſub pœna peccati mortalis. cap. Si celebrat. de Cler. excommunicat. per argumentum de minore ad maius. Nauar. cap. 27. in Manuali. num. 152. verſ. Quartò. Abb. in cap. Sacris. de His quæ vi, metusvè cauſa, fiunt. A cōmunione verò hominum, communiter, ac regulariter ſolùm ſub pœna peccati venialis. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 27. verſ. Septimò. Quod probatur, quia tā ratione ſcandali, quàm propter obedientiam debitam Superiori, ſi contraueniatur eius præcepto, perſpicuum eſt peccare inferiorem, cap. Nihil prodeſt. de Præſcript. cap. Quid culpatur. 23. quæſt. 1. Et de hoc nullus dubitat. Solùm enim agitatur inter Doctores an ſolùm in publico; an autem etiam in occulto, ſit ſeruanda, ſub pœna peccati, id eſt in conſcientia.

Circa quod ſit ſecunda Concluſio. Iniuſtè excōmunicatus, ex nulla, vel falſa cauſa, dum non abſoluitur ab excōmunicatione; vel reuocatur à Iudice Superiore, probata corā eo, eius iniuſtitia: tenetur in conſcientia, & ſub aliis pœnis excommunicatorum, abſtinere ſe à Diuinis, & communione Fidelium, ne dum in publico, ſed etiā in ſecreto. Quod probatur primò per text. in dict. cap. 1. 11. quæſt. 3. vbi generaliter, ſine vlla diſtinctione publici, aut occulti loci, precipitur vt excommunicatio, etiam iniuſta, timeatur. Secundò, per cap. Quibus Epiſcopi. 11. quæſt. 3. vbi dicit tex. *Quibus Epiſcopi non communicant, non communicetis; & quos eiecerint, non recipiatis. valde enim eſt timenda ſentētia Epiſcopi, licet iniuſtè liget.* Qui tex. loquitur de excommunicato iniuſtè, ex nulla cauſa, ſecundùm Laur. & Archid. ibi, & habetur in additione marginali gloſſæ final. in cap. 2. 6. quæſt. 2. Et certum eſt ibi præcipi vitandum eſſe illum excōmunicatum, tam in publico, quàm in ſecreto. quia ab Epiſcopo qui eum excommunicauerat, idem fieri non eſt ambigendum. Si ergo tenentur omnes iſtum vitare, tam in publico, quàm in occulto: multò magis tenebitur ipſe excommunicatus eoſdem vitare, per dictum cap. Illud. de Cler. excommunic. miniſtran. ibi, *Et excommunicato non vitare, multò magis quam non vitari, periculoſum exiſtat.* Quem textum commendat Nauar. in cap. 1. §. Laboret. in fin. de Pœnit. diſt. 6. & in Manuali. cap. 27. num. 28. ad hoc, quòd magis peccat excommunicatus participando cum alio, quàm alius participando cum ipſo. ſequitur Couar. in cap. Alma mater. 1. part. §. 2. num. 11. & Sot. in 4. diſt. 22. quæſt. 1. art. 4. Tertiò per cap. Si quis frater. eadem cauſa, & quæſt. quod eſt immediatè ſequēs poſt dictum c. Quibus Epiſcopi. vbi dicitur, *Si quis frater aut palàm, aut abſconsè cum excommunicato fuerit locutus, aut iunctus communione, ſtatim cum eo excōmunicationis contrahit pœnam.* Quartò idem probatur irrefragabiliter per dictum cap. Inquiſitionis. de Sentent. excommunicat. vbi illa mulier erat excommunicata ex nulla, vel iniqua cauſa, quia ſcilicet nō reddebat debitum marito, qui non erat maritus propter conſanguinitatem à muliere certò cognitam: & tamē conſultus ſuper hoc Innoc. Papa Tertius reſpondit, *Potiùs debet excommunicationis ſententiam humiliter ſuſtinere, quàm per carnale cōmercium, peccatum operari mortale.* Quòd ſi dicas ibi propter peccatum mortale quod committeret, ſi redderet debitum, teneri ſeruare etiam in ſecreto excommunicationem. Reſpondeo obſeruātiam excommunicationis non conſiſtere ſolùm in negatione debiti, ſed etiam in omni alia communicatione prohibita ex-

commu-

Digitized by Google

communicatis, quam,inquit Papa, debet patienter ſuſtinere. Quintò ex gloſſa verb. Spoliandi. ſuperiùs allegata,in nono fundamento, quæ generaliter, & indiſtinctè dicit eſſe irregularem iniuſtè excommunicatum, celebrando. Sextò probatur ratione. Nam aliàs facilè deluderentur ſententiæ excommunicationum, & mandata Superiorum, ſi licitum eſſet inferiori, & ſubdito excommunicato, prætextu iniuſtitiæ ex falſa cauſa, vel nulla, non ſeruare excõmunicationem, etiam in ſecreto; præſertim quia obedientia debita mandatis Superiorum non ſolùm obligat in publico, ſed etiam in ſecreto, & in quouis loco, vt eſt notum. Præterea eſſet temerarium, & irrationabile, committere conſcientiæ, & iudicio condemnati, iudicare quoàd Forũ exterius, vel interius,de iniuſtitia ſententię excommunicationis. Sæpe enim ex paſsione erraret, iudicans nullam eſſe cauſam ad excommunicationem proferendã, quãtumuis eſſet maxima, ſufficiens, ac legitima. Denique non eſt inferioris iudicare de actibus Superiorum, ſed obedire quomodocumque, & qualiacumque ei pręcipiãtur, cùm ſine peccato ea exequi valeat; potiſsimùm,quia hęc eſt intentio omnium Iudicum proferentium tales ſententias. Nam vbique volunt, vt ſibi obediatur. Se-
4 ptimò etiã facit, quia aliàs nulla eſſet differentia inter prædictam excommunicationem, & excommunicationẽ nullã;cùm compertum ſit, & fatentur omnes, etiã ab excommunicato nulliter, ſi non conſtet publicè de nullitate, debere in conſcientia ſeruari excommunicationem in publico,licèt non in ſecreto. At inter dictas excommunicationes plurimùm intereſt; cùm iſta ſit vera excommunicatio, licèt iniuſta; altera verò ſit nulla, ac nomine tenus;immò cùm careat effectu, nec nomen habere meretur.Licèt quidã DD. Theologi falsò teneant, in rei veritate, nullam eſſe differentiam inter prædictas duas excommunicationes, de quibus infra agemus. Octauò idẽ probatur alia ratione; nẽpe quia excõmunicatio habet executionẽ paratã; ita vt ſtatim ac profertur, & intimatur excõmunicato,ipſamet in eo operetur omnẽ ſuum effectũ, & pœnã. Intellige vt habes infrà.

5 Hinc dicitur, ꝙ licèt aliæ pœnæ nõ obligent, donec Iudices eas exequantur. Couar. de Teſtam. 2.part.cap.6. §.8.num.10. verſ. Secundò infertur, & alii quàmplures citati ab Henriq. in tit. de Excommunicatione. cap.56. §. 2. litera I.& §. 3. in fine. fallit tamen in cenſuris; quia iſtæ nullum actũ Iudicis exigunt. Caiet. 2.2.quæſt.62. art. 3. Couar. vbi ſuprà, num. 16. in fin. verſ.Nonò.Rojas in Epithome ſucceſsiõ. cap.20.num. 150. Ruder. in Summa. cap. 195.num. 2. part.1. Vnde quod operatur executio in aliis pœnis, operatur ſola prolatio excommunicationis in dicta ſententia. Ergo ſicut in aliis pœnis tenetur executus obtemperare Iudici in conſcientia, etiam ſi in ſecreto faciat executionem ſententiæ: ita ſimiliter excommunicatus tenetur obedire dictæ ſententiæ, tam in publico, quàm in ſecreto. Nonò idem probatur apertè; quia effectus excommunicationis, non eſt ſeparabilis ab ipſa ſententia, vt docet Panor. in dicto cap. Paſtoralis. §. Verùm. num.13.de Appellat. Hinc eſt nõ poſſe ſuſpendi quoàd eius effectus, ſed oportere vt aut omnino liget, aut penitus tollatur. gloſſa 1.ad fin.in cap.Præſenti. de Excommunicat. lib. 6. Angel. in Summa. verb. Excommunicatio. 2.num. 5.Couar. dicto cap. Alma mater.1.part. §. 10.num. 6. Vnde non poteſt non obligare vbique locorum, & ſuos effectus operari, ſi violetur.Tandem iſtam partem, ſcilicet ꝙ excõmunicatus ex nulla, vel falſa cauſa, debeat eam ſeruare in ſecreto, ſicut in publico, tenet D.Tho.in 4.diſt. 18.quæſt. 2.art. 1.ad quartum, à communi receptus, teſte Gabriel. ibidem, quæſt. 2. col. 1. Adrian. Quodlibeto 6.art.1.Concluſ. 1. verſ. Sed dubium. ſequitur D.Anton.3. part. tit.24. cap.73.§.1.ad fin. Silu. verb. Excommunicatio. 2. §.8.verſ. Dico quintò. & verſ.Sed reſtare poteſt. & alii citati ab Henriq. de Excommunicat. cap. 15. §. 3.litera P.& magiſter meus Nauar. Iunior in cap. Cui eſt illata. 11.queſt. 3. & probat eam ſtylus Romanæ Curiæ, quæ in excommunicationibus generalibus contra detinentes res alienas ſolet apponere clauſulam, non obſtante quòd animo recompenſandi eas retineat. Quæ compenſatio ſit in occulto, & eſt

Digitized by Google

& eſt de iure licita: & nihilominùs incurret in eã excommunicationẽ non manifeſtãs, ſecundùm Silu.in dicto verſ.Sed reſtare po teſt. dicens ita ſeruare Romanam Curiam, & multos alios;& non eſſe dicendum errare dictam Curiam Romanam.

Licèt contrariam ſententiam,ſcilicet in occulto non teneri ſe abſtinere,ſed tantùm in publico, vbi timetur ſcandalum, doceat Couar.in c.Alma mater.1. par.§.7.n.7.ad fi. Borgaſ. latè de Diſpenſat. pag. 308. à nu. 16. vſque ad nu.20.Nauar.Conſil.65. n.2. de Sentẽ.excõmunicat.& n.3.& 48.Caiet. 2.2.q.70.art.4.ad ſecundũ,& tom.1.Opuſc. tract.19.q.vnic.ad ſecũdum;Adria. Quodlibeto 6.artic.1.& in 4.de Confeſsione.q.4. Durãd.in 4.diſt.18.q.4.Driedo.lib.2.de Libert. Chriſtian.c.8.Gerſon.Alph. 15. liter. L.M.& Alph.33.litera Z.conſideratione 5. & 7.Medin.C.de Reſtit.quæſt.11.Alphon. à Veracruz in Speculo coniug.3.par.art. 5. pag.541.Cenedo poſt alios Collect.25.in Decretal.num.7.ad fin.latè Henriq.de Excommunicat.cap.15.§.3. vbi dicit communem, & Cordu.lib.1.Quæſtionũ.quæſtione 23.Salzed.vbi ſuprà, verſ. Procedit. ita limitantes iura, & gloſſas ſuprà citatas.Idem Sot.in 4.diſt.22.quæſt.1.artic.3.ad fin.verſ. Adde. vbi dicit taliter excommunicatum,ſi ſit Sacerdos,& celebret, nullam irregularitatem, nec pœnam iuris incurrere in conſciẽtia:eſſeque ei licitum, vbicumque, citra ſcandalum, id facere voluerit, Sacris ſe ingerere, perinde quaſi non eſſet excommunicatus. Et in fine dicti articuli concludit in rei veritate carere effectu, & eſſe vanam ex natura ſua prædictam excõmunicationem: & nihilominùs eſſe timendam, & obſeruandam, tam propter vitandum ſcandalum, quàm propter obedientiam, quę in Foro exteriori Præfectis debetur. Hanc eamdem opinionem tenent quamplures alii citati ab Henriq. de Excommunicat.cap.15.§.4. & de Indulgent. cap.13.§.2.in fine, vbi latè in gloſſa V. Sed reuera falluntur per fundamenta ſuprà allegata; quæ ſi matura conſideratione excuſsiſſent, & perpendiſſent, forſitan aliter ſenſiſſent.Quorum opinio etiam conuincitur ex iis quæ ſtatim dicemus circa effectus dictæ excommunicationis. Sed expẽdamus, & diluamus priùs fundamenta huius opinionis.

Primum igitur fundamentum Soti, & aliorum eſt;iudicium,eſſe determinationem iuſti;& ſic iudicium iniuſtum,non eſſe iudicium ex D.Thom. Reſpondeo concedendo antecedens, & etiam conſequens,prout ſumitur iudicium in antecedente, nempe pro iudicio iuſto: ſed negamus ex hoc ſequi non eſſe verum, ſeu validum iudicium, niſi quod eſt iuſtum. Nam in exemplo de quo loquitur, cùm ſcilicet Iudex pronunciat contra innocentem iuxta allegata, & probata;negari non poteſt quin ſit verum iudicium (licèt aliàs ſit iniuſtum) cùm ibi concurrant omnia requiſita ad verum iudicium, nempe Iudex, actor, reus, probationes ſufficientes, & legitimæ, ad ferendã ſententiam condemnatoriam, ac denique ipſa ſententia; & ſic in aliis ſententiis iniuſtis ex parte rei, vel aliàs; ſed rectis ex parte Iudicis, & iudicii. Non ergo ſequitur, Hoc iudicium non eſt iuſtum: ergo non eſt verum iudicium,nec validum. ſicut malè argueret, qui diceret, Hic homo non eſt iuſtus. ergo non eſt verus homo. Ecce vides quomodo claudicet prædictum fundamentum. Ita etiam dicimus in lege; quæ ſi non eſt iuſta, dicitur non lex, ſumendo legem, prout continet æquum, & iuſtitiam.At hoc non obſtante, ſi feratur lex quæ contineat iniuſtitiam: licèt non mereatur nomen legis;nihilominùs lex vera eſt, & operabitur omnes effectus, ſicut ſi eſſet iuſta, quoad Forum exterius: & ſic tenebuntur ſubditi eam ſeruare,tam in publico,quàm in occulto, ſi non ſit fundata in præſumptione, nec contineat in ſe intolerabilem errorem, vel non ſit notoria,& patens iniuſtitia, iuxta l. Proſpexit.ff.Qui,& à quib. vbi ſufficit ita ſcriptũ,& mandatũ. pro quo faciunt adducta ſuprà in 6.fundamẽto 2. concluſionis.

Secũda ratio fundatur in regula illa iuris, nimirùm legem fundatã in præſumptione non obligare in conſcientia. & idem in ſententia,prout latè dicemus v. Sentẽtia.Dif.3. ex quo inferunt pręcitati DD. ad excõmunicationẽ,nẽpe non obligare in ſecreto, & in cõſcientia, ſi aliàs eſt iniuſta; & Eccleſiã nõ accepiſſe poteſtatẽ lędẽdi quẽ in ſpiritualibus;ſicut nec Princeps in tẽporalibus;

S vnde

vnde ſicut condemnatus iniuſtè, poteſt ſubterfugere acerbitatem latæ ſententię arripiendo fugam, dum modò non inferat vim miniſtris iuſtitiæ: nec tenetur ſoluere in conſcientia id ad quod cõdemnatus eſt; ſaltem ſi ſine ſcandalo eximere ſe poteſt. Ergo idem in excommunicato iniuſtè. Et miror ex hoc inferre Sotum nullam eſſe excõmunicationẽ in rei veritate. Nã multa fieri prohibẽtur iure, quæ facta tenent: nec eò quòd Iudices nõ accipiant poteſtatem, niſi ad iudicandũ iuſtè, ſequitur omnia quæ iniuſtè faciunt eſſe nulla: potiſsimùm cùm ipſe Sotus, & omnes cõcedant ſentẽtiã iniuſtã ex defectu ordinis iuris, eſſe validam.

6 Reſpondeo ergo primò ad dictã regulã. Licet prędicta ſententia excõmunicationis fundetur in præſumptione, nihilominùs teneri taliter excõmunicatum eam ſeruare in conſcientia quoàd actus externos, ſcilicet cõmunionem Fidelium, & Sacramentorũ; quippequi ſunt inſeparabiles ab excommunicatione. Eò enim ipsò quòd quis eſt excommunicatus quoàd Eccleſiã, tenetur ſe abſtinere à prædictis actibus, etiã in ſecreto, quia tales effectus operatur vbicumque ſit. quia hoc eſt eſſe quem excõmunicatum quoàd Eccleſiam, id eſt non poſſe communicare, nec in Diuinis, nec cũ Fidelibus. Nõ tamen propter hoc, memorata regula ceſſat habere ſuum effectũ in prędicta excõmunicatione. Nã eò quòd fundatur dicta excõmunicatio in præſumpta contumacia, vel probatione (ſed falſa in veritate;) ideò nõ operatur effectus internos, qui ſpectãt ad cõſcientiã ſine vllo miniſterio Eccleſiæ, quales ſunt ſeparare, ac expellere excõmunicatũ à Corpore Chriſti; vt nõ ſit eius mẽbrum, neq; protegatur à Deo; nec gaudeat communione charitatis; & vt difficilior, & ſegnior efficiatur ad reſurgendũ à peccato; & debilior ad operãdũ opera bona; vt Angelus deputatus ad eius cuſtodiã, non operetur in eo, ſicut in alio; & vt ſit magis expoſitus tẽtationibus Satanę; & eijcere eum ab Eccleſia, & eiectũ detinere. Ad hos enim & ſimiles effectus nõ ſe extendit poteſtas Iudicis, ſi ſine culpa mortali quẽ excõmunicet, vt docet glo. 2. in c. Quodcũque. 24. q. 1. quã dicit ſingularẽ Abb. in c. Dilectis. n. 23. de Appellat. & in c. Ita quorũdã. n. 3. & 4. de Iudæis, vbi optimè. & eã cõmendat in c. Ad probandũ. nu. 15. de Re iud. vbi per eam dicit, dictã excommunicationẽ, & eius abſolutionẽ, nihil, aut parũ operari quoàd Deũ; ſed potiſsimũ vim ſuã exercere quoàd Eccleſiã militantẽ: nec ex intẽtione piæ matris Eccleſię excludi hũc à ſuffragiis cõmunibus eiuſdẽ Eccleſię, quę ad exiſtentes in gratia pertinent, vt docet idẽ Soto ibidẽ verſ. His tamẽ. Coua. vbi ſup. Palud. diſt. 18. q. 2. art. 1. cõcl. 4. Silu. verb. Excõmunicatio. 1. n. 1. Caiet. in d. Opuſcul. q. 13. Naua. c. 27. n. 3. & alii citati ab Hẽriq. de Excõmunica. c. 15. §. 2. lit. N. (Itẽ nec tenebitur ad reſtitutionẽ fructuũ ſecũdùm Rodrig. in Explica. Bullę cõpoſ. n. 17. ad fi.) Et propter hos internos effectus dicimus in præſenti Differentia excõmunicationem iniuſtã ex nulla, vel falſa cauſa nõ ligare quoàd Deum; nec taliter excõmunicatum eſſe verè excõmunicatũ quoàd Deũ: ſed ſic quoàd Eccleſiã, propter externos effectus ſuprà dictos, & propter pęnas iuris, in quas incurrit, vt ſtatim dicemus. Ex his etiã colligitur genuina ratio diuerſitatis inter vtrumque Forum.

Secũdò reſpondeo prædictã regulam nõ procedere in excommunicatione. Ratio eſt quia regula illa procedit in iis, quæ adhuc quis non eſt executus. Nã in iam executis, non eſt poſsibile vti eius priuilegio; v. g. Condemnatur quis ex prę́ſumptionibus, & nõ ex veritate, ad ſoluendũ Petro ducenta. licèt condẽnatus non teneatur ea ſoluere in conſcientia; intelligitur tamẽ, ſi ab eo nõ exigantur. Nã ſi exigantur, nõ ei licet reſiſtere Executori, vt idẽ Soto notat verſ. Secundò probatur. ſed tenetur patiẽter ferre condemnationem. At in excõmunicatione, ſpeciale eſt, ea lata, ſtatim ſuam trahere executionem: qua extante, fruſtra quæritur an teneatur iniuſtè excõmunicatus eam ſeruare in occulto: ſicut fruſtra idẽ quęreretur in condẽnato ad ſoluendũ aliquid, ſi iam eſſet Iudex executus ſentẽtiam. Executio autem excommunicationis in eo ſtat, nempe quia ſtatim ligat, ideſt, ſtatim obligat ad ſui obſeruantiam, & infert continuò illud ligamen, ita vt iam non ſit in poteſtate excommunicati, frui prædicta regula, quia nihil reſtat faciendum per Iudicẽ, ſed debet excommunicatus, ita ligatus patienter ferre illud

illud ligamen, quod eſt circa impedimentum communionis in diuinis, & humanis, donec ab eo diſſoluatur, & liberetur. Vnde conſtat cùm ſit ligatus ne poſsit communicare; non poſſe id facere, nedum in publico, ſed nec in ſecreto. Quis enim, percontor, tunc ſoluit eum? aut quomodo poteſt ſuſpendi effectus dictæ excommunicationis, qui eſt, impedimentum dictæ communicationis, contra cap. Paſtoralis. §. Verùm. de Appellationib? quare abſque hæſitatione tenendum eſt, taliter excommunicatum, cùm ſit ligatus, non poſſe, nec in publico, nec in occulto ingerere ſe Diuinis, nec communioni Fidelium.

Tertia ratio Soti deſumitur ex cap. Illud. 11. quæſt. 3. & ex cap. Si quis. 24. queſt. 3. quibus probatur per iniuſtam excommunicationem non lædi excommunicatum. Sed illa iura non obſtant, quia loquuntur quoàd Deum, & effectus internos, de quibus ſuprà, vt idem Aug. (cuius eſt c. Illud.) exponit in cap. Et ſi ad tépus. eadem cauſa, & quæſt. & Gratianus in c. Qui iuſtus. ibidé.

7 Quarta ratio deſumitur ex cap. Cui eſt illata 11. quæſt. 3. vbi ait Gelaſius Papa, *Sed ſi iniuſta ſententia eſt, tantò eam curare non debet; quantò apud Deum, & Eccleſiam eius, neminem poteſt iniqua grauare ſententia.* in quo textu exultat, & triũphat Adrian. Quodlibeto 6. pag. 100. lit. D. colligens ex eo, iniuſtè excommunicatum ex defectu cauſæ, poſſe ſe gerere pro non excõmunicato, vbi ceſſauerit ſcãdalum, nec teneri ſe abſtinere à participatione Sacramẽtorum, & ita ſecurè celebrare. quod latiùs probat in 4. tit. de Confeſſ. dub. 4. §. Si petas. & ad hoc ipſum citauit dict. cap. Soto de Ratione tegend. memb. 3. q. 7. & lib. 5. de Iuſt. & iur. q. 7. art. 4. ad fin. Caiet. vbi ſup. & Couar. in c. Alma mater. 1. par. §. 7. nu. 7. ad fin. Sed falſum eſt, & contrarium probant iura per nos ſuprà citata in princi. Nec obſtat dictũ cap. Cui eſt. nam loquitur de ſententia lata à Dioſcoro hæretico, quæ nulla fuit, vt docet gloſ. ibidẽ, cuius intellectũ probat ibi vterq; Card. & Durand. in 4. diſt. 18. q. 4. ad fin. Abb. in cap. Ab excommunicato. nu. 11. de Reſcript. & magiſter meus Naua. Iunior in c. Paſtoralis. §. Quia vero. de Offi. Deleg. & cõſtat ex ſupraſcriptione eiuſdẽ cap. iunctis iis quæ ſcripſit Platina de Vitis Põt. in vita Gelaſii, à quo Dioſcorũ fuiſſe dãnatum hæreſeos conſtat ex epiſtola eiuſdẽ Gelaſii ad Epiſcopos Dardaniæ, quæ ſic exorditur, Dilectiſsimis. col. 5. tom. 1. Cõciliorum, & tandẽ Couar. vbi ſuprà concluſ. 4. ante verſ. His equidem. dicit etiã prędictũ cap. intelligẽdũ eſſe de excõmunicatione nulla; & ſic malè Soto in eo ſe fundat, licèt generaliter text. loquatur. Nũc ad effectus veniamus.

Ex prædictis collige primò, quantum ſit diſsidiũ inter DD. circa hanc differentiam, Nam pleriq; Theologorũ tenent excõmunicationẽ ex nulla, aut falſa cauſa, parũ, aut nihil differre, in rei veritate, ab excõmunicatione nulla; & ideò excõmunicatum ex prædicta cauſa non (niſi ratione ſcãdali) teneri abſtinere ſe à Diuinis, & communione Fideliũ; & ſi celebret, etiã in publico (licèt peccet mortaliter ratione ſcãdali, & poſſet excommunicari) minimè tamen fieri irregularẽ. Hęc eſt cõmunis Theologorum, & eã tenẽt plures relati ab Henriq. de Indulg. c. 13. §. 2. lit. V. ad fi. Quãuis contrariũ, ſcilicet fieri irregularem ſit probabiliùs, & tutiùs ſecundùm eumdẽ ibi, poſt Coua. c. Alma. 1. par. §. 7. n. 7. Naua. c. 27. nu. 38. Soto in 4. diſt. 22. q. 1. art. 3. Palud. 4. diſt. 18. q. 1. art. 3. Silu. verb. Excommunicatio. 2. caſu 8. & Cordub. lib. 1. quæſt. 43.

Alii aliquid plus concedũt, ſcilicet taliter excõmunicatũ, eſſe quidẽ excommunicatũ quoàd Forũ tantùm publicũ, non tamen in occulto, quia nõ tenetur eam ſeruare in cõſciẽtia, nec quoàd Forũ exteriùs in ſecreto, vel vbi ignoratur, & ideò ſi celebret publicè, fieri irregularem; non tamen ſi in occulto. & hæc eſt receptior opinio.

Nos verò cũ aliis, tenemus eſſe verè excõmunicatum quoàd Eccleſiam in publico, & in ſecreto; non tamen quoàd Deum: & hæc eſt communis, & tutior, ac conuenientior cuilibet Chriſtiano; quia defert obediẽtiam, & reuerentiã Superioribus. Nec ex eius obſeruatione, aliquod damnum in anima quis patitur; quia, quoàd Deum, dicta excõmunicatio nihil nocet; & quoad Eccleſiam, damnum quod quis ex ea patitur, ſe abſtinendo à perceptione Sacramentorum, & communione Fidelium, cõpenſatur cum bono obedientiæ, & patiẽtię.

Et licèt videatur graue, quem ſine culpa excõmunicari, & teneri eam ſeruare. argumento textus in cap. Duę ſunt. in fine. 19. quæſt.2. cui concinit illud Ouidii, *Quæ venit indignè pœna, dolenda venit*, Quia tamẽ illa grauitas non officit, nec eſt noxia, ſed vtilis animæ:non eſt cur impatienter ea feratur, præſertim cùm non ſit nouum, nec abſurdum in iure,pati aliquos ſine culpa,vt cùm vniuerſitas, vel populus, interdicitur. cap.Romana.§.In Vniuerſitatem.iuncta ibi gloſſa, verbo Penitus. in fine, de Senten. excõmunic.in 6.& cap.Non eſt.de Spõſal. Itaque hanc opinionem tamquam veriorem, & ſecuriorem cuicumque conſulerem,ante factum;Poſt factum verò conſulerem præcedentem,tamquam receptiorẽ, & probabilem.

8 Secundò collige,licèt in excommunicationem quis incurrere non poſsit,ſine peccato mortali, iuxta cap.Nemo. cũ ibi notatis 11.q.3.id verum eſſe de excommunicatione, quoàd vtrumque Forum, id eſt non poſſe quem eſſe excommunicatum,quoàd Deum, & Eccleſiam,ſine peccato mortali: quoàd Eccleſiam autẽ tantùm, benè poſſe quem incidere in excommunicationem, etiam ſine culpa, vel contumacia vera mortali. Nam ſufficit præſumpta,etiam ſi in rei veritate nulla præceſſerit culpa; vt vidiſti in præſenti differentia.Quæ eſt ſingularis declaratio,& limitatio ad dict. cap.Nemo. vt intelligatur de peccato mortali vero, vel præſumpto: de vero, quoàd incurrendas omnes pœnas, tam Fori exterioris, quã interioris; de pręſumpto autẽ, quoàd pœnas Fori exterioris.adde Nauarrũ in c. 27.nu.9.vbi etiã allegat dictũ cap. Nemo. cum ſuprà notatis ſuper eo. Sic etiam venit limitandũ quod tradit Suar.5.tom.diſp. 18.ſect.2.vbi num.4.& 5.dicit etiam de poteſtate abſoluta data Eccleſię à Chriſto (etiam ſi ſit Summus Pont.)non poſſe quem pro ſola veniali culpa maiorem inferre excommunicationem; quia per eam, inquit, quodammodo quis eijcitur ab Eccleſia: nemo autem meretur eijci ab Eccleſia, qui non ſit dignus eijci à Regno Dei,quod non eſt,niſi propter peccatum mortale. Itẽ excõmunicationem eſſe in Eccleſia inſtar pęnę mortis,quę infligitur in Foro ſeculari;& conſequenter non debere,niſi pro crimine graui infligi,ferriq;.Nam id verũ eſt, quoàd plenos,& totales effectus excõmunicationis. ſecùs quoàd notatos ſuprà.

9 Tertiò collige taliter excommunicatum, etiã ſi celebret in occulto, fieri irregularẽ, & poſſe priuari eius Beneficiis.Ita deducitur ex generalitate rationis,cui text. innititur in dicto cap.Illud.de Cler. excom. min. videlicèt, quia in dubiis tutior via eſt eligenda.& ita per illum text.tenet gloſſa recepta in c.Poſtulaſti.eod.tit.verb.Spoliãdi. ſuperiùs citata,nihil diſtinguens inter celebrationem publicam,vel ſecretam,ſed generaliter loquens.quod intellige procedere, dum nõ conſtat de iniuſtitia. Sed (vt dixi ſup.in 1.Corol.in fin) opinionem dictæ gloſſæ tenerem ante factum. Poſt factum verò, tenerem eam quæ habet non incurrere in irregularitatem, ſi in ſecreto, & ſine ſcandalo celebret; quia,cùm ſit hęc opinio quamplurium illuſtrium virorum; ſine ſcrupulo ſequi eam poſſumus; præſertim quia promptiores, & faciliores eſſe debemus ad abſoluendum, quàm ad condemnandũ, l. Ariani. C.de Hæret.cap.Diſciplina.45.diſt.

10 Quartò collige ſi tali excommunicato cõferatur interim aliquod Beneficiũ,vel eligatur,ſeu præſentetur: omnia eſſe nulla, vt docet Henriq.poſt alios dicto tit.de Excõmunicat.cap.15.§.2. litera I. Quod amplia ſingulariter,etiãm ſi poſteà declaretur fuiſſe iniuſtam excõmunicationẽ: nihilominùs collatio, ſeu præſentatio anteà facta, ſemper eſſet nulla; facilè tamen diſpenſaretur cum eo, vt docet notabiliter Felin.in dicto cap.2. de Teſtib.cogẽd.col.3.& facit Abb. in cap.1.de Sagittar.in fin. Quod tene mẽte, quia eſt magni effectus. nam interim poſſent impetrari à Sede Apoſtolica Beneficia collata tali excommunicato, & tũc non eſſet locus diſpenſationi prædictæ. Adde Abb. per tex. ibi in cap. Poſtulaſtis. num. 2. de Cler. excommunicat. min. vbi dicit ab adepto Beneficiũ, exiſtente excõmunicato, non poſſe illud ſalua conſcientia retineri, ſed teneri illi renunciare. Idem Suar. 5.tom. diſput.14. Sect.2. num. 2.

11 Quintò collige talem excommunicatum in occulto, vel extra diœceſim, ſi non ſe gerat vt excõmunicatus; & de hoc accuſetur

Digitized by Google

tur ante Iudicem excommunicatem poſſe ab eo puniri, tamquam violatorem cenſuræ, & inobedientem mandatis Eccleſiæ. Ita egregiè Suar. in 5. tom. ſuper 3. part. D.Tho. diſput.4.Sect.7.num.18. quod eſt magnum argumentum in confirmationem noſtræ huius vltimæ opinionis; quia ſi liceret in occulto celebrare (vt tenent Doctores ſecundæ opinionis) non liceret Iudici taliter celebrantem punire, ſaltem poſt cognitam iniuſtitiam excõmunicationis; quia aliàs daretur bellum ex vtraq; parte iuſtũ, ſine ignorãtia alterius ex bellantibus. quod omnes Theologi negant.

SVMMARIVM.

1 *CAPIENS bona in mari ob naufragiũ proiecta; ſi ſtatim non reſtituat, eſt excommunicatus quoàd Deũ. Licèt non quoàd Eccleſiam.*

DIFFERENTIA DECIMA.

1 CAPIENS aliqua bona ex his quæ in mari, vel propter naufragium, vel aliàs amittuntur, ſeu proiiciũtur (de quo in Auth.Nauigia.C.de Furt.) ſi ei innoteſcat dominus eorum, & ſit in mora reſtituendi, etiam ante monitionẽ: eſt ipſo facto excommunicatus in Foro animæ, & quoàd Deum, ex Bulla Cenæ Domini, ſecũdùm Rebel. poſt alios in Prælud. de Obliga. Iuſti. quæſt.15.nu.10.

Quod nõ procedit quoàd Eccleſiam, donec pręcedat monitio, c.Excõmunicationi. de Raptor. iuncta declaratione Panor. ibid. nu.2.& docet Naua.c.17.nu.98.& Felin. in cap.2.n.5.de Magiſt. Rationem diuerſitatis tradit Panor.& Felin. ſup. ex quadã doctrina ſing.Inno.in c.Extirpãdæ. §.Qui verò.de Pręb.de qua verb.Lex.Diſ.4. nempe quòd vbi pœna apponitur negatiuè ſine determinatione temporis, vt Quicumque non fecerit reſidẽtiam, ſit excõmunicatus: ad hoc vt incurratur pęna, requiritur admonitio præcedens. quia nobis occultum eſt an habuerit cauſam nõ reſidendi. & ſic tũc per admonitionem conuincitur. Cùm verò pęna ponitur affirmatiuè; vt puta, Quicũq; tali hora intrauerit Eccleſiam, ſit excõmunicatus: tũc non requiritur admonitio; quia facta, ſe manifeſtant: non facta latent, ſecũdùm leges. At pęna, de qua in d.c.Excommunicationi. apponitur negatiuè; quia dicit, Niſi ablata reſtituerint, ſint excommunicati. ergo requiritur admonitio quoàd Forum exterius, non autem quoàd Deum; quia quoàd ipſum ceſſat prædicta ratio, cũ apud Deum, nihil lateat.

Sed certè quoàd me videtur mirabilis huiuſmodi differẽtia. Nã ſi prædicta excõmunicatio eſt iuris humani, & non incurritur niſi ad voluntatẽ ferentis eam, ſecundùm Nau.c.27.n.11.Sil.verb.Excõmunicatio.2. & conſtat ex dicta doctrina, non incurri eã niſi poſt monitionẽ præmiſſam: quomodo igitur incurretur quoàd Deum ante dictam monitionem? Sed reſponderi poteſt quòd in rei veritate, ſtatim ligat dicta excõmunicatio; quia id quod certũ eſt naturæ, eſt certum legi: ſed requiritur monitio ad hoc vt quoàd Eccleſiam militantẽ poſsit declarari excõmunicatus. vt in ſimili docet gloſſ. verb. Quã cito cõmedè.in Clem.1.de Pœnis. vnde negatur non incurri, niſi poſt monitionem. Vbi verò apponitur affirmatiuè, ſtatim poteſt declarari excommunicatus, propter euidentiã facti (Parte tamẽ citata) vt docet glo.verb.Conſtiterit.in Clem. fin. de Cenſi. commendata à Fel.in c.Cùm nõ ab homine.de Iudi.& in cap.Rodulphus.de Reſcri.Deci.in c.Reprehẽſibilis.de Appel. & Nau.Cõſ.4.n.3.de Sẽt.excõ. & cõmuniter approbata teſte Mãdoſ.poſt alios in tracta.de Monito.q.26.in fin. cui eſt ſimilis in Clem.2.in gl.penul.de Pœnis. tradit Abb. Conſ.68. incip. Quamquam.num.4.par.2. Ex qua reſolutione dicendũ eſt theoricam illã Inno.ſic intelligendã eſſe, videlicet requiri monitionem, non vt incurratur pœna excommunicationis, ſed vt poſsit declarari incurriſſe in eam. Nam reuera, data mora in reſtituendo, incurritur in eam: ſed non eſt habendus ab Eccleſia tamquam excõmunicatus, donec præcedat monitio, & per eam certa ſit Eccleſia, in dictam excõmunicationem incurriſſe.

Digitized by Google

Et circa iſta, quæ per naufragium amittũtur. Vide Coua.in regu. Peccatum.3.par. §.1. num.5. vbi improbat quãdam conſuetudinem, quæ habetur in quibuſdam Prouinciis, & territoriis Galliæ, appropiãtem, ſeu dominum facientem inuentorem dictorum bonorum per naufragium amiſſorum. Et meritò. Nam eſt nedum contra Auth. Nauigia.C.de Furt. ſed etiam contra ius naturale, ſiue gentium, per ea quæ diximus verbo, Bona.Diff.5.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATVS, ſi intra menſem nõ ſoluerit; an ſi à Parte prorogetur terminus, cenſeatur etiam prorogata excommunicatio.*

2 *Quando Pars facit declarare quẽ excõmunicatũ; an ea incurratur à die declarationis; vel à die notificationis, ſeu publicationis.*

3 *Cõcordantur opiniones, ꝙ ſcilicet excõmunicatio non incurritur in Foro exteriori de communi ſtylo, Parte prorogãte terminũ, niſi in termino prorogato. Secùs de iure, & in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA VNDECIMA.

1 EXCOMMVNICATVS ad inſtãtiam Partis, ſub conditione, ſi non ſoluerit intra menſem: ſi Pars proroget terminum ante menſem cõpletum: tunc etiam cenſetur prorogata excommunicatio; & ſic non incurrit in eam, intra terminum præfixum à Iudice, ſed in termino prorogato, ſi in eo non ſoluerit. Ita ſingulariter Abb.in cap.Præterea. 2. nu. 4. de Appellation. quem omnes ſequuntur, teſte Felin.in cap.Ad aures.num. 24.de Simon.& in cap.2.nu.34.de Sponſal.Eamdem dicit communem Viui.opin.185.& alii citati 1.tom.Commu.opin.lib.4. tit. 2. Si cert.pet. num. 176. in fi. pro quibus facit gloſ.2.cap.Hi qui. de Præb.in 6. à pluribus commendata, quæ dicit prorogationem debere fieri cum omnibus qualitatibus primi termini. melius facit text.not.in l. 1. §. Inde quæritur.ff. de Noui oper. nun. commendatus à Panor. in cap. Cùm contingat. n.6.ad fi.de Iure iu. vbi ſi poſt nouum opus nunciatũ, partes inter ſe conueniant, Iudex tenetur conuentionem ratam habere, Quid enim (inquit text.) aliud agebat Prætor; quàm hoc, vt controuerſias eorum dirimeret? A quibus ſi ſponte receſſerunt, debebit id ratum habere. Et ita quotidie practicatur in monitoriis contra debitores impetratis. Nam non ſoluente debitore, in termino prorogato; accedit creditor ad Iudicem, vt eum declaret excommunicatum; & vt talem, faciat eum denunciari publicè in Parochia eiuſdem debitoris. Et ratio huius communis practicæ hæc eſt; quia Iudex in talibus excommunicationibus, ad inſtantiã Partis latis, nullam aliam intentionem videtur habere, quam Partis inſtantis, ſecundùm Nauar. in cap. 27. numero 11. Vnde ea prorogante terminum: cenſetur etiam Iudex ipſum prorogaſſe. Et ideò debitor eam incurrit in termino prorogato, & non in primo. pro quo videtur caſus expreſſus in cap.1. de Locat. ſecundùm Silueſt.verb. Excommunicatio. 2. notab. 1. caſu 13. & facit cap.2.de Sponſal.vbi ſponſal ia etiam iurata diſſoluuntur de conſenſu contrahentium; & Deus remittit, remittente Parte, vt ibidem. & in cap. 1. de Iure iur. notatur. non obſtante, quòd Deo potiſsimùm quęratur obligatio, cap.Debitores. de Iure iur. & etiam Parte differente, Deus ſimiliter differt, vt dicunt Doctores ſuprà citati.

Contrariam autem ſententiam, quód immò in dicto caſu, prorogato termino per Partem, etiam vnius diei, non incurrat excommunicationem in termino prorogato, ſi ſine Iudicis conſenſu ea prorogatio facta ſit; tenet Innoc. & Hoſt. in dicto cap. Præterea. ad fin. Silueſt. ſuprà ante finem, Couar.in cap.Alma mater. 1.par.§.11.num. 6.Soto in 4.diſtinct.22.quęſtione 2. artic. 3.(ſed ego in volumine quod penes me eſt, non inueni) Deci. in dicto capite Præterea. Dida. Perez in l. 1. titu. 5. lib. 8. Ordin.Pedraza in 7 Mãdatm.notab.15.Sil.

verb.

verb. Nuptię. lib. 3.num.55. Cordub. caſu 20. Nauar.Conſil.6.num.3.& 7.de Sentẽt. excommunicat.& in Manual.cap.27.num. 15. vbi dicit communem, quos omnes refert, & ſequitur Henriq. tit.de Excommunicat.cap.20.§.1. & docet etiam D. Anton. 3.part.tit. 24.cap. 74. ad fin. Horum ratio eſt,quia licèt Pars poſsit prorogare terminum reſpectu ſolutionis,l.1.ff. Si quis caution. cap. Cùm dilecti. de Dolo, & contumac.cap.de Cauſis. de Offic.Delegat.quia talis terminus eſt datus in eius fauorem, cui poteſt renunciare, l. Titio centum.ff.de Condit. & demonſtrat. non tamen poteſt illum prorogare reſpectu excommunicationis,ſine conſenſu Iudicis. Tum, quia id eſt iuriſdictionis, quam Pars non habet, l. Priuatorum. C. de Iuriſdict. omnium iud. Tum, quia in dicta prorogatione verſatur factum alterius, ſcilicet Iudicis. Vnde ſine eius conſenſu fieri non poteſt, l. Labeo. in fine.ff. de Arb. l. Item quæritur.§. Qui impleto. ff. Locati. Vnde in ſecundo termino, nullam potuit incurrere excõmunicationem. Præterea facta prorogatione primi termini per ſolam partem, ipſo facto ceſſat contumacia;& ſic conſequenter tollitur excõmunicatio ad eã acceſſoria, antequàm incurratur.argumẽto Regulæ Acceſſorium, de Regul. iur. in 6. & ſic tam in primo, quàm in ſecundo termino nulla incurritur excommunicatio, cùm nulla ſit tunc excommunicatio quæ incurri poſsit, præſertim cùm non ſit in facultate Partis tollere excommunicationem poſt iam incurſam; vel eam ſuſpendere, aut differre. quia id totum eſt quid iuriſdictionis,quam Pars non habet,vt ſuprà diximus.

Et ita tenendo, non obſtant fundamenta pro cõtraria parte adducta. Nõ primum de tacita voluntate, & conſenſu Iudicis in prorogatione facta per Partem, quia id negamus.cùm conſtet de expreſſa eius voluntate in monitorio, & mandato facto, quòd vult debitorem eſſe excommunicatum, niſi ante terminum ſoluerit, vel aliter ſatisfecerit Parti. At expreſſum, facit ceſſare tacitum; nec in perſpicuis eſt opus coniecturis, adnotata in l.Continuus.§. Cũ ita. in fin.& §. Stipulatus.iũcta gloſſa verb. Nullus. de Verb. obligation. Nec obſtat dict.l.1.§. Inde quæritur. quia immò facit pro opinione ſecũda, cùm requirat Iudicis ratihabitionem. Igitur non erat adhuc cõuentio Partis firma.Quãto ergo minus erit ſuſpenſa excommunicatio, qui eſt actus iuriſdictionalis? Et hoc de iure. nam de communi ſtylo Curiæ Romanæ, contrarium introductum eſt,vt infrà dicemus.

Ad ſecundùm,de cap.1.de Locato.reſpõdetur ibi tantùm probari,poſſe Partem cõſentire in factum, in eius fauorem prohibitum, ſub excommunicatione latæ ſententię: & ſic impedire ne incurratur excommunicatio. quod nos ſuprà etiam conceſſimus, quia id fit per accidens, & indirectè, non tamen directè; nec minùs poſt ſemel incurſam; ſicut dicimus in periurio, quod poteſt Pars ante quam incurratur, tollere,ne incurratur: ſed non poſt incurſam. vt per Feli.dict.cap.1.nu.3. de Iureiu.

Ad tertium de iuramento, reſpondetur in remiſsione, vel dilatione ipſius, nullã requiri iuriſdictionẽ,ſed ſolùm conſenſum Partis. Secùs in excommunicatione, & ſic nõ eſſe ſimile. Nam quòd terminus videatur prorogatus cum ſuis acceſſoriis: intelligitur de acceſſoriis dependẽtibus ex Partium poteſtate, vt dicit Feli. dict.cap.1. num.5.

2 Sed antequam finem præſenti differentiæ imponamus, quæro hic de quæſtione ſubtili,& quotidiana, de qua ſæpe dubitaui. quando ſcilicet iſte talis declaratus excommunicatus,poſt terminum Iudicis expletum, & tranſactum, ſit excommunicatus. an à die qua declarauit Iudex; vel à die, qua Pars creditrix intimauit excommunicationem. Nam videtur, quòd à die qua Iudex declarauit. Tum, quia ipſe Iudex eſt qui excommunicat,& non Pars intimans. Tum, quia per denunciationem, excommunicatus ampliùs non ligatur, vt inquit tex. in dicto §. Verum.Per quæ verba datur intelligi, quòd excommunicatio non incurritur tempore denunciationis, ſeu intimationis ipſius; ſed tempore quo Iudex declarat. immò veriùs in inſtanti termini præfixi, ſeu conditionis non adimpletæ. argumento l. Ad diem. ff. de Verborũ Obligation. vbi per lapſum diei appoſiti ad ſolutionem committitur pœna,

&

& docet gloſſa in c. Salonitanę. 63. diſt. & in cap. 1. de Sagittar. præſertim cùm Pars non poſsit eam ſuſpendere, vt ſupra diximus; nec poſsit eſſe in pendenti. cap. Ad hæc. de Appellation.

In contrarium, immò quòd à die intimationis factę, faciunt notata per Caſſad. deciſ. 2. & 3. de Locat. Vbi tenet, quòd amiſsio emphiteuſis, ipſo iure incurſa per cap. Potuit. de Locato. & l. 2. C. de Iure emphit. non cenſetur incurſa, antequam Pars, ſiue dominus proprietarius illam petat, vel declaret ſe velle petere. Quas deciſiones in hoc dicit ſingulares Nauar. cap. 27. num. 15. & eas refert cap. 23. num. 104. Vbi addit ex eodem Caſſadoro ſuprà, ad propoſitum, quòd nec excommunicatio lata ipſo iure contra penſionarium, in caſu non ſolutionis faciendæ in certo termino, eo lapſo cenſetur incurſa, donec is cui illa debetur, declaret ſe velle illam eſſe incurſam. Ex quibus colligitur quòd excommunicationes latæ fauore Partium, dependent à volũtate earum; etiam ſi aliàs videãtur incurſę ſecundùm Iuris rigorem. Et quòd hæc ſit mens Iudicis eam proferentis, ſcilicet non aliter eam ferre, niſi Pars conſentiat: nec velle quòd in eam incurrat excommunicatus, donec Pars declaret idem velle. Et ſic, quòd donec Pars intimet, & denunciet excommunicationem ipſi excommunicato, non erit excommunicatus.

Quid dicendum? Certè anceps, & difficilis eſt quæſtio, & eam in effectu adducit gloſſa magna poſt medium, in cap. penult. de Cler. excommunicat. miniſtr. vbi diſtinguit, quòd ſi excõmunicator voluit quòd ſtatim ſit excommunicatus: tunc ſtatim erit excommunicatus; ſed non obeſt, donec ei innoteſcat. aliàs tunc demùm erit excommunicatus, cùm receperit literas. Et ſic vult quòd depẽdeat à voluntate Iudicis proferentis; & ſecundùm eius intentionem eſſe regulandam. Quod verum crederem; cùm excommunicatio fertur à Iudice ob contumaciam, vel crimen commiſſum, aut propter intereſſe publicum, vel iniuriam concernentem principaliter ipſum Iudicem, tamquam Iudicem. ſecùs ſi potiſsimùm concernit excommunicatio intereſſe Partis; ita vt ob ſolam eius inſtantiam, vel intereſſe, fuerit lata. Tunc enim non puto incurri, donec Pars declaret per intimationẽ declarationis ſe velle vt in eam incurratur, per dictam reſolutionem factam à Rota, teſte Caſſad. ſuprà.

Ex quo nota quòd cùm quis impetrat monitorium, v. g. contra Petrum, vt intra triginta dies ſoluat, vel faciat certum quid, ſub pœna excommunicationis ipſo facto; quam nunc pro tunc declarat, & profert in illis ſcriptis. Deinde debitore non ſoluente, vel non faciente mandatum, impetrat, ſeu obtinet à Iudice dictus creditor inſtans, literas excommunicationis declaratorias, ad Parochum excommunicandi directas, vt ipſum denunciet publicè excommunicatum. quod ſciẽs excommunicatus; precibus, ſeu fauore, facit ſuſpendere publicationem dictæ excommunicationis. In hoc caſu nõ indigebit abſolutione à dicta excommunicatione, ſi ſtatim ſatisfaciat Parti; quia non cenſetur incurſa, dùm non fuit publicata, ex quo talis excommunicatio regulatur ſecundùm intentionem Partis obtinentis eam propter ſuum tantùm intereſſe, & dependet ab eius voluntate. Quæ eſt noua, & ſingularis declaratio ad dictum §. Verùm, & ad dictam gloſſam, cap. penult. de Cler. excõmunicat. miniſtr. Quam ſæpe reminiſcere; quia quotidiana, & vtilis valde.

Nec dicas, Ex quo Pars inſtans fecit à Iudice declarari, & dari literas declaratorias Parocho pro denunciatione eius facienda, quòd ſatis in hoc ſuam patefecit voluntatem. Nam omnia hæc non addunt aliquid vinculo excõmunicationis iam præceptæ ipſo facto; ex dict. §. Verùm. Nec cenſetur voluntas ſatis declarata, donec fiat eius intimatio. Vnde licèt ſint præparatoria ad eam; non tamen per ea eſt adhuc perfectè incurſa, donec denunciatio fiat. Quod probatur; quia adhuc poteſt mutare voluntatem Pars inſtans. ergo non eſt incurſa; quia poſt incurſam, nihil poteſt Pars.

Quòd ſi adjicias poſſe à Parte mutari voluntatem quoàd publicationẽ excommunicationis: non tamen ſic dicendum quoàd eius incurſionem, cùm iam ſit incurſa eo inſtanti, quo Pars adiit Iudicem, &

coram

coram eo expreſsit ſuam voluntatem, & Iudex dedit literas declaratorias. Quæ obiectio adhuc ſanè vrget. Sed non puto perfectam voluntatem Partis, quouſque non ſubſequatur intimatio, prout de ſtylo Datariæ non dicitur conſenſus primus, conſenſus renũciãtis Beneficium in fauorem, donec extendatur, & præſtetur ſecundus; quaſi primus, non ſit niſi pręparatorius ad ſecundum; & in ſecundo perficiatur renũciatio. Vel veriùs diſtingue, prout gloſſa in dicto cap. penult. ſcilicet quòd ſi Pars intẽdit quòd ſtatim in eam incurrat, & de hoc eſt certificatus ipſe declaratus: dico quòd erit continuò excommunicatus, & conſequenter indigebit abſolutione illius; licèt faciat ſuſpẽdere eius publicationem. Si autem id non intendit; ſed præparare ſe ad ipſum publicandum, caſu quo non ſatisfaciat: (prout puto ita ſentire omnes hos nec aliam eſſe eorum voluntatem) tunc nulla indigebit abſolutione; cùm non fuerit excommunicatus. quod tene mente; vt numquam ab ea effluat.

3 Hæc omnia fundantur in communi ſtylo Romanæ Curię, quem (cùm prædicta faueant ipſis excommunicatis) facilè plerique complexi ſunt, etiam in partibus, ſaltem quoad excommunicationes literarum penſionum, & ſimilium. Vnde iuxta dictũ ſtylum concordari poſſunt opiniones contrariæ ſuprà citatæ, circa differentiam ſuprà poſitam. (vt ſuperiùs animaduerſum eſt.) Si enim excommunicatio literarum penſionum, quæ ipſo iure fertur, ſi intra præfixum terminum penſio non ſoluatur; non ſortitur effectum, donec penſionarius declaret animum ſuum, & intimet; aut veriùs faciat declarari, & denunciari excõmunicatum debitorem penſionis. Et ſic dependet à voluntate penſionarii effectus excommunicationis, aliàs ipſo iure latæ: ſiue verius Iudicis, qui eam tulit, nam cenſetur prorogare illam tamdiu, quamdiu Pars voluerit: profecto idem dicendum erit in excommunicationibus in monitoriis latis; quòd ſcilicet terminus à Parte prorogatus, cenſetur etiam à Iudice prorogatus. Et ideò tunc erit contumax excommunicatus, quando non ſatisfaciet in termino prorogato, cum Panor. & cõmuni; licèt de iure, & in Foro interiori, ſecùs dicendum eſt, cum Innoc. & aliis ſuprà citatis.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATVS etiam minore excommunicatione, non poteſt eligi ad honores Eccleſiaſticos, nec ad officia ſecularia iuriſdictionalia. Benè tamen ad non iuriſdictionalia.*

2 *Excommunicatus minori excommunicatione, poteſt eligi in Confeſſarium, non tamẽ excommunicatus maiori. Sed contrarium in mortis articulo defenditur.*

DIFFERENTIA DVODECIMA.

1 EXCOMMVNICATVS ſiue maiori, ſiue minori excommunicatione, non poteſt eligi ad dignitates, & honores Eccleſiaſticos Fori exterioris. cap. Si celebrat. de Cleric. excõmunic. miniſtran. & ſi eligatur, electio eſt nulla. cap. Cùm dilectus. de Conſuet. gloſſa in dicto cap. Si celebrat. verb. Scienter. Sot. in 4. diſt. 22. quæſt. 1. art. 3. verſ. Item excommunicatus. Nec etiam eligi poteſt ad officia ſecularia, & dignitates, quibus iuriſdictio annexa eſt. Rip. in ſing. reſpon. tit. de Reſcr. num. 21. Auendaño de Exequend. mand. cap. 19. num. 16. §. Octauus caſus. Et ſic non poteſt eligi in Regem, aut Imperatorem. cap. Venerabilem. de Elect. iuncta ibi gloſſa, verb. Electus. vt poſt Palud. docet. Silue. verb. Excommunicatio. 3. §. 8. Armil. §. 9. Panor. in dicto cap. Venerabilem. num. 8. de Elect. quos refert, & ſequitur Henriq. de Excommunicat. cap. 13. §. 1. litera. H. Adde Suar. 5. tom. Diſput. 16. Sect. 2. per totam. Vbi diſputat an electio talis excommunicati ad officia, quæ iuriſdictionem temporalẽ habent annexam, ſit nulla. Et tenet quòd

non

Digitized by Google

non, contra communem (de qua in ſequẽti Differentia, nu 7.) Et num. 4. dicit, quòd ad alia officia ſine iuriſdictione ſi eligatur, valida eſt electio, nec irritanda; idem docet Diſput. 17. Sect. 1. num. 1. verſ. Decimũ.

Bene tamen poteſt eligi ad officia Fori pœnitentialis, v. g. in Confeſſarium; vt poſt Palud. docet D. Anton. in Summa Defecerunt, cap. 2. Quod intellige verum, cũ tantùm eſt excommunicatus minori excõmunicatione. Nam ſi maiori; non poteſt predictum officium exercere, etiam in caſu neceſsitatis, cum ſit membrum ſeparatum ab Eccleſia. per gl. in cap. Præterea. §. Hęc de malis. verb. Per manus. 32. diſt. & in c. 1. §. Laboret. verb. Ab vnitate. de Pęnit. diſt. 6. quarum opinionem probat. D. Tho. in 4. diſtinctione 17. quæſt. 3. art. 3. & diſtinctione 19. quæſt. 1. art. 2. ad 3. & 3. par. quæſt. 82. art. 7. ad 2. Abb. & Præpoſ. in cap. Non eſt. de Sponſa. Medin. de Pœnitentia. quæſt. 26. & 27. dicit communem Cano de Pœnitentia. 5. parte, fol. 30. col. 4. Coua. in cap. Alma. 1. parte, §. 6. nu. 8. Concluſione 8. & Naua. in cap. 26. nu. 26.

Sed contrarium in caſu neceſsitatis, ſeu in articulo mortis, tenet gl. pen. in dict. cap. Non eſt. Cano vbi ſup. & Naua. c. 27. nu. 271. motus ex generalitate cap. 7. Seſsione 14. Conci. Trid. vbi dicitur, quòd omnis Sacerdos in dict. articulo poteſt abſoluere quoſlibet pœnitentes, & ſentit Toledo in Summa lib. 3. cap. 10. nu. 4. Quod amplia, etiam ſi ſit nominatim excommunicatus. Nam ſi non ſit talis, nec publicus percuſſor Clerici, poſſumus eidem confiteri, per Extrauag. Ad euitãda. vt docet Toled. ſup. Itaq; conſtitutus in articulo mortis, ſi non ſit Sacerdos catholicus, cui poſsit cõfiteri, niſi Sacerdos excommunicatus publicè; poterit validè eidem confiteri. præſumendum enim eſt ex pia matre Eccleſia, quòd in tali articulo noluit arcere præfatum, & eum priuare exercitio iuriſdictionis clauiũ ob bonum filii ſui catholici: quando quidẽ etiam extra neceſsitatem, ad tollẽdos ſcrupulos ſuorum Fidelium, & ob bonum eorumdem, nõ priuat excommunicatos non denunciatos dicto exercitio.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATVS ſi recipiat Sacramenta, valida ſunt.*

2 *Profeſsio facta per excommunicatum, valida eſt.*

3 *Electio, & collatio facta excommunicato, nulla eſt. Idem de aliis actibus Fori exterioris.*

4 *Contractus, vel quaſi contractus facti per excommunicatum, validi ſunt.*

5 *Cap. Felicis. de Pœnis. lib. 6. limitatur duobus modis.*

6 *Teſtamentum factum ab excommunicato valet.*

7 *Excõmunicatus ſi fiat hęres, valet inſtitutio.*

8 *Tabellio excõmunicatus ſi recipiat inſtrumenta, valida ſunt.*

DIFFERENTIA DECIMATERTIA.

1 EXCOMMVNICATVS iuſtè, & validè, non poteſt ſine peccato vllum ſuſcipere Sacramentum; licèt ſuſcepta, valeant, & teneant. Et ſic excommunicatio maior, licèt priuet à ſuſceptione Sacramentorum; non tamen irritat illa; vt de Matrimonio, & Ordine docet Silu. verb. Excommunicatio. num. 4. De Confirmatione, Euchariſtia, Extrema Vnctione, & Matrimonio. docet Henriq. de Excommunicat. cap. 10. in princip. poſt D. Thom. 3. par. quæſt. 64. art. 9. ad tertium. Couar. in cap. Alma mater. 1. par. §. 6. num. 5. & 6. & §. 8. num. 5. Nauar. in Man. cap. 9. num. 2. Soto in 4. diſt. 20. quæſt. 1. artic. 5. concluſ. 5. & diſt. 22. quæſt. 1. artic. 1. Et de Ordine probatur in cap. 1. de Eo qui furt. Ordin. ſuſcep. De abſolutione à peccatis ſunt opiniones, an valeat. De quo latè idẽ Henriq. vbi ſup. cap. 12. Sed dic valere quotieſcumque, vel ex ignorãtia, vel inaduertentia, vel aliàs excuſatur pœnitens à peccato mortali; immò ſufficit, quòd credat ſe non peccare recipiẽdo abſolutionẽ; ſecun-

ſecundùm Nauar.in cap.9.num.3.& Cand. Aur. de Excommunicat.num.26. cum ſeq. vbi alios citat,& Toledo lib. 3. cap.10.nu. 2. Aliàs nulla eſſet confeſsio,& eſſet reiteranda, ex D.Tho.& aliis, quos refert Toledo ſup.nu.1.

2 Profeſsio etiam facta ab excommunicato valet, cap. Cùm illorum. de Sentent. excommunicat. gloſſa fin.in cap. Veniens. de Simon.vbi Fel.dicit communem, nu.5. & dict.cap. Pro illorum. num. 2. idem docet Nauar. in dicto cap.9.num.2. & 3.

3 At quoàd actus externos, & ciuiles Canonicos Fori exterioris, excommunicatio nedum prohibet; ſed etiam eos irritat: vt patet in Electione,cap.Cùm dilectus.verſ. Quia nobis.de Conſuet.& ibi gloſſa notat, verb. à Suſpenſis.& communis.Idem probatur in cap.Conſtitutis.de Appellat. cap. Cùm inter R. de Elect. gloſſa, verb. Electus.in cap. Venerabilem. eodem tit.& l. 17.tit.9.Partit. 1.Idem in Collatione,cap. Poſtulaſtis.de Cler. excommunic. Couar. in cap.Alma.1.part.§.7.nu. 1.Boër. Deciſ. 290.per totam.Nauar. in Manual.cap. 27. num. 21. Rebuf.de Excommunic.non vitand. pag. 727. Mandoſ.de Signat.grat.

4 pag. 8. Licèt ſecùs ſit in Contractibus, & quaſi contractibus, cap.Felicis. §. Cum autem. cum ſeq. de Pœnis. lib.6.& cap. Pia. de Exception. eodem lib. Abb. in cap. Ad probandum. num. 5. & 9. de Re iud. vbi à num. 11. agit etiam de præallegatis actibus Canonicis,Electione, ſcilicet, & Collatione. Adde Suar.5.tom.Diſput.15. Sect.

5 8.num.9.& 11.Vbi ponit duas limitationes ad dictum cap.Felicis. Vnam habes ſuprà in Differentia 4. in fi. & alia eſt, quando ratione publici officii Eccleſiaſtici contraheret, vt in cap. Veritatis. in fin. de Dolo, & contum. vbi vide Innoc.num.2.

Cuius differentiæ ratio ea eſſe poteſt; quia licèt Eccleſia potuerit arcere excommunicatum maiori à Sacramentis; & ea irrita facere: non quidem directe, ſed indirecte; faciendo, ſcilicet eos inhabiles ad illa: non tamen fecit: vt docet Soto in 4. diſt.22.quęſt.1.ar.1.verſ.Ac demùm.Aliàs nullam habet poteſtatem circa ſubſtantialia Sacramentorum, addendo, mutando, irritando &c. ſecundùm Nauar.in cap.27. num. 38. ad finem. In aliis autem actibus Ciuilibus,& externis, habet plenam poteſtatem. Et ſic expreſsè ſtatuit prohibendo aliquos, & eos irritos faciendo, vt præcitatos: alios verò ſolùm prohibendo, propter communionem vetitã,vt per Henriq. de Excommunic.cap.7.§.3.alios etiam approbando, vt factos per eos, tamquam perſonas publicas, per l. Barbarius. ff.de Offic.Præſid. & docet Silu.in Sũma.verb. Excommunicatio.3.poſt num.22. Fel. latè in cap. Si verè.à num.2. de Sentent.excõmunic. allegat cap. Veritatis. de Iureiur. cap. Ad probandum. de Re iud. cap.final.

6 de Ordin.ab Epiſcopo.c. Nullus.3. quęſt. 4. Vbi etiam addit valere teſtamentum per excommunicatum, etiam denunciatum factum, ne dum ad pias cauſas; ſed etiam ad non pias. Sequitur tãquam verius Silu. verbo Excommunicatio. 3. num. 19. Panor.poſt alios, in dicto cap. Ad probandum.24. num. 9. & 10. de Re iud. Couar. in Rub. de Teſtam. 2. par. ſub num. 18. & defendit latè Suar. 5.tom.diſput. 15. Sect. 9. per totam,& probatur per argumentum ab ſpeciali in cap. Excommunicamus. §. Credentes.de Hæret.lib. 6. & in cap. Felicis. de Pœnis.eodem lib. vbi de percuſſoribus Cardinalium, & in cap.final.de Vſur. eodem lib. dicit communem Villalob. lib.

7 Commu.opin.verb.Excommunicatus.Valet etiam inſtitutio ipſius in hæredem, ſecundùm eumdem Suar. ſuprà num. 4.contra Silu. verb. Hæreditas. 3.num.2. Armil. num.26.Angel.verb.Hæres. num. 22. Tabien. num. 20. Idem docet Suar. Diſput.

8 16.Sect.2.num.6.Valét etiam inſtrumenta ab eo facta, ſi eſt Tabellio. Vide verb. Nullitas. Different.13.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATO denunciato non licet ſoluere debitum in Foro exteriori, etiam ſi iurauerit ſoluere. Sed iſto caſu tenetur deponere debitum.*

2 *Cùm excommunicato non denunciato poſſumus, ſi volumus, communicare, etiam ſi ſit.*

ſit publicum, extra percuſsionem Clerici. Ibid. Idem in ſubdito quoad obedientiam.

5 *In Foro verò conſcientiæ, poteſt reddi debitum dicto excommunicato denunciato, ſecundùm aliquos. Sed contrarium latè defenditur.*

DIFFERENTIA DECIMAQVARTA.

1 EXCOMMVNICATO denunciato non licet ſoluere debitum per debitorem, in Foro exteriori; gloſſa in cap. Nos Sanctorũ.15.quæſt.6. quam plures ſequuntur, quos refert, & ſequitur Coua. in Reg. Peccatum. in princip. nu.8. Ludou. Meſsia. in Pragmat. Panis, concluſ.6.num.62. & Henriq.de Excommunicat. cap. 7. §. 7. litera G. tenet Abb. & Feli. in cap. Inter alia. de Sentent. excom. ſentit Nauar. in Man. cap. 27. nu. 23. §. 15. etiam ſi iurauerit. Ita gloſſa. 2. in dicto cap. Nos Sanctorum. Abb. in dicto cap. Inter alia. num. 6. & ibidem Felin. & gloſſa 2. in cap.final.de Hæret. ſentit gloſſa final. in cap.fin.11.quæſt. 3. Idem tenet Dec. in cap. Intelleximus in fine. de Iud. allegat ad id Innoc. in cap. Veritatis. nu.3. de Dolo. ſed loquitur de debito fidelitatis. de quo latiùs infrà. Caſu autem quòd iurauerit, tenetur deponere debitum apud bancum alicuius mercatoris, vel in alio loco tuto, ſecundùm dictam gloſſam, in dicto cap. Nos Sanctorum. & Abb. & Felin. ſuprà, & alios, quos refert Silu. verb. Excommunicatio.5. num. 12.

2 Si verò non ſit denunciatus, etiam ſi ſit publicus, extra caſum percuſsionis Clerici; voluntarium eſt cum eo communicare, vel non; per Extrauag. Ad euitanda. Et ideò in poteſtate debitoris eſt ſoluere: ſicut in poteſtate ſubditi eſt Domino obedire; vt dicit Suar. 5.tom. Diſput. 14. Sect.1.nu.15.& meliùs Diſput.15. Sect.7.nu.3. Hoc addito, quòd ſi Dominus eſt occultè excommunicatus, in publico tenetur ei obedire, cap. Cùm nõ ab homine. de Sentent. excommunicat.

3 At in Foro interiori, licitum eſt ſoluere debitum excommunicato, etiam denunciato, ſecundùm Silu. verb. Excommunicatio. 5. §. 12. & alios citatos per eumdem Henriq. vbi ſuprà litera H. Quin immò ad id tenetur debitor. Nec eum excuſat excõmunicatio; vt ſatis conſtat ex dicta gloſſa dicti cap. Nos Sanctorum. Et probatur per c. Quoniam multos. in fine 11. quæſt. 3. & per dictum cap. Inter alia. per quæ ita tenet Couar. poſt alios, loco ſuperiùs citato. Itaque licèt debitor excommunicati tutus ſit in Foro exteriori; quia conueniri per eum non poteſt, cap. Intelleximus. de Iud. Non tamen eſt tutus in Foro conſciẽtiæ; quia tenetur ei ſoluere, non obſtante excommunicatione. Et ita etiam defendit Silu. ſupra, & Suar. 5. tomo Diſput. 15. Sect. 8. à num.4. & conſulit Innoc. in dicto cap. Veritatis. de Dolo. num.3.

Sed certè, re altiùs conſiderata, non poſſum flectere animum meum in hanc vltimam opinionem Silu. Couar. & aliorum. Et ducor primò per tex. in cap. final. de Hæret. vbi obligatio illa iuſtitiæ, ſcilicet fidelitatis vaſſalli erga Dominum, ceſſat durante excommunicatione. Et ne dicas id eſſe propter hæreſim. Nam idem etiam extra caſum hæreſis ſtatuitur generaliter, ſola excommunicatione attenta, in dicto cap. Nos ſanctorum. Quòd ſi adiicias, id ob id fieri, quia ſcilicet excõmunicatio priuat, vel ſuſpendit vſum, & exercitium iuriſdictionis, quã habebat Dominus in ſibi ſubiectos. Reſpondeo id concedendo; ſed hoc non obſtante, vrget illa ratio, nempe quia ſi eò quòd excommunicatio ſuſpendit, vel tollit vſum iuriſdictionis; non tenetur vaſſallus præſtare Domino debitum naturale fidelitatis, & ſubiectionis: ergo & debitor pecuniæ, eò quòd excommunicatio tollit communicationem, & obligat omnes ad non communicandum cum excommunicato, cap. Cùm non ab homine. de Sentent. excommunicat. non tenetur, nec poteſt creditori ſoluere; cùm id facere non poſsit, niſi cum eo communicando. Quòd ſi neges inhiberi ei communicationem, per regulã dicti cap. Inter alia. vbi generaliter dicitur illos qui ex debito tenebantur ad aliquod obſequium excommunicato, ante excommunicationem: debito durante poſt excommunicationem; teneri

etiam

etiam tunc ad idem obſequium, & per cõſequens ad communicationem, ſine quo illud exhiberi non poteſt. Reſpondeo prędictum textum, & regulam eius, agere de debito, ſeu obſequio perſonali quarumdã perſonarum, quæ ex beneficio, cap. Quoniam multos. 11. quæſt. 3. tenentur non deſerere excommunicatum; nec poterant aliter ſatisfacere ſuo debito, niſi communicando cum eo; & quorum obſequium erat ei neceſſariũ ad vitã. Hæc omnia colligũtur ex dict. c. Inter. iuncto dict. c. Quoniã. Vnde nulla eſt ratio, quæ nos obliget, & cogat ad extendendã dictã regulã ad alia debita nõ neceſſaria ad vitã, & ad alias perſonas non ita aſtrictas, nec ſic priuilegiatas, ſeu beneficio donatas: maximè quia deponẽdo debitum in banco mercatorum, exuitur debitor ab obligatione, & debito. Quare niſi eſſemus in caſu neceſsitatis, & egeſtatis, vt notat Abb. in dicto cap. Veritatis. de Dolo. num. 40. puto veriorem, & ſecuriorem, ac magis menti Canonum, & Eccleſiæ conſonam opinionem gloſſæ in dicto cap. Nos Sanctorum. videlicet non teneri, nec etiam poſſe à debitore in vtroque Foro ſolui debitum excommunicato denunciato, etiam ſi iuraſſet; ſed ſatisfacere deponendo ipſum, vt prædictum eſt. Pro quo facit cap. final. 11. quæſt. 3. vbi etiam ex neceſsitate non licet alicui communicare cum excommunicato; niſi ſit ex contentis in dict. capite Quoniam multos. In quibus aduerte fore noxiam eiſdem priuationem communicationis. Ideò non mirum ſi illis concedatur licentia. Qua ratione etiam in cap. Si verè. de Sentent. excommunicat. cõtractus ſocietatis initę ante excommunicationem cum excommunicato durant poſt eam. Nec licentia dandi aliqua excõmunicato, humanitatis cauſa (de qua in dict. cap. Quoniã.) facit pro contraria opinione, quia non datur ſimpliciter, ſed exiſtente excommunicato in neceſsitate eiuſdẽ eleemoſynæ. Nec deniq; obſtat ratio Suar. ſcilicet ex generali ratione obligationis implẽdæ, cõpetere debitori facultatẽ cõmunicãdi cum excommunicato. Reſpondetur enim id verum eſſe, ſi neceſſariò teneretur debitor tẽpore excõmunicationis ſoluere ipſi excõmunicato. At id negamus; quia tunc, aut manet ſuſpenſus effectus debiti: aut deponendo pecuniã, ab eo debito, ſeu obligatione, liberatur. Facit etiã c. Cùm inter. de Excep. vbi prohibet Papa ne excommunicatus petat reſtitutionem dãnorum, durante excõmunicatione, à damnificãte. Qui textus indiſtinctè loquitur, & debet intelligi tam de damnificãte ante excõmunicationẽ, quàm durante eadem. Item dat exceptionem non excõmunicato damnificanti ad eũ (ſcilicet excommunicatũ) repellendum; & ſic tuetur ipſum damnificantem, ne interim teneatur ad dicta damna. Ergo idem dicendũ eſt de debitore: Nam non minùs eſt obligatus in conſcientia dãnificans, quàm debitor pecuniæ ſibi creditę, etiam cũ iuramẽto de reſtituendo tali die; quia obligatus ad reſtitutionẽ ſemper eſt in mora, vt diximus verbo Debitũ. Diffe. 3. nec credendũ eſt à Papa id ſtatutum fuiſſe pro Foro tantùm exteriori, & ſic fouere neminẽ in peccato conſtitutũ, contra cap. final. de Præſcript. Vnde illum text. allegat Innoc. in c. Veritatis. de Dolo. nu. 2. in fine ad hoc, quòd tempore excommunicationis durant obligationes, ſed manent ſuſpẽſæ. Nec obſtat quod adducit Innocen. in dict. cap. Veritatis. nu. 4. ſcilicet ſi ſeruiens tenetur excommunicato ſeruire, quia promiſit, vt in dict. c. Quoniã multos. 11. q. 3. Quare igitur eadẽ ratione debita nõ ſoluet? Et dicit ad id facere c. Iulianus. & cap. Imperatores eadẽ cauſ. & quæſt. vbi innuitur apoſtatis, debere nos de omnibus iuribus eorũ reſpondere. Reſpõdeo ad primũ, non benè argui ex caſu excepto, ad nõ exceptũ. Itẽ de ſeruiẽte ob neceſsitatẽ excõmunicato, ob quã pia mater Eccleſia indulget hoc beneficiũ dicto excõmunicato. Quæ ratio ceſſat in debitore, niſi quãdo excõmunicatus egeret, vt ſuprà diximus. Ad ſecundũ de apoſtatis. Reſp. cũ D. Th. 2. 2 q. 12. ar. 2. apoſtatis qui nũquã fuerunt fideles, debere nos de iuribus eorũ reſpõdere; quia tales nõ ſunt excõmunicati: at apoſtata à Fide, vbi talis quis denunciatur, amittit dominiũ in ſubditis Chriſtianis; & ſic ſubditi nõ tenẽtur ei in nihilo reſpõdere de eius iuribus; quia ipſo facto ſunt abſoluti à dominio eius, & iuramẽto fidelitatis, quo tenebãtur. Nec obſtat iuramẽtũ (ſi debitor iurauit ei ſoluere) quia excommunicatus eſt, in

cauſa, ſi ei non ſoluit, iuxta promiſsionem; quia non reddit ſe talem, vt licitè ipſi poſſit ſolui. Et iuramentum intelligitur, ſi res in eodem ſtatu permanſerit, cap. Quemadmodùm. de Iureiur. Hæc, & alia, in confirmationem noſtræ opinionis videre poteris poſt Hoſt. & Bart. Brixien. per Abba. in dicto cap. Veritatis. nù. 39. cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATVS iuſtè, ob crimẽ, vel ob contumaciam, in Foro exteriori priuatur fructibus, & ponitur æconomus in Beneficio etiam ſi in ſentẽtia nihil de fructibus dicatur. Quod qualiter intelligatur, vide nu. 4.*

2 *Priuatur etiam collatione Beneficiorum, ſi ſit Epiſcopus, vel aliàs habeat ius conferendi Beneficia.*

3 *Excommunicatus iuſtè, non poteſt accipere ex fructibus neceſſaria vitæ, ſi habeat aliundè. ſecùs ſi fame periret.*

4 *Excommunicatus, impeditus ad impetrandam abſolutionem, non amittit fructus Beneficii in Foro interiori.*

5 *Excommunicatus iniuſtè, probata iniuſtitia, recuperat fructus, & diſtributiones.*

6 *Excommunicatus inſordeſcẽs per annum, qualiter puniatur.*

DIFFERENTIA DECIMA QVINTA.

EXCOMMVNICATVS iuſtè ob
1 crimen commiſſum, putà quia violentas manus in Clericum iniecit, vel furtum, vel ſacrilegium publicè commiſit, ob quod fuit à notorio excommunicatus declaratus, vel ob contumaciam veram, vel prȩſumptam; & tandẽ quomodocumque ſit quis excommunicatus; eò ipsò quòd eſt talis, in Foro exteriori priuatur fructibus ſui Beneficii, vel Canonicatus, ſi eſt Beneficiarius; adeò quòd licèt in ſentẽtia excommunicationis nihil de ipſis dicatur; nihilo minùs Epiſcopus poteſt ſtatim ponere æconomum in Beneficio, vt fructus colligat, & ſeruet, quo uſque finiatur negotium, ob quod fuit lata excommunicatio. Hoc probat textus eximius in cap. Paſtoralis. §. Verum. de Appellation. iuncto ibi Abb. num. 17. & 18. (quȩ eſt optima practica, vt ſic fame oppreſsi ipſi excommunicati citiùs, & omni cũctatione ſepoſita, ſȩ abſoluendos curent. Nam ſæpe homines de cibo ſecuri, iuſtitiam negligunt. cap. Non minus. 5. quæſt. 5. licèt numquam eam viderim obſeruari.) Idem tenet Innoc. in cap. 1. de Iud. Abb. in cap. Ex tuæ. num. 7. de Cleric. non reſid. Nauar. in cap. Si quando. de Reſcript. except. 11. Rebuf. in Concord. tit. de Excõmunicat. nõ vitãd. verſ. Vigeſimò. pag. 733. & Iul Clar. q. 73. nu. 7. vbi dicit communiter teneri, excommunicatũ ipſo iure eſſe priuatũ fructi-
2 bus Beneficii. Extende hoc ad collationem Beneficiorũ quæ inter fructus cõputatur. gloſ. in cap. Cùm olim. de Maior. & obed. cap. vnic. Ne Sede vacante. lib. 6. c. Tanta. de Exceſsibus Prælat. c. Quia diuerſitatem. de Cõceſsione præb. dicit cõmunem, (vbi copios)è Suar. 5. tom. Diſp. 14. Sect. 2. per tot.

3 Quæ adeò vera ſunt, vt etiã in cõſcientia nihil poſsit accipere excommunicatus ex ipſis fructibus pro ſui ſuſtentatione, ſecundùm gloſ. d. §. Verùm, cõmuniter receptam teſte Naua. c. 25. n. 124. Ratio eſt, quia poteſt ſibi prouidere petendo abſolutionem. Ob quã rationem hoc limitat, & intelligit Naua. verũ, in excõmunicato, per quẽ ſtat, quo minùs abſoluatur. aliàs ſecùs; vt not. gl. per tex. ibi in d. c. Quia diuerſitatẽ. verbo Suſpenſionis. Iaſ. in §. Rurſus. nu. 26. Inſtit. de Actio. Idem poſt alios tenet Henriq. de Excommunicat. c. 13. §. 4. quod ſublimita dupliciter. Primò, niſi iuſta cauſa excuſaret non volentem pati ſe abſolui, ſecundũ Card. & Domin. Quos refert, & ſequitur Feli. in c. Apoſtolicȩ. col. 4. nu. 10. de Exception. vt v. g. ſi ob negligentiã procuratoris in Curia quis excõmunicaretur ob nõ reſtitutionẽ fructuũ Beneficii, ſuper quo litigat, & fouet bonũ ius. Secũdò ſublimita, niſi fame periturus eſſet, ex dict. gloſ. §. verũ. ver. Subtrahuntur. & gloſſa final. capit. Studeat. diſtinct. 50. Toledo libro 1. capite 13. numero 14. quas ſublimitationes intellige

veras;

Digitized by Google

veras; dummodò excommunicatus recitet horas,& ſatisfaciat per alium oneribus Beneficii. Ex quibus habes, excõmunicatum, dum dormit in excommunicatione, nõ facere fructus ſuos in vtroque Foro. Idem docet Couar.lib.3.Variar.cap.13.num.8.verſ. 12.Silueſt.verbo Clericus.4.§.25.& verbo Excommunicatio.3. numero 1. effectu 9. Caiet. eodem verbo ad fin. verſ. Vbi ſcito. D.Anto.3.par.tit.24.cap.76. Pet. à Nauar. lib.2.cap.2. num. 235. & alii quamplures copioſè citati per Henriq. ſuprà, in gloſſa M.

4 In Foro tamen exteriori, licèt non dormiat,priuabitur dictis fructibus in pœnam contumaciæ. Quin immò etiam ſi probet fuiſſe impeditum,quo minùs abſoluatur; ſi tamen impedimentum non fuit præciſum, (ſecundùm exempla tradita à gloſſ.final.in cap.2.de Teſtib.cogen.) ſed cauſatũ: ſimiliter priuabitur in eodem Foro exteriori dictis fructibus. argumento eorum quę tradit Felin.in dict. capite 2. Secùs eſt dicendum in Foro interiori. Nam in eo, ſiue impedimentum ſit cauſatum, ſiue præciſum; dum modò verè aliàs per excommunicatum non ſtet, quo minùs abſoluatur: tuta conſcientia ab eo tempore recipit fructus, & eos facit ſuos. Ita ſingulariter Petrus à Nauar. tom.1.libro 2. capite 2. numero 239.& 240.cum duobus ſequentibus.

5 Cùm autem quis eſt excommunicatus iniuſtè; tunc omnes fructus recuperat in vtroque Foro,conſtitò de iniuſtitia. Ita tenet gloſſa in dicto §.Verù. argumento cap. Super. 2. quæſtione 5. Quam gloſſam ad hoc dicit communiter receptam Nauar. Conſil. 9. numero 7. de Cleric. non reſid. ſequitur Couar. ſuprà, Panor.numero 6.& Imol.dict.§.Verùm.Domin. in cap.Contumaces. diſt.50. Clar.Tolet.& Pet.à Nauar. vbi ſuprà. qui Petrus à Nauar. extendit etiam ad diſtributiones,propter eamdem rationem.

6 Prædictis adde, quòd ſi excommunicatus inſorduerit per annum (dummodò id fecerit ex pertinacia) non ſolùm priuabitur fructibus (vt dictum eſt) ſed etiam de hæreſi ſuſpectus,compelletur ſe purgare, ex Concil.Trident.Seſsione 25.cap.3.in fi. de Reform.& poterit etiam Beneficiis priuari, ſaltem in Foro exteriori, vt poſt longam examinationem ita reſoluit Suarez 5. tom. Diſput.17.Sect.1.à num.6. vbi addit ad id non ſemper teneri Iudicem in conſcientia.Nam tales circunſtantiæ poſſunt occurrere, quòd non ſit æquum talem pœnam priuationis imponere. Et pro ornatu, & materia dicti cap.3.Concilii,vide Abbatem in cap.1.de Iudic. Couar.in cap. Alma mater.1.par.§.7.à num.10.Simanc. de Cathol.inſtit. cap.27. Direct. Inquiſit.2.part. quæſt.47. latè Vgolin. de Cenſur. cap. 14. §.3.num.3.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATVS, ſi appellet nihil facit; quia excommunicatio trahit ſecum executionem. Poteſt tamen à declaratione appellare.*

2 *Quod eſt magni effectus in practica, etiam ſi appellatio ſit iniuſta. Nam interim non vitabitur; & ſi celebret, non fit iregularis.*

3 *Excommunicatus, ſi appellet iniuſtè à declaratione, non poteſt in conſcientia ſe iuuare dicta appellatione. vnde tenetur ſe abſtinere; & ſi celebret, ſciens iniuſtam, fiet irregularis coram Deo; & omnia geſta ab eo interim, vt perſona priuata, nulla declarabuntur.*

4 *Excommunicatus poteſt appellare à denunciatione; & ſic interim non vitabitur.*

DIFFERENTIA DECIMA SEXTA.

1 INCIDENS in excommunicationem Canonis ipſo facto; ſi declaretur incidiſſe, licèt ab excomunnicatione incurſa non poſsit appellare, quia trahit ſecum executionem, capit. Paſtoralis. §. Verùm. de Appellation. poteſt tamen à tali declaratione appellare. Gloſſa eſt expreſſa in capite Cupientes.§.Quòd

 ſi per

ſi per viginti. verbo Priuatos. de Elect.lib. 6.quam commendat Abb.in capite Peruenit. 1. de Appellation. & in cap. final. de Præſcript. & in cap. Parochianos. de Sentent. excommunicat. & Conſil. 68. incipit Quanquam. num.4. part. 2. & in cap. final. de Iuram. calumn. Felin. in cap. 2. num. 6. de Sponſal. & in cap. Qualiter. in 1. num. 27. de Accuſation. & in cap. Rodulphus. num.43.de Reſcript. & eam dicit ſingularem Angel.verbo Appellatio. num. 7.& 8. & communiter receptam Bernard. Diaz regul.41.incipit, Appellare à pœna legis, vel ſtatuti, non licet.& Nauar. Conſil. 12. nu.2.de Sentent.excommunicat.

Effectus dictę appellationis eſt magnus.
2 Quia pendente articulo appellationis, nec vitabitur ab aliis, nec ipſe tenebitur alios vitare,nec ſe à Diuinis abſtinere: & ſi celebret, non eſt irregularis. Ita notat ſingulariter Felinus in dicto cap. Rodulphus. nu. 43.& Nauar. in Manual.cap.23. num. 104. Quod procedit, & eſt verum,in Foro exteriori; licèt aliàs appellatio ſit iniuſta.

3 Secùs quoàd Deum. Nam vbi quis fuit iuſtè excommunicatus; licèt appellando à declaratione, excuſetur in Foro exteriori: non tamen in Foro conſcientiæ, & coram Deo. immò non obſtante appellatione,tenetur ſe abſtinere à Diuinis. aliàs peccaret mortaliter, vt docet Felin.in dicto cap.Parochianos.nu.4. Lancel.de Attent. cap. 12. in prębfatione.num.99.Nauar.in dicto c.23. num.104.Quod ſatis probatur in cap. Venerabilibus.§.fin.de Sent.excommu. lib.6. vbi excommunicatus poſt appellationem indiget abſolutione ad cautelam, ante quā probet eam nullam; & debet ſe abſtinere, & ibi not.gl.pen. Vnde ſi ſciēs eſſe iniuſtā, celebrauerit,erit etiam coram Deo irregularis.vt dicemus infrà Diff. 20.num.6. Et omnia geſta interim ab eo, vt perſona priuata,nulla declarabuntur;ex Fel.in dict.nu. 43.conſtito, ſcilicet de veritate excommunicationis,& iniuſtitia appellationis. Et eſt ratio,quia appellatio iniuſta non ſuſpendit, cap.Cùm parati.cap.Peruenit.de Appellat. cum aliis in dicta Diff. citatis. Tùm etiam quia ſtatim ſuum effectum excommunicatio operatur, vt in dicto §.Verùm.

4 Prædictis adde, excommunicatum non ſolùm poſſe appellare à declaratione, qua declaratur incidiſſe in excommunicationē Canonis, vel ſtatuti: ſed etiam poſſe idem facere à denunciatione;vt cùm Iudex,poſtquam excommunicauit aliquem, iubet Parocho illius, vt ipſum denunciet publicè inter Miſſarum ſolennia, vt ſic euitetur ab omnibus, iuxta Extrauagan. Ad euitanda ſcandala. Poteſt enim etiam ab iſta denunciatione facta à Parocho appellare, ſi putat Iudicem exceſsiſſe, & iniuſtè id præcepiſſe: nempe quia prætendit non eſſe excommunicatum, vel non potuiſſe ipſum excommunicare. hoc eſt ſingulare dictum Cardin. in Clement. 2. §. Si quis autem. quæſt. final. de Sequeſtr. poſſeſsion. quem ſequitur Domin.in capit.Is cui. §. Sanè.de Sentent.excommunicat. in 6. Dec. in cap. Reprehenſibilis. numero 5. in fin. de Appellation.& in capite Peruenit. in 1. num 2. in fin. eodem titulo, dicens hoc eſſe notandum in practica, & Angel. verbo Appellatio, numero 8. Ex quo collige, licèt effectus excommunicationis non ſuſpendatur per appellationem ſequentem, vt in dicto §. Verùm.& in dicto capite Is cui. §.Sanè. benè tamen ſuſpendi effectum denunciationis, ſi ab ea appelletur. Et ſic pendente appellatione à denunciatione, appellans non poteſt vitari, licèt fuerit denūciatus; vt vltra ſuprà citatos docet Felin. in dicto capite 2. numero 6.& 7.de Sponſal. & Nauar. Conſil. 12. de Sentent. excommunicat. Quod tamquam ſingulare, & vt optima cautela ad impediendum effectum excommunicationis, (ſi excommunicatus eſt certus de eius iniuſtitia) eſt ſummè notandum.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATIO in Foro exteriori præſumitur in dubio præceſsiſſe ipſam appellationem. ſecùs in Foro conſcientiæ.*

DIFFE-

Digitized by Google

DIFFERENTIA DECIMASEPTIMA.

1 EXCOMMVNICATIO in dubio, præſumitur in Foro conſcientiæ præceſsiſſe ipſam appellationē. ſecùs in Foro Fori. Ita Rota Deciſ. 29. aliàs 317. incipit Nota quòd vbi. de Sentent. excommunicat. in antiquis. Felin. in cap. Apoſtolicæ. num. 18. de Exception. Lancel. de Attent. cap. 12. Ampliat. 8. in fin. Silu. vèrb. Excommunicatio. 2. dub. 1. num. 6. Pro quibus eſt gloſſa notab. penult. in cap. Venerabilibus. §. final. de Sentent. excommunicat. in 6. & eſt communis opinio teſte Dec. in cap. Super eo. in 2. de Appellation. licèt ipſe teneat contrarium. Vide eumdem Dec. in cap. In pręſentia. nu. 13. de Probation. & eſt gloſſa ſimilis in Clem. final. de Reſcript. verb. Creatum. Pro quarum declaratione vide Couar. in capit. Alma mater. 1. part. §. 2. numero 5. Eamdem differentiam docet Card. in Clement. 1. quæſtione 15. de Sepultur. & Bald. in dicto capite Super eo. & probat textus in cap. Cùm tu. de Teſtibus. Ratio diſcriminis ſupradictæ differentiæ ea eſſe poteſt; quia in Foro conſcientiæ, ſtamus veritati, & non præſumptioni; ad nota. verb. Lex, Differentia 10.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATVS abſens, non eſt quoàd Deum excommunicatus, donec ſciat. ſecùs quoàd Eccleſiam.*

DIFFERENTIA DECIMAOCTAVA.

1 CVM quis excommunicatur in abſentia, non eſt excommunicatus quoàd Deum, donec ſibi innoteſcat, ſecundùm gloſ. 2. cap. pen. de Cleric. excommun. miniſt. vbi dicit quòd ſi talis moriatur antequam ſciat, liber erit quoàd Deū. Si inſuper ſe ingerat communioni hominum, antequam hoc perſpectū ſibi ſit, non peccabit, ſecundùm gloſſ. cap. Quanto. 2. quæſt. 5.

At quoàd Eccleſiam, ſtatim eſt excommunicatus; & ideò indiget abſolutione, ſecundùm eaſdem gloſſ. Et ſic ſi eligatur, non tenebit electio. Ita tradit glo. dict. cap. pen. cuius opinionem ſequitur Rota teſte Mādo. de Commiſsio. form. 23. quæſt. 8. & Feli. in cap. Rodulphus. num. 43. de Reſc. Adde Couar. in cap. Alma. 2. par. §. 10. num. 7. & not. ſupra Diff. 11.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATVS poſt appellationem legitimam, ſi eam non proſequatur, poteſt denunciari publicè quòd eſt excommunicatus, & eum habeant pro tali.*

2 *In Foro verò interiori, non eſt excommunicatus.*

3 *Vnde ſi celebret, non erit irregularis. Vide ibidem rationes huius differentiæ.*

DIFFERENTIA DECIMANONA.

1 EXCOMMVNICATVS poſt appellationem legitimam, ſi eam non proſequatur intra tempus à iure, vel ab homine præfixum; eo elapſo, poteſt denunciari publicè excommunicatus, non obſtante dicta appellatione; & eſt tunc vitandus, tam in iudicialibus, quàm in extraiudicialibus. Textus eſt ſingularis in cap. Licèt. de Senten. excommunicat. lib. 6. debetq; reputari pro excōmunicato poſt talē denunciationem, donec ſentētialiter fuerit declaratū appellationē ante excōmunicationē fuiſſe interpoſitā; & ſic fuiſſe nullā ipſam excōmunicationē, vt

docet Angel. verb. Appellatio. num. 4. gloſſa in dicto cap. Licet. verb. Nunciari. quam approbant Doctores ibi, & Innoc. in cap. Ad præſentiam. & ibi Abb. num. 2. de Appellation. Quæ vera ſunt, & procedunt in Foro exteriori.

2 At in Foro interiori, nec ipſe excommunicatus tenetur à Diuinis ſe abſtinere; nec alii veritatem ſcientes, tenentur ipſum vitare, per text. in dicto cap. Ad præſentiam. vbi Abb. num. 2. id notat, & Nauar in cap. Cùm contingat. de Reſcript. Remed. 3. Felin. in cap. Ex tenore. num. 2. eodem tit. Iaſ. in l. final. num. 4. ff. de Offic. eius. & Zaſius in l. Cùm querebatur. num. 3. ff. de Re iud. Ratio eſt, quia talis excommunicatio eſt nulla, nec vires aſſumit propter deſertionem appellationis, vt probat idem cap. Licèt. in princip. & notat. Matthesil. notab. 19. incipit, Nota quòd appellans. poſt gloſſam, verb. Incurris. in cap. Penul. de Sentent. excommunicat. lib. 6. & Abb. in cap. Sœpe. num. 14. de Appellation. & ſic ceſſare à Diuinis non tenebatur, vt dicit gloſſa 2. in dicto cap. Ad præſentiam. & probat tex. in dicto cap. Dilectis. 55. in fine de Appellat. vbi Abb. num. 15. & 16. id notat, dicens excommunicatum poſt appellationem legitimam, licet denuncietur, non teneri denunciationi obtemperare. Intellige in Foro interiori, cùm fuit facta denunciatio poſt deſertionem appellationis. Et ſi fiat ante deſertionem, & ab ea appelletur; non tenebitur ei obtemperare, etiam in Foro exteriori, per cap. Paſtoralis. §. Verum. de Appellation. Felin. latè in cap. 2. num. 6. de Sponſal. & Pet. Cened. in Collectan. ad Ius Canonic. 2. par. Collect. 42. nec alii tenebũtur eum vitare, ſecundùm Card. egregiè in Clem. 2. §. Si quis autem, quæſt. final. de Sequeſtrat. poſſeſsion. Domin. in cap. Is cui. §. Sanè. de Sentent. excommunicat. lib. 6. quos ſequitur Dec. in cap. Reprehenſibilis. num. 5. in fin. de Appellation. & in cap. Peruenit. in 1. nu. 2. in fin. eodem tit. dicens hoc eſſe notandum in practica. Idem docet Fel. in cap. Rodulphus. nu. 43.

3 de Reſcript. Ex prædictis infertur quòd ſi talis excommunicatus, poſt dictam deſertionē appellationis denunciatus, celebret; non efficetur irregularis, vt poſt Archid. & Gemin. in dict. c. Licèt. docet Angel. ſuprà num. 5. vbi reddit rationem, quia ex quo appellatio legitima fuit ante excommunicationem interpoſita, ipſam excommunicationem ſuſpendit. Et licèt poſt deſertionē appellationis, denuncietur excommunicatus: non tamen verè eſt excõmunicatus; vt patet ex dicto c. Licèt. ſequitur Fel. dict. c. Rodulphus. num. 43. vbi dat aliam rationem; ſcilicet quia non videtur contempſiſſe, ex quo pendebat appellatio. Allegat cap. penult. cum gloſ. de Cler. excommuni. miniſtr. vbi probatur probabilem ignorantiam excuſare. ſed ibi Felin. non agit de appellante non proſequente appellationem; ſed de celebrante poſt appellationem non ſuſpenſam, nec deſertam, ſed pendentem; qui eſt alius caſus, de quo in ſequenti Differentia agetur.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATVS poſt appellationem, ſi bona fide celebret, non eſt irregularis, licèt poſteà declaretur eſſe iniuſtã, & illegitimam. Intellige vt num. 10. Secùs ſi ſciebat eſſe friuolam, vt num. 6.*

2 *Suſpenſus ignorans probabiliter ſe eſſe ſuſpenſum, ſi celebret, non eſt irregularis.*

3 *Opinioni falſæ bona fide adherens, non peccat.*

4 *Excommunicatio lata poſt appellationem, regulariter nulla eſt in Foro externo.*

5 *Secùs ſi declaretur appellationem fuiſſe friuolam.*

6 *Appellans friuolè à comminata excommunicatione, in Foro conſcientiæ non excuſatur.*

7 *Abſolutionem ad cautelam petere, ſemper eſt bonum conſilium.*

8 *Geſta per excommunicatum vt priuatam perſonam, poſt appellationem ab eo interpoſitam, & poſteà declaratam minùs iuſtam; ſunt inualida. Secùs ſi vt publicam perſonam.*

9 *Celebrans poſt appellationem, non fit irregularis,*

Digitized by Google

gularis, ſi probabiliter ignorabat iniuſtitiã appellationis. aliàs ſecùs.

10 *Non eſt differentia vlla inter excommunicatum publicum, vel occultum, quoàd validitatem geſtorum per ipſum, niſi in iis quæ ab eo geruntur, ratione publici officii.*

DIFFERENTIA VIGESSIMA.

1 EXCOMMVNICATVS poſt appellationem, ſi bona fide, putans eſſe legitimam ſuam appellationem, non curet de excommunicatione; ſed ea non obſtante, celebret; ſecurus eſt in Foro exteriori, & etiam in interiori, quoàd irregularitatem. Nam licèt poſteà declaretur appellationem fuiſſe illegitimam, & minùs iuſtam; nihilo minùs ob celebrationem anteà factam; nullam incurrit irregularitatem. De hoc eſt gloſſa celebris in cap. 2. in gloſſa penult. de Sentent. excommunicat. lib. 6. quam commẽdat Couar. in cap. Alma mater. 1. par. §. 7. num. 7. in fin. & dicit communiter receptam Nauar. cap. 23. num. 104. ad fin. & Cenedo in Collectan. ad Ius Canon. Collect. 25. in Decretal. num. 6. & Lancel. de Attent. 2. par. cap. 12. Ampliat. 8. num. 7.
2 Pro qua facit in ſimili, quòd ſi ſuſpenſus probabiliter ignoret ſe eſſe ſuſpẽſum, nullam celebrando incurrit irregularitatem, cap. Apoſtolicæ. de Cleric. excommunicat. Specul. tit. de Diſpenſat. §. Nunc de Epiſcoporum. num. 3. verſ. Sed numquid poteſt. facit etiam gloſſa in cap. Capellanus. de Feriis. ſingularis ſecundùm Nauar. in cap. Si quis autem. num. 7. de Pœnit. diſt. 7. quatenus habet non eſſe peccatum adhærere vni opinioni (quamuis aliàs ſit falſa)
3 vbi ſunt contrariæ Doctorum opiniones. Intellige, dummodò cenſeat eſſe veram, per not. verb. Opinio. Diff. 3.

4 Et eſt ratio ſupradictæ cõcluſionis; quia excommunicatio lata poſt appellationẽ, regulariter reputatur nulla; quia appellatio ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis, & ligat manus eius, vt illa pendente, nihil valeat innouare; cap. Non ſolùm. de Appellation. in 6. cap. Venientes. de Iure iur. cap. Paſtoralis. §. Præterea. de Offic. Delegat. adeò vt ſi poſt huiuſmodi ſuſpenſionem, Iudex procedat, proceſſus ſit nullus. Bellam. Deciſ. 707. Lancel. de Attent. cap. 4. in præfatione, num. 569. & cap. 12. in præfatione num. 68. & conſequenter excommunicatio lata, poſt appellationem, erit nulla, tamquam lata à non habente iuriſdictionem, & tamquam ſi eſſet lata à priuato; & probat text. in cap. In præſentia. de Appellation. & ibi notat gloſſa 2. ad idem text. in cap. Per tuas. de Sentent. excommunicat. & docet gloſſa 2. in cap. Præſenti. eodem tit. in 6. quam commendat Cenedo vbi ſuprà. num. 5. & appellat celebrem Nauar. cap. 27. num. 4. & tradit Abb. per text. ibi in cap. Cùm contingat. num. 2. de Offic. Deleg. & D. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 74. At actus nullus, nullum producit effectum. l. Sicut. ff. de Oper. libert. l. Non putauit. §. Non quæuis. ff. de Bon. poſſeſsion. contra tab. l. 4. §. Condemnatum. ff. de Re iudic. Hyppolit. ſingul. 254. Meritò ergo celebrans poſt dictam excommunicationem, non fit irregularis. Aliam rationem tradit Fel. in cap. Rodulphus. num. 43. de Reſcript. quam habes in fine præcedentis Differentiæ, & eſt Abb. in cap. Paſtoralis. §. Verùm. num. 15. in fine de Appellation. ſcilicet quia ex quo pendet appellatio, non dicitur contempſiſſe celebrando; & conſequenter nec poteſt incurrere irregularitatem, quæ eſt pœna contemptus.
5 Si tamen poſteà declaretur talem appellationem non fuiſſe legitimam, licèt quoàd irregularitatem ſit immunis (vt prædictum eſt) non tamen quoàd excommunicationem. Nam non obſtante dicta appellatione illegitima, potuit excommunicari, gloſſa final. in cap. Quoties. 1. 2. quæſt. 6. Et reuera incidit in eam ſtatim, poſt quàm fuit excommunicatus, vt docet Panor. in dicto cap. Paſtoralis. §. Verùm. num. 14. de Appellation. dicens numquam excommunicationem, vel eius effectum ſtare in ſuſpenſo. Nec obſtat appellatio. Quia ad hoc, vt excommunicatio lata poſt appellationẽ ſit nulla, requiri-

Digitized by Google

requiritur quòd appellatio ſit iuſta, &
procedens ex cauſa legitima. Aliàs, ſi eſt
friuola, non ſuſpendit iuriſdictionem Iudi-
cis, vt probat text. in cap. Cùm parati. cap.
Peruenit,& cap. Si duobus. de Appellation.
cap. Cum appellationibus. & cap. Non ſo-
lùm. eodem tit. lib. 6. docet Innoc. in cap.
Significauit. num. 2. ad fin. de Cenſibus.
Nauar. in Repetit. cap. Accepta oppoſit.
8. num. 34. ad fin. & num. 35. Conferunt
dicta in differentia 33.

6 In Foro tamen cõſcientiæ, ſi quis noſcet,
vel noſſe deberet ſuam appellationem
minùs iuſtã eſſe; incurret irregularitatem,
ſi celebret. Ita hinc dicit idem Nauar. in
dicto cap. Cùm contingat. Remed. 3. verſ.
Secunda deciſio. de Reſcript. Salzedo ad
pract. Bernar. Diaz. cap. 126. litera A. aliàs
cap. 33. litera. A. pag. 109. verſ. Nec etiã
Clericus. Spin. in Specul. teſtament. in
gloſſa rub. 11. part. num. 44. Barptolemæus
Humada in l. 21. tit. 9. Part. 1. in gloſſa 5.
num. 3. quos refert, & ſequitur Cenedo
in Collectan. ad Ius Canon. Collect. 25.
ad Decretal. num. 6. Et hoc numquam o-
bliuioni tradas. Ratio eſt, quia vt excom-
municatus celebrans excuſetur ob ignorã-
tiã ab irregularitate, debet eſſe eius igno-
rantia probabilis. cap. Apoſtolicæ. de Cler.
excommunica. At qui ſciat, vel ſcire tenea-
tur ſe eſſe verè excommunicatum; vel ſuã
appellationem non eſſe iuſtam, non eſt ta-
lis. Ergo &c. Conferunt not. ſub verb. Ap-
pellatio. Differentia 2. Quod tene perpe-
tuò fixũ in mente. Ex quo colligere potes
non eſſe nimis fidendum omni appellatio-
ni, eſſeque ſanum conſilium timere omnẽ
excommunicationem, etiam ſi feratur poſt
7 appellationem iudicio tuo legitimã. Quare
cautè faciunt qui à talibus excommunica-
tionibus petunt abſolutionem ad cautelã
iuxta cap. Per tuas. de Sentent. excommu-
nicat. & cap. Venerabilibus. §. final. eodem
tit. in 6. & gloſſa final. in cap. Quoties. 1. 2.
quæſt. 6. Nam vt inquit Abb. in dicto §.
8 Verùm. num. 15. omnia geſta per talem
excõmunicatũ poſt appellationẽ, & poſt-
quàm fuerit declaratum illam extitiſſe mi-
nùs iuſtam, ſunt inualida; demptis illis quę
9 ratione publici officii geſſerit, & etiã præ-
ter pœnam irregularitatis, propter ſpecia-
lem rationem eius. Quod vltimum intel-
lige vt ſuprà, ſcilicet quando probabili-
ter ignorabat appellationis iuſtitiam. aliàs
ſecùs. Ex quo infert collationem Benefi-
cii factam tali, non valere. Allegat in con-
firmationem dictum ſingulare Innoc. in
10 cap. Dilectus. de Conſuetud. vbi dicit non
eſſe differentiam inter publicum excom-
municatum, & occultum. intellige quoàd
validitatem geſtorum per ipſum, niſi in
his quæ geruntur ratione publici officii.
quod dicit eſſe mente tenendum. Idem do-
cet Felin. in dicto cap. Rodulphus. nu. 43.
dicens quòd omnia acta, geſta cum eo ex-
communicato ratione priuati iuris, ſeu of-
ficii erunt nulla, conſtito de veritate excõ-
municationis, etiam priùs occultæ; trahe-
turquè effectus declaratæ excommunica-
tionis retrò, etiam ſi ignoret ſe eſſe excõ-
municatum, per dictum Innoc. ſuprà. quod
dicit ſingulariſsimum. & allegat quamplu-
res Doctores ipſum ſequentes.

SVMMARIVM.

1 *MONITORIA contra non ſoluentes, ligant etiam impotentes in Foro externo. ſecùs in interno.*

DIFFERENTIA VIGESIMA PRIMA.

1 MONITORIA ſeu chartę excõ-
municationis extractæ cõtra nõ
reſtituentes talem rem, vel De-
cimas, vel non ſoluentes tale
debitum, in Foro exteriori adſtringunt, &
ligant etiam impotentem ea ſoluere; &
ſic declarabitur excommunicatus, niſi pro-
bet euidenter ſuam impoſsibilitatem, vt
tradit Rodriguez. verb. Deſcomunion.
cap. 79. nu. 10. & faciunt tradita ſupra in
Differentia 12. & 14.

In Foro verò conſcientiæ, & coram Deo
non erit excommunicatus: quia ſine con-
tumacia, & peccato mortali non incurrit
quis

Digitized by Google

quis excommunicationem quoad Deum, cap. Nemo. 11. quæſt. 1. docet Soto in 4. diſtin. 22. quæſt. 1. art. 2. & quæſt. 2. art. 3. Nauar. & Didac. Perez relati à Rodrig. ſuprà.

DIFFERENTIA VIGESIMA SECVNDA.

EXCOMMVNICATVS hoc modo, Si nõ veneris die tali, ſis excõmunicatus. Si non venerit, quia nõ potuit venire; in Foro exteriori, & quoad Eccleſiam erit excommunicatus, ſecundùm gl. fin. cap. Cùm ſuper. de Teſti. cogend. & gl. 1. cap. Vnici. 4. quæſt. 5. quarum opinionem dicit communem Feli. in dict. cap. Cùm ſuper. & Henrriq. Botheus de Synodo. 2. par. nu. 64. cum ſequentib. vbi hanc concluſionem probat tribus modis, & totidem limitat. Eãdem dicit communem Rip. de Peſte. 3. par. 2. partis. nu. 30. Pro quibus eſt tex. pulcher in cap. Venerabilibus. §. Porrò. verſ. Idem eſt. in fi. de Senten. excom. lib. 6. & notat Henriq. Boic. in cap. 1. nu. 11. de Iudi. & ita tene, quicquid dicat in contrarium Nauar. in Man. cap. 27. nu. 38. in fi. Pro præſumpta etenim contumacia, validè quis excommunicatur, vt dicit tex. dict. verſ. Idem eſt. Quamuis conſtito de impedimento, veniat abſoluendus ſtatim, vt dicit gl. dict. cap. Vnici. 4. quæſt. 5. Vnde cauendum eſt à Silu. & aliis, quos allegat verb. Pœna. nu. 18. vbi in hoc caſu dicit nulla abſolutione opus eſſe, probato impedimento. Nam contrarium conſtat ex dict. §. Porrò. verſ. Idem eſt. & ex traditis ſup. Diff. 9.

In Foro verò conſcientię, & quoad Deũ, præfatus non eſt excommunicatus, vt dicit gl. dict. cap. Cùm ſuper. & Silueſt. vbi ſup. Quia nullum commiſit peccatum, ne dum mortale, ſed nec veniale, ob iuſtum impedimentum quo obedire non potuit.

SVMMARIVM.

1 *CONSTITVTI in articulo mortis, poſſunt abſolui, etiam ſi ſint excommunicati, & denunciati, à quocumque Sacerdote ſimplici, tametſi non approbato; etiam præſente proprio Parocho, vel Superiore eorũdem. Et valet abſolutio pro vtroque Foro; licèt quidam contra.*

2 *Conſtituti in articulo mortis, non poſſunt confiteri Sacerdoti excommunicato, vel hæretico: licèt multi teneant contra; niſi, &c.*

DIFFERENTIA VIGESIMA TERTIA.

1 CONSTITVTI in articulo mortis, etiam ſi ſint excommunicati, & denunciati, poſsũt abſolui à quocumque Sacerdote ſimplici. Intellige, etiam non approbato. gl. in cap. Paſtoralis. §. Præterea. verb. Præterquam in mortis articulo. de Officio Ordin. communiter approbata, ſecundùm Silu. verb. Confeſſor. 1. nu. 20. Armilla. verb. Abſolutio. nu. 12. Angel. verb. Confeſsio. 3. nu. 2. docet. Naua. cap. 4. nu. 1. Toledo lib. 1. cap. 15. nu. 1. eſtque ita declaratum per Cõci. Trid. Seſsione 14. cap. 7. per hęc verba. *In articulo mortis, omnis Sacerdos quoslibet pœnitentes à quibuslibet peccatis, & cenſuris abſoluere poteſt.* Per quæ verba ita generaliter prolata, conſtat in dicto articulo nullam eſſe reſeruationem, fierique tunc quemlibet Sacerdotem, quoad abſolutionem, tam à peccatis, quàm à cenſuris, Summum Pontificem, vt notat Naua. cap. 27. nu. 89. in fin.

Sed obſerua talẽ abſolutionem non prodeſſe, niſi pro Foro interiori, ſecundùm Paul. Comitol. lib. 6. Reſpon. moral. quæſt. 27. nu. 6. vbi dicit ſibi probabile eſſe, Concilium in Foro tantùm conſcientię, pœnitentibus in mortis articulo conſulere voluiſſe.

Sed contrarium eſt verius, & tenendum, & probat expreſsè textus, in cap. Eos. de Sent. excom. lib. 6. vbi dicitur abſolutum, in

in articulo mortis, ab aliqua excommunicatione reſeruata, ab alio quàm ab eo à quo aliàs debuiſſet: ſi ſanus fiat teneri ſe præſentare dicto Superiori, offerendo ſe eius parere mandatis. Et non dicit textus vt abſoluatur; immò vt notat D. Antoni. 3.par.tit. 24.cap. 47.& Armilla. verb.Abſolutio.nu. 12.& Henriq.lib. 3. de Pœnit. cap.9.§.6. in gl.K. L. ad hunc finem debet comparere, vt ſcilicet Superior intelligat ipſum eſſe obedientem Eccleſiæ, & paratum implere grauiorem pœnitentiam pro excommunicatione, ſi fortè imponatur, & vt ſatisfaciat Eccleſię, & lęſis, ſi opus ſit; non vt ab eo ampliùs abſoluatur. Item dicit textus, Talē, ſi nō ſe pręſentet quamprimùm potuerit, reincidere in eamdem excommunicationem. Ergo iam erat abſolutus, etiam quoàd Forum exterius, & ita tenet D.Tho.in 4. diſtinctione 20. q. 1. art. 1. ad ſecundam queſtiunc. Silu. verb. Abſolutio.1.nu.9. Armilla.eod.verb.n. 12. Naua.cap.27.nu. 271. verſ. 5.Quod idem. & Palud. in 4.diſt. 17. quæſt. 6. opinione 5. verſ. Nec obſtat, & communiter Doctores.

Dubitant tamen DD. primò an prædictam poteſtatem habeat quilibet ſimplex Sacerdos, etiam præſente Parocho, vel Iudice Superiore excommunicatore: vel ſolùm eiſdem abſentibus. Nā videtur quòd tantùm cùm prędictorum præſentia haberi non poteſt. Tunc enim adeſt cauſa iuſta dādi dictā poteſtatē, nè pereāt pœnitentes ob defectum miniſtrorum Sacramēti Pœnitentiæ; & ita tenet Armilla dict. nu. 12. ibi, & aliquis de propriis Sacerdotibus haberi non poteſt; & Ange. vbi ſup. Naua. cap. 26. nu. 26. & videtur textus expreſſus à contrario ſenſu in dict.cap.Eos.ibi, *Cùm ad illum à quo aliàs de iure fuerant abſoluendi, nequeunt, propter imminentis mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimū, pro abſolutionis beneficio habere recurſum.* Sentit D. Anton.ſup.& Toledo lib. 1. cap.15.nu.1. & expreſsiùs nu.4. poſt Inno. quem allegat. Idem tenet Silu. verb. Confeſſor. 3. quæſt. 6. Soto in 4.diſt.18.quæſt. 4. art. 4. Suarez in 4. tomo de Pœnitentia Diſpu. 30. Sectio. 3. nu. 1. & eſt communis opinio teſte Nauar. Conſ. 15. de Pœnit. & remiſ. & Viual. tit. de Abſolutione. nu.63.

Sed Nauar.ibid. tenet affirmatiuā, nēpe etiam pręſente proprio Sacerdote, ſeu Superiore Pœniten tis, poſſe eumdem infirmū, in articulo mortis, eligere quē voluerit, adductus generalitate dictorum verborum Concilii. ſequitur Henriq. de Pœnitentia, lib.3.cap.11.in fin. & Rodriguez verb. Confeſsion. cap.59. concluſ.3. nu.5. ad fin. Quorum opinionem libenter amplector. Non enim in tali articulo arctandum eſt abſolutionis medicamen tam neceſſarium. maximè quia contingere poteſt Pœnitentem non eſſe benè affectum ad Parochum, vel Superiorem excommunicatorem. Et multi ſunt adeò infirmi, quòd potiùs ſine confeſsione morerentur, quàm talibus Sacerdotibus confiterentur, vt dicit D. Tho. in 4. diſtinctione 17. quæſt. 3. art.3.queſtiunc.4. ad 6. Quare licèt de honeſtate, congruitate, & benè eſſe debeat confiteri præfātis, ſi eorum copia haberi poſsit: non tamen ad id tenetur preciſè. Et ſic intellige verba illa ſuprà citata dict. cap. Eos.attento nouo iure Concilii, & generali diſpoſitione illius.

Secundò dubitant an dictus conſtitutus in articulo mortis poſsit eligere in Confeſſarium quemcumque Sacerdotem, etiā ſi ſit excommunicatus denunciatus. Et videtur non poſſe, cùm talis ſit extra Eccleſiam, & membrum præciſum ab ea. Quomodo igitur poterit alium, ſi eſt etiam excommunicatus, introducere in eam, & facere membrum illius? Deinde excommunicatus non habet exercitium, ſeu vſum Clauium, quia impeditur ex defectu materiæ, quæ eſt homo ſubditus, in quam exercetur vſus Clauium. Subtrahit enim ab iſtis Eccleſia ſubditos; & ideò non poſſunt vſū Clauium habere. Ita D. Tho.in 4.diſtinctione 17. quæſt. 3. art. 3. quæſt. 5. & diſt. 18. quæſt. 2. art. 2. quæſt. 3. & conſequenter eius abſolutio eſſet nulla, tanquam lata ſupra nullam materiam, & à non habente iuriſdictionem. Qua ratione id ſentit D. Tho. in 4.diſtinctione 19. q. 1. art. 2. q. 2. ad 3. & tenet expreſsiùs, queſtiuncula. 3. & 3. par. quæſt. 82. art. 7. ad Secundum. Turrecrema. in cap. Præter hoc. diſt. 32.

Panor.

Digitized by Google

Panor. in cap. Non eſt. de Sponſa.Silu.v. Confeſſor. 1.§. vltimo.Naua. cap.26.n.26. Piſanella verb.Confeſsio. 3.§. 9.Palud. in 4.diſtinctione 17.quæſt.3.art.1.in fi. Coua. in cap.Alma.1.par.§.6.concluſ.8. vbi hanc dicit cõmunem. Pro qua eſt optimus textus in cap.1.iuncta gloſſa verb.Ab vnitate.de Pœnit.diſt.6.& inuenio ita tenere illuſtriſsimos Cardinales Cõgregationis Cõcilii, qui cõſulti ab Archiepiſcopo Valentino ſuper præfato dubio, reſponderunt non poſſe pœnitentes in articulo mortis conſtitutos,abſolui à caſibus reſeruatis per Sacerdotem excommunicatum denunciatum: & reprobant opinionem contrariam. Quod reſponſum meminit Henriq.dict. lib.3.de Pœnitentia.cap.11.§.1.in gl. E. & ita compellor idem tenere, dummodò adſint alii non præciſi, quibus exiſtens in articulo mortis, poſsit confiteri. Et ita limitata hæc opinio eſt certiſsima, & tenenda.

Quamuis Naua.cap.27.nu.271.contrariam teneat, reuocans quod dixerat dict. cap.26.nu.26.compulſus generalitate verborum Concilii, & Couar. ſup. dicit defendi poſſe, & ſequuntur plures alii quos refert, eos ſequendo, Viual. vbi ſup. nu. 64. & Tolet.lib.1.cap.15.num.6.& defendit latè Paul. Comitol.lib.6. Reſpon. mora.quæſt.27.per totam. Sed nullæ eius rationes,& fundamenta vrgent. Nam præcipua quæ à D. Tho.in 4.diſtin.20.quæſt. 1.articulo 1.quęſtiunc.2.deſumitur, ſcilicet neceſsitatem legi humanę non ſubiacere;non obſtat;quia non exiſtente Sacerdote Catholico,non tenetur quis in neceſſitate confiteri, cùm deſit copia: ſed confiteatur Deo, & ſufficit, vt poſt Rayne. docet Silu.ſup.& D.Tho. in 4. diſtinctione 17.quæſt.3.art.3.quæſtiunc.1.ad ſecundũ. Vel dic,Ibi agere.D.Tho. de habẽte vſum Clauium, & ſic de exiſtente in vnitate Eccleſiæ, qui vt ſuprà in principio diximus, poteſt quemcumq; conſtitutum in articulo mortis abſoluere. Sed ſecùs eſt in pręciſis ab Eccleſia per excommunicationem, niſi caſu quo non eſſet copia aliorum. Tunc enim præſumendum eſt à pia matre Eccleſia noluiſſe in tali articulo tollere ab eis iuriſdictionem. Et ita concordari poſſunt opiniones contrariæ circa hunc articulum: & ſic ſunt limitanda, & intelligenda, quæ diximus ſuprà,Differentia 12.

Et ſi exiſtentes in articulo mortis, non poſſunt confiteri excommunicatis denunciatis, niſi vt proximè diximus: multò minùs poterunt hæreticis vel ſchiſmaticis; cùm in his ſit etiam timor ſubuerſionis, & ſcandali. Et ideò ſancta illa Regina Scociæ Domna Maria Stuard numquã voluit cõfiteri vlli hæretico. Et meritò,quia aliàs peccaret mortaliter ſecundùm D.Tho.ſup. & diſt. 17. quæſt. 3. art. 3. & 3. par.quæſt. 82.art.7.ad 2. Silu.ſup. Abb. & Præpoſ. in cap. Non eſt. de Sponſal. poſt gl. verb. Per manus. in dict. cap. Præter hoc. 32. diſtin. Medin. de Pœnit. quæſt. 26.& 27. & Coua. dicentẽ communẽ dict. concluſione 8. nu.8. & Cano. de Pœnitentia 5. parte fol.30. col. 4. reprobata gl. quæ tenuit contrarium in dict.cap. Non eſt. verb. Donec ibi fuerint.

Denique obſerua omnia quæ ſuprà reſoluimus circa conſtitutos in articulo mortis, intelligenda eſſe, & procedere,etiam quoàd conſtitutos in periculo veriſimili eiuſdem mortis; ita vt eos mori, probabiliter timeatur. Non enim in hoc vlla aſsignanda eſt differentia, cùm in vtriſque eadem militet ratio; vt poſt Naua. dic.cap. 27.nu.271.& cap.26.nu.31.verſ.23.docet Viual. dict. tit. de Abſolutione.nu.60. vbi refert idem tenere Palud. Adria. Medin. Silu.Coua. & alios, quorum etiam meminit Henriq. lib.3.de Pœnit.cap.11.§.3. in gl. Q. Contra Canum, Sotum,Mandoſ. & alios, quos citat Viual.ſup.& Henriq.dict. §.3.in gl.P.& cap. 9. §.1.in gl. E. Quare patientes naufragium magnum, item fœminæ grauidæ habentes difficiles partus, & quę numquam parturierunt,& ſunt proximæ partui, ingrediẽtes etiam mare periculoſum,vel longã nauigationẽ,vel bellũ, aut loca inſidioſa; item condẽnati ad mortem, quibus certò eſt mors inferenda, & ſimiles quibus mortis diſcrimen finitimũ eſt, & maximo cum timore, veriſimilique coniectura ſperatur, poſſunt confiteri cuilibet Sacerdoti ſimplici, etiam non approbato; vt docent præcitati, pręſertim Coua. in cap.Alma.1.par.§.11.num.8.

expenſæ

Digitized by Google

EXPENSAE.

SVMMARIVM.

1 *EXPENSAS bona fide factas in re aliena, ſi quis ſemel rē reſtituat, an eas repetere poſſit.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 EXPENSAS factas bona fide in re aliena, recuperare quis nequit, ſi ſemel rem reſtituat. Vnde conuentus rei vendicatione, & cōdemnatus ad rem vero domino reſtituendam, ſi neſciat excipere de dictis expenſis, & rem, propter expēſas, retinere: eas amittit. Textus eſt ad hoc ſingul. in l. Si in area 33. ff. de Condict. indeb. vbi Iaſ. num. 1. id notat, & refert quemdam feciſſe magnū palatium in ſolo alieno bona fide, & amiſiſſe expenſas; quia neſciuit retinere ipſum propter eas. Idem tenet Cin. in l. Si quis ſciēs. C. de Rei vend. vbi latè. Itaque in iſto caſu, in Foro iudiciali, tutus eſt dominus rē recuperans à prædictis expenſis. Idem notat Paul. de Caſtr. in dict. l. Si in area. in fine, & Barboſ. 2. par. l. Diuortio. §. fin. nu. 10. & 64. vbi dat de hoc rationem, ſcilicet quia poſſeſſor bonę fidei rei alienę, ſolùm habet remedium retentionis pro meliorationibus, oppoſita doli mali exceptione, ex dict. l. Si in area.

In Foro verò conſcientię, ſecùs eſt. Nam dominus rei reſtitutæ, tenetur in conſcientia ſæpe dictas impenſas reficere, & reſtituere; & conſequenter per viam denunciationis Euangelicæ poſſet agi cōtra ipſum. Non enim ęquum eſt, nec rationi conſonum, vt quis cum iactura aliena locupletetur. Ad quod facit l. Si me, & Titium. ff. Si cert. pet. Adde Silu. verb. expenſæ. quæſt. 4. Capic. deciſ. 93. num. 9. & tex. in l. In fundo, & in l. Sumptus. ff. de Rei vendicat. Quibus in locis habetur, quæ impenſæ veniant reſtituendæ de factis in re aliena bona fide. Vide etiam Fel. in cap. Cùm cauſam. num. 29. de Re iudic. vbi, quòd in prędicto caſu ſumptus compenſantur cū fructibus perceptis. Idem tenet Rebel. de Obliga. Iuſtitiæ. 2. parte lib. 7. quæſt. 7. nu. 6. dicens poſſe rem melioratam retinere poſſeſſorem tam bonæ fidei, quàm malæ fidei, propter meliorationes vtiles à ſe factas, eas compenſando cū fructibus, etiā ad integram æſtimationē earum, in quibus dominus fieret locupletior. Quòd eſt notandum, quamuis in Foro externo nō poſſet malę fidei poſſeſſor, niſi pro vt valerent abraſę, iuxta l. In fundo. ff. de Rei vēdi.

SVMMARIVM.

1 *FVR, ſeu quiuis alius iniuſtus rei detentor, expenſas factas in re, cauſa colligendi fructus eius, & ſimiles, recuperat.*

2 *Expenſas verò vtiles non recuperat in Foro externo.*

3 *Sed ſic in Foro conſcientiæ.*

4 *At expenſas voluptarias neutro in Foro recuperat, niſi in duobus caſibus, de quibus hic.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 FVR, ſimoniacus realis, intruſus, & quiuis alius iniquus rei detentor, in Foro exteriori ſolùm repetit expēſas neceſſarias, factas in re furtiua; illas ſcilicet quas gratia fructuum colligendorum, congregandorum, & conſeruandorum, & huiuſmodi, fecit, quaſque verus dominus rei omnino feciſſet. Si a domino

domino.§. Fructus.ff.de Petit. hæred. vbi gloſſa final.multas leges concord. allegat, l. Penult.ff. Rer. amot. §.Ex diuerſo.Inſt. de Rer. diuiſ.gloſſa in l.In fundo.ff. de Rei vend. communiter approbata, ſecundùm Couar.lib.1. Var.c.2.n.15.verſ.Quartò. & docet Capic. Deciſ.93.n.9.Silu.ver.Expẽſæ.q.4.Pet. à Naua.lib.4.c.1.n.31.cum ſeq. & etiã illas,quæ fiunt,& pertinent ad totius rei conſeruationẽ,l.Domum.in fi.C.de Rei vend.l. Ait Prætor. §. Per hanc. ff. Quæ in frau. cred.l. Plane.de Peti.hæred.l.44. tit. 28. Partit. 3.docẽt plures quos refert Barbo.1.parte l.Diuortio.§.fin.nu.59.

Nec obſtat, l. Ex argento. ff. de Condit. fur. vbi expenſæ factæ à fure in ſeruo furto ſubtracto in eius ſuſtentatione, non reficiuntur à Domino. nam id eſt ſpeciale in fure,vt poſt plures ſolutiones reſoluit Barboſ. 1.p.dict.l.Diuortio.§.fin.n.62.& Rebel. vbi infr. nu. 7. Intellige eſſe ſpeciale quoàd alimenta præſtita. Et hoc in odium furis: maximè,quòd iam non ſint in rerum natura, & ex operis ſerui potuit ſe compẽſare.Expenſas autem vtiles, & voluptatis non recuperat, dict. l. Domum. C. de Rei vendi. &.dict.l.Ex argento. ff. de Condict. furt.vbi pocula facta ex argẽto meo furato cõdicere poſſum, nullis expẽſis ſolutis pro manufactura,ad idẽ text.in l. Si quis vxori. 53.§.Si quis maſſam.ff.de Furt. & l.De eo. §.1.verſ. Si quis.ff. Ad exhib. vbi ſimiliter condicere poſſum vinũ, ſeu muſtũ factũ ex vuis meis, vel oleũ ex oliuis; vel veſtimẽta ex lana mea,nullis expẽſis ſolutis.& docet Abb.in c.Ad noſtrã. in fin. de Reb.Eccleſ. non alien.& Fel.in c.Cùm cauſam.n.29.de Re iud.Ratio horũ eſt; tũ, quia quod ex re noſtra fit,noſtrum eſt; vt dicit text.in dicto ver.Si quis.Tũ,quia videtur donare omnes illas expenſas,& melioramenta, qui ſciens rem non eſſe ſuam, ſed alterius; nihilo minùs eas facit.vt dicit gloſ.in dict.l.Ex argẽto.Tũ deniq; in pœnã criminis,& malæ fidei.Cõceditur tamen ei abraſio earũ, ſi ſine detrimento prioris ſtatus rei, tolli poſſunt; vt in dicta l.Domum.in fine.

3 At in Foro conſcientiæ,fur,& quiuis alius iniquus detẽtor poteſt deducere ex æſtimatione rei expẽſas, nedũ neceſſarias, ſed etiã vtiles,ex quib. res furata facta eſt maioris æſtimationis, & precii, & ex quibus dominus rei factus eſt locupletior,ſecundùm D. Tho.2.2.q.100.art.6.ad 3. Silu. verb. Expenſæ,dict.q.4.& verb.Furtũ.q.16.& verb. Reſtitutio. 3. q.7.§.1. verſ.Quintò .Tiraq. de Retrac.tit.1.§.15. gloſ.1.nu.2. Sot. lib. 9.de Iuſt.q.S.art.1.fol.303.col.2. Couar.in Regul.Peccatum. 2.p.§.6.n.3. Pet.à Naua. ſup. Vnde dominus rei,eas reſtituere tenetur in conſcientia; ita Rebel.de Oblig.Iuſt. 2.p.lib.7.q.2.nu.8.& 15. & fur poteſt eas repetere per viam denunciationis euangelicæ.vt poſt Monal.in Summa,verb.Vſura. §.5.tenet Silu.in dict.verb.Expenſæ.q.4.& verb.Reſtitutio.2.nu.5.in fin.& verb.Reſtitutio. 3.quæſt.7. in dicto verſ. Quintò. & Couar.vbi ſup.Poteſt etiam idem fur à domino rei furari æquiualentem ſummam: quandoquidẽ ab eo, in iudicio, dictas expẽſas recuperare non poteſt,ex communi, relata à Couar.dict.lib.1.Var.cap.2.num.15. verſ.Quartò.Iul.Clar.in §.Furtum.verſ.Excuſatur.& habetur 1.tom.Commun. opin. pag.540. Poterit etiã deducere per ſubtractionem materiæ ab ædificio (dum modò id facere poſsit abſque læſione rei ipſius, priſtinoque eius ſtatu) expenſas,quas in re ornatus, & voluptatis cauſa,fecerit; vt ſup. diximus, & tradit Coua.in dict.verſ. Quartò.& dict.Regu.Peccatũ.2.p.§.6.n.3.in fin.

4 Hinc infero non eſſe verã opinionẽ Silu. verb.Reſtitutio.3.q.7.Dicto 1.in fi. & ver. Furtũ.q.16.in fi.vbi dicit,Quòd ſi res furata perueniat legitimè ad manus domini, tunc dominus non tenetur in cõſcientia ad melioramẽta,& expẽſas voluntarias:& dat rationẽ;quia dolo facit, qui petit,quod neceſſe habet reſtituere.Certè hæc ratio malè applicatur ad noſtrũ caſum;quia in Foro conſciẽtiæ(vt diximus)nõ tenetur fur reſtituere melioramẽta,nec expẽſas vtiles.Et cõſequẽter non facit dolo,eas petendo; intellige per viã denunciationis.vt idẽ Silu.docet in locis ſup.cit.cũ Coua.niſi per ciuile iudiciũ,in pęnã,fur eas amiſiſſet. vt poſt Rain. tradit Sil.d.verb.Reſtitutio.3.q.7.Dicto 1. in fi. Nec ſimiliter poteſt dominus in conſciẽtia eas retinere,nec petere a fure,ſi forſan eas propria authoritate recuperauit, vt ſuprà diximus, ex eiſdem Silueſt.& Couar. Niſi (ſicut diximus) per Iudicem, in pœnã

condemnaretur ad eas reſtituēdas,& amittēdas. Extra quem caſum nullo modo poteſt admitti opinio Silu. immò ex prædicta exceptione colligitur cōtra ipſum, nempe ſi dominus per viam iuris conueniendo furem corā Iudice recuperet rem furto ablatam; & Iudex non condemnet furem in pœnam,ad amittendum expenſas, & melioramenta: têncbitur in conſcientia ipſe dominus eas reficere. Sed obſerua Silueſt. ſupra non loqui de impenſis vtilibus, ſed de voluptariis, in quibus benè dicit non teneri dominum ad eas reficiendas in conſcientia. Idem Rebel.ſup.nu.16. niſi in duobus caſibus, ſcilicet cùm dominus eas eſſet facturus, vel rem venditurus, arg.l. In fundo. 38. ff. de Rei vendi. ex Garcia. de Expenſ.cap.5.nu.6. quicquid dicat Barboſ.1.par.l. Diuortio. nu. 101. qui intelligendus eſt in Foro externo.

FORNICATIO.

SVMMARIVM.

1 *FORNICATIO cum meretrice, etiam violenter habita, non punitur in Foro contentioſo.*

2 *Secùs in Foro animæ.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 COITVS non violentus,habitus cum muliere non nupta, ab alio tamen cognita;nō eſt in Foro exteriori punibilis; vt probat text. in l. Si vxor.in princip.ff.de Adulte.Quem ad hoc ponderāt ibi Bart. & Ange.& Paul. de Caſt.Conſi. 303. viſo dicto ſtatuto. lib. 1.docet Coua.in Regu.Peccatum. 2.parte §. 2.num.3. Hinc eſt quòd meretrices in Foro contentioſo ciuili, non puniuntur; vt in l. Ancillarum.ff. de Peti.hæred.& in l.1. §. Sed quod ob meretrices. ff. de Condict. ob turp.cauſ.immò tolerantur ab Eccleſia, ſecundùm gloſ.Præpo.& Doctores in cap. Inter opera charitatis. de Sponſa. idque fit propter maiora mala vitanda. Et ideò lupanaria in prædicto Foro permittuntur. Prædictis adde fornicationem cum meretrice adeò de iure ciuili non eſſe punibilem; vt ſi quis etiam per vim meretricem cognouerit; puniri nequaquam debeat, vt communiter teneri contra Bald.dicit Alcia. Conſi.469.num.1.& Iul.Clarus §.Fornicatio.in princip.Ex quo enim habet meretrix corpus ſuum venale,poteſt cogi.argu. gloſ. ſingul.in l. Non enim.ff.de Act. rer. amo.

2 At in Foro animæ,grauiter punitur;quia eſt peccatum mortale, ac lege Diuina ſexto Decalogi præcepto prohibitum; vt tradit D.Thom.2.2.quęſt.32.art.7.in corp.ad fin. & probatur in cap. Meretrices. & in cap. Nemo ſibi.32.quæſtione 4.& nouiſsimè in Concil.Trident. Seſsione 24. de Reform. matrim.cap.8.

DIFFERENTIA SECVNDA.

CONCVBINATVS in Foro contentioſo non punitur; quia non reprobatur de iure ciuili, l. In cōcubinatu.ff.de Concubin.

At in Foro animę,non permittitur;ſed peccant mortaliter prædicti concubinarii, ſecūdùm gloſſam, & Bart. in dict. l. In concubinatu. facit textus in capite Dicat aliquis. & in capite Nemo.32.quæſtione 4.& in capite Si concubinæ.de Sentent. excommunicatio. & eſt indubitatum inter Chriſtianos. Hodie verò per Concil. Tridenti. Seſsione 24. capite 8. de Reform. etiam in Foro contentioſo Eccleſiaſtico punitur. Adde Iul.Clar.§.Adulterium.num. 4. & ibi Addit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *FEMINA vi oppreſſa, tenetur vociferari in Foro exteriori. aliàs rea erit. Sed in Foro conſcientiæ, ſufficit non conſentire.*

2 *Femina vi oppreſſa poteſt licitè, morte ſpreta, reſiſtere.*

3 *Vir, iuuenis, & puer, vi oppreſſi, poſſunt licitè immoti manere non reſiſtendo, dummodò non conſentiant.*

4 *Vir ſpiritualis per dæmonem oppreſſus tentatione carnis, tempore orationis, poteſt licitè eam pati, etiam pollutionem.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 FEMINA vi oppreſſa, vel cui mortis terror inijcitur; vel aliàs, imminet præſens periculum vitam amittendi, niſi conſentiat, ſeu patiatur ab aliquo ſibi pudicitiam eripi, & ſtuprari: in Foro exteriori, tenetur reſiſtere, & vociferari; ſi id in vrbe contingat, vel alio loco, vbi ei opis ferri poſſet. aliàs rea adulterii, vel ſtupri iudicatur; vt in Deuter. cap. 21.

In Foro tamen animę, ſi interiùs non cōſentiat, licitè poteſt ſinere ſibi vim inferri, ſeu violari. Ita pulchrè Sot. lib. 5. de Iuſt. quæſt. 2. art. 1. quin immò morti cooperaretur propriæ, ſi reſiſteret, cùm poſſet ſe licitè liberare, vt inquit Pet. à Nauar. tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 104. Poteſt ergo immota manere, negatiuè ſe habendo. Et hoc ſufficit, dummodò non conſentiat, nec ſit periculum conſenſus.

Hęc probantur per factum Lucretiæ, cuius caſtiſsimam voluntatem laudat Auguſtinus lib. 5. de Ciuit. Dei. cap. 20. & per dicta per B. Luciam, videlicet non inquinari corpus, niſi de cōſenſu mentis. Quod probat text. optim. in cap. Ita ne. 32. quæſt. 5. vbi gloſ. fin. colligit ex eo, non debere dici quem perpetraſſe, quod nolens fecit, vel paſſus fuit; nec debere imputari, quæ per coactionem abſolutam fiunt. Idem cum Soto tenet Fr. Ludouic. Lopez in Inſtruct. conſcient. 1. par. cap. 75. ad fin. dicens ſatis eſſe mulierem vi abſoluta coactam, non ſe præparare ad turpitudinem, licèt non reſiſtat. Vix tamen, ſecundùm Nauar. reperietur mulier honeſta, quæ aliquo modo, licèt ſine clamore, non reſiſteret.

2 Quia tamen difficile eſt, ob vehementem naturæ in hunc actum procliuitatem, & delectationem, non conſentire: ideò licitè poterit, id periculum præueniendo, reſiſtere, etiam morte ſpreta; vt ait Pet. à Nauar. loco ſuperiùs citato, n. 105. quāuis ad id efficiendū nō teneatur, niſi probabili periculo conſentiendi ſe exponeret. Eſt nāq; naturæ, vitæque tuendæ maximum ius.

3 Idem quod de femina vi opreſſa diximus, dicendum eſt de iuuene, & viro quibus metū mortis quis inferre minatur, niſi rē cum eo ſe habere patiantur, vt frequēter fit apud Turcas, & Saracenos, cùm aliquos pueros, vel adoleſcētes captiuos Chriſtianos ad ſuas barbaricas regiones transferūt.

4 Hinc collige (quod velmaximè obſeruādum eſt. Nam facit pro conſolatione multorū ſpiritualiū) tētatū videlicèt à dęmone tentatione carnis, tempore quo eſt in oratione, vel extra eam in lecto, vimq; perferentem, & nimio ardore flammæ carnis, & ſpurcitiæ conflagrantem, poſſe eam licitè pati, ſic manendo; nec teneri deſiſtere ab oratione, vel à lecto ſurgere, quāuis à dicta oratione deſiſtendo, vel à lecto ſurgendo poſſet impedire prædictā tentationem; dūmodò longè abſit à cōſenſu in prędictam delectationē. Quod verū eſt, etiā ſi veniret in pollutionē; quia totū illud fit à dæmone; & vir ſpiritualis verè tunc patitur, & vi opprimitur; nec habet in poteſtate illā tentationē à ſe tunctēporis repellere, nec tenetur orationem omittere propter eam; quia id intendit dęmō, & ob id eā immittit. Vnde nec conuenit orationē omittere, ne dæmon ſuum finem, conſequatur. eſſet enim ſatiſfacere eius malo propoſito. Nam prædictus inimicus cū ſe videt deuictū, nec poſſe trahere virum ſpiritualem in ſuū cōſenſum: hoc modo ipſum inquietare procurat, vt ſic eum ab oratione diuertat. Et non minùs tunc vim patitur ſeruus Dei, quàm femina a tyranno, vel ab aliquo alio iniquò oppreſſa. Et ſicut iſta non tenetur, quoàd Deum, vociferari, nec reſiſtere:

Digitized by Google

ſed ſufficit immota ſic maneat,& non conſentiat tam fœdo, nefarioque actui, & delectationi: ita & vir ſpiritualis non tenetur ab oratione deſiſtere, & ſe ab ea diuertere ad aliud exercitium diſtractiuum;quia id eſt inſtar vociferationis, & reſiſtentiæ. Sed ſufficit ei, in ea permaneat immotus, & tentationi non conſentiat. Quod eſt mēte tenendũ, & de quo ſæpius ego dubitaui. Et cùm primùm id ipſum accepi à quodam viro ſpirituali, qui ſimilem tentationem patiebatur vſque ad pollutionem: & tamen, hoc non obſtante, celebrabat quotidie: ocius interrogaui eum, an poſſet diuertere prædictam tentationem, & impedire pollutionem deſiſtendo ab oratione,& diuertēdo ſe ad alia exercitia. Cùmq; mihi reſpōdiſſet à ſe poſſe prędictam pollutionem impediri dicto modo; expaui eo quòd,ea non obſtante, quotidie celebraſſet. Nam id adhuc nec expertus, nec conſequutus fueram. Et de hoc non eſt ambigendum. Eſt namque licitum,& fundatum in doctrina ſuperiùs adducta.

Prędictis adde,ꝙ aliquando etiã Dæmon in prædicta tentatione, ita hominem ſpiritualē vi opprimit;vt vix valeat manere immotus: ſed magna vi ipſum commouet,interiùs, & aliquãdo agitat etiã exteriùs, donec in pollutionē cadere faciat. quod certè ipſi ſummoperè abhorrent, & pleni verecundia, ac tremebundi accedunt ad Sacra. Quod ſcire, erit multis gratum,ſi ſimilibus tentationibus crucientur.

SVMMARIVM.

1 *SERVA ſi à domino ſtupretur, habet ius petendi,vt manumittatur,ſi erat virgo; aliàs non.*

2 *Serua ſi à domino ſolicitetur, habet ius ab eo fugiendi.*

3 *In Foro verò conſcientiæ,non cogitur dominus ſeruam à ſe violatam manumittere.*

4 *Dominus habens ancillam in concubinam: ſi tempore teſtamenti nihil de ea diſponit: intelligitur reliquiſſe eam liberam.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 SERVA, ſeu ancilla, ſi à domino ſuo cognoſcatur,vel impetatur: eò ipsò habet ius implorandi officium Epiſcopi,vt cōpellat dominum ſuũ, vt eam manumittat. Ita probat text. in l. Si lenones.C.de Epiſc.aud.& tradit Silu.verb. Seruus.q.5.in fi. Quod intelligo verũ,cùm à domino corrumpitur, eique virginitas eripitur. fecùs ſi iam eſſet ab alio cognita.

2 Prætereà aduerte in prædicto caſu, cùm ſcilicet à domino impetitur, & ſolicitatur ad eam violandam, poſſe tunc ſeruam licitè ab eo fugere.Quin immò,& ſe gerere vt liberam .Ita Silu.ſup. & Pet. Sa in Summa, verb.Seruus.num.5.

3 In Foro tamen conſcientiæ, non tenetur dominus violans ſeruam, eam manumittere. Tum quia dict.l.Si lenones.eſt pęnalis, & conſequenter non obligat in conſcientia ante condemnationem; vt dicemus verbo lex.Diff.7.& verb.Venditio.Differentia 6. Tum quia priuatio iuris proprii ipſo iure, numquã intelligitur facta, niſi à iure exprimatur, iuxta gloſ.receptam in cap. final. de Iure patron. At nuſquam legitur talis pri-
4 uatio dominii ipſo Iure.Ergo,&c. Pro quo facit,quod tradit idem Pet.Sa vbi ſup.videlicet quòd ſi dominus ſolutus,habuit ancillam in concubinam vſque ad mortem; & tempore teſtamenti nihil diſpoſuit de ea: intelligitur eam reliquiſſe liberam. Igitur nō fit libera eò ipsò quòd eam cognouit; ſentit quippe quòd potuit eam relinquere ſeruam alicuius. Quæ omnia tene mente, quia ſunt quotidiana, & cùm Vlyſsiponę eſſem,fui de primo caſu conſultus.

FRVCTVS.

SVMMARIVM.

1 *VEnditione retractata ob deceptionem vltra dimidium,an etiam fructus teneantur reſtitui.*

DIFFE-

Digitized by Google

DIFFERENTIA PRIMA.

1 IN aliquibus Regnis ſolet obſeruari diſpoſitio l.Cùm autem. 23.§.Iubent. ff.de Aedil. edict. vt quando retractatur cōtractus vēditionis ob deceptionem vltra dimidium iuſti pretii, vel aliàs recuperetur res cum fructibus, reſtituto tantùm pretio accepto, & expenſis,& melioramētis.Cōmunē dicit Pinel.in l.2.C.de Reſcind.vēd.par.2.cap.2.nu.1.Ant. Gom. ad l.70.Tau.Coua.lib.1. Reſol.cap.3.n.15.

Cuius obſeruantiæ ratio ea videtur,vt ſcilicet ſic contrahens emptor compeſcatur, & quaſi freno quodam detineatur, ne ad litem proſiliat, ne vè facilè ad dirimendos, & ſoluendos cōtractus ſemel approbatos, & perfectos,progrediatur; ac denique ad lites dirimendas,& obuiandas.Eſt & alia ratio,ſcilicet quia reſcinditur cōtractus quaſi non fuiſſet factus. & ſic non vt ex nunc,ſed vt ex tunc.Non ergo mirùm ſi debeant reſtitui fructus.Et ita ſeruandum eſſe, docent Coua.& alii ſuprà citati. Quæ obſeruantia in Foro tantùm iudiciali procedit,ſecūdùm Anto.in cap. Ad noſtram.circa mediū, ibi, Sed veniente tempore.de Empt. & vendi. & Bald.in c.1.de Feud. dato inuicē legat.

Nam in Foro conſcientiæ,non licet fructus recipere, ſed tenetur venditor vel eos remittere, vel ſaltem reddere intereſſe pecuniæ qua potitus eſt,iuxta l.Curabit.C.de Action.empt.& l.Vtere.& l. Si prædium ruſticum.C.de Præd.minor.& cap.Ad noſtrā. de Rebus Eccleſ.non alien. vbi eſt ad hoc text.expreſſus. Ibi enim Tuſcen. Monaſterium neceſsitate coactum dederat quoddā fundum cuidam laico,pretio tantùm 80.librarum; & propter enormē læſionem fuit reſtitutum prædictum fundum eidem Monaſterio,reſtituto dicto laico pretio à ſe ſoluto,ſed retinuit laicus penes ſe, ob laborem, fructus quos ex dicto fundo perceperat. Idem docet Ayora de Partition.2. par. quæſt.33.n.19. cum ſequenti, & Mercad. poſt Bal.& Pātaleo.Cremenſ. lib. de Contract.tract.2.cap.10.fol.40.col.2. cum ſeq. vbi hāc ęquitatem dicit ſeruari in tribunalibus ſupremis,& Cācellariis Caſtellæ.Idē dicit Coſta relatus à Rebel. de Oblig. Iuſt. 2.par.lib.7.q.4. nu.9. verſ. Contrariam. Et eamdem ſeruari in regno Portugaliæ teſtatur Gāma deciſ. 441. & dicit cōmuniorem Pinel.ſup.cap.4.nu.1. Et ratio eſt,quia non videtur æquum,nec pectore chriſtiano dignum, vt venditor potiatur pretio, & fructibus:& emptor fruſtretur omni commodo;& ſolùm recuperet pretium poſt multos forſan labores, in eam rem impenſos.

Sed obſerua ꝙ prędicta obſeruantia non defraudat emptorē ſuo labore quē in colligendos fructus impēdit. Id enim non eſſet ęquū,vt prædictum eſt.Vnde tam expenſæ factę circa fructus, quàm labor expēſus circa eoſdē fructus, debēt deduci ante omnia; quia fructus intelliguntur,deductis expenſis circa fructus factos, & etiā labore quē aliàs impendere debebat Dominus fundi pro fructibus colligēdis,& habēdis. Rigor igitur prædictæ obſeruantiæ in eo cōſiſtit, ſcilicet ꝙ venditor recuperat fructus quos collegit emptor,deductis prędictis expenſis, & labore circa eoſdem fructus colligēdos; & potitur inſuper ipſa pecunia, ſeu pretio rei vēditę. Quæ quidē pecunia,licèt ex ſe,& ex natura ſua nō pariat fructus: poteſt tamē eſſe maioris vtilitatis, & intereſſe,quàm ipſi fructus,ſecundùm induſtriam eam habētis. Poteſt ſiquidem dari ad cenſum, vel ea emi ſtatim aliquid fructiferum. Quo in caſu negari non poteſt teneri vēditorē in conſcientia ad reſtitutionem huius lucri quod lucratus eſt venditor cum pecunia, & pretio rei venditæ; vel fructuum per emptorem collectorū. Velle enim retinere vtrūque, eſt cōtra omnem æquitatē. & ita docet Anto.de But.in c.In ciuitate.de Vſur. & in c.Quia plerique.in fi.antepenul.col.de Immunit.Eccleſ.& Cepol.de Simula. contract. num.7. 8. & 22. Gutierrez Practic. quæſt. lib.2.q.135.& Rebel.loco ſup.citat. n.10.& Molin.in tract.2.de Iuſt.& iu.Diſp. 349.adde Ord. Luſit. lib.4. tit.13.§.10.vbi ſolùm condemnat decipientē in fructibus à die motæ litis; niſi quando læſiò foret enormiſsima.

SVMMARIVM.

1 POSSESSOR *malæ fidei, quos fructus reſtituere teneatur.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 FRVCTVS alienæ rei per furem, vel alium iniuſtum poſſeſſorem perceptos, reſtituendos eſſe in vtroq; Foro, nemo eſt qui dubitet; & probat textus in l. Si me, & Titium. ff. Si cert. pet. tradit Barto. in l. Ratio. §. 1. ff. de Action. empti. & non ſolùm extantes, ſed etiam conſumptos. Nam damni illati per iniurioſam acceptionem rei alienæ, omnino reparatio fieri debet. Quin immò & eos reſtitui oportet, quos malæ fidei poſſeſſor propter ſuam induſtriā, & ſolicitudinem percepit; rei; etiam ſi dominus fructus iſtos nō percepiſſet; deducta tamen ex eis, prædictæ ſolicitudinis iuſta mercede; vt poſt Bart. ſup. tradit Couar. in Regu. Peccatum. 2. par. §. 6. num. 4. dummodò prędicti fructus extent, vel malę fidei poſſeſſor, factus ſit locupletior. Qui quidem fructus, iſto in caſu non percipiuntur à domino, nec ei debentur ratione illati damni; cùm ipſe aliàs (vt ſupponimus) eos nō percepiſſet; nec ratione acceptionis iniquę; quia hoc modo non deberentur in Foro conſcientię ante condemnationem, iuxta Regul. gloſſę, in cap. fraternitatis. 12. quæſt. 2. ſed debentur domino in vtroque Foro; quia fuerunt ex re propria illius percepti, atque ita vt fructus extantes, ſunt domino rei reſtituendi, iuxta text. in dict. l. Si me, & Titium. Si verò iſti iidē fructus, ſingulari iniuſti poſſeſſoris induſtria percepti, iam fuerint conſumpti; nec ex eis factus ſit locupletior: tunc reſtituendi etiam in Foro animæ minimè veniunt. Ratio eſt, quia nec ratione damni illati exigi poſſunt, nec vt intereſſe lucri ceſſantis; ſiquidem dominus eos non percepiſſet, vt optimè tenet Couar. ſuprà.

Tota difficultas, & differentia inter vtrumque Forum conſiſtit circà reſtitutionē fructuum, qui in veritate percepti fuiſſent à domino, ob ſingularem eius induſtriam. Nam de aliis quos nō percepiſſet, ſed percipi potuiſſent ex communi hominum cura, & diligentia dicemus in Diffe. ſequenti. Et quòd in Foro exteriori ad hos fructus malæ fidei poſſeſſor teneatur, probat text. in l. Si nauis. §. vlt. ff. de Rei vendicat. & tenet Abb. in cap. Grauis. per text. ibi, de Reſtit. ſpoliat. Alex. & Iaſ. in l. Apud Iulianum. §. 1. nu. 3. de Legat. 1. & dicit communem Dec. in l. Generaliter. ff. de Regu. iur. & Couar. ſuprà, & docet Bar. in l. Domum. C. de Rei vendica. & probat l. 40. tit. 28. Partit. 3. vbi Greg. Lopez in gloſ. 1. fatetur hanc eſſe magis communem opinionem. Ratio eſt, quia ſi res non fuiſſet à malæ fidei poſſeſſore occupata, eius verus dominus commodum hoc ab ea percepiſſet. Vnde iuſtū eſt, vt eidem reſarciatur, & ſatisfactio fiat. aliàs ſi prędicto commodo fraudaretur, fieret ei iniuria; quippe qui damnum ei datum ob iniuſtam rei proprię occupationē, ſine cauſa, & culpa ſua, ſubire, patiq; cogeretur.

Qua ratione idem dicendum eſſe in Foro conſcientiæ putat Couar. loco ſup. cit. verſ. Sed & eadem ratione. Sed ſanè contrarium eſſe verius credo. Et ratio eſt, quia ad obligandum quem ad ſatisfaciendum prædictū damnum, opus eſt, vt de eo conſtet iuridicè per probationem ſuper eo factam. quod ad Forum exterius pertinet, & non ad hoc interius. Quis enim Confeſſarius occupabit ſe in examinando an dominus rei furto ſublatæ, vel aliàs malè occupatę, potuerit ex ſua ſingulari induſtria fructus aliquos extra communes, ex re ipſa acquirere, atque lucrari? Certè nullus. Nec vnquam vidi, nec audiui Confeſſarium aliquem obligaſſe quemquam ad tale lucrum, ſeu damnum datum reſtituendum. Quare tenendum eſt prædictos malæ fidei poſſeſſores, in Foro conſcientiæ non teneri niſi ad reſtitutionē fructuum perceptorum: non tamen ad eos, quos dominus rei aliàs ex ſua ſingulari induſtria percepiſſet: niſi poſtquàm de hoc in Foro cōtentioſo cōſtaret. Tūc enim æquiſſimum, ac iuſtum eſt, vt reſtituātur, ſiue ſatisfiant. Et ita concordari poterunt Doctores ſuprà citati cum Decio, qui contra communem tenuerat in dict. l. Generaliter. n. 5. ff. de Regu. iur. exiſtimans non eſſe attendēdā ſingularem domini induſtriā. Quod eſt verum in Foro animæ, vt diximus. ſecùs in iudiciali Foro, vt habet communis. Faciunt notata in Diff. ſequenti.

Eſt & alia ratio pro hac noſtra opinione, & differentia, quia illi fructus qui ex induſtria

ſtria ſingulari domini percepti forẽt, magis venirent in reſtitutionem, vt intereſſe, quã vt fructus, vt palam eſt. Ergo ad eos non tenetur fur, ſeu aliùs iniuſtus poſſeſſor, ex Bart. in d. l. Ratio. §. 1. ff. de Actio. empti, & notatur in l. Videamus. §. Si actionem. ff. de Vſur. quod & paulò ante amplexus eſt idem Couar. Quæ omnia nota pro exoneratione conſcientiæ Confeſſariorũ; quippe qui etiam de expẽſis factis à domino circa rẽ furtiuã quærendã, non curant obligare furem ad eas reſtituendas (licèt malè) vt notat Nauar. cap. 17. num. 140. quantò minùs curarent ſupradictam ſubtilem examinationem facere? Circa emolumenta tamen quæ quis ex re alterius per ſuam ſolam induſtriam lucrifacit (vt ſi negotietur cum pecunia furto ablata, & aliqua lucretur) non eſt dubium quin pertineant ad eumdem furem; quia illi non ſunt verè fructus, cum pecunia non pariat pecuniam; ſed ſunt labores ipſius furis, poſiti in re quæ nullo modo de ſe eſt fructifera, immò potiùs infructifera. Et ideò nulla ratione pertinent ad dominum pecuniæ furto ſublatæ; vt copioſiùs dicemus in Diff. ſequenti, nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *MALAE fidei poſſeſſor non ſolùm tenetur ad reſtitutionem fructuum quos dominus rei aliàs percepiſſet; ſed etiam ad eos quos percipere potuiſſet quilibet alius diligens poſſeſſor.*

2 *Fallit ſi titulum habuit.*

3 *In Foro verò cõſcientiæ ſecùs eſt; quia ſolùm tenetur ad eos quos dominus percepiſſet, ſi ab eo res non eſſet ablata.*

4 *Lucra quæ fur, vel vſurarius ex ſua mera induſtria acquirit, cuius ſint.*

DIFFERENTIA TERTIA.

DIXIMVS in præced. Differen. quando malæ fidei poſſeſſor teneatur ad fructus quos dominus rei ex ſua ſingulari induſtria in veritate percepiſſet, ſi ab eo res furto ſublata non fuiſſet. Nunc attendendum eſt circa fructus qui percipi potuiſſent ex cõmuni hominum cura, & diligentia. Sit ergo concluſio.

1 Malæ fidei poſſeſſor in Foro Iudiciali tenetur non ſolùm ad fructus quos dominus percepiſſet; ſed etiam ad eos quos percipere potuiſſet ex communi hominum cura, & diligentia; licèt aliàs omnino non eſſet percepturus. Itaque in Foro contentioſo, non attenditur, quoàd reſtitutionem fructuum per furem, vel alium malæ fidei poſſeſſorem faciendam, ad realitatem: ſed ad potentiam. ideſt, non habetur ratio fructuum, quos in veritate dominus percepiſſet, & quibus fraudatus eſt ob iniquam, vel iniuſtam rei ſuæ occupationem; ſed eorum quos quiuis alius diligens percipere potuiſſet. & hoc in pœnam iniquæ acceptionis. Ita probat textus, in cap. Grauis. de Reſtitut. ſpoliat. in fin. & In l. Si nauis. 62. §. vlt. ff. de Rei vendicat. quam ſic intelligit Bart. in l. Domum. C. eodem, communiter receptus, ſecundùm Alex. in l. Apud Iulianum. aliàs incipit Africanus. (quam legit ſub lege Cũ ſeruus. §. Fructus.) & ibi Iaſ. num. 3. Delegat. 1. Quam interpretationem probat l. 40. tit. 28. Partita 3. vbi Greg. Lop. in gloſſa 1. fatetur hanc eſſe magis communem opinionem, eamque ſequitur poſt alios Couar. in Regula Peccatum. 2. par. §. 6. num. 4.

2 An autem in hac ſpecie excuſet titulus à percipiendis, nec ne: non eſt vulgaris difficultatis, ac dubitationis. Nam gloſſa in cap. Non liceat Papę. 12. quæſt. 2. tenet partem affirmatiuam. cui eſt ſimilis in l. Et ex diuerſo. in princip. in gloſſa magna ad fin. ff. de Rei vendicat. & in l. Si fundum. C. eodem. Et hanc eſſe communem opinionem fatetur Imol. num. 6. & Abb. n. 7. in dicto cap. Grauis & eam ſequitur Dec. in l. Generaliter. num. 6. ff. de Regul. iur. qui omnes tenent malæ fidei poſſeſſorem cum titulo non teneri ad fructus percipiẽdos;

dos; ſiue qui percipi potuiſſent; niſi cùm non habet titulum. Quæ opinio retinenda eſt in praxi. Nam & eam in Beneficialibus obſeruat Rota, vt patet in Deciſione vlt. de Reſtitut. ſpoliat. in antiquis. Quamuis partem negatiuam teneat Beroius in dicto cap. Grauis. num. 34. dicens probabiliorem; & eam tamquam veriorem, poſt plures à ſe citatos, ſequatur Menoch. de Recuperan. poſſeſsion. Remed. 15. n. 600. & Balduin. in §. Si quis à non domino. verſ. Licèt conſumpti ſint. Inſtit. de Rer. diuiſ.

3 In Foro verò conſcientiæ, malæ fidei poſſeſſor non tenetur reſtituere fructus quos potuit dominus percipere, attenta communi hominum diligentia, & cura: ſed quos in veritate probabiliter fuiſset percepturus. Quin immò, ſi vllos omnino non erat percepturus; (vt quia rem non locaſset, ſi habuiſſet; vel aliàs) ad nullos tenebitur. Ita ſingulariter Silu. verb. Reſtitutio. 3. quæſt. 9. Itaque in Foro animę, non attenditur potentia, ſed realitas. id eſt, non id quod quis poſſet percipere, ſed quod in veritate percepiſset, ſi vſu ſuæ rei non caruiſset. Nam & hoc eſt magis conſonum iuſtitiæ commutatiuæ, & obligationi, ad quam quis naturaliter eſt obligatus in facienda ſatisfactione iniuriæ, & damni alteri illati; reducendo eum ad priſtinum eius ſtatum; maximè quia in pœnam (vt diximus) iniquæ acceptionis, ſtatutum eſt vt etiam ad fructus qui aliqua ratione percipi potuiſſent, teneatur malę fidei poſſeſſor. Quæ pœna ad Forum iudiciale ſpectat; & non ad iſtud conſcientiæ, per gloſſam receptam in capite Fraternitatis. 12. quæſtione 2.

4 Circa lucra verò, & emolumenta, quę quis ex re furto ablata, de ſe non fructifera, per ſolam ſuam induſtriam acquirit; vt ſi quis negotietur cũ pecunia furto ſublata; & aliqua lucretur: dubium eſt non contemnendum, cuius ſint illa lucra; an ſcilicet creditoris, vel ipſius negotiatoris, vel pauperum. Nam videntur ad creditorem pertinere, eò quòd eius pecuniæ fuerint cauſa illius lucri. ad not. dict. l. Si me, & Titium. vel meliùs videtur eſſe pauperibus erogandum. Quia ſi radix eſt infecta, ergo, & rami, cap. Fertur. 1. quæſt. 1. Cùm ergo radix illius lucri ſit vel vſura, vel res furto ablata, ſeu rapina: videtur etiam quòd fructus, ſcilicet lucrum exinde cæptum, & acquiſitum, ſit infectum, & obnoxium reſtitutioni, vel erogationi.

Nauar. verò cap. 17. nu. 25. indiſtinctè tenet pertinere ad negotiatorem. quem ſequitur Pet. Barbo. in l. 2. in prin. nu. 18. in 1. par. ff. Solu. matri. Idem tenet Soto lib. 4. de Iuſti. quæſt. 7. artic. 2. col. 6. verſ. De negotiatoribus. & lib. 6. quæſt. 1. art. 2. in fi. Ange. verb. Reſtitutio. 1. verſ. Quid ſi res. Rebel. de Obliga. Iuſt. 1. par. lib. 2. quæſt. 4. nu. 6. dicens hanc eſſe communẽ omnium opinionem. Silu. verb. Reſtitutio. 3. quæſt. 9. Pet. à Naua. 2. par. lib. 4. cap. 1. nu. 32. Armilla verb. Fructus. num. 2. Paul. Comitol. lib. 3. Reſp. mor. quæſt. 36. & eſt etiam opinio. D. Tho. 2. 2. quæſt. 78. art. 3. in corp.

Quid ergo tenendum? Sanè videtur ſub diſtinctione rem hanc eſſe definiendam. Aut enim fur, vel vſurarius, lucratus eſt lucra iuſtè, aut iniuſtè. Iuſtè quidem; vt ſi ex pecunia furto ſublata, vel iniuſtè acquiſita, emit agrum fructiferum, vel d. pecuniam impendit in negotiationes licitas; & tunc omnia lucra ſunt illius. Et ita procedit opinio. D. Tho. Nauar. & aliorum ſup. citatorum.

Aut lucra ſunt illicita, vt quia pecuniam dedit ad vſuram, vel eam impendit in alios contractus illicitos, & fenebres; & talia lucra ſunt pauperibus eroganda; quia penes vſurarium non debent remanere, excepta mercede debita labori eius, & induſtriæ, ne ex hoc paretur via vſuris. Nec debent creditori reſtitui, quia tunc reciperet vſuras de ſorte ſua; niſi fortè ex pecunia ſibi ablata, vel ex vſuris à ſe ſolutis aliquod damnum in bonis ſuis paſſus ſit; vt quia oportuit eum accipere ad vſuram pro ſuis neceſsitatibus, vel vendere res ſuas multo minori pretio, quàm valerent; quia tunc illud damnum reſarciẽdum eſt illi. Ita pulchrè D. Antonin. 2. part. titul. 2. cap. 2. §. 5. dicens hanc vltimam partem diſtinctionis magnæ æquitati inniti, & ita eſt procul dubio.

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 FRVCTVS *rei alienæ bona fide poſſeſſæ, quinam reſtituantur, cùm res reiuendicatur, & reſtituitur.*

2 *Fructus hodie ex communi practica non reſtituuntur, niſi qui poſt litem conteſtatam percepti ſunt.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 FRVCTVS bona fide percepti, ſiue naturales ſint, vt ſunt fructus arborum: ſiue induſtriales ex re fructifera, vt ſunt vinum, triticum, & ſimiles: ſiue cum titulo, ſiue ſine titulo: in conſcientia debent reſtitui, vnà cum re euicta aliena, ſi extent. Si autem eos conſumpſit: tenetur reſtituere tãtum, in quantum factus eſt locupletior. l. Item veniunt. §. Præter hæc. & l. Sed & ſi. §. Conſuluit. ff. de Peti. hæred. Dicitur autem factus quis locupletior, vel quia in eam rem impẽdit, in quam oportuiſſet impendere, tantum de ſuo: vel aliqua emit, ex quibus patrimonium ſuum ampliauit. Tamen de fructibus induſtrialibus rei lucroſę, ſeu fructiferæ, diminuet quantum induſtria ſua merebitur. Si verò non eſt factus lucupletior, de rebus conſumptis non tenetur. De lucro verò facto ex re non fructifera, vt ex pecunia, vel ex torque aureo ſępius locato: non tenetur, niſi de intereſſe, vt in exemplis per Nau. vbi infrà, adductis. Ita in terminis Barth. Fumus in ſua Armilla aurea, verb. Fructus. nu. 2. Silu. eod. verb. num. 2. Panor. in cap. Grauis. nu. 6. de Reſti. ſpol. Naua. cap. 17. nu. 25. D. Tho. 2. 2. quæſt. 62. articu. 6. & alii quos refert Rebel. de Obliga. Iuſtitiæ, lib. 2. quæſt. 3. num. 1. & latiſsimè quæſt. 4. per totam. Soto lib. 4. de Iuſti. quæſt. 7. art. 2. col. 4. ante verſiculum De illo aut. & col. 6. verſ. De negotiatoribus autẽ. Coua. lib. 1. Variar. cap. 3. n. 6. in 1. concluſione, dicens hanc receptiorem.

In Foro verò iudiciali, titulus excuſat quem, à reſtitutione fructuum, ſecundùm Ioan. And. in Additione ad Specula. tit. de Fructibus, & expenſis. §. 1. & Feli. in cap. De quarta. nu. 30. de Præſcript. Roma. conſ. 454. In re præſenti. col. vlt. Et licèt ſecũdùm magis communiter receptã ſententiã, in terminis iuris communis in Foro prædicto iudiciali bonæ fidei poſſeſſor teneatur ad reſtitutionem fructuum extãtium, iuxta l. Certum. C. de Rei vendi. & etiam conſumptorum, ſi ex illis factus eſt locupletior, vt aduerſùs gl. tradit Bart. in l. Ex diuerſo. nu. 7. ff. de Rei vendi. cuius opinio magis communiter recipitur, teſte Coua. dict. nu. 6. verſ. Tertia concluſio. Pinel. l. 2. C. de Reſcind. vend. 2. par. cap. 4. nu. 47. Pet. Barbo. l. Si ante. num. 37. ff. Solu. matri. & in l. Diuortio. in principio, nu. 47. ff. Eod. & copioſè per Ant. Gabri. 3. tom. Commu. opin. lib. 5. concluſione 2. per totam. ſub tit. de Acqui. rerum domi. pag. 316.

2 Tamen communis praxis iudiciorũ contrarium admiſit. Neque enim obligat bonę fidei poſſeſſorem ad reſtituendos fructus extantes, neque conſumptos, quantumcũque ex illis factus ſit locupletior; cùm non ſoleat condemnari reus, niſi ad fructus perceptos poſt litem conteſtatam: quia ab eo tempore incipit conſiderari tanquam malæ fidei poſſeſſor, l. 2. C. de Fructi. & liti. expen. & l. 4. §. 2. ff. Fini. regun. l. Qui ſcit. 25. ff. de Vſur. Quod ita in praxi eſſe receptum aſſerit Pinel. d. l. 2. C. de Reſcind. vend. 2. par. cap. 4. nu. 47. & 60. ad fin. & Bellamc. in cap. Grauis. num. 8. ad fin. de Reſti. ſpol. Pet. Barboſ. dict. l. Diuortio. nu. 48. vt litiũ ambages euitarentur. Quod perpetuò nota, quia vidi Vlyſsiponæ contra hoc iudicatum in cauſa ſatis graui, propter incogitantiam huiuſmodi praxis. In iudicio verò Fori interioris, tene quod ſuprà diximus. Idem poſt alios docet Rebel. 1. par. de Obliga. iuſt. lib. 2. dict. quæſt. 4. num. 10.

SVM-

GABELLA.

SVMMARIVM.

1 *GABELLA, & vectigal (etiam de his quæ quis pro neceſsitatibus, & prouiſionibus domus ſuæ, comparat) in Foro exteriori debetur. Secùs in Foro conſcientiæ; licèt quidam contra.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 GABELLA in Foro exteriori non ſolùm exigitur, & ſoluitur de his quæ cauſa negotiationis, vel mercimonii deferuntur, l. Omnium. C. de Vectiga. ſed etiam de his quæ quis aſportare facit pro neceſsitate ad vſum ſuæ vitæ, & familiæ; & ita communiter obſeruatur in Foro exteriori.

In Foro verò conſcientiæ, tenendum eſt contrarium, vt probat textus in l. Vniuerſi. C. de Vectiga. & gl. verb. Pedagia. in cap. Super quibuſdam. de Verbo. ſign. Et conſuetudinem contrariam nõ valere, nec obligare in conſcientia, docet Ange. verb. Pedaguem. §. 3. Caiet. verb. Vectigal. §. Reputatur. Hoſt. dict. cap. Super. Gabri. in 4. diſtinct. 15. quæſt. 5. concluſione 2. lit. I. Sotus lib. 3. de Iuſti. quæſt. 6. art. 7. Barth. Medin. 1. 2. quæſt. 96. art. 4. Beia caſu 13. verſ. Tum demum. Et de iuſtitia huius gabellę valde dubitat Tolet. lib. 5. cap. 75. in fi. Quin immò quidam exiſtimant eſſe etiam iuris naturalis, vt quis ſit immunis, & liber ab omni vectigali de his quæ ſuo vſui, & familiæ comparat, aut vehit; quamuis Naua. dict. conſuetudinem defendat. cap. 17. nu. 202. poſt. D. Anto. 2. par. tit. 1. cap. 14. eò quòd ſicut lege dict. Gabella ſtatui poſſet: ita potuit conſuetudo inducere id omne quod lex, ex cap. fin. de Conſue. Sed diuerſa eſt ratio in lege, ſaltem vbi non ſtatuitur niſi in Comitiis generalibus. Tunc enim concurrit conſenſus totius Regni. Et ſic non mirum ſi eo in caſu obligent gabellæ ibi impoſitæ. Nec tunc, niſi fiat id ob quod imponuntur, & Syndici eò deſtinati renuncient prædicto iuri, data eis priùs ab vniuerſitatib. facultate acceptandi dictũ vectigal. aliàs ſecùs. At in cõſuetudine introducta in fauorem Regis, vel Principis, non adeò certum eſt quomodo ſit introducta, an ſcilicet coactè (vt ſæpe fit) an verò ſponte. Quare arbitror veriorem opin. Ang. Vide tamẽ Silu. verb. Gabella. 3. quæſt. 5. vbi diſtinguit an Princeps habeat neceſſaria ex mercibus lucri cauſa venditis, vel aliunde. & tunc veram eſſe opinionem Ange. & aliorum. aliàs ſecus. Quam diſtinctionem ſequitur Pet. à Naua. tom. 2. lib. 3. cap. 1. nu. 237. & videtur rationabilis. Vnde ſi Rex eſt ære alieno grauatus propter bella, & alias neceſſitates, rationabiliter exigi poſſunt prædicta vectigalia.

SVMMARIVM.

1 *GABELLA debetur de rebus traditis legatario æſtimatis.*

2 *In Foro verò conſcientiæ, non debetur.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 GABELLA in Foro exteriori debetur per hæredem, vel legatarium, cui res ęſtimatæ traduntur pro quantitate illi debita. Ita tenent quamplurimi Doctores, ea ratione, quia in prædicta ſolutione virtualiter cõtractus emptio-

emptionis, & venditionis, ratione præſatæ æſtimationis contrahitur.

Alii autem tenent contrarium, prout copioſè tradit Pet. à Nauar. tom. 2. lib. 3. cap. 1. num. 273. cum tribus ſequentibus; quorum opinionem in Foro conſcientiæ, puto veriorem; quia virtualis illa emptio, & vēditio, magis procedit ex ſubtilitate iuris, quā q̄ in rei veritate, partes id intēdāt; per not. verb. Iudicium. Differentia 3. & ita cōcordari poterunt iſtæ opiniones contrariæ.

DIFFERENTIA TERTIA.

IN quibuſdam ciuitatibus, & villis; in impoſitionibus, & gabellis, quas imponunt ſuper vino, carnibus, niue, & aliis rebus ad victum neceſſariis: ſolet obſeruari quidam abuſus, quoniam exigitur ab exteris hominibus ampliùs, quàm ab indigenis.

Quod periniquum eſſe, docet in terminis Paul. Comitol. lib. 4. Reſpon. moral. quęſt. 41. per totam. Valde enim à charitate chriſtiana alienum eſt, in præfatis impoſitionibus, deteriores facere peregrinos, atque alienos, quàm ciues; cùm potiùs habenda eſſet ratio peregrinorum, aut ſaltē æqua, cum indigenis. Tum quia inter opera charitatis externa, hoc connumeratur, ad quæ opera Chriſtus nos inuitat, Matth. 25. Tùm quia Exod. 12. dicitur. *Si quis peregrinorum in veſtram voluerit tranſire coloniam*, &c. *erit ſicut indigena terræ*. Tū quia huiuſmodi grauamen poteſt eſſe magno ciuitatib. impedimento. Deterrentur enim hoc modo ne prouideant ipſas ciuitates de multis mercibus. Tùm quia forenſes de iure non tenentur conferre, niſi ſolùm ad expenſas viarum, & ſecuritatis cōſeruandæ, vt docet Silu. verb. Gabella. 3. nu. 18. quare præfati abuſus eliminādi ſunt per Confeſſarios.

GENVS.

SVMMARIVM.

1 *DESCENDENTES ex genere Iudæorum, vel Saracenorum, de iure, & in conſcientia non poſſunt, nec debent à communitatibus, & Beneficiis, ſeu officiis excludi, ſi ſint Chriſtiani veterani, & non neophyti, ſeu nuper ad Fidem conuerſi. De conſuetudine tamen, & non ſine cauſa, & ratione à multis Eccleſiis, Religionibus, & officiis excluduntur, & ſic in Foro externo hodie ſecùs eſt.*

2 *In quibuſdam tamen caſibus (etiam non obſtāte dicta cōſuetudine) debēt admitti, niſi ex priuilegio Sedis Apoſtolicę expellātur, vt in Eccleſia Toletana, & aliis.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 DESCENDENTES ex genere Iudęorum, vel Saracenorum, in Foro exteriori non poſsūt repelli à Beneficiis, & dignitatibus Eccleſiaſticis, nec ab aliis officiis publicis ciuitatum, vt probat textus, in cap. Eam te. in fi. de Reſcript. & textus celebris in l. 6. tit. 24. Part. 7. & ibi Grego. Lop. gl. 3. copioſè Montaluus. in l. 2. tit. 3. lib. 4. Fori. Pariſ. Conſ. 2. col. 2. & 3. lib. 4. Henrri. Mayron. in Apologia. 2. parte cap. 2. cum ſequentibus & Alphon. Heredia in Speculo Iudicum. à pag. 50. & Cordub. lib. 1. Quæſt. Theolog. quæſt. 54. per totam.

Quod intellige de his qui à tempore natiuitatis ſunt Chriſtiani, etſi patrē, auū, vel pro auum Iudęum, vel Saracenum habuerint, vt in ſpecie docet Naua. in Man. cap.

cap. 27. nu. 205. Deci.col.3. Feli.num.12. Rip. nu. 31. dict. cap. Eam te. & eleganter Coua. in Clem. Si furioſus. 1. par. §. 2. nu.7. verſ. Tertia concluſio. Nam de neophytis, ſeu nouiter conuerſis ſecùs dicendum eſt, ex textu in capit. Conſtituit. 17. quæſt. 4. quem dicit mirabilem Feli. in cap. Cùm ſit. ante nu. 1. de Iudę. & notat. gl. 1. dict. cap. Conſtituit. quàm dicit ſing. idem Feli. conſ. 3. nu. 9. & eam ſequitur Iaſ. in Rub. de Iuſti. & iur. col. 1. Roma. Sing. 672. Hyppol. Sing. 107. & 179. & alii citati. 1. tom. Commu. opin. lib. 1. tit. 16. de Iudæis. nu. 16. & à Coua. Mayron. & Hered. vbi ſup. Et prædicta confirmantur eò quòd nec iure diuino excluduntur, vt patet ad Roman. cap. 10. & 1. Corin. cap. 1. vbi dicitur quòd apud Deum non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci. Idem conſtat ex eo quòd Chriſtus ſuam Eccleſiam ex ipſis Iudæis fundauit, vt dicit gl. fin. dict. cap. Eam te. & ibi Feli. nu. 12. & Rip. nu. 31. Quare cum iam diu ſunt in fide firmati, & nulla de eis ineſt, ſiniſtra ſuſpicio; immò in moribus, & vita ſunt laudabiles, & ſine querela, nulla videtur tunc ſufficiens ratio ad eos ex officiis, Beneficiis, Communitatibus, Religionibus, & Collegiis excludendos. Niſi aliud per fundatores eorum, vel per ſtatuta à Sede Apoſtolica confirmata, ſtatutum ſit. Et conſequenter etiam in Foro conſcientiæ, & ſic in vtroque Foro ſunt admittendi, vt conſtat ex traditis per D. Aug. ad Simplic. lib. 1. quęſt. 2. D. Hiero. in Epiſt. ad Roma. & ibid. Soto in eius argumento D. Thomas in Opuſculo ſexto, & in tract. Contra impugn. Relig. cap. 3. Montal. vbi ſup. l. 2. quos citat Coua. loco citato.

De conſuetudine tamen contrarium ſeruatur in multis Religionibus, & Communitatibus, & multi etiam Epiſcopi nolunt præfatos vllo modo ad Ordines, & Beneficia admittere; maximè quando eorum macula eſt manifeſta, & labes publica. Idq; non ſine cauſa, & ratione. Nam vt experiētia quotidiana, rerum magiſtra, nos docet; vix vnus, ex mille ex prædictis deſcendentibus, ſiuè ex Iudæis, ſiuè ex Saracenis, reperitur, nedum hac noſtra ætate, ſed nec poſt tempus Apoſtolorū, qui in fide Chriſti pręfulſerit. Quin potiùs ab ea quàmplurimi defecerunt, & quotidie deficiunt. q̄ ſi nō deficiunt; talis tamē eſt vt plurimū eorum vita, & ſitis diuitiarum, vt magis filii huius ſeculi, quàm alterius dici poſſint, & ſint.

Cōſtat etiam ex eorum expulſionibus ab Hiſpania: quàm proterui, & duræ ceruicis fuerint per tot ſecula ad fidem Chriſti amplectendam. Sunt prætereà plerique Iudæorum natura lucris terrenis adeò addicti, item inquieti, pacis perturbatores, ac honorū, & gloriæ præ ceteris gentibus ita appetentes, ac ſic ſitibundi, & auidi laudis vt omnem lapidem moueant pro eorū cōſequutione. Sunt etiam præfati Iudęi valdè exoſi, & infeſti vbique terrarum; adeò, vt etiam Turcæ, & barbaræ nationes, ſi quis Iudæorum vult ad eorum ſectam conuerti, erubeſcant eos recipere; niſi priùs Chriſtiani fiant. Cùm igitur vnicuique licitum ſit, ſuę Cōmunitatis vtilitatē tueri, atque eidem proſpicere, amicabilemque eius conuictum, gratamque conuerſationem procurare; & oppoſita incommoda fugere, & vitare; eoſque prohibere, vnde probabiliter aliquod dedecus, incommodum, atque inquietudo Communitatis timeri poſsit, vt docet Adria. Quodlib. 11. in Reſponſ. ad ſextum. & Caiet. quodlib. 2. in quinta reſponſ. ad quartum dubiū; meritò præfati deſcendentes hodie tuta conſcientia, à pluribus Communitatibus, Religionibus, & Collegiis excludi poſſunt. Et confirmantur prædicta per ea quę tradit Caiet. ſuprà, vbi dicit quòd non ſolùm propter honorem ſocietatis tuendum, ſed etiam quia ii, à tali traduce, & genere profecti, plerumque non benè conueniunt cū aliis in moribus, gratoque conuictu; poſſunt ad ſocietatem, & communitatem non admitti; vel intruſi, repelli. Idem docet Siman. de Inſtit. Cathol. capite 46. §. 23. Addens etiam in his quæ ad iuſtitiam pertinent diſtributiuam, rationem generis, & perſonæ licitè haberi poſſe. Adde Staphil. de liter. gratiæ, & Iuſt. col. fin.

Quam quidem conſuetudinem, non admittendi, ſci. præcitatos, noſtra Cartuſiana Religio ad vnguem, & ſtrictè obſeruat: adeò,

adeò, vt ſi poſt profeſsionem, etiam longo tempore factam, talis macula de aliquo ad nouam notitiam veniat, continuò à Religione expellatur. Præterea conſtat, dictam conſuetudinem iuſta ratione introductam eſſe, nempe ex quaſi poſſeſsione malitiæ huius miſeræ nationis: quæ quaſi poſſeſsio facit præſumptionem contra ipſam, ſecundùm doctrinam Dyni ſup. citatá: vbi ait, accidens naturæ contrarium, facere præſumptionem contra ipſam naturam. Nec eſt mirum ſi Ieremias videatur cap. 31. in perſona ab his fluentium ſic loqui, *Patres comederunt vuam acerbam: & dētes filiorum obſtupuerunt.* quia clamauerunt, *Sanguis eius ſuper nos, & filios noſtros.* Quāuis enim filius non portet iniquitatem patris. Ezech. 18. cùm delicta ſuos habeant authores, l. Sancimus. C. de Pœnis. honor tamen vel infamia patris ad filium deſcēdit: & ab auis ad nepotes, & ceteros manantes, tamquam à radice infecta deſcendit honor vel ignominia. ſicut dicitur in Euāgelio, quòd gloriabātur ſe habuiſſe patrem Abraham: & in vtroque iure eſt manifeſtum, vt habetur in cap. Et ſi Iudæos. de Iud. & Saracenis. ibi, *Quos propria culpa ſubmiſit perpetuæ ſeruituti*, &c. l. Diuo Marco. C. de Quæſt. l. Quiſquis. & ibi Gloſſa in verb. In quibus. C. Ad leg. Iul. Maieſt. l. Quod ſi nolit. §. Qui mancipia. ff. de Aedilitio ædict. In quorum confirmationem eſt videndus. B. Vincen. Ferrer in ſerm. vnico in die Paraſceue poſt med. vbi dicit, in ſignum vindictæ illorum qui dixerunt, *ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*, quando maſculi Iudęorum de hoc genere, qui ſic clamarunt, naſcuntur; habere manum dexteram plenam ſanguine, capiti innixam. Adde prædictis eſſe delictum, Iudęum eſſe, habito reſpectu ad Deum, & ſic quoàd Forum interius. Secùs quoàd Forum exterius. Et ita concordat gloſſas iuris Ciuilis contrarias (quæ habētur in l. Multum. ff. de Verb. obliga. & in l. Apud Iulianum. §. 1. de Lega. 1.) Roma. dict. §. 1. & Feli. in cap. 2. num. 4. de Iudęis. Attamen, ſi ambigatur de nitore, & puritate alicuius, tunc permittitur admitti. Item ſi is eſſet probatiſsimę virtutis, eminentiſq; ſcientiæ; ita vt veriſimiliter ſperari poſſet communitatem, ſeu Religionem, per eum fore illuſtrādam: tunc admitti poteſt ac debet. & demum ſunt ad officia, & honores admittendi, ſi præſumptionē, ſuſpicionéve, quæ eſt contra illos, & maculam quam habent; inſignibus, præclariſq; geſtis deleuerint. Cùm enim infamia facti laborent immaniſsimi, videlicet, & pluſquam dici poteſt famoſi ſceleris, à ſuis aſcendentibus, maioribuſque, Dęmone inſtigante, patrati læſę Maieſtatis Diuinæ, & humanæ, contra Deum, & hominem Chriſtum Dominum: non poteſt non apud bonos & graues viros eorum conditio prægrauari. argu. l. Ea quæ. C. Ex quibus cau. infam. irrog. Vnde contrario facto opus eſt, vt quoàd homines, tanta, taliſque generis obſcuritas illuſtretur. omnis enim res per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. cap. Omnis res. extra. de Reg. iur. aliàs ſemper contra eos militabit hoc accidens, quo eorum natio fędata eſt inter gentes. quod ad infamiā facti irrogādam ſufficere tradit Dynus in c. Semel malus. de Reg. iur. in 6. quem omnes ſequuntur. *Non enim* (vt I.C. ait) *tali peccato pœnitentia ſua, nocens eſſe deſiit.* l. Qui ea. ff. de Furt. Vel vt alius ait, in l. Palam. §. Non ſolùm. ff. de Ritu nuptia. *Neque enim aboletur turpitudo, quæ poſteà intermiſſa eſt.*

GRATIA.

SVMMARIVM.

1 *GRATIA Papæ non probatur per teſtes: intellige ſi eſt regiſtrata, & non deperdita. Aliàs ſecùs. In Foro verò cōſcientiæ poteſt probari.*

Digitized by Google

DIFFERENTIA PRIMA.

1 OMNIS Gratia Papæ requirit ſcripturam publicã, nec probari vlla poteſt per teſtes, ſaltem de ſtylo Curiæ, ſecundùm Rotam Deciſ. 326. incip. Item, quod licèt Romana Curia. Cardi. in prologo Clement. §. Sanè. queſt.5. Gomez.in Regula de Nõ iudican. literis non exped. & dicit communem Felin. in cap. Ex diligenti. nu.3.de Simon.

Quod ipſe Felin. limitat non habere locum in Foro cõſcientię ex Abb.in Clemẽt. Dudum.de Sepult.idem docet Nauar.cõſ. 33. numero 3. verſ. Quinto. de Tempor. Ordin.

Limita tamen primum dictum non procedere in gratia iam regiſtrata; & deperdita eius Bulla, vnà cum regiſtro. Nam talis gratia benè tunc probari poteſt per teſtes: dummodo teſtes deponant de ſubſtantialibus, & accidentalibus literarum; vt poſt alios docet Mandoſ.dict.Regul.27.de Nõ iudican. num.5.

SVMMARIVM.

1 *SVPPLICATIO ſola ſignata, non ſufficit in Foro exteriori: niſi literæ expediantur. Secùs eſt in Foro animæ.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 CVM aliquid ſupplicatur Domino noſtro Papæ, & ſupplicatio ab eo ſubſignatur per Fiat vt petitur; in Foro iudiciali, dicta ſupplicatio nullam fidem facit; quia requiritur, vt literę ſuper ea expediantur. Ita ſtatutum eſt Regula 17. Cancellariæ, de non iudicando iuxta formam ſupplicationis.

In Foro verò interiori ſola ſupplicatio ſignata per Papam ſufficit ſine literis, ſecũdùm Nauar.in Repet. c. Accepta. Oppoſitione.8. num. 30. de Reſtit. ſpoliat. vide latè de dicta regula, per Mandoſ. maximè quæſt. 3. Collige igitur ex hac differentia, quòd in Foro animæ non requiritur, vt expediantur literæ ſuper gratiis per Papam conceſsis. Idem docet Nauar. Conſil. 33. num. 3. verſ. Quinto. de Tempor. Ordin. quod eſt ſumme notandum, & mentè tenendum.

SVMMARIVM.

1 *DIſpenſationes expeditæ per Datarium pro Foro Cõtentioſo; in quo differãt, ab expeditis per Pœnitẽtiariã pro Foro animæ.*

2 *Et de magno effectu iſtarum.*

3 *Doctor, cui aliquid committitur per Pœnitentiariam, ſufficit vt ſit factus à Nuntio, vel alio ad id poteſtatem habente.*

4 *Commiſſarius Pœnitentiariæ, nihil poteſt recipere ratione ſalarii pro expeditione gratiarum, non obſtante conſuetudine.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 DIuerſimodè ſe habet ſtylus Romanæ Curiæ circa expeditiones Diſpenſationum, quę fiunt per Datarium, ſeu Cancellariam Apoſtolicam pro Foro exteriori; ab iis quæ expediuntur pro Foro animæ per Pœnitẽtiariam. Nam quę expediuntur per Cancellariam non ſortiuntur ſuum effectum, nec cẽſetur quis per eas diſpẽſatus, donec pręſentẽtur coram ordinario Epiſcopo, ſeu eius Officiali, aut Vicario Generali, vt cognoſcat ſummariè de veritate precum: & faciat declarationem ſuper ipſis, vt nouiſſimè ſtatuit Cõcilıũ Tridẽtinũ Seſsione. 22. cap.5.& notat P.Sa, verbo Diſpenſatio.§. 5.

Quæ verò expediuntur per Pœnitentiariam, quædam ſtatim ſortiuntur ſuum effectum, & eſt quis diſpenſatus, vt in votis, &
2 ſimilibus. Quod eſt magni effectus. Nam ſuper hoc interrogatus, reſpõdi, quòd licèt quidam non haberet pecunias ad ſoluendũ Curiali impenſas factas in impetrationem, ſeu

Digitized by Google

ſeu veriùs in expeditionem diſpenſationis circa quoddam votum intrandi Religionẽ, & ſic non poſſet ad manus habere, & recuperare illud Breue, ſiue literas diſpenſationis: nihilominus iam erat ſecurus in conſcientia, ex quo iam erat diſpenſatus, quãuis teneretur in conſcientia ſoluere dicto Curiali impenſas, quas fecerat; pro vt in ſimilibus ſe obligant per ſcripturam publicam, vel priuatam curiales.

Quædam autem non ſortiuntur ſuum effectum ſtatim; quia committuntur in partibus, cum clauſula, Diſcreto viro Confeſſario, magiſtro in Theologia, vel Decretorũ Doctori ex approbatis ab Ordinario. Addi etiam ſolet, Si ita eſſe per diligentem oratoris, ſeu ſupplicantis examinationem; ac poſt monita, & conſilia opportuna illi præſtita, inueneris, &c. Hæ nempe diſpenſationes, ſeu potiùs commiſsiones quæ fiunt per Pœnitentiariam pro Foro animę, differunt etiam ab aliis quæ dantur in Dataria pro Foro iudiciali. Nam licèt Confeſſarius debeat diligenter examinare an veræ ſint cauſę Pontifici propoſitæ: non tamen tenetur, nec debet teſtes recipere ſuper ipſis; vt recipi ſolent ab Officiali in diſpenſationibus pro Foro externo: ſed ſatis eſt, oratorem examinare, nullo iuramento petito, nec vllo teſtimonio externo exhibito, ſeu accepto, quia ei ſoli integra fides adhibenda eſt, per dicta in d. verb. Pœnitentia. Diff. 5. & notat in terminis Salas de Legib. Diſputatione 20. Sect. 10. num. 97. vbi addit quòd ſi nihilominùs Confeſſarius cauſam eſſe falſam cognouerit, non debet diſpenſare. Et meritò, quia aliàs eſſet inanis commiſsio ei facta. Adeòque eſt neceſſaria pręfata oratoris examinatio, vt etiam ſi à parte rei afflueret cauſa diſpenſandi: ſi tamen Confeſſarius non pręmitteret dictam diligentiam: dum vndique veritas non pateret, ſeu eſſet notoria: talis diſpenſatio, ſeu executio cõmiſsionis non eſſet valida. quia clauſula illa, *Si ita inueneris, &c.* præbet formam, & imponit conditionem neceſſariam, ſine qua nulla eſt executio, vt docet Gutierrez lib. 2. Quæſtio. Canon. cap. 15. n. 112. Sanchez lib. 8. de Matrimon. Diſput. 34. nu. 26. Salas vbi ſuprà. Fines enim mãdati diligenter obſeruandi ſunt, c. Cùm dilecta. de Reſcript. gl. fin. c. Olim. 25. eod. tit.

Illud autẽ quod dicit Salas, ſc. requiri gradum Doctoratus in Vniuerſitate approbata, vt poſsit Doctor Canoniſta exequi ſimiles commiſsiones; falſum puto. Sufficit enim vt ſit Doctor, etiam factus à Nuntio Apoſtolico, vel alio, poteſtatem à Papa ad dictum gradum conferendum habente: vt vidi in practica à quibuſdam eximiis Doctoribus obſeruari. Ratio eſt, quia præfati Doctores ad omnia habiles redduntur, niſi ad ea quæ ex Concilio Tridentino gradum Doctoratus requirunt, vt patet in ipſis literis, ſeu titulis Doctoratus.

Quoàd illud autem quod dicit valere cõſuetudinem percipiendi aliquid à Cõmiſſario ob executionem præfatarum cõmiſſionum, ex Pœnitentiaria emanatarum; tametſi in literis contineatur clauſula (& gratis vbique) etiam cenſeo contrariũ. Quãuis enim prædicta cõſuetudo toleretur in cõmiſsionibus, ſeu delegationibus, ex Cãcellaria decretis; non obſtante cap. Statutum. §. Inſuper. de Reſcript. lib. 6. Tùm quia cõmuniter cõmittũtur Officialibus Epiſcoporũ, quibus tenue ſalariũ ab ipſis datur. Tùm quia indigent prædictę delegationes magno labore & ſtudio literarũ, ad eas benè exequẽdas. At iſtæ pro Foro animæ; paruo, aut nullo labore expediuntur, vt conſtat ex ſuprà dictis. Et ſicut in adminiſtratione Sacramentorum, præſertim Pœnitentiæ, iura abhorrent quamcumq; pecuniarum acceptionem; idem videtur ſentiendum in noſtro caſu. Quare prædicta conſuetudo tanquam irrationabilis non excuſabit in Foro conſcientiæ Cõmiſſarium, ſalariũ aliquod accipientem; niſi ſit eſculentum, vel poculentum ex mera liberalitate oblatum, iuxta dict. §. Inſuper.

SVMMARIVM.

1 *Literę Apoſtolicæ pro abſolutionibus à cẽſuris, vel votis, ſeu iuramẽtis, ſi ſint pro Foro exteriori, obtinentur à Datario cum cõpoſitione pecuniaria, & diriguntur ad Officiales Epiſcoporũ. ſecùs in iis, quæ expediũtur à Pęnitẽtiaria pro Foro tantũ cõſciẽtiæ.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 EST & alia differentia circa expeditionem harum literarum Apoſtolicarum, ſiue ſint diſpenſationes, ſiue abſolutiones à cenſuris, & votis, ſeu iuramentis, ſiue ſuper aliis negotiis etiam animam concernentibus. Nam quoties petitur aliquid, quod ad animæ iudiciū pertineat: id negotii expeditur per ſacram Pœnitentiariam, & Confeſſario committitur, cum clauſula, quam habes Diff. præceden. & ei iniungitur, vt id expediat nullis teſtibus adhibitis; & quòd literæ ſtatim lacerentur poſt perfectam illius actionem. Nec vlla tunc fit compoſitio pecuniaria cum Datario: quia ſolùm expediuntur à Pœnitentiaria, & in ſecreto. Quæ autem expediuntur pro Foro externo, dantur à Romanæ Curiæ Datario, & cum compoſitione pecuniaria, & diriguntur ad Officiales Epiſcoporum. Prędicti ſtyli meminit Paul. Pariſ. Conſ. 67. num. 22. lib. 4. Gomez. Regu. de Non iudi. iuxta form. ſup. quæſt. 14. nu. 3. Coua. in cap. Alma mater. 1. par. §. 11. ad fin. Naua. Conſi. 5. de Priuile. nu. 5. & 12. cum ſeq. vbi agit de literis à ſacra Pœnitentiaria expeditis; & qualiter nullam fidem faciant quoàd Forum contentioſum. Aduerte tamen quòd qui poſt matrimonium contractum ſciuerint fuiſſe nullum, ob aliquod impedimentum conſanguinitatis, vel affinitatis poſteà detectum; ſi illud eſt adeò ſecretum, vt nullum timeatur periculum ob eius detectionem, nec ex eo vlla ſperetur moleſtia in Foro contentioſo; ſufficit eis obtinere à ſacra Pœnitentiaria diſpēſationem dicti impedimenti quoàd Forum conſcientiæ tantùm. Si verò de eius reuelatione timeatur, & quòd poſſent aliqua moleſtia affici in Foro iudiciali ſui Ordinarii Epiſcopi; tunc ad Datarium recurritur; à quo expeditur diſpenſatio, mediante compoſitione.

HÆREDITAS, ET HAERES.

SVMMARIVM.

1 *ADITIO hæreditatis quoàd Forum exterius requirit facta, aut verba, quibus declaret quis, voluntatem ſuam eſſe, hæreditatem acceptare. Secùs eſt quoàd Forum interiùs.*

2 *Hæres deliberans cum effectu, & omnino acceptare hæreditatem ſibi delatam; ab eo inſtanti tenetur in conſciētia reſtituere fructus legatorum.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 IN aditione hæreditatis requiruntur facta, aut verba quoàd Forum exteriùs. quia verbis, aut facto debet declarari talis aditio, vt per gloſſam in l. Mutuum. ff. de Acquiren. hęred. & notatur in l. Gerit. eodem titul. docet Dec. in l. 1. num. 25. C. Qui admitti. quia aliàs probari non poteſt. l. Duo ſunt Titii. ff. de Teſtament. tutel.

2 In Foro verò conſcientiæ ſufficit ſola voluntas in mente retenta ex Dec. ſuprà. quod eſt magni effectus. Nam ſecundùm hoc teneretur in conſcientia hæres reſtituere fructus legatorum ipſis legatariis à die, quo deliberauit adire hæreditatē; licèt per aliquod tempus id verbis, aut facto non declarauerit.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *HAERES non conficiens inuentarium, tenetur in Foro exteriori vltra vires hæreditarias. ſecùs in Foro conſcientiæ*
2 *Rationem diuerſitatis vide.*
3 *Hæres non conficiens inuētarium, an teneatur in conſcientia ſoluere debita teſtatoris, licèt hæreditas non ſufficiat.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 HAERES non conficiens inuentarium tenetur in ſolidum in Foro contentioſo vltra vires hæreditarias. l. final. C. de Iure deliber. cap. Rainaldus, ad finem, de Teſtam.

In Foro verò conſcientię nō tenetur, niſi quatenus vires hæreditariæ ſe extendunt, vel patiuntur, ſecundùm Bart. Alex. & DD. in Rubr. ff. de Acquir. hæred. Abb. & DD. in cap. Quia plerique. n. 41. de Immunit. Eccl. Felin. in c. 1. n. 44. de Conſtitution. Anchar. in Regul. Poſſeſſor. pag. 4. de Regul. iur. lib. 6. Palud. in 4. diſt. 15. q. 2. art. 3. Silueſt. verb. Hęreditas. 3. q. 5. Fumus verb. Hæreditas. num. 15. Couar. poſt alios in cap. 1. de Teſtam. n. 16. Pet. à Nauar. tom. 2. lib. 3. cap. 4. nu. 171. Anan. in cap. in Litteris. de Raptor.

2 Cuius differentię, & diuerſitatis rationem tradit Abb. in dict. cap. Quia plerique. n. 41. Tùm quia prædicta lex final. eſt fundata in præſumptione, quòd ſcilicet hæres fraudauit bona, ex quo nō confecit inuentarium. vnde conſtando de contrario, in Foro animæ non habet locum prædicta diſpoſitio, per notata ſub verbo Lex. Differ. 12. Tùm, quia illa lex eſt pœnalis in quātum adſtringit hæredem ad ſoluendum in ſolidum omnia debita, legata, & alia onera à defuncto in teſtamēto relicta; licèt vires hæreditatis ad id non ſufficiant. At in Foro animæ quis non arctatur ad ſoluendum pœnam ante condemnationem, ex gloſſa in capit. Fraternitatis. 12. quæſt. 2.

3 Intellige tamē prædicta vera eſſe, & procedere quoad ſolutionem legatorum; non tamen quoad creditores hęreditarios, cum quibus hæres, qui ſine repertorii auxilio adit hæreditatem, quaſi contrahit, l. Apud Iulianum. §. final. ff. ad Trebel. & ideò adhuc, ceſſante qualibet fraudis ſuſpitione, tenetur hæres eis ſatisfacere, vt defunctus tenebatur, etiam vltra vires hæreditarias. Ita ſingulariter tradit Aret. in dicta Rubr. ff. de Acquir. hæred. & Coua. vbi ſup. nu. 15. & 16. Ex quibus conſtat, quòd quoàd creditores, non ſolùm ceſſat prima ratio Abb. de pręſumptione fraudis, vt prędictum eſt; ſed etiam ſecunda de pœna, per dictum §. fin. & ideò non mirum, ſi quoad eos, hęres non conficiens inuentarium, nequeat ſe iuuare prædicta doctrina cōmuni quoad Forum interiùs. Benedictus tamen Aegidius Luſitanus amicisſimus noſter, atque patronus, in ſuis eruditis Commentariis ad l. 1. C. de Sacroſanctis Eccleſ. 5. p. §. 1. nu. 6. indiſtinctè tenet tam in creditoribus, quàm in legatariis prædictam differentiam procedere. cuius opinionem libenter amplector: cùm quoàd Forum interius eadem ſit, atque militet in vtriſque ratio. Nec obſtat dict. §. final. quia loquitur quoàd Forum exteriùs.

SVMMARIVM.

1 *HAeres nō conficiens inuentariū, non poteſt in Foro exteriori detrahere quartam Falcidiā ex legatis. ſecùs in Foro conſciētię.*
2 *Rationem diuerſitatis vide.*
3 *Legatarii ſcientes non ſufficere hæreditatem ad legata ſoluenda; tenentur in conſciētia ſoluere Falcidiam, ſi ab ipſis petatur.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 HAERES non conficiens inuentarium, non poteſt in Foro exteriori detrahere quartā Falcidiam à legatis; quamuis hæreditas ſit exhauſta legatis, l. Scimus. C. de

C.de Iure deliber. Secùs eſt in Foro conſcientiæ,ſecundùm Abb.in cap.Rainaldus. nu.14.de Teſtam. Quod confirmatur per ea quæ diximus in Differentia præcedenti. Idem tenet Anchar. Conſil.430. Abb. in cap.Tua nos.de Vſur.num.11.Felin.in cap. Audiuimus.num.1.de Simon.

2 Et eſt ratio, quia ſcilicet lex inducens oppoſitum, & obligans hæredem vltra vires hæreditarias, eſt fundata ſuper preſumptione: quia preſumit plus fuiſſe in hereditate:quæ præſumptio ceſſat in Foro animæ, aſſerente pœnitente (cui in predicto Foro creditur) non fuiſſe amplius in hæreditate. Hæc tamen differentia vix in practica continget. quia licèt heres poſsit in conſciẽtia retinere dictã quartam; legatarii tamẽ eam non ſoluẽt,cùm ſint de iure in prædicto caſu immunes ab ea;& nollent credere, non
3 fuiſſe plus in hæreditate.Quãuis ſi id ſciant; tenerentur in conſciẽtia ſe abſtinere à perceptione dictę Falcidiæ, & eam relinquere hæredi;ex traditis per Abb.in c. Quia plerique.n.17.ver.Tertius caſus eſt. vel ſaltem eam ſoluere,ſi ab hærede petatur. vt dicemus inf.Diff.5.

SVMMARIVM.

1 *QVARTA Trebellianica an poſsit detrahi in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 LICET detractio Trebellianicæ habeat locum in Foro contentioſo; vt C.& ff. ad Trebellian. per totũ, & in cap.Raynũtius.de Teſtam.& in l.Filium quem.ff.Famil.herciſcun.

Non tamen habet locum in Foro animæ. immò hæres grauatus debet reſtituere totam hereditatem fideicõmiſſario citra diminutionẽ,ſecundùm Iaſ.in §, ſed iſtæ quidẽ.Inſtit.de Action.alleg.Abb.in cap.Quia plerique.de Immunit.Eccles.Sed ego non potui inuenire illum, niſi quantum ad Falcidiam, de qua in præcedenti Differẽtia.

Quod intellige verũ quando teſtator erat iuris ignorans,& non cogitauit de quarta. aliàs benè poſſet detrahi, etiam in Foro animæ;niſi teſtator prohibuiſſet; vt in Auth. Sed cùm teſtator.C.ad l.Falcid.& in dict.c. Raynuntius.Cùm enim approbetur à Iure Canonico;proculdubio detrahi poteſt licitè, per dicta ſupra Prelud.5.

SVMMARIVM.

1 *HAERES ſoluens integrè legata ex errore facti; repetit quartam Falcidiæ, in Foro exteriori.*

2 *Legatarius recipiens ab hærede integrè legatum;nõ tenetur in Foro conſcientiæ quartã partẽ eius reſtituere: quicquid dicat Abb.*

3 *Niſi aliud conſtet de voluntate teſtatoris: vel niſi repetatur ab hærede.*

4 *l. Error.C. ad l.Falcid.non habet locum in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 HAERES ſoluens integrè legata, nõ detracta, ex errore facti, quarta Falcidia;poteſt in Foro contentioſo prædictã quartam repetere, c.Raynũtius.c.Rainaldus.de Teſtam.Auth. Sed cùm teſtator.& l.Error. C. ad l. Falcid. & conſequenter in eodem Foro compelletur legatarius eam reſtituere.

2 In Foro verò animæ non tenetur legatarius dictam quartam Falcidiam reſtituere, ſecundùm Innoc.Hoſt.& Anton.in c.Quia plerique.de Immunit.Eccleſ.quos ſequitur Silu.verb.Reſtitutio.2.num.1.& 11. Licèt Abb.in d.c.Quia plerique.nu.17.in fi. contrarium teneat, dicens legatarium omninò teneri in Foro anime, memoratam quartã reſtituere.Ea ratione,quia per Ius Canonicũ, eſt dicta lex Falcidia admiſſa, & fuit ex

iuſta

Digitized by Google

iuſta cauſa inſtituta. quem ſequitur Petrus à Nauar. tom. 2. de Reſtitutio. libro 3. capite 4. numero 170. ſed cum hac conditione, nempè cùm lege Regni id etiam præcipitur. quæ conditio eſt friuola, cùm ſtemus iuri communi, quando legem Regni non habemus; & ſic æquè ſeruandum ſit ius commune, ſicut ius ſpeciale Regni, eo deficiente.

In hac igitur contrarietate Doctorum, non poſſum nõ adhærere opinioni Innoc. videlicet in Foro animæ legatarium non teneri ad reſtitutionem ſæpe dictæ quartæ
3 Falcidię; niſi quando aliud conſtaret ex voluntate teſtatoris. & puto eam conſtare eo ſolo, quòd erat iuris peritus, vel aliter certificatus de dicta lege Falcidiæ, ſecundùm Anton. ſuprà. Et ratio qua ad id tenendum adducor, hæc eſt, quia legatarius habet integrum legatum ex voluntate teſtatoris, ſaltem expreſſa: habuit etiam idem legatũ de manu hæredis, qui potuit licitè velle adimplere plenè teſtatoris voluntatem, & ſibi præiudicare. Vnde dùm hæres nõ agit contra legatarium ad repetitionem dictæ quartæ; tutus omnino eſt: quia non conſtat de contraria eius volũtate. faciunt nor. verb. Reſtitutio. Differentia 14. Nec in hac ſpecie adimpletionis plenè voluntatis defuncti poteſt cadere aliquis error, vt ex Anton. dicit Abb. in loco ſuprà citato.

4 Ex quo colligit idẽ Anto. in dicto c. Quia plerique. quem ſequitur Silu. verb. Ignorantia. quæſt. 8. §. 3. in fin. quòd dicta lex error, non habet locum in Foro animæ; ſed in Foro tantùm contentioſo. & faciunt ad hæc ea, quæ dicimus verb. Lex in Differentia 8. Quòd ſi extra iudicium hæres manifeſtet voluntatem ſuam, & petat à legatario prędictam quartam, & ſimul fidem illi faciat, quòd ignoranter eam ſoluit, putans hæreditatem ſufficientem fore; ſed poſteà litigiis, vel debitis ſubortis, abſortam fuiſſe; eo caſu ęquam puto opinionem Abbatis, ꝙ legatarius tenebitur in vtroque Foro ad reſtitutionem dictæ quartæ. faciunt not. verb. Debitum. Differentia 5.

SVMMARIVM.

1 HAERES in Foro ciuili non tenetur ex delicto defuncti: niſi quando fuit lis cõteſtata cum ipſo.

2 Hæres in Foro conſcientiæ, tenetur exonerare conſcientiam defuncti, etiam litè non conteſtata cum ipſo, dummodò vires hæreditariæ id patiantur. Et idem dic in reſtitutione famæ; quamuis non quoàd ſatisfactionem iniuriæ.

DIFFERENTIA SEXTA.

1 HAERES in Foro contentioſo ciuili non tenetur ex delicto defuncti; quando lis non fuit conteſtata cũ eodem defuncto. Nec quando ad hæredem ex delicto defuncti nihil peruenit; vt in l. 1. C. Ne ex delicto defunct. & in l. 1. ff. de Priuat. delict.

2 In Foro autem Canonico, & animæ hęres tenetur exonerare conſcientiam defuncti, reſtituẽdo extorta, vel malè acquiſita per eum; etiam, lite non conteſtata cum ipſo: etiam ſi ad hæredem res malè acquiſitæ non peruenerint: dummodò vires hæreditariæ patiantur, cap. Si Epiſcopum. 16. q. 6. cap. Epiſcopus qui filios. 12. quæſt. 2. cap. fin. de Sepult. cap. fin. de Raptorib. notat. Abb. & Communis in dict. cap. fin. de Sepult. Idem probat text. in capit. A nobis. 2. de Senten. excommunic. in fi. tradit Bart. & ibi eius Additio. dict. l. 1. ff. de Priua. delict. Ange. verb. Hæres. nu. 4. Silu. verb. Hæreditas. 3. nu. 4. Tabien. verb. Hæres. nu. 4. & ita communiter teneri teſtatur Bened. Capra, Reg. 67. nu. 1. & 10. & habetur 3. tom. commu. opin. pag. 500. Et idẽ dic in reſtitutione famæ, per defunctum ablatæ. Naua. cap. 18. nu. 42. Paul. Comitol. lib. 4. Reſp. mor. quæſt. 42. Secùs in cõpenſatione iniuriæ, communem dicit idem Comitol. dict. lib. 4. quęſt. 11. nu. 5.

DIF-

Digitized by Google

DIFFERENTIA SEPTIMA.

TEXTVS in l. final. C. de Fideicommiſſar. libertat. quatenus habet, quòd ſi quis moriens, hæredem rogauerit; vt vnum ex ſuis ſeruis manumittat, quemcumque is elegerit; & hæres moriatur, nullo delecto; ſimul omnes libertate donentur; procedit meo iudicio in Foro tantùm iudiciali.

In Foro verò animæ non auderem cogere hæredem hæredis ad libertate donandũ omnes ſeruos; ſed ſortibus, aut aliàs rem diffinire conſulerem. Sed quia nullibi legi, ideò cogitandum relinquo.

SVMMARIVM.

1 *TEXTVS in l. 1. C. de His quib. vt indig. & l. Hæredem. ff. eod. quatenus priuant hæredem hæreditate, ſi mortem teſtatoris nõ vindicauerit; procedunt tantummodo quoàd Forum iudiciale. Non tamen in Foro animæ.*

2 *Pacem, & concordias quotidie faciunt hæredes circa mortes teſtatorum.*

3 *Proprias iniurias remittere etiam quoàd Forum exterius, & ſic ab accuſationibus ſe abſtinere, eſt perfectionis.*

4 *Leges in principiò citatæ hodie etiã ceſſant in Foro externo.*

5 *Ius remiſsionis, & pacis competit proximioribus. Quod amplia dupliciter.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 LEX 1. C. de His.quib.vt indig. & l.Hæredem. 17.ff. eodem, quatenus ipſum hæredem mortẽ teſtatoris defuncti non vindicantem; hæreditate priuant: tantummodò procedunt in Foro contentioſo.

In Foro enim animæ, & in conſcientia nõ tenetur omnino hęres accuſare interfectores defuncti. Vnde merito prędictæ leges abierunt in deſuetudinem, teſte Iulio Claro quæſt. 79. num. 8. quia erant nutritiuæ peccati; impedientes pacem, & iniu-
2 riarum remiſsionem. Hinc videmus quotidie inter hæredes interfectorum, & ipſos reos occidentes, concordias fieri; quibus, data aliqua pecunia, fiunt remiſsiones, & condonantur mortes teſtatorum. quod eſt magis conſonũ Chriſtianę religioni; quàm reos accuſare, & accuſationes contra eos proſequi.

Vnde Salon. de Iuſt. & iure, quæſt. 68. art. 1. col. 1423. inuehit contra prædictas leges, & contra Bart. eas etiam hodie defendentem: quia, inquit, non ſatis conue-
3 niunt cum Euangelio Chriſti, iuxta quod non ſolùm licet proprias iniurias, & damna remittere, & ab accuſationibus abſtinere: verùm etiam eſt cõſilium perfectionis. quomodo igitur obligandi erant hæredes ex coniecturata teſtatorum voluntate, ad eorum iniurias, & mortes vindicandas, licèt aliàs per viam accuſationis in iudicio id fieret? Certè inter Chriſtianos talis voluntas non eſt præſumenda; ſed contraria; condonationis, ſcilicet, & miſericordiæ: maximè, cùm defunctus ea maximopere indigeat coram Deo; qui remittere, & cõdonare ſolet illis, qui proprias remittunt iniurias; iuxta illud Math. 18. *Sic, & pater meus Cœleſtis faciet vobis; ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris,* & illud orationis Dominicę; *Dimitte nobis debita noſtra; ſicut, & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Matth. cap. 6. & illud Pauli ad Coloſſen. 3. *Induite vos ergo ſicut electi Dei Sancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes inuicem, & donãtes vobis metipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam. Sicut, & dominus donauit vobis. ita, & vos.* Ex quibus authoritatibus conſtat, quàm longè debet eſſe à Chriſtiano, & perfecto corde, vindicatio, etiam ſi ſit per viam Iuſtitiæ. Vnde meritò hodie præfatæ leges non ſolùm non habent locũ in Foro interiori; ſed nec in exteriori, & ſic

Digitized by Google

ſic hodie ceſſat prædicta differentia.

5 Sed, quia, vt prædiximus, hæredes concordias cũ occiſoribus facere conſueſcunt; non erit abs re hic aperire, quibus, & qualiter remiſsionis, & pacis ius competat? qua in queſtione reſolutoriè dico, videlicet, proximioribus, excluſis remotioribus in gradu, competere tale ius, ex text. in l. Si plures. ff. de Accuſation. & in l. 2. §. Si ſimul. ff. de Adulter. vbi Bart. & Doctores, Alex. in l. Penult. §. final. ff. Naut. Caup. & Stab. & in l. Viduæ. C. de Nupt. & in l. Si cum dote. §. Hoc autem tempore. ff. Solut. matrim. Iaſ. in l. Non ſolùm. num. 3. ff. de Noui oper. nunciat. facit Ordin. Regni Portug. lib. 5. tit. 124. §. 9. ibi, *eos outros parentes*, &c. & ibi, *podera citar, ſe quiſer.* quę verba nõ neceſſitant; ſed inuitãt. quam Ord. ſic interpretatus fuit Supremus ſenatus dict. Regni. anno 1608. inter quoſdam ex oppido Cabellicaſtro, vulgò *Santtart*, vbi excluſo proximiori per partes publicę Iuſtitiæ, cupiit ſe opponere ſecundus in gradu, & fuit per ſententiam Senatus exploſus. Scriba Ludo. de Aluarenga. Vnde cum ex dictis iuribus probetur, ius accuſandi ſolis proximioribus, excluſis remotioribus in gradu, concedi; fit inde conſequens, eoſdem etiam componere, & pacẽ cum occiſoribus facere poſſe, vt ex ſuprà relatis, & aliis refert, & tenet Plaça de Delictis lib. 1. cap. 39. num. 17. & illam regulam communem dicit Gom. de Delict. nu. 35. ſub verſ. Item etiam intellige. vnde filii ſemper præferuntur, vt per eumdem Plaç. dicto lib. 1. cap 40. num. 2. in fine.

6 Prædicta primò ampliabis procedere, etiam ſi alius in remotiori gradu priùs veniret ad accuſandum: ad huc namque præferretur proximior, expellendo illum à iudicio accuſationis, vt per Plaç. vbi proximè cap. 39. num. 18. qui licet loquatur in terminis legis Regiæ, de qua ibi; ex generalibus tamẽ rationibus per eum adductis, idem dicendum eſt de iure communi: eo præſertim, quia iura nullũ proximioribus conſtituunt tempus ad defuncti mortem vindicandam; ideò ſine requiſitione, nullam moram poſſunt incurrere l. Lecta. §. Præterea. ff. Si cert. petat. & argum. text. in l. Cùm ſolus. ff. de Acquirend. hæred. vbi ſic diffinitur; *Cùm pluribus aliquid ius defertur in ſolidum, vel in partes; is qui in primo gradu ſemper eſt, admittitur intra tempora legis diffinita: tametſi præuentum ſit ab vlterioribus heredibus, & in gradu remotioribus.* & l. Maritus. §. vlt. ff. de Adult. facit etiam tex. in l. Filius qui §. Cum filius. ff. de Bonis libertor. ibi, *& ſine dubio qui ſequentis gradus ſunt, non admittuntur interim.* Nec tenetur reſarcire ſumptus factos ab exiſtẽte in gradu remotiori. debuerat enim cogitare talem accuſationẽ proximioribus competere; argum. text. in l. Si demum. §. Idem quærit. ff. Locat. l. Quibus diebus. §. 1. ff. de Condit. & demonſtration. vt benè ſic concludendo conſiderat Plaç. dicto loco, num. 19.

7 Amplia ſecundò competere proximiori, etiam non hæredi, vel non legitimo, ſed ſpurio, argum. l. Sororem. C. de His quibus vt indig. & eſſe magis cõmunẽ teſtatur Plaç. dicto c. 39. n. 4. ratio eſt in promptu: nam cùm talis accuſatio ratione ſanguinis competat, ab alio tolli non poteſt, l. Abdicatio, vbi gloſſa C. de Patria poteſt. l. Iura ſanguinis. ff. de Regul. iur. & ideò proximior, licèt hæres non ſit, præfertur, l. Si verò. §. Hæc actio. ff. de His, qui deiecerunt.

SVMMARIVM.

1 *NEMO tenetur in Foro exteriori, ſi careat filiis, vel parentibus; ſua bona relinquere conſanguineis. ſed poteſt inſtituere hæredes extraneos: dummodò conſanguinei extremè non indigeant.*

2 *In Foro vero conſcientiæ tenetur bona cõſanguineis relinquere; ſi extreme indigeant.*

3 *Poteſt quis bona ſua relinquere Eccleſiis, monaſteriis, & hoſpitalibus, licèt aliàs habeat conſanguineos pauperes.*

4 *Bona ingreſſi religionem ipſo iure ſunt monaſterii, ſalua legitima filiorum. Et etiã parentum.*

DIF-

Digitized by Google

DIFFERENTIA NONA.

1 HABENS conſanguineos collaterales; ſed non filios, nec parentes, quibus legitima de iure naturæ debetur: poteſt in Foro exteriori, relinquere ſua bona cui voluerit, inſtituendo extraneos hæredes, & cõſanguineos omittendo, nec de eis curando; dummodò extremè non indigeant, vt quotidie id fieri videmus, & docet Nauar. cap. 26. num. 36. ad fin. & Rodrig. in Summa. verb. Teſtamento. Concluſ. 3. num. 4. facit cap. 2. de Succeſsion. ab inteſt. verſ. Peculium verò. vbi ſolùm meminit text. parentum, & non propinquorum, in diſtribuendo peculio Clerici ab inteſtato morientis.

2 In Foro tamen conſcientię, non poteſt omittere conſanguineos, & extraneis bona relinquere, ſine peccato mortali: maximè ſi ſint fratres, vel conſobrini, vel filii fratrum. quod eſt verùm non ſolùm quando ſunt indigentes (de quibus diximus ſub verbo Alimenta. in Differentia 7.) ſed etiã ſi ſint diuites, vt paſsim ſeculares pleno ore prædicant, & tuentur. Sed tamen quoàd diuites conſanguineos, contrarium tenendum eſt: cùm à nullo iure prædicta obligatio deſcẽdat. Nec obſtat quòd ab inteſtato de iure ciuili ad eos bona defuncti conſanguinei, deferuntur, & competunt. Nam id ius ſtatuit ex coniecturata mente teſtatoris, quòd ſcilicet id voluerit: quia carnẽ ſuam nemo odio habet. At lex fundata in pręſumptione, non obligat in conſcientia; ſi in contrarium eſt veritas, cap. Is qui fidem. de Sponſa. & tradit Rodrig. ſuprà, poſt Nauar. dict. cap. 26. nu. 36. & ſentit Baſilius in ſua Regula. c. 6. licèt Naua. loco ſupracitato ſolùm excipiat extremè indigentes, putans extra ipſos nullam eſſe obligationem relinquendi eis hæreditatẽ. Quod veriùs cenſeo; quicquid dicat Anchar. in Regul. Poſſeſſor. quęſt. 1. de Regul. iur. li. 6. quòd ſc. qui moriens relinquit fratres, vel conſanguineos indigentes; & extraneum diuitem hæredem inſtituit: inſtitutus bona conſcientia hæreditatem non poſsidet. ſequitur Palat. Ruuius in l. 7. Tau. in fin. & gloſſa in l. 13. tit. 6. lib. 3. Fori, & Dominus meus Rojas in Epitome Succeſsion. cap. 32. num. 4. & de eiſdem dicit Ioannes Fab. in §. 1. in fine Inſtit. de Hæredit. quæ ab inteſt. quòd qui inſtituit extraneos hęredes, omiſsis conſanguineis indigentibus, facit contra officium pietatis, & mortaliter peccat. Pro quibus facit text. ſingul. in cap. fin. 17. quęſt. vlt. *quicũque* (inquit Auguſtinus) *vult exhæredato filio, hæredem facere Eccleſiam: quærat alterum qui ſuſcipiat non Auguſtinum.* Sed textus ille loquitur de filio exhæredato, cui de iure naturali debentur alimenta iuxt. cap. Cùm haberet. de Eo. qui duxit in matrim. quam pol. per adulter. Et præfati authores intelligi debent de conſanguineis extremè indigentibus, ſecundũ Naua. ſup. & ſic non ſunt contrarii.

3 Quid autem dicendum erit, ſi non relinquit bona extraneo diuiti, ſed alicui monaſterio, vel hoſpitali, & ſimilibus? exiſtimo in tali caſu monaſterium, ſecura conſcientia, retinere poſſe prædicta bona. Ratio eſt, quia nullo iure cauetur, quòd teneatur omnino ea relinquere conſanguineis, ſi aliàs extremè non indigeant (vt ſuprà dictum eſt) & ſic nulla in hoc iuſtitia violatur: & eligendo alios pauperes Chriſti meliores, ceſſat ęquitatis ratio, & offenſa Dei, quæ in præcedenti caſu conſiderabatur, ac militabat. Nõ enim culpę imputari poteſt, quòd quis omittat carnem, & ſanguinem, & de iiſdem non curet, licèt in paupertate poſitis: & eligat, illis omiſsis, alios pauperes, vel meliores, vel in maiori neceſsitate conſtitutos. In pari quippe caſu neceſsitatis, bonitas præeminet conſanguinitati, atque præualet, præferendaque eſt. Et hoc, quando monaſterium eligitur. Cùm verò hoſpitali bona relinquuntur; in maiori neceſsitate tales pauperes poſiti ſunt (cùm ſint infirmi, & manibus ſuis ſe iuuare non poſsint) quàm conſanguinei, ſi ſani ſint; & ideò nõ mirùm, ſi eligi illi poſsint, & pręferendi veniant meritò iſtis ſecundis. Prędicta confirmantur ex Auth. Ingreſsi C. de Sacroſanctis Eccleſiis, & ex cap. Quia ingredientibus. 19. quæſt. 2. quatenus pro-
4 bant bona ingreſsi Religionem, ipſo iure eſſe monaſterii, reſeruata legitima deſcendentibus

Digitized by Google

dentibus iuxta cap. final. 19. quæſt. 3. & etiam aſcendentibus, ſecundùm Silu. verb. Religio. 6. quæſt. 2. ergo ius non curat de ſucceſsione aliorum propinquorum; ſed licitum iudicat, quòd Eccleſia ſuccedat in bonis ingreſsi, excluſis etiam deſcendentibus, ſalua eorum legitima.

SVMMARIVM.

1 *HAERES accommodans fidem teſtatori, quòd reſtituet hæreditatẽ filio ſpurio: vt indignus prędicta hęreditate; priuatur ea in Foro exteriori. Et peccat.*

2 *Hæreditas, quæ aufertur ab accommodãte fidem ſupradictam, cui ſit reſtituenda?*

3 *Hæres accommodans prædictam fidem, poteſt nihilominus bona penes ſe retinere in Foro animæ.*

4 *Quod debetur Fiſco in pænam, poteſt dari ei qui illud dedit.*

5 *Indignitas non reddit quem incapacem ipſo iure.*

6 *Differentia eſt, quoàd retentionẽ bonorũ relictorum ſpuriis, ſub tacita fide, &c. inter ipſos ſpurios, & hæredes promittentes.*

7 *Indignitas eſt duplex.*

8 *l. Prædonis. ff. de Petit. hæred. declaratur.*

9 *Cùm hæres non accommodat fidem; ſed tãtùm teſtator confidit in animo de eo, &c. Tũc receptius eſt, eos eſſe veros hæredes, & dominos bonorum. Etiam ſi confidentia ſit verbis explicata.*

10 *Fallit duobus caſibus.*

11 *Declaratur quędam Extrauagans Pii 5. circa hoc edita.*

DIFFERENTIA DECIMA.

1 HAEREDITAS alicui relicta ſub expreſſa, vel tacita fide de reſtituẽda filio incapaci, putà ſpurio, inceſtuoſo, vel aliàs ex damnato coitu, genito; reprobata eſt à iure: ita vt hæres in teſtamento ſcriptus accommodãs prædictam fidem, eam retinere in Foro exteriori nõ poſsit, tex. eſt ad hoc capitalis in l. Prædonis. ff. de Petit. hæred. vbi inquit Modeſtinus. *Prædonis loco intelligendus eſt is, qui tacitam fidem interpoſuerit, vt non capienti reſtitueret hæreditatem.* Ad idem l. Cùm quidam. §. Diuus. ff. de Vſur. iuncta ibi gloſſa verb. Fideicommiſſo, & l. Cùm quidam, & l. Eum qui. ff. de His, quibus, vt indig. & l. Ex poſt facto. §. Iulius. aliàs Iulianus. ff. de Vulg. quibus iuribus probatur auferendam eſſe hæreditatem ab eo, qui fidem ſuam accommodauit, quòd eam reſtituet filio incapaci. idque in pœnam, tamquam ſit indignus, quòd eam habeat; ob promiſsionẽ factam, à iure reprobatam. Iura enim in odium inceſtus, ſacrilegii, & adulterii, ſanctiſsimè ſtatuerunt; ne bona parentum, qui talia crimina commiſerunt, vllo modo ad filios taliter genitos peruenirent; reddendo eos incapaces ad prædicta bona. Vnde grauiter in leges præfatas delinquit, qui expreſſam, vel tacitam fidem accommodat, quòd ea bona talibus incapacibus, & odioſis reſtituet. Quia aliàs, ſi per interpoſitam perſonam poſſent filii ex damnato coitu geniti ea bona retinere; ludibrio certè eſſent prædictæ leges, & nullius effectus. meritò ergo talis promiſsio, vt fraudulenta, reprobatur: ſimulque à ſic promittente, bona auferuntur, tamquam ab indigno, qui ea retineat.

2 Cui autem ſint talia bona applicanda, ſiue reſtituenda; non bene conuenit inter Doctores. Quidam enim dicunt, vt Sot. lib. 4. de Iuſt. & iure, quæſt. 5. art. 1. reſtituenda eſſe legitimis hęredibus, ſi extant: aliàs pauperibus eroganda, ſi fides data probari non poteſt. Alii, quos refert, & ſequitur Dominus meus Rojas in Epit. ſucceſsion. cap. 20. num. 159. dicunt, quòd, quando publicè, ac palàm contra legis prohibitionem à teſtatore bona fuerunt relicta, vt illa hæres filio ſpurio reſtituat (quod vix continget) tunc reſtituantur venientibus ab inteſtato; quod ſequitur Henriq. in tit. de Matrim. cap. 20. §. 6. verſ. Tertio. Sin autẽ clam,

clam, & occultè ſint amico relicta, Fiſco tunc reſtituantur, iuxta text. in l. Cùm quidam. §. Diuus. ff. de Vſur. ſic limitantes gloſſam in dict. l. Ex facto. §. Iulius. verb. Auferantur. quæ indiſtinctè tenet, eſſe talia bona Fiſco applicanda; quàm gloſſam ſequuntur ibi Imol. & Alex. licèt diſpliceat Angel.

Sed in hoc ego aliter diſtinguerem, videlicet, quòd aut loquimur de reſtitutione facienda in Foro exteriori per ſententiam: & tunc indiſtinctè facienda erit Fiſco, iuxta gloſſam ſuprà citatam. Si verò loquamur de reſtitutione in Foro animæ; tunc ſi hæres timet, quòd Fiſcus poterit ſuam promiſsionem probare; & non exiſtunt hæredes legitimi: poſſent dari alicui monaſterio in depoſitum, cum onere ea reſtituendi, caſu quo Fiſcus ea repeteret, vt dicit Sot. vbi ſuprà. Fiſco enim non debent reſtitui in Foro animæ ante ſententiam, & eius executionem; immò nec poſſet illa capere ex l. 1. C. Vbi cauſæ fiſcal. Quòd ſi extent hæredes legitimi, poſſunt eis reſtitui cum eodem onere, de quo ſuprà, ſolutis priùs alimentis dicto filio. Si autem hæres ſit ſecurus, quòd Fiſcus nullo vmquam tempore poterit ſuam dictam promiſsionem probare; nec ſint hæredes legitimi; pauperibus ſunt tunc eroganda, detractis primò, vt diximus, alimentis filio, etiam ſpurio, de iure naturę debitis, de quibus etiam infra. Quòd ſi ſint bona à perſona eccleſiaſtica relicta: poterit etiam penes ſe retinere; obtinendo ante omnia compoſitionem à Papa, vel eius Commiſſario ſuper ipſis.

3 Redeundo ergo ad id, vnde digreſsi ſumus, dico prędictas leges, quibus hæreditas alicui relicta ſub tacita, vel expreſſa fide, de reſtituenda filio ex damnato coitu genito, reprobatur; non habere locum in Foro animæ: ſed eis non obſtantibus poterit hæres inſtitutus dicta bona penes ſe in animæ iudicio retinere; ita Couar. in 4. 2. part, cap. 8. §. 3. vbi dat rationem; quia ſcilicet, per illam promiſsionem, à iure reprobatam, non remanſit hęres obligatus in conſcientia ad ea bona reſtituēda Fiſco: donec à Iudice fuerit condemnatus. non enim tenetur ea Fiſco deferre; ſeu crimen à ſe commiſſum pandere; quia leges hæreditatem hanc in pœnam Fiſco deferunt, l. 1. C. de His. quib. vt indig. l. Ita fidei. l. Non intelligitur. ff. de Iure Fiſci. Pœna autem in dicto Foro non debetur, iuxta gloſſam illam celebrem, & receptam in cap. Fraternitatis. 12. quæſt. 2. idem tenet Didadus Perez. in l. 22. lib. 1. Ordin. tit. 3. circa finem, Ant. Gomez. in l. 9. Tau. num. 23. & 28. Silu. verb. Reſtitutio. 4. §. 1. verſ. Eo tamen caſu. Henriq. poſt Victor. Ledeſin. & alios, vbi ſuprà, §. 5. in gloſſa. G. Dueñ. Regul. 366. Ampliat. 5. vbi agit de filiis adulteræ. Et confirmatur hæc ſentententia (quæ videtur in praxi communiter recepta: cùm numquam viderim, nec audiuerim, quòd huiuſmodi hęredes in Foro conſciētiæ per Confeſſarios compulſi fuerint ad reſtituendas hæreditates, ſic ſibi relictas) primò, quia Fiſco non debentur, vt dixi, ante ſententiam condemnatoriam (licèt nonnulli id negent) At prædicta cōdemnatio vix, aut nunquam fiet ob defectum probationum: cùm hæ promiſsiones fieri ſoleant occultiſsimè, & clam inter teſtatorem, & hęredem tātùm. Et licèt probari poſsint: nihilominus interim retineri poſſunt bona in Foro cōſcientię; ſicut dicemus infra ſub verb. Pœna. dict. Diff. 20. de incidente in hæreſim, vel in priuationē Beneficii ipſo iure, quòd ſcilicet, tuta conſcientia percipiunt fructus, & bona retinent interim dùm non priuantur eiſdem per ſententiam. Secundò, quia quod de-

4 betur Fiſco, poteſt dari ei, qui dedit; licèt turpiter dediſſet, ex Silu. verb. Reſtitutio. 4. quæſt. 1. vnde, ſi poſſet hæres reſtituere bona eidem teſtatori, ſi reſuſcitaret: poterit etiam alteri ea dare de voluntate eius, ex dictis infra ſub verb. Simonia. Differentia 1. & ſic filio eiuſdem. Tertiò, quia nuſquam apparet, quòd huic hæredi impediatur dominii translatio: vel, quòd præcipiatur, ne occupet talia bona. quia per dictam fidem præſtitam non fuit factus incapax eorum bonorum; ſed indignus, vt talia bona perpetuò retineat; vel quòd remaneat cum eis; vt notat Paul. per text. ibi, in dicta l. Ex facto. §. Iulianus. quem ad hoc dicit quotidie allegari. Vbi loquens de

5 huiuſmodi hærede inquit; Nota quod indignitas

gnitas non reddit quem incapacem ipſo iure, ſed in effectu: quia ſcilicet poteſt adire,& hæres effici; licèt poſsit ſibi auferri hæreditas. Hoc idem notat gloſ. 1. in dict. l. Prædonis.& Couar.in 4.2.par.cap.8.§.5. num.8. verſ.2.&.3. & probat text. in dicta l. Cùm quidam. §. Diuus. ff. de Vſur. facit Bart.in l.Hæreditas.num.3.C. de His quib. vt indign.iuncto numero 1. vbi facit diffe-
6 rentiam inter ſpurium, qui eſt incapax bonorum patris; & inter hæredem indignum, qui propter ſuum delictum eſt indignus hęreditate, & venit ea priuandus. Nam talis
7 eſt capax. Ibique ex verbis eius colligitur quòd indignitas eſt duplex; vna quæ facit indignum omnino incapacē: vt eſt in ſpurio. altera quæ non facit incapacem, de qua intelligendus eſt Paulus in dicto §. Iulianus. Quod quanti ſit effectus, apparet ex gloſſa in Auth. de Inceſt. nupt. §. 1. verb. Imminere. in fine, vbi quærit ad quid hoc proderit, quòd bona non auferantur, niſi lata ſententia. Reſpondet quoàd fructus medii temporis, vt l. Eum qui. ff. de His. quib. vt indig. & dicemus ſub verbo Lex. Differentia 8.& ſub verb. Pœna.dict. Differentia 20. Quartò, quia hæredes legitimi, quibus aliàs ab inteſtato prædicta bona competerent, nō curant ea petere, extātibus prædictis filiis ſpuriis, quibus alimenta etiam ſecundùm ſtatum, & dignitatem, ac conditionem teſtatoris omnino debentur, iuxta cap. Cùm haberet. de Eo qui duxit in matrim. Couar. vbi ſuprà. §.6. numero 7.& latè per nos ſuprà ſub verbo Alimenta. Differentia 1. Et communiter dictæ hæreditates non ſunt nimis opulentæ, & magnæ, neque excedentes valdè prædicta alimenta, ſeu dotes, ac donationes propter nuptias, immò præſumitur vnuſquiſque pauper, ſecundùm Ioſeph. Ludouic. in Deciſion. Peruſ. Deciſ. 33. num. 20. latè Cornel. Benic. de Priuil. paupert. quæſt. 3.

8 Nec obſtat dict. l. Prædonis, quæ eſt totale fundamentum contrarium tenentium propter verbum, *Prædonis*, quia non dicit ſimpliciter, quòd ſit prædo; ſed quòd ſit loco prædonis. quod ideò dicit, quia occupat bona, quę debentur Fiſco; & tenebitur ea reſtituere tempore ſententiæ vnà cum fructibus perceptis,& percipiendis; ſicut ſi eſſet predo. tametſi aliud ſit bona eſſe Fiſci, quod non dicit ille text. nec vlla alia iura; ſed *deberi*. quod verbum non impedit dominium; vt patet in acquirente bona Eccleſię de conſenſu Conuentus contra formam iuris; vel in bonis, quæ poſſunt peti à minoribus per reſtitutionem in integrū, vt per Innoc. in cap. Quia plerique. num. 3. verſ. Sed quid dices. de Immunit. Eccleſ. Facit Cordub. quæſt. 155.

Et licèt contra ſupradictam reſolutionē teneat communis opinio Doctorum, de qua latè per dominū meum Rojas in Epit. Succeſsion. ab inteſt. cap. 20. à nu. 139. & præcipuè nu. 152.& Bernar. Diaz in Pract. cap. 58. in fi.& ibi Salzedo c.64.& Gregor. Lop. l. 13. tit. 7. Partit. 6.& Franc. Marc. Deciſ. 256. cum tribus ſequentibus par. 1. moti præcipuè per dictam l. Prędonis. & etiā quia leges quę tales hęreditates reprobāt, data fide per hęredes de eis reſtituendis filiis ſpuriis, ſunt ſanctiſsimę, in odium adulterii, inceſtus,& ſacrilegii; nec fundatę in pręſumptione;& teſtamenta per interpoſitam perſonam facta, ſunt fraudulēta: & ſic videntur leges illę obligare, etiam in Foro animę, & teſtamenta eſſe inualida. Nihilominùs non eſt recedendum à contraria opinione Couar.& aliorum, quam ſuprà reſoluimus;& pręcipuè vbi hęredes nec expreſsè, nec tacitè fidem accommodant; ſed teſtatores ſola confidentia in animo concepta, quòd reddent bona ipſis ſpuriis; eos hęredes inſtituūt. In hoc enim caſu frequētiore calculo Doctorum receptum eſt, eſſe veros hęredes,& dominos bonorum relictorum; poſſeque ea retinere in Foro conſcientię, ſaluis alimentis; vt docet Sot. lib. 4. de Iuſt. quæſt. 5. artic. 1. Rojas vbi ſuprà num. 154. vbi dat rationem, quia illud teſtatoris propoſitum in mente retentum, neque verbis, neque alio quouis modo expreſſum, nihil operatur, l. Si repetendæ. C. de Cond. ob cauſ. l. Si mater. C. de Donatio. ante nupt. l. Dedit tibi. §. Si quis quaſi. ff. de Cōd. cauſa dat. Idē docet Salō. de Iuſt. q.5. de Dominio. art.5. col.541.& Henriq. vbi ſuprà litera O. & meliùs §.7. vbi tenet idem dicendum, etiam ſi confidentia ſit verbis explicata. Dicit enim, Poteſt ſignificare amico, ſe relinquere filios; eoſque

Digitized by Google

inopes;& habere in eo cōfidentiam, quòd illis prouidebit. Quod multò magis admittam: cùm in abſentia hæredis prædicta verba dixerit.

Vnde non obſtant prædicta fundamenta contrarium tenentium;quia iam ſatis ſuprà ipſis ſatisfecimus, maximè dictæ l. Prædonis. nec negamus,immò affirmamus leges illas eſſe iuſtas, & ſeruandas in Foro animæ; ſed non reddere incapaces ipſos hæredes;vt & docet Victor.in Summa §.299. Ledeſ.2.par.quæſt.18.art.1.dub.16.ad tertium,& quæſt.57.art.4.ad fi.Fr.Medin. 1.2. quęſt.96.art.4.ad quartum,& Sot. vbi ſup. licèt communis teneat contrarium, teſte Henriq. dicto §. 5. in gloſſa E. Nec obligare ante ſententiam, cùm ſint pœnales; nec priuent ipſo iure dictis bonis relictis; ſed iubeant auferri: quod requirit iuris, & facti cognitionem,& ſententiam: vt ſentit gloſſa dict.l. Prædonis. & clariùs gloſſa in Auth.de Inceſt.nupt. §.1.verbo Imminere.

10 In duobus tamen caſibus eſt admittenda prædicta communis contraria;& noſtra eſt limitanda.Primus eſt, quādo in Regno aliquo per legem particularem anullantur prædicta teſtamenta,& dominium impeditur, vt eſt in Regno Valentiæ Foro 14. de His quib.vt indignis. Secundus eſt in teſtamentis Clericorum quoàd bona Eccleſiaſtica.Nam hodie per Extrauag.Pii Quinti, (cui titulus, Reuocatio facultatum teſtādi, & diſponēdi de rebus Eccleſiaſticis.) expeditum eſt, prædictos hæredes nulla expectata ſententia eſſe ſtatim obnoxios reſtitutioni eorum bonorum: quia in dicta Extrauag.reddit Summus Pont.talia teſtamēta quoàd hoc,nulla,& irrita;& impedit dominium illorum bonorum;vt patet in verſ. Nemo.vbi dicit,*Nemo quamtumuis capax, illius prætextu, fructus, res, pecunias, aut prorſus alia bona ſua faciat; nec illa detinēs vlla præſcriptione, aut vllo alio iuris præſidio adiuuetur; ſed ad integram illorum reſtitutionem, quocumque temporis lapſu non obſtante, debeat coërceri.* Hactenus Papa.

11 Sed fortè dici poſſet prædictā Extrauag. non fuiſſe vſu receptam: ſaltem, cùm non pacto tacito,vel expreſſo, ſeu ſtipulatione præcedente;ſed tacita tantùm fide, quę innitatur confidentia, relinquitur hæreditas. Quo caſu adhuc poſſet ſuſtineri opinio Coua.& aliorum,quam ſuprà defendimus, & ſentit Henriq. in dicto §. 7. cuius verba ſuprà retulimus in verſ.Nihilo minùs. Vnde licèt reſpondeat hæres eidem teſtatori habenti de ſe dictam confidentiam, quòd nihil vult promittere,quia non poteſt:attamen confidat de eo: non ob hoc erit teſtamentum irritum; nec tenebitur hæres in conſcientia reſtituere bona filiis; dummodò in animo nō habuerit velle ſe obligare per illa verba; ſed tantùm repetere eamdē confidētiam ipſi teſtatori, & quod tantùm ſpem de eo haberet.

SVMMARIVM.

1 *FILIVS ex damnato coitu genitus, eſt incapax ſucceſſionis in bonis patris in vtroque Foro: niſi ea habeat per tertiam perſonam ſimpliciter hæredē inſtitutam; dummodò intercedat aliquod tempus intermedium à morte patris.*

2 *Filius illegitimus non poteſt habere bona patris per tertiam perſonam; ſi data ſit fides patri de eis tradendis eidem.*

3 *Quod quidam intelligunt verum in Foro tantùm exteriori.*

4 *Sed falluntur, quia etiam in Foro interiori ſunt inhabiles,& incapaces ad dicta bona paterna obtinenda.*

5 *Declaratur gloſſa in cap. Fraternitatis. 12.quæſtione 2. non procedere in pœnis priuatoriis.*

6 *Nec in illis,in quibus propter crimen efficitur quis inhabilis.*

7 *Inter filios adulterinos, & inceſtuoſos, vel ſacrilegos, nulla eſt differentia quoàd ſucceſſionem bonorum patris.*

8 *Filii Clericorum, omnino ſunt incapaces bonorum parentum.*

9 *Filius ſpurius, & etiam ſacrilegus, circa bona matris ſolutæ, non ſunt incapaces ſucceſſionis; ſed ſuccedunt vt legitimi. Secùs ſi mater ſit cōiugata. Quod eſt verum in vtroque Foro.*

DIF-

DIFFERENTIA VNDECIMA.

1 SPVRIVS ſiue ſit ex adulterio, ſiue ex inceſtu, ſiue ſacrilegio procreatus, omnino eſt incapax bonorum patris in vtroque Foro, ſi ea à patre immediatè ipſi relinquantur in teſtamento, vel in vita donentur, exceptis alimentis, de quibus diximus ſuprà ſub verbo Alimenta. in Different. 1. Hoc probat text. in l. Si quis inceſti. C. de Inceſt.nupt.ibi, *Neque ſuperſtes donet, neq; moriturus relinquat*. & in l. 1. C. de Naturalib.liber.& in Auth.Licèt.in fi. C.eodem, & in Authen.Quib.mod. natural. effic. ſui. §.final.Coll. 7. & docet Bart. in l. Si is qui bonis.ff.de Vulg.& in l.hæreditas. num.1. C.de His quib. vt indig. Dec. Conſil. 311. Silu. verb. Filii.quæſt.4. §.2. & 6.Couar.in Regula Peccatum. 2.par.§.8.num.6. & dicit communem Henriq.tit.de Matrim.cap. 20.§.5. in gloſſa F. Quod ſanctiſsimè ſtatutum eſt in odium adulterii,inceſtus,& ſacrilegii.Tùm, vt ſic retrahantur homines à talibus criminibus. Tùm propter indignitatem taliter procreatorum; qui non merentur,vt cum otio, & honore vitam degant; ſed vt pauperes, & deſpecti. Vnde prædictæ leges tamquam maximè vtiles Reip. & bono communi, meritò obligant in vtroque Foro. Si verò pater in fraudem dictarum legum bona ſua relinquat amico ſimpliciter, & abſolutè, confidens de eo, quòd ea poſtea ſpurio donabit:illo caſu, & iſto modo poterit filius ea habere, & retinere in vtroque Foro: ſi modo ea non protinus reſtituãtur illi. Quia aliàs in Foro exteriori præſumeretur tacitum præceſsiſſe pactum, fidemque datam de eis reſtituendis, ita docet Couar.in 4. 2. part.cap.8. §.5. num.5.& 8.Sot.lib.4.de Iuſt.quæſt.5.art.1. Did.Perez in l. 22.tit.3. lib.1.Ordin.Anto. Gomez.l.9.Tau.num.22. Henriq. vbi ſup. §.7.num.fin. & in gloſſa C. vbi dicit communem. idem docet Rojas in Epit.Succeſſion.cap.20.num.55.& 56. vbi dat rationẽ primi dicti,quia ſpurius prædicto caſu non capit bona patris, ſed extranei; à quibus non arcetur à iure. idem etiam docet Iul. Clar. dicens communem in §. Teſtamentum.quæſt.31.verſ.Sed pone quòd pater. & habetur 1.tom.Commu.opin. pag.195.

Nec mirum, quia illa confidentia patris in mente retenta nihil ponit in eſſe, nihilq; operatur, vt diximus Differentia præced. Vnde cùm dicta bona iuſtè ad hæredem peruenerint;(intelige, exceptis bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis: de quibus etiam diximus Differ.præced. verſ.Secũdus eſt.) meritò poteſt ea, cui voluerit dare in vita, vel in morte, etiam prædicto ſpurio: cùm talium bonorum extraneorum ſit capax; iuxta gloſſam dict.Auth. Quib. mod. natural.effic.ſui.§.fin.quam ibi ſequuntur communiter Doctores.

2 Tota difficultas eſt, quando pater relinquit bona ſua ſpurio per interpoſitam perſonam, data ei fide tacita, vel expreſſa de reſtituendis dictis bonis prædicto ſpurio: an ſcilicet in Foro conſcientię poſsit ea habere, & retinere. Nam in Foro exteriori id apertè prohibitum eſt;vt ſunt iura expreſſa in l. Si quis inceſti.in princip. C. de Inceſt. nupt.l. Neque per ſe.C.de Hęred.inſtit.l. 1. §.Siue itaque. C.de Natural.liber.& alia relata à Rojas vbi ſuprà, nu. 59. Si enim directò ea conſequi non poteſt: ergo neque per obliquum,id eſt,per alium, l. Si tibi,& mihi.§.Regula.ff.de Lega. 1. Regula,Cùm quid. de Regul.iur.lib.6. Aliàs ſi per interpoſitam perſonam poſſet ea conſequi, & retinere; eſſent prædictæ leges ludibrio,& nullius effectus.

3 Quidam ergo putant prædictas leges procedere in foro tantùm exteriori,quia ſunt pœnales: & ideò filium ſpuriũ poſſe in conſciẽtia ea bona retinere, ſi à prædicto hęrede ea donentur. ita docet Couar.vbi ſup. verſ.3.nu.9. Did.Per. l.22. circa fi. tit.3. De los Prelados.lib.1.Ordin. idem tenet Victor.§.299.Ledeſm.2.par.q. 18.art. 1. dub.16.ad tertium. & q.57.art.4. ad fin.Medin. 1.2.q.96. art.4.ad quartum. & alii plures relati ab Henriq. d. c. 20.§.5. in text.& gloſ.1. quorum pręcipua fundamẽta ſunt duo.Primũ,quia prędictæ leges, vt diximus,ſunt pœnales: & ideò nõ obligant in conſcientia;iuxta gloſ.receptã in c. Fraternitatis.12.q.2.Secundũ,quia talia teſtamẽta etiã ſi ſint facta in fraudẽ legũ, nihilo minùs ſunt valida; & per ea hæredes

 inſtituti,

inſtituti,ſunt veri hæredes, & fiunt domini bonorum in eis relictorum: vt probat l. Ex facto. §.Iulianus. de Vulgar. vbi Paul. id notat; licèt tamquam indigni poſsint, & debeant eis priuari,vnà cum fructibus perceptis,& percipiendis. ergo interim, quòd non priuantur, poſſunt ea tamquam iam ſua tradere filiis ſpuriis. quod etiam ingenuè fatetur, & admittit quoàd filios ex adulterio ſuſceptos, Sot.lib.4.de Iuſt.& iur. quæſt. 5.art.1.ad quartum.

4 Sed certè hæc opinio, licèt ſit probabilis: contraria tamen videtur probabilior,quam tenet Anto. Gom. in l. 9.Tau.num. 23. & 28. Dueñ.Regul.366.cum ſequent.Segura in l.Cohæredi.§. Cùm filius. num. 124.ff. de Vulg. Soto vbi ſuprà (exceptis filiis adulterinis, ſiue nothis) Bernard. Diaz in Pract. cap. 58. Gregor. Lop. in l.13.tit.7. Partit.6.verſ. *Cumplieſſe*. Rojas vbi ſuprà num.157.& dicit communem Henriq. vbi ſuprà in text. & gloſſa F. & H. ſequitur Sūma Roſel. verb.Filii. verſ. Quæro quòd debeatur. idem Segura in l. Cùm filiæ. §. Cohæredi.num.124. ff.de Vulg. Quæ ſententia probatur; Primò, quia iura, & leges arcentes prædictos filios ſpurios ab hæreditate paterna;æqualiter loquuntur,ſcilicet ſiue immediatè, ſiue per interpoſitam perſonam dicta hæreditas ipſis relinquatur: vt patet in Authenticis,& legibus ſuprà relatis; & per eadem iura iidem ſpurii redduntur omnino inhabiles, indigni,& incapaces paternæ hæreditatis. ergo quemadmodum ipſi ſpurii,non poſſunt dicta bona paterna capere,nec retinere in cōſcientia per teſtamentum paternum, propter eorum incapacitatem,vt diximus in principio: ſic nec retinere poterunt in Foro animæ, ſi à dictis hęredibus ipſa relinquātur,vel donē tur, propter eamdē incapacitatē. probatur conſequentia. Nā qui non habet teſtamēti factionem paſsiuam,nō poteſt inſtitui hæres.§.In extraneis.Inſtit. de Hæred. qualit. Secundò quia prædictæ leges ſunt ſanctiſſimæ,ac Reipub.maximè vtiles ad impediendа plura peccata, & crimina enormia, vt palam eſt;nec fundantur in præſumptione; ſed ſuper certo,& veritate. ergo obligant in conſcientia, iuxta gloſſam celebrē, & receptam in capit. Quæ in Eccleſiarum. de Conſtitut. Bald. in l. final. col. 5. C. de Iur. & fact. ignorant. Couar. in 4. 2. parte cap.7.num. 9. Soto. lib.1.de Iuſt. quæſt.6. artic.4.

5 Nec obſtat quòd ſint pœnales. nam gloſſa illa in dicto capite Fraternitatis. 12. quæſt.2.procedit in pœnis priuatoriis: ſecùs in prohibitoriis; vt docet Rodrig. in Summa verbo Simonia.cap.56.concluſ.6. §.9. Aliud enim eſt legem priuare aliquem dominio, & poſſeſsione rei, quam habet; quod requirit Iudicis actum:& aliud impedire, & prohibere ne quis fiat dominus; quod nullum Iudicis actum requirit. & ideò in talibus legibus, non expectatur ſententia Iudicis; ſed ſtatim ligant. vt docet Couar. in dict.Regula Peccatum.2.par. §.8.num.6.

6 Præterea gloſſa illa non procedit in pœnis, quibus propter crimen aliquis efficitur indignus,inhabilis, & incapax alicuius rei; quia tales nullum Iudicis actum exigunt. Ita pulchrè Caiet. 2.2. quæſt.62.artic. 3.Couar.in 4. 2.par.cap.6.§.8. numero 10. in fine verſ. Nonò. Rojas dicto cap. 20. num.150.vbi etiam addit,prædictas leges ſuprà relatas non ſolùm eſſe pœnales, ſed etiam impeditiuas tranſlationis dominii: quod eſt dicere, eſſe prohibitorias, prout ſuprà diximus. & ideò ſtatim obligant in conſcientia.Per quæ manet reſponſum ad primum fundamentum,contrarium tenentium. In confirmationem prædictorum vide quę habes infrà verbo Pœna. Diffe.20. verſ.Notat tamen Henr. vbi habes eamdē doctrinam. vide etiam verb. Simonia.Diff. 2.& Soto lib.1.de Iuſt.quęſt. 6. art 6. in 4. argumento.

Nec obſtat ſimiliter ſecundum fundamentum,quia licèt teſtamentum,quo quis data fide, ſe obligat reſtituere bona incapaci, ſit mero iure validum quoàd ipſum hæredem; & conſequenter fiat ipſe dominus hęreditatis: non tamen eſt in poteſtate dicti hęredis dare dicta bona incapaci: poteſt namque vigore dicti teſtamenti retinere ipſa bona penes ſe,vel dare cuicumque capaci; non tamen incapaci; quia id à iure eſt prohibitum, vt per dict.§. In extraneis.Inſtit.de Hęred.qual.

7 Nec diſtinctio quam facit Sot. inter filios

Digitized by Google

lios ex adulterio ſuſceptos, & alios inceſtuoſos, & ſacrilegos, iure probatur; ſed eſt ab eo excogitata, immò & cōtra ius ipſum eſt. quia de iure communi, ęqualiter prædicti omnes ſpurii ſunt incapaces quoàd bona paterna, & ab eis excluduntur; vt patet in Auth. Ex cōplexu. C. de Inceſt. nupt. iūcta ibi gloſſa cum ibi notatis per Doctores, & in Auth. Licèt. C. de Natural. liber. & ex aliis iuribus ſuprà citatis. Sotus namque fundat ſuam ſententiam in quibuſdam legibus Regni Caſtellæ, quę nobis nō obſtát, quippe qui loquimur iuxta ius cōmune, & pręfatum Sotum etiam reprehendit Rojas dicto cap. 20. num. 145.

8 Quoàd filios autem Clericorum, maximè præsbyterorum, nulla eſt dubitatio, præcipuè hodie, per Extrauagantem Pii Quinti, de qua ſuprà in Diff. præced. Nam per eam omnino declarantur inhabiles, & incapaces; & annullantur teſtamenta parētum; atq; prohibētur ne vllū dominiū bonorū patris ad eos tranſeat; vt aduertit Hēriq. dicens cōmunem, dicto cap. 20. de Matrimon. §. 5. in gloſſa I. licèt non meminerit dictæ Extrauagantis. Poſſent tamē præfati filii Presbyterorū, ſe cōponere cū Papa, vel eius Subcollectore: & ſic tuta conſcientia poſſent prædicta bona retinere.

9 Circa verò ſucceſsionem matris ſolutæ: licèt filius ſit Sacerdotis, vel Profeſsi: ſi ipſa non habeat legitimam prolē; ſuccedit ſpurius tamquā hæres neceſſarius, perinde ac ſi eſſet filius naturalis: & ſic tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato. ita docet Salyc. per text. ibi in l. 1. C. de Adulte. & in l. Si qua illuſtris. & ibi etiam Alberic. C. Ad Orfician. Ioan. de Platea in princip. Inſtit. eodem tit. Socin. Conſi. 148. vol. 1. Dec. Conſ. 306. Rojas in dicto Epitome Succeſsion. cap. 26. num. 75. quod probat l. 9. Tau & ibidem Gomez, Couar. vbi ſup. nu. 15. Greg. Lop. l. 10. tit. 13. Partit. 6. gloſ. 3. Henriq. dict. cap. 20. §. 5. quāmuis Rojas vbi ſuprà cap. 27. nu. 6. contrarium conetur deducere ex dict. l. 9. Tau. Sed tu tene cum Communi. Cuius ratio eſſe poteſt; quia filii extra matrimonium concepti, matris conditionem ſequuntur; argumento l. Cùm legitimè. ff. de Statu homin. à contrario ſenſu: Si verò mater non ſit ſoluta, ſed cōiugata; licèt non ſit illuſtris, nec legitimam prolē habeat; nullo modo ei ſuccedit; per text. in dict. Authen. Quib. mod. natural. efficiantur ſui. § fin. Collat. 7. gloſſ. in dicta Auth. Ex cōplexu. & in l. Si ſuſpecta. §. de Inofficioſo. ff. de Inoffi. teſtam. Bal. in l. Eam quā. n. 25. C. de Fideicom. Abb. in c. Tanta. n. 13. Qui filii ſint legit. & dicit communem Soc. Cōſ. 188. vol. 1. Alex. Conſ. 174. in fin. vol. 5. Gabr. de Filiis nothis. cap. 43. num. 2. Coua. vbi ſup. num. 15. refert Rojas in dicto cap. 26. num. 18. Quod quidam intelligunt eſſe verum in Foro tantùm exteriori; vt teſtatur Henriq. vbi ſuprà in gloſſa F. Sed non video rationem differentiæ: cùm iura indiſtinctè loquantur tam in bonis patris, quàm matris. Vnde ſicut non poſſunt ſuccedere in bonis paternis in vtroque Foro propter eorum incapacitatem, vt ſuprà probauimus; ſic nec poterunt ſuccedere matribus coniugatis.

SVMMARIVM.

1 *HAERES inſtitutus ab ingrediente Religionem, an ſit dominus bonorum ſtatim facta profeſsione: an verò teneatur expectare mortem naturalem ipſius: vbi ponitur differentia inter vtrumque Forum.*

2 *Monaſterium non ſuccedit monacho in vſufructu bonorum eius, alii relictorum, durante vita ipſius, cùm id exprimit monachus: vel facit donationem eorum inter viuos ante ingreſſum, vel poſt.*

3 *Nec in Maioratu, vel fideicommiſſo, relicto ad conſeruandam familiam, & Caſale. ſecùs ſi ſit inſtitutum pro conſeruandis tantùm bonis: & hoc in Foro exteriori. ſecùs in interiori.*

4 *Profeſsio monachi in Ordine, bonorum incapace, habetur pro morte naturali.*

5 *Nouitio donāte alicui bona ſua, donatione inter viuos: non poteſt monaſterium frui ipſis, durāte vita dicti Nouitii poſteà profeſſi. ſecùs ſi donatio fuiſſet cauſa mortis.*

6 *Hæres inſtitutus in teſtamento monachi,*

ſi præmoriatur, viuente monacho; an tranſmittat bona hæreditaria ad ſuos hæredes: vel remaneant tanquam caduca penes Monaſterium?

7 *Sicut pater, ingrediendo Religionem, non poteſt præiudicare filiis in legitima: ſic nec filius patri.*

DIFFERENTIA DVODECIMA.

1 HAERES inſtitutus à Nouitio, vel à volente ingredi Religionẽ, facta profeſsione per ipſum, poteſt ſtatim cõſequi hęreditatem, & ea frui in Foro conſcientię, ſi monaſteriũ eam non petat. Ratio eſt, quia teſtamẽtum factum à dicto Nouitio, per profeſsionem ab eo factam, fuit confirmatum; vt in Auth. de Monach. §. Illud quoque. Colla. 1. Et ratio rationis eſt, quia per profeſsionem Religioſus habetur pro mortuo, l. Deo nobis. C. de Epiſco. & cler. c. In præſentia. de Proba. & ita tenet Ceuallos, ſic intelligẽdus, in Specul. Commu. opin. contra com. 3. par. quæſt. 806. nu. 20.

In Foro verò iudiciali, ſi Monaſteriũ eſt bonorũ capax, poteſt petere præfata bona, & eis frui, durãte vita monachi: & ſic dictus hæres tenebitur ea reſtituere. Et ratio eſt, quia teſtamẽtum monachi cenſetur factũ in diẽ mortis naturalis: nec cenſetur plenisſimè confirmatũ per mortẽ ciuilem, qualis eſt profeſsio; ſed tantùm per mortem naturalem; & ſic manet eius diſpoſitio, ſeu effectus illius ſuſpenſus, durante vita monachi. argu. text. ſingul. in l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de Iure Fiſci. vbi fideicommiſſum relictum Petro poſt mortem Ioannis, non cedit ante mortem naturalem Ioãnis, etiam ſi ob delictum Ioannis, bona fideicõmiſſo ſubiecta, ab eo ſint confiſcata; & ita ibi notat Bar. idẽ Bar. in Auth. Si qua mulier. n. 9. vbi Pau. nu. 4. & Iaſ. nu. 26. C. de Sacroſ. Eccle. Anto. de Butrio, & Abb. dict. c. In præſentia. n. 58. vbi Feli. n. 55. & Deci. nu. 97. dicit communẽ Areti. in l. Res vxoris. C. de Dona. inter vir. Guillel. Bened. in c. Rainuntius. de Teſta. verb. Mortuo itaq;. el primero, n. 297. & 302. Naua. Cõmẽt. 2. num. 54. Leonar. Laſsius de Iuſt. lib. 2. c. 41. dubita. 1. n. 85. Coua. in c. 2. de Teſta. n. 6. & lib. 1. Variar. c. 21. n. 7. Suar. Allegat. 20. nu. 27. Bal. Conſi. 407. nu. 13. vol. 1. Gutierrez (vbi alios allegat) in c. 1. lib. 2. Cano. quæſt. n. 47. Ceuallos vbi ſup. d. nu. 20. & 23. & q. 193. n. 7. Manti. de Coniect. vlti. volun. lib. 11. tit. 7. n. 4. Molin. lib. 3. de Hiſpa. primog. c. 13. n. 79. & 93. Ant. Gomez. in l. 40. Tau. n. 61. Greg. Lop. in l. 8. tit. 39. verb. de Heredar Partit. 6. Cancer. 1. p. Pract. c. 24. n. 24. vbi loquitur de ſubſtituto, dicens teneri expectare mortem naturalem Religioſi; & ita fuiſſe pronuntiatum in Senatu Principatus Cataloniæ. Facit ad idem opt. text. in l. Sed ſi mors. 13. §. 1. ff. de Donat. inter vir. vbi donatio cauſa mortis facta per maritum vxori, ſi poſteà deportetur, licèt deportatione confirmetur, tamquã ſi mortuus fuiſſet: non tamẽ habet plenisſimam firmitatem, donec mors naturalis ſubſequatur: & ideò interim poteſt eam reuocare. Itaque ad Monaſterium pertinẽt bona monachi, dùm naturaliter non moritur, & ideò poteſt ea petere. Quæ ſi non petat, videtur poſſe ab inſtituto hærede ea retineri in Foro conſcientiæ, ex tacita volũtate Monaſterii. Pro quo facit quod tradit Bart. in dict. l. Sed ſi mors. per text. ibi ff. de Donat. inter vir. & in l. 1. ff. de Teſta. & in Auth. Si qua mulier. C. de Sacroſan. Eccl. in dict. Auth. Ingreſsi. n. 17. C. eod. quòd Religioſus factus Epiſcopus poteſt reuocare teſtamẽtum prius factum. quod eſt ſignum, ſuſpenſum eſſe effectum eius vſq; ad mortem naturalem teſtatoris facti monachi. aliàs non poſſet reuocare, ſi per mortẽ ciuilem, ſeu profeſsionẽ fuiſſet omnino confirmatum, ſicut per mortẽ naturalem.

2 Si tamen Nouitius in teſtamento dicat, ſe velle ſtatim bona ad hæredẽ pleno iure deuenire, non expectata ſua morte naturali: tunc extra dubium eſt pertinere ad hæredẽ nõſolùm proprietatem, ſed etiam fructus, & cõmoditatem illorum, ſtatim facta profeſsione. arg. l. In conditionibus. ff. de Cõdi. & demõſt. & Auth. de Nuptiis. §. Diſponat teſtator. colla. 4. & docet Gutierr. vbi ſup. n. 48. & Ceuallos. dict. quæſt. 806. num. 21. Idem

3 Idem dic cùm Nouitius poſsidebat Maioratum, vel fideicõmiſſum quod fuerat inſtitutum, & fundatum pro conſeruanda familia ſeu Caſali fundatoris, & obligat ad deferendum nomen ſuum, & arma. Hoc enim in caſu tacitè cenſetur excludere monaſterium, etiam durante vita ipſius monachi; cùm per profeſsionem eius, ſupprimatur memoria fundatoris, & aboleatur; nec nomen, nec arma ipſius, & familiæ eius appareant; nec etiam ornatus, & pompa Mundialis, quibus ſolita erat conſeruari, vllo modo ſplendeant; ſed omnia ſint abolita. Quare meritò in iſto etiam caſu non poterit monaſterium frui dicto Maioratu, ſeu fideicommiſſo, etiam durante vita monachi; vt poſt plures tradit Cancer. vbi ſup. & Ceuallos dict. quæſt. 193. in fin. Et hoc in Foro iudiciali. ſecùs in conſcientia, per not. verb. Teſtamentum. Diff. 10.

Secùs tamen eſſet ſi vinculum ſeu fideicommiſſum ſolummodò fuit inſtitutum pro conſeruandis bonis, & vt poſsiderentur à primogenitis, ſeruato ordine primogenituræ; vt optimè docet idem Cancer loco ſuperiùs citato. Hoc enim in caſu monaſterium frueretur dicto fideicommiſſo pro vita ipſius monachi.

Quæ omnia intellige procedere in monaſteriis bonorum capacibus, quæ hæreditant bona ſuorum Nouitiorum, cùm ab eis inſtituuntur hęredes; vel fruuntur eorum bonis, durante illorum vita, ſi extranei inſtituantur hæredes. Si verò monaſte-
4 rium non eſt bonorum capax: tunc profeſsio monachi habetur pro morte naturali; & ſic eius bona ſtatim pertinent ad hæredem inſtitutum. Ita Bar. & DD. in l. 1. ff. de Teſta. Abb. dict. cap. In præſentia. nu. 50. Feli. nu. 54. Beroi. nu. 400. Coſta in cap. Si pater. verb. Teſtatore mortuo. nu. 6. Iul. Clar. §. Teſtamentum. quæſt. 28. Molin. lib. 2. de Hiſpar. primog. cap. 9. nu. 39. Et probat text. in Clem. Exiuit de paradiſo. de Verbo. ſign. & docet Ceuallos, dict. quæſt. 806. nu. 2. 11. & 20.

5 Eſt etiam alius caſus, in quo monaſteriũ bonorum capax non poteſt frui bonis ſuorum filiorum, etiam durante illorum vita; quando ſcilicet volens ingredi Religionẽ, vel etiam Nouitius (ſeruata tamen forma per Conci. Trid. tradita Seſsione 25. cap. 16.) facit donationem ſuorum bonorum inter viuos, vel renunciationem eorum in fauorem alicuius. Nam cùm in ea conſtet de voluntate ipſius, voluiſſe nimirum, vt ſtatim bona ad donatarium pertineant: nõ eſt in poteſtate monaſterii ea penes ſe retinere, per notata ſuperiùs nu. 2. & docet Quintilia. Mandoſ. Conſ. 22. nu. 8. & Ceuallos. dict. quæſt. 806. nu 13. Si verò donatio fuiſſet cauſa mortis: tunc in ea idem ſeruandum eſſet, quod in teſtamento diximus, cùm donatio cauſa mortis, vires non habeat, niſi poſt mortem naturalem, vt toto tit. de Donat. cauſa mort. & tradit Bal. in l. Hac conſultiſsima. C. Qui teſtam. fac. poſ. Coua. in Rub. de Teſtam. 3. parte nu. 1. Anto. Gom. 2. tom. Var. reſol. c. 4. nu. 16. Ceuallos vbi ſup. quæſt. 695. nu. 2.

6 Ex dictis ſupra in principio colligitur reſolutio ad quæſtionem illam, de qua per Palac. Ruui. in l. 6. Tau. & per Gutier. ſup. nu. 48. qui eam in reſolutam reliquerunt, quia lis ſuper ea pendebat; videlicet an ſi hæres inſtitutus in teſtamento monachi præmoriatur, viuente monacho, tranſmittat hæreditatem ad ſuos hęredes, vel remaneat caduca penes monaſteriũ? In qua quæſtione dicendum videtur dictam hæreditatẽ tranſmittere hæredẽ ad ſuos hæredes; & nullo modo fieri caducam. Et ratio eſt, quia (vt ſupra diximus) per profeſsionem monachi, confirmatur eius teſtamentum, & acquiritur hæreditas hæredi inſtituto; & ſic poteſt eam adire, & retinere, donec per monaſterium ab eo repetatur pro conſequendo illius vſu fructu, durante vita monachi, per text. in l. Cùm hæredes. ff. de Acqui. poſ. & l. A Titio. ff. de Furtis. Et conſequenter eam ad ſuos tranſmittet. Et ita in terminis tenet Ceuallos, dict. quæſt. 806. nu. 23. & 27. vbi dicto nu. 23. dicit numquam hæreditatem poſſe dici caducam, poſtquam fuit acquiſita aut morte naturali, aut profeſsione; niſi quando nullum ius fuit quæſitum hæredi, viuente teſtatore, vt conſtat ex toto tit. C. de Cadu. tol. Vnde cùm hæreditas relicta à monacho, hæredi inſtituto, acquiratur eidem ſtatim facta profeſsione; & ſolùm ſpectet ad monaſterium reſpectu vſusfructus,

Digitized by Google

ctus, & commoditatis illius, & non reſpectu dominii; cùm non ſit hæres inſtitutum: meritò tranſibit ad ſuos hæredes, excluſo monaſterio; licèt ſit præmortuus viuente monacho: & ſic non poterit dicta hereditas remanere perpetuò penes monaſteriū tamquam caduca.

Contrariam tamen opinionem tenent communiter Doctores. Nam eam tenet Bart. in dict. Auth. Si qua mulier. nu. 10. C. de Sacroſ. Eccl. Abb. dict. cap. In præſentia. nu. 58. & 59. & ibi Feli. num. 55. Et eam dicit communem Suarez dict. Allegatione 20. nu. 17. Videlicet in hoc caſu bona pertinere ad monaſterium iure caduci, per tex. dict. l. Statius Florus. §. Cornelio. de iure Fiſci. Vbi text. inquit, ideò fideicommiſſum relictum in diem mortis hæredis, non cedere ante diem mortis naturalis, etiam ſi bona ſint ob delictum hæredis confiſcata; quia poteſt ipſe fideicommiſſarius priùs mori. Innuēs ex hoc, quòd caſu quo præmoriatur fideicommiſſarius: non ad ipſius fideicommiſſarii hæredes; ſed ad hæredem grauatum, & eius hæredes bona pertinebunt. Cùm ergo bona monachi, relicta hæredi, videantur relicta in diē mortis naturalis, vt tenet communis ſupra poſt principium relata, & Specula. in tit. de Monach. nu. 56. lib. 4. & Suarez loco ſup. citato: videtur iure caduci præfata bona ad monaſterium pertinere, ſi hæres, viuente monacho, moriatur. Sequitur Anto. Gom. dict. l. 40. Tau. n. 61. col. 6. & Grego. Lop. in l. 6. tit. 11. Partit. 6. in verb. *Que no la pueda enagenar.*

Quid tenendum? Certè ardua eſt res, & difficilis. Ego verò in hac quæſtione notabili, opinionem Ceuallos tenerem, intellectam tamen, vt ſupra nu. 1. videlicet quòd ſi hæres bona monachi poſſideat, & illa ab eo monaſterium non petierit: tunc ſi præmoriatur, tranſmittet ea ad ſuos hæredes, per rationem, de qua ſup. dict. n. 1. Si verò ea non poſsideat, ſed monaſteriū: tunc remanebunt penes ipſum perpetuò, excluſis heredibus inſtituti, per dict. §. Cornelio Felici. Quod multò magis procedet, cùm bona nondum fuerint delata ipſi monacho; vt ſi ingrediatur monaſterium viuentibus parentibus: tunc enim ſi inſtituat hæredem, ſiue parentes, ſiue extraneum in legitima ſibi debita in bonis eorumdem parentum: profectò ſi heres præmoriatur antequam legitima perueniat ad monachum, ſeu ad dictum eius hæredem; non eam tranſmittet ad ſuos hæredes; cùm viuente monacho, & parentibus ipſius, nullum ius ſit quæſitum hæredi in dicta legitima. Et ideò iſto in caſu dicta bona ad monaſterium ſpectabunt, tamquam hæredem legitimum ab inteſtato dicti monachi: per dict. Auth. de Mona. §. Illud quoq;. col. 1.

7 Vt autem nihil intactum remaneat, aduerte ad vnum valdè notandum quòd ſi monaſterium capiat legitimam patris vel matris præfati monachi, & ipſe monachus præmoriatur, ſuperſtite parente: tunc pater vel mater ſuper viuens conſequetur ſuam legitimam ex illis bonis, in quibus monaſteriū ſucceſſerat, loco dicti monachi. Nā quemadmodum pater, qui Religionem profitetur, non poteſt filiis ſuis in legitima præiudicare: ita nec filius ipſis parentibus. Pro qua opinione eſt l. 6. Tau. poſt text. cum gl. verb. Liberos. In Auth. Si qua mulier. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Et ita latè tradit Alua. Valaſ. Conſult. 24. nu. 5. Caſtillo. de Vſufruct. lib. 1. cap. 65. nu. 2. vbi hanc dicit eſſe communiorem, & veriorem opinionem; quos refert, & ſequitur Ceuallos ſup. dict. queſt. 806. à nu. 36. Quidquid in contrarium teneat dominus meus Rojas in Epitho. Succeſ. ab inteſt. cap. 29. nu. 40. & Azebedo in l. 1. tit. 8. nu. 47. lib. 5. Recopil.

SVMMARIVM.

1 HAERES *an teneatur priùs ſoluere legata; quàm ab eo impenſa.*

DIFFERENTIA DECIMA TERTIA.

1 HAERES in Foro exteriori tenetur priùs ſoluere legata per teſtatorem relicta; quàm debita per ipſummet hæredem contracta: quia bona defuncti ſunt tacitè

citè

Digitized by Google

citè hypothecata pro legatis, & fideicommiſsis. l. 1. C. Commun. de Lega. Ita tradit Silu.verb.Reſtitutio. 6.quæſt.6.

Sed in Foro conſcientiæ cõtrarium tenet Rodrid.verb.Reſtitutio.cap.46.nu.9. poſt Pet. à Naua. lib.4.cap.fin.nu.49.

Sed optarem, vt hoc diſtinctius per præfatos Doctores fuiſſet declaratum: nam ſi loquuntur de debitis priuilegiatis; qualia ſunt, ſumptus funeris, medicorum, pharmacopolæ, tabellionis teſtamentum recipientis, & ſimilium: non eſt dubium, huiuſmodi debita in vtroque Foro eſſe legatis præferenda. Tùm quia ſunt priuilegiata, l. pen. ff. de Religio. & ſump. fun. l. At ſi quis. §. 1. ff. eod. & docet. Silueſt. Reſtitutio 6. quæſt. 5. §. 3. Tùm qnia ſunt debita defuncti, & non per hæredem facta. Et ſic de iſtis non poſſunt intelligi. Si verò loquantur de aliis debitis in aditione hæreditatis factis; pro vt videtur Rodrig. in fin. dict.nu. 9. ſignificare: ſi quidem intereſſet ſolùm ipſius hæredis: non video rationem, quare talia debita præferri debeant legatis. Si autem fuerunt facta ratione denfenſionis ipſorum bonorum; quia ſcilicet, lites ſuper bonis exortę fuerunt, quę ſi non fuiſſent per hæredem defenſæ; præfata bona periclitata fuiſſent: tunc huiuſmodi defenſio, & impenſæ in ipſa factæ, ſpectant ad totam hæreditatem: & ſic ante legata extrahuntur ex acerbo, & corpore hæreditatis. Idem dic in expenſis factis in inuentario bonorum defuncti conficiendo: & in venditione rerum hæreditariatum: & in his etiam debitis per hæredem contractis non poſſunt intelligi præfati Doctores. Quare meritò tenendum eſt contra ipſos; & cum Silueſt.dict.v. Reſtitutio.6.q.6. Et ratio eſt; quia bona defuncti ſunt tacitè hypothecata pro legatis, & fideicommiſsis; per dict. l. 1. Meritò igitur debent prædicta legata ante ferri, & præponi debitis per hæredem contractis, exceptis debitis ſuprà memoratis. Et ſic nulla eſt in hoc differentia inter vtrumque Forum.

DIFFERENTIA DECIMA QVARTA.

RELICTA indignis, in Foro exteriori, applicantur Fiſco, iuxta l. Papinianus. §. Meminiſſe. ff. de Inoffi. teſta. Hinc eſt quòd hæreditas vxori, aliàs conſanguineæ, relicta, quã teſtator ſciẽter in vxorem duxerat; fuit per ſententiam in Supremo Luſitaniæ Senatu, ablata ab ea, tamquam indigna, & Fiſco applicata, & non hæredibus, vt teſtatur Valaſcus Conſultat. 15. per totam. parte 1.

In Foro verò conſcientiæ, relicta indignis nullo modo debentur Fiſco, donec per ſententiam eidem applicẽtur, per not. verb.Pœna. Differentia 20. An autem poſſint interim retineri ab ipſis hæredibus in conſcientia; vide not. ſup. Diff. 11.

SVMMARIVM.

1 *FILIVS naturalis tantùm, ſuccedit matri ſimul cum legitimis, in Foro externo. Secùs in interno.*

DIFFERENTIA DECIMA QVINTA.

1 FILIVS naturalis tantùm, in Foro iudiciali, ſuccedit matri ſimul cum legitimis, l. Si qua illuſtris. C. Ad Orficia. gl. verb. Manzeres. in cap. Niſi cũ pridem. de Renun. ſequitur Hoſt. in cap. Lator. Qui filii ſint legi. Panor. in cap. Tanta. eod. tit. & in cap. Cùm haberet. in fin. de Eo qui duxit in mat.

Sed in Foro conſcientię, ſecùs eſt. per not. per Fortu. Garcia. de Vlti. fine, Illatione 8.nu.88.cum ſeqq. Ratio eſt, quia natis ex matrimonio debetur ſucceſsio iure naturæ: non tamen naturalibus. Vnde dixit Deus (Geneſ.21.) ad Abrahã: *Eiice ancillam, & filium eius. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filiis liberæ.* facit cap. Dicat aliquis. 32. quæſt. 4. vbi D. Ambroſ. eamdem ſententiam probat. Iniquum enim videtur, quòd vterque filius par ſit in ſucceſsione. Præterea ratio ob quam illud de

Iure

Digitized by Google

Iure Cæſareo ſtatutum erat, nulla alia fuit; niſi quia cōcubinatus in eo iure licitus erat: qui cùm iure naturæ ſit prohibitus atque damnatus: merito filius ex eo quæſitus arcendus eſt à ſucceſsione, ſtantibus legitimis.

Vnde ſic videtur intelligenda Ordinatio Luſitana, lib. 4. tit. 92. vbi idem diſponit quoàd ſucceſsionem patris plebei, contra l. Humanitatis. C. de Natural. libe. de qua Ordinatione, an poſsit defendi; agit Gomez. in l. 9. Tau.nu. 16. Gamma. Deciſione 167.col.fin.& Deciſione 317. col. 3. & 4. & alii citati à Valaſ. Conſultatione 151. nu. 9. tom. 2.

Tandem quæ requirantur, vt filius dicatur naturalis, vltra dict.gl.verb. Manzeres. & l. 2. tit. 4. Partit. 4. explicat Rip. in l. Ex facto. §. Si quis rogatus.nu.4. ff. Ad Trebel. Alcia. de Præſumpt. Regula 2. Præſumptione 5. nu. 4. Dominus meus Rojas de Succeſ. ab inteſt.cap.10.nu.4.

HAERESIS.

SVMMARIVM.

1 *VERBVM malè ſonans, vel propoſitionem aliquam aliàs hæreticam, ſi quis dicat per errorem, vel ſimplicitatem; in Foro animæ, non eſt hæreticus.*

2 *In Foro tamen exteriori præſumeretur: & ideò poſſet puniri.*

3 *Dicens aliqua verba aliàs hæretica, non eſt protinus accuſandus Inquiſitoribus: ſed poteſt is, qui ea audit, interrogare illa proferentem; qualiter ea intelligat.*

4 *Edicta Fidei qualiter intelligantur; vbi ponuntur multi caſus, in quibus quis non tenetur denunciare reos dominis Inquiſitoribus.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 QVI ob ſimplicitatem, vel ignorantiam, etiam craſſam, credit aliquid, quòd eſt hæreſis; paratus tamen corrigi; non eſt excommunicatus in Foro animæ, ſecundùm Nauar. in Man. prælud. 1. num. 10. & cap. 11. num. 17. in fine. Rodrig. verb. Heregia. cap. 130. num. 2. & probatur per illud dictum Aug. Errare poſſum; hæreticus autem eſſe non poſſum, & eſt text. expreſſus, in cap. Hæc eſt fides. 24. quæſt. 1. Et ideò talis poterit abſolui à ſuo Parocho, cùm non ſit hæreticus; per dicta in ſequenti differentia. Et multo magis per Bullam Cruciatæ.

2 In Foro tamen exteriori præſumetur hæreticus.
3 Antequàm verò tales denuncientur dominis Inquiſitoribus poſſunt interrogari, quomodo credāt illud, quod aſſeuerarūt. Et ſi corrigant ſe, non tenemur eos denūciare. Ita vidi obſeruari à quodam celebri viro cum quodam ſcholari ſatis intelligente circa quædam verba ab eo audita. Quod eſt valdè notādum. Non enim ſtatim, quocumque verbo audito, licet ſuſpecto, & aliàs condemnato, debemus indiſtinctè quemuis accuſare, vel denunciare coram Inquiſitoribus. Nam, ſi talis eſt notoriè optimus Chriſtianus; ſi aliquid dicat male ſonans, vel aliàs reprobum; magis credendum eſt id dixiſſe per errorem, vel ignorantiam, vel ſimplicitatem; quàm animo obſtinato, & pertinaci. Et ideò conſultè, & ſanctiſsimè faciet; ſi ante denunciationem, ipſum interroget; qualiter verba prolata intelligat. Secùs crederem, ſi eſt deſcendens ex Iudaiſmo, vel eſt prauæ vitæ; quia contra tales eſt mala præſumptio: & ideo ſunt ſtatim denunciandi.

Et quia meminimus de denunciationibus Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis faciendis, vel non faciendis, erit vtile id copioſius pertractare.

4 Sit ergo regula. Quilibet ſciens aliqua de iis, quæ in edictis Fidei continentur, tenetur

Digitized by Google

netur reuelare, & indicare dominis Inquiſitoribus ſub pœna peccati mortalis, & aliis pœnis, de quibus ibi. Hanc regulam tradit dominus meus Ioan. à Rojas in Singularibus fidei, Sing. 5. à nu. 14. vbi ponit 8. ampliationes, & tres limitationes.

Verùm obſerua ſub hac regula non includi ipſummet delinquentem, vt quidam perperàm aliquando intellexerunt. Ratio eſt, quia nemo tenetur ſe ipſum prodere, iuxta regulam. B. Grego. *Non dico, vt te prodas.* De qua in cap. Quis aliquando. de Pœnit. diſt. 1. docet D.Tho. 2.2. quæſt. 69. articulo 2. & Soto lib. 5. de Iuſti. quæſt. 6. art. 1. & 2. & in ſpecie Rojas ſup. nu. 35. Pro quo facit nullum teneri detegere ſuã turpitudinem l. Aliàs. ff. de Iureiu. Quod eſſe communiter receptum tradit Deci. in l. fin. nu. 6. C. de Edendo. & Iuli. Clar. §. fin. quæſt. 45. verſ. Sed quæro. Et intellige nõ teneri reum ſe ipſum prodere, quando nec indiciatus eſt, nec infamatus, nec contra eum eſt ſemi plena probatio, vt per DD. ſup. & Bernard. de Areualo in ſuo aureo tracta. de Correct. frater. fol. 194. in fine. cum ſeq. Padilla l. Tranſigere. nu. 5. C. de Tranſact. aliàs tenetur ſe prodere, & confiteri delictum ſub pœna peccati mortalis. vt per Nauar. cap. 12. num. 8. & Maran. de Ordi. Iudi. 6. parte. in 7. membro Iudicii. nu. 9. Bal. in l. 2. §. Quod obſeruari. num. 23. verſ. Concludo ergo. C. de Iuram. calum. D.Tho. optimè 2.2. quæſt. 69. artic. 1. Inno. & Communem, in cap. 2. de Confeſ.

Fallit primò prædicta regula; quando errans circa fidem eſt idiota, & ſimplex; ita vt magis credendum ſit errare ex ignorantia veritatis, aut determinationis Eccleſiæ: quàm ex malitia, & pertinacia. quia talis non eſt hæreticus in Foro conſcientiæ, ſecundùm Nauar. in Man. dicto prælud. 1. nu. 10. & Rodrig. loco ſup. citato. Vnde circa hos ſeruanda eſt regula, quam doctiſſimus Fr. Petrus de Salamanca Ordinis Prædicatorum obſeruandam dicebat. Aiebat enim, ſi quis dicebat aliquid apparens hæreticum, non teneri me ſtatim de ipſo denunciare dominis Inquiſitoribus: ſed ſufficere ab ipſo percõtari, quomodo verbum illud intelligebat: & ſi eũ pœnitebat verbi malè, vel erroneè prolati, ſatis eſſe. & ſic videtur aliquo modo deobligatus ad eũ denunciãdũ. Idem docet Bernar. de Areualo. vbi ſup. fol. 188. col. 2. Quod tamen limitandum puto (vt ſuprà etiam annotaui) dummodò errans circa fidem non ſit de genere Hebręorum, vel apertè deprauatæ vitæ. Nam ſecundùm Aug. hæreſis prouenit in pœnam peccati.

Secundò fallit quando per Sacramentũ Pęnitentię patet quem non eſſe corde, ſed tantùm ore hæreticum; vt in exemplis adductis per Naua. ſic intelligendum, cap. 11. nu. 24. §. 3. quem ſequitur Viualdus in ſuo Candela. aure. tit. de Abſolutione. nu. 11. & Pet. Aragon. 2. 2. quæſt. 11. nu. 3. pag. 344. Obſerua tamen in hoc caſu vnũ mente retinendum, videlicet ſi quis adeat Confeſſarium, & confiteatur ſe aliquid dixiſſe, vel feciſſe exterius ſapiens hæreſim: non tamen ex corde, ſed ficté ob timorẽ, vel aliam cauſam. (vt ſæpe accidit in Anglia, & Francia) tunc Confeſſarius tenetur ei credere, per not. verb. Pœnitentia. Differentia 5. aliàs inferret iniuriam pœnitenti. Et cùm talis non ſit verè hæreticus, poterit ab eo abſolui, iuxta præfatos, & Communem.

Tertiò fallit in eo, qui ſcit aliqua ex cõtentis in edicto, quæ non ſpectant ad fidẽ ſed ea habent domini Inquiſitores ex cõmiſsione ſpeciali Papę, in quibus eſt locus præuẽtioni, & poteſt quis adire Ordinariũ Eccleſiaſticũ, vel ſecularẽ; vt eſt peccatum Sodomiæ ſeu nefandum, vſuræ, laruarum ſeu maleficarum, & ſimilium. Nam tunc ſufficit vt indicem, & detegam alicui ex dictis Iudicibus; dummodò ſtatim poſt publicationem edicti id faciam. aliàs præceptum edicti obligat me ad reuelandum, cũ præuenta ſit Inquiſitorum iuriſdictio, ſaltem, quoàd obligandum ad denunciationem. Verumtamen cum æquè ſint alii Iudices dictorum caſuum, videtur ſufficere vni ex illis manifeſtare, ſaltem in Foro cõſcientiæ; non obſtante dicta præuentione Inquiſitorum.

Quartò fallit in eo, qui aliqua audiuit, ſeu vidit, quæ ſapiunt hæreſim, vel ſunt ſuſpecta: ſed non benè recordatur de verbis, ſeu factis. Nam nemo denunciandus eſt, niſi de certo, & indubitato crimine. Commu-

nem

Digitized by Google

hem dicit Areualo vbi ſup. fol. 189. col. 1. & f. 190. quod habui in facti contingẽtia. Nã quidã dixerat cuidã amico ſuo quædã quæ fecerat in certo caſu; quæ poſteà amicus exiſtimauit eſſe, vel cum pacto dæmonis, vel ſaltem ſuſpecta de hæreſi. Sed quia non potuit benè recordari de iis, quæ ille dixerat; numquã eũ denũciauit: quia neſciebat quid certi dicere poſſet. Faciunt not. per Nau. cap. 25. nu. 46. §. 2. & 3.

Quintò fallit in his in quibus edictum ſe fundat in præſumptione: vt in chiromãticis, nigromanticis, & aliis qui ex inſpectione rimularum vel linearũ manuũ, aliqua prędicũt: ſi aliàs ego certò ſcio nõ habere tales pactum vllum cum dęmone. Nã Motus proprius Xyſti. V. circa hoc editus, fundat ſe in hoc pacto. In dubio autem tenetur quis eos denunciare.

Sextò fallit cùm denunciandus dubitat de Fide inuitus, vel non firmato animo, nec pertinaciter. Licèt enim aliqua ſuſpecta à tali audierim; ſi tamen ipſe non id dicit cũ pertinacia; ſed dubitans inuoluntariè; non teneor ipſum denunciare, ſecundùm Rojas Sing. 56. ad fin. incip. Errans in delictis. Idẽ docet Direct. Inquiſ. 2. parte in cap. Dubius. de Hęret. & Læli. Zechus de Caſib. Epiſco. reſeru. Caſu 2. Melchior Cano. de Locis Theo. lib. 12. cap. 9. vbi idem dicunt, ſi ſit primus motus dubitationis, ſecundùm Abb. in cap. 1. de Hæret. Idem ſi ſit ſcrupulus, cui tamen non conſentiatur: cum id ſit potiùs pœna, quàm culpa. Immò reſiſtẽs huiuſmodi motibus, meretur premium, ſecundùm Anto. & Ioan. And. dict. cap. 1. & alios ſup. citatos.

Septimò fallit in filio cõtra patrem; maximè ſi pater non inducebat filium ad hæreſim. Ita Rojas Sing. 12. à nu. 2. Et ita intellige eumdem, Sing. 5. nu. 29. Idem videtur dicendum de vxore, marito, & fratre. Sed contrarium in his tenet Rojas dict. Sing. 5. nu. 30. Quod veriùs credo, ſaltem quoad fratrẽ, & tenet in terminis Direct. Inquiſ. 2. par. tit. de Præſump. in cap. Literas. §. 14. Comment. 15. Vide Lęlium ſup. in dict. caſu 2. vbi dicit quòd etiam ſi pater, vel frater ſit, qui dictũ crimen commiſerit, tenetur filius, vel frater ipſos denunciare. & ſic tenet contra Rojas.

Octauò fallit in Confeſſario Rojas dict. Sing. 5. nu. 36. cum ſequentib. de quo non eſt dubium.

Nonò fallit in ſimplicioribus, & ruſticis: quibus tutum eſt, vt adeant Confeſſarium doctum, cui exponant omnem conſcientiam ſuam; teſte Fr. Bern. Areua. vbi ſup. fol. 188. in fin. qui eſt ſic intelligendus.

Decimò fallit in conſultore, à quo quis petit conſilium pro anima ſua; Cenedo 2. parte Collect. 101. nu. 6. pag. 256. maximè ſi id faciat in Sacramento Pœnitentiæ, vt ſup. dictum eſt.

Deniq; vide alios caſus per Rojas d. Sing. 5. n. 18. & 32. & Sing. 107. num. 5. & Sing. 200. num. 1. & 3. & à Naua. cap. 25. nu. 46.

SVMMARIVM.

1 *FIDEM negans ore tantùm, ſed non corde: non eſt hæreticus quoàd Deum. Et ideò poteſt abſolui à Parocho.*

2 *In Foro tamen exteriori punietur, vt hæreticus.*

3 *Et debet vitare communionem Fidelium.*

4 *Et tenemur eũ accuſare apud Inquiſitores.*

5 *Nec licet pro eo orare.*

6 *Nec ſacrificium Miſſæ pro eo offerre.*

7 *Et priuatur ſuffragiis Eccleſiæ.*

8 *Excommunicatus quoàd Eccleſiam tantũ præſumptiuè, & citra culpam; non incurrit pœnas excõmunicationis. Secùs ſi cum culpa.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 FIDEM negans exterius; interius tamen ſeruans (vt faciunt quàmplurimi Chriſtiani inter Turcas, & hæreticos, ob vitandam mortem, vel immenſos labores, & ęrumnas ſeruitutis) non eſt in Foro animæ excommunicatus: & ideò in tali Foro non indiget abſolutione ab excõmunicatione; & poteſt à ſuo

ſuo Parocho à prædictis peccatis abſolui; vbi Epiſcopi non habent prædictum peccatum reſeruatum: & ſi eſt reſeruatum, poterit per Bullam Cruciatæ abſolui. Ita tradit Pet.ab Arag.2.2.quæſt.11.artic.3.pag.344. Nauar.in Man.cap.11.num.25. Candelab. Aur.tit.de Abſolutione.num.11.

2 In Foro tamen exteriori iudicabitur ex-
communicatus, ſecundùm Naua.& Arago.
3 ſuprà. Et ideò debet cauere à cõmunione
Fidelium in publico; dum non facit ſe abſolui.

4 Et tenemur eum denunciare dominis Inquiſitoribus, ſicut alium verè hæreticum. Neque hoc videatur mirum: cùm aliquãdo quis ſit ligatus quoàd Deũ, & ſolutus quoad Eccleſiam; & è conuerſo, ligatus quoàd Eccleſiam, & ſolutus apud Deũ, vt probat text.in c.A nobis.2. de Sentent. excommu. Candel.Aur.tit.de Excommunicatione.nu. 9.& 109.& patet in excõmunicato iniuſtè, ſed valida excõmunicatione; vt in c.1. 11. quæſt.3.cum ibi notatis. de quo latè diximus verbo Excommunicatio.Differẽtia 9.

5 Ideòque pro tali excommunicato, etiam
ceſſante ſcandalo, non licet orare, neque
6 offerre ſacrificium Miſſæ pro ipſo; ſecundùm veriorẽ opinionẽ, de qua in prædict. Candel.Aur.loco proximè citato.n.12. vbi
7 n. 13. etiam reſoluit talẽ excommunicatũ quoàd Eccleſiam tantùm, etiam priuari ſuffragiis, & orationibus Eccleſiæ. Quæ ſunt mente tenenda, & valde notãda pro intellectu illorũ verborũ d.c.1.11.q.3. *Sẽtentia* (inquit) *Paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta timẽda eſt.* Meritò quippe timẽda; cùm tales tremendos effectus pariat, & operetur.

8 Sed obſerua diligenter aliud eſſe incurrere excommunicationem quoàd Eccleſiam tantùm citra culpam, & præſumptiuè; vt in d.c.1.quia prædicto in caſu nõ incurrit quis prædictos effectus; vt reſoluimus verb.Excõmunicatio.dict.Dif. 9. ſicut nec qui abſoluitur iudicio, & authoritate Eccleſiæ; vt cùm per Iubileum abſoluitur quoàd Forum interius; vt ſingulariter diximus ſub verbo Abſolutio.Diff.2. At cùm quis eam incurrit culpa ſui, offendendo Eccleſiã; vt in caſu, de quo hic: tunc iure optimo talis excõmunicatus, etiam ſi ſit quoàd Eccleſiã tantùm, vitandus eſt; & orationibus, ac Eccleſiæ ſuffragiis priuandus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi de iure cõmuni ſunt Iudices competentes & Ordinarii in crimine hæreſis in vtroque Foro: ſed hodie per priuilegia cõceſſa Officio ſanctæ Inquiſitionis, ſecùs eſt.*

2 *In Foro verò conſcientiæ, nullam habẽt hodie facultatem abſoluẽdi hæreticũ; nõ obſtãte Concil.Trident.Seſſ.24.cap. 6. de Reform.*

3 *Epiſcopi, & Inquiſitores nõ poſsũt abſoluere hæreticũ in Foro cõſciẽtiæ, & pœnitẽtiali.*

4 *Sublata excõmunicatione per Inquiſitores Fidei, poteſt quilibet Confeſſarius virtute Bullæ, vel aliàs, abſoluere hæreticum reconciliatum.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 EPiſcopi licèt de iure cõmuni ſint iudices ordinarii in vtroque Foro, in crimine hæreſis, c. Ad abolendam. de Hæret.docet Viual.tit.de Abſolutione.n.12.poſt Siman.& Caiet. quos ibi refert, adde Rojas, Sing. 109. adeò vt inter caſus eiſdem Epiſcopis, de iure cõmuni reſeruatos, ponat dict.crimẽ Hoſt.in Sũma §.Cui cõfitẽdũ.verſ.In hoc. & Rip. in tract. de Peſte.c.fin.n.39. Per priuilegia tamen à Sede Apoſtolica Officio ſanctę Inquiſitionis conceſſa, reſtricta eſt Epiſcoporum poteſtas, quoàd d.crimẽ. Nã ſolùm ipſis conceditur cognoſcere de dicto crimine in Tribunali, & domo dicti ſacri Officii, vnà cum Inquiſitorib. vt conſtat ex text.in c.Per hoc. de Hæret. lib. 6. Itaque poteſtas illa ampla quam Epiſcopi de iure communi habebãt, ad cognoſcẽdũ de crimine hęreſis in vtroq; Foro, & in quacumq; parte, & loco ſuarum diœceſum, ſtricta eſt hodie quoàd Forum exterius ad tribunal, & domũ Sancti Officii Inquiſitionis; vbi omnes Epiſcopi, qui ſunt in diſtrictu cuiuſque domus Inquiſitionis, aſsiſtunt per ſe, vel per ſuos Delegatos ad decidendum cauſas Fidei

Digitized by Google

ſuarum diœceſum; vt docent Anton. Genuen. in Praxi Curiæ Archiepiſcopi Neapolitani cap.66.& alii citati ab Additionat. Summæ Toleti in vlti. fol. ſine quibus quidem Epiſcopis, ſeu eorum Delegatis non poſſunt dicti Inquiſitores decidere cauſas Fidei ſubditorum præfatorum Epiſcoporum; vt notat Rodrig. in Summa. tit. de Prelados.cap.29.Conclu.4.Et eſt ratio, quia officium Inquiſitorum, cum Ordinariis Epiſcopis, eſt cumulatiuè, & non priuatiuè; vt probat text.dict.cap.Per hoc.quē ad hoc notat Felin. in cap. Excommunicamus.num.43.de Hæret.& Nauar.Conſ.10. num.3.eod.tit.

2 Præterea Epiſcopi non ſolùm in Foro exteriori nequeunt cognoſcere de crimine hæreſis,niſi vt dictum eſt: ſed etiam quoàd Forum interius, & conſcientiæ eſt ſublata ipſis iuriſdictio,& poteſtas abſoluendi hæreticos, per Bullam Cœnæ Domini;vt notat Caiet.verb.Excommunicatio. cap. 1.& Nauar. in Manua.capite 27.numero 273. Itaq; quamuis per Conciliū Trid. Seſsio. 24.cap.6.ſit dictis Epiſcopis reſtituta facultas cognoſcendi, & abſoluendi de dicto crimine hęreſis in Foro conſcientię.Poſteà tamen per eādem Bullam Cœnę Domini ablata eſt eis dicta facultas, per verba illa Bullę ſuperaddita poſt Cōciliū,ſcilicet, *Seu à cuiuſuis Concilii generalis Canonibus.* per quæ manet derogatū dict.c.6.Cōcilii Trid. quoàd poteſtatem datā ibi Epiſcopis abſoluendi à crimine hęreſis in Foro conſciētię. Licèt enim ſit controuerſum inter DD. ſit nè neceſſaria derogatio, & mētio ſpecialis ad derogādū Cōcilio:& multi graues DD. teneant affirmatiuā,& ſic nō ſufficere clauſulam, *Non obſtantibus*, & hanc eſſe communē opinionē teſtatur Feli.in c. Nonnulli.in prin.n.2.&.3.& Meneſi.in l. Vniuerſi. ff.de Diuerſ.reſcrip.vbi dicit ꝙ totus Mundus ſequitur iſtam ſententiā.cui fauet dict. c. Nōnulli.in prin.& c.Ex parte.de Capel. monach.Sed verius eſt non eſſe neceſſariā ſpecialem derogationem, ſed ſufficere generalem per clauſulam,*Non obſtantibus*, vt affirmat Inno.& Abb.dict.c.Ex parte.idem Abb.d.c. Nonnulli.n.10.& in c.1.n.14. de Reſcript.Henri.de Indulg.c.26.§.3.in fi.Et ita ſeruatur in practica, & ita etiā decreuit Pius 5.per ſpecialem Bullā Motus proprii, in qua declarauit, ꝙ ad derogandum Concilio Trid. ſufficiebat derogatio generalis per clauſulam *Non obſtantib.* Nec obſtat d. c. Non nulli.& d.c.Ex parte, quia ſunt ſpecialia,ſecūdùm Acoſtā in lectura d. c.1.de Reſcript.Itaq; hodie nullus præter Papam extra articulū mortis, poteſt abſoluere hæreticum,etiā in Foro conſcientiæ. Et quòd ſit derogatum per Bullam Cœnę dicto c. 6. Cōcilii.Trid.in ſpecie declararūt Pius 5. & Grego.13.teſte Naua.d.c.27.nu.273. & ſępiùs ita fuiſſe pronūciatū Romę in almo Sacroſanctæ Inquiſitionis Prætorio, teſtatur Directo.Inquiſ. Idem etiam declararūt Illuſtriſsimi Card. Congreg. Concil. Trid. per hæc verba, *Epiſcopus, neque Inquiſitor abſoluere poſſunt hominem hæreticum in Foro conſcientiæ; licèt hæc facultas à Concilio Trid. tradita ſit Epiſcopis.* & docēt Nauar. Conſi.43.n.3.de Sent.excō.Maiol.de Irregul.pag.487.& Suar.tom.4. Diſp. 30. ſect. 2.n.10.Azor,& alii citati ab Additio.Sūmę Tole.lib.4.c.4.& in fol.vlt. quicquid in cōtrarium tenuerint aliqui ex recētioribus; vt Naua.(ſibi cōtrarius)d.c.27.n.273.& Cōſ. 15. n.1.de Sent. excom. Cordub. quæſt.8. Pet.ab Aragō 2.2.quæſt.11.art.3.pag.343. & Rodriig.verb.Heregia.c.131.§.3.Viual. in Cādel.Aur.tit.de Abſolutione.n.13.Hēriq.de Pœnit.c.4.n.7.poſt Gutie.in Quæſt. Canonic.& alios per eū citatos,& Rodrig. in Quæſt. Regular.lib.1.quæſt.20.artic.10.

Ex hactenus dictis conſtat,Epiſcopos in Foro conſcientiæ nō poſſe hodie abſoluere quemquā hæreticū. In Foro verò exteriori poſſe,vnà cū Inquiſitoribus in Tribunalibus dicti Sancti Officii.

3 Conſtat etiā, dominos Inquiſitores Fidei poſſe cognoſcere de crimine hæreſis,& abſoluere hæreticos à cenſura, & excommunicatione,ob dictū crimen incurſa, in Foro exteriori: non tamen poſſe abſoluere eos à peccato hæreſis in Foro pœnitentiali: quia tantū ſunt Iudices quoàd Forū contentioſum.Et hinc eſt, ꝙ plures ex ipſis non ſunt Sacerdotes;ſed tantū Clerici primæ tōſurę.

4 Denique obſeruandum eſt,quòd poſtquā præfati domini Inquiſitores abiurare faciūt hæreticos, & eos abſoluūt ab excommunicatione quoàd Forum exterius;tunc poteſt

quilibet

Digitized by Google

quilibet Confeſſarius, virtute Bullæ Cruciatæ, vel aliàs, eos abſoluere à peccato hæreſis: quia ſublata cenſura, non remanet dictum crimen reſeruatum. nullum quippe peccatum eſt Papæ reſeruatum, niſi ratione cenſuræ; qua ſublata, remanet peccatum non reſeruatum; vt eſt communis opinio omnium Doctorum, & notat Rodrig. dict. lib. 1. Quæſtionum regul. quæſtione 20. art. 10. in fine.

DIFFERENTIA QVARTA.

DEVOVENS animam ſuam diabolo, & Fidē Chriſti ſolo verbo abiurans; ac ſanctiſsimæ Matris eius virginitatem negans, vt virgine quadam potiatur: iſte talis ſi non addidit prædictis errorem intellectus; non eſt hæreticus in Foro interiori, & conſequenter nec incidit in excommunicationē Bullæ Cœnæ Domini, per dicta ſup. Dif. 1. In Foro tamē exteriori tamquam idololatra, hæreticus, & blaſphemus punietur; vt in Terminis docet Paul. Comitol. libro 4. Reſponſ. moralium, quæſtione 51. numero. 1.

SVMMARIVM.

1 *HAERETICVS, quoàd Forum interiùs, non poteſt à ſuo Epiſcopo, ſed à ſolo Papa abſolui: non obſtante Concilio Triden. excepto caſu articuli, vel periculi mortis.*

2 *Quoàd Forum verò exteriùs, à ſolo Papa, vel Inquiſitoribus Fidei poteſt abſolui.*

3 *Hæreticus abſolutus in Foro conſcientiæ in articulo mortis; ſi ſanus fiat, an teneatur ſe præſentare Inquiſitorib.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 HAERETICVS, licèt per Cōcilium Tridē. Seſsione 24. cap. 6. poterat, quoàd Forum interiùs, à ſuo Epiſcopo abſolui; vel ab alio Confeſſario, de eius licentia, & commiſſione, ſecundùm Naua. Conſi. 1. de Conſtitu. n. 88. cum ſeq. & Conſ. 15. nū. 3. de Sent. excom. & Cordub. Caſu 8. Pet. ab Aragon 2. 2. quæſt. 11 art. 3. Viual. in Candelab. Aur. tit. de Abſolutione. numero 12. & 13. Henriq. lib. 3. de Pœnit. cap. 4. numero 7. Gutier. in Quæſtio. Canonic. & alios neotericos, quos refert, & ſequitur Rodriguez tomo 1. Quæſtio. Regularium. quæſt. 20. artic. 10. pag. 181. & in Summa 2. par. capit. 29. num. 4. per Bullam tamen Cænæ eſt dicto Canoni derogatum, vt declararūt Grego. Papa. 13. & Pius 5. teſte Naua. cap. 27. nu. 273. & Maiol. de Irregula. pag. 437. & Suar. 4. tom. Diſp. 30. ſectio. 2. à nu. 10. Declarauit etiam Congreg. Illuſtriſsimorū Card. Concil. Trident. & ita eſt tenendum, quicquid in cōtrarium tenuerint præcitati, & aliqui alii recentiores.

In vno verò caſu poterit à quocumque Sacerdote abſolui; cùm ſcilicet præfatus hæreticus fuerit conſtitutus in aliquo periculo, vel articulo mortis, per notata verbo Excommunicatio. Differentia 23. quia tūc nulla eſt reſeruatio; & tradit Azor 1. tom. lib. 8. cap. 19. quæſt. 5.

2 Quoàd Forum tamen exterius à nullo poteſt abſolui, niſi à Papa, vel ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, vt cōſtat ex dictis ſuprà Differentia 3.

Eſt tamen pulchrum dubium, an ſcilicet cum hęretico abſoluto in articulo, vel periculo mortis, ſit ſeruanda diſpoſitio capitis Eos qui. 22. de Senten. excommunic. lib. 6. quatenus obligat taliter abſolutos, vt ſe præſentent coram Superioribus, ceſſante articulo, vel periculo, vt diximus verbo Abſolutio. Differentia 9. In hoc dubio diſtinguendum eſt, Aut hæreticus eſt occultus, aut non; ſed accuſatus, ſeu denunciatus apud Officium ſanctæ Inquiſitionis, & tamquam hæreticus condemnatus. Primo in caſu, nō tenetur ſe præſentare, per nota. verb. Abſolutio. Dif. 4. In ſecūdo verò caſu, videtur ꝙ ſic. Sed cōtrariū eſt tenendū. Nā

cùm tales propter eorũ abſentiã, & contumaciã in nõ cõparendo, ſoleant condẽnari ad mortem igne adhibitam.& ita eorumdẽ ſtatuæ concremantur: durum nimis eſſet obligare eos ad ſe præſentandum, & ſic ad ſubeũdam dictam mortem; quia nemo tenetur facere illud, vnde mors ſequatur, vt poſt D.Tho.tradit Silu. verb. Accuſatio.q.16.& faciunt not.à Caiet.2.2.q.69.art.vlti. ad 8.dubium. & ab Armilla verbo Accuſatio. quæſt.21.facit etiam l.1.ff. de Bonis eorum,vbi dicitur ignoſcendum eſſe ei,qui ſanguinẽ ſuum qualitercumq; redemerit. Adde not.verb.Defenſio.Diff.9. vbi habes licitum eſſe iuſtè condemnato fugere à carcere. Quanto ergo magis erit licitum non ire ad eam, ad mortem vitandam? Durius enim eiicitur, quàm non admittitur hoſpes.

HOMICIDIVM.

SVMMARIVM.

1 *OCCIDERE licet in Foro exteriori pro defenſione rerum temporalium.*

2 *Furem nocturnum vt occidere liceat; quæ requirantur.*

3 *Furem diurnum occidere licet,ſi ſe telo defendat.*

4 *Bona, & res æquiparantur vitæ. adeò vt pecuniam quidam dixerint eſſe animam hominis.*

5 *Magis licet occidere inuaſorem, ſeu violẽtum occupatorem rerum immobiliũ,quàm mobilium.*

6 *Clericis non licet occidere furem.*

7 *Benè tamen licet reſiſtere inuaſori rerum Eccleſiæ.*

8 *Prælatus non ponat ſe inermis cõtra inuaſores rerum Eccleſiæ.*

9 *In Foro conſcientiæ non licet quemquam occidere, pro defenſione rerũ trãſitoriarum; ſi fur comprehendi poteſt.*

10 *De iure Canonico,etiam in Foro exteriori, non licet quemquam occidere pro defenſione tantùm bonorum.ſed cõtrarium reſoluitur.*

11 *Extremè egenti teneor ſubuenire, etiam ſi nolit laborare.*

12 *In terris Eccleſiæ, etiam laici tenentur ſeruare Canones in Foro exteriori.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 PRO defenſione rerum ſuarum licet impunè vnicuique in Foro exteriori, & ciuili aliũ occidere. De hoc eſt gloſ. ordinaria in l.Vt vim.verb. Iure.ff.de Iuſt.& iur.quam ibi notat Iaſ. nu.23. & dicit communiter receptam, nu.25. vbi duobus modis eam ampliat,& totidem limitat.Dicit enim id licere,nedum in continenti, ſed etiam ex interuallo; & etiam ſi res eſſent iniuſtè poſſeſſæ; dummodò res eſſent magni pretii, & aliter eas tueri,& ſaluare non poſſet, niſi occidendo furem, vel inuaſorem. Prædicta concluſio probatur in l. Furem.ff. de Sicar.vbi Bart. & Communis Legiſtarum notat. ad idem l. Itaque. ff. ad l.Aquil.& cap. Si perfodiens. de Homicid.& cap. Olim.in 1. de Reſtitut. Spoliat. Idem probat Bart.per text.ibi in l.1.C. Vnde vi. gloſſa in cap.1.§. Si quis hominem. de Pace tenenda.Couar.in Clement. Si furioſus.3.par.§. vnico,num.6. vbi ad id allegat l.4.tit.De los homizillos.lib. 8.Ordin. tradit Iul.Clar. dicens cõmunem poſt plures à ſe relatos in §. Homicidium. numero 25. & numero 47. vbi diſtinguit inter furem nocturnum, & diurnum; & ponit requiſita in vtroque, vt liceat impunè eos occidere. Vide ad idem primum tomum Commun.opin.pag. 540.col.2. vbi dicitur quòd vt liceat furem occidere nocturnum, requiritur primò vt fiat pro defenſione corporis, vel rerũ. Secũdò, quòd occidẽs prius

Digitized by Google

prius clamet. Intellige ſi eſt in loco, vbi vociferando poteſt ſubueniri. aliàs ſecùs, arg. eorum quæ notat Rodrig. verb. Homicidio. cap. 136. nu. 15. in fi. Tertiò, quòd eum non cognouerit, neque habeat teſtes, qui potuerint eũ cognoſcere, vel cõtra eũ deponere. Quartò, quòd eum non potuerit capere. Et hanc eſſe communem teſtatur Belencus in repet. l. Capitalium. §. Famoſos. num. 164. ff. de Pœnis. & Pract. Iodoci cap. 78. num. 2. Si verò fur fuerit diurnus, licet illum interficere, ſi telo ſe defendat. Cõmunem dicit idem Belen. ibidem, num. 165. & alii relati à Iul. Clar. vbi ſuprà, verſ. vlt.

4 Ratio autem ſupradictę concluſionis eſſe poteſt, videlicet quia bona, & res æquiparantur vitæ; vt tradit gloſſa in l. Aduocati. C. de Aduocat. diuerſ. Iud. communiter approbata, ſecundùm Iul. Clar. ſuprà num. 25. Res enim dicuntur ſecũdus ſanguis hominum; vt poſt dict. gloſſam notat ibi Bal. & in l. Tuis nũmis. C. de Oper. libert. & Iaſ. in dict. l. Vt vim. num. 23. adeò vt Doctores pecuniam, hominis animam dixerint, ſicut colliges ex Gel. Antiq. lect. c. 2. Baeça de Inope debitore. cap. 2. n. 31. Petr. Burſio Deciſ. 3. & aliis relatis à Pet. Cened. Collec. 27. nu. 7. pag. 37. col. 1. Non mirum igitur ſi pro defenſione earum liceat impunè occidere furem, ſeu inuaſorem.

5 Et obiter aduerte magis licere defendere poſſeſſionẽ fundi, vel rerũ aliarũ, etiã occidendo inuaſorem, ſeu violẽtum occupatorem; quàm furem, ſiue nocturnum, ſiue diurnum: nec tot requiſita eſſe neceſſaria in primo caſu, ſicut in ſecundo de fure. Ratio eſt, quia primo in caſu datur violentia, & oppreſsio contra dominum; & communiter adeſt, & interuenit periculũ eius etiã vitæ: quia in reſiſtentia deuenitur ad defenſionem perſonæ, vt ait Fel. in cap. 2. de Homicid. nu. 3. At in fure ſecùs eſt, niſi quãdo rem ablatam, telo defendit; vel aliàs cum armis aggreditur furtum.

6 Hinc eſt quòd quamuis Clericis non liceat occidere furem. c. Suſcepimus. de Homici. gl. 2. in Summa. 23. quæſt. 3. & eſt cõmunis opinio teſte Toleto lib. 1. c. 80. nu. 18. quicquid dicat Rodrig. poſt alios in Sũma verbo Homicidio. cap. 186. num. 16.

7 benè tamẽ licet eis reſiſtere violẽtèr contra violẽtum aggreſſorem rerum Eccleſię; vt in dict. cap. Olim. 1. & ibi Innoc. & Abb.
• Vnde dicit idem Inno. in cap. Niſi cùm pridem. §. Propter. de Renunc. & Fel. in dict. c.
8 2. de Homic. n. 3. ne contra inuaſores rerũ Eccleſiæ ponat ſe Prælatus inermis, ſed armatus eas defendat, per tex. valde notabilẽ in c. Dilecto. in fi. de Sẽten. excom. lib. 6.

9 In Foro verò conſcientię non eſt licitum (etiã laicis) pro defenſione rerum tranſitoriarum aliquem occidere; ſi facilè fur comprehendi, vel dictę res recuperari poterãt; vt probat tex. in dict. cap. 2. de Homicid. à contrario ſenſu, ſecundùm editionẽ, & correctionẽ Gregorianam ad cap. fin. 13. q. 2. Quod eſt idẽ quod d. c. 2. vbi Abb. n. 2. & Fel in. 4. id notãt, & gloſſ. in dict. l. Vt vim. verbo Iure. quæ exponit text. *Iure* ſcilicet *Fori, non Poli*, quam ibi ſequuntur cõmuniter Legiſtæ, teſte Iaſ. ibid. n. 21. 22. & 27. Idem Silu. verbo Homicidium. 1. q. 4. Paul. Comitol. lib. 4. Reſpon. mor. q. 10. n. 8. poſt Naua. c. 15. n. 4. verſ. Secundò. & Rebel. de Oblig. Iuſt. par. 1. lib. 3. q. 12. n. 10. ad fi. Toletus lib. 1. cap. 80. num. 10.

10 Quod adeò verum eſt, vt de iure Canonico nonſolùm in Foro animæ, ſed etiam in Foro exteriori non poſsit vlla perſona pro defenſione tantùm bonorũ, vllum occidere, niſi ſimul agatur de defenſione rerũ, & perſonæ. quod contingit, quando adeſt reſiſtentia, & inſultatio cum armis ex parte inuaſoris, ſeu furis, nec aliter poſſunt prędicti inuaſores apprehendi, vel res defendi. Ita probat text. in c. Suſcepimus, & in dict. cap. 2. de Homic. ibi per Abb. põderatus in verbis, *Te, & tua*, &c. Pro qua ampliatione facit ratio text. in cap. 3. de Homic. & dict. l. Furẽ. & ſentit D. Tho. 2. 2. q. 64. art. 7. ad ſecundùm. & probat latè Couar. in Clement. Si furioſus. 3. par. §. Vni. n. 6. verſ. Contrariũ ſanè. & melius, verſ. Nos verò. vbi nouẽ caſus diſtinguit ad verã huius differẽtię intelligentiam, qui omnes includũtur, ac reſoluuntur in reſolutione per nos ſuprà proximè facta, & tradita. Et ad hæc reducendus eſt Nauar. cum Caieta. & D. Anton. quos allegat in Man. cap. 15. num. 2. verſ. Quartò. quatenus tenent licere cuique priuato, etiam in Foro conſcientiæ, pro defenſione

rerum, alterum occidere, quādo aliter rem ſuam tueri non poteſt. Intellige, inquam, dummodò ſimul agatur de defenſione rerũ, & perſonę, prout ſuprà explicauimus. aliàs non videntur benè dicere; nec reſpōſio Nauar. ſuprà contra ſupràdicta, ſatisfacit: quia ſi verum eſt (prout ipſe fatetur) quòd tempore neceſsitatis pręferenda eſt vita proximi rebus noſtris. ergo non poſſum vitam proximi auferre pro defenſione rerum mearum. Probo cōſequentiam; quia tunc adeſt talis articulus neceſsitatis, quia ſcilicet debet mori proximus, ſi bona mea defendo: cùm pręſupponamus alitèr defendi non poſſe bona, nec protegi, niſi ipſum occidendo. Quòd ſi dicas voluntariè proximum poſitum eſſe in neceſsitate: & in manu, ſeu poteſtate eius eſſe liberare ſe à tali neceſsitate, dimittendo bona mea: & quòd maiorem curam rerum mearum habere debeo ad vitam meam, & meorum tuendam; quàm vitæ alienæ, iuxta D. Tho.
11 citatum à Nauar. ſupra. Reſpondeo primò prædictæ rationi, quòd etiam exiſtentis in extrema neceſsitate (quia ſcilicet non vult laborare) teneor in conſcientia pręferre vitam, bonis meis. licèt aliàs ille talis habeat ſub ſua poteſtate ab illa neceſsitate ſe liberare, laborando, iuxt. Apoſt. 2. ad Theſſal. 3. Reſpondeo item ſecundò, procedere prędicta in cura omnis patrimonii, ex quo etiā pendet vita mea, & meorum. At nos loquimur de furto aliquorum bonorum, de quorum tuitione vita mea non pendet. Durum enim eſſet valdè, maximè inter Chriſtianos, qui bona fortunę non debent tanti facere, cùm ea contemnenda eſſe conſuluerit magiſter noſter Chriſtus, vt propter furtum quorumcumque bonorum, etiam non parui momenti, licitum eſſet furem fugientem cum ipſis occidere. Quare concorda Couar. cum Nauar. quòd ſcilicet ille loquatur, cùm bona quæ abripiūtur, non ſunt tot, tanta, ac talia, vt ex ipſis pendeat conſeruatio vitæ propriæ, & ſuorum: Naua. verò, cùm ſunt prædictæ quantitatis, & qualitatis. Tūc enim agitur in effectu de defenſione rerum, & perſonę; & non mirũ ſi tunc liceat furem occidere. Re tamen altiùs penſitata; etiamſi res furto ablatę non ſint tot, ac tales, vt ex ipſis pendeat conſeruatio vitæ propriæ, & ſuorum (dummodò non ſint parui momenti) exiſtimo licitum eſſe ſecularibus occidere inuaſorem, quando omnino aliter ſeruari non poſſunt. Hoc probat efficaciter textus in dict. cap. 2. ad ſi. prout optimè ponderauit Cardin. Toletus dict. num. 10. Si enim non liceret in bonorum defenſionem occidere; non etiam liceret in ſecundo caſu dict. cap. 2. occidere in defenſionem perſonæ. nam ſuæ perſonę conſulere poteſt, dimiſsis bonis. Si ergo tunc defendit perſonam, & occidit licitè quidam laicus, ideò fecit, quia bona ſua ſibi tueri licet, & inuaſorem occidere. Et ſi aliter diceremus vix bella multa iuſtificari poſſent, quæ fiunt ad temporalium defenſionem, & in quibus multa homicidia perpetrantur. Item daretur euidentèr occaſio implēdi Rempub. iniquiſsimis latronibus; nulluſque ſecurus, aut domi, aut in agro viueret. Ita etiam tenet Nauar. cap. 15. num. 2. & Pet. à Nauar. 1. parte lib. 2. cap. 3. à nu. 395. vſque ad num. 408. & Rodrig. ſuprà num. 15.

Quibus adde dictũ ſingulare Ioan. Anan.
12 in dicto cap. 2. de Homicid. videlicet quòd in terris Eccleſię etiam nullus laicus excuſaretur ab homicido virtute legum in Foro ciuili. Quod dictum dicit mirabile Fel. ibid. licèt de eo dubitet; ſed non eſt de eo dubitandum: cùm in terris Eccleſiæ non ſint ſeruandæ leges ciuiles, ſed Canones, etiam in Foro ciuili; vt docet latè idem Feli. in cap. Eccleſia ſanctę Marię. nu. 44. vbi ex hoc, in numeris ſequētibus, plures notabiles effectus deducit.

SVMMARIVM.

1 *Magiſter percutiens diſcipulũ cauſa diſciplinæ: ſi moriatur, excuſatur quoàd Deũ, non tamē quoàd Forũ iudiciale, ſi citra culpā alicuius fuit mors ſubſecuta. Secùs ſi culpa eiuſdem infirmi, vel medici; quia tunc excuſatur; dummodò percuſsio fuerit iuſta.*

2 *Ex culpa leui cōtrahitur irregularitas in homicidio. ſecùs in aliis ſpeciebus irregularitatis.*

DIF-

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 MAGISTER, cauſa diſciplinę percutiens diſcipulum; ſi poſteà ex dicta percuſsione, caſu moriatur; quoàd Deum tutus eſt, cap. Si quis non iratus. 15. quæſt. 1.

Non tamen quoàd Forum exterius: quia irregularis erit; ſiue percuſsio fuerit magna, ſiue leuis. Ita probat text. in dict. cap. Si quis non iratus. iuncto cap. Presbyterũ, & gloſſa 1. & Fel. ibi, num. 3. de Homicid. Quod intellige verum, quando citra culpã alicuius, mors ſubſecuta eſt. Nam ſi culpa vel ſui, vel medici obiit, excuſatur: quia tunc non ex percuſsione; ſed aliunde mors euenit, ex traditis per Sotum lib. 5. de Iuſt. quæſt. 1. art. 9. col. 2. & 4. dummodò percuſsio fuerit iuſta ex Naua. cap. 27. nu. 223.

2 Ex quibus collige in hac ſpecie irregularitatis, quæ contrahi, & incurri poteſt etiam ſine peccato, veriorem eſſe opinionem Caiet. 2. 2. quæſt. 64 articulo 9. tenentis fieri quem irregularem etiam ex culpa leui, ſeu peccato veniali: in aliis autem ſpeciebus quæ requirunt dolum, ſaltem præſumptum; vt in not. verb. Irregularitas. Differentia 2. veram eſſe opinionem contrariam Soti, loco ſuperius citato, ad fin. articuli §. Id autem.

SVMMARIVM.

1 *INIMICVM inſidiantem, ac parantem ſe ad me occidendum, poſſum impunè occidere in Foro exteriori.*

2 *Nec teneor me abſentare.*

3 *In Foro verò conſcientiæ, ſecùs eſt.*

4 *Mulier poteſt occidere virum, qui concludens cubiculum, ponit pugionem ſub ceruicali, ſi non poteſt fugere.*

5 *Occidere licet inſidiantem in itineribus.*

6 *Teſtem, & Iudicem, an liceat occidere, quando ſuo teſtimonio falſo, vel ſententia, volunt me occidere.*

7 *In venenum mihi propinantem, poſſum occulte conuertere.*

8 *Quæ requirantur, vt defenſio dicatur fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 HABENS inimicũ, qui ſibi minas fecit de occidendo; ſi deinde ſunt ſigna, & actus manifeſti, quòd vult minas ad actum producere; vt quia parat arma; & ea ſecum deſert; cùm anteà non eſſet ſolitus deferre. Itẽ vadit aſſociatus cũ aliquo parato ad ſimilia perpetrãda: eo in caſu, impunè poteſt in Foro exteriori eum præueniendo occidere. Ita tenet gloſſa fin. in l. 1. C. Vnde vi. & ibi Bart. num. 9. & gloſſa verb. Rixatus eſſet, in l. Si ex plagis. §. 1. ff. Ad l. Aquil. & gloſſa 3. in cap. 3. de Homicid. quas eſſe communiter receptas teſtatur Iul. Clar. poſt alios in §. Homicidium. num. 33. addens ita fuiſſe in facti contingentia iudicatum, & abſolutum quemdam nobilem, qui alium ſibi minãtem interfecerat. Non enim quis expectare debet, vt priùs ab inimico inſultetur; vt dicit Bart. ſuprà, & ibi communis, teſte Iaſ. vbi infra. adde ad idem Paul. Comitol. lib. 4. Reſp. mor. quæſt. 10. num. 9. & 12.

2 Quod amplia eſſe verum, etiam ſi poſſet aliàs euadere mortem abſentando ſe à loco habitationis: vt notat Iaſ. in l. Vt vim. num. 9. de Iuſt. Ratio eſt, quia non eſt neceſſe in ſpecie iſta, vt quis probet feciſſe ad neceſſariam defenſionem: ſed ſufficit, vt fecerit ad ſui defenſionem. Communem dicit Iul. Clar. ſuprà: à qua non putat eſſe in practica recedendum. licèt cõtrariam ſententiam receptiorem eſſe affirmet Mench. Controu. illuſtr. cap. 18. nu. 6.

3 In Foro tamen conſcientię, id non licet, niſi quãdo nullum eſt aliud diffugium euadendi manus inimici, niſi eum occidendo. Ita D. Tho. 2. 2. quæſt. 64 art. 7. & ibi Caiet. Fr. Ludo. Beia. 2. parte Caſu 1. ex propoſitis 27. Septemb. 1583. pag. 366. Sot. lib. 5. de

de Iuſt. quæſt. 1.art. 2.Nauar.cap. 15.nu.2.
4 in fin. verſ. Credimus. vbi ponit exemplũ in muliere occidente virum dormientem pugione, ab eo ſub ceruicali ſeruato; quæ fugere non poteſt, concluſa claue ianua. ſequitur Petr. à Nauar. 1. tom. lib. 2. cap. 3.num.350.& Pau.Comito.lib. 4. Reſpon. mora. quæſt.10.nu. 12. & facit quod notat
5 Silu.verb. Homicidium.1.quæſt.2.Dicto 5. vbi dicit licere occidere inſidiantem in itineribus, vt & probat text. in l.1.C. Quando liceat vnicuique ſine Iud. ſe vind. quod intellige, vt nu. ſeq. dicitur. Durum enim nimis eſſet, & rigidum, vt quis non poſſet; etiam in Foro interiori, præuenire inimicum ſuum parantem contra ſe arma, & inſidias, ad ipſum occidendum; ſed deberet expectare illũ,vt priùs ipſum vulneraret. Et ita hanc partem tenet Henrriq. in Sũma.tit. de Irregul. cap. 10. §. 4. ſupra quo etiam vide Laurent. in Clem. vni. de Homi. & Archidia. in cap. De his. 50.diſt. Faciunt etiam pro ſuprà dictis quæ tradit Cordub. lib.1.Quæſtionum,quæſt.38.dub. 1. vbi dicit requiri in hac ſpecie, vt inſidians iam attentet, & aliquo modo incipiat. aliàs non licere ipſum præuenire, & occidere. Quæ ſunt valde notanda pro limitatione, & intellectu, l.3. §. Eum igitur. ff. de Vi, & vi. armata, & gloſſæ in dicto cap. 3. de Homicid. dum requirunt, vt in continenti vis vi repellatur. Nam parans arma, etiam ante aggreſsionem vim infert per text. in l. 3. §.Qui armati. ff. de Vi. & vi arma. vbi quòd ſolus terror armorum vim facit.

6 An autem idem dicendum ſit de teſte, & Iudice, qui pecunia corrupti, vel aliàs per calumniam, volunt me occidi; Teſtis, inquam, ſua falſa depoſitione: & Iudex ſua ſententia, quòd ſcilicet poſsim eos occidere, antequam Iudex per ſuam iniquam ſententiam me occidi faciat. Quod planè fatetur Petr. à Nauar. vbi ſupra, num. 358. & 361. dummodò id faciat occultè: ſicut licet venenum in propinãtem, occul-
7 tè conuertere. Sed contrarium eſt verius, & tenendum cum Sot.ſuprà quæſt.1. art.8. verſ.Quid autem.Caiet.2.2.quæſt.95.art.8. Dubitat. 8. Cauſ.4.ad fin.& Cordub.ſuprà. Ratio eſt, quia defenſio armata non eſt licita niſi cõtra inuadentẽ cũ armis: non tamen contra eum, qui in iudicio calumnia vtitur: quia tale factum, & iniuria non eſt inuaſio: cùm non ſit corporalis, ſed fraudulenta machinatio. Pro quibus eſt gloſſa magna in dicta l. 1. C. Vnde vi in gloſſa
8 fin. quę inter alia requiſita, vt defenſio dicatur fieri cum moderamine inculpatæ tutulæ, dicit requiri, vt ſi armis inferatur violentia, & armis repellatur: ſi ſine armis, ſimili modo repellatur; vt dict. l.3. §. Eum igitur. de Vi,& vi arm. non tamen requiritur, vt declarat ibi Salyc. vt fiat defenſio ſub eodem genere armorum.

SVMMARIVM.

1 *MINISTRI Iuſtitiæ dantes facultatem occidẽdi impunè facinoroſos homines abſentes, vel fugientes; In Foro exteriori licitè id faciunt.*

2 *In Foro conſciẽtiæ iuſtè id fit quoàd aſſaſſinos, & publicos latrones; non tamen quoàd alios reos, qui non ſunt communes hoſtes Reipublicæ.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 FREQVENTER Viceregés ſolent dare cuicumque facultatem occidẽdi aliquos valdè facinoroſos; ſi aliter capi non poſſunt. Idem faciunt officiales, & miniſtri iuſtitiæ; cum aliquem criminoſum fugientem inſequuntur, dicẽtes, *muerto, ò preſo.* Quæ certè facultas licèt
2 in Foro exteriori licita appareat, & eam etiam, quoàd Forum interius defendat Silu. verb. Aſſaſsinus. quæſt.3. Angel. cõſ. 13.Gemin. in cap.Pro humani. de Homic. lib. 6. referuntque eſſe Venetis morem, vbi quos exules habent ad mortem damnatos, ſingulis facultatem faciunt; vt qui aliquem eorum interfecerit, vita, & facultate eius donetur. Qui mos, & facultas ſuprà

prà relata probatur per l.Reos.C.de Accuſation.

2 In Foro tamen interiori diſtinguendum videtur. Si enim ſint Aſſaſsini, vel publici latrones, vel occulti malefactores, quorũ damna pendent, & ſperantur in futurum: quoàd hos ſanè, tamquam communes hoſtes Reipub. licitè confertur prædicta facultas, ad not. verb. Adulterium. Differentia 1. nu.4.& 6. Si verò non ſint tales; peccabit mortaliter, & ad reſtitutionem tenebitur, talem concedens facultatem. Tùm quia adimit reo facultatem confitendi ſua peccata, & euchariſtiam ſumẽdi. Tùm, quia cõmuniter talium occiſio fit animo irato, & ex paſsione, & vindicta. Tùm, quia contingere poſſet executionem fieri in alieno territorio; quod nõ licet; vt annotauit Silu. verb. Homicidium. 1. quæſt. 2.& 3. Tùm quia nec citatos, neque auditos in iudicio; neque cõuictos, occidere iubent, quod eſt crimen notum. Ita Caiet. verb. Homicidiũ. Paul. Comitol. lib. 4. Reſp. mor. quæſt. 10. nu. 8. & Pet. à Nauar. tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 218. & 229. Vnde Sot. lib. 5. de Iuſt. quæſt. 1 art. 3. ad primum, putat talem dari facultatem, non expedire. Quorum opinionem cenſeo eſſe veriſsimam, & certiſsimã quantum ad officiales concedentes prædictam licentiam contra reos fugientes indefenſos, & inauditos. tollũt enim eis illorũ defenſam naturalẽ, qui fortè ſunt inculpabiles; & fortè fugiunt ad effugiendas, ac vitandas moleſtias carceris, & litis, circa defenſionem faciẽdam. Vnde dicit Rebel. 1. parte de Oblig. Iuſt. lib. 3. quæſt. 11. nu. 4. Iuſtitiæ miniſtros obnoxios eſſe reſtitutioni, ſi contra ordinem iuris hominem quãtumuis facinoroſum occidant, antequam iuridice dignus morte eſſe probetur.

SVMMARIVM.

1 *HOMICIDA eſt in Foro pœnitẽtiali, & conſcientiæ, qui deſinit paſcere, fame morientem.*

2 *Idem in medico, & chirurgo; qui cùm poſſint ſanare, vel curare, id omittunt.*

3 *In Foro exteriori nullus prædictorum eſt homicida.*

4 *Nec irregularis.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 HOMICIDA eſt in Foro pœnitentiali, qui deſinit paſcere, fame morientem, iuxta illud Ambroſii, *Si non paueris, occidiſti.* relatum in cap. Paſce. 86. diſt. & in cap. Immolans. 14. quæſt. 5.

2 Idem dic in medico, & chirurgo, qui cùm poſsint ſanare, ſiue curare infirmum, & mortali vulnere percuſſum; ſinunt perire; cap. Facientis. diſt. 86. cap. Non inferenda. cap. Qui poteſt. 23. quæſt. 3.

3 In Foro verò exteriori non eſt homicida. cap. Si quis non iratus. 15. quæſt. 1. & ideò

4 talis non eſt irregularis, ſecundũ Silu. verb. Homicidium 3. quæſt. 2. §. 3. & quæſt. 5. §. 5. Palac. ad Summam Caiet. verb. Irregularitas. §. 2.

Ex quibus collige quòd prædicta iura in principio citata, tantummodò procedunt quoàd Forum animę.

SVMMARIVM.

1 *OCCIDERE an liceat inſultantem cum armis in conſanguineum, affinem, vel magnum amicum.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 OCCIDENS inſultantem cum armis in conſanguineum, vel affinem ſuum; in Foro exteriori nõ punitur, ſecundũ Bal. in l. Raptores. Not. 2. C. de Epiſco. & Cleri. Iaſ. in l. 1. col. 2. C. de Indict. viduit. tol. vbi plura adducit in cõfirmationem huius dicti; refert, & ſequitur Hippo. Sing. 351. id extendens

ad

ad amicum maxima amicitia coniunctum; ex Bal.in l.Vt vim.col.2. q.5.ff. de Iuſti. & iu. Quia magna amicitia idem operatur, quod coniunctio ſanguinis;l.Cum allegas. C. de Caſtren. pecul. lib. 12.gl. penult. in cap.2.de Teſtam.lib.6.& in cap. Requiſiſti. verb. Nec eſt.& ibi Abb. eod.tit.

In Foro verò conſcientiæ id non licet. Quamuis enim tenear defendere conſanguineum, ſicut & quemlibet proximum, ne occidatur: non tamen mihi licet ipſum inſultantem occidere.Et ſic videtur intelligendus Salyce. qui contrarium tenuit in l. Nullus.C.de Maledi. & Mathema.

Sed gl.in cap.1.verb.Hactenus.23.q.8. tenet contrarium, quam ſequitur Feli. in cap. Si vero. 1.de Sent. excom. num. 2.& Abb. in cap. 2.nu.3.de Vita,&hone. Cleri. per cap. Dilecto. de Sent.excom. lib.6.vbi licitum eſt vnicuique vicino, vel proximo propulſare iniuriam proximi ſui. Facit ad idem text. in cap. Fortitudo. 23.quæſt. 3. Item ſi licitum eſt vnicuique ſe defendere: ergo etiam erit licitum defendere proximum; cùm teneamur illum diligere, ſicut & nos, iuxta illud Dominicũ, *Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum.* Et ita tene.

DIFFERENTIA SEPTIMA.

SAEPE contingit dari publicè facultatem cuilibet priuatæ perſonæ occidendi reos aliquos,vt bannitos, aſſaſsinos, & ſimiles,vt ſup.diximus Differentia 4. Et in his caſibus licitum eſt, etiam Clerico in minoribus conſtituto, in Foro exteriori,præfatos occidere,vt palam eſt.

In Foro verò conſcientię, peccat venialiter dictus Clericus ſi eos occidat, ſecundùm Soto lib.5.de Iuſt. quem refert, & ſequitur Tolet.in Summa.lib.5.cap.6.nu.17. Ex quo enim miniſterio Dei ſe obtulit, & Ordines minores ſuſcepit:tenetur ex honeſtate primæ ſpeciei (de qua in Preludiis. n. 24.diximus) à talibus ſe abſtinere; iuxta tit. Ne Cleri. vel Monach. ſecul. neg. ſe immiſceant. Idem dic ſi aſsiſtat bello iuſto. Quamuis enim tunc aliis ſit licitum occidere hoſtes, cap. Si homicidium. 23. quæſt.5.non tamen dicto Clerico, etiam ſi nullam habeat intentionem aſcendendi ad Ordines ſacros; ſed remanendi in ſeculo, & vxorem ducere. Semper quippe eſt perſona Eccleſiaſtica, & vt talis poteſt gaudere priuilegio Canonis, & Fori; & conſequẽter, ab ea decet neminem occidi,etiãſi ſecundùm leges ſeculi id liceat.

HORAE CANONICAE.

SVMMARIVM.

1 *HORAE Canonicæ quam attentionem requirant, latè diſcutitur. Et reſoluitur,quoàd Forum exterius, ſufficere eas dicere ore, licèt non corde.Secùs quoàd Deum.*

2 *Diſtrahens ſe ex propoſito ad cogitanda inutilia, peccat tantùm venialiter.*

3 *Diſtrahens ſe ad opera externa, an teneatur horas iterũ dicere, & peccet mortaliter, latè examinatur.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 HORAS Canonicas recitans in choro, vel extra chorum, & eas memoriter,vel legendo dicens: ſi eas benè recitat quoàd verba; licèt non ſit attentus,nec quoàd verba, nec quoàd Deum; nec quoàd ſenſum; quia vel dormitat, vel eſt negligens, & non curat, etiam aduertenter, à ſe depellere vanas cogitatio-

Digitized by Google

cogitationes; vel eas ſpontè admittit: nihilominus iſte talis ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, & conſequenter non tenetur eas iterum recitare; nec fructus, ſeu diſtributiones reſtituere: quamuis quoàd Deum, & Forũ interius peccet venialiter tantùm; ſed grauiter in ſecundo, & tertio caſu, quãdo ſcilicet per longum tempus, ſeu ſpatium detinet ſe ſcienter, & volens in vanis illis, ac inutilibus cogitationibus; ſed redit ad ſe nonnumquam ad videndum an erret, nec ne.

Hæc concluſio eſt conſolationis plena; & eam in effectu ſequuntur D. Tho. in 4. diſt. 15. quæſt. 4. art. 2. in 4. quæſt. ad ſecũdum. Palud. ibidem quæſt. 5. art. 2. §. Sciendum. D. Antoni. 3. par. tit. 13. cap. 4. §. 7. Silu. verb. Hora. quæſt. 11. verſ. Tertium. & verb. Miſſa. 2. quæſt. 6. verſ. Primum. Ang. verb. Hora. quæſt. 27. & 28. & ante eos gloſſa, verb. Fructum. in Clement. 1. de Celebrat. Miſſar. quæ dicit ſufficere dicere ore, licèt non corde: quam ſequitur Card. ibi notab. 5. & quæſt. 1. & alii plures, teſte Angel. ſuprà, idem Hoſt. Archid. & Summa Roſel. teſte Silu. ſuprà, Cordub. poſt plures à ſe relatos, li. 4. Quæſt. Theol. quæſt. 13. Henriq. de Verò Miſſæ Sacrific. cap. 25. §. 5. lit. L. vbi etiam plures Doctores refert, dicẽs hanc opinionem eſſe probabilem, & Pet. à Nauar. lib. 2. cap. 2. nu. 233. vbi inquit ab Eccleſia non pręcipi interiorem attentionem, videlicet ad Deum, vel ſenſum. Idem docet poſt Duran. D. Anton. Aſtenſem, Turrecrema. Gerſon. Gabriel. Almain. & Naua. in cap. Cogitationis. nu. 14. de Pœnit. diſt. 1. Pau. Comitol. lib. 1. Reſpon. moral. quæſt. 63. nu. 5.

Vnde infert d. Pet. à Naua. non peccare mortaliter qui voluntariè, & ex profeſſo ſe diſtrahit cogitando de bellis, & aliis rebus inutilibus: eam tamen attentionem, ſine qua recta pronunciatio, & recitatio eſſe non poteſt, in Eccleſiæ eſſe præcepto. Et paulo inferiùs nu. 234. addit hæc verba. *Fateor equidem quòd ſi quis memoria teneret omnia recitanda; quamuis nec ad verba attenderet, ſatiſfaceret: cùm non ſe exponat periculo non pronunciandi, vt exteriùs attẽtionem exhibeat.* vbi loquitur in fortiore caſu; quando ſcilicet orans diuertit ſe ad opera externa, quæ forſitan non ſecum patiuntur attentionem orationis. Sed de hoc ſtatim dicemus.

Omnes itaque iſti Doctores tenent, quãdo euagatio eſt ſolùm ſecũdùm actum interiorem; licèt ſit temeraria, & grauis, ſi ſcienter, & ex propoſito habeatur; non eſſe mortalem. Item cum eadem euagatione mentali (ſi aliàs quis perfectè, & integrè diuinum officium exoluit) ſatisfacere Eccleſiæ præcepto, de quo in cap. Dolentes. de Celebrat. Miſſar.

Et probatur horum opinio; primò quia per prefatum cap. Dolentes. quatenus pręcipit in virtute ſanctæ obedientiæ, vt diuinum officium ſtudioſè, & deuotè, quatenus Deus dederit, perſoluatur; non præcipitur attentio ad interna, ſed tantùm ad externa, ſcilicet ad verba, & ad recollectionem, & honeſtatem corpoream, & ſilentium à confabulationibus, & ſimilibus. Omiſſam hic facimus primam illam intentionem, omnibus etiam operibus bonis neceſſariam, vacandi ſcilicet Deo, & ſatiſfaciendi Eccleſiæ præcepto &c. Ratio eſt quia Eccleſia non iudicat de actibus merè interioribus, vt docent prędicti Doctores, & dicemus ſub verb. Iudicium. in Differentia 1. & verb. Peccatum. Diff. 7.

Vnde recitans exactè horas Canonicas quoàd omnia externa, licèt inter orandum notabiliter, & ſcienter, ac ſponte euagetur, & ſe diuertat; in hoc non peccat contra Eccleſiam, ſed ſolùm contra Deum, occupando mentem in rebus vanis, & inutilibus; maximè illo tempore quo Deo vacat: ob quod ſit grauior illa ſpontanea, ac inutilis euagatio, quã ſi alio tẽpore fieret; non tamen eſt mortalis; nec minus obligans ad iterum recitandum officium; vel fructus, aut diſtributiones reſtituendum. eſſet enim hoc illaqueare animas multorum, etiam Religioſorum, ac piorum, & obligare ad humani fragilitati fermè impoſsibilia. Qui tamẽ Religioſi, ac pii numquam ob dictam culpã (niſi ſit aliquis ſcrupuloſus) ſe reos peccati mortalis putant; nec repetunt ab integro officium: ſed tantùm pro malè pronunciatis, vel omiſsis, aliqua dicũt. Nec mirum, cùm pro hac ſua opinione tantos, ac tam graues habeant Docto-

Digitized by Google

Doctores; quod ſufficit ad rem faciendam probabilem, & vt quis ſit tutus in conſciẽtia, vt in alio propoſito teſtatur Card. Toletus lib. 5. cap. 21. ad fin. Secundò idem probatur, quia omnes etiam contrariæ opinionis in hoc conueniunt, ſcilicet ſufficere attentionem ad verba. At is qui memoria tenet omnia recitanda, ac de facto ea benè recitat, ſatis cenſetur attentus in effectu ad verba; quia eius memoria eſt virtualis attentio, aut ſaltem eam ſupplet. Similiter & is qui legendo ea recitat, licèt ſe ſponte diuertat; non ob id poteſt dici non attendere ſaltem in effectu ad verba; ſuppoſito quòd ea benè recitat. Nam lectionem cõcomitatur attentio. aliàs ſi eam non haberet, erraret vtique, vel ſiſteret in legendo.

Vnde falſum putamus quod quidam dicunt, videlicet ſubtrahi actualem, vel virtualem attentionem à principio horarum habitam, per ſubſequẽtem diſtractionem, vel euagationem actualem, vel virtualem, & ob id peccare mortaliter, & teneri ad iteratò dicẽdum horas, & ad reſtituendum fructus, & diſtributiones. Nam licèt concedamus antecedens: negamus tamen cõſequens. Ratio diuerſitatis eſt, quia prima intentio mentalis eſt neceſſaria, antequam officium inchoëtur, vt ſuprà tetigimus. At in proſecutione officii, non requiritur prædicta atentio mentalis, ſcilicet ad Deum; ſed ſufficit ad verba, ne errent: quam certè habent virtualiter, qui vel memoria tenentes omnia recitanda; vel ea accuratè legentes in choro, vel extra, ea benè pronunciãt, ac diuinum officium perſoluunt. Vnde ita dicendi ſunt iſti ſatisfacere præcepto Eccleſiæ, ſicut illi qui ea recitant, attendendo ad verba ne errent. Quod per hoc ſimile clariùs patebit. Si duo, verbi gratia, tenerentur Petro depingere quamdam imaginem; & vnus eam depingeret, attendendo ad penicillum ne erret, & pulchram eam faciat: & alter habens quamdam formam, ſeu modellum, & ſic non egens dicto penicillo, nec quòd illum attenderet, formaret eamdem imaginem æquè formoſam; licèt cum euagatione mentis ex propoſito ad alia extra imaginem: certè ob dictam euagationem, non minùs ſatisfaceret Petro, & promiſſum adimpleret iſte ſecundus, ac primus. Sic in noſtro caſu &c. Et ita eſt tenendum.

Quamuis D. Tho. Nauar. Medin. Petr. à Nauar. Sot. Cordub. Caiet. relati à Rodrig. verb. Horas. cap. 144. num. 1. (quos ipſe ſequitur) teneant, ſecundùm eum, peccare mortaliter: & aliqui ex his teneant, etiam teneri ad iterum dicendum horas, & ad reſtitutionem diſtributionum, & fructuum: ideq; teneat Fr. Lud. Bela. 2. par. caſu vlti. pag. 517. vbi etiã allegat Gabriel. in Cano. Miſſæ. lect. 62. Maior. in 4. diſt. 12. quæſt. 7. Adria. quodlib. 8. Gerſon. 3. par. Alphabeto 71. lit. F. verſ. Orationem. & ſequatur Azor. 1. p lib. 10. c. 12. Sed aduerte falsò allegari pro ipſis D. Tho. Medin. Cordub. & Pet. à Nauar. immò ſunt pro noſtra opinione; & Nauar. & alii, loquuntur in caſu differenti à noſtro.

3 Maior difficultas eſt circa euagationem ſpontaneam ad externa opera. An ſcilicet recitans horas, & ſe ſcienter diuertens ad aliquam externam operationem, peccet mortaliter, & teneatur eas dicere iteratò.

Et quidem ſunt quamplures Doctores magnum diſcrimen facientes inter hunc caſum, & præcedentem, ſcilicet inter euagationem mẽtalem, ſeu internam (de qua iam nunc diximus) & inter euagationem externam, de qua eſt præſens dubiũ, quippe hæc vltima cadit ſub præcepto Eccleſię: altera verò minimè. Et negari non poteſt, ſi externa operatio ſit contraria actui illi recitandi horas; nimirum confabulatio, pictura, ſcribere, aſpicere ludos, audire vana, & ſimilia opera; peccare mortaliter, & teneri ad iteratò dicendum horas. Ratio eſt, quia hi actus, aut ſe non compatiuntur cum actu orandi; vel communiter excludunt attentionem, etiam ad verba; & conſequenter de neceſsitate aut deſiſtunt ab orando pro tempore, quo in alio contrario actu ſunt occupati; aut ſe expoñũt manifeſto periculo errandi; errantque ſæpè; ac denique tales apertè cõtraueniunt pręcepto Eccleſię dict. cap. Dolentes. & ſunt ipſius tranſgreſſores. Non mirum igitur ſi peccent mortaliter, teneanturque iterum perſoluere officium diuinum. Ita tenet D. Thomas ſuprà, Caieta. verb. Horæ. §. 3. Nauar. capite 25. numero 107. Petr. à

Digitized by Google

Nauar. ſuprà, & ferè omnes communiter.

Licet Cordub. lib. 4. Quæſt. Theolog. q. 3. dub. vlt. poſt alios, idem admittat quoàd peccatum mortale; non tamen quoàd iterũ dicendum officium, & reſtituendũ fructus, & diſtributiones. Sed certè fallũtur in hoc, vt idem Pet. à Nauar. ſup. n. 202. 203. 204. &. 231. cum ſequenti, latè id contra ipſos probat. Quod intellige, & limita, niſi modicè in his ſe occupauerint, aut niſi ſæpe redeant ad ſe, vt videant an errent, nec ne; aut denique niſi ita memoria teneant omnia recitanda, vt non ſe exponant periculo malè pronunciandi; licèt exteriùs circa alia attentionem adhibeant; vt ſunt nonnulli ita felices memoria, & periti in arte ſcribendi, vt ſimul ſcribant, & confabulentur. Tales enim in ſecundo tantùm caſu; cùm ſcilicet ſępe redeunt ad ſe, licèt peccent mortaliter, & ſint tranſgreſſores dicti capitis. Dolentes. non tamen tenebuntur ad repetendum diuinum officium, vt ſingulariter notat Pet. à Nauar. dict. num. 234. & Henriq. dicto §. 5. & ante eos tenuit D. Anto. 3. par. tit. 13. c. 4. §. 7. quamuis malè per Cordub. allegetur pro ſua opinione; quia dictus §. intelligendus eſt de diſtractione mentali, vt patet ex cõtextu; licèt à principio videatur loqui de diſtractione externa: quod etiam apparet ex dicto §. ſequenti.

Si verò externa operatio bene ſe compatiatur cũ actu recitandi horas; vt eſt veſtire ſe, reuoluere libros, facere retia ad piſcandum (vt vidi in quadam filia piſcatoris ſanctiſsima, Valentiæ, quæ meliùs habebat attẽtionem orationi, faciendo retia; quàm nõ faciendo: & ideò cum ea Confeſſarius eius diſpẽſauerat, ſeu veriùs dederat ei licentiã, vt etiam diebus dominicis, & feſtiuis, poſſet prædicta retia facere) vel aliquod opus manuale, quod non occupat mentem, nec linguã; ſed tãtùm manus. Talis inquã operatio inter dicendũ officiũ, vel non eſt peccatum, vel non plus, quàm veniale. Quæ omnia diligenter nota, quia proderũt tibi ad ſedandos, & tollendos multorũ ſcrupulos, qui in horis Canonicis recitandis variè ab eis vexãtur, atque torquentur. Pro quorum cõfirmatione operepretium duxi apponere hic quędam notabilia verba, quę Magiſter Victoria Primarius Theologiæ in Vniuerſitate Salmãticæ ſcripſerat in quadã epiſtola circa hoc cuidã ſcrupuloſo, nempe, *Circa officium diuinũ*, inquit, *nota hæc tria pũcta cũ ipſum perſoluis. Primũ, ad ſeruiendũ Deo perfectè, enitere vt ſis benè attetus. Secundũ ad excuſandũ te à peccato veniali, fac vt ſis aliquantulũ attẽtus. Tertiũ, ad excuſandũ te à peccato mortali, dicito horas eo peiori modo, quo poſsis, & cũ minori intentione, quã volueris; & hoc ſufficit, dũmodò ipſas perſoluas, ſiue malè, ſiue benè.* Hactenus ille doctiſsimus vir.

Deniq; circa ceremonias Breuiarii; ſi horę dicantur priuatim extra chorũ; obſeruãdum eſt, eſſe tantùm de honeſtate illas ſeruare. idẽ puto circa illas quę per ſtatuta Religionũ pro his qui priuatim recitant, ordinantur. Vnde citra peccatũ poteſt quis orare pedeſter, equitans, procũbens, iacẽs, vel recumbẽs, ambulans, vel quieſcẽs. Ita poſt Inno. in c. 1. de Celebr. Miſſa. tradit Silueſt. verb. Hora. q. 2. Dicto 4. Nauar. de Horis Canoni. c. 4. cõcluſ. 3. Paul. Comitol. lib. 1. Reſpon. moral. q. 64. nu. 1. quod nota, quia aliquoties habui circa hoc ſcrupulũ, & cõmuniter pii Religioſi de hoc ſe accuſant.

SVMMARIVM.

1 *INfirmus non ſolitus ire ad chorum, an poſsit lucrari diſtributiones.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 INFIRMVS non ſolitus ire ad horas Canonicas, nõ poteſt in Foro exteriori lucrari, vel recipere quotidianas diſtributiones, vt notant DD. in cap. Ad audientiam. de Cleric. non reſiden. Fel. in cap. Apoſtolicæ. numero 12. de Exceptio.

In Foro verò interiori, & in conſcientia eas capere poteſt; vt ſingulariter docet Pet. à Nauar. tom. 1. lib. 2. cap. 2. n. 240. cum duobus ſequentibus. Sed non video ſufficientem rationem diuerſitatis. nec vlla æquitas cogit (niſi aliàs egeat, & ſit pauper

infirmus) vt ſola infirmitas ſit ſufficiens cauſa ad ſoluendum diſtributiones ei, qui tempore ſanitatis, Eccleſiæ non ſeruiebat.

Quare teneo contrarium: niſi reuera tunc infirmus haberet firmum propoſitum frequentandi chorum, ſi infirmitate non detineretur. Si enim verè, & coram Deo, eſt paratus in poſterum frequentare chorum: tunc veram puto opinionem Petr. à Naua. quamuis hic animus, & propoſitum non ſufficeret quoàd Forum exterius, ſi aliàs, ſanus non erat ſolitus ire ad chorum. Faciunt not. verb. Obligatio. Diff. 12.

Hinc collige malè, quoàd Deum, percepiſſe diſtributiones eum Clericum, qui cũ haberet duo beneficia ſimplicia, & in vno reſideret: poſtmodùm infirmus factus, ob valetudinem recuperandam iuit ad locum alterius Beneficii, & fecit ſe portare ad chorum; vt ſic in poſterum ſibi darentur diſtributiones, pro vt datæ fuerũt. Tales enim cautelæ ſunt proficuę pro Foro exteriori, non pro interiori.

Vide ad hoc verbum, ſub verbo Beneficiatus. Diff. 3. vbi egimus de accipientibus punctum horæ, & ſtatim exeũtibus à choro; an lucrentur diſtributiones in conſcientia: & de Canonicis reſidentibus nouem menſes, & reliquos impendentes in vagationes, & vana extra Eccleſiam, an lucrentur benè fructus reſpondentes dictis tribus menſibus.

Vide etiam ſub verb. Simonia. Dif. 10. vbi habes circa intentionẽ neceſſariã, cùm itur ad chorum pro lucrandis diſtributionibus.

SVMMARIVM.

1 *Horas Canonicas non recitans ſine cauſa; qualiter olim, & bodie in vtroque Foro puniatur.*

2 *Bullã Cõpoſitionis accipiens, pro mala fructuũ perceptione, ob nõ recitatas horas; tenetur etiã dare fabricæ Eccleſiæ Beneficii, duo regalia.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 HORAS Canonicas, Beneficiarius ſine cauſa rationabili nõ recitãs; in Foro exteriori de iure communi Canonico non punitur amiſſione fructuum, ſed alia pœna, vt in c. Si quis in Clero. 7. q. 1. Vnde ad eorum reſtitutionem in prædicto Foro non tenetur; quia non eſt Canon talem pœnam imponens; vt latè probat Panor. in cap. 1. n. 8. de Celebrat. Miſſar. ſequitur Iaſ. in l. Scriniarios. n. 6. in fin. C. de Teſtam. milit. & Fel. in cap. Poſtulaſti. nu. 7. de Reſcript. vbi reſpõdet textui in cap. Si Canonici. §. Scituri. de Offic. Ordin. lib. 6. qui videtur facere cõtra: ſed non obſtat, quia ibi loquitur textus in alio caſu, ſcilicet quando propter ceſſationem à Diuinis temerè factam, non recitantur in Eccleſia diuina officia.

In Foro tamen conſcientiæ, contrariũ tenendum eſt, ſecundùm Panor. & alios ſupracitatos, vbi nullam rationem diſcriminis in præſenti caſu aſsignant. Vnde Silueſt. verb. Clericus. 4. q. 23. habet (poſt alios à ſe relatos) nec in conſcientia teneri Beneficiariũ propter omiſsionem recitationis horarum ad fructuum reſtitutionem; ea præcipuè ratione, quia non eos percipit Beneficiarius ratione tantùm præfatarum horarum; ſed etiam ratione tituli, & aliorum diuinorum officiorum, & miniſteriorum Eccleſiæ.

Hodie verò huiuſmodi opinionũ varietas eſt ſublata per Concil. Lateranen. celebratum ſub Leone 10. Seſsio. 9. §. Statuimus. relatum à Nauar. c. 25. n. 122. Ibi enim ſtatuitur vt Beneficiarius, qui poſt ſex mẽſes ab obtento Beneficio, ceſſante iuſto impedimento, horas Canonicas non recitauerit: fructus non faciat ſuos, ſed eos reſtituat, vel ipſi Eccleſiæ, ſeu fabricæ, vbi eſt Beneficium fundatum; vel pauperibus. Et Pius 5. per ſuum Motũ Propriũ declarauit prædictã fructuũ reſtitutionem faciendã eſſe pro rata; hoc modo, ſcilicet vt non recitãs Matutinas, reſtituat dimidietatem fructuum: qui verò ceteras omnes horas omiſerit: alterã reſtituat medietatẽ. Pro ſingulis autẽ ex prædictis horis, ſextã partem ex iis quæ vnicuique diei reſpondent, & obueniunt.

Ex qui-

Ex quibus conſtat in vtroque Foro prædi-ctam diſtinctionem fore ſeruandam. Pro quo facit Bulla Cõpoſitionis, quæ in Hiſpa nia quotannis ferè vnà cũ Bulla Cruciatæ publicatur: in qua inter alias gratias, & facultates Cõmiſſario generali conceſſas, eſt etiam cõpoſitio pro mala fructuum perceptione, ob non recitatas horas Canonicas.

Et ſi fortaſſe virtute dictæ Bullæ te compoſueris cum prædicto Commiſſario generali, vel aliàs, accipias prefatam Bullam; teneris dare fabricæ Eccleſiæ vbi erat Beneficium fundatum duo dragmata, ſiue regalia argentea pro qualibet Bulla compoſitionis, vt in eadem habetur: aliàs non tibi proderit cõpoſitio facta. Quod à paucis puto aduerti, propter non benè recurſam, vel intellectam dictam Bullam quoàd prædictam compoſitionem. Vbi verò Bulla prædicta Compoſitionis haberi non poteſt: aduertat is qui ad dictam reſtitutionẽ tenebitur, quòd praxis temperauit præfatum Concilium Lateranen. ad hunc, qui ſequitur, modum, videlicet vt Parochus non reſtituat niſi quintam partem; Canonicus quartam; alii verò Beneficiarii, & penſionarii, tertiam, diuidendas pro rata: & reliquas partes ſibi retineãt, pro titulo, & aliis oneribus ſibi incumbentibus, vt teſtatur Henriq. in Summa tit. de Excommunicat. cap. 13. §. 2. in gloſſa V. Y. Z. Quod temperamentum intellige quoàd Forum animæ. Nam in Foro exteriori, ad vnguem ſeruabitur prædictum Concilium. Adde pro prædictis Sot. lib. 10. de Iuſt. quæſt. 5. art. 6. concluſ. 4. & Pet. à Nauar. tom. 1. lib. 2. à num. 180.

8 Secundò aduerte quòd ſi fueris pauper, poteris facere per Confeſſarium, vt prædicti fructus reſtituendi, tibi applicentur ab eodem; quia non debet eſſe ipſe Beneficiarius peioris cõditionis, quàm alii pauperes. Ita tradit Naua. in d. c. 25. n. 123. Notab. 1. & Pet à Nauar. ſuprà num. 191.

IGNORANTIA.

SVMMARIVM.

1 *IGNORANTIA, in Foro pœnitentiali, probatur proprio iuramento, immò & ſimplici verbo. In Foro vero iudiciali, ſecùs eſt in multis caſibus.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 IGNORANTIA, in Foro interiori, & Pœnitentiali, probatur proprio iuramento; gloſſ. verbo Ignorantiam. in cap. Innotuit. de Elect. & in capit. Significaſti. 1. verbo Si eſt ita. de Homici. quin immò & ſine iuramẽto, ſed ſolo ſimplici verbo in Iudicio animæ cuilibet credendum eſt, per gloſſ. receptam in capit. Significaſti. 2. verbo Credendum ſit. de Homicid. & dicemus verbo Pœnitentia. Differentia 5.

In Foro verò iudiciali, licèt etiam probetur ignorantia proprio iuramento: quia generale eſt, quòd ea quæ conſiſtunt in animo (qualis eſt ignorantia) poſſunt probari per proprium iuramentum, ex gloſ. notab. in cap. Propoſuiſti. verb. Non probatur. 82. diſt. Alia in cap. Qui & diuinis. 12. q. 2. Alia in dict. c. Significaſti. 1. & in §. Namq; ſi cui. verb. Dicit. Inſt. de Actio. vbi Iaſ. hoc notat. Pro quibus eſt text. in capit. Si verò. 2. de Sent. excom. Tamen quãdo eſt preſumptio contra allegantem ignorantiam; tunc non ſtatur eius iuramento; ſed cogitur probare dictã ignorantiã, ex dict. glo. c. Propoſuiſti. diſt. 82. quã cõmẽdat, & dicit receptã Nau. Cõſ. 1. n. 7. de Conſtitu. Vide alias ſex fallẽtias ſeu limitationes per Feli. in c. 2. col. 6. de Cõſtitu. in quibus ignorãtia non poteſt probari proprio iuramẽto; ſed aliis modis: ex quibus aliquos ponit Naua. vbi ſup. poſt gloſ. in Reg. Preſumitur. de Regu. iur. lib. 6.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *LEX ſi eſt iuſta & recepta, obligat ad eius obſeruantiam in Foro exteriori, & punitur eius tranſgreſſor, etiam ſi ignoranter id faciat.*

2 *Sed in Foro conſcientię, eam tranſgrediēs ex cauſa ſibi rationabili, nō peccat, niſi quādo ex contemptu, vel aliàs, lex ſit ſuper materia de iure naturali præcepta.*

3 *Quando dicatur quis peccare ex cōtemptu.*

4 *Declaratur gloſ. 1. cap. Quæ in Eccleſiarū. de Conſtitu.*

5 *Vide tres regulas ad cognoſcendum quando lex poſitiua obliget in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 LEX ſecularis ciuilis, vel municipalis, ſi eſt iuſta, & recepta, obligat in Foro exteriori, capit. Erit autem. diſt. 4. c. Qui reſiſtit. 11. queſtione 3. cap. 2. de Maioritate, & obedient. Nauar. cap. 23. num. 40. & punitur eius tranſgreſſor, etiam ſi ignoranter id faciat, l. 1. ff. de Legi. & dicemus in ſequenti Diff.

2 At in Foro conſcientiæ, qui non ex contemptu eam tranſgreditur, nō punitur, niſi ſit ſuper materia aliàs de iure naturali præcepta; vel puniat factum, aliàs eodem iure damnatum. Hoc eſt dictū ſingulare Imol. in Repet. cap. Cùm contingat de Iureiur. de quo facit magnum feſtum Felin. in cap. 1. numero 19. de Sponſal. vbi dat regulam generalē docēs cōtrauenientē legi ſeculari ciuili, vel municipali, quantūcumque iuſtę, numquam incurrere mortale, niſi hoc faciat ex contemptu; vel lex ipſa ſtatuat in materia, cuius tranſgreſsio aliàs inducit peccatum. Quod idem in effectu voluit Caiet. in Summa verbo Pręcepti tranſgreſſio. in fin. vbi dicit in his quæ ſunt poſitiui iuris: ſi abſque contemptu, ac refutatione finis, ex ignorantia pura, aut ex apparenti ſibi excuſatione tranſgreſsio fiat ab eo qui animum habet nullo pacto conſentiendi contra præceptum obligans ad mortale; non incurri peccatum mortale. Idem tenet Nauar. cap. 23. num. 43. vbi dicit illam cauſam quæ bona fide pro iuſta habetur, & ob quam, niſi talem eam iudicaret, contra legem non faceret; à peccato mortali excuſare. allegat Silueſt. verbo Ieiunium. quæſt. 8. & eumdem Caiet. 2. 2. quæſt. 147. artic. 5. Pro quibus facit c. Violatores. 25. quæſt. 1. *Violatores*, inquit, *Canonum voluntariè, grauiter à ſanctis Patribus iudicātur.* Nota verbū *voluntariè*, ideſt ſine vlla cauſa, ex contemptu.

3 Quando autem quis dicatur ex contemptu peccare, declarat Felin. in capite 2. de Maioritate, & obedient. & in capite Cùm quidam. de Iureiuran. Gemin. in cap. Nullus. 55. diſt. Abb. & eius Additiona. in cap. Cùm non ab homine. num. 7. de Iud. optimè Nauar. in capite 23. numero 42. vbi dicit, Tunc tranſgreditur quis legem ex contemptu, cùm principaliter mouetur ad id, eò quòd illam, vel eius authorem paruifaciat. ſecùs ſi per iram, auaritiam, aut aliam cauſam etiam iniuſtam.

4 Hinc colliges limitationem ſingularem ad gloſſam 1. in capit. Quæ in Eccleſiarum. de Conſtit. quatenus habet legem ciuilem, vel municipalem obligare in Foro conſcientię. Quam dicit ſingularem, inſignem, & ordinariam, poſt plures à ſe relatos, Couar. de Teſtament. 2. parte, capite 7. §. 7. numero 9. & dicit receptam Nauar. vbi Suprà, Soto lib. 1. de Iuſt. quæſtione 6. articulo 4. Iaſ. in l. Nemo poteſt. col. 3. de Legat. 1. Felin. in capit. 1. numero 47. de Conſt. & in capite Sicut dignum. numero 17. de Homicid. ſequitur D. Thom. 2. 2. quæſtione 96. artic. 4. Eſt enim intelligenda, vt procedat in ſciente legem, & ex nulla cauſa eam tranſgrediente, niſi ex contemptu, vel in lege ſtatuente in materia, cuius tranſgreſsio aliàs inducit peccatum, ſecundùm Felin. in dicto cap. 1. de Sponſal. numero 19. Vide circa regulam dict. gloſſ. 1. Iacob. de Graſſ. in ſuis Deciſ. lib. 2. c. 10. per totum, vbi eam limitat 8. modis; adde eumdem in cap. 57. num. 6.

Digitized by Google

5 Ad cognoſcendum autem quando lex poſitiua obliget in vtroque Foro, notandæ ſunt duæ regulæ traditæ per Abb. in dicto cap. Quia plerique. num. 7. de Immunita. Eccleſ. Prima eſt talis, Vbicumque ius poſitiuum habens concurſum legis, ſeu æquitatis naturalis, diſponit ſuper retentione, vel reſtitutione: ſeruanda eſt talis lex, etiã in Foro conſcientiæ. Secunda, Vbicumque inter legem poſitiuam, & legem naturalem datur diſcrepantia: ſeruanda eſt lex, ſeu æquitas naturalis in Foro animę, niſi lex poſitiua ex aliqua iuſta, & vera cauſa diſponat cõtra illam legem naturalem. Nam tunc non eſt ſeruanda æquitas naturalis; vt in detractione quartæ Falcidiæ. de qua vide verb. Hæreditas Diff. 5. & in Macedoniano, de quo per Inno. & Abb. in cap. Quia plerique. num. 38. & 39. de Immunitate Eccleſ. & verb. Reſtitutio Dif. 18.

Adde aliam regulam per eumdem Abb. ibidem numero 17. videlicet Ius Canonicum, etiam quatenus diſponit in Foro cõtentioſo, numquam diſponere cum peccato. Et ideò habet etiam locum in Foro animæ, cùm permittit aliquid fieri, vel retineri. De hoc vide notata ſuprà in Preludiis, Obſeruatione 4.

SVMMARIVM.

1 *IGNORANS nouam conſtitutionem, poſt duos menſes non excuſatur in Foro externo.*

2 *Niſi probet impedimentum.*

3 *Abſens, & ignorans, poteſt excommunicari.*

4 *Et collatio ei facta, eſt nulla.*

5 *Non tamen incurret irregularitatem, ſi celebret ignorans ſe eſſe excommunicatum.*

6 *Ignorantia iuris communis, non excuſat.*

7 *In Foro conſcientiæ, ignorantia excuſat à pœnis, dummodò non ſit craſſa, & ea ſit cauſa tranſgreſſionis. quicquid alii teneant.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 IGNORANS conſtitutionẽ Summi Pontificis, ſiue Motum Proprium, Romæ tantùm publicatum: & poſt duos menſes poſt publicationem cõtraueniens eidem, in Foro exteriori non excuſatur, nec à peccato, nec à pœna irritationis actus, ſi eſt anullatiua, & fuit recepta; nec ab aliis pœnis in ea contentis; ex gloſſa fin. Datę lib. 6. Silueſt. verb. Excommunicatio. 10. quæſt. 3. in fin. D. Thom. quodlibeto 1. artic. 19. quem refert Silu. verbo Ignorantia. quæſtione 7. latè Nauar. Conſi. 1. de Conſtit. quæſtione 4. à num. 15. Hoſt. & Abb. in cap. Quia plerique. num. 35. de Immunitate Eccleſ. idem Abb. & Anton. in cap. A nobis. 1. de Senten. excommunicat. & Ant. & Domin. in cap. 2. de Conſtit. in 6. Bart. in l. Cunctos populos. C. de Summa Trinit. & Paul. Comitol. lib. 6. Reſp. moral. quæſt. 1. num. 4. Quod
2 procedit, niſi probet iuſtum impedimentum, nempe ſe fuiſſe abſentem, vel incarceratum, vel aliter impeditum, ob quod non potuit, vel non fuit inculpa ignorãtiæ illius, ſecundùm eumdem D. Thom. ſuprà, & Caiet. 1. 2. quæſt. 90. art. 4. Nauar. ſupra num. 18. ad fin. & num. 21. verſ. Ad quintũ.
3 Itaque in Foro exteriori, ignorantia non excuſat. Hinc eſt poſſe quẽ abſentẽ & ignorantẽ excõmunicari, c. Cùm ſit Romana. §. vltimo, de Appellatione. gloſ. & ibi communis in cap. Apoſtolicæ. de Cler. excom. Cou. c. Alma. 1. p. §. 7. n. 7. vbi dicit dicto in caſu excommunicationem, quoad vinculum, etiam in ignorantem, & inſcium, proprium effectum operari, ſicuti communi omnium ſententia deciſum eſt. Vnde col-
4 latio tali excommunicato facta, nulla eſt, vt reſoluit Rot. teſte Mando. de Commiſſio. Form. 23. quæſtione. 8. vbi inquit, Licèt ignorantia excuſet excõmunicatum igno-
5 rantem quoad pœnam irregularitatis, (vt eſt textus expreſſus in dict. capite Apoſtolicæ) non tamen quoad nullitatem actus; vt & tenet gloſſ. in d. c. Apoſtolicæ. cõmuniter recepta, teſte Coua. ſuprà §. 7. num. 3.

6 Hinc etiam eſt quòd ignorantia iuris, cui eſt annexa irregularitas, non excuſat à tali pœna, vt habetur in cap. Cùm illorum.de Sentent.excommunicat.

7 In Foro verò interiori, ignorans (etiam cum culpa leui, vel leuiſsima, dummodò non ſit lata) excuſatur quoad pœnas, Fel. in cap.2.de Conſtit.n.3.in prima regula, Silu. verb.Ignorantia.q.8.nu.3.Caieta.& Nauar. ſuprà, Couar.c.Alma.1.p.§.40.nu.12.& in Cle.Si furioſus.2.p.§.4.n.9. Hinc dicit Caiet.1.2.q.90.art.4. abſentē, ignorantē Motus Proprios Romę tātū publicatos, nullo modo incurrere pœnas in ipſis contentas, refert, & ſequitur Naua.dict.Conſi.1.n.18. ad fin.& nu.21.verſ.Ad quintum. adde Sil. verb.Baptiſmus.4.poſt princip. vbi dicit in Foro conſcientiæ nullam legem obligare ignorantem, niſi ignoret ex ſua negligentia, & intelligere noluerit. Quod amplia, vt procedat etiam in iis conſtitutionibus, quæ feruntur ſuper rebus de iure naturali, vel diuino, aliàs prohibitis; dummodò pœnæ ſint valde graues, & extraordinariæ, excedentes naturam delicti, & contraueniens ſi ſciuiſſet eas fuiſſe impoſitas, non fuiſſet legem tranſgreſſus. Ita Ant. in cap. A nobis. 1.de Sent.excōmunic.Naua.poſt D.Anto. & alios in Man.c.23.nu.47.& cap.27.num. 277.§.13.& Conſi.47.48.50.51.& 52.de Sent.excōmu.Et hanc dicit cōmunem opinionem, & practicandam Iul.Clar.q.49.n. 2.Silu.in dict.verb.Excommunicatio.2.q. vlti.§.3.Soto in 4.diſt.22.q.1.artic.1.idem Nauar.in cap.9.n.2.& cap.27.n.16.& 272. verſ.13.Innoc.in c.Si verò.de Sent.excō. ſentit Anto.& Fel.in dict.c. A nobis.1.n.2. quatenus habent de ęquitate quadam ſeruandam eſſe prædictam opinionem, quam etiam tenet Ioan.And.ibidem, & Imol.vbi latiſsimè in dict.cap.Vt animarum.& cum ea reſidet Fel.vbi ſuprà num.5.

Quicquid voluerit gloſſa in dicto cap. A nobis.quam ſequitur Couar. poſt alios in c.Alma.1.par.§.10.n.8.11 & 12.cuius opinionem dicit Victor.in Summa, ſub titu.de Excōmunicatione nu.8.aliàs 337. vſu Eccleſiæ fuiſſe admiſſam, remittentibus ipſis Confeſſariis pœnitentes delinquentes ad Superiores pro abſolutione pœnarum, & cenſurarū.Sed id magis contingit ob ſcrupulos Confeſſariorum trepidantium, vbi non erat timendum. Quamuis Victoria magis videatur loqui de pœnis, & ſententiis iuris communis, cuius ignorantia neminem excuſat, iuxta Regul.Ignorantia facti, & nō iuris excuſat.de Reg. iur.lib.6. quàm de cenſuris, & penis conſtitutionum nouarum, quæ non ſunt in corpore iuris clauſæ. vel intelligendus eſt cum gloſſa in dicto c. A nobis, & eam ſequentibus, vt procedat in Foro exteriori, & non in interiori. & ſic concordari poſſunt opiniones contrariæ, & in pœnis communiter ſtatutis.

Aduerte tamen ignorantiam, vt excuſet, non debere eſſe craſſam, vel ſupinam. Duo enim requirit vt excuſet, ſecundùm Naua. dicto Conſi.1. in princip.& num.5. verſ.2. videlicet vt ſit ea trāſgreſsionis cauſa, ideſt quia aliter non fieret actus prohibitus, niſi quia ignoratus. Secundò, vt ſit iuſta, probabilis, ſeu inuincibilis, ideſt, vt ſit talis, quæ excuſet à culpa mortali; puta quando trāſgreſſorem legis non oportebat legem ſcire; vel ſi oportebat, non optauit eā ignorare, neque neglexit adhibere ad eam ſciēdam, illam diligentiam quam cōmuniter alii qualitatis eius, prudentis viri arbitrio, adhibere deberent.

INDVLGENTIA.

SVMMARIVM.

1 *PER indulgentias ſolùm condonatur pœna debita Deo pro peccato; non autem debita Foro exteriori.*

2 *Per indulgentiam non liberatur quis à pœni-*

Digitized by Google

à pœnitentia in Capitulo impoſita.

3 *Per indulgentiam non abſoluitur quis à pœna ſibi per votum impoſita, ſi tale quid fecerit.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 PER indulgētias, virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubileorum acquiſitas, ſolùm condonatur pœna peccato debita in Foro Dei, ſiue pœnitentiali; non autem debita in Foro exteriori; quia omnis indulgentia reſpicit pœnitētias iniunctas, vel quæ iniungi potuerunt, vel debuerunt à Confeſſario, & ita ſolùm reſpicit Forum pœnitētiale. Communem dicit Nauar. de Indulgent. Notab. 11. nu. 20.

2 Ex quo infert num. 21. non condonari per dictas indulgentias pœnitentiam in Capitulo iniunctam, quia illa Forum exterius reſpicit.

3 Dubitaui an idem dicendum ſit de pœnitentia quam quis ſibi per votum, vel aliàs, imponit, ſi tale, ſcilicet peccatum, commiſerit. Nam videtur quòd ſic. nam talis pœnitentia non eſt de iis, quæ per Confeſſarium iniungi poterant, vel debuerant, vt patet; nec ordinatur per ſe ad remiſsionem pœnarum purgatorii; nec id intendit vouens, cùm eam ſibi imponit; ſed tantùm cauere à peccato committēdo: & caſu quo ipſum commiſerit, plectere ſe prædicta pœna, propter tranſgreſsionem legis, ſibi impoſitæ. Tertiò, quia Confeſſarius, non obſtante prędicta pœnitentia, poteſt infligere aliam pro voto, ſeu promiſsione violata. Et ſic videtur quòd illa pœna, ſeu pœnitentia reſpicit Forum exterius, & non pœnitentiale; maximè quia indulgentiæ ſolùm valent ad remiſsionem pœnæ reſiduæ poſt contritionem, & confeſsionem, & abſolutionem; ſiue ſit iniuncta per ſacerdotem, vel Canones, ſiue non ſit iniuncta ab eis, ſed à Deo iniungenda, vt poſt D. Tho. & alios, dicit communem tam Theologorum, quàm Canoniſtarum Silu. verb. Indulgentia. quæſt. 2. num. 5. ad fin. At prædicta pœna, ſeu pœnitentia non eſt talis. ergo non includitur in indulgentiis. Quartò, quia prędicta pœna habet vim voti, immò verè vouet dictam pœnam, qui eam ſibi imponit, caſu quo non ſeruauerit promiſſum; ſeu inciderit in peccatū, à quo cauere deſiderat. At ridiculum eſſet, ſi quis prætenderet per indulgentiam abſolui, ſeu liberari à votis, per eum factis. Quare abſque dubio tenēdum eſt per nullas indulgentias quem liberari à prædictis pœnis.

SVMMARIVM.

1 *INdulgentię extra Sacramentum pœnitentiæ conceduntur à Papa, & Prælatis tātùm, vbi etiam habes quis eas concedere poſſit, & quantas.*

2 *In Foro verò pœnitentiali, etiam Parochus eas concedit; quod intellige vt ibidem.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 INdulgentias, quæ vulgò, & communiter extra Sacramentum Pœnitētię conceduntur, ſolus Papa cum plenitudine poteſtatis, & Epiſcopi cum limitatione, & reſtrictione, nempe pro vno anno in die dedicationis Eccleſię, & in aliis caſibus vſque ad 40. dies tantùm concedere poſſunt, vt probat text. in cap. Cùm ex eo. de Pœnit. & remiſsion. & in cap. fin. eodem tit. lib. 6. & tex. in Extrauag. Vnigenitus. de Pœnit. & remiſsion. inter cōmunes docet D. Tho. in addit. ad 3. par. quæſt. 26. art. 1. & 3. & latiſsimè Henriq. in Summa tit. de Indulgent. cap. 31. §. 1. Inferiores verò Epiſcopis, nullas indulgentias in dicto Foro concedere poſſunt, vt eſt text. in cap. Accedentibus. de Exceſsibus Prælat.

2 In Foro verò pœnitentiali, quilibet Sacerdos poteſt concedere indulgētiam, etiā vltra quinquaginta, vel centum dies, & annos, ſecundùm Innoc. in cap. Quod autē. in fin. de Pœnit. & remiſsion. Ioan. And. in cap.

in cap. fin. eodem tit. lib. 6. in Nouel. Gabr. in Can. Miſſæ. quæſt. 26. litera D. Roſariū Buſti ſermone 13. litera GG. col. 3. Paun. de Pot. cap. Sede vacante. 1. part. quæſt. 4. num. 7. Quod intellige non propriè, applicando merita Chriſti, & Sanctorum, per modum indulgentię, ſed impropriè, nempe pœnam debitam minuendo, augendo erubeſcentiam, & contritionē virtute Clauium, exhibendo miniſterium in Sacramento, in quo Deus aliquid remittit, orando pro pœnitente, & etiam minuendo pœnitentiam ab alio iniunctam, in caſu quo minui, & mutari poteſt, vt declarat Silu. ver. Indulgentia. quæſt. 5. Abulen. in Math. 16. quæſt. 80. Cordub. lib. 5. quæſt. 12. propoſitione 5. ad ſecundùm, & Henriq. vbi ſup. §. 8. litera.

SVMMARIVM.

1 *CONFITENS in peccato mortali, vel communicans in Quadrageſima, vel lucrans indulgentias in eodem p. m. licèt quoàd Eccleſiam ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ, vel Confeſſarii quoàd pœnitentiam, non tamen quoàd Deum.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 QVI confitetur nulliter, vel informiter, vel communicat in peccato mortali, vel lucratur aliquā indulgentiam nulliter, ideſt in peccato mortali: putans tamen in omnibus his caſibus benè vel confiteri, vel cōmunicare, vel lucrari indulgentiam; quia putat in ſtatu gratiæ, & non cum peccato mortali præfata feciſſe: talis licèt in Foro exteriori ſatisfaciat præceptis de confitendo in Quadrageſima, vel de communicando in paſcha, & etiam quoàd pœnitentiam ſibi per Confeſſarium impoſitam:

Attamē in Foro interiori, & quoàd Deū, ſecùs eſt. Ita poſt D. Tho. & Nauar. docet Fr. Emman. Rodrig. in explicatione Bullæ Cruc. §. 2. dubio 2. ad fin. eſt D. Tho. in 4. diſt. 17. quæſt. 4. art. 1. & Naua. in cap. Inter verba. 11. quæſt. 3. concluſione 5. num. 61. Intellige tamē dicta de communione; quādo ſcilicet quis communicat in p. m. culpabiliter. Nam quando ignorantia eſt inculpata; fit de attrito contritus, virtute ſacramenti Euchariſtiæ, iuxta diſtinctionem cōmunem Theologorum, de qua per Sotum in 4. diſt. 12. quæſt. 1. art. 4. in quinto argumento.

INIVRIA. vide verbo Remiſsio iniuriæ.

INQVISITIO.

SVMMARIVM.

1 *INQVISITIO fieri non poteſt, niſi præcedat infamia, aut clamoroſa inſinuatio.*

2 *De occultis non poteſt Iudex inquirere. aliàs peccat mortaliter.*

3 *Sed in practica contrarium ſeruatur.*

4 *In Foro tamen conſcientiæ, primum eſt ſeruandum.*

5 *In criminibus vergentibus in perniciem Reipub. poteſt Iudex procedere ad inquiſitionem, nulla præuia infamia.*

6 *Quæ ſint talia crimina.*

7 *Vbi agitur de damno euitando, vel de crimine committendo, nulla requiritur diffamatio.*

8 *Niſi per ſecretam monitionē ſperaret certò remedium.*

9 *Vbi crimen eſt notum, & ignoratur auctor eius: ſi in inquiſitione generali detegatur auctor,*

auctor, non eſt præmonendus, ſi verſatur bonum commune. aliàs ſecùs.

10 *Iudex Eccleſiaſticus tenetur ſemper procedere præcedente infamia, niſi quando agitur de criminibus vergentibus in perniciem Reipub. vel Communitatis, vel tertiæ perſonæ. Nec ſufficiunt duo, aut tres teſtes, nec indicia, nec inſtantia Fiſcalis.*

11 *Viſitatores Regularium, quomodo procedere debeant.*

12 *Iudex Eccleſiaſticus, non poteſt ex inquiſitione generali deſcendere ad ſpecialem, vbi non conſtat de infamia, niſi in caſibus ſupra exceptis. Et ponitur diſcrimen in hoc, inter tribunalia ſecularia, & Eccleſiaſtica.*

13 *Vbi agitur per viã inquiſitionis, non equiualent indicia, & ſemiplena probatio, ipſi infamiæ.*

14 *Iudex laicus excuſatur de inquiſitione infamiæ, vbi per ſtatuta tenetur inquirere ad denunciam Fiſcalis. In aliis autem denũciationibus per alias perſonas factis, non excuſatur.*

15 *In quibuſdam caſibus, præter exceptos ſupra, non requiritur infamia.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 INQVISITIO abſque diffamatione, aut clamoroſa inſinuatione, fieri non poteſt. Text. eſt expreſſus in cap. Qualiter, & quando. in 2. & in cap. Inquiſitionis. & cap. Cùm oporteat de Accuſat. & in c. Licèt Heli. de Simon. & cap. Deus omnipotens 2. quęſt. 1. & ſentit Ordi. Portugal. lib. 1. tit. 65. §. 31. docet Specul. tit. de Inquiſit. §. 1. in princ. Cenedo latè 2. part. Collect. 101. num. 7. pag. 256. Quam concluſionem totus Mundus ſequitur, vt dicit Iul. Clar. quæſt. 20. nu. 3. ſubdens aliter factam inquiſitionẽ, eſſe nullam. Cuius rei ratio eſt, quia Iudex regulariter nõ poteſt ex officio procedere ad punienda delicta ſine accuſatore, iuxt. gloſſam verb. Sine accuſatore. in l. 2. §. Si ex publico. ff. de Adult. communiter receptam, teſte Iul. Clar. quæſt. 3. num. 3. vel niſi interueniat aliquid quod ſit loco accuſatoris, & aperiat viam inquiſitioni, vt dicit idem Clar. quęſt. 5. num. 3. ad fi. vbi dat rationem dictæ rationis, videlicet quia ſi Iudex poſſet procedere ad inquirendum contra omnes ex ſe ipſo, & ad ſui libitum, poſſet multos indebitè vexare. Ideò ſtatutum eſt, vt priùs aliquid præcedat, quod Iudicem ad procedẽdum inducat, & quodammodò ex neceſsitate officii ſui impellat (puta) fama, vel clamor, vel querela partis, vel huiuſmodi. Vnde ibi refert quemdam Iudicem fuiſſe grauiter reprehenſum, eò quòd proceſsiſſet contra quemdam de inceſtu, qui propriam filiam carnaliter cognouerat; nulla præcedente quærela, vel denunciatione: & ambo fuerunt abſoluti. Deinde ipſa diffamatio, ſeu clamoroſa inſinuatio ſuccedit loco accuſationis, vt tenẽt communiter Doctores per text. ibi in dicto cap. Licèt Heli. quaſi videatur populus ipſe, diffamatum, & reũ criminis ad Iudicẽ deferre. Meritò ergo ſine dicta diffamatione Iudex ad inquirendum contra aliquem procedere nõ poteſt; quia aliàs idem Iudex eſſet accuſator, & Iudex, quod iura abhorrent, vt in dict. cap. Licèt. iuncta ibi gloſſa verb. Iudex.

2 Quòd ſi crimen, ſeu peccatum ſit ſecretum: tunc vltra rationem ſuprà allegatam, eſt & alia ratio quare Iudex non poſsit inquirere de eo; niſi pręcedat diffamatio rei de illo crimine, pro quo contra ipſum inquirere intendit; quia ſcilicet quamdiu de crimine aliquo nulla pręceſsit infamia, peccatum eſt ſecretum, & occultum, ſaltem quoad Forum iudiciale, & conſequenter, non ſpectat ad dictum Forum, ipſum punire, vt probat text. in dicto c. Deus omnipotens. & in cap. Conſuluiſti. 2. quæſt. 5. & cap. Erubeſcant. 32. diſt. quia tale Forũ eſt poteſtas publica, quæ ipſo iure requirit notitiam publicam. In qua ratione fundatur regula l. Illicitas. §. Veritas. ff. de Offi. Præſi. de qua verb. Iudex. Differentia. 1. Hinc dicit text. in cap. Qualiter, & quando. in 1. de Accuſat. teſtes in iudicio inquiſitionis debere iurare ſe dicere veritatem, excepto in occultis criminibus; quaſi talia crimina occulta non ſpectent ad Iudicem ex officio. Ex quo text. Abb. ibi in 5. notab. vnam colligit differentiam inter modum inquiſi-

inquiſitionis, & accuſationis. Nam in inquiſitione non diſcutitur de occultis criminibus, eò quòd inquiſitio requirat præcedentem infamiam, & quòd priùs ſit crimen publicum, & diffamatum. Sed accuſatio poteſt fieri de occultis criminibus, dummodò poſsint probari, vt in cap. Plerumque 2. quæſt. 7. Quare Iudex, vel Prælatus, inquirens; non præcedente dicta infamia, peccaret mortaliter; quia infamaret occultum peccatorem. Facit Naua. cap. 24. num. 14. & cap. 18. num. 40. & in ſpecie docet Sot. de ſecreto. memb. 2. quæſt. 6. concluſione 1. & Valpedroſa in Scholiis ad Nauar. dicto cap. 18. num. 40. vbi dicunt quando delinquens eſt occultus, & non laborat infamia, aut indiciis illi æquipollẽtibus; non poſſe Epiſcopum inquirere ad punitionem; ſed ad paternam correctionẽ. Idem docet Miran. de Ord. iud. quæſt. 6. art. 4. & 6. concl. 4. & quæſt. 11. art. 10. concluſione 1. Rodrig. eodem tit. cap. 4. nu. 9. Idem Sot. de Iuſt. lib. 5. quæſt. 5. art. 1. Salon eodem tit. quæſt. 68. art. 1. controuerſ. 2. col. 1450. verſ. Ad ſextũ. & meliùs quęſt. 69. art. 2. controuerſ. 7. per tot. Nauar. in cap. Inter verba. concl. 6. num. 185. Quod adeò verum eſt, vt licèt quis denunciet crimen occultum (dummodò nõ ſit ex exceptis, de quibus infrà) & offerat duos, aut tres teſtes conſcios eiuſdem criminis: nihilominus Iudex non poterit in conſcientia, vigore dictæ denunciationis, ad examen iudiciale dictorum teſtium procedere, & formare ſpecialem inquiſitionem contra criminoſum, & eum punire. De hoc eſt text. mirabilis, & vnicus in iure in dicto cap. Inquiſitionis. §. Tertiæ. de Accuſation. & docet Abb. ibi num. 2. ſubdens rationẽ, quia ſcilicet dicta paucorum non infamãt, vt probat §. Queſiuiſti. d. c. Inquiſitionis. Idẽ tenet Sot. lib. 5. de Iuſt. q. 6. art. 2. Rodrig. & Miran. vbi ſuprà concl. 1. ad fin. & quæſt. 5. art. 4. concl. 5. Pet. à Nauar. 1. tom. lib. 2. cap. 4. nu. 151. Adde l. 4. tit. 29. Partita 7. vbi plenè Greg. Lop. in gloſſa magna, & Roder. Suarez l. 4. tit. De las Iuras. lib. 2. Fori. num. 14. Sed de intellectu, & practica dicti §. Tertiæ. infrà 4. concluſione latè videbis.

5 Sed contra prædicta facit practica contraria, quam totus Mundus ſeruat, vt dicit Innoc. in cap. Bonæ. 1. num. 5. de Elect. & ibi Abb. & communis idem Bart. in l. 2. §. Si pupillo. num. 17. ff. de Adult. & in l. fin. num. 2. ff. de Quæſtion. Nauar. in cap. Inter verba. concl. 6. num. 125. & Iul. Clar. dict. queſt. 5. num. 4. Nam conſtito legitimè Iudici per quamcumque viã de crimine aliquo commiſſo, nullo facto proceſſu ſuper infamia, ſtatim ex officio inquirit generaliter ad ſciendum delinquentem; interrogando teſtes, quos putat de negotio informatos, an ſciant quiſnã delictum cõmiſerit, neminem nominando. Et ſi teſtes nominant in ſpecie delinquentem; tunc illa generalis inquiſitio tranſit in ſpecialem, & ſic ſtatim eũ capi facit, & ad vlteriora procedit. Quòd ſi teſtes dicant ſe neſcire quis delictum commiſerit; tunc interrogat eos ſuper diffamatione, neminem nominando; ſed in genere interrogando, à quo publicè dicatur patratum fuiſſe maleficium; ſeu contra quem illius delicti fama diſſeminetur, vt hoc modo intelligat quis ſit de ipſo crimine diffamatus. Et vbi ex ipſis informationibus aſſumptis ſuper infamiam, reſultat ſuſpicio contra aliquem; tunc incipit inquirere ſpecialiter contra eum, & ad vlteriora procedit, vel per citationem, vel per capturam, iuxta qualitatem indiciorũ. Ex quibus apparet, eodem contextu à Iudice aſſumi informationes ſuper veritate criminis, & ſuper diffamatione. Ita docet Clar. in dicta quæſt. 5. num. 4. & quæſt. 6. num. 1. Si autem delinquens eſt certus: tunc ſimiliter Iudex recipit teſtes de maleficio commiſſo, & de perſona delinquente. Et conſtito de veritate vtriuſque, facit capi delinquentem, & format inquiſitionem ſpecialem contra eum procedendo ad vlteriora, ſcilicet ordinando denunciationem ſecundùm informationes receptas, recipiendo eius confeſsionem, & repetendo teſtes in dictis informationibus receptos, & alios de nouo recipiendo; nulla præhabita informatione de fama. Et ſic vides quomodo de communi ſtylo, & practica totius Orbis, nec in inquiſitione generali, nec in ſpeciali ſeruetur ius commune circa infamiam prius præhabendam. Et ita teſtatur Iul. Clar. dict. quæſt. 6. num. 1. ad fin.

Digitized by Google

ad fin. dicens, ſe numquam vidiſſe fieri aliquem proceſſum, qui inciperet à diffamatione.

Quę practica nedum ſeruatur per Iudices ſeculares, ſed etiam per Eccleſiaſticos, vt dicit gloſſa ſingularis, quam à nemine legi citatam, in Extrauag. 1. de Præb. §. Penult. verb. Inquirere. Ioan. 22. Cuius verba ſunt. *Nota quod inquiſitio quæ fit ex mero iudicis officio, fieri poteſt, etiam publica infamia non præcedente. Et per hoc tolerari poſſe videntur inquiſitiones, quæ fiunt per Iudices moderni temporis, tã Eccleſiaſtici, quã temporales.* Hactenus gloſſa, per quam cõſtat non ſolùm prædictam practicam eſſe communem in omnibus tribunalibus, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus; ſed etiam poſſe tolerari, & ſic poſſe ſeruari ſine peccato. Ratio eſt, quia cùm præfatum requiſitum de infamia præhabenda ante inquiſitionem, ſit Iure Canonico inuentum, vt dicit Clar. quæſt. 31. num. 10. (Non enim conſtat per aliquod aliud ius, ſiue naturale, ſiue diuinum fuiſſe præſcriptum, & ſtatutum, vt fatentur communiter Doctores) non mirum ſi contraria conſuetudine potuerit derogari; cap. fin. de Conſuet. l. De quibus. §. Inueterata. ff. de Legib. l. An in totum. C. de Aedific. priuat. & l. Si venditor. §. Si conſtat. ff. Communia præd. Pręſertim cùm non temerè, & ſine ratione, introducta fuerit. Expedit enim Reip. vt delicta non remaneant impunita, cap. Vt famę de Sentent. excommunic. ne facilitas venię incentiuum tribuat delinquendi, cap. Eſt iniuſta. 23. quæſt. 4. At ſi infamia expectaretur, multa crimina impunita manerent, vt palàm eſt.

4 Hac tamen generali conſuetudine non obſtante, tenent quamplures Doctores, nullo modo in Foro conſcientiæ licere Iudicibus procedere ad inquiſitionem ſpecialem delicti; niſi ſit etiam infamia delinquentis. Ita Palud. in 4. diſt. 19. Adrian. Quodlib. 11. Caiet. 22. quæſt. 69. art. 2. & quæſt. 70. art. 1. Sot. dicta quæſt. 6. memb. 2. de Secret. dub. 4. & lib. 5. de Iuſt. quæſt. 6. art. 2. ante reſponſionẽ ad argumẽta. Naua. in dicto c. Inter verba. corol. 48. pag. 163. & in Manual. cap. 25. num. 36. & 42. & melius cap. 18. num. 38. Cordub. caſu 64. poſt princip. Mirar. de Ord. iud. quæſt. 6. art. 4. per tot. & art. 2. concl. 4. & 5. Ergo eſt eius ratio, quia licèt non ſit præceptum naturale, vt ſine infamia præcedente non fiat inquiſitio particularis de criminoſo occulto: eſt tamen valde conſonum iuri naturali, vt peccata, & peccatores occulti non reuelẽtur, propter magnum damnũ, quod infertur, tam ipſis peccatoribus quò ad honorẽ, & famã; quam aliis, qui eorum exemplo ſcandalizantur. Quod quidem damnũ, cùm ſit de re graui, quale eſt de iactura famę, & boni nominis, & ęſtimationis, quod præualet diuitiis; eſt peccatũ mortale: niſi in caſu, quo ex nõ reuelatione ſubſequeretur aliquod magnũ detrimentũ, vel Reip. vel tertię perſonæ, ſecundùm Nauar. in cap. 18. num. 26. & 61. & cap. 25. num. 42. Eſt & alia ratio magis vrgens, quia ſcilicet Iudices, & eorum Fiſcales non minùs tenentur ad pręceptum de correctione fraterna, quàm alii ſubditi, vt docet D. Tho. 2.2. quęſt. 33. art. 7. ad Quintum. Miran. de Ord. iud. quæſt. 8. art. 6. quia pręceptum vniuerſale eſt, neminem excipiens. ergo ſaltem in his caſibus, & denunciationibus, quę eis fient, vbi dictum pręceptum non fuerit ſeruatum à denunciante; tenebitur Iudex illud ſeruare; & conſequenter non poterit ad inquiſitionem ſpecialem procedere. Alia etiam ratio poteſt aſsignari, videlicet quia ſi Iudices poſſent indiſtinctè, & in omni caſu ex prædicta generali conſuetudine inquirere tam generaliter, quàm ſpecialiter abſq; pręuia diffamatione: multis teſtibus daretur occaſio reuelãdi occulta crimina, occultoſquè peccatores, etiam vbi non ageretur de obſiſtẽdo peccato futuro, vel damno Reip. vel tertiæ perſonæ. Quam reuelationem (ſaltem quoàd ipſos) eſt communis opinio eſſe peccatum mortale, vt docet D. Tho. in dict. ar. 7. ad Quintum, Nauar. in dicto cap. 25. nu. 42. & cap. 18. num. 54. & 61. §. 34. Iul. Clar. quæſt. 27. num. 3. Rodrig. de Ord. iud. cap. 7. num. 1. Quòd autem daretur talis occaſio, patet ex eo, quia ſi Iudex poteſt inquirere abſque infamia, & interrogare teſtes ſuper dicta inquiſitione. ergo, & teſtes tenebuntur reſpondere, & manifeſtare quod ſciẽt, etiã occultum. Nec valet reſponſio quorumdã dicen-

Digitized by Google

dicentium id verum eſſe, cùm teſtes interrogantur ſuper accuſatione; non tamen ſuper inquiſitione: nam talem diſtinctionem neſcient facere communiter teſtes, niſi ſint literati. Et ſic niſi eis aduertatur (quod cõmuniter numquam fit) quòd non tenentur reuelare occulta,nec de eis reſpondere; facilè etiam occulta reuelabunt, pro vt experientia docet. Alias plures rationes aſsignant Sot. Nauar. Salon. & alii ſuprà citati, ſed quia magis ſpectant ad corroborãdum ius commune in dicto cap. Qualiter. 2. & aliis capitulis ſuprà relatis, contentum,circa neceſsitatem præuiæ infamiæ ante inquiſitionem: quàm ad impugnandã prædictam conſuetudinem, & practicam vniuerſalem: ideò eas conſultò omitto.

Nec obſtat pro communi practica ſuprà adducta; non primum de derogatione iuris per contrariam conſuetudinem: quia id procedit in cõſuetudine rationabili,& præſcripta; vt docet gloſſa antepenult. in cap. Ecce. 95. diſt. & in cap. Fruſtra. 8. diſt. At prædicta conſuetudo, de qua agimus, non videtur rationabilis: iure enim naturæ ſeruare tenemur famam proximi, quoàd fieri poteſt, iuxta ordinem, & mentem Chriſti Saluatoris Noſtri, in dicto præcepto de correctione fraterna,manifeſtatam. Et eodem iure,occulta, & ſecreta, quæ non ſunt in damnum alterius,celanda ſunt;cap.Cùm dilecti de Accuſat.cap. Si Sacerdos de Offic. Ord.cap.Si tantum Epiſcopus.6.quæſt. 2.Quòd ſi dicas, hac ratione nec poſſet quis accuſare occultum delinquentem, ne eius famam læderet, etiam ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequeretur, quod eſt abſurdum. Nam reſpondetur, quòd per iniuriam, quam delinquens irrogat alicui, amittit ius, ne ille teneatur in illo caſu ſeruare eius famam; ſua enim malitia promeruit, vt in caſu dictæ iniuriæ,ſeu delicti, famæ illius nulla habeatur ratio; vt dicit Sot.de Secret. memb.2. quæſt.4. concl. 2. & Arag. 2.2. quæſt. 33. art.2. Miran. ſuprà quæſt.11.art.3. concl.2. At cum peccatum nulli eſt damnoſum, ſed tantùm ipſi perpetranti illud; ceſſat dicta ratio. Et Reip. non intereſt (vt ad ſecundum reſpondeamus) quòd Iudex occulta, nulli damnoſa reuelet: nam licèt communiter vtile ſit Reip. vt delicta puniantur; non tamen occulta, & quorum nulla eſt infamia. Quin immò magis nocet Reip. crimina occulta reuelari. Nam, quòd occulta maneant impunita, nullum eſt damnum Reip. cum ſatis occurratur audaciæ ſceleratorum, puniendo crimina notoria, & publica per famam. Manifeſtando autem crimina occulta, & criminoſos occultos, amittunt ciues ſuum honorem, & famam, quæ ſunt magna bona Reip. & inquietatur Reſp. ex ſcandalo, quod offertur, detegendo delicta eorum, qui bene audiebant, ad ſimilia perpetranda. Hinc dicit text. in c.Præsbyter. 2. quæſt. 5. ne ſine infamia contra aliquem Clericum procedatur; ne populus ſcandalum patiatur,& in cap. Si à plebe.eadem cauſa, & quæſt. ne infirmorum corda de mala fama percutiantur.

Neque item obſtat, quòd ſi infamia expectaretur, multa crimina impunita manerent: nam vt inquit Anacletus Papa in cap. Si omnia.6.quæſt.1. multa relinquẽda ſunt iudicio diuino. præſertim, quòd non ſpectat ad Iudicem ex officio, niſi punitio eorum, quæ notoria, aut publica ſunt per famam. cap. Erubeſcant. 32. diſt. cap. Sicut tuis in fine. de Simon. aptior text. quoàd propoſitum in cap. Qualiter. in primo.de Accuſat. in fine.

Quid ergo dicemus? condemnabimus nè ad ſupplicia æterna tot Iudices, & Epiſcopos, ac Prælatos, & eorum Vicarios Generales, aliàs literatiſsimos, & ſuæ ſalutis non immemores? certè duriſsimum eſt, & temerarium valde tale opinari. Propter quod ingenuè fateor, reſolutionem huius differentiæ me multos dies ſuſpenſum tenuiſſe, ac valdè in ea laboraſſe pro veritate in re tam graui educenda: præſertim, quòd in multis partibus tam Iudices, quam Fiſcales tenentur in Syndicatu,& faciunt litem ſuam, ſi illi non inquirant de omni crimine, & iſti non ea denuncient: quos ad peccatum mortale condemnare, ſi obedientes fuerint; abſurdum, & horrendum videtur.

5 Quare pro reſolutione ſequentes annectam cõcluſiones. Prima cõcluſio. In omnibus delictis,quæ vergunt in perniciẽ Reip. in quibus non requiritur monitio ante denuncia-

nunciationem, poteſt Iudex licitè inquirere, nulla expectata, ſiue præuia infamia. Et ratio eſt, quia tunc agitur de maiore damno, & periculo, quàm ſit fama proximi. Eſt etiam alia ratio, quia ſi monitio ſecreta non requiritur: multo minùs requirenda eſt diffamatio publica, quæ eſt veluti quædam monitio publica, tam delinquentis, vt caueat ſibi; quàm iudicis, vt de eo inquirat, & ipſum puniat, vel remedium adhibeat. Hęc concluſio eſt receptiſsima ab omnibus, & eam tradit Sot. de Secret. memb. 2. quæſt. 4. concl. 1. Arag. 2. 2. quæſt. 33. art. 2. Miran. de Ordin. Iud. q. 11. artic. 2. vt ſi v. g. aliqui conſpirarent ſecretò in Principem, vel tradere vellent ciuitatem: in his, & ſimilibus caſibus, abſurdum eſſet, & ridiculum expectare; quòd prædicti priùs diffamarentur: ſed ſtatim, habita notitia prędictorum, debet ſecretò Iudex recipere informationes. Et ſi ex ipſis ſibi conſtiterit vera eſſe quæ ſibi nunciata ſunt, vel ſunt indicia vrgentia, vel vnus teſtis, & ſic ſemiplena probatio: poteſt, & debet Iudex ad capturã procedere, & deinde ad vlteriora.

6 Quæ autem crimina dicantur vergere in perniciem publicam, non conuenit apud omnes. Nam Soto vbi ſuprà, queſtione 4. concluſ. 3. ponit ſex crimina, videlicet crimen hæreſis, læſæ Maieſtatis, conſpirationis in Principem, traditionis ciuitatis, falſificationis monetæ, latrocinii publici, commiſsi, nempe ab obſeſſoribus viarum, vulgò *ſalteadores de caminos*, qui vias publicas obſidẽt, & quorum eſt animus quoſcumque depredari, & occidere. Et in his criminibus nulla eſt dubitatio quin ſint in damnum totius Reipub. Conſulatur etiam Nauar. in dicto capite, Inter verba. numero 197. & 201. cum ſequentibus, & copioſè per Salon col. 1509. vbi ponit quamplura alia crimina, putà peccatum blaſphemiæ, & ſubornationis pro indigno ad cathedras, & electiones; quem in his vltimis ſequitur Rodrig. de Ordin. Iud. cap. 3. numero 4. ad fin. Alii ponunt etiam peccatum nefandum, vt Miran. quæſtione 6. artic. 6. concl. 1. licèt contra teneat Rodriguez vbi ſuprà. Peccata verò fornicationis in Religioſis, vbi timeri poteſt publicatio, puto vergere in damnum totius Religionis. ſecùs vbi eſt adeò ſecretum, & cum tali perſona, vt veriſimiliter credatur numquam detegi. Et ita cõcordari poſſunt Miran. & Rodrig. qui in hoc ſunt contrarii. Nam Miran. tenet vergere in damnum publicum: Rodriguez verò negat. Adde alium caſum, cùm parãtur ſcilicet inſidiæ ad mortem alicui perſonæ eminenti, ex cuius vita pendet ſalus Reipublicę. hoc crimen reputatur etiam à Soto, & Rodriguez vbi ſuprà vergere in perniciem Reipub. Peccatum etiam Prælati Religioſi, propter damnum conuentus, & periculũ regiminis, putat Miran. quęſt. 6. art. 6. concl. 4. ad fin. vergere in damnum publicum; non quòd via inquiſitionis contra eum procedatur; ſed aliqua via honeſta ad priuandum eum Prelatura eius. Prædictis adde quòd ſi aliquod delictum ſit publicum, & patrator ſecretus; etiam hunc caſum puto vergere in perniciem publicam, ſi occultaretur patrator, & non fieret de eo inquiſitio. Quare ad tollendum ſcandalum, & ne alii reddantur audaciores ad malum, oportet de eo inquiri, licèt non ſit malus rumor de ipſo peccante. argumẽto eorum quæ traduntur per Gerſ. 2. parte Alphab. 34. lit. O. & per Areual. de Correct. frater. concluſ. 5. fol. 143. vbi dicunt in prædicto caſu patratorem ſecretum teneri ſe prodere, quamuis non in publico. & hoc propter bonum publicum, ſcilicet ad tollẽdum ſcandalum, & ne alii fiant audaciores ad malum. In his criminibus poteſt procedere Iudex ad inquiſitionem eorum, nulla pręcedente infamia.

Quidam tamen tradunt quamdam limitationem, videlicet ſi crimen non fuerit commiſſum, & Iudex firmiter crederet, & ſperaret poſſe ſe per ſuã ſecretam admonitionem huiuſmodi malis occurrere, & ipſis mederi, teneri priùs vti dicto ſuaui medicamine ante quàm ad vlteriora in inquiſitione procedat; ſicut dicitur in accuſatore, & denũciatore, vt per Miran. q. 13 art. 5. cõcl. 2. & q. 11. art. 2. cõcl. 2. & per Durã & Palu. citatos per Areual. ſup. fol. 135. in fi. cũ ſeq. Sed quia rariſsimè, aut numquam id cõtinget, ſcilicet vt Iudex certiſsimus ſit tali via poſſe ſufficiẽter remedia adhibere, & dãnũ publicũ pariter omninò ceſſare; ideò non eſt multum curandum de dicta limitatione

7 Secunda concluſio, Quotieſcumque Iudici denunciatur crimen committendum; vt à Petro parari inſidias ad occidendum Ioannem;ſicut contigit Paulo quando quadraginta viri cōſpirauerant ad illū occidēdū, Act.23. Vel,aliàs agitur de damno inferendo tertię perſonę.Tunc Iudex abſque aliqua præcedente infamia poteſt ſpecialiter inquirere, ſeu informationes in continenti recipere; & conſtito, etiam ſemplenè,de negotio; poterit ad vlteriora procedere ad euitandum damnum tertii; ſi (vt dixi) damnum eſt in fieri, vel adhuc pendet in futurum. Ita fecit Tribunus ille Preſidis Felicis ad obuiandam mortem Pauli. Idem probat text.in l.1. C. de Calumniat. vbi ſi reus eſt accuſatus per calumniam, & Iudex procedēdo in ſuo officio,illud comperit : abſque pręcedēte infamia poteſt inquirere contra calumniatorem, & ipſum punire. Idem faciet ſi comperiat falſum teſtem, aut à quopiam falſam ſcripturam in iudicio productam fuiſſe, vt habetur in l.penult.C.de Probation. & in l. Nullum. C. de Teſtib. Idem ſi inueniat tutorem infideliter agere rem pupilli, vt in l. Tutorum. C. De his quib. vt indig. Et idem generaliter eſt obſeruandum in omnibus aliis criminibus vergētibus in præiudicium tertii. Ita Soto de Secret. memb.2.quæſtione 6.concluſ.3.in ſexto caſu,Miran.quęſtione 6.artic.6.concluſ.4.& quæſtione 11. art.3. concluſ.1.vbi dicit eſſe dictam concluſionem ab omnibus receptam, & cōmunem. Ratio præfatæ concluſionis eſt, quia cùm peccatum non ſit commiſſum, non obeſt iudex, etiam volenti illud committere,ſed prodeſt in procurando illud impedire ex officio, per dictam viam inquiſitionis; & conſequenter potuit inquirere, licèt de eo non eſſet infamia.argumento cap. Hoc videtur. 22. quæſtione 5. & docet expreſsè gloſſa verbo Sed proditor. in cap.Si peccauerit.2.quæſt.1. ſic excuſans Paulum prodendo Tribuno crimen Iudæorum, non præcedente infamia.Tum quia in dictis caſibus melior eſt conditio iniuriam patientis;quàm inferentis.Ac proinde non eſt curandum de fama, ſeu infamia volentis crimen committere, vel damnum proximo inferre: ſed de iniuria propulſanda ab innocente, & iniuſtè eam patiente.

8 Limita tamen prædictam concluſionem, vt non procedat quando Iudex certiſsimè ſperaret adhibere priuatim remediū omni periculo,& dāno tertii ſperato, ſeu futuro quod timebatur. Nam tunc charitas, & ratio ipſa expoſtulant, vt ſubueniatur tertio quāto minore damno proximi fieri poteſt. Quò fit, vt ſi ego admonendo proximum, abundè poſſum ſuccurrere damno, & periculo tertii; contra charitatem faciam ipſum ad iudiciū aduocando; vt in volentibus accuſare, vel denunciare delinquentem corā Iudice. docet Sot.de Secret.memb.2. q.5. concl.4.& q.7.poſt 4.concluſionē,& Arag. 2.2q.33.art.7.Miran.q.11.artic.2 concl.2. & quæſt.13.art.5.concl.2.

9 Tertia concluſio, Vbi crimē eſt notoriū, vel publicū, & ignoratur auctor ipſius: tūc ſi in diſquirendo auctore verſatur bonum commune:poterit,immò & debebit Iudex de eo diſquirere, accipiendo primò informationes de crimine;deinde & ſimul interrogando teſtes de auctore, neminē nominando, & alia indicia ad negotia facientia, inquirēdo.Et teſtes tenebuntur dicere,quę ſcient; & manifeſtare auctorem, etiam occultum, & non diffamatum: verbi gratia(vt exemplis res clarior fiat)fuit homo mortuus in vico inuentus,vel domus aliqua furto ſpoliata, & depredata:certè tenetur in conſciētia Iudex,ad euitandū ſcandalū, & propter bonū cōmune, recipere de vicinis informationes de ipſo negotio,& caſu. Et ſimiliter vicini, & alii de negotio informati, tenētur dicere veritatem, & reuelare quicqui ſcierint;licèt auctor ſit occultus.Ita probat l.1.tit.17.Par.3 & l.6.& 10.tit.1.lib.8. Ordin.& ita ſeruat totus Mundus,vt inquit Innoc.& alii relati à Iul.Clar.quæſt.5. nu.4.

Nec eſt admittēda diſtinctio Silu. verbo Correctio.q.8.& verb.Inquiſitio.1.q.3.§.3. licèt eum ſequatur Pet. à Naua.tom.1.lib. 2.c.4.n.167.& latiſsimè pro vtraque parte Salon vbi ſup. à col. 1502. vſque ad 1522. videlicet Iudicē benè poſſe inquirere;nō tamen teſtes debere reuelare delinquentem occultum.Nam primò, ſi teſtes non tenerentur in conſcientia manifeſtare Iudici interrogā ti ipſum delinquentē:eſſet dare bellum iuſtum pro vtraque parte in hoc caſu.

quod

quod eſſe impoſsibile teſtatur Miran. dicta quæſt. 6. artic. 10. concluſ. 2. licèt Pet. à Nauar. id concedat, & malè, vt ex ſequentibus patebit. Secundò, quia id deteſtantur (vt vidi Barcinone) tam Iudices ſupremi Conſilii; quàm publicè in ſuis concionibus Prædicatores; quia eſt occaſio vt crimina non poſsint puniri; & pariter delinquentibus datur anſa ad talia occultè perpetranda impunè; & nullus poſſet ſecurè viuere in domo ſua, nec conſeruare bona ſua. Et denique iuſtitia impediretur, in graue damnũ Reipub. Vnde meritò, quoniã vergit in perniciẽ Reipub. & in damnũ publicum, non poſſunt teſtes excuſari à ferendo teſtimonio, & à manifeſtatione delinquentis. Tertiò, quia aliàs ſi teſtes nolint dicere veritatem, & reuelare quod ſcierint; poſſunt, & debent torqueri, vt dicit Bart. in l. fin. num. 4 ff. de Quæſt. ergo non peccabũt manifeſtando occultum delinquentem. Nã nemo tenetur cum tãto damno ſeruare ſecretum, aut peccatorem occultum, maximè cùm delictum eſt notorium. Quartò, quia euidentia criminis notorii, vel publici, eſt plus quàm accuſator, vel ſaltem habet vicẽ accuſatoris, vt probat text. in cap. Euidentia. de Accuſation. ergo ſicut cùm adeſt accuſator, non requiritur infamia ad procedendum in negotio per Iudicem, & teſtes tenentur dicere veritatem, & manifeſtare auctorem, etiam occultum (vt diximus.) Sic cùm crimen eſt notorium, vel publicum, poteſt Iudex procedere ad recipiendas informationes, & indicia, & ad ſciendum quis ſit auctor criminis, & teſtes tenebuntur dicere quod ſcierint. Quintò, quia aliàs ridiculum eſſet, & quaſi fruſtraneum iudicem non poſſe in ea inquiſitione generali indagare, & perquirere malefactorem à longe, non nominando aliquem; ſed tantùm indicia facientia ad negotium, vt Sot. conatur defendere. Non enim iura iubent recipi dictas informationes, niſi vt vndequaque perquiratur veritas; & delictum, & delinquens manifeſtentur.

Nec illa cautela quæ præſcribitur ab omnibus, de non nominando perſonam, cum ſit in genere inquiſitio, ideò adhibetur, quia non poteſt inquiri de delinquente ſine infamia, vt ſentit Soto: ſed quia eſſet iudicium temerarium, vel interrogatio impertinens, & iniurioſa, nominare aliquem, non præcedentibus aliquibus indiciis, vel fama, vel ſaltem vno teſte contra nominatum. Nec licèt perueniatur ad notitiam delinquentis per interrogationem in genere de auctore criminis, ſubſequitur aliquod inconueniens; cùm tunc ratione ſcandali, & propter bonum commune non ſit habenda ratio famæ, vel infamiæ auctoris, per ea quæ dicta ſunt in 1. concluſ. & docet optimè Miran. quæſt. 6. art. 10. poſt primam conclu. pag. 167. quia magis tenemur omni iure ad bonũ commune, quàm ad conſeruationem famæ vnius perſonæ priuatæ. & ita hanc partem tenuit D. Tho. cùm eſſet Bachalaureus: nec fuit ex hoc reprehenſus à Capitulo habito Pariſiis, vt Sot. & nonnulli falsò opinantur; ſed quia dixit reum, etiam occultum, teneri ad ſe manifeſtandum, & ſe prodendum, vt benè aduertit Salon col. 1517. in fin. Eamdem opinionem tenet Nauar. in dicto cap. Inter verba. concluſ. 6. corol. 49. num. 124. (licèt ab aliquibus pro contraria parte allegetur in numero 185.) Cordub. quæſt. 64. puncto 1. Arag. de Iuſtitia quæſt. 69. art. 2. Paz in ſua Praxi. part. 1. cap. 1. num. 7. Miran. dicta quæſt. 6. art. 10. antè primam concluſionem, & concl. 1. Si verò in diſquirendo auctore non verſetur bonum commune; vt ſi, verbi gratia, duo rixentur noctu, ſiue die, & alter ſit vulneratus etiam letaliter; vel ſi quis ignotus inueniatur à marito cum vxore, & fugam ceperit; vel Clericus, vel alius perpetrauerit aliquod peccatum, quod tamen eſt in damnum peccãtis, vel aliàs non ſit in damnum publicum, vel præiudicium tertii: in his, & ſimilibus caſibus admittam diſtinctionem Silu. vbi ſuprà in hoc ſenſu, ſcilicet poſſe Iudicem ſi ſit Eccleſiaſticus, inquirere de delicto, non vt deſcendat ad ſpecialem inquiſitionem; etiam ſi ex informationibus reſultent indicia, vel ſemiplena probatio; vel ſciatur auctor, ſi aliàs eſt occultus; niſi ad hoc, vt corrigat paternaliter. & ita procedit Sot. libro 5. de Iuſt. quæſtione 6. art. 2. verſ. Quinta cõcluſio. relatus à Cened. in d. Collectan. 101. par. 2. num. 7. in fin. pag. 257. vt

infrà latiùs dicemus;vel vt dictas informationes, & dicta teſtium ſeruet ad tempus, quo auctor diffametur. Quòd ſi Iudex eſt laicus, poterit ad vlteriora procedere ad euitandum ſcandalum, ſi indicia ſint legitima.aliàs non. Teſtes tamen non tenebuntur, nec debent manifeſtare occultum delinquentem. Et in hoc iudice laico veram credo opinionem Silueſt. quam Salon latè defendit à col.1513.Et licèt prędicta ratio ſcandali, etiam militet, & locum habeat,ac vigeat in Iudice Eccleſiaſtico; & ſic videatur idem dicendum de eo,quod de laico:eſt tamen longa differentia inter eos, ex parte eorũdem Iudicum; quia Eccleſiaſticus, eſt etiam pater;& ideò tenetur non ſolùm ad punitionem, ſed etiam ad correctionem, & emendam: at laicus numquam procedit niſi vt iudex;quia ſolùm attendit punitionem,& ideò non tenetur,nec debet; maximè in notoriis, & publicis, ac ſcandaloſis procedere paternaliter; ſed vt iudex. & cõſequenter conſtito ſibi ex informationibus eſſe ſufficientia indicia contra aliquem, tenetur cõtra eum inquirere ſpecialiter, eum capiendo,& ad vlteriora procedendo.Item eſt differentia inter eos ex parte ſubditorum ipſorũ Iudicũ; quia fama Eccleſiaſtici magis ſtrictè obſeruanda eſt propter damnum commune, quod irrogat eius infamia, & malum exemplum: quod non eſt in laico. Non mirùm ergo ſi iudex Eccleſiaſticus, etiam in crimine notorio, vel publico teneatur ſeruare famã ſui ſubditi occulti; & conſequenter non poſsit deſcendere ad informationem ſpecialem repetendo teſtes, & capturando reum, ac tandem publicè puniendo. Prædictam differentiã inter vtrumque Iudicem ponit ſingulariter Fr.Areualo de Correct.frater. concl.6.fol. 203. quæ vt clariùs innoteſcat, ſit

10 Quarta concluſio, Iudex Eccleſiaſticus in caſibus exceptis in 1.&.2.concluſionibus, nempe quę vergunt in perniciem Reipub.vel tertiæ perſonæ; & eſt periculum in mora: poteſt procedere ex ſolis indiciis,vel ſemi plena probatione ad ſpecialem inquiſitionem; quia in illis non eſt neceſſarium vt præcedat infamia ad inquiſitionem ſpecialem, vt ibi probauimus. In aliis autem caſibus ſemper debet præcedere infamia; adeò vt nec vnus, duo,aut tres teſtes ſufficiant;& multo minùs indicia, etiã ſi ſint vrgentiſsima, vt poſsit ex generali inquiſitione,quæ fit quoàd crimina,& perſonas; vel ſpeciali,quę fit ad ſciendum perſonam; procedere ſpecialiter contra aliquem. Itaque licèt ſibi conſtet de informationibus receptis ex officio, ab aliquo Clerico commiſſum fuiſſe aliquod crimen,vel aliàs eſſe indiciatũ:ſi tamẽ nõ eſt infamatus apud maiorem partem Conuentus, vel vicinię: non poterit in conſcientia Iudex Eccleſiaſticus procedere ad punitionem dicti maleficii,capturando Clericum, denunciando ipſum per libellum criminalem; repetendo teſtes,& tandem ſententiam ferẽdo. Hoc probatur in dicto cap.Inquiſitionis.§. Tertiæ. de Accuſation. qui eſt apertus ad hoc, vbi Papa prohibet ne inquiſitio ſpecialis fiat contra aliquem, licèt adſint contra eum tres,vel plures teſtes,niſi præcedat infamia. Ex quo arguit Nauar. in cap. 18. num.38.quòd ſi non ſufficiunt duo,aut tres teſtes,quibus delictum probari poteſt: à fortiore minùs ſufficient indicia. Idem Mirand.quæſt.6.art.9.concluſ. 2. In quo grauiter errare video multos Theologos,aliàs grauiſsimos,qui licèt teneant omnino requiri infamiam ad formandam inquiſitionem ſpecialem: fatentur tamen ſufficere indicia, vel ſemiplenam probationẽ, coëquando hæc ipſi infamiæ; quaſi dicta infamia requiratur ad probationem delicti, & non ad abolendam, ſeu curandam bonam famam publicam inquiſiti. Vult enim Ius Canonicum omnino conſeruari bonam famam proximi. Quæ fama cùm non lædatur multum per ſcientiam cõtrariam duorum, aut trium teſtium: meritò hac probatione non obſtãte, nec indiciis, etiam vrgẽtibus, (dũmodo non ſint publicata) non vult vt habeat Prælatus, aut Iudex Eccleſiaſticus ius ad infamandum publicè ipſum delinquentem, mediante inquiſitione ſpeciali, formata contra eum. Intereſt enim multum chriſtianæ Reipublicæ, ne ſint mala exempla; & vt bona fama publicè habita de aliquo conſeruetur, quia ſemel amiſſa; licentiùs ſolent homines in peccata irruere; & è contrario ipſa verecundia, & timor ne infametur, & ſciatur publicè peccatum

Digitized by Google

catum eorum, eſt maximum frenũ ad continendos multos, ne peccent, vt palàm eſt, & docet D. Hieronym. ſuper cap. 18. Math. & Soto de Secret. memb. 1. quęſt. 2. Miran. de Ord. Iud. quæſt. 6. artic. 1. in fine. Hinc infer adnotata per Rodrig. in Explicatione Motus-Proprii poſiti poſt Bullam Compoſitionis, num. 30. vbi dicit ſi publicetur monitorium pro furto commiſſo; & ſciatur per teſtes fur: non poſſe Epiſcopum nominatim declarare ipſum excommunicatum, ſed in genere tantùm. & hoc ob ſeruandã famam furis. quod eſt ſummè notandum; quia malè obſeruatur in practica.

Ex hac concluſione conſtat nullo modo eſſe admittendas denunciationes Fiſcalium in tribunalibus Eccleſiaſticis, niſi præcedat infamia de crimine in denunciatione contento, & de delinquente; & de ea priùs ipſi Vicario Generali conſtet; aut niſi ſit de criminibus in 1. & 2. concluſionibus contentis. aliàs peccaret mortaliter Iudex procedendo contra non infamatum. Ita Soto de Secret. memb. 2. quęſtione 6. concluſione 3. in 3. & 5. caſu. Gondiſal. de Paz in Pract. crim. tom. 1. part. 5. cap. 2. numero 7. vbi dicit eſſe id de mente cuiuſdam Concilii Compoſtellani, & alterius Toletani. refert, & ſequitur Miran. de Ordina. Iudi. quæſtione 6. artic. 6. concluſ. 4. & quæſt. 12. artic. 1. concluſ. 5. Limita ſupradicta, vt nõ procedât quando denũciatio fit de perſona aliàs infami ex aliis rebus. argumento eorum quę docet Pet. à Nauar. de Reſtitut. lib. 2. cap. 4. numero 105. cum ſequenti. vbi dicit detractorem de perſona infami, vel ita vili vt nihil perdat: non teneri ad reſtitutionem famæ; & conſequenter non eſſe curandum de eius fama.

11 Secundò infertur quomodo ſe gerere debeant Viſitatores Regularium, & etiam Epiſcoporum in ſuis viſitationibus, ſeu inquiſitionibus generalibus, quando denunciantes manifeſtant crimina infamatoria, de quibus nulla laborat infamia ipſe denunciatus; niſi ſolùm ea ſciũt duo, aut tres, aut quatuor de conuentu, vel de populo. Nam receptis eorum dictis, & denunciationibus, nullo modo poſſunt facere proceſſum contra denunciatos ad eos puniendos publicè. Nam hoc eſſet deſcendere ad inquiſitionem ſpecialem contra non infamatum; quod eſt prohibitum per dictum §. Tertiæ. Tantùm enim poterunt eos corrigere, & etiam extraordinarie punire priuatim, & in ſecreto eos flagellando, vt docet Rodriguez de Ordin. Iud. cap. 3. num. 4. poſt Sot. vbi ſuprà quæſtione 4. Arag. 2. 2. quæſt. 33. art. 8. pag. 818. col. 1. Mirand. quæſt. 11. artic. 10. concl. 1. & 3. D. Thom. in 4. diſt. 19 quæſtione 2. art. 3. quæſt. 1. in eius reſponſione, & probat optimus text. in cap. 1. §. Sanè. de Cenſib. lib. 6. Conferunt dicta ſuprà verbo Denunciatio. Diff. 1. numero 6. Et ita ordinatum eſt per noſtra ſtatuta 2. par. c. 23. §. 31. vbi ſic dicitur, *Inquiſitione autem facta, ſi quid graue de Priore, vel de aliquo alio denunciatum eſt, quod grauiori pœna dignum ſit: Viſitatores ante recitationem ſcrutinii debent interrogare, & audire eum, qui denunciatus, & accuſatus eſt. Qui ſi attulerit ſui facti iuſtificationem, iuſtificatio ipſius in recitatione ſcrutinii declaretur. ſi factum illud ad multorum notitiam iam deuenit. Nam ſi occultum* (nota hæc verba) *& paucis cognitum fuerit; non erit in recitatione publicandum, ſed iuſtificatio illius declaranda his duntaxat, qui illud denunciarunt.*

12 Tertiò infertur doctrinam Bart. in l. 2. §. Si publico. numero 9. ff. de Adult. & Innoc. in dicto cap. Inquiſitionis. videlicet poſſe Iudicem deſcendere ad inquiſitionem ſpecialem, & condemnare delinquentem quando pręceſsit generalis inquiſitio, & in ea inuenit eum delinquentem, licèt nõn ſit infamia notatus; per l. Congruit. ff. de Offic. Præſid. & l. 4. §. 1. ff. ad l. Iul. pecul. talem, inquã, doctrinam (licèt aliàs ſit cõmuniter approbata, ſecundùm Iul. Clar. q. 5. n. 5. ad fin.) non poſſe practicari in tribunalibus Eccleſiaſticis; niſi in caſibus exceptis, quia eſt expreſsè cõtra dictũ cap. 1. §. Sanè. de Cenſib. lib. 6. vbi præceſsit per Archiepiſcopum inquiſitio generalis; & tamen ad puniendum inuentos culpabiles, & reos criminũ, nõ remittit ad Suffraganeos, niſi ſint infamati. Et ſic patet in iudicio Eccleſiaſtico non poſſe deſcendi ex generali inquiſitione ad ſpecialem propter indicia, vel teſtes probantes crimen contra aliquem, niſi ſit de eo crimine diffamatus.

Et ita meritò non admittit dictam doctrinam, ſaltem in Foro conſcientiæ, Sot. de Secret. membr. 2. quæſt. 6. concluſ. 3. in. 3. & 5. caſu, & Miran. dicta quæſt. 6 artic. 6. concluſ. 4. non obſtante conſuetudine contraria quorumdam Iudicum Eccleſiaſticorum, qui in hoc veniunt meritò reprehendendi. Rationem autem diſcriminis inter tribunalia ſecularia, & Eccleſiaſtica, quoàd dictam diffamationem, pręcedere debentẽ inquiſitionẽ ſpecialem, deducere potes ex traditis per Iul. Clar. q. 31. nu. 10. vbi dicit prædictum requiſitũ de diffamatione ante inquiſitionem ſpecialem, fuiſſe inuentum à Iure Canonico, nec in practica obſeruari in Foro ciuili. non mirùm ergo, ſi Iudices ſeculares excuſentur; non tamen Eccleſiaſtici, qui tenentur ſeruare ordinem, ac formã traditam per ſacros Canones. Obſeruandum tamen eſt dictam l. Congruit. & dictã l. 4. §. 1. ff. ad l. Iul. pecul. loqui de Sacrilegis, latronibus, furibus, & plagiariis; quæ crimina ſecundùm aliquos, ſi frequententur, ſunt ex exceptis; vt tradit Salon vbi ſuprà col. 1509. in 4 caſu, tamquam vergentia in damnum commune. vnde meritò in ipſis non requiritur infamia, ad ea puniẽda, ex traditis ſup. in 1. concluſione.

13 Quartò infertur, in hac via inquiſitionis nõ æquiualere indicia, & ſemiplenam probationem, famæ, ſeu infamiæ. Nam vt vides, licèt ſint indicia, & vnus teſtis; immò & duo, aut tres contra inuentum criminoſum in generali inquiſitione; nihilò minùs non poteſt ex eis deſcendi ad ſpecialem inquiſitionem. In quo (vt dixi ſuprà) toto cœlo multi decipiuntur, non diſtinguentes inter viam accuſationis, in qua indicia vrgentia, & ſemiplena probatio æquiualent famæ: & inter viam inquiſitionis; in qua, niſi in certis caſibus exceptis, non æquiualent; ſed requiritur neceſſariò, vt pręcedat infamia; non ad probationem, ſed vt poſsit Iudex ex officio inquirere de crimine, & de perſona: non obſtante, quòd ex tali ſpeciali inquiſitione, & eius proceſſu, & ſententia maneat diffamatus inquiſitus. Imputari enim infamia Iudici non debebit, poſtquàm inquiſitus eſt iam aliàs ante inquiſitionem diffamatus. Ex quo nota, quàm chara ſit ſacris Canonibus æſtimatio, & bona fama, ac opinio cuiuſque. nam non vult eam tolli ſine graui neceſsitate, & cogente bono cõmuni, vel damno tertii, vel inſtante parte accuſante. & ſic q; quaſi coactus, & inuitus Iudex id faciat. Pro prædicta 4. illatione vide Rodrig. de Ord. Iud. capite 3. numero 3. in 1. concluſ. vbi eam tenet poſt nonnullos, quos allegat.

14 Quinta concluſio. Iudex laicus in locis in quibus per ſtatuta tenetur inquirere de crimine ad denunciam Fiſcalis, vel alterius ad dictas denuncias deputati, poteſt licitè vigore alicuius talis denunciæ, recipere informationes; licèt nulla ſit infamia: quia dicta denuncia ſuccedit loco diffamationis: & ſi ex dictis informationibus appareat, eſſe legitima indicia contra denunciatum; poterit, immò & debebit formare libellum, & ad vlteriora procedere per viam inquiſitionis. & ſic vides, denunciationem Fiſcalem aperire viam Iudici ad inquirendum. Ita notat Bart. in l. 2. §. Si publico. numero 7. in 1. regul. allegat l. Diuus. ff. de Cuſtod. reor. & l. Ea quidẽ. C. de Accuſation. cum ſimilibus: & ita communiter practicari docet Iul. Clar. latè, quæſtione 7. per totam. & licèt ipſe ibidem numero 1. in fine, & numero 7. idem ſeruandum eſſe in aliis denunciationibus factis per tertias perſonas, licèt non ſint deputatæ ad eas faciendas, & ita practicari aſſerat: ego tamen talem ampliationem nullatenus admittam quoàd Forum conſcientiæ. Et eſt ratio diſcriminis; quia primo in caſu tenetur Iudex denũciationis eas recipere; aliàs facit litem ſuam, ſecundùm Bald. in l. Iubemus. col. 3. C. de Probation. non mirùm ergo ſi ſit tunc excuſatus, etiam in Foro conſcientiæ: licèt inquiſitus non ſit diffamatus. At in ſecundo caſu, cùm denunciatio non ſit per officialem publicum, non tenetur eam neceſſariò admittere: immò nec poteſt, non præcedente infamia; ſed debet eam non curare; vel ad ſummum poterit ſuper ea recipere informationes ad videndum indicia, & an ſint manifeſta maiori parti cõmunitatis, vel viciniæ; & ſic an ſit infamia. Et idem dicendum crederem in aliis denunciationibus, per Fiſcales inferiorum Iudicum factis, quas ipſi Iudices recipere non tenentur; dummodo non ſint

de

Digitized by Google

de criminibus exceptis, & ſolummodo eas faciant ad puniendum delictum iam perpetratum, per notata per Sot. de Secret. memb. 2. quæſt. 6. concl. 3. in 3. & 5. caſu, & lib. 5. de Iuſt. quæſt. 6. art. 2. ante reſponſionem ad argum. & per Miran. quæſt. 6. art. 6. concl. 4. vbi impugnant has denunciationes Fiſcalium, quæ fiunt tantum ad vindicandum præteritum crimen abſque præuia infamia, non obſtante conſuetudine in contrarium.

15 Deniquè aduerte eſſe nonnullos alios caſus, in quibus poteſt Iudex procedere ad ſpecialem inquiſitionem, non præcedente infamia; vt cùm de crimine cognocit Iudex incidenter, de quo per Bart. in l. 2. §. Si publico. num. 8. ff. de Adulter. & per Miran. de Ord. iud. quæſt. 6. art. 6. concl. 3. Item, cùm deprehēdit quem in flagrāti delicto, de quo per Iul. Clar. quæſt. 8. qui in duabus ſequentibus ponit alios duos, ſcilicet, cùm notorium eſt crimen; vel pars offenſa ſequerelat. & Salon in Controuerſia ſuprà allegata tradit alios, col. 1509. cum ſequēti, ibi poteris eos videre.

INTERPRETATIO.

SVMMARIVM.

1 *EPICHEIAM ſeruare, & ſecūdum eam interpretari legem; in Foro iudiciali ſolùm ſpectat ad Principem; & ad Supremos Regios Senatus: non tamen ad inferiores qui tenentur iudicare ſecundùm iuris rigorem, & non ſecundùm æquitatem vel epicheiam.*

2 *Iudex non debet eſſe clementior lege.*

3 *Confeſſarius, dummodò ſit doctus, poteſt præferre æquitatem, rigori iuris; ſi id ſibi videatur iuſtius.*

4 *Forum pœnitentiale eſt tribunal Regium, & Supremum: in quo non datur appellatio, nec ſupplicatio.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 INTERPRETARI legem per epicheiam, in Foro iudiciali, ſolùm ſpectat ad Principem; & non ad priuatū ſecundùm D. Tho. 1. 2. quæſt. 96. art. 6. & probat text. in l. 1. C. de Legib. & ideò ſolis tribunalibus, & Conſiliis Regiis Supremis licèt præferre ęquitatem, rigori iuris ſcripto, & ſecundùm eam iudicare: quia funguntur vice Regis. Aliis autē Conſiſtoriis inferioribus Regiis nullo modo licet iudicare ſecundùm æquitatem non ſcriptā, ſeu epicheiam; ſed tantùm ſecundùm iuris rigorem; niſi ius deficiat. per cap. fin. de Tranſaction. & l. 2. §. Item variis in fine. ff. de Aqua pluuia arcen. Bal. in cap. Paſtoralis. in fin. de Cauſa poſſeſsion. Dec. in l. Si tibi. 20. num. 6. ff. Si cert. pet. Et ratio eſt. quia æquitas nihil aliud eſt, quàm mitigatio, & interpretatio legis ſcriptæ, ex aliqua circunſtantia rationabili perſonarum, rerū, aut temporum, vt docet Couar. in regulâ Poſſeſſor. 2. part. §. 6. num. 3. At eius eſt interpretari, cuius eſt condere, cap. Inter alia. de Sentent. excom. Et eius etiam eſt limitare legem. l. 1. C. de Legib. Non enim propter æquitatem, quam velit formare Iudex de capite ſuo, vel de communi opinione hominum, licet recedere a iuris rigore ſcripto, vt inquit Paul. de Caſtr. in dicta l. 1. in fin. aliàs poſſent multi errores ſuboriri; nec haberent aduocati quid certi in ſuis iuris allegationibus: fruſtrarentur quippe quotidie, licèt aliàs haberent textum rotundum pro ſe; ſi liceret iudici iudicare, non ſecundùm ius, ſed ſecundùm

2 æquitatem ſibi benè viſam. Pro quo etiam facit, quòd Iudex non debet eſſe clementior lege, §. Oportet. in Auth. de Iud. Et ideò delinquentibus, pœnas à lege impoſitas infligere debet, vt probat text. in l. 1. §. 1.

§. 1. verſ. Nam. vt Papinianus. ff. Ad Turpil. nec ſuo arbitrio applicare poteſt, per Ordin. Reg. Portug. lib. 5. tit. 137.

3 In Foro tamẽ pœnitẽtiali ſequi debemus ęquitatẽ, & eſt præferenda rigori. Licitũq; eſt Confeſſario (dummodò ſit doctus, & peritus) iudicare ſecundùm ęquitatem, & non ſecundùm iuris rigorem. Nam in eo Foro remitti ſolent ſummi, ac rigidi apices iuris, ſecundùm Bal. Iaſ. & Pet. Pichium ſub verbo Iudicium. in Differentia 4. & 5. alle-
4 gatos. Et ratio eſt, quia Forum pœnitentiale, eſt tribunal Regium, & ſupremum, à quo non datur appellatio, nec ſupplicatio: quia eſt tribunal Dei, cuius vices ſupremas gerit Sacerdos; iuxta illud Ioan. 20. *Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatũ & in cœlis; & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.* Præterea in Foro animæ, ſolùm attenditur mens, & intentio Dei. Cùm autem Deus ſit infinitè rationabilior, & benignior, quàm quiuis alius legiſlator: conſequens eſt ſatisfacere quem Deo in omni lege, ſiue humana, ſiue Eccleſiaſtica, ſiue diuina, ſi ſecundùm epicheiam eam obſeruet; licèt nõ exactè ſecundùm verba. Pro quibus faciũt not. per D. Tho. 2. 2. quæſt. 120. art. 1. in cap. vbi agit de Epicheia.

SVMMARIVM.

1 *DVBIA, fauore animæ, in peiorem, & ſecuriorem partẽ interpretamur. Quod multis exemplis confirmatur.*

2 *In Foro verò contentioſo, interpretamur dubia in mitiorem partem.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 DVBIA, in Foro animæ, in peiorem partem interpretamur, cap. Iuuenis. de Sponſal. per quem text. dicit Caſſad. Deciſ. 5. ſub tit. de Conſtit. num. 9. Quòd in concernentibus animæ periculum, in partem deteriorem interpretemur, & tutiorem teneamus, docet latè Fel. in cap. Auditis. num. 32. de Præſcript. Bonarum quippe mentium eſt ibi etiam culpam timere, vbi culpa non eſt cap. Ad eius verò. in fine. diſtinct. 5. Clement. Exiuit de Paradiſo. verſ. Vtrum. de Verb. ſignificat. & eſt regula quòd in dubio tutior pars eligenda ſit, fundata in iure diuino, iuxt. Illud Eccleſ. 3. *Qui amat periculum, peribit in illo.* Hinc eſt in dubio, fauore animæ, præſumi irregularitatem, cap. Ad audientiam. 12. de Homicid. Fel. in cap. Significaſti. 2. eodem tit. nu. 2. De quo ſub verbo Irregularitas. in Differentia 5. Idem, quando dubitatur de periurio, vel de cõtractu vſurario, ſecundùm Fel. poſt alios, in dicto cap. Ad audientiam. num. 1. Idem, quãdo dubitatur an ſit peccatum mortale, nec ne. Nã faciens cõtra illud, peccat mortaliter, licèt aliàs non eſſet mortale, ex allegatis in initio huius Differentiæ. Aduerte tamen in timoratis conſcientiis, cùm dubitatur an aliquid per eos factum ſit mortale, tenendum eſſe non peccaſſe mortaliter, quamuis ſecùs in aliis non timoratis. Idem, quando dubitatur an appellatio pręceſſerit excommunicationem. Nam præſumitur excommunicationem pręceſsiſſe, & poſteà fuiſſe appellatum, vt diximus ſuprà ſub verbo Excommunicatio. Different. 24. Idem, quando dubitatur an fetus ſit animatus, quando quis procurauit aborſum. nam debet ſe reputare homicidam, & ſic fuiſſe animatum, ſecundùm Silu. verb. Aborſus. num. 2. Idem, quando dubitatur an quis ſit excommunicatus, ſecundùm gloſſam fin. in cap. Conſulti. de Regular. Infertur etiam adnotata ſub verb. Pœna. in Differentia 1.

2 In Foro verò contentioſo, quia agitur ad pœnam, interpretatio fieri debet in partẽ mitiorem, per l. Merito. ff. Pro ſoc. l. Nummis. ff. de Legat. 3. cap. Ex parte. de Cenſi. regul. in obſcuris de Regul. iur. in 6. docet Innoc. in dicto cap. Ad audientiam. & ibi Fel. num. 1. & Silu. ſuprà.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *IVRAMENTVM interpretamur in Foro interiori, ſecundùm mentem iurantis; dummodò abſit dolus.*

2 *At in Foro iudiciali, interpretamur ſecundùm ius.*

3 *In ſtipulationibus interpretamur iuramẽtum contra ſtipulantem.*

4 *In iudiciis interpretamur iuramentum in principio litis pro actore, in medio pro vtroque, & in fine pro reo.*

5 *In delictis interpretamur iuramentum cõtra delinquentem.*

6 *Cùm iurans vtitur dolo, & fallacia, & interrogatur ritè; interpretamur cõtrà ipſum iuramentum, & ſecundùm ſanam intentionem illius cui iuratur: niſi quando non legitimè exigitur iuramentum ab eo.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 IVRAMENTVM ſiue in genere, ſiue in ſpecie, ſuper re aliqua determinata præſtitum, in Foro interiori interpretamur ſecundùm intentionem iurantis, cap. Quanto. cap. Ad noſtram. 2. cap. Quintauallis. de Iureiur. facit cap. Audita de Reſtit. ſpoliat. cap. Ex multiplici. de Decim. cap. Ne quis. 22. quæſt. 2. cap. Humanæ aures. cap. Qui peierare. §. Ex his omnibus. 22. quæſt. 5. gloſſa 1. in cap. Ex tenore. de Sentent. excommunicat. quam cõmendat, & dicit mente tenendam Abb. in cap. Ad hæc 2. num. 2. de Appellat.

2 At in Foro exteriori recipit interpretationem ſecundùm ius, cap. Venientes. de Iureiur. Innoc. in cap. Veniens. eodem tit. vbi expreſsè ponit hanc differentiã inter vtrũque Forum. Eamdem tradit D. Tho. 2. 2. quæſt. 89. art. 7. ad quartum. Latè Couar. in cap. Quamuis pactum. 1. part. §. 5. num. 1. & 2. & Angel. verb. Iuramentum. 4. in princip. vbi hoc reſtringit, & dicit verum, quando tam iurans, quàm recipiens iuramẽtum ſunt in ſimplicitate, & abſque dolo. Tunc enim ſi verba habent duplicem intellectũ, debemus ea interpretari in Foro animæ, ſecundùm intentionem iurantis; ſed in Foro contentioſo, ſecundùm ius.

3 Aduerte tamen debere nos in ſtipulationibus, & aliis contractibus, iuramenta interpretari contra ſtipulãtem, & vendentẽ, l. Inter ſtipulantem. §. 1. ff. de Verb. oblig. l. Labeo. la. 1 ff. de Contrahend. empt.

4 In iudiciis verò, in principio litis interpretantur pro actore: in medio pro vtroque: in fine pro reo. cap. Ex literis. de Probation. c. Vt noſtrũ. Vt Eccleſiaſt. Benefic.

5 In delictis autem, contra delinquentem, niſi aliud appareat. cap. 1. de Probation. Et ſic intellige Innocẽt. & alios ſuperiùs memoratos.

6 Præterea quando is qui iurat, vtitur fallacia, & dolo: ſi quidem ſe offert ſpontè iuramento; vel à ſuo Iudice ritè, & rectè iubetur iuramentum præſtare: tunc nullo modo, nec in Foro animæ, nec in contentioſo accipitur iuramentum, nec interpretatur ſecundùm intentionem iurantis; ſed ſecundùm mentem eius, cui iuratur, vt eſt text. memorabilis in cap. Quacumque arte. 22. quæſt. 5. quem ita intelligit D. Tho. ſuprà. Couar. in dicto cap. Quamuis pactum. 1. part. §. 2. Sot. lib. 8. de Iuſtit. & iur. queſt. 1. art. 7. Nauar. cap. 12. num. 8. & 13. vbi dicit communem. Vnde in tali caſu non ſolùm peccat mortaliter iurans doloſè; ſed etiam tenetur in Foro exteriori adimplere iuramentum ſi eſt promiſſorium, ſecũdùm ſanam, & communem intentionem illius, cui iuratum eſt, vt dicit idem Nauar. dicto num. 13. & Ang. ſuprà, cum communi in dicto cap. Quacumque arte. De quo vide infra Differentia 11. Si verò non ritè, & rectè ab eo iuramentum præſtari iubeatur: tunc ſolum accipiendum eſt iuramentum ſecundùm iurantis intentionem; non autẽ ſecundùm intentionem eius, cui iuratur, vt docet idem Nauar. dicto cap. 12. num. 8. & 9. inferens ex hoc ad factum B. Franciſci, & ad reſponſa facienda per reos, cùm à Iudicibus incompetentibus compelluntur, vel à ſuis Iudicibus contra ius interrogantur; & ad alios priuatos, qui ab amicis, & aliis per metum, vel importunitatem inducti

ſti, iuramenta præſtant. Tunc enim poteſt fieri iuramentum, ſeu iurari id quod ſecundùm mentem iurantis eſt verum: falſum autem ſecundùm mentem alterius, cui adhibetur iuramentum. Quæ ſunt notanda, quia quotidiana.

DIFFERENTIA QVARTA.

VERBA perſuaſionem importãtia, vt conſulo,& ſimilia,in materia conſcientiæ,important præceptum, ſecundùm gloſſam 3. in cap.Matthęus. de Simon.cui ſimilis in cap. Ad aures.in gloſſa finali. de Aetate,& qualit. quam dicit ſing. Cardin. in Clement.1. de Teſtib. & Fel. in dicto cap. Matthęus. num.3. Secùs eſt in Foro exteriori,vbi verba perſuaſiua, vt conſulo, ſolùm importãt conſilium.

SVMMARIVM.

1 *LICENTIA, vbi requiritur in Foro exteriori, debet eſſe expreſſa. Secùs in interiori.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 LICENTIA, vbi de iure ad aliquem actum requiritur, debet eſſe expreſſa,& nõ ſufficit tacita,in Foro exteriori, ſecundùm Lapum allegatione , Rationem tradit Abb. in cap. Vt ſuper.num.17. de Rebus Eccleſ. quia ſcilicet debet peti primò, etiam in caſu licito; quaſi Superior reſeruet in ſe cognitionem, vtrum caſus ſit licitus, nec ne. allegat cap. Licèt. de Regul.in fin. vbi ipſe Abb. idem notat num.11.

At ſecùs eſt in Foro interiori, ex Nauar. de Regula. comment.2.num.20. vbi dicit quoàd conſcientiã, & Forum animę, quomodocumque appareat de volũtate, etiam præſumpta,eius à quo erat petenda; ſufficere.

SVMMARIVM.

1 *LICENTIA vbi requiritur, & iniuſtè denegatur, poteſt in Foro conſcientiæ, fieri actus ſine ea.*

2 *Habens caſum reſeruatum abſque excommunicatione; ſi petat licentiam à Superiore ad ipſum confitendum ſuo Confeſſario, & eam deneget: poteſt, ea non obſtante, illud cõfiteri, & abſolui ab eo.*

3 *Petens à Parocho idiota licentiam alteri confitendi; poterit, ea denegata, id facere.*

4 *Regularis petens ab Epiſcopo loci licentiam audiendi confeſſiones; ſi malitioſè, aut iniuſtè deneget: poterit nihilominus eas audire.*

5 *Licentia requiſita in Foro exteriori, debet neceſſario obtineri ad actũ faciendũ. Quòd ſi denegetur ſine cauſa; recurrendum eſt ad Superiorem, vt compellat inferiorem ad eam concedendam. quod confirmatur duobus exẽplis.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 VBICVMQVE requiritur licentia alicuius,ad aliquid faciendum: ſi petatur ex iuſta cauſa, & denegetur; poteſt in Foro conſcientiæ, ea non obtẽta, fieri actus, per text.& gloſſam ibi penult. in cap. Placuit. de Pœnit. diſt.6. iuncto intellectu Naua.ibid.nu.146. cum ſeq.& Silu.verb.Confeſſor.1.quæſt.6. verſ.1. & Tolet.lib.3. in cap.3. nu.11. per quem text. dicit Henriq. in Summa. tit. de Pœnit. lib. 3. cap. 15. §.6. Et Rodrig. in Summa 1.par.cap.55.de Confeſsion.n.11. ad fin. concluſ. 8. Si quis habet caſum re-
2 ſeruatum abſque excommunicatione, & petat

Digitized by Google

petat à Superiore licentiam, vt poſsit de eo à ſuo Confeſſario abſolui;& eam deneget; poſſe, ea denegatione non obſtante, abſolui ab eo per inferiorem. ſecùs ſi habeat excommunicationem annexã, quia tunc res eſt grauis, & magna circumſpectione indigens.

3 Hinc dicit Palud.in 4. diſt. 17.queſt. 3. art.3.ſi à proprio Parocho inepto,& ignorante licentia petatur, vt poſsit alteri confiteri,& eam deneget;poſſe parochianum, ea non obſtante, alteri confiteri, & probat dict. cap. Placuit. Idem docet D. Anton. in Summa Defecerunt. cap. 3. fol. 6.& Henriq. ſuprà, & cap. 13.§.6.ad fin.& §.9.

4 Hinc etiam dicit Henriq. dicto in cap. 15.§.6. ſi Regularis petat ab Epiſcopo licẽtiam ad confeſsiones audiendas; & eam iniuſtè illi deneget;poſſe,ea non obſtante, eas audire. quod probat expreſsè text. in Extrauag. Inter cunctas. verſ. Vt autem.de Priui.inter communes.Ratio prædictorum eſt, quia licentia iniuſtè denegata, habetur à iure pro conceſſa, vt probat text. in cap. Licèt. de Regular. Facit gloſſa in cap. 1. 65.diſt. quæ dicit cõtradicentem ſine cauſa, haberi pro conſentiente.

5 In Foro tamen exteriori, non ſufficit petere licentiam. Nam ſi denegetur, etiam ſine cauſa; neceſſariò adeundus eſt Superior, vt compellat inferiorem iniuſtè denegantem ad eam concedendam. argum. cap. Nullus.de Iure patron.per quem dicit Abb.in cap.Tuæ.num. 3.de Cler.non reſid. & conſ.84.lib. 2. Parochum priuilegiatum habentem licentiam,vt poſsit ire ad ſtudẽdum,debere habere licentiam ad id à Prælato ſuo; nec ſufficere eam petere; niſi obtineatur. Quòd ſi Prælatus ſine cauſa contradicit, recurrere debet ad Superiorem;vt eum compellat. Hinc dicit idem Abb. in cap. Relatum. num.5.& 6.de Cler.non reſid. Clericum habentem iuſtam cauſam ſe abſentandi a Beneficio, etiam per breue tempus non poſſe ſine licentia Prælati id facere, etiam ſi eam peteret, & fuerit ſibi denegata: ſed recurrere debere ad Superiorem,vt eum compellat, niſi quãdo cauſa eſſet ſubita, & neceſſaria, & breui reuerſurus. Idem docet Fel. in cap. 1. num. 2.de Magiſtr. vbi allegat dictam gloſſam cap. 1. 65. diſt. quæ in fine dicit adeundum eſſe Superiorem caſu, quo inferior ſine cauſa contradicat.

SVMMARIVM.

1 *INTER offenſam, & contumaciam notoriam, & dubiam, nulla eſt differentia quoàd Forũ interius, licèt ſic quoàd Forum exterius.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 IVRA diſtinguentia inter debitum, offenſam,& contumaciam notoriam, & dubiam, qualia ſunt, cap. Ex parte. de Verb.ſignific. cap. Solet. cap. Venerabilibus.§.Porrò.de Sent. excom.lib.6. locum tantùm habent,& procedunt in Foro exteriori, & contentioſo. Non tamen in interiori, & pœnitentiali, in quo ſola aſſertio pœnitentis facit notorium.Ita Nauar.c.26.ad fin. vbi hoc valde commendat.

SVMMARIVM.

1 *DIES ſtatuta ad ſoluendum, interpellat pro homine in Foro exteriori, non tamen in Foro pœnitentiali.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 DIES ſtatuta ad ſoluendum, vel aliquid aliud agendũ in Foro fori,interpellat pro homine c. fin. de Locat. l. Magnam. C. de Cõtrah. ſtipul. In Foro verò pœnitentiali non interpellat, ſecundùm Abb. poſt Hoſt. in cap. fin.num. 19.& 20. de Præſcript.quem refert,& ſequitur Lancel.in §.Ruinæ. gloſſa fin.

Quæ quidem ratio ſcandali, licèt in Clericis militare videatur,& non in laicis:nihilò minùs ipſi etiam erunt irregulares, ſi abſq; dicta proteſtatione ſuas criminales accuſationes intentent. Quare in ipſis etiam laicis requiritur prædicta proteſtatio; quippe qui accuſantes abſque ea, viderentur viri ſanguinum, & conſequenter digni, vt à Sacerdotio, & miniſterio altaris arcerētur.

SVMMARIVM.

1 *REBAPTIZANS ſcienter, etiam ſub conditione;irregularis eſt quoàd vtrũque Forum: licèt quidam in hoc diſtinguant inter Forum interius,& exterius.*

2 *Dans operam rei illicitę, non excuſatur ab irregularitate propter bonam eius intentionem.*

3 *Idem ſi dabat operam rei licite,& non adbibuit debitam diligentiam.*

4 *Rebaptizans per errorem, vel turbationē mentis, excuſatur ab irregularitate.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 REBAPTIZANS ſciēter ſiue ſub conditione,ſiue ſine ea; ſed cum bona intentione, non intendens rebaptizare, ſed aſſecurare baptiſmum,& puerum: iſte quoàd Forum animæ, non eſt irregularis, licèt ſit quoàd Forum exterius, ſecundùm Nauar.cap.25. nu.75.§.13.iunctis ab ipſo notatis cap. 27. nu.246.quem ſequitur Viual.in ſuo Cādel. Aur.3.par.c.14. n.57.& 1.p. de Baptiſmo. n.46.in fi.& Petr. à Ledeſma de Baptiſmo. cap.5.concluſ.3.dub.2. vbi loquitur de rebaptizante ſub conditione, & in 3. dub. loquitur de rebaptizante ſine conditione; ſed fictè,& ſine intentione, & ob metum aliquorum. pro quibus faciunt quæ dicemus Differentia ſequenti.

Sed contrariũ eſt verius,&tenendũ, nẽpe in vtroque Foro eſſe irregularem; vt conſtat ex Cathecisſmo ad Parochos de Sacramento Baptiſmi,& docet Soto in 4. diſt.2. quæſt.1.artic.9 Dicit communem Cordub. caſu 37.quos refert,& ſequitur Rod. verb. Irregularitas.cap.167.nu.3. Ratio eſt,quia intentiones fatuæ,temerariæ, & culpabiles (qualis eſt prædicta) non poſſunt, nec debent quem excuſare ab actibus à iure prohibitis. Eſt & ſecunda ratio; quia ſicut animus prauus non inducit irregularitatem (vt diximus ſuprà ſub verbo Accuſatio. Diffe. 2.) ſic nec candidus ab ea quemquam liberat,ſecundùm Coua.in Clem.Si furioſus. 2.par.§.5.num.2.verſ.Septimò.& diximus

2 Differentia proxima. Hinc eſt,quòd dans operam rei illicitę non excuſatur ab irregularitate ex homicidio caſuali pręter eius intentionem perpetrato. cap. Continebatur.

3 cap.Ad audientiam. de Homicid. vbi etiam dicitur,licèt quis det operam rei licitæ, ſi tamen non adhibuit diligentiam quā debuit, incurrere irregularitatem. Qomodo igitur poterit excuſari prædictus baptizans dans operam rei illicitæ? Quare per dicta iura puto nedum prædictum baptizantem ſciēter,incurrere irregularitatem: ſed etiam ſi ignoraret fuiſſet ne puer baptizatus: ſi non adhibuit debitam diligentiam ad ſciendum an eſſet verè, ac benè, & ritè baptizatus; quia ignorantia craſſa, qualis eſt iſta, non excuſat.c.Apoſtolicę.de Cler.excō.miniſtr.

4 Secùs crederem ſi non ſcienter, ſed errore ductus, neſciens an eſſet verè baptizatus: vt ſi ignorans latinam linguam dicerẹt, Ego te baptizo in nomine Patria, & Fiiia,& Spiritus Sancta. vt in cap. Retulerunt de Conſecrat. diſt. 4. & certioratus à circūſtantibus,non bene dixiſſe formam, nec baptizaſſe: cùm aliàs verè eſſet baptizatus. vel ſi ſe diuertiſſet;cùm formam baptiſmi dixiſſet; & turbatus ac dubius in ſe, an verè dixiſſet formam; iterum eam repeteret. Iſtis,& ſimilibus caſibus non incurreret irregularitatē; licèt iterũ repeteret formā,etiā rebaptizādo;quia turbatio, & inaduertētia excuſat à p. mortali; & cōſequenter à ſacrilegio, & ab hac ſpecie irregularitatis quæ requirit pręſumptionē,& dolũ, ſaltē præſumptũ.Quæ tene memoria, quia quotidia-

quotidiana; & vtinā quàmplures Parochi, & eorū Vicarii ſint à tali irregularitate immunes, quia ſæpe vidi in hoc errare non paucos, quando Concilium Triden. recenter erat publicatum. neſcio modò; moderni laborent hac intolerabili ignorantia.

SVMMARIVM.

1 *DIACONVS baptizans ſolenniter, putans id ſibi licere tanquam Diacono: nō eſt irregularis quoàd Deum. Sed ſic quoàd Eccleſiam.*

2 *Idem dic de conſtituto in minorib. canente Epiſtolam cum manipulo.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 DIACONVS baptizans puerum in Eccleſia ſolenniter, putans id ſibi licere tanquam Diacono; nō eſt irregularis in Foro animę, ſed ſic in Foro exteriori, ſecundùm Naua. Cōſ. 70. de Sentent. excom. ad fin. vbi dicit poſſe in Foro exteriori præſumi baptizaſſe tanquam presbyterum, & non tanquam Diaconū, vſurpando officium presbyteri, & ideò in eo Foro reputaretur irregularis, & egeret diſpenſatione.

2 Idem dicit de conſtituto in minoribus Ordinibus; vel de laico ſi caneret Epiſtolam cum manipulo in Miſſa, indutus vt Subdiaconus; & ibi non eſſet conſuetudo id faciendi. Talis enim ſi noluit canere Epiſtolam tanquam Subdiaconus; ſed tanquam Clericus in minoribus conſtitutus, non erit in Foro animæ irregularis: in Foro tamen exteriori, benè reputaretur talis. Idem refert in Manuali capite 27. numero 242. Sed dubiam puto præfatam deciſsionem, & opinionem, per ea que in præcedente Differentia diximus. Non enim irregularitatis pœna pendet ab animo candido, vel prauo; & ita teneo contrarium.

SVMMARIVM.

1 *MONACHVS poſt triennium iudicatur in Foro exteriori diſpenſatus ab irregularitate. ſecùs quoàd Deum.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 MONACHVS perſiſtens in monachiſmo per triennium; præſumitur, & iudicatur in Foro exteriori ab omni macula liber; niſi contrarium probetur; vt in Authen. de Monach. in princip. Collat. 1.

At ſecùs eſt quoàd Forum interius. Vnde Monachus qui nouit ſe in aliquā irregularitatē ante Monachiſmū incurriſſe; debet ſe talē in Foro cōſciētię iudicare, etiā poſt 20. vel 30. annos; donec per legitimā diſpenſationem generalem, vel ſpecialem ab ea liberetur, atque tollatur, ſecundùm Nauar. Comment. 2. de Regula. num. 60.

SVMMARIVM.

1 *IRREGVLARIS nemo iudicatur in dubio, in Foro exteriori.*

2 *Benè tamen in Foro animæ; quicquid aliqui teneant contra iſtam differentiam.*

3 *Cùm datur potū ad aborſum: ſi dubitetur an fætus eſſet animatus; in Foro animæ ita iudicandum eſt.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 NEMO in dubio in Foro contentioſo irregularis iudicandus eſt, per notata ſub verb. Iudex. in Differentia 7. quia in eo Foro in dubiis non fertur ſententia

Digitized by Google

tentia condemnatoria; immò abſolutoria ab inſtantia iudicii. Ita poſt Panorm. in cap. Ad audientiam. de Homicid. notat Naua. c. 27. n. 193. & Borg. de Irreg. pag. 379. n. 21.

2 In Foro verò cõſcientiæ in dubio aliquis habere ſe debet pro irregulari, vt probat text. in dict. cap. Ad audientiam. 12. de Homicid. docet Fel. in c. Significaſti. n. 2. eodẽ tit. & in cap. Licèt Heli. num. 2. de Simon. Adde Innoc. in c. Cùm tu. de Teſtib. & docet in terminis poſt Naua. ſup. Cordub. Caſu 173. §. 5. vbi ex hoc docet, idem dicendũ de dante potũ ad abortum; ſi ſit dubium, an fætus ſit animatum, nã in Foro interiori ita iudicãdum eſt. ſecùs in exteriori. Idem docet Speculator in tit. de Lega. §. Reſtat. in 10. colu. vbi plenè. Rationem diuerſitatis quoàd Forũ interius tradit Nauar. ſup. nẽpe quia nemo poteſt facere abſq; peccato, id de quo dubitat an ſit peccatum, nec ne. qui enim amat periculũ, peribit in illo. Alia ratio deducitur ex c. Iuuenis. de Sponſa. per quod dicit Caſſado. Deciſ. 5. ſub tit. de Cõſtit. num. 9. quòd in concernentibus animę periculum; in partem deteriorem interpretamur; & tutiorẽ tenemus. quod latè proſequitur Fel. in c. Auditis. nu. 32. de Præſcrip. Sed quia hæc ratio etiam procedit in Foro iudiciali: vt patet ex d. c. Iuuenis. Ideò meritò non admittit eam Nauar. ſup.

Sed cõtra hanc diffe. tenet Couar. de Homicid. 1. p. n. 3. quẽ ſequitur Rebel. de Obli. iuſt. 2 p. lib. 1. q. 2. n. 13. putans etiã Nauar. ſui oblitũ idẽ tenere in cap. Si quis. de Pœnit. diſt. 5. nu. 35. Sed fallitur. Tantùm enim abeſt dixiſſe ibi cõtrarium, vt in dict. c. 27. nu. 193. vbi hanc differentiam ponit, citat dicta in d. c. Si quis. in cõfirmationẽ d. diff.

Reprobant igitur prædicti DD. præſentẽ differentiam eò quòd Summus Pontif. in d. c. Ad audiedtiã. & in c. Significauit. 2 eod. tit. de vtroq; Foro loquatur: & conſequenter aiũt in dubio in vtroq; Foro eſſe quem iudicandum irregularem. Tùm etiam, quia quod ſufficit in Foro conſcientię, vt quis à ſacramentis ſe abſtineat: id ipſum in Foro iudiciario ſufficiet, ſi conſtet in eo. Vnde dicunt faciendam eſſe diſtinctionem inter dubium iuris: & dubium facti: & quòd in dubio iuris, verum eſt non eſſe quem iudicandũ irregularẽ. & ſic intelligunt c. Is qui. de Sent. excom. lib. 6. Secùs in dubio facti, de quo prædicta iura loquuntur.

Sed ſalua pace præfatorũ DD. tenenda eſt præſens differentia. Nã negari non poteſt, quòd in Foro iudiciali, etiam ſi agatur v. g. de homicidio cõtra aliquem, vel ad pœnã imponendam pro irregularitate contracta; & ſi dubiũ, an comiſerit homicidium, vel incurrerit irregularitatẽ, nec ne; (quod eſt dubiũ facti) nõ poterit Iudex condemnare reum de homicidio: nec eum irregularẽ iudicare. argu. Reg. Cùm ſunt iura. de Reg. iur. lib. 6. & eorũ quæ diximus verbo Iudex. Diff. 7 & tradit Abb. d. c. Ad audientiã. n. 2. eſtq; de mente Inno. ibid. in fi. ſecùs ſi agatur in Foro pœnitẽtiali ad imponendã pœnitentiã, vel ad cauendũ ab altaris miniſterio; aut conſultatio fiat extra dictũ Forũ pro ſecuritate animæ. In vtroq; enim caſu agitur in Foro cõſcientiæ, vt diximus Prælu. 2. Tunc nãq; in dubio ſemper ſecurior pars tenenda eſt, etiã ſi ſit durior: vt dicit gl. fin. in c. vnic. de Scruti. in Ord. faci. cõmendata ab Abb. d. cap. Ad audientiam. n. 2. & docet Inno. in c. Cùm tu de Teſti. & conſequẽter iudicandus eſt quis irregularis, ſecundùm gloſ. 2. in cap. 3. de Cleric. percuſſo.

Vnde non obſtant in cõtrarium allegata. Nã primò negatur iura ſupra citata loqui de Foro iudiciali, ſeu cõtentioſo. Nã ex eiſdem cõſtat fuiſſe tantũmodò conſultũ Papã pro ſecuritate animæ pœnitentiũ extra iudiciũ; vt patet in d. c. Ad audientiã. ibi, *Et eidem iniuncta pœnitentia congruenti.* & in d. c. Significaſti. ibi, *Cùm de ceteris credendũ ſit ipſi qui non accuſatur, vel denũciatur ab aliquo: ſed per ſe ipſum conſilium appetit ſalutare.* & d. c. 3. de Cleric. percuſ. ibi, *Pręſentium lator in quodã conflictu aſſerit ſe fuiſſe, &c.* & in c. 2. de Cleric. pugn. in duel. ibi, *Henricus presbyter nobis humiliter intimauit. &c.*

Secundò, non obſtat ratio illa; ſcilicet, ꝙ ſufficit, &c. Quia contrariũ cõſtat ex dictis iuribus. In Foro quippe conſcientię, ſufficit dubium ineſſe, vt quis teneatur ſe à Sacramentis abſtinere; vt probant prædicta iura. Quod tamẽ non ſufficit ad proferendã ſuper illo ſententiã condemnatoriam, vel ad declarandum quem irregularem, cùm de veritate non conſtat.

SVMMARIVM.

1 *LAICVS cantans Epiſtolam cum manipulo, putans id ſibi licere: non eſt irregularis coram Deo. Sed ſic quoàd Eccleſiam.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 LAICVS cantans Epiſtolam ſolẽniter, videlicet cum dalmatica, & manipulo (vbi non eſt talis cõſuetudo) nolens id facere tamquam ſubdiaconus, putà, quia ignoranter accepit manipulum, credens poſſe ipſum deferre. Talis, inquam, non eſt irregularis in Foro animæ.

Secùs dicendum eſt in Foro exteriori, in quo præſumeretur id feciſſe, vt ſubdiaconus. Ita notabiliter Nauar. cap. 27. nu. 242. in fin. & Conſ. 70. ad fin. de Sentent. excom. Vbi idem putat dicendum de Diacono baptizante ſolemniter puerum, tamquam Diacono, & non tamquam presbytero, diximus Differenti3 2.

SVMMARIVM.

1 *IRREGVLARITAS an incurratur ex delicto occulto.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 IRREGVLARITAS non incurritur quoàd Forum exterius ex delicto occultè perpetrato; licèt aliàs pœnam irregularitatis ipſum crimen adferat, ſeu contineat; vt eſt ſimonia circa Beneficium, vt inf. verb. Simonia. Diff. 2. dicemus. Ita tenẽt plures quos refert Caſtro, de Lege pœnal. lib. 2. cap. fin. & Candelab. Aur. in Appendi. cap. 1. num. 22. in fin.

In Foro verò interiori bene incurritur, vt conſtat apertè ex Concilio Tridenti. Seſſ. 24. cap. 6. & ex aliis notatis dicta Diff. 2.

Vnde cauendum eſt à Caſtro, & aliis per eum citatis vbi ſuprà, quatenus putarunt, nõ incurri etiam in Foro interiori; & quòd non indigebat taliter criminoſus vlla diſpenſatione: neque compoſitione circa fructus cum Camera Apoſtolica. Nam licèt quoàd Forum contentioſum, & exterius non indigeat diſpenſatione; quia non debet ſe prodere. Conferunt notata verbo Pœna. Diffe. 20. num. 4. verſi. Cùm verò. Indiget tamen quoàd Forum conſcientiæ, & conſequenter indiget compoſitione circa fructus: cùm compoſitio reſpiciat Forum conſcientiæ, iuxta tradita verb. Vſura. Dif. 6. Et ſic intellige dicta, in allegata Dif. 2. ſub verb. Simonia. Conferunt dicta verb. Excommunicatio. Diff. 13.

Effectus verò huius differentiæ eſt; quòd præfatus irregularis occultus poteſt diſpenſari per Epiſcopum, vigore illius Canonis Concilii Trid. Seſſ. 24. c. 6. quamuis irregularitas tolli nõ poſſit regulariter, niſi à Sũmo Pont. Erit prætereà ſecurus cum ſola illa diſpenſatione obtenta, quoàd Forũ cõſcientiæ: licèt ea non ſufficeret, ſi eſſet etiã irregularis quoàd Forum exterius.

Non tamẽ ex hoc colligas, quòd talis occultus irregularis poterit impetrare Beneficia, vel ſe gerere in Foro exteriori, ſicut ſi non eſſet talis: quia interim quòd non obtinet diſpenſationem quoàd Forũ conſciẽtiæ, eſt verè irregularis quoàd vtrũque Forum: vt diximus de excõmunicato occulto ſub verbo Abſolutio. Diff. 4. Et ſi publicus fiat caſus, ob quẽ in dictam irregularitatem incurrit; indigebit tũc diſpenſatione Papali, vltra obtentam quoàd Forũ interius. Conferunt tradita ſup. Diff. 3. & verb. Excõmunicatio. Diff. 9.

SVMMARIVM.

1 *IRregularis occultus ob infamiam vitandam, an poſſit facere ſacrum.*

Digitized by Google

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 IRREGVLARIS ob homicidium etiam occultè perpetratum; non poteſt in Foro exteriori facere ſacrum, etiam ob infamiam vitandam; cap. 1. & toto titulo de Homicid. Concil. Triden. Seſsione 14. cap. 7.

In Foro verò interiori poteſt licitè facere ſacrum, poſt debitam contritionem, & confeſsionem, ante diſpenſationem; is qui occultiſsimè occidit alium, & probabiliter eſt certum; creditum, & infamatum iri, ab eo illud homicidium fuiſſe factum, niſi celebret. Ita in terminis tenet Nauar. capite 27. numero 239. Quia inquit, lex nataralis, & diuina de defendenda ſua fama, præſtat legi humanæ de abſtinendo à ſacro in irregularitate: ſequitur Anton. Corduben. caſu. 41. ad fin. & caſu 142. vbi alios allegat. Idem poſt Soto, & Caſtro tenet Rodrig. in Explicatione Motus Proprii. Puii Quinti, ſuper ingreſſu mulierum in monaſter. qui habetur in fine Explicationis Bullæ Cruciatæ, & Salzedo ad Practic. Bernardi Diaz. capite 33. litera A. in fine, pagin. 110.

Sed contrariam, vt veriorem, & ſecuriorem poſt. Couar. Medin. & Soto, tenet Cenedo in Collectan. 25. nu. 3. 2 par. & dicemus verbo Pœnitentia. Differentia 9. fallentia 6. ibi videas. Nec mireris, quòd Soto allegetur pro vtraq; opinione: nam tenet primam in caſu grauiſsimi ſcandali. aliàs iſtam ſecundam.

SVMMARIVM.

1 *PERCVTIENS leuiter, ſi ex culpa infirmi, vel medici moriatur percuſſus, an ſit irregularis in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA NONA.

1 PERCVTIENS iniuſtè aliquem leuiter, ſi tamen ex culpa medici, vel ex malo regimine, vel ex coitu, vel alio notabili exceſſu ipſiuſmet infirmi, moriatur percuſſus: eſt irregularis in Foro interiori, vt tenet Naua. c. 27. nu. 223. §. 8. allegat text. in c. Presbyterum. de Homicid. quem ad hoc dicit ſingu. vbi quidam magiſter percuſsit puerũ in capite, intuitu diſciplinæ, qui poſt paucos dies expirauit, & fuit declaratus irregularis, ſiue illa mors ſubſecuta fuiſſet ex ipſa percuſsione, ſiue ex alia infirmitate. ad idem allegat cap. Ad audientiam. eod. tit. Rationẽ tradit glo. fin. dict. cap. Presbyterum. quia nimirum occaſionẽ dedit morti ex ſua percuſsione. Aliã tradit text. in d. c. Ad audientiam. ſcilicet, propter dubium quod verſatur, an ex illo vulnere etiã leui, vel an ex exceſſu, ſeu ex culpa medici, aut infirmi, vita cũ morte cõmutata fuerit. Vide eadẽ notata verb. Homicidium. Differentia 2.

In Foro verò externo, talem non eſſe reũ mortis, nec irregularem, communi practica comprobatum eſſe teſtatur Fr. Llamas 1. p. cap. 11. §. 22. Nam ſtatim quòd quis leditur leuiter, accipitur informatio à percuſſore cum atteſtationibus medici, & chirurgi, nimirum fuiſſe vulnus leue, & nõ letale: cum quo teſtimonio manet ſecurus percuſſor à pœna homicidii, ſi infirmus poſteà moriatur quippe qui præſumitur mortuus eſſe ex ſua culpa, & ex aliquo exceſſu notabili, & non ex percuſsione. Pro quo facit l. 1. verſ. Sed ſciendum. ff. de Aedili. edict. ibi, *Vel vulnuſculum modicum nullum habet in ſe delictum; quaſi pronuntiatum non ſit: contemni enim hæc potuerunt*. Adde Iura Canonica irregularitatis pęnã homicidæ infligere, & non vulneranti: & in Foro externo nemo in dubio iudicandus eſt irregularis, ſecundũ eumdẽ Llamas d. c. 11. §. 1. ad fin. pag. 81. & diximus ſup. Diff. 5. Ideò etiã in Foro conſcientiæ non eſſe irregularem teſtatur idẽ Llamas vbi ſup. Quod nobis non placet propter iura ſuperiùs citata: quãuis enim quis leuiter vulnerãs, nõ ſit reus mortis, bene tamen eſt irregularis, ſi occaſione illius vulneris, etiam ex malo regimine infirmus moriatur.

IVDEX.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, tenetur in Foro iudiciali iudicare ſecundùm allegata, & probata, licèt priuatim ſciat contrarium.*

2 *In Foro verò conſcientiæ id non poteſt facere. vide hic latiſsimè.*

3 *Licitum eſt pro tuenda vita propria innocentem occidere. & etiam vti puero, vel alio, vt clypeo ad ſe defendendum.*

4 *Ponuntur varii intellectus ad cap. Paſtoralis. §. Quia verò. de Offi. deleg.*

5 *Carnifex benè poteſt furca ſuſpendere reum, quem ſcit innocentem. Et an Ioab teneretur homicidii Vriæ.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 IVDEX nedùm in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, tenetur iudicare ſecundùm allegata, & probata, licèt vt perſona priuata ſciat veritatem eſſe in contrarium, iuxta regulam l. Illicitas. §. Veritas. ff. de Offic. Præſid. & cap. Iudicet. 3. quæſt. 7. cap. Deus omnipotens. 2. queſt. 1. tradit gloſſa magna in §. Sin minùs. Inſtit. de Action. alia in Authent. de Mand. Princip. §. Sit tibi quoque. alia in l. Litem. verb. Quanti. ff. de In litem iur. alia in l. 1. in gloſſa 1. C. Qui aduer. quos. alia in l. Lex quæ tutores. verb. Teſtificatione. C. de Adminiſtr. tut. alia in l. 2. verb. Atrox. ff. de Feriis. quæ eſt penult. quas cumulat Iaſ. in dicto §. Sin minùs. numero 15. & docet D. Thom. 2. 2. quæſt. 64. art. 6. ad tertium, & quæſt. 67. art. 2. quem communiter Prædicatores, & alii Theologi, & Canoniſtæ ſequuntur, teſte Silueſt. verb. Iudex. 2. quæſt. 5. Eſtque hæc opinio magis communis ſecundùm eumdem Silueſt. ibidem. Eamdem dicit communem Couar. lib. 1. Variar. capite 1. numero 9. Imol. in cap. Paſtoralis. §. Quia verò. numero 49. de Offic. delegat. Mench. de Controuerſ. illuſtr. cap. 13. num. 1. & cap. 14. numero 5. Iul. Clar. quæſt. 66. verſ. Iudex. Bened. Capra. regul. 32. num. 8. & ſequuntur quamplures relati à Pet. à Nauar. 1. tom. lib. 2. cap. 3. num. 157. & à Viuio. 1. part. ſuarum Deciſsionum, Deciſ. 178. & defendit latiſsimè Cordub. lib. 1. Quæſtionum. quæſt. 37. & Caiet. ſuper D. Thom. ſuprà, & Nauar. cap. 25. num. 10. & Toletus dicit eam communiorem, in Sum. lib. 5. cap. 6. num. 19. Quorum doctrinam intellige veram quoàd Forum exterius; quia ſi aliter faceret, faceret litem ſuam; vel aliàs puniretur, ac eius ſententia reuocaretur.

2 In Foro tamen conſcientiæ, nedùm non tenetur iudicare contra ſuam priuatam ſcientiam; ſed nec poteſt ſub pœna peccati mortalis. Ita poſt Calder. & Anton. ac Nicol. docet Capra ſuprà, Felin. dicto §. Quia verò. num. 24. poſt Innoc. ibidem num. 8. quem allegat Ang. in l. A diuo Pio. ff. de Re iud. & commendat poſt plures alios à ſe citatos Hippolyt. in Pract. §. Expedita. num. 72. Iaſ. in dict. §. Sin minùs. num. 16. Angel. de Clauaſio in Summa verbo Iudicare. n. 7. vbi dicit, quòd nũquam inueniet quis ius, quod dicat, Iudicẽ teneri iudicare ſecundùm allegata, & probata; ſed benè ſecundùm ordinem iuris, ſcilicet in procedendo, & examinando, & etiam ſententiando. ſed ius non vult, vt in ſententiando aliquis puniatur, qui eſt innocens, & contra veritatem. Sequitur Adrian. Quodlibe. 6. artic. 3. Quodlibet. 2. art. 2. in fine Nicol. de Lyra Exod. 2. Panor. & Hoſtien. dicto §. Quia verò. Arbor. lib. 9. Theoſophiæ capite 20. Coraſ. libro 4. Miſcellan. capite 20. & defendit latè Pet. à Nauar. ſuprà, & Ghierard. de Odone relatus à Fel. ſuprà num. 25. in 7. limit.

Et ratio huius differentiæ eſt; quia prædicta regula dicti §. Veritas. nempe Iudicẽ

debere

Digitized by Google

debere pronuntiare ſecundùm allegata, & probata; fundatur in præſumptione. Quia ius præſumit teſtes vera dicere, iuxta illud Chriſti, *In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum:* ne præſumamus delictum contra l. Meritò. ff. Pro ſocio. At lex fundata in præſumptione,non obligat in conſcientia, vt ſub verbo Lex. Differentia 12. infra dicemus. Eſt, & alia ratio; quia ſcilicet poteſtas publica requirit notitiam publicam, per not.in Differentia 1.nu. 1. verſ. Quòd ſi crimen. verb. Inquiſitio. Vbi obſerua, quòd Iudex iſto in caſu non debet, nec poteſt abſoluere reum per ſolam ſuam ſcientiam priuatam; ſed tenetur ſiſtere in negotio, non abſoluendo, neque condemnando; ſed remittendo ipſum ad Superiorem, vel committendo alii, pro vt infrà latiùs dicemus. Et ita faciendo, infero notabiliter, veram eſſe prædictam regulam; Iudicem ſemper teneri pronuntiare ſecundùm allegata; & nullo modo ſecundùm ſcientiam ſuam priuatam. Sed intellige eā, vt infra num. 3. An verò teneatur idem facere contra conſcientiam ſuam? Reſpondeo nullam eſſe legē, aut Canonē qui tale præcipiat: immò in hoc omnes vtriuſque opinionis conueniunt, nimirùm nō teneri nec poſſe eo in caſu ferre ſententiam; ſed teneri omnem viā tentare, & facere omnē diligentiam, vt ſe exoneret à pronuntiando, vel id notificando Superiori,& ad eum remittendo negotium (vt quotidie faciunt Vicarii Generales Epiſcoporum, quando habent aliquem ſcrupulum circa aliquod negotium, vel cauſam, vel mandatum eorumdem Epiſcoporum) vel committendo negotium alteri, ſi poteſt ſub delegare; vel examinando diligentiùs teſtes; vel repellendo à principio accuſatorē, vel actorem; vel inſtando,& ſolicitando reum, vt ipſum remouere procuret:allegādo ſc. intendere ipſum Iudicem in teſtem producere: quæ cauſa eſt iuſta ad remouendum eū, cap. Dilecto. de Teſtibus. vel aperiendo ſecretò carcerem, ſi cauſa ſit capitalis, & ſit ferenda ſententia mortis, vel mutilationis membrorum; vel denique omittendo officium; ſi aliter non poſſet ſe ipſum, & reum liberare. Et intelligo *contra conſciētiam* non tantum quando Iudex putaret ſe peccare mortaliter, ſi ferret ſententiam contra reum;quia tunc eſt indubitatū nullo modo poſſe id facere, etiam ſi Superior minas mortis ei inferret; quia potiùs debet,& tenetur eàm pati; quàm peccatum mortale committere,vt palàm eſt. ſed etiā quando poſſet eam deponere, quantum ad ſcrupulum. Credo quippe veriorem eſſe ſententiam quæ habet,non poſſe Iudicem abſque peccato condemnare innocentem, licèt in actis probetur illum eſſe nocentē. Omnes enim Doctores vtriuſque opinionis (vt diximus) conueniunt in ſupradictis mediis,& diligentiis, faciendis neceſſariò, antequàm innocentem Iudex condemnet; quod ſatis conſtabit ex iis, quæ ſtatim dicemus.

Dubium ſolùm eſt quando non poteſt ſe liberare ab officio; nec poteſt ſubterfugere à ſententiando per vllam ex ſupradictis viis, ſed cogitur ferre ſententiam contra innocentem: aliàs occidetur, vel membro aliquo mutilabitur: an iſto in caſu teneatur potiùs omne periculum ſubire; quàm innocentem condemnare. Et certè hic caſus vix continget inter Chriſtianos: neque quiſquam eſt inter eoſdem Chriſtianos, qui Pilatum excuſet à peccato grauiſsimo: eò quòd ſecundùm allegata, & probata, condemnauerit Chriſtum humani generis vindicem,quem aliàs ſciebat innocentem. Et patet ex eodem Euangelio feciſſe magnas diligentias,vt poſſet liberare Chriſtū à morte. niſi dicas non feciſſe omnem diligentiam: quia potuit remittere cauſam ad Cæſarem; vel omittere officium; vel aliàs, ſe exonerare à ferenda ſententia cōtra innocentem: & ideò peccaſſe grauiſſimè. Quod concedo. Ex quo comprobabis ea quæ diximus paulo Superiùs in verſ. Ex quo in fero.

Deinde etiam concedendum eſt Iudicem poſſe deponere conſcientiam, & adhærere opinioni. D. Tho. & aliorum ſuprà citatorum in princip. abſque vllo peccato, & ſic ſeruare prædictam regulā in vtroque Foro: vt & docet Tolet. vbi ſup. quandoquidem eſt probabilis,& habet pro ſe multos, & graues Doctores, per ea quæ dicemus verb. Teſtis. Different. 5.& verb. Iudicium. Differentia 6.& hic obiter nota, quàm diuerſum

uerſum ſit quandoque iudicium hominum à iudicio Dei: nam in Foro hominum ſępe innocens patitur: in Foro verò Dei innocens non patietur: ſed immò præmium cōſequetur, vt & not. Tole. ſup. Itaque poteſt Iudex deponere ſcrupulū, & ſine peccato ſequi opinionem contrariam: præſertim vbi immineret Iudici periculum vitę, vel mutilationis alicuius mēbri, vel amiſſionis patrimonii, vel officii, quo ſe ſuſtē-
3 tat, vnà cū ſua familia. Pro quo facit gloſſa ſingul. in l. Si familia. verb. Agi poteſt. ad fin. ff. Si fam. furt. feciſſe dic. quæ dicit licitum eſſe pro tuenda conſeruandaque vita propria, innocētem occidere. Quam gloſſam dicit ſingul. & vnicam Iaſ. in §. Si minùs. num. 17. Inſtit. de Action. Facit ad idē quod tradit Cordub. lib. 1. Quæſtionum. quæſt. 37. ratione 14. ad primum, & Pet. à Nauar. tom. 1. lib. 2. cap. 3. nu. 144. quòd poſſum vti puero, vel alio, vt clypeo, ad me defendendum, licèt occidatur.

Tertiò infertur ex dictis in verſ. Ex quo infero. & verſ. Deinde. non eſſe indiſtinctè, & ſimpliciter veram prędictam regulam de iudicando ſecundùm allegata, & probata contra conſcientiam priuatam eiuſdem Iudicis, nec omnino tutam: nam aliàs fruſtrà Iudex ad tot remedia querenda, tantoque conatu, & periculo omittendi etiam officiū, teneretur; maximè cùm dicta remedia non ſint aliquo iure fundata: immò multa ſint ipſi contraria: vt non admittere accuſatorem; aperire ſecretò carcerem; ſolicitare partem innocentem, vt ipſum remouere procuret, & ſimilia. Et ſi aliquo in caſu eſt tuta, debet eſſe ſub conditione, ſcilicet ſeruando priùs ea quæ habes num. 2. nempe præmittendo omnē diligentiā, &c.

Quartò, dico Iudicem, qui nollet ferre ſententiam ſecundùm allegata, & probata contra innocentem, ſed potiùs pati quodlibet incommodum in perſona, vel rebus, quàm talem ſententiam ferre: non peccare immò mereri, ſequēdo opinionem aliorū, quos habes nu. 2. per eamdem rationem quàm ibi diximus pro adhærentibus contrariæ opinioni. Pro quo facit licere cuiquam ponere vitam propriam pro alterius corporalis vitæ defenſione, iuxta gloſſam penul. in Clem. 1. de Homicid. & in Summa 15. quæſt. 8. docet Baſil. relatus, & ſequutus per D. Chryſoſt. lib. 2. de Sacerd. & homil. 15. ſuper Matth. & D. Ambr. lib. 1. Offic. cap. 33. Sot. lib. 5. de Iuſt. quæſt. 1. art. 6. Innoc. Panor. & communis in cap. Penult. de Cler. percuſſor. dicit communem Nauar. in cap. 15. num. 2. & Petr. ab Arag. 2.2. quæſt. 26. art. 4. pag. 649. ad fin. cum ſequenti:

Quintò infertur, cùm ille caſus (de quo ſuprà in verſ. Dubium ſolùm eſt) ſit rariſſimus, & penè impoſsibilis, & ad practicam incontingibilis: non eſſe cur Doctores propter ipſum ponāt prædictam regulam, Iudicem, ſcilicet teneri iudicare ſecundùm allegata, & probata, non obſtante quòd priuatim ſciat falſos eſſe teſtes, vel inſtrumenta adducta: immò ponendam eſſe regulam, Iudicem teneri ſe abſtinere à iudicando; cùm ſcit reum eſſe innocētem. Fallit tamen ſecundùm aliquos, de quibus ſuprà d. nu. 2. cùm aliter non poteſt euadere periculum vitę, bonorum, vel amiſsionis membri, aut renunciationis officii, de quo viuebat: ne Iudicem obligemus cum tanto eius incommodo, ad vitandum damnū proximi, quod ipſe non intulit.

4 Reſtat nunc ſatiſfacere, ac reſpondere ad cap. Paſtoralis. §. Quia verò. de Offic. deleg. qui text. eſt capitalis, & magnum fundamentum pro contraria opinione. Vbi habes, Iudicem ordinarium requiſitum à Delegato Sedis Apoſtolicæ, vt ſuam ſententiam exequatur; teneri obſequi, etiamſi ſciat ſententiam eſſe iniuſtam. Idem dicit
5 D. Tho. 2.2. quæſt. 64. art. 6. ad Tertium. de carnifice, ſeu miniſtro iuſtitię. Et fecit Ioab, cùm ad mandatum Dauid poſuit Vriam ex aduerſo belli, vbi fortiſsimum erat præliū, vt percuſſus interiret; vt 2. Reg. 11. v. 14. Et licèt ad illum text. multi intellectus à Doctoribus tradantur. Quidam enim putant intelligendum tantum eſſe, cùm executio fieri mandatur in ciuilibus. Ita ſentit ibi Innocent. nu. 4. & tenet expreſsè Petr. à Nauar. ſuprà num. 175. & 195. qui tamen num. 206. non firmando pedes in proximè dictis, intelligit etiam in criminalibus; ſed tātùm quoàd capturam, & cuſtodiam Rei. Qui intellectus eſt ridiculus, & omnino falſus, cùm text. apertè loquatur de exe-

cutione

Digitized by Google

cutione ſententiæ: & non de præparatoriis ad iudicium; qualia ſunt captura rei,& eius cuſtodia. nec captura fieri debeat ab executore, ſed à Iudice cauſæ. Alii, vt Caiet. 2.2. quæſt.70. art.4. ad fin. putant intelligi de executore:& cùm ſententia exequenda, non eſt manifeſtè iniuſta. Tunc enim, inquiũt, quando iniuſtitia nequit manifeſtari in publico, ſed eſt occulta; ne videatur cõtemnere ſententiam, & ipſe contemptus ſententiæ, culpabilem reddat; tenetur eam exequi in publico: quamuis in occulto, & ſecreto (ſi ſententia fuit excommunicationis) poſsit eam non ſeruare. Et ſic in effectu dicũt,intelligẽdum eſſe quoàd Forum exterius, & quando iniuſtitia non eſt euidens, & manifeſta. Qui intellectus quoàd ſentẽtiam excommunicationis verus in ſe eſt,cùm in eius obſeruatione nullum interueniat peccatum; immo euitatio peccati contemptus, & diximus ſub verb. Excommunicatio. ſuprà Differen. 11. Sed quoàd alias ſententias, maximè criminales nullo modo admittendus eſt, etiam quoàd Forũ exterius, cùm agatur tunc de damno irreparabili. Et ita Innoc.ibi limitat illum textum, vt non procedat in criminalibus, quẽ ſequitur poſt alios Fel. ibidem num. 24. Limit.9. Alii verò,vt gloſſa ibi, intelligunt illum textum, vt procedat cùm iniuſtitia eſt contra ius litigatoris, & non eſt appellatum à ſententia; vel ſi ſecundò appellauit, ſuccubuit; quia primo in caſu ſpontanea appellationis omiſsio, turpitudinem purgat, quæ ſententiæ inerat. argumento l.Si ob turpem. ff.de Condict.ob turp. cau. ſecundò verò in caſu, vt ſit aliquis litium finis, introductum eſt de rigore iuris, vt poſt tres ſententias omnino debeat iudicatũ executioni mãdari. At ſecùs dicit gloſſa eſſet, quando ſcit Iudex ſententiam eſſe nullam; vt ſi eſſet lata authoritate falſarum literarum, vt in cap.Super eo. de Crim.falſ. vel obiiciatur per falſa inſtrumenta,vel per dolum aduerſarii,latã eſſe ſententiam. nam tunc non debet Iudex ſentẽtiam executioni mandare; ſed debet ſuperſedere, & admittere reum ad probandum dictas exceptiones. Qui quidẽ intellectus in ſe verus eſt,& ipſum ſequitur Abb. ibidem in princip. & Maran.diſput.1.num.36. quæ habetur in fine Pract. vbi dicit illum textũ procedere, quando ſententia (ad quam exequendam inſtat executor) eſt iniuſta contra ius litigatoris, & tranſiuit in rẽ iudicatã, nec eſt notoriè iniuſta, nec nulla. Sed non facit ad noſtrum caſum. Vnde reſpondẽdo ad dictũ text. dico procedere in mero executore cui non cognitio, ſed executio demandata eſt. Nos verò loquimur de Iudice de cauſa cognoſcente, in quo ſecùs dicendum eſſe innuit illemet text. à contrario ſenſu. Adde etiam Nauar.c.25.nu.15.

Tandem reſpondendum eſt ad id quod Sot. ſuprà dicit,impugnando remiſsionem cauſæ faciẽdam ad Superiorem:putat enim idem eſſe remittere reum ad Superiorem, ac ſupplicio offerre: & conſequenter ſi nõ liceret Iudici eum occidere, cùm eſt innocens; nec debere eum tradere Superiori. Nam reſpondeo, ſalua reuerentia tãti viri, Iudicem non teneri in hoc caſu omnino liberare reum à morte, vel alio damno:cùm ſua ſcientia priuata non ſit ſufficiens de iure ad id conſequendum: ſed ſolùm teneri ſe ſeruare indemnem à peccato illo malè iudicandi contra veritatem. Quod ſatis cõſequitur remittendo negotium ad Superiorem.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX non poteſt officium ſuum impertire ad commodum partis. Et ideò non poteſt reum condemnare in refectione damnorum, ſi pars non petat.*

2 *Confeſſarius contrarium obſeruare tenetur.aliàs ipſe de ſuo tenetur damna reficere ſecundùm plures. ſed contrarium reſoluitur.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 IVDEX in Foro contentioſo non poteſt ad commodum partis officium ſuũ impertire. Et ideò ſi agit contra criminoſum,& pars offenſa nihil dicit: non poterit reum

reum condemnare ad refectionem damni ipſi parti læſę irrogati.argumẽto l.4.§.Hoc autem iudicium. & ibi Bart. ff. de Damno infecto. l. Vnic. C. Vt quæ deſunt aduoc. Sebaſt. Vantius de Nullit. ſententiæ. tit. de Nullitate ex defectu proceſſus. nu. 98. fol.paruo 241.

2 In Foro tamen pœnitentiali ſecùs eſt. Nã Confeſſarius tenetur præcipere pœnitenti damnificanti, & ipſum obligare, vt damnũ læſo ſatisfaciat; per notata per Nauar.cap. 17.num.59.& cap. 26.num.5. Quod adeò verum eſt, vt ſi aliter eum ſine cauſa abſoluat: teneatur ipſe Confeſſarius, de ſuis propriis bonis præfatam reſtitutionem, ſeu damni refectionẽ facere, ſecundùm Ange. verb.Reſtitutio.vltimo. §.5.Barth. à Medi. in ſuo Inſtru. Confeſ. in materia reſtitutionis. §. 31. verſ. 6.& Naua. & Caiet. quos omnes citat Rebel.de Obliga.Iuſt.2. parte lib. 17.quæſt. vlt.de Offic.Confeſ. nu. 12. Sed ipſe tenet contra, & benè, quia Confeſſarius non tenetur eſſe procurator creditoris, quia ſolùm eius officium eſt in ordine ad pœnitentem, & ei tantùm tenetur ad reſtitutionem ſi culpa ſua lata, aut dolo faceret eũ reſtituere aliquid vni, quod alteri deberetur; vel ſoluere quod nõ debebat.

Hinc collige fruſtraneam, & ſupetuacaneam, eſſe illam diligentiam quàm aliqui Confeſſarii faciunt, recipiendo cautionem in ſcriptis, vel pignus à pœnitente pro debito alicuius. cuius meminit Naua.c.17. num. 65. Ego ſemel eam petii à quodam pœnitente, & experientia didici fuiſſe inutilem; quia nec Cõfeſſario poſt confeſsionem licet ampliùs agere de confeſsis, niſi petita ab eo priùs licentia: & acerbè ea petitur, & acerbiùs conceditur. Et tunc extra confeſsionem non poteſt eum cogere Confeſſarius, ne reuelet confeſsionem. Vnde benè dicit Rebel.Confeſſarium non debere eſſe procuratorẽ pœnitentis. Cuius opinio multum mihi placet, verùm nihilominus eſt per accidens eſſe illius procuratorem, compellendo pœnitentem ad reſtitutionem, quando poteſt, iuxta not.verb. Interpretatio. Differentia 8. Si tamen per ignorantiam inuincibilem, vel obliuionem tam ipſe pœnitens, quàm Confeſſarius in aliquo defecerint: non curet amplius Confeſſarius, quia finita confeſsione iam functus eſt officio ſuo, & fuit officiũ finitum. Faciunt quæ dicemus infrà Diff.6.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX ſi grauat partem, tenetur in conſcientia deferre appellationi, licèt de iure denegetur.*

2 *Iura remouentia appellationem procedunt tantùm in Foro exteriori.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 IVDEX grauans partem in caſibus in quibus de iure denegatur appellatio: tenetur in Foro interiori deferre appellationi, aut grauamen reuocare; licèt in Foro exteriori non teneatur. Ita notat Nauar. in cap. 25.num.15. vbi ponit re-
2 gulam memorabilem circa hoc, videlicet iura remouentia appellationem in aliquot caſibus, & admittentia regulariter, iux. regulam ſingularem in l.Qui reſtituere. ff.de Rei vendic. non procedere niſi quoàd Forum exterius. quod eſt mente tenendum. Nam in hoc grauiſsimè multi peccant cum obligatione reſtituendi damna cauſata, ſecundùm eumdem Nauar. loco ſuperiùs citato. Eamdem differentiam tradit Miran.de Ord.iudic.quæſt.30.art.11. concluſ.3.ad fin.pag.671. Adde eadem not. v. Appellatio. Differentia 2.

Pro primò dicto adde gloſſam in c. Romana. §. Si autem. de Appellation. lib. 6. verb. Mandetur. commẽdatam à Lanfran. in Rep.c.Quoniã contra.de Proba.fol. 21. & probatam à Roma. Conſ. 334. num. 6. Deci. in cap. Conſuluit. 1.nu. 5.de Appel. & à Feli. in cap. Quoàd conſultationem. nu. 20. de Reſcript.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *IVDEX grauans partem, ſi ea non appellet; non tenetur in Foro exteriori quicquam ei reficere.*

2 *Secùs in Foro pœnitentiali, & conſcientię.*

3 *Niſi conſentiret in ſententiam.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 IVDEX in Foro exteriori non tenetur parti,(& ſic non facit litem ſuam propter iniuſtitiã, vel nullitatem ſuę ſententiæ) ſi pars quæ prætendit ſe grauatam, & damnificatam, non appellauit intra tempus debitum, ſaltem coram authenticis perſonis; ſi propter Iudicis potentiam, vel malitiam non eſt auſa appellare coram eo, nec aliàs dixit de nullitate ſententiæ; ſed paſſa eſt ſententiam in rem iudicatam tranſire, adnotata in l. Ab eo C. Quomodo,& quando Iudex.& in c. Cùm inter. de Re iud.

2 In Foro tamen conſcientiæ non ideò Iudex eſt tutus, ſed tenetur reſtituere parti, nedum principale, ſed omnes expenſas, damna,& intereſſe, quæ ex dicta ſententia conſequuta fuerit.cap.fin.de Iniur.gloſſa in cap. Paſtoralis. §. Quia verò.de Offic. deleg. communiter recepta.ſecundùm Naua.
3 cap.25 num. 12.verſ.Secundò.niſi conſentiat in ſententiam pars non appellans, animo remittendi debitum. quod vix quiſquã facit.Et ſic intellige Medin.in C.de Reſtit. quæſt. 3. cauſa 7. in fine contrarium tenentem pro vt notat Nauar. ſuprà,& dicemus inf. à ſub verb.Sententia.Differ.3.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX tenetur in conſcientia concedere damnato ad mortem, tempus quo poſſit confiteri ſua peccata.*

2 *Niſi reus id reſpuat.*

3 *Iudex,ſi ſecluſo ſcandalo,& ereptionis periculo poteſt differre ſententiam mortis, donec reus confiteatur ſacramentaliter; tenetur id facere in conſcientia. licèt non in Foro externo.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 IVDICES cauſarum criminaliũ tenentur in conſcientia, & ſub pœna excommunicationis, concedere damnatis ad mortem,tempus ſufficiens, vt poſsint ſua peccata ſacramẽtaliter confiteri. Ita diſponit text. in Clement.Cùm ſecundùm.de Pœnit. & remiſsion. Adeò, vt Silu. verb. Iudex. quæſt. 13. Dicto 6.dicat teneri ad id Iudicem, etiam ſi timeatur ob dilationẽ,cõdemnatum eſſe à Foro eripiendum. ſequitur Pet.à Nauar.tom.1.lib. 2.cap.3.num.225.Ratio eſt, quia plus ęſtimãda eſt ęterna proximi ſalus, quàm vt eripiatur, & ſic effugiat mortem temporalem.

2 Quòd ſi Iudex tempus ſufficiens ad pœnitentiæ Sacramentum conceſſerit, & reus nollet eo tempore confiteri: licitè poteſt tunc eum etiam, inconfeſſum ſuſpendere.
3 Si tamen ſecluſo ſcandalo, & ereptionis periculo, eſſet ſpes aliqua, vt poſt duos, aut tres dies pœniteret: licet in Foro exteriori,non teneatur differre amplius mortem.

In Foro tamen interiori teneretur, inſtar extremè egentis, cui ſuccuri neceſſe eſt.Ita in præſenti ſpecie, ſpiritualis prædicta eleemoſyna grauiter indigenti, neceſſariò conferenda eſt, ſi aliunde non vrgeat occidendi neceſsitas.Ita tradit Pet.à Naua. loco ſuperiùs citato,num. 226.cum ſequẽti, verſ. Quartò videtur.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *IVDEX interrogare debet reum, & eũ exactè examinare.*

2 *In Foro verò pœnitentiali, Confeſſor nõ tenetur niſi audire pœnitentem.*

3 *Pœnitens qui ob ignorantiam neſcit confiteri ſua peccata; eſt à Confeſſario interrogandus.*

4 *Idem ſeruandum, cùm pœnitens ob obliuionem, vel inaduertentiam omittit aliquod peccatum.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 IVDICIS officium proprium eſt, in criminalibus cauſis reum interrogationibus examinare, & de crimine ſe exactè informare. l. Singula. C. de Accuſation.

2 At in Foro pœnitentiali officium per ſe Confeſſarii, non eſt interrogare, ſed audire pœnitentem. In eo enim Foro, cùm non procedatur per vim coactiuam, vt in criminali; ſed per ſpontaneam voluntatem pœnitentis: quantum eſt de ſe ex parte Confeſſarii, ſatis eſt ſimplicem confeſsionem audire, & ſecundùm illã iudicare; vt optimè docet Soto in 4. diſt. 18. quæſt. 2. art. 4. §. At poſtquàm. & Rebel. de Obliga. iuſt. 2. parte, lib. 17. quæſt. vni. de Peculiari officio Confeſſa. nu. 1. Dixi, Quantum eſt de
3 ſe; quia ſi pœnitens eſt ignarus: tunc propter eius ignorantiam, tenetur Sacerdos interrogare ipſum diligẽter; iuxt. c. Omnis vtriuſque ſexus. de Pœnit. & remiſsion. & docet optimè Fr. Hier. Llamas in Summa, cap. 3. §. 1. & 2. Cautè tamen, & ea tantùm, quæ ſecundùm eius ſtatũm, & officium veriſimile eſt incurriſſe, vt poſt D. Tho. in 4. diſt. 16. quæſt. 3. art. 2. quæſtiuncula 5. ad 4. aduertit idem Sot. ſuprà, addens, quòd vbi pœnitens recordatus apparet, neque tãta peccatorum ſarcina onuſtus; dicitque ſe tantam diligentiam feciſſe quantam moraliter potuit, & ſuo iudicio nullius eſſe oblitum delicti: nihil ampliùs interroget Sacerdos. Quod multò magis facere debet cũ his qui ſolent Sacramenta Confeſsionis, & communionis frequentare. Et nolo hic omittere quãdam optimam regulam, quam circa interrogationes, quas facere debet Confeſſarius, tradit Rebel. ſup. nu. 15. ita dicens, Culpa lata, & dolus circa Confeſſariorum interrogationes, eſt, cùm Confeſſarius aduertit, aliqua in re dubium eſſe, quod interrogare, aut ampliùs conſiderare oportet; & nihilominus eam diligentiam omittit. Et ita tunc ratione officii tenebitur inde ad reſtitutionem. Et nu. 9. tradit aliam, quòd quando in confeſsione fuit commiſſus aliquis error circa aliquam reſtitutionem omiſſam, vel quid ſimile: ſi charitas vrgeat ad pœnitentem admonendum: ſi id omittat, peccabit quidem contra charitatem: non tamen contra iuſtitiam, aut officium, cùm iam illud finitum fuerit, & inde non contrahet reſtitutionis obligationem. Faciunt notata ſuprà Differentia 2. Sed contra hoc vltimum facit text. in cap. Qui cum fure. de Fur. per quem tex. Medin. de Pœnit. tract. 2. quæſt. 23. tenet contrarium, quem ſecutus fuit Vera magiſter meus legendo, cap. 1. §. Diligens. de Pœnitentia. diſtinctione 6. Vide Victo. in Summa. tit. de Cõfeſsione. quæſt. 193. vbi dicit ſufficere Confeſſario, vt ab interrogatione ſit immunis, vt ſit ſibi probabile cõfeſsionem eſſe ſufficientẽ ad conſequendã gratiam, licèt credat quòd pœnitẽs habet alia peccata, præter cõfeſſa.

4 Huc cadit opportunè dubium, an ſicut propter ignorantiam pœnitentis tenetur Sacerdos eum interrogare; dicendum ſit idem, quando propter incogitantiam, aut obliuionem omittit pœnitẽs aliquod peccatum. Et Nauar. cap. 5. num. 2. idem affirmat, argumento cap. Sit Rector. 43. diſt. dicens hoc ad eius munus pertinere; idque ſub pœna peccati mortiferi, videlicet interrogare omnia quæ ipſe videt, animaduertit, & credit eſſe neceſſaria ad hoc vt ſit integra, & fructuoſa confeſsio; quamuis omittere aliquam interrogationẽ per inaduertentiam, aut obliuionem, nõ ſit niſi veniale. Quæ regula notanda eſt pro declaratione eorũ quæ ſuprà diximus. Adde eũdem Naua. d. c. 1. §. Diligens. n. 7. de Pœnit. diſt. 6. vbi eſt opt. text. pro hic not.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 IVDEX in dubio non pronuntiat.

2 Confeſſarius verò ſic.

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 IVDEX, in dubiis non debet ferre ſententiam in Foro contentioſo, ſed tanquam non probatum abſoluere reum ab inſtantia iudicii, cap. Habuiſſe. 33. diſt. Facit l. Duo ſunt. ff. de Teſtam. tute. & cap. Graue. 11. q. 3. & Reg. Cùm ſunt iura. de Reg. iur. in 6.

2 In Foro verò pœnitentiali, & conſcientiæ, ſecùs eſt; quia in eo Foro, quod certiùs exiſtimamus, id eligere debemus. capite Ad audientiam. de Homicid. Hinc inferto ad notata ſub verbo Irregularitas. Differ. 5. & ad notata ſub verbo Iudicium. Differ. 6.

SVMMARIVM.

1 ADVOCATVS, non poteſt eſſe Iudex in cauſa, cuius patronus fuit.

2 Benè tamen in Foro conſcientiæ, ceſſante omni carnali affectione.

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 IVDEX, in Foro exteriori eſſe non poteſt in illa cauſa, in qua quis fuit advocatus: propter affectionem, & præſumptionem, quę eſt contra eum; l. Prętor. ff. de Iuriſd. omniũ Iud. tradit Franc. Marc. Deciſ. 904. nu. 9. par.

2 At in Foro interiori, ſi aliàs ceſſat omnis carnalis affectio, non prohibetur. nec peccaret, ſi ſententiam ordinaret, etiam altera parte inſcia; vt in caſu quem ponit Cordub. quæſt. 259. de Baiulo cuiuſdam villæ, qui ſecretò miſerat proceſſum cuiuſdam cauſę eidem Doctori qui patrocinatus fuerat in cauſa, vt ſententiam ordinaret, & per alium tanquam Aſſeſſorẽ eam ſubſcriberet. Nam ſi reuera eam tulit ſecundùm Deum, nullo habito reſpectu ad affectionem carnalem, valida eſt in Foro conſcientiæ; nec peccauit d. Doctor eã ordinãdo, ſi ſecũdùm eumdẽ Cord. vbi ſup. Sed nõ auderẽ id practicare.

SVMMARIVM.

1 IVDEX in cauſa propria, nemo poteſt eſſe in Foro exteriori.

2 Fallit in Papa, & Imperatore.

3 In Foro tamen conſcientiæ, benè poteſt quis in re dubia ſibi ipſi declarare.

DIFFERENTIA NONA.

1 NEMO poteſt eſſe iudex in cauſa propria in Foro exteriori, etiam ſi cauſa videatur eſſe clara, & ſine dubio; l. 1. C. Ne quis in ſua cauſa. cap. Ex parte. de Verb. ſignificat. cap. Cùm veniſſet. de Iud. Iaſ. in l. Qui iuriſdictioni. à numero 1. vſque ad num. 6. ff. de Iuriſdict. omnium iud. Specul. copioſè tit. de Actore. verſ. Itẽ quod vult propria authoritate. vbi ponit 19. limitationes ad prædictam

2 regulam dictæ l. 1. Inter quas vna eſt notabilis; nempe in Principe non agnoſcente ſuperiorem, vt eſt Papa; & Imperator in temporalibus; ex text. in l. Proximè. ff. De his qui in teſta. delen. & l. Et hoc Tiberius Cæſar. ff. de Hæred. inſti. & in c. Guiliſarius. 23. quæſt. 4. & poſt Bart. dict. l. 1. Idem tenuit Abb. poſt glo. & alios d. c. Cùm veniſſent. n. 6. de Iudi. & Naua. in c. Nouit. notab. 3. n. 47. eod. tit. Quod limitat Abb. in c. 1. de Proba. n. 5. in Imperatore, quãdo eſt actor. ſecùs quãdo eſt reus. quẽ ſequitur Fel. ibid.

nu.8.& Mantua.num.4 ſed verius eſt etiam ſi ſit reus, poſſe eſſe Iudicem in ſua propria cauſa;ex l.Benè à Zenone.C.de Quadrien. præſcrip. niſi cauſa nimis ardua ſit; & articulus dubius. Quod videtur tandem tenere Feli. dict.numero 8.verſ.Sed aduerte. & Deci.numero.8.& Beroi.numero 44. & Fulgoſ.dict.l.Vnica.C.Ne quis in ſua cauſ. idem Deci.dict.cap.Nouit. numero 8.& in cap. Si duobus.numero 5. de Appella.& Stepha.Aufrer.in tract. de Poteſtate Eccle. ſuper laicis.caſu 40. numero 32. volumine 14. Diuerſo.Doct. & ita quotidie practicatur.

2 In Foro tamen conſcientiæ, in re dubia vir doctus poteſt ſibi ipſi declarare; vt poſt Sot. Victor.& Ledeſm. 1. par. quæſtione 20.artic.4. docet Henriq. in Summa titu. de Pœnit.lib.2.capite 22.§.3.in fin.& litera P. Et vide ad hanc differentiam ſupra ſub verbo Diſpenſatio.Differentia 7.& Alphō. à Caſtro in loco illic allegato,& D.Thom. 2.2quæſtione 120. artic. 1. Faciunt notata ſub verbo Poſſeſsio.Differentia 5.

SVMMARIVM.

1 *DELICTA minus grauia nonumquam puniuntur in Foro exteriori, magis quàm grauiora.*

2 *Sed in Foro pœnitentiali ſecus eſt.*

DIFFERENTIA DECIMA.

1 IVDICES Fori exterioris, cùm eorum munus ſit proſpicere bono communi temporali; in punitione delictorum non reſpiciunt qualitatem culpæ; ſed damnum,& perturbationem,quam delicta bono communi, & Reipub. afferunt: ideò magis puniunt furtum, quàm fornicationem: & homicidiū,quàm blaſfemiam.

2 Iudices autem Fori interioris, qui ſunt Deus, & Confeſſarii,aliter faciunt. Nam puniunt iuxta qualitatem, & grauitatem culpæ. Et ideò plus puniunt fornicationē, quàm furtum; quia illa eſt grauior culpa; iuxta illud Apocalip.cap.18. *Quantum glorianit ſe in delitiis, tantum date ei tormentorum, & luctus.* Ita Salon. de Iuſt.& iur. quæſtione 68. de Iniuſt.accuſat. columna 1422.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX ordinarius poteſt recuſari in Foro contentioſo. Sed non in pœnitentiali.*

DIFFERENTIA VNDECIMA.

1 IVDEX proprius,& ordinarius in Foro contētioſo, ex cauſa, poteſt recuſari, l.Apertiſsimi. C. de Iud. cap. Cùm ſpeciali. cap. Poſtrèmo. de Appellat.

In Foro tamen pœnitentiali non poteſt Parochus,vel Epiſcopus recuſari.Ratio eſt ſecundùm Rip.poſt Gemin.in tract. de Peſte.cap fin.n.145. quia nulla alia ratione poteſt recuſari,niſi ob pœnitentiam iniungendam,timens eam.At ob hanc cauſam nulla eſt ratio,nec cauſa iuſta recuſationis;quia ſi maiorem,quàm debeat pœnitentiā imponat,vtile erit animæ ſuæ, ſi eā peragat: quā ſi peragere non poſsit;peragat illam quam ferre poterit: vel eam poterit poſteà in aliā cōmutare, de licētia eiuſdem Parochi, vel alterius cum Bulla.Adde not. verb.Diſpenſatio. Diff.5.Adde not.v.Appellatio. Dif.1.

DIFFERENTIA DVODECIMA.

IVDEX iurans libertates ſeruare alicui communitati, poteſt ex cauſa, iuramento nō obſtāte,in Foro exteriori delinquētē punire,& pœnā libertatum augere,vel minuere. Secùs in Foro poli, ſecūdùm Guid. Papæ.quæſt.206.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *IVDEX, lata ſententia, non poteſt eam cõmutare*

2 *Vide octo ampliationes, & nouem limitationes remiſsiuè.*

3 *Et in Delegato nouem fallentias.*

4 *Maxime vbi fuit lata ex relatione peritorum in arte.*

5 *In Foro pœnitentiali poteſt idem Confeſſarius pœnitentiam commutare, etiam extra confeſsionem. Vide hic multa requiſita circa hoc.*

DIFFERENTIA DECIMA TERTIA.

1 IVDEX Fori exterioris poſtquàm ſuã tulit ſentẽtiam diffinitiuam, non poteſt pœnam in ea appoſitam reuocare, commutare, ſeu minuere; l. Quod iuſsit. l. Iudex poſteaquàm. ff. de Re iud. l. 1. §. 1. ff. Ad Turpil. §. Notandum. 2. quæſt. 3. cap. In literis. cap. Venerabilis. de Offic. Deleg. gloſſ. 1. in cap. Si à Iudice. de Appellation. lib. 6. tradit Innoc. in cap. Qualiter. 2. de Accuſation. & ibi Fel. num. 29. etiam ſi partes conſentiant, gloſſa communiter recepta in l. Si diuerſa. ff de Tranſaction. Faciunt tradita ſub verbo Sententia Differ. 2. Ratio eſt, quia per ſententiam Iudex functus eſt officio ſuo; vt dicit text. in dicta l. Iudex. vel (vt ait Guillel. de Cuneo. in l. Qui arbiter. ff. de Arbitr. quem refert Additiona. Bart. in dicta l. Iudex.) recitata ſententia, ſtatim deſinit eſſe Iudex, præterquàm in acceſſoriis omiſsis, quæ poteſt eodem die ſupplere; vt ſunt expẽſæ, vt in l. Paulus. la 1. ff. de Re Iud.

2 Vide Rip. in dict. l. Quod iuſsit. num. 50. vbi ponit octo ampliationes, & nouem limitationes ad dictam l. Iudex poſteaquàm. & Marian. in cap. Qualiter. in 1. de Accuſationib. ponit ſex limitationes.

3 Et in Iudice delegato ponit nouem fallẽtias Fel. in cap. Literis. de Offic. Deleg. Et vnam fallentiã nota in quocumque Iudice, ſiue Ordinario, ſiue Delegato; videlicet

4 in ſententia abſolutoria, lata propter relationem peritorum in arte. Nã conſtito per alios magis peritos de falſitate primæ ſententiæ: poteſt idem Iudex eam retractare. l. Si qui adulterii. C. de Adulter. l. 1. C. Si ex falſ. inſtr. l. Imperator. ff. de Re Iud. c. Cauſam. in 1. de Offi. Delega. cap. 2. de Purga. vulg. docet Fel. in cap. Significaſti. in 2. n. 8. de Homicid.

5 At in Foro pœnitentiali poteſt idẽ Confeſſarius pœnitentiã à ſe iniunctam quãdocumque, & vbicũque ex cauſa commutare in aliam; vel eam minuere. c. Presbyter. 82. diſt. cap. Tẽpora pænitudinis. 26. q. vlt. cap. Trãſmiſſę de Eo qui cogno. conſan. docet Card. in Clem. 1. verſ. Si qui. n. 3. ad fi. de Priuile. Nauar. in Manual. c. 26. nu. 22. Suarez 4. tom. de Pœnit. diſput. 38. ſectio. 10. n. 3. Soto in 4 diſt. 20. q. 2. art. 3. Viual. in Cãdel. Aur. tit. de Satisfactione. nu. 28. & 30. & eſt cõmunis opinio vbique in praxi recepta; vt conſtat ex Henriq. de Pœnit. lib. 2. c. 21. §. 7. ad fi. lite. G. Et ratio eſt; quia in hoc tribunali pœnitentiali, ſententia nõ tranſit in rẽ iudicatã. Tum quia poteſt pœnitẽs eadem peccata iterum cõfiteri, & ſuper ipſis aliud iudicium ſubire, ſecundùm Suar. ſup. nu. 7. & diſput. 18. ſect. 4. nu. 8. & 10. vbi dicit eſſe hoc certũ ex cõmuni vſu, & approbatione Eccleſiæ. licèt hoc paſsim, & ſine aliqua rationabili cauſa, ſiue occaſione, fieri non debeat, ex Soto in 4. diſt. 18. quæſt. 4. artic. 3. Erit tamen iuſta cauſa quando pœnitens nõ ſine difficultate, vel periculo ſalutis animę, vel corporis pœnitentiã adimplere nõ poteſt; vel ex fragilitate eſt in periculo malè eam implendi, ſecundùm Nauar. ſuprà.

Sed aduerte etiã extra cõfeſsionem poſſe ab eodem Cõfeſſario eius pœnitentiam cõmutari, ſi id fiat intra vnum, vel alterum diẽ, ſcilicet dũ peccata ſibi cõfeſſa habet in memoria, ſeu eorũ recordatur; quia iſto in caſu, adhuc cenſetur idem iudicium, vt dicit Sot. ſup. diſt. 20. q. 2. art. 3. ad fi. quẽ ſequitur Suar. ſup. Diſp. 38. ſect. 10. n. 3. Idẽ poterit fieri, ſi intra triduũ, aut hebdomidã redeat pœnitens, ſecundùm Henriq. lib. 2. de Pœnit. cap. 21. §. fin. in fin & Ledeſma in 4. diſt. 18. q. 20. art. 4. fol. 301. col. 2. in fi. & Viuald. de

Digitized by Google

Satisfactione.d.n.30. & cenſeo poſſe eam cōmutari etiam ſine cauſa: quia ſicut fuit in eius arbitrio eam imponere; ita in eodem debet eſſe illius cōmutatio. Nam vnaqueq; res per quaſcumq; cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. Cùm autē petitur cōmutatio ab alio Sacerdote, requiritur cauſa; & ſemper poſtulāda, & cōcedenda eſt in actu confeſsionis; & nullo modo extra eā; vt docent Sot. & Suar. vbi ſup. de quo vide notat. verb. Iuriſdictio. Differentia 1. numero 2.

Nec cōtrariū tenēt Vict. in Sūm. n. 211. & Nauar. d. c. 26. n. 22. quicquid dicant Suarez dicta diſput. 18 ſect. 4. n. 8. & Greg. de Valentia ſuper 3 par. D. Tho. in 4. tom. nā ſolummodò dicunt non eſſe neceſſariam iterationē confeſsionis peccatorū, ſuper quibus data fuit pœnitentia, quādo poſtulatur cōmutatio eiuſdē. Hoc autem nō eſt dicere extra confeſsionē ſacramentalē fieri poſſe regulariter dictā commutationem. Quin immò ex verbis Victoriæ ſatis cōſtat loqui in actu tantù m confeſsionis aliorum peccatorū. Et idem conſtat ex Naua. cùm in toto illo capite 26. agat quomodo Cōfeſſarius gerere ſe debeat erga pœnitentem. Nihilò minùs (vt diximus) fieri poteſt etiam extra confeſsionē, quando petitur cōmutatio intra breue tempus ab eodē Confeſſario.

Si verò pœnitentia nō ſit impoſita in vindictā, & ſatisfactionē peccatorū cōmiſſorū; ſed ſit tantùm medicinalis ad cauēda futura: iſto in caſu poteſt quilibet Confeſſarius ad ſolam inſtantiam pœnitentis, extra confeſsionem, nullis reſeruatis requiſitis ſuperiùs memoratis, dictā pœnitentiā medicinalē cōmutare, ſuſpendere, atque ſuper ea diſpenſare, vt ſæpe practicaui.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX extorquens à reis minis, & falſis promiſsionibus crimina; in Foro exteriori non punitur. ſecùs in interiori.*

DIFFERENTIA DECIMA QVARTA.

1 IVdices cauſarū criminaliū, qui minis, dolo, fraude, & falſis promiſsionibus crimina à reis extorquēt: quāuis quoàd Forū exterius laudētur, & in popularem eorum gloriam id cedat. In Foro tamen conſcientiæ, in maximā animarū eorundem perniciem cedit; quia id minimè licitum eis eſt: immò ſunt magna reprehenſione, & punitione digni; tum propter eorū inſolentiā; tum quia verā illam erga proximū charitatē, & clemētiā reſpuūt, & omnino ea ſe exuunt; quam Chriſtus Dominus (cuius miniſtri ſunt) ab omnibus requirit. Ita aduertit Pet. à Nauar. tom. 1. lib. 2. c. 3. n. 232. vide copiosè circa hoc in 2. tom. Cōmun. opin. lib. 7. tit. 19. de Cōfeſ. n. 180. vbi habes pro, & cōtra, an Iudex teneatur dictā promiſsionē, & fidē ſeruare, quādo promittit impunitatē reo, ſi delictū cofiteatur. Idē habes ibid. lib. 9. tit. 28. de Quæſt. num. 99.

SVMMARIVM.

1 *REVS an teneatur ſoluere expenſas in ſui inquiſitione factas, ſi vt innocens abſoluatur.*

DIFFERENTIA DECIMA QVINTA.

1 ORdinatio Luſitan. lib. 3. tit. 67. §. 6. quatenus vult vt reus teneatur ſoluere expenſas, quas Iudex in inquiſitione criminis, ſuper quo fuerat denunciatus, fecerat; quàmuis aliàs vt innocens abſoluatur: procedit tantùm in Foro contentioſo.

In Foro verò conſcientiæ, non poteſt Iudex ad prædictas expenſas præfatum innocentem condemnare; quia nulla eſt ratio quæ ad eas reum, aliàs innocentē, obliget. Quòd ſi dicas, Iudicem, & Fiſcalem nō debere de ſuo, facere prædictas expenſas: maximè vbi ſunt aliqua indicia, vel teſtes cōtra dictū reum; tūc enim non videtur iuſtum, vt Iudex de ſuo ſalario dictas expenſas refundat. Reſpondeo; Primò, Iudices debere eſſe cautos, ne omni ſpiritui, contra aliquem deponentē, de facili credant. Secundò, ad has expenſas faciendas ſolere

à mul-

Digitized by Google

à multis tribunalibus haberi ærarium, ſeu burſam communem: cui ſolent multorum criminum condẽnationes, & pœnæ applicari. Quòd ſi talẽ burſam non habeant; patienter huiuſmodi damna, quæ ratione ſui officii patiuntur, ſuſtineant. Aequius enim eſt vt ipſi iudices pręfatas expẽſas ſoluant; quippe ad eas faciendas tenentur (cùm teneãtur inquirere de criminibus denũciatis) quàm miſer reus iniuſtè denunciatus: cui ſufficit eius afflictio, ne duplici onere ipſum grauemus.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX lata ſententia, nihil poteſt de ea commutare.*

DIFFERENTIA DECIMA SEXTA.

1 IVDEX poſtquam in cauſa criminali ſententiam diffinitiuã tulit, non poteſt ampliùs de eo crimine cognoſcere. l. Iudex poſteaquàm. ff. de Re iud. Ordi. Luſit. lib. 5. tit. 131. & l. 12. tit. 1. Par. 7. & faciunt dicta ſuprà in Different. 13.

At in Foro pœnitentiali Parochus, & Cõfeſſarius poſſunt iterũ, atq; iterũ de eiſdem peccatis cognoſcere; ſi pœnitens ea iterũ confiteatur, vt palam eſt.

SVMMARIVM.

1 *DIEBVS feriatis in honorem Dei, & Sanctorum ceſſatur in iudicio contentioſo; niſi in caſibus, vt hic.*

2 *Secùs in Foro pœnitentiali.*

DIFFERENTIA DECIMA SEPTIMA.

1 INTER differentias vtriuſq; Fori, vna eſt vulgaris, nẽpe diebus Dominicis, & aliis feſtis ſanctorum nihil in Foro iudiciali agi poſſe; quia talibus diebus Deo vacandum eſt, & ab omni ſtrepitu iudicii ceſſandum. l. Dies feſtos. C. de Feriis. Guido. Pap. q. 215. vbi plures tradit fallentias; nẽpe in examinatione teſtium, qui iurarũt die non feriato. in appellatione. l. 1. C. de Feriis. in datione libelli. l. Miles. §. Sexaginta ff. de Adulte. in adoptionibus, emancipationibus, & manumiſsionibus. l. Actus omnes. C. de Feriis. in citatione ad diẽ non feriatam. in pignoratione. l. Prætor. in prin. ff. de Iudi. in inſinuatione donationis. in delegatione, & commiſsione cauſæ. in excõmunicatione, & abſolutione. in miſsione in poſſeſsionem realem bonorum incantatorũ. & vbicumq; immineret neceſsitas. in executione ſententiæ; & etiã quoàd confeſſionẽ aduerſarii exigendã, ſecundùm Inno. in c. Vltra tertiã. n. 3. de Teſti. & Bal. in Margarita ad eumdẽ, verb. Feriæ. & vbi proceditur abſq; Iuris ſolẽnitate. Abb. in c. Dilecti. n. 6. de Iudi. & in arbitris, quibus à partibus datũ eſt, vt quomodocũq; voluerint, poſsint de cauſa cognoſcere. l. 32. verſ. Pero ſi. tit. 4. Partit. 3.

2 In Foro verò pœnitentiali non ceſſatur his diebus, vt palam eſt: immò omnes fideles monentur, vt ſaltem diebus ſolennibus ad ſacramentum pœnitentiæ accedant. adde notata verb. Iuramentũ. Differentia. 7.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX arbiter non debet iurare de iuſtè iudicando. Quòd ſi iuret, & iniuſtè iudicet, etiã ex dolo; non facit litem ſuam. Secùs in Foro animæ.*

DIFFERENTIA DECIMA OCTAVA.

1 IN cõpromiſsis prohibetur, ne à Iudice arbitro Iuramẽtũ exigatur, ſc. quòd iuſtè iudicabit. quòd adeò ſtrictè pręcipitur, vt ſi ei deferatur iuramentũ, & poſteà malè iudicet, etiã doloſè; nõ facit litem ſuam. text. eſt expreſſus in Authent. Decernimus. C. de Arbitr. quem ad hoc dicit mirabilem Iaſ. in l. Non dubium. C. de Legi. numero 21. & hoc in odium compromittentium contra prohibitionem le-

gis; quod procedit tantùm quoàd Forum iudiciale, & denegationem actionis in iudicem arbitrum in Foro ſeculari.

In Foro verò conſcientiæ, nihilò minùs Iudex arbiter malè, & iniuſtè ex dolo iudicans facit litem ſuam, vt conſtat ex eadem lege. ibi, *Pœnam à Deo expectet.* Et ſic in Foro pœnitentiali, & etiam in Foro Canonico per viam denunciationis compelletur ſatisfacere damno parti læſæ ex ſua iniqua ſententia illato, per notata in Præludiis §. 12. Et obſerua, dict. auth. Decernit ius. non habere locũ in arbitratore, vt not. ibid. gl. ſeu additio eius ſub v. Ei. Ille enim poteſt aſſumi cũ iureiurãdo, vt in l. Si libertus ita. ff. de Oper. liber. & in cap. Quintauallis. de Iureiu.

Et ad notata hic, conducunt quæ dicemus verbo Iuramentum. Diff. 9. vbi reſoluimus, licet lex prohibeat iuramentum apponi in aliquo contractu: ſi tamen partes ipſum iurauerint, remanere in Foro conſcientiæ obligatas ad illud ſeruandum; quamuis in Foro ciuili nullam habeant ex hoc actionẽ ad compellendum renitentem, vt dictum contractum obſeruet. Id ipſum colligitur ex dicta Authent. Decernit ius. Nam non obſtãte quòd per eam prohibeatur, ne Iudex arbiter aſſumatur cũ iureiurando, nevè 1
partes cõpromittentes, illud ab eo exigant: ſi tamen exigatur, vel ipſi etiam compromittentes iurauerint de ſtando ſententię arbitri: tenentur in Foro conſcientiæ ſtare eidem, non obſtante prohibitione legis. Prohibet autem vtrumque dict. Authen. ſecundùm duos intellectus ipſius, de quibus ibi per gloſ. & Doctores.

IVDICIVM.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an iudicet de occultis, & de quibus.*

2 *In Foro tamen pœnitentiali, de omnibus iudicat.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 OCCVLTA, multa ſunt, de quibus in Foro exteriori iudicare non licet; vel quia ſunt per ſe occulta, quæ ſoli Deo patent, vt ſunt peccata cogitationis; de quibus agemus verbo Pecatum. Differ. 7. vel quia probari non poſſunt, quę ſunt occulta per accidẽs, de quibus eſt nunc ſermo. Et circa hæc occulta eſt dubium egregium, an lex, vel conſtitutio ſe extendat ad ea, ita vt liget, & puniat omnino occulta. & videtur quòd non, vt probat text. in capite fin. de Tempo. ordin. c. Sicut tuis. in 2. circa fin. de Simo. & in cap. Erubeſcant. 32. diſt. vbi dicitur, *De manifeſtis quidem loquimur: ſecretorum autem & cognitor Deus, & Iudex eſt.* ſaltem nominatim de illis non iudicat, vt dicit glo. verb. Eo ipſo incurrant. ante fi. in Clement. 1. §. Verum. de Hæreti. quam ſequtiur Marcus quæſt. 859. num. 2. part. 1.

Ceterùm quoàd cenſuras, & irregularitatem, intrepidè tenendum eſt ligari ab Eccleſia delinquentes quamtumuis occultos, vt reſoluit dicta gloſſ. verb. Eo ipſo. quam in hoc dicunt ſingularem, & magiſtram plures relati à Probo ad Monachum in capite Vt animarum. numero 30. cum ſequent. de Conſtit. lib. 6. Abb. in Proëmio Decretal. col. 4. Rojas de Hæretic. 1. parte num. 246. Couar. in regul. Peccatum. 2. par. in princip. numero 6. & Nauar. in Manua. capite 25. num. 69. in fine.

2 In Foro verò pœnitẽtiali, nulla ſunt occulta, ſed omnia publica, & manifeſta; & ſic de omnibus iudicat; c. Omnis vtriuſque ſexus. de Pęnit. & remi. docet Hoſt. in c. Ex parte. de Cẽſi. Domi. in c. Scimus. ad fin. 12. q. 1. & Feli. in c. Porro. in princ. de Sent. excom.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *CONTRA præſumptionem iuris, & de iure, non admittitur probatio, in Foro exteriori.*

2 *Præſumptiones legum ſunt lucidiſsimæ probationes, ſufficiuntque ad victoriam reportandam.*

3 *Quæ dicatur præſumptio iuris, & de iure.*

4 *In Foro pœnitentiali auditur, & creditur pœnitenti contra præſumptionem iuris, & de iure.*

5 *Cap. Is qui fidem. de Sponſ. non procedit in Foro pœnitentiali.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 CONTRA preſumptionem iuris, & de iure, in Foro cõtentioſo nemo auditur, licèt velit contrarium probare, quia talis præſumptio habetur in iure pro indubitata veritate. Ita probat text. in cap. Is qui fidem. & ibi notat gloſ. 1. de Sponſal. & l. 1. §. 1. C. de Rei vxor. act. l. Si arrogator. ff. de Adoption. & gloſſa fin. in l. Siue poſsidetis. C. de Probation. quam ibi ſequuntur Bart. & Paul. idem notat gloſſa verb. In contemptum. in cap. Cùm illorum. de Sentent. excommunicat. de quo vide latiſsimè per Viuium
2 Deciſ. 61. part. 1. vbi inter alia dicit præſumptiones legum eſſe lucidiſsimas probationes, ita vt ſufficiant ad victoriam reportandam. l. Omnes. §. Lucius. & ibi gloſſa. ff. de His. quæ in fraud. Bart. in l. In illa ſtipulatione ſi Kalendas. 8. ad fin. ff. de Verbor. obligat. Bal. Salyc. & omnes in l. Si tutor petitus. C. de Peric. tut.
3 Dicitur autem præſumptio iuris, & de iure, illa de qua factum eſt ius, & tranſit in ſtatutum legis. Itaque vbicumque lex, vel ſtatutum, præſumit ſuper aliquo facto, & ſuper præſumpto diſponit, & ſtatuit: tunc dicitur præſumptio illa iuris, & de iure. Ita tradit poſt alios Viu. ſuprà num. 4. & 5.
4 At in Foro pœnitẽtiali benè auditur pœnitens contra præſumptionem iuris, & de iure. adeò vt ſolo pœnitentis verbo credatur contra prædictam præſumptionem; vt notat Ioan. Andr. & omnes in dicto cap.
5 Is qui fidem. tenentes prædictum cap. nõ procedere quoàd Forum pœnitentiale. Idẽ tradit Fel. in cap. Sicut dignum. in fin. de Homici. Alcia. latè de Præſumptio. Regul. 3. præſumptione 38. Couar. in 4. 1. part. cap. 4. §. 1. num. 1. adde gloſſam in cap. Significaſti. in 1. de Homic. vbi Felin. copioſè num. 2. referens alias gloſſas, & meliùs in cap. Significaſti. in 2. eodem tit. num. 4. poſt gloſſam ibi verb. Credendum.

SVMMARIVM.

1 *APICES, & ſubtilitates iuris, non curantur in Foro conſcientiæ.*

2 *Secùs in Foro contentioſo.*

3 *Prętoris tribunal inuentũ fuit pro æquitate ſeruanda contra rigorem, & ſubtilitatem iuris: inſtar cuius eſt recurſus ad denunciationem Euangelicam.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 APICES, & ſubtilitates iuris, in Foro conſcientiæ non admittuntur, nec curantur, neque excuſant. Ita ſingulariter Archid. in cap. Scriptum. 6. quæſt. 3. commendatus à Dec. in cap. Dilecta. de Confirmat. vtili. à Bal. in l. 5. col. 2. C. de Cõfeſsis. & à Viu. deciſ. 160. nu. 10. part. 1. Idem notat Bal. in l. Penul. §. Illo. C. de Neceſſar. hæred. Iaſ. in l. Si poſt. num. 7. C. de Iur. & fact. ignor. & Pet. Pechius in tract. de Amortizatione bonorum. cap. 7. Silu. verb. Reſtitutio. 2. num. 14. Abb. in cap. fin. num. 12. in fin. de Præſcript.
2 At in Foro exteriori, ſæpe numero attenduntur, & approbantur, vt patet in multis iuribus,

Iuribus, & reſponſis Doctorum, & iuriſcō-ſultorū Vlpiani, Papiniani, & aliorū, quorum multa reſponſa fuerunt data de ſubtilitate iuris contra æquitatem; vt patet in l. Proſpexit. ff. Qui. & à quibus. l. Si alii. ff. de Vſufr. leg. l. Si ita ſcriptum. in princip. ff. de Liber. & poſt. l. In bello. §. Codicilli. ff. de Capt. l. Si tibi. ff. de Donation. l. Filio præterito. ff. de Iniuſto rupto. quas allegat Couar. in regul. Poſſeſſor. 2. part. §. 6. nu. 3.
3 Et hinc inſtitutum fuit, & adinuentum tribunal Prætorium pro æquitate ſeruanda, inſtar cuius inter catholicos habetur ille recurſus ad Epiſcopos per denunciationē euangelicam.

Nec obſtat lex Si fideiuſſor. §. Quidam tamen. ff. Mand. & l. Ita vulneratus. ff. Ad l. Aquil. vbi dicitur de apicibus iuris non eſſe curandum. Nam id eſt verum, cùm cōtrarium eſt à iure ſtatutum. Tunc etenim non eſt curandum de apicibus iuris: nec etiam de ipſis, cùm non ſunt ſecūdùm ius, vel ſunt contra æquitatem ſcriptam; vt dicemus in ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *AEQVITAS ſemper ſeruanda eſt in Foro conſcientiæ. Et præferenda eſt rigori ſcripto.*

2 *Secùs in Foro iudiciali.*

3 *Forus poli, & conſcientiæ, eſt Forus æquitatis.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 AEQVITAS (quæ eſt naturalis iuſtitia) ſemper eſt ſeruanda, & ſequi eam debemus in Foro cōſciētiæ; cap. Diſciplina. 45. diſt. & preferenda eſt rigori ſcripto, ſecundùm Bal. in l. penult. §. Illo. C. de Neceſſar. hæred. Iaſ. in l. Si poſt. nu. 7. C. de Iur. & fact. ignor. & Pet. Pechium in tract. de Amortizatione bonorum. cap. 7. facit gl. verb. Exiſtimamus. in Authen. Vt ſine prohibitio. matres. Colla. 7. quę dicit ineptum eſſe non fallere regulam, ſi æquitas videatur.

2 In Foro verò iudiciali, rigor ſcriptus preferendus eſt æquitati non ſcriptæ. l. 1. C. de Legib. l. Placuit. C. de Iudic. l. Si tibi pecuniam. 20. vbi Dec. num. 6. id notat. ff. Si cert. pet. & ibi omnes. Abb. & Felin. in cap. 2. nu. 5. de Iudic. gloſſa in d. l. Placuit. & ibi Iaſ. num. 3. Alexander Conſ. 121. num. 8. lib. 5. Cagno. l. In omnibus. n. 8. ff. de Reg. iur. dicit communem Neuiza. in Silua nup. lib. 5. nu. 68. & probat gloſſa fin. iuncta interpretatione Abbatis ibidem, num. 5. in cap. Ex tranſmiſſa. de Renunciat. vbi verba Gloſſę, ſcilicet, *Iure poli, non iure fori*, vertit Abbas, ideſt ex quadam æquitate, & nō de iuris rigore; innuens,
3 Forum poli eſſe Forum æquitatis; & Forum Fori eſſe Forū rigoris iuris: quamuis aliàs ius Fori exterioris ſit bonum, & æquum, l. Si me. & Titium. ff. Si cert. pet. l. 1. in princip. ff. de Iuſt. & iure. Faciunt notata ſub verb. Interpretatio Differentia 1. Hinc collige verum dixiſſe glo. vnicam in iure. verb. Vacabunt. in cap. Si propter. de Reſcrip. lib. 6. videlicet, æquitatem non eſſe iuris rigori præferēdam, niſi in caſibus à iure expreſsis. Quę omnia tene mente. Sunt enim multi caſus in iure, in quibus rigor ſeruatur, qui non habebunt locum in Foro cōſcientiæ. quod erit ſummi pōderis aduertere. In illis enim tribunalia Suprema, quæ habent poteſtatem recedēdi a ſummo iure, & præferre æquitatem, etiam non ſcriptam, rigori ſcripto; poterunt partem Fori conſcientiæ amplecti.

DIFFERENTIA QVINTA.

IN Iudiciis eſt benigna interpretatio facienda. In Foro verò animæ ſecurior facienda eſt. Hanc differentiam inter vtrumque Forum tradit Inno. in cap. Cùm tu. in fin. de Teſti. allegat. cap. Per tuas. de Sent. excom. vide not. verb. Interpretatio.

IVRA-

IVRAMENTVM.

SVMMARIVM.

1 *IN hiis quæ dependent ab animo, ſtatur ſimplici verbo pœnitentis.*

2 *Secùs in Foro contentioſo. Niſi in tribus caſibus: vide eos hic remiſsiue.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 IN his quæ dependent ab animo, ſtatur iuramento; immò ſimplici dicto cuiuſque, in Foro conſcientiæ. cap. Si
2 verò. 2. de Sentent. excommunicat. & ibi notat Felin. vbi ſecùs dicit in Foro cõtentioſo; per gloſſam, verb. Commodè. in Clement. 1. de Pœnis. & in cap. Significaſti. in 1. de Homicid. vbi hoc idem notat Fel. & ponit tres limitationes. Vide ad idẽ gloſſam fin. & ibi Fel. in cap. Cùm illorum. in fin. de Sent. excommunicat. Adde not. verb. Interpretatio. Differentia 3.

SVMMARIVM.

1 *REVS legitimè interrogatus à Iudice ſub iuramento in cauſa capitali, an teneatur dicere veritatem in vtroque Foro.*

2 *Confeſſarius non poteſt abſoluere reum criminis, niſi proponat dicere Iudici veritatem.*

3 *Fallit quando non legitimè interrogatur, ſcilicet quia eſt reus occultus.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 REVS interrogatus à Iudice iuridicè, iuranſque dicere veritatẽ: licèt cauſa ſit capitalis, tenetur verum dicere in Foro exteriori; non tamen in Foro interiori. Volo dicere poſſe per Iudicem compelli ad dicendam veritatem, præcipiendo ei ſub iuramento, vel eum torquendo: reus verò non obligatur in conſcientia ei obedire, ſed poteſt tuta conſcientia, ſecluſo mendacio, veritatẽ detegere, ſc. cùm agitur de crimine capitali, vel de membri mutilatione, vel etiã de graui infamia, & dedecore. Hanc opinionem defendit Pet. à Nauar. tom. 1. lib. 2. cap. 4. à num. 142. vbi num. 137. allegat quamplures Doctores, qui eam indiſtinctè tenent in omni cauſa; dummodò non habeat pœnam ſpiritualem. Mouetur principaliter, quia natura tribuit cuique ſummam ac liberrimam facultatem ſe tuendi, maxime in re tanti momẽti, qualis eſt cauſa ſanguinis. Quod probat aliquibus exemplis, quæ habes verb. Homicidium. Diff. 3. & verb. Deffenſio. Differentia 9. n. 2. Sed meliùs facit pro eo. l. Vt vim ff. de Iuſtit. & iu. Ibi. *Nã iure hoc euenit, vt quod quiſq; ob tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimetur.*

Sed certè prædicta opinio eſt contra omnes ferè theologos, quos ipſemet refert num. 138. eſtque ratio, quia ſubditus tenetur parere in conſcientia precepto Superioris iuſto: ſed Iudex (vt præſupponitur) iuſtè, & legitimè in prædicta interrogatione procedit; ergo tenetur ei in con-
2 ſcientia reſpondere verum. Quod adeò verum eſt, vt dicat Nauar. poſt Sot. in Man. cap. 25. nu. 36. non eſſe abſoluendum reum à Confeſſario; niſi proponat illa confiteri. Eſt etiam alia ratio, quia aliàs daretur ex vtraque parte iuſtum bellum, quod quidã putant impoſsibile. vide circa hoc not. ſub verb. Defenſio. in dict. Different. 9.

Verum eſt, multos Iudices nolle iam exigere iuramentum à reis in criminalibus, de dicenda veritate; ſed ſimpliciter eos interrogare,

rogare, & hoc, vt tollant ab eis occaſionẽ peierandi. Quam quidem praxim vtinam omnes ſeruarent; vt ſentit etiam Iul. Clarus quæſt. 45. nu. 9. quamuis contraria eſt communiter admiſſa, teſte eod. Claro ibid. poſt alios quos refert.

3 In vno tamen caſu poſſet practicari opinio Pet. à Nauar. vbi ſuprà, quando ſcilicet crimen eſt publicum, & perſona eſt occulta; nec eſt infamata. Tunc enim ſi per Iudicẽ exigatur iuramẽtum à reo in inquiſitione dicti criminis, non tenebitur reus ſe prodere. Ita Siueſt. verb. Inquiſitio. 1. q. 3. dicto 3 in fin. & Pet. à Nauar. ſuprà, num. 167. Nec mirum, quia non diceretur tunc Iudex procedere iuridicè, ſed contra iura, procedendo per viam Inquiſitionis contra reum non infamatum: per notata ſub verb. Inquiſitio. Differentia 1.

Et ad fundamentum Pet. à Naua. de quo ſup. Reſpondeo, negando talem poteſtatem dari vlli à natura, vt per fas, vel nefas ſuam vitam defendat. Immo eſt in iure indubitatum, non licere cuiquàm ſe defendere, niſi cum moderamine inculpatæ tutelæ, iuxta l. 3. §. Cùm igitur. ff. de Vi, & vi arm. & cap. Significaſti. 2. de Homici. gl. verb. Inferentem. in cap. Si verò. 1. de Sent. excom. Et verba illa, l. Vt vim. declarat ibi gl. recepta, procedere quoàd Forum exterius; non verò quoad Forum Dei. Hinc dicit Iul. Clar. in §. Periurium. num. 11. periurium rei accuſati, vel inquiſiti in eius examine, quando interrogatur ſuper crimine; non poſſe iudicialiter puniri: ſed ſolùm Deum habere vltorem. Conſtat igitur non licere reo in Foro conſcientiæ negare crimen commiſſum, ſi legitimè à Iudice iuramentum exigatur.

SVMMARIVM.

1 *FILIA renuntians cum iuramento ſuæ legitimæ: ſi dolus abſit, non poteſt venire in Foro conſcientiæ contra iuramentum, etiam ſi enormiſſimè ſit læſa.*

2 *Secùs in Foro exteriori. Sed intellige, vt hic declaratur.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 FILIA renuntians ſponte cum iuramento ſuæ legitimæ, tenetur in Foro conſcientiæ ſeruare iuramẽtum, etiam ſi enormiter, vel enormiſſimè leſa ſit, cap. Quamuis pactum. de Pact. in 6.

2 In Foro tamen exteriori, impetrata priùs abſolutione à prædicto iuramento ab ipſo Ordinario, vt moris eſt, iux. cap. 1. de Iureiur. poteſt venire contra renuntiationem, & ſic non tenetur ſtare contractui, etiam iurato, ſecundùm Nauar. cap. 17. nu. 152. Quod intellige eſſe verum, quando fuit enormiter læſa. Et ratio eſt, quia ex tali damno præſumitur quòd fraus, aut dolus interuenit in prędicta renũtiatione. Et ideò in prædicto Foro exteriori datur locus filiæ renuntianti, vt contra ſuam renuntiationem iuratam veniat.

Ex qua ratione exiſtimo, etiam in Foro exteriori, compelli ſtare renunciationi; ſi probetur fuiſſe certam, & certificatam dict. filiam de damno, quod patiebatur. Quin etiam infertur ex dicta ratione, ſi filia fuit certior facta de dicta enormi læſione, non poſſe in Foro conſcientiæ cõtrauenire pręfatæ renuntiationi, vt ſentit Nauar. loco ſup. citato.

SVMMARIVM.

1 *DEFERRE iuramentum neganti debitum, etiam ſi ſciat pars falſum iuraturum; licitum eſt in Foro exteriori. Secùs in interiori.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 IVRAMENTVM deferre parti neganti debitum; licitum eſt in Foro exteriori: etiam ſi deferens ſciat, vel certò teneat alteram partem falſum iuraturam. Ita quotidie

Digitized by Google

die practicatur. Et hinc eſt, quod in dicto Foro non punitur tale periurium; communem dicit Boëri. Deciſ.305. num. 4. & Iul. Clar. §. Periurium.nu.11.

In Foro verò interiori, peccat mortaliter qui ſciens veritatem, defert iuramentum alteri parti neganti eam; ſi credat falſum iuraturam. Ita probat latè D. Auguſt. in ſermone decollationis B. Ioan. Bapt. & refertur in cap. Ille qui. 22.quæſt. 5. Idem probat text. in cap. Si quis peierauerit. & cap. Qui exigit. cum ſequenti. eadem cauſa, & quæſt. Adde Archid. & Cardin. in dict. cap. Ille qui. & Abb. & Doctores, in cap. Clericos. de Cohabit. Cleric. & mulier.

SVMMARIVM.

1 *MONITORIA pro rebus furto ablatis, licita ſunt in Foro exteriori; etiam ſi extrahens ea, ſciat latronem non reſtituturum rem furatam.*

2 *Secùs in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 PRO rebus furto ablatis, vel occultatis quotidie extrahuntur monitoria; ſeu (vt vulgò dicuntur) chartæ excōmunicationis. In his ergo monitoriis idem reſoluendum eſt, quòd in præcedente reſoluimus; videlicet licitum eſſe in Foro exteriori prædicta monitoria obtinere contra fures, vel occultantes res aliquas; quamuis obtinens eadem ſciat, vel certò credat nihilominus præfatos non eſſe eis obtemperaturos.

2 In Foro verò interiori, peccabit mortaliter, propter grauiſsima damna quæ ſciens infert inutiliter animabus prædictorum furium, vel occultantium. argumento eorū quæ in præcedente Differentia diximus, & facit text. in dict. c. Ille qui hominem. 22.quęſt.5. in fine ibi, *Immò, & tu periiſti, qui de illius morte ſatiari voluiſti.* Et verè iſti omnes, qui talia monitoria extrahunt contra prædictos, ſcientes non eſſe reſipituros, immò futurum eſſe vt obdureſcant, nihil aliud deſiderant, niſi ſatiari morte, & damnis ſpiritualibus eorum. Et vidi nonnullos huius generis dicentes, à ſe, data opera, extrahi dicta monitoria, vt magis prædicti damnentur. Quæ tene mentè, quia pauci hoc attendunt.

SVMMARIVM.

1 *PROMISSIO ſimplex, idem valet, & operatur, quod iuramentum in Foro cōſcientiæ.*

2 *Secùs in Foro iudiciali.*

3 *Iuramentum impediri poteſt, & irritari per legem, antequam fiat; non tamen poſtquā ſemel eſt validum.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 INTER ſimplicem loquelam, ſeu promiſsionem; & iuramentum: nō eſt differentia in Foro Dei, & conſcientiæ, cap. Iuramenti. 22. quæſt.5. cap. Quærelam. Ne Prela. vices ſuas. Notat Panor. & Feli. in cap. Debitores. nu.3. de Iureiur. & dicemus. v. Promiſsio. Diff. 1. nu. 10. Quod eſt intelligendū quantū ad obligationem. Nam ſicut quis obligatur ex iuramento: ita, & per ſimplicem promiſsionē. Et ſic vtroque caſu tenetur quis adimplere proximo, quod ei promiſit, vel iurauit, ſi promiſsionem alter acceptauit (vt dicemus verb. Promiſsio. dict. Differ. 1.) 2
Sed quantùm ad violationem, non æquiparantur; quia frangens iuramentum grauius peccat; quàm frangēs ſimplicem promiſsionem. 3 Nam in hac ſimplici promiſſione proximus principaliter offenditur. In iuramento verò, Deus. Ita declarat. gl. in cap.

cap. pœn. de Iureiu. D.Tho. 2. 2. quæſt. 89. art. 8. Coua. in cap. Quamuis pactum. 1. parte §. 2. nu. 1. Abb. in cap. Quod ſuper his. de voto. niſi ſit promiſsio facta Deo, quæ aliàs dicitur votum. Tunc enim etiam quoàd violationem æquiparantur; quia æquè peccat frangens iuramentum, & frãgens votum. Et è conuerſo, vt palam eſt.

In Foro verò contentioſo, in multis caſibus, leges aut non curãt de ſimplici promiſsione; vt patet in pollicitatione facta abſenti per Epiſtolam, vel per nuntium ad id non electum, ſeu deſtinatum; quæ nec actionem, nec obligationem naturalem parit, ſecundùm communem, de qua per Alcia. nu. 8. & Iaſ. nu. 5. in rub. ff. de Verbo. oblig. Feli. cap. 1. de Pact. & Ant. Gom. de Contract. cap. 9. nu. 1. niſi quando fit piis locis, vel pro cauſis piis; vt dicemus dict. Differentia 1. Idem patet in pacto nudo de Iure ciuili quoàd dandam actionem; vt dicemus verb. Obligatio. Differentia 10. Aut eam irritant, non tamen iuramentum; vt l. De die. ff. de Pact. dota. l. Vni. §. Et cùm lex. C. de Rei vxor. actio. cap. Quamuis pactum. de Iureiu. lib. 6. cap. Cùm contingat. cap. Licèt mulieres. eod. tit. l. Stipulatio iſta. ff. de Verb. oblig. Iuncto Coua. in Rub. de Teſta. 2. par. §. 5. nu. 2. & conſtat ex traditis verb. Promiſsio. Differentia 4. & docet Pet. à Barbo. 1. par. lib. 1. ff. Solu. mat. nu. 69. cum ſeq. vbi poſt Abb. dict. cap. Cum contingat. nu. 11. reddit rationẽ diuerſitatis; nempe quia ex ſimplici promiſsione obligatio ſoli parti quæritur; quã lex ex iuſta cauſa poteſt irritare, l. Non dubium. C. de Legi. at in iuramento obligatio fit Deo, quam inferior irritare non poteſt, cap. Cùm inferior. de Maio. & obed. Quod intellige verum, poſtquam eſt ſemel validum, & in eſſe productum. Nam ante, benè poteſt ex cauſa illud impedire; vt dicemus infra Differ. 8. in fi.

DIFFERENTIA SEPTIMA.

PERIVRIVM quod non cedit in præiudicium alicuius, etiamſi deliberatè fiat, in Foro exteriori nõ punitur, ſed tantùm in Foro animæ; quia ſolũ Deũ habet vltorem. Ita gl. fin. in cap. Quicumque. 6. quęſt. 1. communiter recepta, teſte Iaſ. in l. Si duo patroni. §. Si quis iurauerit. in ſecundo, poſt nu. 1. ff. de Iureiu. & Iul. Clar. in §. Periurium. nu. 10. & Paul. Gran. theorem. 3. nu. 15.

DIFFERENTIA OCTAVA.

IVRAMENTVM quoàd Forum iudiciale, die feriato pręſtari nõ poteſt, cap. 1. de Feriis. Hippo. ſing. 624.

Secùs quoàd Forum conſcientiæ; per tradita verb. Iudex. Differentia 17.

SVMMARIVM.

1 *DECLARATVR Ordinatio Luſitana, qua prohibetur apponi iuramẽtum per notarios in vllo contractu.*

2 *Declaratur Auth. Sacramenta puberum. cap. Cùm contingat. cap. Licèt mulieres.*

3 *Iuramentum contractui irrito, & nulli, appoſitum, quando validet, & confirmet illum.*

DIFFERENTIA NONA.

1 IN Regno Luſitanię, eſt quædam Ordinatio lib. 5. tit. 73. prohibens, & annullans omnes contractus, in quibus apponitur iuramentum ad eorum obſeruantiam. Quæ certè Ordinatio videtur nimis exorbitans, cùm regulariter iuramẽtum validet, non validum; & confirmet, quod aliàs eſt nullum; vt in Auth. Sacramenta puberum. C. Si aduerſ. vendi. cap. Licèt mulieres. de Iureiu. lib. 6. & cap. Quam-

Digitized by Google

Quamuis pactum.de Pact. eod. lib. docet Gutier.1.p.de Iuraměto cõfirm.c.14.n.5.in fi.Spino in Specul.teſta.gl.18.n.17. Sanchez de Matrim.lib.6.diſp.34. nu.3. ad fin. Prædicta verò ordinatio non ſolùm tollit prædictum effectum iuramenti; ſed (quod mirabile eſt) inualidat cõtractum,aliàs validum,ob ſolam iuramenti appoſitionem; & conſequenter irritat iuramentum Deo præſtitum. quod videtur excedere poteſtatem legiſlatoris ciuilis. Cùm enim per iuramentum principaliter quæratur Deo obligatio,cap.Debitores. de Iureiu. non poteſt lex ciuilis hanc acquiſitionem prohibere,& impedire;cùm lex ſubiiciatur Deo. cap.Si habes.24.q.3.cap. Iulianus.11.q.3. docet Panor.cap.Cùm contingat. nu.5. de Iureiu. dicit receptum Coua.dict.c.Quamuis pactum.2.par.§.1.nu.5. Barboſ. poſt alios in l.1.ff.Solut.matri.5.par.nu.73. Vide ad idem Sanchez ſup. nu. 2. & quòd nec Imperator, nec alius quiuis Princeps poſſit tollere iuſiurandum, vel eius effectus ſuſpendere,vel impedire, teſtatur communem Alex.Conſ.59.nu.9.lib.1 & Conſ.37. lib.4.Turzan Opinione 226.Viui.lib.1.Opin.297. Hinc dicit Barboſ. d.l.1. in 1.par. num.70. quamuis lex prohibeat iuramentum interponi:non tamen prohibere, neq; prohibere poſſe interpoſitum nõ obſeruari. Idem ſentit Couar. dict.cap. Quamuis pactum.2.par.in prin.§.1.num.8.

Vnde Mencha de Succeſſ. creatio. lib.3. §.28. num.30.(quem ſequitur Sanchez ſuprà) tenet præfatam prohibitionem tantùm operari quoàd Forum ciuile; non tamen quoàd Forum Eccleſiaſticum. Nam Iudex Eccleſiaſticus ad inſtantiam alterius contrahẽtium,poterit compellere partem, & Iudicem ſecularem ad obſeruantiã iuraměti.Quæ opinio, ſiue doctrina,deſumpta eſt ex gl.2.magna in medio d.c. Cùm contingat. quæ ponit in hoc differentiam inter vtrumque Forum, Ciuile, & Canonicum. putat enim diſpoſitionẽ d.l.Nõ dubiũ.C.de Legi.nõ habere locum in Foro Canonico in quo omnis actus nullus,adhibito iuramẽto,confirmatur. Quam differentiam etiam approbat Barbo.d.l.1.p.5.n.74.Quod intellige verum,quãdo lex prohibet, & anullat actũ, ſiue contractum, fauore priuato principaliter: tunc enim iuramentũ confirmat contractum; dummodò non ſit contra bonos mores naturales, nec in præiudicium tertii.Itaque quando iuramentum non eſt contra bonos mores naturales, ſiue ſuper re de iure naturali prohibita; nec contra ius publicum; nec in præiudiciũ tertii;poteſtq; ſeruari abſq; peccato ex parte iurantis: tunc cõfirmat actum prohibitum, & etiam irritum de iure tantũ ciuili. aliàs ſecùs. de quo vide plenè per Couar.vbi ſup.per totũ §.1. vbi nu.10.verſ.3. reprobat prædictam differentiam inter vtrumq; ius,cùm etiam ius ciuile dict. vim,et effectũ iuraměto tribuat in Auth.Sacraměta pub.C.Si aduerſ.vendi.

2 Præterea notandũ eſt circa intellectũ iuriũ ſuperiùs citatorũ,ſcilicet Authẽt.Sacramenta puberũ.c.Cùm cõtingat.c.Licèt mulieres.&.c.Quamuis pactum.ſcilicet in illis iuramentũ nõ eſſe cõtra ius publicũ principaliter; ſed cõtra ius priuatũ, & fauore priuato inductũ,cui vnicuiq; licet renunciare; l.Quod fauore.C.de Legi. Quidam tamen ſubtiliùs dicunt quòd in prædictis iuribus numquã iuramentũ cõfirmat contractũ de iure nullũ; nec eſt contra leges,ſed præter: ac proinde tenet.v.g. in d.cap. Cùm cõtingat,dicunt non fuiſſe factũ iuramentum de alienãdo fundo dotale.Id enim, cùm cõtra legis prohibitionẽ fieret, licitè fieri nequiret: ſed factum fuiſſe,de nõ petendo dicto fundo; nec ſuper hoc controuerſiam mouendo.quod eſt licitum;cùm nemo inuitus agere, vel accuſare compellatur; l: vnic.C. Vt nemo inuit. Si igitur licet non petere: promiſsio de non petendo, vel de non mouenda controuerſia, iuramento iuſtè confirmatur. Ita reſoluerunt magiſtri mei Salmanticenſes,nempe Moya primarius in d. cap.Cùm contingat.& Naua. iunior cathedraticus veſperarum in d. Auth. Sacraměta puperũ.explicata in c.Nulli. de Rebus Eccleſ.Et iuxta hæc,intellige l.16.tit.11. Par. 3.& l.54.tit.18.ead. Part. & l.56.tit.5. Part. 5. Quem intellectum ad dicta iura, vltra eos,confirmo ex text. ſingul. & famoſo in capit. Significante. de Pignorib. vbi licèt pactum legis commiſſoriæ, ſit à iure in pignoribus reprobatum: ſi tamen in pignore dato cum dicto pacto,apponatur iuramentum de vlteriùs ſuper eo, tranſacto

tempore conſtituto ad pignus recuperandum, creditorem non moleſtando, eſt iuramentum obſeruandum: quia tale iuramẽtum non fuit contra canonem prohibentẽ præfatum pactum legis commiſſoriæ, nec firmauit ipſum; ſed fuit tantùm de re licita, ſcilicet de non moleſtando, ſeu controuerſiam ſuper eo mouendo; vt conſtat ex eod. text. ibi, creditorem vlteriùs ſuper eo minimè moleſtaret; & tradunt Cardi. in prin. Anchar.nu.7.Imol.nu.14. Abb.n.4.Anani. nu.8.d.cap.Significãte.& Beroi.in cap. Ad noſtram.n.12 de Empt.& vendi.tenentes, in caſu d.cap.Significante.obſeruandũ eſſe iuramentum: ſed non ex ratione per nos ſupra allegata; quæ verior eſt: ſed alia, ſcilicet quia illa prohibitio fuit fauore iurantis, & in odium alteriùs.

3 Sed redeũdo ad præcitatam Ordinationẽ Luſitanam, dico primò, eam non fuiſſe factam fauore publico, nec in bonum publicum: ſed fauore tantùm Regio, & fauore iuriſdictionis eius; ne ratione iuramẽti, cõtrahentes traherentur ad Forum Eccleſiaſticum; iuxta c.Nouit.de Iudi. Secundò dico, prædictam nihilò minùs Ordinationẽ defendi poſſe ex iis quę tradit Fortun.Garcia de Vltim.fin.Illatione 20.n. 266.in fin. vbi dicit valere ſtatutum irritãs contractũ minoris, etiam iuratum; quia obligationem contractus impedire poteſt, non tamen obligationem iuramenti. & ſic intelligenda eſt dicta Ordinatio. Nam non irritat iuramenta, ſed tantùm contractus. Ex quo infero tertiò, dictam Ordinationẽ procedere tantùm in Foro iudiciali ciuili, ſecũdùm Fachina.lib.3.Controuerſ.c.13.tom.1. ſentit Barbo.d.1.p.l.1.ff.Solu.mat. n.70.Peña 3.par.l.2.C.de Reſcindend. vend.c.1.n.11. & ibi Meneſ.nu.35. In Foro verò conſciẽtiæ, & canonico, ſi contractus iuramento firmetur (iuxta ſuperius notata) tenebitur pars in conſcientia illum obſeruare; & poterit etiam coram Iudice Eccleſiaſtico ad obſeruationem iuramenti compelli. Quod ſingu.cõfirmo ex tex.memorabili in Auth. Decernimus.C.de Arbit. de qua vide v. Iudex.Dif.18. Vbi verò tã contractus, quàm iuramentum prohibentur, & irritantur à lege ob bonum publicũ principaliter (vt fieri poteſt ſecundùm cõmunẽ, de qua per Couar.ſup. Nam iuramentum antequam ſuam vim operetur, & in eſſe deducatur, poteſt lex ob bonum publicum ipſum prohibere, & irritum reddere; vt in ſimili dicimus de obligatione naturali, quæ a lege ciuili impediri, & tolli poteſt ante quam ſit in eſſe deducta; quamuis id non poſsit, poſtquam eſt in eſſe deducta; vt docet Iaſ. d.l.Nõ dubium.nu.8.) tunc in vtroq; Foro exteriori, & interiori prędictus contractus nullã vim habet, ſed reputatur tanquam non factus; nec ex iuramẽto in eo appoſito potuit cõfirmari. Vnde meritò contrahẽtes ex prędicto contractu etiam iurato, in nihilo remanſerũt obligati; vt cõſtat apertè ex text. omnium meliori de Iure Conci.Trid. Seſſ. 24.c.1.de Refor.matr.vbi matrimonia clãdeſtina ob bonum publicum prohibentur, etiam iurata, & omnino irrita nunciantur: adeò vt ex iis ad nihilũ contrahentes aſtricti remaneant. Idque iure optimo. Non enim pacto priuatorum, ius publicum remitti, aut tolli poteſt, nec debet; l. Ius publicũ. ff.de Pact.c.Si diligẽti. de Foro compet. c. Cùm ad Apoſtolicam de Regula. & ſecũdũ hæc intelligitur d.l.Nõ dubiũ. C.de Legi.ſuntq; limitãda, & intelligenda quæ diximus ſup.poſt princ.num.2.

SVMMARIVM.

1 *IVrans cum dolo, animo ſcilicet fallendi alterum, ſine intentione adimplendi quod iurat; an teneatur in vtroque Foro iuramentum adimplere.*

DIFFERENTIA DECIMA.

IVrans cum dolo; animo, ſcilicet alterũ fallendi, & ſic ſine intẽtione adimplẽdi iusiurãdum, in Foro iudiciali tenetur ad eius implemẽtũ. Ita probat tex. in c. Quacũq; arte.&. c.Humanæ aures. 23. q.5.vbi B.Greg. ait, *Humanæ aures talia verba noſtra iudicãt, qualia foris ſonãt.* ex quo cõſtat in Foro cõtentioſo ſtari verbis; vt in c.Ex literis.de Spõſa.& hoc in odium doloſi, fallaciſq; hominis: ne ex ſua malitia commodum

Digitized by Google

commodum aliquod reportet; contra cap. Ex tenore.de Reſcript.Ita D. Bonauent. in 3.diſt.39.art.3. q.1.& dicit id neminem inficiari Paul.Comitol.lib.2. Reſpon. moral. quæſt.3.nu.5.in 1.propoſitione.

In Foro verò conſcientiæ,non obligatur ad eius impletionẽ; quãuis peccauerit mortaliter,falſum iurando,& proximum fallẽdo. ita Scotus in 4.diſt.39.quæſt.vnic.ar.3. & ibid.Gabriel Biel.q.1.art. 2.cõcl.5.D.Bonauent.ſup.Panor.in cap.Si verò.col.fin.de Iureiur. & dicit ita communiter teneri à Theologis Roſella verb. Pactum. refert, & ſequitur Paul. Comitol. loco ſup.citato n.3.6.&.7.pro quibus facit l. Obligationũ. ff.de Actio.& obliga.per quam dicit glo.2. in c.3.de Voto. neminem ſe obligare, niſi qui animum habet ſe obligandi: quod maximè procedit in obligatione conſcientiæ, quæ eſt quoàd Deũ, qui ſolũ cor intuetur.

Sed contrarium tenent multi graues DD. in quibus eſt D. Tho. 2.2.q.89.art. 7.ad 4. & ibid.Caieta.Turre crem. d. c. Quacumq; arte.Ange.verb.Iuramentum.4.in prin.Tabiena verb.Iurare.nu.14.Naua.c.12.nu.13. Soto.lib.8.de Iuſti.& iu.q.1.art. 7.vbi dicit iuramento promiſſorio tàm naturale eſſe obligationẽ adimplendi quod promiſſum eſt,quàm naturale eſt igni eſſe calefactiuũ. Idem tenet Alex. Alenſ. Alber.Magnus, & D.Anton.citati à Paul.Comitol.ſup. nu. 2. dicens ex Naua.& D.Anto. hanc eſſe communem ſententiam Canoniſtarum,& tutiorem,atq; conſulendam.quam ego libenter amplector, per ea quæ v.Metus Diff.6.dicemus. Sed concordari poſſent prædictæ contrariæ opiniones hoc modo, videlicet taliter iurantẽ, & promittentẽ fraudulẽter; licèt non teneatur in conſcientia propter defectum conſenſus ad adimpletionẽ ipſius: propter dolum tamen, & ſacrilegium commiſſum merri non ſolùm in Foro contentioſo, ſed etiam in pœnitentiali, vt ei imponatur in pœnitentiam, vt iuramentum compleat. Et ita conſulũt omnes præcitati DD.contrariæ opinionis. Atque ita facientes ipſi Cõfeſſarii,vt & decet vt faciãt; in effectu vtraque opinio in idẽ recidet.

IVRISDICTIO.

SVMMARIVM.

1 *PAR in parem non habet imperium.*

2 *Sententia lata ab vno Iudice, non poteſt retractari,niſi per eius ſuperiorem.*

3 *Ab Officiali Epiſcopi, non poteſt appellari ad Epiſcopum.*

4 *Succeſſor alicuius Iudicis, poteſt ex cauſa corrigere ſententiam à prædeceſſore latam.*

5 *In Foro pœnitentiali poteſt Confeſſarius ex cauſa mutare pœnitentiam ab alio impoſitã. Vide plures rationes de hoc.*

6 *Pœnitens iterum confitens eadem peccata alteri confeſſa, poteſt ad libitum facere pœnitentiam primi,vel ſecundi Confeſſarii, quã maluerit.*

7 *Confeſſarius, vt poſſit mutare pœnitentiã ab alio Confeſſario impoſitam,requiritur vt habeat poteſtatem abſoluendi à peccatis, pro quibus fuit impoſita.*

8 *Non tamen requiritur, vt pœnitens confiteatur iterum prædicta peccata, cõtra Silu.*

9 *Nec vt primus Confeſſorius facilè adiri non poſſit, contra Nauar.*

10 *Confeſſarius dubitans de prædicta poteſtate, quid facere debeat vt poſſit pœnitentiam commutare?*

11 *Commutatio pœnitentiæ fieri debet in ipſa cõfeſſione ſacramẽtali,ſi fiat ab alio Confeſſario.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 PAR in parem in Foro exteriori non habet imperium; l. Ille à quo. §. Tempeſtiuum. ff. Ad Trebellian. l.3. §. fin. cum l. ſequẽt. ff. de Arbitris. Et ſic ad retractandam, ſeu reuocandam ſententiam vnius Iudicis, adiri debet Superior per viam appellationis, ſupplicationis, vel querellæ; quia æqualis id facere 2

nequit; l. 1. C. Sentent. reſcind. non poſſe. cap Dilectus in 2. de Reſcript. cap. Vt debitus honor. de Appellation. l. Si quis adverſus. C. de Precib. Imperator. offerend.

3 Hinc eſt ab Officiali Epiſcopi, non poſſe appellari ad eumdem Epiſcopum; quia eſt idem tribunal, ſuntque æquales; immò eadem vtriuſque iuriſdictio, cap. Romana. in princip. de Appellation. lib. 6. renouatũ per Concil. Trid. Seſsion. 22. cap. 7.

4 Aliquando tamẽ ex noua cauſa, vel aliàs iuſta, poteſt ſucceſſor in officio; puta Papę, Regis, vel etiam Epiſcopi, corrigere ſententiam a prędeceſſore latam. Nec hoc derogat authoritati iudicum; vt docet Hẽriq. in Summa, tit. de Pœnit. lib. 2. cap. 22. §. 2. & 4. vbi in gloſſa G. ponit exempla in Epiſcopo diſpenſante in lege, & ſententia Epiſcopi prædeceſſoris; & in Cãcellaria Papæ, ſeu tribunali Rotæ; & in Audientiis, ſeu Cancellariis Regiis: vbi iidem iudices Auditores, aut qui eis ſuccedunt, poſſunt in reuiſione corrigere, & mutare ſententiam ab aliis æqualibus latam.

5 In Foro tamen pœnitentiali indiſtinctè poteſt Parochus, vel quiuis alius Confeſſarius virtute Bullæ Cruciatæ electus, ex cauſa commutare, vel minuere ſentẽtiam, ſeu pœnitẽtiã ab alio impoſitã. Ita Silu. v. Cõfeſsio. 1. q. 27. Ang. v. Cõfeſsio. 6. n. 4. Roſel. v. Cõfeſsio ſacramẽtalis. nu. 11. Victor. n. 211. Naua. c. 26. n. 22. Ledeſma, Medina, & Soto in 4. diſt. 20. q. 2. art. 3. verſ. In calce autem. & dicit cõmunem Suar. 4. tom. de Pœnit. diſput. 38. Sect. 1. nu. 4. pag. 564. vbi prædictos Doctores allegat. Idem docet Henriq. vbi ſup. §. 4. & gloſſ. in cap. Tẽpora pęnitudinis. 26. q. 7. quam dicit ſingularẽ, & receptã Naua. ſup. Hippo. poſt alios Singul. 182. incip. Iudex nõ debet. Fel. in c. 1. n. 49. de Cõſtit. & Cãdel. Aur. tit. de Satiſfactione. n. 28. & ita quotidie practicatur.

Et licèt Soto loco ſuperiùs citato dicat ſe nõ videre qua authoritate id fieri queat, & Victoria de Clauib. nu. 13. cenſeat alium Sacerdotem æqualem nõ poſſe cõmutare; quia par in parem non habet imperiũ. Nihilò minùs iure optimo id fieri fatendum eſt. Primò, quia tribunal hoc pœnitentiale eſt ſupremum tribunal. in eo quippe vice Chriſti, omnes Confeſſarii ſunt Iudices ſupremi: adeò vt quilibet Confeſſarius in nõ reſeruatis ſit æqualis ipſi Papæ, tanquam officium Chriſti gerens immediatè. Et in reſeruatis, ſi pœnitẽs habeat Bullam Cruciatæ, eamdem cum eo habeat poteſtatem; vt diximus verbo Diſpenſatio. Diff. 4. nu. 3. At in tribunalibus Regiis ſupremis, Iudices vnius aulæ, ſeu ordinis (licèt ſint æquales aliis alterius aulæ) cognoſcunt per viã ſupplicationis de ſentẽtiis alterius aulæ; & eas reuocant aliquando, vel moderant; vt eſt notiſsimum. Igitur multò melius poterunt idem facere Confeſſarii; cùm habeãt magis amplam, & liberam poteſtatem. Secundò, ſicut Confeſſarius imponens pęnitentiam, poteſt eam poſtea cõmutare ex cauſa (vt diximus ſub verb. Iudex. Diff. 13.) ſic & alius eidem æqualis poterit idem facere; quia inter æquales cenſetur idem tribunal, ſecundùm Henriq. ſupr. §. 4. Tertiò, quia hoc ſacramentum Pœnitentiæ eſt iterabile, & poteſt quis in eo peccata ſemel confeſſa, iterum atque iterum confiteri, vt eſt communis vſus, & practica in Eccleſia Dei. & docet D. Tho. in 4. diſt. 18. quæſt. 4. art. 3. & ibi Sot. & conſequenter poteſt Cõfeſſarius ſecundus ferre ſuam ſententiam, ſiue abſolutionem, & dare pœnitentiam ſibi benè viſam: licèt ſit mitior, & diuerſa à data à primo Confeſſario; vt docet Ledeſ. in 4. diſt. 18. q. 20. art. 4. Henriq. poſt plures à ſe relatos, dicto lib. 2. de Pœnit. cap. 21. §. vlt. in tex. & litera G. & iſto in caſu erit pœnitenti liberum, quam voluerit pœnitentiã eligere, ex Suar. dict. q. 2. art. 3. nu. 7. in fine: licèt enim ſe obligauerit primę pœnitẽtię: intelligitur tamen, dummodo alius æquè potens Confeſſarius, eam non relaxauerit; vel ab ea ipſum liberum fecerit: non enim Deus iudicat bis in id ipſum. Quòd ſi pœnitens non confiteatur, nec repetat eadem peccata, à quibus iã erat abſolutus; ſed alia noua peccata; & petat pœnitentiam ab alio Confeſſario impoſitam, ex cauſis dictis in d. Diff. 13. n. 7. ſibi in aliã cõmutari: poterit iure optimo idẽ ſecũdus Confeſſarius cõmutare, ſicut primus. quia licèt materialiter ſint diuerſi Cõfeſſarii: tamẽ re vera eadẽ eſt vtriuſque poteſtas; & ambo reputantur pro vno, eodemque Confeſſario, quoàd pœnitentem; ob cuius gratiam, & non propter Confeſ-

(Right margin numbers: 6 beside "bunal, ſecundùm Henriq. ſupr. §. 4. Tertiò"; 7 beside "nitens non confiteatur".)

Digitized by Google

Confeſſarios, hæc clauium poteſtas data eſt; vt dicit Suar. dicta ſect. 10. numero 5. Quartò quia etſi par in parem non habeat imperium in cauſa iam iudicata: bene tamẽ poteſt cauſam de nouo exortam iudicare: qualis eſt, non poſſe adimplere pœnitentiam. Quod intellige, dummodo ſecundus Confeſſarius habeat poteſtatem abſoluendi à peccatis, ſuper quibus pœnitentiã impoſita eſt: vt ſi pœnitens habeat Bullam Cruciatæ, & ea vſus adhuc non eſt, quoad caſus Papæ reſeruatos; vel aliàs certificetur à pœnitente, quòd non eſt impoſita ob peccata, à quibus ipſe ſecundus Confeſſarius abſoluere non poſit. debet enim Confeſſarius commutans eſſe æqualis, vel ſuperior eo, qui pænitentiam impoſuit: aliàs, ſi ſit inferior; nec habet poteſtatem abſoluendi ab illis peccatis; nullo modo poterit dictam pœnitentiam commutare; vt poſt alios docet Nauar. capit. 26. num. 22. & Borgaſ. de irregulari. 3. part. fol. 87. num. 1. Angel. verb. Confeſsio. 6. §. 4. Beia 1. par. caſu 15. pag. 60. Rodrig. 1. par. capit. 56. num. 8. Sed non video rationem vrgentem ad id tenendum, cùm nullo iure fundetur, quòd ſcilicet, ſi verbi gratia pœnitentia ſit iniuncta pro aliquo caſu reſeruato, ſit eo ipſo pœnitentia reſeruata, ita vt non poſsit tolli, vel commutari, niſi ab habente poteſtatem abſoluendi à caſibus reſeruatis. Immò conſtat quòd per abſolutionem caſuum reſeruatorum, remanent peccata non reſeruata, & conſequenter, nec pœnitentia pro eis impoſita;
8 vt dicit Henriq. ſuprà capit. 22. §. 1. ad fin. Et aduerte non requiri quòd pœnitens repetat confeſsionem peccatorum, ſuper quibus pœnitentia, quam petit commutari, fuerat ſibi ab alio Confeſſario iniuncta; vbi Confeſſarius poteſt certificari de ſua poteſtate; vt docet Nauar. ſuprà, & Conſi. 21. de Pœnit. & remiſsion. Soto vbi ſuprà quæſt. 2. art. 2. verſ. Ad tertium. Victoria tit. de Satisfactione. q. 211. Caiet. verb. Confeſsio. ad fin. & alii relati in Candelab. Aur. ſuprà, nu. 29. & Henriq. ſuprà. qui omnes tenent ad prædictam commutationem non requiri, quòd peccata iterum confiteantur: quamuis contrarium tenuerit Silueſt. ſup. & alii. ſed malè. quid enim commune habet pœnitentia, cum peccatis iam ritè confeſsis? Et obſerua optimam eſſe cautelam, vt in confeſsione addat, & iniungat Confeſſarius, quòd pœnitens lucretur pleniſsimam aliquam indulgentiam, viſitando quinque altaria die aliquo ſtationum (ſi Bullam habet) vel recitando aliquot orationes dominicas, & angelicas virtute alicuius grani benedicti; ſi ſimiliter ipſum habeat. Poterit etiam ſine alia inquiſitione facere commutationem in æquiualentem, vel maiorem pœnitentiam alterius generis, etiam ſine vlla cauſa. nam cauſa tunc eſt neceſſaria, quando in minorem ſit commutatio. Requirit etiam Nauar. ſuprà, quòd ſecundus Confeſſarius adeatur; quando primus facilè adiri non poteſt; quod admittit Suarez loco ſup. citato num. 15. in Confeſſario inferiore. quod tamen neceſſarium non puto, per dicta ſuprà num. 7. licèt congruentiùs, atque honeſtius eſſet. Eſt tamen neceſſarium, quòd ſecundus habeat notitiam peccatorum, ob quæ fuit pœnitentia impoſita: aliàs enim quomodo poterit ſe bene gerere in commutatione? niſi vtatur cautela, de qua ſuprà, ſcilicet, commutando pœnitentiam in æqualem, vel maiorem. & ita poteſt intelligi, & ſaluari Silu. vbi ſuprà. Adde notat. ſuprà ſub verbo Iudex. Differ. 13. num. 5.

Extra Sacramentum verò pœnitentiæ nullus alius Confeſſarius extra Papam, cùm indulgentias concedit, vel aliàs diſpenſat; poteſt commutare, vel minuere pœnitentias ab aliis impoſitas; vt conſtat ex traditis per Sot. in 4. diſtinct. 20. quæſt. 2. arti. 3. in fin. Victor de Clauibus. §. 13. à num. 311. Angel. verb. Confeſsio. 6. §. 4. Armil. §. 29. Nauar. dicto cap. 26. num. 22. quos refert, & ſequitur Henriq. lib. 2. de Pœnit. cap. 21. ad fin. in text. & litera H. I. & Beia. ſup. etiam ſi ſit Superior; ſecundùm Suarez dicta Sect. 10. num. 3. & 8. vbi allegat Victor. Ledeſ. & Nauar. contrarium tenentes, quos non vidi præter Nauar. qui loco ſupra proximè citato nihil tale dicit. Vt aduerti in dict. Diff. 13. nu. 5. verſ. Nec contrarium. Et ratio poteſt eſſe, quia cùm poteſtas Confeſſarii ſit iudiciaria, & iudicium primi Confeſſarii ſit finitũ; non poteſt ab alio Confeſſario, ſeu Iudice alterari pœnitentia ab alio iniuncta, niſi in alio iudicio, quo pœnitens per confeſsionem ſe illi ſubmittat. arg. l. Iudex poſteaquàm. ff. de Re iudi. iunctis iis, quæ diximus ſup. n. 5.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *FORVM quis ſortitur ratione delicti, & ideò remittendus eſt reus ad locum, & Iudicem delicti. quod intelige;vt hic.*

2 *In Foro pœnitentiali non fit remiſſio. Viderationes hic.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 FORVM quis ſortitur ratione delicti in Foro iudiciali, & contentioſo: capit. Poſtulaſti. capit. finali, de Foro competen. vbi gloſſa verbo Ratione delicti. plures text. concordantes adducit. Vnde remittendus eſt reus ad Iudicem illius territorii, in quo delictum commiſsit; capite 1. de Raptor. Hippoly. in l.vnic.C. de Rapt. virg. num. 123. Bart. in l.Si quis.§.Si quos.ff. de Pœnis. Bald. in l.Executionem.col.4.&.5.C.de Execut.rei iud.& in Authent.Qua in prouincia. C.Vbi de crimin.agi opport. latè Couar. in Practi. capite 11 numero 3. vbi plures de hoc rationes adducit,quod procedit,& eſt verum de iure communi, ſi remiſsio petatur. Et hanc dicit eſſe communem opinionem Iul. Clar.quæſtione 38.numere 19.& etiam intelligendum eſt, dummodò ambo iudices, tam requirens,quàm requiſitus ſint ſubditi eiuſdem Principis. Nam inter diuerſa dominia, de generali conſuetudine non ſolet fieri remiſsio;vt latiſsimè docet idem Clar. ibidem.num.20.& 21.

2 In Foro tamen pœnitentiali non ſortitur quis Forum ratione delicti.Nam Parochus eſt Iudex competens omnium peccatorum vbique terrarum per ſuos parochianos cõmiſſorum. Nec poteſt adiri Parochus loci, vbi peccatum fuit commiſſum. gloſſa eſt ſingular.in capite 1. 16.quæſtione 1.quam commendat Corſet. in Repert.ad Abbat. verbo,Iudicis in competentia.Couar. dicto capite 11.numero 4.Silueſt.verbo Confeſſio.1.quæſtione 13.Nauar.cap.27. numero 255. & in capite Placuit. numero 83. de Pœnit.diſt.6.dicens communiter approbatam. ſequitur Henriq. lib.3. de Pœnit. cap. 7.§.2. Philipp. Fran. in capite 2. de Pœnit. & remiſſ.lib.6.notab.2.Iul.Clar.dict.quæſt. 38.numero 4.Rip.poſt alios à ſe citatos in tractatu de Peſte.capite.fin.numero 47.vbi ad eam duas aſsignat rationes. Prima eſt, quia aliàs deberet diuidi confeſsio in tot Confeſſarios, quot peccata quis perpetraret in variis parochiis. Quod fieri non poteſt: quia debet confeſsio eſſe integra coram vno Confeſſario. capite Omnis vtriuſque ſexus. de Pœnit. & remiſſion. Secunda,quia pœnitentia imponitur propter offenſam Dei, & animæ propriæ; ideòque illi ſoli quis ſubiicitur, quem habet loco Dei, & qui eſt iudex animæ ſuæ.eaſdem rationes aſsignat Silueſt.vbi ſuprà. Vide Palud.in 3.diſt.17.quæſt.3.arg.2.& D. Anto. in ſuo Defecerunt.cap.1.ad fi. qui eamdem differentiam inter vtrumque Forum tradunt.

SVMMARIVM.

1 *DELEGATVS à Principe, vel ab inferiore ad vniuerſitatem cauſarum,ſubdelegat.*

2 *Sed ſecùs eſt in Foro pœnitentiali: quamuis quidam teneant contrarium. quod intellige, & ſalua,vt hic.*

3 *Canonici pœnitentiarii an poſsint ſuas vices alteri demandare.*

4 *Vicarii Religionum abſente Priore non poſſunt dequtare Confeſſarios; nec alicui dare licentiam, vt audiat alicuius confeſsionem. Benè tamen id facere poterunt Priore amoto, vel mortuo, vel excommunicato,vel ſuſpẽſo. Rationem vide hic.*

5 *Vicarius Generalis Epiſcopi ceſſat ab officio; mortuo, vel excõmunicato vel ſuſpenſo Epiſcopo.*

6 *Vicarii Parochorum non poſſunt ſuas vices quoàd cõfeſsiones audiẽdas alteri demãdare. Quod intellige, vt hic.*

7 *Vicarii Parochorum non dicuntur delegati.*

DIF-

Digitized by Google

DIFFERENTIA TERTIA.

1 DELEGATVS à Principe, vel ab inferiore ad vniuerſitatem cauſarum poteſt ſub delegare, l. A Iudice. §. à Principe. C. de Iud. cap. Super quæſtionum. §. Si verò. de Offic. deleg. cap. Cùm cauſam. de Appellat. l. 1. §. 1. ff. Quis & à quo. l. Cum prætor. §. 1. ff. de Iud. gl. penul. in fin. dicti cap. Cùm cauſam. & communis, teſte Couar. lib. 3. variar. cap. 20. num. 11.

2 At in Foro pœnitentiali ſecùs eſt. Nam qui inſtituuntur Confeſſarii ex commiſſione; ſiue ſint ad vniuerſitatem cauſarum; ſicut quādo Epiſcopus dat alicui ſuas vices, & poteſtatem per totā diœceſim, iux. cap. Inter ceteras. de Offic. Ordin. vel quando Parochus committit omnes ſuas vices vicario; vel cùm quis obtinet à Papa, vt poſſit vbique terrarum omnium ad ſe venientium confeſsiones audire, vt ſunt pœnitētiarii Romę, & Sanctæ Mariæ de Loreto. Iſti, inquam, non poſſunt nec vnius confeſsionis audientiam delegare, vt probat text. in cap. fin. de Offic. deleg. vbi inter alia, quæ delegatus non poteſt ſubdelegare, numeratur *Pœnitentias iniungere; vel abſoluere aliquos*, & tenet in terminis Palud. in 4. diſtinctione 17. quæſtione 4. articulo 1. concluſ. 2. & quæſtione 5. art. 1. in fin. & Silu. verb. Confeſsio. 1. §. 4. Licèt Angel. verb. Confeſsio. 3. §. 14. contrariū dicat in generali Pœnitentiario Epiſcopi: cuius opinio fortè ſuſtineri poſſet in Confeſſariis qui id habent ex officio perpetuo; vt ſunt Canonici Pœnitētiarii, & Summus

3 Pœnitentiarius Romæ. Sed nec Canonicos Pœnitentiarios puto poſſe id practicare; quia ad id officium præuio rigido examine, & per oppoſitionem inſtituuntur, & ſic eorum induſtria eligitur. Vnde meritò ſuam poteſtatem, & vices in tali miniſterio, & officio alii demandare non poſſunt.

4 Quæ ſunt mente retinenda pro Vicariis Religionum, qui ſecundùm ſupradicta, abſente Priore nullo modo poſſunt alicui dare licentiam ad confeſsiones audiendas. Mortuo verò Priore, vel amoto, vel excōmunicato, vel ſuſpenſo; omnia poſſunt, ſicut Prior, l. 2. C. de Eo qui vicem. Palud. vbi ſuprà art. 2. concluſ. 3. & ita conſultus reſpondit Reuerendiſsimus ac Sapientiſſimus Noſter Generalis. D. Bruno. facit Nauar. conſ. 12. num. 2. de Elect. quatenus docet mortuo, vel excommunicato, vel ſuſpenſo Priore, non expirare, vel ſuſpendi officium præfatorum vicariorum;

5 ſicut expirat, vel ſuſpenditur officium Vicarii Generalis, mortuo, vel excommunicato Epiſcopo, iuxt. cap. 1. de Offic. Vicar. lib. 6. Ratio diuerſitatis eſt; quia, inquit, Vicarius Epiſcopi, à ſolo Epiſcopo recipit iuriſdictionem: at Vicarii, ſeu Priores clauſtrales, qui ſunt vt Vicarii, non à Prælato, ſed à iure recipiunt ſuam poteſtatem.

6 Idem quod diximus de Vicariis Religionum, dicendum etiam eſt de Vicariis Parochorum, ſcilicet nō poſſe ſuas vices allis demandare, cap. Clericos. de Offic. Vicarij. l. Neceſſario. §. vlt. ff. de Pericul. & commodo rei vend. l. Si vſus fructus. ff. de Iure dor. gloſſa, verb. Sacerdotium. in Clement. vnica. de Offic. vicar. dicit communem Rip. reſp. 214. num. 1.

Dicit tamen Abb. dicto cap. Clericos. num. 2. poſt Hoſt. & Ioan. de Lignan. ad tempus per modicum, & ex cauſa neceſſaria, quia ſcilicet eſt infirmus, vel ex magna cauſa, & non nimis frequenter poſſe id facere. Idem docet Guid. Papæ, quæſt. 374. nu. 6. & gloſſa, ſic intelligenda in Clemēt. 1. verb. Presbyteri. de Priuil. quam commendat Nauar. Conſil. 27. num. 3. ad fin. de Sponſal. melior gloſſa in Clement. 1. verb. Locum aliorum. de Regular. quam ſequitur Nauar. poſt Anchar. in cap. Placuit. num. 69. de Pœnit. diſt. 6. vbi etiam

7 dicit tales Vicarios non dici delegatos; cū aliàs propter Ordinem Sacerdotalem ſint habiles ad ſacramenta: ſed ſubmoueri eis impedimentum, & concedi licentiam vtēdi poteſtate, quam aliàs habent. Sublimita prædictas limitationes, dummodo parochus non ſit preſens; nec ab eo peti poſſit dicta licentia. aliàs, etiam in caſibus ſupradictis puto, non poſſe Vicarium vices ſuas alteri demandare.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *ARCHIEPISCOPVS viſitās ſuos Epiſcopos ſuffraganeos, poteſt circa Sacramentum Pœnitētiæ, & ſic circa Forum animæ, quicquid poteſt ipſe Epiſcopus.*

2 *Non tamen poteſt diſpenſare ſuper aliqua irregularitate.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 ARCHIEPISCOPVS, cùm viſitat diœceſes ſuorum Suffraganeorū, circa Sacramentum pœnitentiæ, poteſt omnia quæ poteſt Epiſcopus diœceſanus; vt probat tex. in c. vltim. §. Notoria. de Cenſib. lib. 6. Et ideò poteſt abſoluere ſacramētaliter æquè, atque Epiſcopus ipſe, & vti circa illos ſubditos poteſtate Concil. Trid. Seſsione 24. cap. 6. in concernentibus abſolutionem à cenſuris; quia talis abſolutio ſpectat, & ordinatur ad dictum Forum pœnitentialem.

2 Non verò poterit cum eis diſpenſare ſuper aliqua irregularitate, etiam vigore dicti cap. 6. quia talis poteſtas non limitatur ad Forum conſcientiæ tantùm, neque ordinatur ad Forum ſacramentale; ſed ad Forum exterius. Ita pulchrè Suarez 5. tom. de Cenſur. diſput. 41. Sect. 2. nu. 12. in fine.

SVMMARIVM.

1 *IVDEI quoàd Forum exterius ſubiecti ſunt legibus Chriſtianorum; Non tamen quoàd Forum interius.*

2 *Iudæi non ligantur lege Canonica in ſpiritualibus.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 IVDEI quoàd Forum exterius, ſubiecti ſunt legibus Chriſtianorum, tam ſecularibus, quàm Eccleſiaſticis; nō tamen quoàd Forum interius. Ita colligitur ex gloſſa fin. in cap. Poſt miſerabilē. de Vſur. & ex gloſſa verb. Permittantur. in cap. Iudæi. in 2. de Iudeis. vbi Felin. nu. 5. dicit ita communiter teneri, & probatur in cap. Gaudemus. de Diuort. & in cap. de Infidelibus. de Conſanguinit. & affinit. vbi

2 patet prædictos Iudæos nō ligari lege Canonicā in ſpiritualibus; quia non curatur de animabus eorum. Vide ad idem, gloſſam vltim. in cap. Sæpe. 28. quæſt. 1. quam dicit communiter receptam Fel. in cap. Sicut in 2. num 15. de Iudæis, & Philip. Dec. in cap. Conſuluit. in 3. de Appellation. & in cap. 1. de Conſtitution. & eam allegat idē Felin. in cap. Poſtulaſti. in fin. de Iudæis, vbi optimè diſtinguit, quando Iudæus delinquit; an Iudex Eccleſiaſticus, vel ſecularis, cognoſcat.

SVMMARIVM.

1 *INQVISITORES hæreticæ prauitatis in Foro contentioſo non cognoſcunt de crimine vſurarum.*

2 *Secùs in Foro pœnitentiali. Sed veriùs eſt contrarium.*

3 *Inquiſitores Fidei, non ſunt Iudices Fori pœnitentialis, ſed Fori tantùm iudicialis.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 INQVISITOR hæreticæ prauitatis, in Foro contentioſo, non cognoſcit de crimine vſurarum; cap. Accuſatus. §. De quæſtionibus. de Hæret. lib. 6.

2 Sed in Foro pœnitentiali poteſt procedere, & cognoſcere de dicto crimine, cōpellendo ad reſtitutionem. Ita Fel. in cap. Excommunicamus. num. 4. verſ. Vtrum autem

autem eodem tit. de Hæret. lib. 6. cuius
3 opinio vix practicabitur, nec puto veram, quia Inquiſitores hæreticæ prauitatis, non audiunt confeſsiones reorum in Foro pœnitentiali, ſed tantùm in Foro exteriori, mediante notario, ſeu ſecretario dicti officii vt diximus ſub v. Hæreſis. ſupra, Differentia 3.

SVMMARIVM.

1 *PROROGARE iuriſdictionem licet in Foro exteriori; quamuis ea ſit tantùm in habitu, & non in actu.*

2 *Secùs in Foro pœnitentiali. Sed contrarium eſt verius.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 PROROGARE iuriſdictionem Iudicis, qui tantùm habet dictam iuriſdictionẽ in habitu, & nõ in actu, vt ſunt Iudices cartularii, licitum eſt vnicuique in Foro exteriori; vt in l. 1. & ibi gloſſa ff. de Iud.

2 At in Foro animæ, requiritur iuriſdictio in actu, & ſic vt Confeſſarius habeat curam animarum. Ita notat gloſſa, verb. Speciali. in Clem. 1. de Priuil. quam ibi Abbas dicit communiter approbari. Sed contra eam (& meritò) tenet ibidem idem Abb. & Fran. in cap. 2. de Pœnit. in 6. & etiam plures alii, quos refert Rip. de Peſte. cap. fin. num. 42. Sufficit enim vt Confeſſarius ſit approbatus ab Ordinario, licèt aliàs nullã curam animarum habeat, vt quis virtute Bullæ Cruciatæ, vel de licentia proprii Parochi poſsit eum eligere in Confeſſarium; & cõſequenter prorogare eius iuriſdictionem, quam habet in habitu tantùm; vt palam eſt.

SVMMARIVM.

1 *AD prorogãdam iuriſdictionem Fori exterioris, & contentioſi, nullus conſenſus Iudicis proprii requiritur.*

2 *Secùs in Foro pœnitentiali.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 IN prorogatione iuriſdictionis ſecularis, in Foro iudiciali ciuili, nullus conſenſus proprii Iudicis requiritur, l. 2. ff. de Iudic. & ibi communiter Doctores l. Epiſcopale. C. de Epiſcop. audiẽ. quamuis de Iure Canonico aliud ſeruetur in Clericis iux. cap. Significaſti. de Foro comp. Niſi ſit Forus iure ſpeciali (vt priuilegio) competens; cui poteſt renunciare. cap. Dilecti. eod. tit.

2 In Foro verò pœnitentiali, omnino requiritur conſenſus, & licentia vel Papæ, vel Epiſcopi, vel proprii Parochi, c. Omnis vtriuſque ſexus. de Pœnit. & remiſsion. cap. 2. eodem tit. lib. 6. & ibi Philip. Fran. notab. 2. Abbas in dicto cap. Omnis. nu. 6. & communiter omnes.

SVMMARIVM.

1 *ARCHIDIACONVS, de iure eſt Vicarius Epiſcopi quoàd ea, quæ ſunt Fori exterioris. Non tamen quoàd ea, quæ ſunt Fori interioris.*

DIFFERENTIA NONA.

1 ARCHIDIACONVS de iure eſt Vicarius Epiſcopi quoàd ea, quæ ſunt Fori exterioris; vt toto titulo de Officio. Archid.

Non

Digitized by Google

Non tamen eſt Vicarius quoàd ea, quę pertinent ad Forum interius. Vnde non poterit quem abſoluere à peccatis; vt notat D. Antoni. in Summa, Defecerunt. cap. 2. §. Si verò eſſent.

Cenſeo tamen hodie nullam eſſe aſsignandam in hoc differentiam inter vtrumquè Forum; quia præfata iuriſdictio Archidiaconi receſsit ab aula. Nullam enim cõmuniter habent hodie Archidiaconi iuriſdictionem quoàd adiuuandum Epiſcopũ, etiam in Foro externo, niſi ſpecialiter Epiſcopi aliquid eis commiſerint.

SVMMARIVM.

1 *DELEGATVS inferioris à Principe nõ poteſt extra territorium exercere ea quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis.*

2 *Vicarius Epiſcopi habet ordinariam iuriſdictionem quoàd inſtitutiones.*

3 *Vicarius Epiſcopi poteſt inſtituere præſentatum extra ſuam diœceſim.*

4 *Non tamen poteſt conferre Beneficia ſpectantia ad collationem Epiſcopi: licèt aliàs habeat poteſtatem ad ea conferenda.*

5 *Vicarius parochi poteſt abſoluere ſuos parochianos extra parochiam, & diœceſim.*

6 *Parochus poteſt extra parochiam audire confeſsiones ſuorum parochianorum.*

7 *Et etiam eos matrimonialiter coniungere.*

8 *Archiepiſcopus poteſt viſitando prouinciam audire confeſsiones omnium viſitatorum.*

EA, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, extra territorium in Foro exteriori exerceri non poſſunt ab habentibus delegatam iuriſdictionẽ ab inferiore à Principe, l. 2. ff. de Offic. Proconſul. verſ. Apud legatum verò. dicit communem Rip. in tract. de Peſte. cap. fi. num. 51. Licèt ſecùs ſit in habentibus iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam à Principe, vt dicta l. 2. & l. Emancipare. ff. de Adoption. gloſſa fin. in l. vlt. ff. de Offic. Præfect. vrb. & in l. 3. ff. de Offic. Præſid. gloſſa 1. in cap. Nouit. de Offic. deleg. quas dicit à cõmuni receptas Iaſ. in l. Cunctos populos. lect. 2. num. 83. C. de Summa trinit. Corraſ. in Paraphr. ſacerdot. 1. part. cap. 7. Couar. lib. 3. var. cap. 20. à num. 8. Nauar. cap. 27. num. 39. in fin. & Suarez infrà.

2 Hinc eſt, quòd Vicarius Epiſcopi, qui
quoàd inſtitutiones, habet ordinariam poteſtatem, cap. Ex frequentibus. de Inſtit.
3 poteſt inſtituere præſentatum à patrono
extra diœceſim. Rota Deciſ. final. ſub tit.
de Offic. Vicar. in antiquioribus, & Ge-
4 min. in cap. fin. eodem tit. lib. 6. Non tamẽ
poteſt conferre extra diœceſim Beneficia ſpectantia ad collationem Epiſcopi; licèt aliàs habeat poteſtatem ad ea conferenda: quia circa hanc poteſtatem eſt delegatus ab Epiſcopo, vt in dicto cap. fin. de Offic. Vicar. lib. 6. & docet Bal. dict. l. 2. de Offic. Proconſul. Phil. Franc. dicto cap. fin. Barba. dicto cap. Nouit. Iaſ. in l. Sed ſi hac. §. 1. de In ius vocand. & Soc. in cap. fin. art. 6. de Foro compet.

5 In Foro tamen pœnitentiali Vicarius parochi, licèt delegatus inferioris à Principe, bene poteſt abſoluere ſuos parochianos extra parochiam, & diœceſim, & ſic exercere ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis; vt probat latè Rip. dicto cap. fin. num. 50.
6 & multò magis parochus, qui poteſt, &
audire confeſsiones eorum extra parochiã Hoſt. in Summa de Pœnit. & remiſsion. §. Cui confitendum. Abb. in Repet. cap. Cum contingat. num. 33. de Foro compet. Anton. Capic. Deciſ. 203. num. 15. & 16. & alii citati, ſub verb. Sententia. Differen-
7 tia 1. & etiam poteſt coniungere parochia-
nos ſuos, volentes contrahere matrimonium, nulla ad id obtenta licentia a parocho illius loci, & parochiæ, Nauar. in cap. Placuit. de Pœnit. diſt. 6. num. 84. Præpoſ. in cap. Qui in aliquo. col. 2. diſt. 50. Palud. in 4. diſt. 19. quæſt. 2. art. 3. dicit communem Rip. dicto cap. fin. num. 49. vide ad idem Suar. 4. tom. diſput. 28. Sect. 6. nu. 4. & Anto. Capic. vbi ſuprà.

Et eſt ratio diuerſitatis: tum, qui ea, quæ ſunt Fori pœnitentialis exercentur ſub ſilentio, & ſic nullius territorium læditur, vt

in cap.

Digitized by Google

in cap. Nouit. de Offic. Leg. Abbas ſuprà: tùm, quia iuriſdictio Fori pœnitētialis nō terminatur loco, ſecundùm Suar. & Palud. ſupra. vbi Palud. dicit, quòd abſolutio in Foro pœnitentiali non ita arctatur ad ter-
8 ritorium; ſicut illa, quæ fit in Foro exteriori; vt patet in Archiepiſcopo, qui viſitans Prouinciam, poteſt omnium confesſiones audire; non autem exterius crimina, niſi notoria, corrigere. cap. vlt. §. Notoria. de Cenſib. lib. 6. & diximus ſuprà Differen. 6. Hinc cauendum eſt a Lelio Zecho de Caſib. Epiſcopo reſeru. in Obſeruat. gener. nu. 2. vbi falſo putauit, iuriſdictionem Fori pœnitentialis loco terminari: & ſic non poſſe Vicarium foraneum mittere exiſtentem in eius Vicaria, ad alium Vicarium foraneum, à caſu reſeruato abſoluendum.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX ſui, nemo poteſt eſſe in Foro exteriori. Hinc collige plurima.*

2 *Nemo poteſt ſe ipſum excommunicare.*

3 *Nec electionem ſuam confirmare.*

4 *Nec ſe abſoluere, vel condemnare.*

5 *Nec ſibi conferre Beneficium. Nec ſe præſentare. Nec ſe baptizare.*

6 *Epiſcopus non poteſt authorizare in facto proprio.*

7 *Pater non poteſt authorizare donationem ſibi à filio factam.*

8 *In Foro animæ poteſt quis vti Iuriſdictione in ſe ipſum; vt lucrari indulgentias à ſe conceſſas.*

9 *Princeps, & Prælati inferiores poſſunt ſecum diſpenſare, ſicut cum ſubditis.*

10 *Agens, & patiens poteſt quis eſſe, vbi actio non requirit coactionem.*

11 *Prælatus incurrens irregularitatem occultam; poteſt ſecum diſpenſare.*

12 *Et ſe abſoluere ab excommunicatione minori. Sed meliùs faciet; id committendo ſuo confeſſario.*

DIFFERENTIA VNDECIMA.

1 NVLLVS poteſt in ſe ipſum, in Foro exteriori, ea quæ ſunt iuriſdictionis exercere, l. Qui iuriſdictioni. ff. de Iuriſdict. omnium
2 iud. Hinc eſt, quòd nemo poteſt ſe ipſum excommunicare Nauar. cap. 27. num. 6. Nec poteſt quis ſuam propriam electionē
3 confirmare cap. fin. de Inſtit. Nec ſe abſoluere, vel condemnare, l. Penul. ff. de Recept. arbitr. l. Ille à quo. §. Tempeſtiuum.
4 ff. Ad Trebel. Nec ſibi cōferre Beneficium cap. Ad aures. de Exceſsib. Prælat. Nec ſe
5 ipſum præſentare, cap. Per tuas. de Iure patron. Nec ſe baptizare, cap. Debitum. de Bapt. Quorum ratio eſt; tùm, quia inter dantem, & accipientem debet eſſe diſtinctio perſonalis; vt dicto cap. fin. Tùm, quia par in parem non habet Imperiū. vt dict. §. Tempeſtiuum. & l. Nam magiſtratus. ff. de Arbitr. l. Præcipimus. §. Penult. C. de Appellation. & l. Digna vox. C. de Legib. quantò ergo minus habebit imperiū quis in ſe ipſum? quod etiam confirmatur ex Clement. 2. verſ. Quòd ſi Epiſcopus. de
6 Reb. Eccleſ. vbi habetur, quòd Epiſcopus non poteſt authorizare in facto proprio; ſicut nec æconomus, cap. Hic vſus. 10. q. 2. Nec tutor l. 1. l. Pupillus. ff. de Auctor. tuto.
7 Nec pater donationem ſibi à filio factam, gloſſa, verb. Rem acquirit. l. 1. ff. eodem. quam dicit communiter approbatam Iul. Clar. in §. Donatio. quæſt. 6. num. 7.
8 In iudicio tamen pertinente ad Forum animę, aliquando quis vtitur iuriſdictione in ſe ipſum; vt in indulgentiis. poteſt enim Prælatus, qui indulgentiā generaliter concedit, eamdem ſibi lucrari; vt conſtat ex vſu, & docet D. Thomas. in 4. diſt. 20. art. 5. quæſt. 4. Palud. ibidem quæſt. 4. art. 3. Geminian. in cap. Indulgentiæ. de Pœnit. & remiſsion. lib. 6. Calder. in cap. In noſtra. eodem tit. Nauar. de Iubilæo. notab. 20. num. 11. Sot. in 4. diſt. 21. quæſt. 1. art. 4. verſ. Poſtremum hic. vbi latè hoc probat, contra Caiet. & reſpondet rationibus in cōtrarium facientibus, & Suarez copioſe, tom 4. ſuper 3. D. Tho. diſput. 52. Sect. 1. à num. 14. vbi dat rationem; quia ſcilicet

Prælati

Prælati non debent eſſe peioris conditionis, quàm inferiores. Nec obſtat regula in princip. tradita; quia intelligitur de iuriſdictione coactiua in ſe ipſum. At in hac ſpecie lucrationis indulgentiarum,nulla interuenit coactio, quia conferuntur vniuersè, opus tale facientibus.

9 Idem dicendum eſt in diſpenſatione. Nā poteſt Prælatus ex cauſa legitima ſecum diſpenſare; ſicut poteſt cum ſubdito. Ita D. Tho. in Addit.ad 3.p.q. 27.art.4. ad tertium,& 2. 2. quæſt. 185.art.8 & dicta q.4. ad tertium; Sanchez poſt alios,lib 8. de Matrim. diſput. 3. Suar. tom. 5. diſp. 41. Sectione 2.nu. 9. vbi dicit ita fuiſſe declaratum à Card. Concilii. refert Salas vbi infr. quod in Papa, & in Principe non recognoſcente ſuperiorem tenuit Abb. & Fel.in cap.1.num.33.de Conſtit. & in cap. Prætereà.(licèt cum hæſitatione) num.20. de Sponſal.Soto lib.1.de Iuſt. quæſt. 6. art. 7. ad fi. Suar.tom. 4. diſp.52.Sect. 1.n.10. Palud. Rodrig. Sanchez, & alii, quos refert Salas de Legi. diſput.20. Sect. 12.nu. 103. Caiet.1. 2. quæſt. 96. art. 5. Pro quibus facit capit.Per venerabilem. Qui filii ſint legit. vbi dicitur poſſe Regem diſpenſare cum filiis ſuis, eos legitimando in ordine ad temporalem hæreditatem, & alias dignitates ſeculares. Quæ quidem diſpenſatio,eſt quędam virtualis diſpenſatio cum ſe ipſo; non ſolùm quia filius eſt aliquid patris; ſed etiam propter correlationem. Nam diſpenſando cum filio vt poſsit eſſe hæres: diſpenſat etiam ſecum, vt poſsit illum hæredem inſtituere. Idem dicito de inferioribus Prælatis, quòd ſcilicet poſſunt ſecum diſpenſare, ſicut poſſunt cum ſubditis, vt poſt Cordub. tenet Rodrig. in Summa 2. part. cap. 30. num. 4. & Suarez vbi ſuprà. num. 20.& 22.In quolibet enim Prælato conſiderantur duæ perſonæ: vna vt Prælatus,ſecundùm quam diſpenſat,vel concedit indulgentias: altera vt homo, ſecundùm quam poteſt ſecum diſpenſare, & gaudere indulgentiis; præſertim, quia adminiculo diuini Iuris dictis poteſtatibus ſecum vtitur. Pro quo facit cap.A collatione. de Appellat. in 6.vbi ſi collatio Canonicatus facta eſt à Capitulo, aſsiſtente Epiſcopo;vt Epiſcopus eſt:nō poteſt appellari ad ipſum; quia fieret ad eumdē, ſecundùm eumdem. Si verò Epiſcopus interſit, vt Canonicus: tunc benè valet appellatio: quia licèt videatur fieri ad eamdem perſonam; non tamen ſecundùm idem munus. Facit etiam quod ſingulariter notat Abb. in cap. Sicut vnire. num. 5. de Exceſsibus Prælat. vbi dicit quòd licèt Epiſcopus nō poſsit vnire ſuæ mēſæ aliquam Eccleſiam, etiam accedente ſui Capituli cōſenſu; quia authorizaret in facto proprio: quod facere non poteſt; vt in Clement. fin. §. Quod ſi Epiſcopus. de Rebus Eccleſ. non alien. ſi tamen idem Epiſcopus eſſet legatus Cardinalis, poſſet id facere ex tali poteſtate. Quod dictum dicit valde notandum Selua de Benefic. 2. parte.quęſtione 3. numero 45. Non mirum ergo ſi Epiſcopus, vt egens diſpenſatione,ſubdatur ſibi ipſi,tanquam Epiſcopo, poſsitque diſpenſare ex poteſtate ſibi à Deo data ſecum, tanquam ſubdito dictæ poteſtati. Nec abhorret

10 etiam à naturalibus, vt ſub diuerſis rationibus idem ſit agens, & patiens; dummodo actio non requirat coactionem.

11 Hinc dicit Suar.tom. 5. diſputat. 33. Sectione 3. numero 6. poſſe Prælatum ſecum diſpenſare in irregularitate a ſe occultè contracta: verbi gratia, quia non obſeruauit interdictum à ſe poſitum: & etiam poſſe ſe abſoluere ab excommunicatione minori; contracta ſimiliter, quia communicauit cum excommunicato à ſe ligatò,vt docet idē Suarez tom. 5. diſputatione. 33. Sect. 3. num. 6.

12 Aduerſus hæc obſtant plurimum ea quæ in principio diximus. Reſp. tamen ea procedere in Foro exteriori, & quoàd iuriſdictionem coërciuam, & vbi requiritur diſtinctio perſonarum. Ceterùm in rebus grauibus meliùs faciet Prelatus ſi à Confeſſario ſuo in actu confeſsionis petat,vel diſpenſationem, vel abſolutionem. & ita practicatur, & docet Maiol. de Irregular. lib. 2. capite 2. numero 12. & lib. 5. cap. 51. num.7. Henriq. de Irregul. cap.18.§.3. in gloſſa Z. vbi latè.Suarez tom. 4. diſput. 30. Sect. 2. num. 15. Rodrig. in Summa 2.part. cap. 30.num.4.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *IVRISDICTIO, quam quis habet in Foro exteriori, non poteſt delegari alteri, vt illam exerceat in ſe ipſum delegantem.*

2 *Commitens vices ſuas in electione, non poteſt eligi à Commiſſario.*

3 *Nemo poteſt ſe ipſum eligere, nec ſe præſentare.*

4 *Perſona electa non poteſt computari inter eligentes, & ſic non auget numerum.*

5 *Procurator conſtitutus ad præſentandum, non poteſt præſentare ipſum conſtituentem.*

6 *Clericus patronus ſi vult præſentari, obſeruet cautelas hic notatas.*

7 *Vicarius Epiſcopi ſi vult vt ſibi conferatur Beneficium vacans, quid faciet?*

8 *Prælatus poteſt gaudere, in Foro pœnitentiali, eiſdem beneficiis, quibus ſubditi gaudere poſſunt ab ipſo; & ſic abſolui, & diſpenſari cum ipſo per ſuum Confeſſarium in omnibus caſibus, quibus ipſe Prælatus poſſet cum ſubditis.*

DIFFERENTIA DVODECIMA.

1 IVRISDICTIO quam quis habet in Foro exteriori, non poteſt alteri demandari, vt illam exerceat in ſe ipſum delegantem; quia ſicut nemo poteſt ſe ipſum abſoluere: (vt diximus ſuprà ſub hoc verbo Differen. 4.) ita nemo poteſt dare alteri poteſtatem ſe abſoluendi, vel ligandi. argumento regulę, Qui per alium. de Regul. iur. lib. 6. quia poteſtas quam quis non habet, non poteſt alteri demandari, l. Si vniuerſę. C. de Legib. c. Quod autem. de Iure patron. At nemo habet poteſtatem ſe abſoluendi. ergo nemo poteſt alteri delegare illā. Ita argumētatur Nauar. de Iubil. notab. 20. nu. 9.

Hinc eſt habentem poteſtatem, & ius
2 eligendi, ſi vices ſuas alicui committat,
non poſſe eligi per eum; quia cenſeretur
electus à ſe ipſo. l. Item eorum. §. Si Decuriones. ff. Quod cuiuſq; vniuerſit. nom. Per
quem tex. dicit ibi Paul. electum ab eo cui
data eſt poteſtas eligendi, cenſeri electum
ab ipſo dante. At nemo poteſt ſeipſum eli-
3 gere, ſicut nec ſe pręſentare; c. Per noſtras.
de Iure patron. vbi gloſſa 2. ad fi. ex hoc in-
4 fert rationem quare perſona electa non ſit
computanda inter eligentes, vt augeat numerum eligentium; quia ſcilicet ſe ipſum
eligere non poteſt. ergo nec poteſt eligi à
ſuo mandatario, nec hoc ei demandare.

5 Hinc etiam eſt, nec procuratorem à patrono Clerico conſtitutum ad præſentandum, poſſe ipſum Clericum conſtituentem præſentare; vt docet Panor. dicto cap. Per noſtras. nu. 3. copioſè Lambert. lib. 2. par. 1. quæſt. 8. art. 3. 4. & 9. cum ſequent. & Greg. Lop. l. 7. tit. 15. Par. 1. gloſſ. antepenultima.

6 Nec prædictis obſtat cautela quæ communiter in practica obſeruatur, cùm Clericus patronus vult præſentari ad Beneficium, cuius eſt patronus. Solent enim cùm vacat Beneficium, pro illa vice transferre cum auctoritate Ordinarii totum ius quod habent, in quemdam fidelem amicum, vel fratrem, qui virtute illius ceſſionis præſentat illum qui patronus antea erat. Et eamdem cautelam obſeruāt Vicarii Generales Epiſcoporū, cùm volūt vt ſibi conferatur aliquod Beneficiū vacās. Nam ſimiliter ſolent præfati Vicarii Generales delegare, ſeu committere totum ſuum officium Vicariatus Generalis alicui amico fideli, cum poteſtate conferendi, ſi eam habent à ſuis Epiſcopis, & ab illo collationem, ſeu inſtitutionem Beneficii recipiunt. Hæc cautela non obſtat, quia in prædicta ſpecie, patroni, & Vicarii Generales non committunt ſuas vices in dictum amicum, quaſi in commiſſarium ſuū. Nā eo in caſu nō poſſent prædicta fieri, eſſetq; contra ſuprà dicta, vt docet Abb. in c. fin. de Inſtit. & Fel. in cap. Sane. in 2. de Offi. & poſt. iud. deleg. nu. 4. ſed omnimodam poteſtatem quam habēt, in eum trasferunt; ita vt poſt cōmiſſionē, & ceſſionem; tam Vicarius delegatus, quàm patronus ceſſionarius iure proprio alter præſentat; & alter iure optimo confert, ſeu inſtituit. quod optimè fieri poſſe docet ſingulariter Lancelot. in §. Sunt autem. verb. Accipiētem. Inſtit. Cano.

de Inſtit. qui in §. Licèt autem. eodem tit. in gloſſa Non debeat. dat aliam cautelam Clericis patronis, vt poſsint prædicta ſua Beneficia obtinere, videlicet vt ſupplicent Epiſcopo vt ſibi ipſis ea motu proprio cōferat ſine alia præſentatione. Nam Epiſcopus nō ſolùm ad ſupplicationem patroni, ſed etiam motu proprio, poteſt patrono Beneficium patronatum conferre, & docet Abb. in dicto cap. Per noſtras. & Doctores ſupra relati. quod eſt mente tenendum.

3 In Foro verò pœnitentiali, poteſt Papa, & quilibet Prælatus dare alteri iuriſdictionem in ſe, committendo Confeſſario omnes vices ſuas, & poteſtatem omnē quā à iure habent erga ſubditos. Virtute cuius commiſsionis poterunt non ſolùm abſolui à peccatis, & cenſuris; ſed etiam diſpenſari in irregularitatibus, ex delicto tamen occulto prouenientibus; ſi ſint Prælati inferiores Papa, iuxta cap. 6. Concil. Trident. Seſsione 24. & in votis, & ceteris omnibus, quæ de iure poſſunt facere cum ſubditis; vt in Papa docet gloſſa in cap. Nemo. 9. quæſt. 3. & in cap. Sanè. in 2. verbo Terminandam. de Offi. Delegat. quam commendat Abb. in cap. fina. de Inſtit. & in cap. Significaſti. col. 5. poſt Ioan. And. ibi, de Foro compet. & in cap. Omnis vtriuſque ſexus. de Pœnit. & remiſsion. ſequitur Fel. in cap. 1. nu. 33. de Conſtit. & Flam. Pariſ. de Reſignat. Beneficior. lib. 3. quæſt. vlt. num. 113. & 131. Idem docēt quoàd alios inferiores Prælatos Paludan. in 4. diſt. 17. quæſt. 3. art. 3. verſ. Archiepiſcopi. D. Anto. in ſuo Defecerunt. poſt princip. tit. de Patriarchis, & aliis. Maiol. de Irregul. lib. 2. c. 2. num. 12. & lib. 5. cap. 52. num. 7. Henriq. tit. de Irregul. cap. 18. §. 3. litera Z. Suarez tom. 4. ad 3. par. D. Thom. diſput. 30. Sect. 2. num. 15. & Rodrig. in Summa 2. par. cap. 30. num. 4. Quorum omnium ratio eſt, quia non debent eſſe Prælati deterioris conditionis, quàm Subditi. Vel ſecundùm Felin. dicto cap. Sanè. num. 4. hoc ideò eſt, quia Sacerdos habet poteſtatem à Deo, non à Papa, ſeu aliis Prælatis; & ſic ſubiiciunt, ſe eidem tanquam homines, & non tanquam Prælati. Faciunt ad hęc notata ſuprà Different. 11. Adde eumdem Suar. tom. 5. de Cenſur. diſput. 17. Sect. 2. nu. 8. vbi dicit probabile eſſe excommunicatorem, ſi contingat participare in crimine cum excommunicato à ſe, poſſe alteri ſuammet poteſtatem cōmittere; & ita ab alio per iuriſdictionem à ſe delegatā, abſolui, ſicut abſoluitur Pontifex à peccatis, & ſic ampliat dictum ſuprà, nedum Confeſſario, ſed alii extra confeſsionē poſſe id delegari. Quod veriſsimum puto.

SVMMARIVM.

1 *NEMO tenetur in Foro exteriori, vt ſit arbiter, & ſuſcipiat compromiſſum in ſe factum.*

2 *In Foro tamen conſcientiæ, tenetur illud ſuſcipere, cùm diu inter partes litigatum eſt.*

DIFFERENTIA DECIMA TERTIA.

1 ARBBITRIVM, ſeu compromiſſum in Foro exteriori, nullus tenetur ſuſcipere; nec cogi poteſt ad ipſum acceptandum iuxta l. 3. §. 1. ff. de Arbitr. & gloſſam, verbo Renitentem. in cap. Paſtoralis. in princip. de Officio Delega. Partes enim quę conueniunt in arbitrium, ſeu campromiſſum, ſunt priuatæ perſonæ, nec habent vllam iuriſdictionem ad compellendum arbitrum ab ipſis electum, vt prędictum onus ſuſcipiat; nec poſſunt agere coram iudice ordinario vt eum compellat; quia nemo priuatus tenetur facere negotia alterius, ſed totum id dependet à voluntate libera ſuſcipientis, & acceptantis.

In Foro tamen conſcientiæ, vbi diu li-
2 tigatum eſt inter partes: tenetur arbiter electus compromiſſum acceptare, iuxta gloſſam in capit. Sicut. 11. quæſtione 1. & ibi notat Archidiac. & Præpo. idem tenet Felin. dicto capit. Paſtoralis. numero 6. Soci. l. Quidam. col. 11. ff. Si cer. pet. Alber. in l. Labeo. §. Tametſi. in princ. ff. de Arbitr. Ioan-

Digitized by Google

Ioan. Bapt. de Sancto Blaſio in tractat. de Arbitr. quæſtione 74. & dicit communem Viuius Deciſ. 57 num. 1.

Et ratio eſt, quia ex litibus multa mala, & odia oriuntur, iuxta l. Seruus verò. §. Sed ſi aliqua ff. de Action. & obligation. & Eccleſ. 28. *Abſtine* (inquit) *à lite, & minues peccata.* & Compromiſſum dirigitur ad componendas partes, & finem litibus imponendum. Qui ergo citra incommodum proprium renuit acceptare compromiſſum: per conſequens conuincitur non velle obuiare prædictis peccatis, licèt poſſit. Et ideò peccat grauiter, per ea quæ tradit Pelin. in capit. 1. de Offic. Delegat. & per notata verbo Defenſio. Differentia. 2.

SVMMARIVM.

1 *PRAELATI non habentes iuriſdictionem in Foro interiori, non gaudent priuilegio, cap. fin. de Pœnit. & remiſ.*

2 *Prælati habentes iuriſdictiones etiam in Foro pœnitentiali, an hodie gaudeant dicto priuilegio.*

DIFFERENTIA DECIMA QVARTA.

1 PRAELATI habentes tantùm iuriſdictionem in Foro exteriori, & non in interiori; vt ſunt de iure Archidiaconi, & ſi quæ ſunt aliæ dignitates; non habent priuilegium, cap. fin. de Pœnit, & remiſsion. de eligendo liberè Confeſſarium: quia textus ille intelligitur tantùm de Prælatis, qui habent curam animarum, ſecundùm Paluda. in 4. diſtin. 17. quæſtione 3. artic. 2. concluſ. 2. fol. 80. col. 4. Itaq; priuilegium dicti capit. fina. ſolùm concernit, & ſpectat ad Prælatos habentes iuriſdictionem in Foro interiori, non autem ad alios non habentes iuriſdictionem niſi in Foro exteriori. Idem probat tex. & ibi Communis in cap. Ne pro dilatione de Pœnit. & remiſ.

2 Hodie verò poſt Concil. Trident. nec Epiſcopi, nec vlli alii Prælati (niſi ſint Regulares) poſſunt eligere ſibi Sacerdotem non ſubditum, qui non ſit à ſuo Ordinario, vel aliàs approbatus. Ita declarauit Cõgregatio Cardin. Cõcil. Trident. teſte Suar. 4. tom. de Pœnit. Diſput. 28. Sect. 6. p. 424.

Sed contra prædictã declarationẽ Cardinal. obſtat mihi valdè regula tradita ſuprà Diff. 11. nu. 9. & 10. videlicet poſſe Prelatũ quoàd ſe, idem quod poteſt quoàd ſubditos. Sed Epiſcopus poteſt approbare quẽcumque idoneum quoàd ſuos ſubditos. ergo poterit idem facere quoàd ſe; & ſic eligere quemcumq; idoneũ in Confeſſarium. nam eligendo, ipſo facto, illum approbat.

Quare ſalua reuerentia talibus Patribus debita, dum de prædictis declarationibus non conſtat authenticè, nec publicantur vt ab omnibus obſeruẽtur; exiſtimo, ſub prædictorũ Patrum correctione, poſſe etiã hodie ipſos Epiſcopos vti prædicto priuilegio dict. cap. fin. eodẽ modo, quo poterant ante Concilium. Quoàd alios autem Prelatos non Regulares, puto veriſsimam eſſe prædictam declarationẽ; quia ipſi non poſſunt approbare Confeſſarios quoàd alios, & per conſequens, nec quoad ſe ipſos. Regulares verò Prelati Monachorũ, poſſunt eligere quemcumque quoàd ſe ipſos, etiam non approbatum, nec expoſitum, vt notat ſingu. Fr. Hieron. Llamas in Epito. part. 1. cap. 5. §. 5. pag. 31. Adde not. verbo Nullitas. Diff. 10.

Et prædictis adde, Regulares poſſe eligere in Confeſſarium, cùm iter faciunt, quemcumque Presbyterum, tam ſecularẽ, quàm Regularem, etiam ſi non ſit approbatus, vel expoſitus à ſuo Superiore. Ratio eſt, quia Concilium nihil circa Regulares innouauit; vt eſt communis opinio. At ante Cõcilium id licebat cuicumque (vt diximus ſub verbo Cõſuetudo. Dif. 1.) maximè Religioſis iter agentibus, ex tacita permiſsione, & licentia ſuorum Prælatorum, incluſa in licentia ad iter agendum. ergo idem poterunt facere hodie. & ita tenet Henriq. de Pœnit. lib. 3. c. 6. n. 4. lit. K. quẽ refert, & ſequitur poſt alios F. Hier. Llam. in Method. cura. anim. 1. p. d. c. 5. §. 12. & 13. quicquid in contrarium dicat Angles in ſuis Florib.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *GENERALES Ordinum non Mendicantium, ſunt tantùm Superiores ſuorum Abbatum, ſeu Prioru ſibi ſubditorum, quoàd Forum exterius.*

2 *Non tamen quoàd Forum interius.*

DIFFERENTIA DECIMA QVINTA.

1 GENERALES Ordinum nõ Mendicantium, ſunt tantùm Superiores pro Foro externo reſpectu Abbatũ, & Priorum ſibi ſubditorum; & ideò nullum caſum habent reſeruatum quoàd eos; quia quoàd Forum
2 interius, Abbates, & Priores non ſubſunt ipſis, ſed tantùm immediatè Summo Pont. Quod colligitur ex cap. Ne pro dilatione. (quod eſt vltimum) de Pœnit. & Remiſſ. vbi datur facultas omnibus Prælatis inferioribus eligendi ſibi Confeſſarios, etiam ſine licentia Superiorum. Et ſic conſtat nõ eſſe Prelatos inferiores ſubiectos Superioribus extra Summum Pont. in caſibus Fori interioris. aliàs non poſſent eligere alium ſine eorũ licentia: & ſi caſum haberẽt reſeruatum, etiam deberent requirere eoſdem ad confitendum ipſis. Ita docet in terminis F. Hieron. Llamas in Epito. cura. ani. cap. 5. §. 5. pag. 29. vbi dicit aliud eſſe dicẽdum de Guardianis Sancti Franciſci, & aliis Superioribus Mendicantiũ, qui nõ ſunt Prælati, ſed tantùm ſortiuntur vicem Curatorũ. Ipſi namq; in Foro animæ ſuis Generalibus, & Prouincialibus ſubiiciũtur: & caſus reſeruant dicti Prouinciales reſpectu eorum, & ex eorum licentia Cõfeſſarios eligunt; vel nominãtur ab ipſis, vel à Capitulis eorum.

Ex quibus collige intellectum ad d. cap. Ne pro dilatione. quatenus loquitur de Prælatis minoribus exemptis, intelligi tãtùm de Prioribus Ordinum non Mendicãtiũ, & nõ de omnibus Prælatis Religioſis.

LEGATVM.

SVMMARIVM.

1 *HAEres, ſeu teſtamentarius, in Foro exteriori habet annum ad ſoluenda legata.*

2 *In Foro verò interiori tenetur ea ſoluere quàmprimum poterit.*

3 *Hæres non ſoluens legata, nec faciens ordinata in teſtamẽto, poteſt priuari hæreditate, etiam ſi ſit filius, ſalua ei legitima.*

4 *Vlyſſiponæ ſunt duo Iudices, vnus pro reſiduis, alter pro Miſſis, per quos ordinata per teſtatores, egregiè, & ſingulariter ad executionem perducuntur.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 HAERES, ſeu teſtamentarius, habet annũ in Foro exteriori ad exequendam teſtatoris voluntatẽ circa legata prophana, iux. Auth. Hoc amplius. C. de Fideicõ. & gloſſ. in cap. Si hæredes. de Teſtam. adde c. Nos quidẽ. eod. tit. & vtrobique Coua.

2 At in Foro animæ, ſtatim, vel quamprimũ poterit, tenetur ea ſoluere. Ita Silu. verbo Teſtamentũ. 2. q. 6. Pet. à Naua. tom. 2. lib. 3. cap. 4. n. 166. & P. Sa verb. Legatũ. §. 22. Pro quibus facit l. Si domus. §. In pecunia. & l. Cùm res. de Lega. 1 Ex quib. apparet hęredẽ debere cumprimũm poterit, exequi ea quæ in teſtamẽto diſpoſita fuerint. Facit etiã quòd Epiſcopus poteſt intra quinque mẽſes, aliuduè tẽpus arbitrariũ cogere hæredes, & executores teſtamẽtorũ per cenſuram Eccleſiaſticã, vel interdictum adminiſtrationis bonorũ defuncti; vt vltimã defuncti volũtatẽ ad executionẽ deducãt, per tex. cũ Cõmuni. in d. c. Si hæredes. etiã quoàd legata prophana; vt poſt gloſſam, & alios, docet Coua. dict. cap. Si hæredes. nu. 4.

ergo

Digitized by Google

ergo tenebantur prȩfati hæredes, & executores non expectare annum. aliàs non poſſent excommunicari.

Adde prædictis vnum ſingulare, videlicet
3 quòd ſi hȩres fuerit negligens per annum, à die monitionis factȩ per Epiſcopum circa ſoluenda legata, & alia ordinata per teſtatorem: poterit priuari hæreditate, ſi eſt hæres extraneus, & etiam filius; ſalua ei legitima, per dict. Auth. Hoc amplius. & tranſit ad ſubſtitutos, vel alios per ordinem. Ita Silueſt. & Pet. à Nauar. ſuprà. de quo vide etiam gloſſam final. in fi. in dicto c. Si hȩredes. & ibi Panor. num. 8. & Coua. nu. 5. & 6. Quod vtinam in praxi vbique ſeruaretur. In Regno autem Luſitaniæ egregiè
4 circa hoc eſt prouiſum. Nam ſunt duo tribunalia inſtituta; vnum pro reſiduis, & alterum pro Miſsis. In primo de reſiduis, cogitur hæres, ſeu teſtamentarius reddere rationem omnium quæ in teſtamento relicta fuerunt, an ſint plenè executa. aliàs compellitur, vel Iudex exequitur. In altero de Miſsis, virtute cuiuſdã priuilegii Sedis Apoſtolicæ in fauorem Hoſpitalis generalis in inclyta ciuitate Vlyſsipponenſi cõceſsi, cogitur hæres, vel executor teſtamentarius ſoluere prædicto Hoſpitali omnes Miſſas, quæ ſua culpa, vel negligentia celebratæ non fuerunt; in ſacellis, vel aliàs, à teſtatoribus relictas: quarum eleemoſynæ remanent in dicto Hoſpitali pro adiuuãdis ſumptibus illius. Et ſic voluntates teſtatorum in dicto Regno omnimodo adimplentur, etiam ſi hæredes ſint Duces, & Comites. Omnium quippe, ſine diſcretione perſonarum, & ſtatuum, vna eſt menſura, & æqualis iuſtitia.

SVMMARIVM.

1 *HAERES ſoluens credita, ſeu debita, non ſeruato ordine prioritatis, an ſit ſecurus.*

2 *Hæres, ſeu teſtamentarius non poteſt gratificari alicui ex legatariis, ſed pro æquis portionibus ſunt ſoluẽda, ſi hæreditas omnibus non ſufficiat.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 HAERES, vel teſtamentarius ſoluens debita creditorum, non ſeruato ordine prioritatis in habentibus hypothecas, vel priuilegiũ prælationis in bonis hæreditariis, contra l. fin. §. Et ſi. verſ. Sin verò hæredes. C. de Iure delib. non liberatur in Foro exteriori, vbi bona non ſufficiunt omnibus; quia aliàs fruſtra à iure prædicta prioritas, & priuilegium conceſſa fuiſſent. Et ſicut defunctus debitor non poterat facere deteriorem cauſam priorum creditorum: ita nec ipſe hæres; vt probat text. in l. 1. §. E contrario. ff. de Separat. & docet Bald. in l. Pro debito. C. de Bon. auth. Iud. poſsid. & Silu. verbo Reſtitutio. 6. quæſt. 5. verſ. Poſt hos autem. vbi latè à numero 5. ponit ordinem prioritatis in omnibus creditoribus. Adde not. verbo Debitum. Diff. 5.

In Foro verò conſcientiæ, ſi hæres credidit hæreditatem omnibus fore ſoluendam, vel probabiliter ignorauit vnum creditorem eſſe alio potiorem: tunc liberatur, licèt ſimpliciter ſoluerit, non ſeruato prædicto prioritatis ordine. Ita poſt Hoſtien. & alios, tenet Silueſt. ſuprà. quæſtione 7. & Angel. verbo Reſtitutio. 2. numero 9. Facit l. Tutores. ff. de Condict. indebit. vbi quod bona fide factum eſt, habetur ratum.

2 Vidi dubitari an in legatis ſoluendis ſit ſeruandus ordo prioritatis, & dignitatis; vt priùs ſoluantur legata magis pia, deinde alia minùs pia; tertio loco prophana, & non pia; & an teneretur in conſcientia, qui prædictum ordinem non ſeruauerit, quandò hereditas nõ eſt ita ſufficiens, & ampla, vt poſsit ſimul omnibus ſatisfieri. Et dubiũ hoc contingit potiſsimùm vbi teſtator relinquit in teſtamẽto, vt ex quibuſdã redditibus paulatim legata per ſe relicta ſoluerentur. Et ſanè ſi teſtator nihil circa hoc diſpoſuit, videtur idem dicendum de legatis, quod de creditoribus chirographariis;

nempe non eſſe locum gratificationi, ſed pro æquis portionibus eſſe ſoluenda, ſeu pro rata bona eſſe diſtribuenda, per l. Priuilegia.17.ff.de Priui.credi.ibi, *Et ſi eiuſdē tituli fuerunt; concurrunt*.vbi gl.Cuiatii id ſignificat. ad idem opti.text.in l.Is cui. §.Si plures legatarii. ff. Vt in poſſeſ. legat. vbi dicitur, *Inter legatarios nullum ordinem obſeruamus; ſed ſimul omnes æqualiter tuemur*.& ita tenent Angel.verb.Legatum.1. num.57.Silueſt.eod. verb.tit. 1. quæſt. 16. & ceteri Summiſtæ teſte Paul.Comito.lib. lib.7.Reſponſ.moral.quæſt.10.num.4.

SVMMARIVM.

1 *QVAE ſint legata pia.*

2 *Quædam ſunt legata pia, quoàd Forum exterius, quæ non ſunt quoàd interius.*

3 *Ponuntur magni effectus, ex hoc vt legatum ſit pium.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 QVAEDAM ſunt legata pia in Foro interiori, quæ non ſunt talia in Foro exteriori. Et è cõtrario, ſecundùm Naua. in tracta. de Reddit.Eccl. quæſt.1.monit.26.num.4. pag.47.Et quænam ſint illa, colliges ex infrà dicendis, maximè, num. 2.

Et primò quærendũ eſt, quid veniat appellatione piæ cauſæ.Reſp.in primis omne illud quod relinquitur pro anima, cenſeri eſſe reliſtũ ad pias cauſas, ſecundùm Guid. Pap. q.576.nu.3.allegat l. Si quis Titio. & ibi gloſ.& Bar.ff.de Legat.2. & l. Lutius.§. 1.ff.Ad Treb.& ibi glo.& Bart. & Salycet. in Repet.l.1.C.de Sacroſan.Eccl. Panor.in c.Relatum. 1.n.7.de Teſtam.Silu.verb. Legatum. 4. quæſt.1.& alii Summiſtæ citati à Pau.Comito.lib.7.Reſp.moral.q.4.num.3. Latè Bal.in Auth.Similiter.per totam.C.ad l.Falcid.vbi ait dici etiam relictum ad pias cauſas, omne illud propter quod anima teſtatoris, vel cuiuſque Catholici ſubleuatur; & ſimiliter relicta pauperibus in genere, & miſeris, hoſpitalibus, & Eccleſiis; vt notat glo.in Auth.de Eccleſ. titul. §.Si autem hæres.verb.Pias. Collat.9. Item relicta cõſanguineis egenis, dummodò non ſint exceſſiua legata. Item legatũ alimẽtorum. Et relicta pro redemptione captiuorum: ſub quorum appellatione etiam veniũt carceribus mancipati, etiam pro maleficio, iuxta gloſ.ſingularem in c.Sacrorũ.12.q.2.quam non eſſe alibi dicit Fel.in c. Significauit. n. 4.de Iudæis, & ſequitur Bal. in d. Auth. Similiter.& Soc.regu.38.incipit.Bona.fallẽt. 7.& Ludou.Meſsia in Pragma.verb.Taxatio panis.concluſ.1.n.8. Ex quo infert Fel. vbi ſup. iura quæ loquuntur de redimẽdis captiuis apud hoſtes, habere etiam locum in captiuis carceratis ex maleficio; & ab executore teſtamẽti, habente diſtribuere aliquid pro redimendis captiuis, poſſe redimi carceratos pro maleficio.

Prętereà dicitur relictum ad pias cauſas, quod relinquitur filio monacho, vel filiæ moniali; maximè quãdo monaſterium eſt pauperrimum; quia ſi nõn eſt, videtur potiùs datum reſpectu ſanguinis. Vbi obiter nota, hãc præſumptionem ſanguinis in relictis conſanguineis Religioſis, tantùm extendi vſque ad quartum gradum ſecũdùm computationem legum; & non vltra. Text. eſt ſingularis in d. Auth. de Eccleſ. titul.§. Interdicimus.& ibi glo.notat, v.Ad quartũ.

Dicitur etiã relictum ad pias cauſas, quod relinquitur pro emendandis, ſeu reficiẽdis muris, & pro cuſtodia terræ; quia cuſtodiuntur orphani, & miſeri, qui ſunt intus, vt docet Bal.ſup.& Nauar.c.17.n. 93.& de redditibus Eccl.monit.26.q.1.n.2. & in Apologia.q.1.monit. 28. & plenè per Rom. in Repet.dictæ Auth.Similiter.& Bal. in l. Id quod pauperibus.C.de Epiſc.& Cler.

Ad hęc, dicitur relictum ad pias cauſas legatum factum pro maritandis feminis, tam extraneis, quàm coniunctis; ſi ſint pauperes. Et etiã relictum, ſeu datum in remunerationẽ, & ſatiſfactionẽ bonorũ operũ, ſeu beneficiorum receptorũ. Et ad celebrãdas Miſſas, vel alia cultus diuini, ſecũdũ Cordu.

casu

Digitized by Google

caſu 54.& quod datur ad maritãdũ cũ ęquè æquali, non habenti ſufficiens patrimoniũ, ſeu dotem; ſecundùm Nauar. dicta Apologia quæſt. 1. monit. 77. num. 4. & in Man. cap. 17. num. 93. Et quod datur à patre filio familias in literas incumbenti ad alimenta, nihil aliàs habenti; licèt pater ſit diues, ſecundùm Nauar. Conſil. 59. nu. 2. & 4. de Præb. contra quem eſt text. in cap. 1. de Magiſtris. vbi Felin. num. 1. id notat aſſerens non dici pauperes quos parentum opes ſuſtentare poſſunt; quia pater tenetur alere filium. l. Si quis à liberis. ff. de Liber. agnoſcend.

2 Ex his colligere poteris quæ ſint legata pia in Foro exteriori; quæ tamen non ſunt in Foro interiori. Nam relicta, vel data pro reparatione murorum, vel cuſtodia terræ, vel pro maritando cum æquali, non habenti ſufficiens patrimonium, vel pro ſuſtentatione in ſtudiis filii patris diuitis: vel generaliter pro alimentis, vel pro ſatiſfactione beneficiorum receptorum, vel pro excarceratione carceratorum ex maleficio, & ſimilium: non puto eſſe opera pia quoàd Forum interius; licèt ſint quoad

3 Forum exterius. Quod eſt magni momenti, & effectus. Nam quæ ſunt pia quoàd Forum interius; ſi legentur in teſtamento minùs ſolenni, vel nullo: nihilominus debentur, etiam adita hæreditate; iuxta tradita per Guid. Pap. quæſt. 200. in fin. & quæſt. 576. num. 3. alia autem non deberentur. Item in legatis piis non detrahitur Trebellianica, iuxta Communem Legiſtarum, teſte Guid. Papa, quæſt. 188. licèt Canoniſtæ contra teneant cum gloſſa in cap. Si pater. verb. Trebellianica. de Teſtam. lib. 6. Quæ Communis Legiſtrarum, reſtringenda eſt ad relicta pia Fori interioris: non tamen eſt extendenda ad alia pia Fori exterioris. Præterea ex dictis legatis piis quoàd Forum interius, ſoluitur ſeptima pars Epiſcopis pro definitione teſtamentorum in quibuſdam Epiſcopatibus; vel quarta pars pro lege diœceſana: & nõ ex aliis. Eſt etiam magni effectus, vt aliqua ſint pia, etiam quoàd Forum externus. Nam talia, ſi legentur in teſtamento etiam minùs ſolenni, & præſtentur per triennium; confirmantur, ac debentur in futurum, iuxta text. ſingul. in l. 1. C. de Fideicom. & tradit Guid. Papa, quæſt. 576. nu. 3. Adde Comitol. loco ſup. citato, nu. 2. & 3. vbi dicit legatum pium à Fiſco vindicari non poſſe, licèt alia bona teſtatoris ob crimen læſæ maieſtatis diuinæ, vel humanę commiſſum, confiſcentur. & nu. 11. idem dicit de bonis incertis reſtitutioni ſubiectis, quia talia ſunt Chriſti.

SVMMARIVM.

1 *LEGATVM ſub conditione impoſſibili, vel turpi, vel matrimonii ſeu maioris boni impeditiua: an ſit validum.*

2 *Lex fundata in præſumptione voluntate valida: ceſſat, ceſſante præſumptione. Secùs ſi ſe fundat in præſumpta recta contraria voluntate.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 LEGATVM factum ſub conditione impoſſibili, vel turpi de futuro; vel matrimonii impeditiua (vt lego mille Catharinę, ſi non nupſerit) vel maioris boni impeditiua, ſcilicèt ſi Religionem non ingrediatur: non ideò inualidatur in Foro exteriori, quia huiuſmodi conditiones pro non appoſitis habentur, l. Reprehendenda. C. de Inſtit. & ſubſtit. l. Quidam. ff. de Condit. inſtit. l. Turpia. ff. de Legat. 1. cum aliis citatis à gloſſa penul. in cap. final. poſt text. ibi, de Condit. appoſit. Itaque prædicta legata valent, & debentur in Foro exteriori, etiã legatario non adimplente conditionem.

In Foro verò conſcientiæ, quando conſtat voluntatem teſtatoris fuiſſe, vt cõditio adimpleretur, & non aliter voluiſſe legata prædicta facere: tunc conditione non exiſtente, legatum non valet. Vnde in conſcientia non poteſt capere legatum non nubens, vel Religionem ingrediens contra

tra voluntatem teſtantis, vel donantis. Ita tenent Caiet. Nauar. & Angles, quos refert, & ſequitur Fr. Lud. Lopez. 2. part. ſui Inſtructorii Confeſ. cap. 18. poſt princip. in 1. & 2. concluſ. pag. 160. Medin. C. de Reſtit. quæſt. 23. §. Ad tertium dicendum. Gutierrez lib. 2. Quæſtio. Cano. cap. 25. nu. 13. Rebel. de Obliga. Iuſt. 2. part. lib. 18. quæſt. 16. nu. 3. ad fi.

Mouentur prædicti Patres, quia deficiente conditione, deficit legantis voluntas; qua voluntate deficiente, non transfertur dominium: tum etiam, quoniam prædictę leges de Conditionibus turpibus, fundantur in præſumptione, quòd ſcilicet ſic teſtator legans, voluit ſe iuri, & rationi conformare. At lex fundata in præſumptione, non obligat in conſcientia, cùm de veritate in contrarium conſtat, vt habes verb. Lex. in Different. 12.

Sed certè ſalua pace tantorum Patrum, contrarium puto verius, videlicèt tam in Foro interiori, quam etiam exteriori poſſe à legatario, tuta conſcientia, capi prædictum legatum, etiam ſi deficiat conditio turpis, vel impoſsibilis. Et moueor, quia cùm talis conditio à iure meritò reprobetur, & pro non ſcripta habeatur: non video cur in conſcientia ſecurus eſſe non poſsit, licèt de contraria voluntate teſtatoris appareat; quia regulanda eſt eius voluntas ſecundùm ius; nec poteſt facere, vt leges iuſtæ in ſuo teſtamento non valeant. Nec verum eſt prædictas leges fundari in præſumptione, taliter, vt conſtito de voluntate in contrarium, prædictam voluntatem approbent; immò eam improbant, caſu quo de ea conſtaret: quicquid dicant in cõtrarium Ioſeph Angles, & Lop. ſuprà verſ. Igitur pro ampliori. Putant enim iniquè iudicaturum Iudicem, ſi contra legantem ſub vna conditione ex ſupradictis, ea non impleta, ſententiam tulerit; quando teſtator inſinuauit nolle valere legatum, neque ſortiri effectum, niſi conditione impleta. Sed ſane iudicio meo falluntur, quia non ſemper voluntas teſtatoris pro lege ſeruãda eſt, niſi quando eſt ſecundùm, vel præter legem; non tamen quando talis voluntas à lege reprobatur, vt eſt in noſtro caſu. Faciunt not. verb. Teſtamentum. Diff. 10. Vide fallentias ad dictam regulam per addit. 1. Decii in l. Non omnis. ſub num. 3. ff. Si cert. pet. vbi habes quando voluntas teſtatoris ſeruanda ſit.

2 Vnde collige dupliciter leges præſumere aliquid. Vno modo, fundando ſe in præſumpta voluntate valida, & legitima: & tũc ea ceſſante, in Foro exteriori, ceſſat lex. Alio modo fundando ſe in pręſumpta recta contraria voluntate, & ſimul reiiciente aliam contrariã à iure reprobam. v. g. cùm teſtator dicit, Lego Catharinæ mille, ſi non ingrediatur Religionem. Reiicit ius hanc conditionem, interpretans in meliorem partem mentem teſtatoris, & benè præſumens de ea: & ſic ſtatuens id quod veriſimiliter benè informatus teſtator diſpoſuiſſet, & ſimul reſpuens contrariam, tanquam alienam à viro bono, & iuſto. Simile videbis ſub verb. Lex. Differen. 8. num. 16. Præſumendo igitur in hanc bonam voluntatem teſtatoris, ſcilicet teſtatorem aliter ſtatuiſſe ſi benè informatus fuiſſet; & ſi de contraria conſtat; ſupplendo dictam bonam voluntatem; reiicit tales conditiones, & pro non appoſitis habet. Et in iſtis præſumptionibus non ceſſat lex; licèt de voluntate contraria teſtatoris conſtaret; immò contrariatur ius tali voluntati, alias turpi, vel impoſsibili, vel inhoneſtæ, vel non bonæ. Reiicit etiam eas quę aliquo modo impediunt matrimonium ſiue carnale ſiue ſpirituale, fauore eorũdem, per cap. fin. de Condi. appo. & per Bart. & Communem. in l. Titiæ. de Condi. & dem. & Feli. in cap. In præſentia. nu. 42. de Proba. & ideò non mirum, ſi legatarius tuta conſcientia poteſt petere, & retinere legatum, etiam ſi conditionem non adimpleat. & ita tenent poſt Summiſtas verb. Hęreditas. Coua. lib. 1. Variar. cap. 19. nu. 10. Mantica de Coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 19. nu. 4. Ledeſma in 2. Sent. parte 4. quæſt. 18. art. 1. dub. 12. Molin. tomo 1. de Iuſt. & iu. tit. 2. diſputatione 207. & latiſsimè Sanchez. de Matrim. vbi plures alios allegat, lib. 1. diſputatione 33. nu. 2. & diſputatione ſeq. per totam. & probatur in l. Quoties. 22. & l. Cùm tale. 71. §. Meniæ. & dict. l. Titiæ ſi non nupſerit. ff. de Condit. & demonſt. & Paulus

Duran.

Duran. in tract. de Conditio. & modis impoſsib. 3. parte cap. 1. nu. 8. & 9. Vbi in 2. parte cap. 3. nu. 31. limitat prædicta, in cõditione apposita, nempe ſi Religionem nõ ingrediatur, quando conſtat appoſitam fuiſſe principaliter cauſa conſeruandi familiam. Tunc enim talis conditio non reiicitur, quamuis in conſequentiam aliquem à Religione auertat, ex Coua. dict. num. 10. & Oliba. de Iure Fiſci. cap. 7. nu. 38. Sed contrarium annotauimus, verb. Hæreditas. Differentia 12. nu. 3. & latiùs verb. Teſtamentum. Diff. 10. Adde not. verb. Matrimonium. Diff. 3.

SVMMARIVM.

1 *LEGATA incerta, ratione incertitudinis perſonæ, in Foro exteriori non debentur.*

2 *In Foro verò conſcientiæ tenetur hæres ea inter illos diuidere, ſi in id conſentiant.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 LEGATA incerta, ratione incertitudinis perſonæ ex aliquo extrinſeco accidente, vt quia eiuſdem nominis, & paris amicitiæ erga teſtatorem duo reperiuntur: in Foro exteriori non debentur; vt in caſu l. Duo ſunt Titii. ff. de Teſtam. tutel. l. In tempus. §. 1. ff. de Hæred. inſtit. l. Si quis ſeruum. §. Si inter duos. ff. de Legat. 2. l. 3. §. Si duobus. ff. de Adimend. legat. l. Si fuerit. ff. de Reb. dub. l. Cum pluribus. ff. de Manumiſsis teſtam. cum ſimil. Bal. in l. Hac conſultiſſima. num. 4. C. Qui teſtam. facere poſsũt. idque contingit ex defectu probationis. Cùm enim neuter ex legatariis concludenter probare poſsit, propter ſimilitudinem nominis, ac cauſæ legandi, quæ vtrique pariter adhæret, de quonam eorum teſtator intellexerit: fit vt actore concludenter non probante, veniat hęres reus abſoluendus, ex regul. l. Qui accuſare. C. de Edendo. & l. Neque natales. & l. Actor quod aſſeuerat. C. de Probat.

Quod adeò verum eſt, vt etiam ſi alter eorum renuntiet alteri ius, ſi quod habet in legatum: nihilominus hæres non tenebitur ei legatum ſoluere, ſecundùm Bart. & Communem in dicto §. Si inter duos. teſte Peralta ibi, num. 14. & Mantica de Cõiect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 4. num. 4. quicquid in contrarium teneat Cuman. in dicto §. Si inter duos. & patronus noſter Luſitanus Benedictus Aegidius, in l. 1. in princip. num. 38. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Quod probo non ſolùm ex ratione Communis, ſcilicet quia cùm de renunciantis iure non conſtet; & ſic nullum ius in effectu habeat: non potuit eius renuntiatio aliquid operari; quia nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet: ſed etiam quia ex prędicta incertitudine, ius eſt hæredi quæſitum: adeò vt tutus ſit eius ratione, in Foro exteriori. Vnde fit, vt non ſit in renuntiantis poteſtate, hæredi præiudicare.

Qua ratione idem cenſeo ſi fortè inter ſe paciſcantur vt legatum inter eos diuidatur. Adhuc enim hæres in Foro exteriori non tenetur illud ſoluere; quia ratione incertitudinis, nulli eorum nec partem, nec totũ legatum debet; quicquid in contrarium teneat prædictus Aegidius ſupra num. 39.

2 In Foro verò conſcientiæ, contrarium crederem, ſcilicet teneri illud inter eos diuidere, ſi in id conſentiant argumento eorum quę docet Vict. in Relectione de bello. §. 27. Sot. de Iuſt. & iure. lib. 4. quæſt. 7. art. 1. ad tertium. & Lud. Lopez. 1. part. ſui Inſtruct. conſcient. cap. 132. verſ. Tertia concluſio. iuncto Caiet. 2. 2. quęſt. 62. artic. 5. ad tertium. vbi dicunt debitorẽ de debito quidem certum; incertum verò, vtrum Petri, vel Ioannis; teneri inter illos debiti quantitatem diſpartiri. Facit etiam, ab hęrede in pręſenti caſu nõ videri legatum illud, in conſcientiæ Foro, retineri poſſe. Cũ enim illud ex legitima teſtatoris voluntate alterutri deberi certò conſtet, ſolùmque cui debeatur incertum ſit; negari non poteſt hæredem, ſibi legatum retinen-

Digitized by Google

retinentẽ, rem alienam inuito domino retinere. Et ita tenet præfatus Bened. Aegid. loco ſuperiùs citato, num. 39. cum ſequenti. Quòd ſi non cõſentiant vt inter ſe ipſos diuidatur (quòd vix credo euenturum) dubium eſt an hæres teneatur, in Foro conſcientiæ, quantitatem legati inter pauperes diuidere, ſeu in aliquod opus pium impẽdere. Et teneri, docet idem Bened. Aegidius dicto num. 40. argumento eorum quę diximus verb. Bona. in Differentia 5. circa inuenta, & vero domino ignorato, factis erga id debitis diligẽtiis, ſcilicet inter pauperes diuidi debere. Sed non video rationem concludentem ad hæredem compellendum, vt in pauperes legatum prȩfatum incertum diſtribuat; præſertim quia etiam inuentum, cuius dominus ignoratur, retineri poſſe (ſaltem inſtar depoſiti) reſoluimus in dict. Differ. 5.

SVMMARIVM.

1 *HAERES ab inteſtato, an teneatur ſoluere legata in teſtamento minùs ſolenni relicta.*

2 *Hæres ab inteſtato, poteſt tuta conſcientia ſe defendere ab hærede ſcripto in teſtamẽto minùs ſolenni.*

3 *Mulier contrahens ſine licentia mariti, poteſt licitè diſcedere à contractu.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 EST dubium egregium, nempe an hȩres ab inteſtato, teneatur ſoluere legata in teſtamento minùs ſolenni relicta. Nam non teneri, in Foro iudiciali probat l. Si veritas. & l. fin. C. de Fideicom. & l. Ex imperfecto. C. de Teſta. quibus probatur ex prȩdicto teſtamento non oriri obligationem naturalem efficacem. Facit l. Si vnus. C. de Teſtam. quæ ſic ſumatur; defectus ſolennitatis facit totum teſtamentum deficere.

In Foro verò animȩ teneri, docet poſt Ant. Panor. in dict. cap. Quia plerique nu. 42. Et dicit communem Iaſ. in l. Si poſt diuiſionem. nu. 5. C. de Iuris. & fact. igno. Bal. l. Cùm quis. C. eod. Imol. Alex. & Iaſ. l. Nemo poteſt. ff. de Lega. 1. idem Iaſ. in l. Cùm quis. nu. 14. C. de Iuris. & fact. igno. D. Anto. 3. par. tit. 10. cap. 3. §. 14. Silu. verb. Teſtamentum. 1. quæſt. 5. notab. 4. Pau. Comito. lib. 7. quȩſt. 8. nu. 2.

At Soto lib. 4. de Iuſt. quæſt. 5. art. 3. poſt prin. col. 2. verſ. Exponitur concluſio. & verſ. Tertiò arguitur. col. 3. & verſ. Si hunc exempli gratia. col. 4. tenet contra-
2 rium, videlicet quòd hæres ab inteſtato poteſt tuta conſcientia adire hæreditatem, & defendere ſe nullitate teſtamẽti, quamuis ſciat abſque fraude teſtatorem aliter diſpoſuiſſe, ſed minùs ſolenniter. Quam opinionem in effectu ſequitur Coua. dict. cap. Cùm eſſes. nu. 6. cum ſeq. de Teſta. quatenus probat legata in minùs ſolenni teſtamento relicta, nec in Foro iudiciali, nec in Foro conſcientiȩ deberi. Et ratio eſt, quia lex iuſta de cauſa, ob euitandas fraudes, & ob bonum publicum, prædictas ſolennitates introduxit. Nec negari poteſt teſtatorem teneri, etiam in conſciẽtia, eas ſeruare; cùm legibus iuſtis ſubdatur, & obligetur in conſcientia ad earum obſeruantiam, per gl. 1. receptam in cap. Quæ in Eccleſiarum. de Conſtitu. Prȩdicta tamen intellige pro vt reſoluimus, verb. Lex. Differentia 8. Poteſt enim hæres legitimus ſtatim ſe defendere, & agere de nullitate teſtamenti, & ſic excuſabitur à reſtitutione hæreditatis, ſi eam poſſideat, nec tenebitur ſoluere legata. alias ſi eam nõ poſſideat; facta declaratione, eã obtinebit. Quòd ſi legatarii poſſideant legata: non tenebuntur ad eorum reſtitutionem, donec per ſententiam condemnentur.

3 Hinc collige veram eſſe opinionẽ Tiraq. poſt Leges connubiales, gl. 2. n. 21. & Soti lib. 4. de Iuſti. quæſt. 8. art. 3. (licèt Coua. in reg. Peccatum. 2. part. §. 3. nu. 10. & in cap. Quamuis pactum. 2. parte §. 4. nu. 6. verſ. 4. contrarium teneat:) videlicet ſi ſine licentia mariti contrahat vxor, non teneri in Foro conſcientiæ ſtare contractui, etiam

Digitized by Google

etiam ſi certa ſit nullam ſibi fraudem factã fuiſſe. Vide circa hoc latius, verb. Contractus. Differentia 10. & verb. Vſura. Differentia 20. Similiter & qui cum ea contraxit, poteſt licitè rem acquiſitam ex contractu minùs ſolenni, & nullo, retinere. Hæc enim non ſunt contraria, vt putauit Coua. ſuprà ; ſed intelligenda, vt ſuperiùs reſoluimus. Nam mulier poteſt licitè agere in Foro iudiciali ad reſciſsionem contractus, ſeu ad declarationem nullitatis illius. Dum verò non declaratur; poteſt licitè alter cõtrahens rem retinere.

SVMMARIVM.

1 *LEGATVM rei alienæ, valet in vtroque Foro, ſi teſtator ſciuit eſſe alienam, contra Abb.*

2 *Declaratur text. in cap. Filius noſter. de Teſtam.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 LEGATVM rei alienę, valet in Foro exteriori, ſi teſtator rem ſciebat eſſe alienam. l. Cùm alienam. C. de Legat. & §. Nõ ſolùm. Inſtit. eodem. Valet etiam, licèt ignoranter fiat, quando legatur coniunctæ perſonæ, vt in dicta l. Cùm alienam. 2. reſponſo; vel pię cauſæ, vt tradunt Alex. & Doctores ibi, & Bal. in Repetit. l. 1. col. 14. quęſt. 2. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & Benedict. Aegidius Luſitanus Pacenſis ibidem 1. part. in initio. num. 30.

At in Foro conſcientiæ, indiſtinctè non valet, ſecundùm Abb. per tex. ibi, in cap. Filius noſter. num. 3. de Teſtam. & in cap. Cùm eſſes. à nu. 18. eod. tit. Sed Communis eſt in contrarium, teſte Silu. verb. Legatum. 3. quæſt. 2. in 2. dicto, & Couar. vbi latè, dicto cap. Filius.

2 Sed, quia tota difficultas conſiſtit in reſpõſione ad dictum text. pro maiori declaratione libet verba dicti cap. Filius. referre, *Filius noſter F.* (inquit Gregorius Papa tertius) *conqueſtus eſt, quòd quondam P. pater ſuus aliqua Eccleſiæ veſtræ, ſepulturæ ſuæ gratia, iuris alieni reliquit. Et quidem leges ſeculi hoc habent, vt hæres ad ſoluendũ cogatur, ſi auctor eius rem legauerit alienã. Sed quia lege Dei, non autem lege huius ſeculi viuimus; valde mihi videtur iniuſtum: vt res tibi legatæ, quæ cuiuſdam Eccleſiæ eſſe perhibentur, à te teneantur, qui aliena reſtituere debuiſti.* Hactenus Gregorius. Ecce, vt vides, Summus Pont. in legatis rei alienæ facit differentiam inter leges iuris ciuilis, & legem Dei: quaſi velit non deberi in Foro conſcientiæ, licèt in Foro exteriori debeantur. ſed (vt dixi) communis opinio habet tam Legiſtarum, quã Canoniſtarum, legatum rei alienæ ſcienter a teſtatore relictũm, vtroque iure; & in vtroque Foro valere, ac deberi, & docent plures, quos refert, & ſequitur Paul. Comitol. lib. 7. quæſt. 6. nu. 9. & 10. dicens communem.

Nec obſtat prędictum caput. Nam perpende quatuor, aut quinque interueniſſe in eo legato, de quo ibi agitur. Primum, fuiſſe legatum factum de re Eccleſiæ, vt patet ibi, *Quæ cuiuſdam Eccleſiæ eſſe.* quæ ſine iuſta, & neceſſaria, vel vtili cauſa, alienari non poteſt, cap. Sine exceptione. 12. quæſt. 2. qualis non erat illa, ſcilicet ob legatum factum de ea. Secundùm, non conſtaſſe teſtatorem ſciuiſſe d. rẽ legatã, fuiſſe alienam, & Eccleſiæ. Tertium, fuiſſe factũ legatum pro ſepultura. ibi, *Sepulturæ ſuæ gratia.* quæ vendi non poteſt; cap. Abolendæ. de Sepult. 1 Et licèt ſponte oblatum pro ea recipi poſsit, iuxta gloſſam ibi receptã: tamen in caſu dicti cap. cùm res legata eſſet aliena, & non poſſet retineri ab Eccleſia legataria, exigebat ipſa eius æſtimationem ab hærede inuito; quod facere nõ poterat: quod eſt quartum, quod ibi interuenit. Eſt, & quintum, dictam rem legatã retinere voluiſſe, cùm ſciret eſſe alienam, occaſione iuris ciuilis perperàm ab ea intellecti; quia æſtimationem eius ab hærede (qui aliàs in illo caſu inuitus ſoluere non

non tenebatur) obtinere non poterat. Quibus omnibus perpenſis, & concurrentibus: meritò ſummus Pont. reſpondit quòd licèt de iure ciuili teneatur hæres ad æſtimationem rei alienæ, per teſtatorem legatæ: attamen quia tunc agebatur, & conquerebatur hæres, à legatario noli rem legatam, quæ erat Eccleſiæ, reſtitui; quia æſtimationem hæres nolebat ei ſoluere, quaſi malè faceret; quia non ſeruabat dictum ius ciuile. Reſpondit, Aliis legibus, de Iure canonico viuimus; quaſi diceret, Licèt aliàs teneatur hæres ſoluere æſtimationem: in hoc verò caſu de iure noſtro non tenetur propter rationes ſuprà memoratas; maximè primam, tertiam, & quartam.

SVMMARIVM.

1 *FRVCTVS rei legatæ à quo tempore pertineant ad legatarium.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 FRVCTVS rei legatæ, in Foro exteriori, non pertinent ad legatariũ, niſi illi qui collecti fuerint poſt aditam hæreditatem. Vnde ſi teſtator legat fundum plenum fructibus, & iſti percipiantur ante aditam hæreditatem: nõ pertinent ad legatarium, ſed augent hęreditatem. l. Si tibi homo. §. Cùm ſeruus. de Lega. 1. Ratio eſt, quia fructus rei ſequuntur dominum: at dominium rei legatę, ante aditam hæreditatem non tranſit in legatarium. l. A Titio. ff. de Furt. gl. in l. Herennius. 1. ff. de Vſur. & in l. fin. C. eod. tit. tradit Barboſ. in l. Diuortio. in princip. 2. par. nu. 82. ff. Solu. mat.

In Foro verò conſcientiæ, cenſeo deberi fructus rei legatæ ipſi legatario à die mortis teſtatoris, & ſic ante aditam hæreditatem. Quia dicta aditio requiritur ex ſubtilitate iuris, quæ in Foro animæ, & æquitatis non attenditur, per not. verb. Iudicium. Differeutia 3. Tùm quia ſi legatum mihi debetur à morte teſtatoris: cur etiam non mihi debebũtur fructus illius? Facit l. Quęſitum. ff. de Acqui. rerum domi. vbi ſi hæres ſciat rem aliquam eſſe mihi legatam, debet mihi reſtituere fructus eius, à die mortis teſtatoris obuenientes; per regulã, l. Certum. C. de Rei vend. Et idem ſi fuit in mora adeundi, ex gl. d. l. Hærennius.

SVMMARIVM.

1 *LEGATA ſine hæredis inſtitutione ſunt inualida, nec debentur in Foro iudiciali. Secùs in conſcientia quoàd pia.*

DIFFERENTIA NONA.

1 LEGATA, etiam pia, in Foro iudiciali, non valent, nec debentur, hærede in teſtamento non inſtituto. Ratio eſt, quia hæredis inſtitutio eſt fundamentum totius teſtamenti, & ab ea omnia ibi diſpoſita vires ſumunt; vt probat tex. in l. fin. ff. de Iure codicil. l. Ex ea ſcriptura. 29. ff. de Teſtam. & in §. Ante hæredis. Inſt. de Lega. & §. In primis. Inſt. de Fideicom. hæred. notat gl. 2. in c. Cùm tibi. de Teſta.

In Foro verò conſcientiæ, legata pia, ſunt valida, ſi teſtator eligit mori inteſtatus. aliàs ſecùs; ſecundùm Panor. in cap. Indicante. de Teſtam. Ange. verb. Legatum. 2. nu. 7. & Tabien. eod. verb. nu. 7. Quinimmo etiam ſi teſtator noluerit mori inteſtatus, ſunt valida; ſecundùm Silu. verb. Legatum. 4. quæſt. 8. quem defendit Paul. Comitol. lib. 7. Reſp. Moral. quæſt. 14. à nu. 4. & quæſt. 6. nu. 6. Quod intellige eſſe verum, dummodò imperfectio teſtamenti fuerit reſpectu ſolennitatis. Secùs ſi ſit reſpectu voluntatis; vt probant quàmplures citati à Coua. in cap. Relatum. 1. nu. 9. de Teſta. Pro quo facit quod idem Silu. ibid.

Digitized by Google

ibid. quæſt. 10. docet ex Bart. nempe quãdo teſtator voluit teſtamentum valere iure directo teſtamenti, & non aliter: tunc ſi teſtamentum eſt nullum; vt quia inſtituit incapacem; non tenetur hæres ab inteſtato ſoluere in conſcientia legata. Secùs ſi voluit vt valeret, ſaltem iure codicillorum, aut alio modo, quo poſſet.

L E X.

SVMMARIVM.

1 *CONTEMNERE dicitur legem, in Foro exteriori, tranſgrediens legem præceptiuam ſine iuſta cauſa.*

2 *Nec admittitur in dicto Foro probatio in contrarium.*

3 *Contemnere etiam dicitur qui potens facere aliquid commodè, illud omittit.*

4 *In Foro verò conſcientiæ is tantùm dicitur contemnere, qui ideò principaliter omittit, quia parui facit.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 LEGEM tranſgrediens ſine iuſta cauſa; in Foro exteriori videtur eã contemnere, ſecundùm gloſſam celebrem in capit. Metropolitanũ. 2. quæſt. 7. Felin. in cap. 2. num. 7. de Maior. & obed. & in cap. Cùm quidam. num. 7. de Iureiur. Caſtro de Lege pœna. lib. 1. cap. 5.

2 Intellige facere ex contemptu, quando venit cõtra legem præceptiuam. Et tunc non admittitur probatio in contrarium. gloſ. in c. Cùm illorum. verb. In contemptum. de Sent. excom. quam dicit ad hoc auream, & ſingul. Fel. ibidem num. 14.

3 Adde etiam in Foro exteriori contemnere dici, qui potens facere aliquid cõmodè, illud omittit. In interiori verò dici illum

4 contẽnere, qui ideò principaliter omittit, quia parui facit, ſecundùm Naua. c. 22. n. 9. & cap. 23. n. 42. Vide Fel. in d. c. 2. incipit, Si quis. nu. 7. de Maio. & obed. vbi latè, quando quis dicatur facere aliquid ex contẽptu. Adde not. ſub verb. Ignorantia. Dif. 2. n. 6. & ſub verbo Peccatum. Differentia 1.

SVMMARIVM.

1 *LEX recepta, ſemper obligat in Foro exteriori; quamuis eius circunſtantiæ notabiliter varietur. Secus in Foro cõſcientiæ.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 LEX recepta, dum non reuocatur, ſemper obligat in Foro exteriori; quamuis eius circunſtantiæ notabiliter varientur.

In Foro verò conſcientiæ, non obligat; quia propter notabilem variationem circunſtantiarum videtur iam lex iniuſta; & ideò tunc tenetur Rex, vel quiuis alius Legiſlator reuocare eam. aliàs in conſcientia non obligat. Ita tradit Petr. à Nauar. tom. 2. lib. 3. cap. 2. num. 2. verſ. Secundò fatentur. quamuis vitio typographorum ſit ſub nu. 420. pag. 144.

SVMMARIVM.

1 *LEX correctoria, non extenditur etiam ex maioritate rationis.*

2 *Secùs in Foro animæ.*

3 *In Foro animæ non curantur ſubtilitates iuris.*

Digitized by Google

DIFFERENTIA TERTIA.

1 LEX iuris communis correctoria in Foro exteriori, non extenditur ad alios caſus, etiam ex maioritate rationis. Communem dicit Bart. in l. Si conſtante. num. 39. ff. Solut. matrimo. Iaſ. in Auth. Quas actiones. num. 21. & 22. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Pinel. in l. 1. n. 78. C. de Bon. matern. 1. par.

2 At vbi agitur de ſalute animæ, & ſic in Foro conſcientiæ, extendenda venit; ſi eadem, vel maior ratio concurrat. Communem dicit Curt. Iun. in l. 1. numero 8. ff. de Offic. eius, cui mand. eſt iuriſdict. & habetur 1. tom. Commun. opin. pag. 281. & docet. Felin. in capit. fin. numero 1. ad fin. de

3 Præſcript. In hoc enim Foro ſubtilitates iuris non curantur; ſed ſola æquitas, & ratio naturalis attenditur, vt habes ſub verbo, Iudicium. Differentia 3. Limita prædicta non procedere in diſpenſationibus, vt habes ſub verbo Diſpenſatio. Diff. 10. verſ. Secunda limitatio.

SVMMARIVM.

1 *LEX loquens negatiuè, requirit monitionem in Foro exteriori, ad hoc, vt contraueniens incidat in eius pœnas.*

2 *In Foro verò conſcientiæ, nulla requiritur monitio, ſed ſtatim incidit in pœnas ſpirituales, ſeu ad animam ſpectantes.*

3 *Licèt quoàd alias corporales, ſeu temporales nō incidat ante ſententiam declaratoriã.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 QVANDO lex, vel canon loquitur negatiuè, verbi gratia, qui non fecerit reſidentiam, vt in Concil. Trident. Seſsione 24. capit. 12. verſ. Præterea obtinentibus; vel ſi non fecerit inuentarium; vel qui non reſtituerit ablata à fidelibus, naufragium patientibus, vt in capit. Excommunicationi. de Raptor. & ſimilibus: tunc ad incurrendam pœnam temporalem, vel ſpiritualem dictæ legis, vel canonis, requiritur in Foro exteriori, vt præcedat monitio; & ſic vt conſtituatur in mora. aliàs non incurritur in prædicto Foro. Iſtud eſt Dictum Solenne Innocen. in capit. Extirpanda. ad fin. de præbend. de quo vide plura ad eius ornatum per Bernard. Diaz Regul. 474. incipit, Monitio requiritur. & in Pract. capit. 61. titul. de Venator. & per Hippolyt. in l. Vnius. §. Cognitorum. numero 13. cum ſequenti, de Quæſtion. vbi pleniſsmè, & per Felin. in cap. 2. numero 4. de Magiſtr. vbi limitat quatuor modis, & per Iaſ. in l. Ita ſtipulatus. num. 17. ff. de Verbor. oblig. vbi pleniſsimè, & per Dec. conſil. 151. nu. 16. cum ſequenti, & conſil. 37. num. 9. vbi optimè, & per Abb. dicto capit. Extirpandæ. §. Qui verò. num. 10. & in Repetit. eiuſdem §. num. 19. & 21. vbi dicit prædictum Dictum Innocen. communiter approbari. Idem teſtatur Roſella verbo Excommunicatio. 1. Excommunicatione. 21. & Paulus Comit. lib. 6. Reſpon. moral. quæſt. 24. num. 13. vbi plures commendantes refert. ſequitur Nauar. conſil. 13, num. 1. & 7. de Cleric. non reſident. vbi duobus modis limitat. Pro quibus eſt gloſſa notabilis finalis in dicto capit. Excommunicationi. de Raptor. & facit gloſſa final. in cap. Ad Apoſtolicæ. de Re iud. lib. 6. quatenus habet nō dici quem negligentem, niſi poſt monitionem: quam gloſſam ſequuntur plures, quos refert Felin. vbi ſuprà num. 3.

2 Inter limitationes autē per Doctores ſuperiùs relatos traditas; vna eſt: videlicet vt prædictū Dictū Innoc. nō procedat quoàd Forum interius, ſiue quoàd Deum. Ita Panormit. in ſpecie dicto §. Qui verò. numero 21. Felin. dicto cap. 2. de Magiſtr. limit. 3. ſub num. 4. Nauar. dicto conſil. 13. num. 7. in fine, & in Man. capite 17. num. 98. Nam quoàd Deum, cui omnia patent, & ſunt manifeſta, ſtatim incidit contraueniens in pœnam ſpiritualem, & ad animam ſpectantem. Vnde in caſu dicti cap. Excomunicationi. de Raptor. erit ligatus contraueniens

Digitized by Google

ueniens quoàd Forū interiùs; vt notat Caiet. ita intelligendus, relatus, & ſecutus à
3 Nauar. cap. 27. nu. 117. ad fin. Licèt quoàd pœnas temporales non ligabitur, per gloſ. in cap. Fraternitas. 12. quæſt. 2. quia non debentur ante ſententiam declaratoriam, per dicta ſub verbo Pœna. Diff. 20. Adde tradita verbo Excommunicatio. Diff. 10.

SVMMARIVM.

1 *Lex pœnalis in Foro exteriori extenditur ad caſus ſimiles.*

2 *Secùs in Foro interiori, & conſcientiæ.*

3 *Niſi ad correlatiuos: dummodò ſit eadem ratio. aliàs ſecùs.*

4 *Vel niſi ad cōmunicantes in eodē crimine.*

5 *Excommunicatio lata contra vnum ex cōcubinariis, extenditur ad ſocium.*

6 *Miniſtrans excommunicato in Miſſa, & etiam rebaptizanti, ſit irregularis.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 LEX pœnalis in Foro exteriori extenditur ad caſus ſimiles, gloſſa in Clement. 1. verbo Eligatur. de Elect. & in cap. 1. verb. Italiæ. de Tēpor. ordin. lib. 6. ſingul. gloſſa in Auth. de Hæred. ab inteſt. venient. §. fin. verſ. Ordinem. Collat. 5. commēdata à Bal. in l. fin. C. de Hæred. inſtit. & gloſſa in Auth. Minoris debiti. C. Qui tutor. comendata à Soc. in l. 1. col. 3. ff. de Vulg. vbi alias plures gloſſas adducit. docet Panor. in cap. Si quis contra. de Foro cōpet. & in cap. Tranſlato. in prin. & ibi eius Addit. de Conſtitutio. Silu. verb. Lex. quæſt. 18.

2 At in Foro interiori, non extenditur. Caſtro de Lege pœnali. cap. 7. Soto, Couar. & Perez relati ab Henriq. tit de Indulgentiis. cap. 30. §. 4. litera C.
3 Niſi ad correlatiuos; vt poſt Panor. & Fel. docet Nauar. cap. 22. num. 74. & Henriq. ſuprà in text. Quod eſt verum. vbi eſt eadem ratio. ſecùs ſi diuerſa; vt per Mandoſ. de Monitor. quæſt. 4. nu. 7.
4 vel, niſi ad communicantes in eodem crimine. bonus text. in cap. Si concubinæ. de
5 Sentent. excommunicat. vbi excommunicatio lata contra vnum concubinarium, extēditur ad alterum, ſcilicet ad ſocium eiuſdem criminis. ad idem cap. 1. de Offic. Vicar. lib. 6. Couar. in capit. Alma. 1. par. §. 5. num. 5. Nauar. cap. 27. num. 32. Maiol. de Irregul. lib. 3. capit. 21. numero 17. vbi ſin-
6 gulariter ex hoc reſoluit miniſtrantem excommunicato in Miſſa, & etiam rebaptizanti, fieri etiam irregularem per ſocietatem delicti. Vide ad idem cap. Significauit. de Senten. excommunicat. Et pro eius ornatu vide Clar. quęſt. 77. nu. 18.

SVMMARIVM.

1 *Statuta obligantia viciniores populos ad ſoluenda robaria, & homicidia; procedunt tantùm in Foro exteriori.*

2 *Non tamen in Foro interiori, licèt ſint iuſta, & vtilia: quia ſunt pœnalia.*

3 *Melius obuiatur malis, faciendo fraternitates, vulgò* la hermandad.

DIFFERENTIA SEXTA.

1 IN QVIBVSDAM Regnis, & Dominiis ſunt ſtatuta, & pragmaticæ conditæ circa robaria, homicidia, & alia damna in itineribus, & viis publicis commiſſa, obligantia viciniores villas, ſeu populos, ad eorum ſatisfactionem, niſi dederint malefactores. Quæ quidem ſtatuta, licèt ſint rigida, dura, & nimis exorbitantia; tamen experientia teſte, fuerunt vtiliſsima; & in magnum bonum publicū cederunt. Timore enim dictę pœnę, populi vigilantiore cura obſeruant; nè in ſuis terminis, & territoriis homines ſuſpecti commorentur; nec potentes viri, ac no-

ac nobiles (quorum domus ſæpe ſolent eſſe receptacula talium hominum ad ſuas iniurias vindicandas) audent facinoroſos homines,& iſtos valentes ad malum, vulgò *valentones, y de la vida irada*, in domos ſuas recipere ; timentes ne à populis, caſu aliquo contingente, bona ſua, ac domus deſtruantur. Vnde cùm prædicti peſſimi, ac malæ vitæ homines non habeant quo tutò accedãt, & commorentur:neceſſitate compulſi vltro ſe exulant vſque ad loca remota,& alia Regna, vbi talia ſtatuta non extant.

2 Quãuis igitur prædicta ſtatuta pro bono regimine viſa ſint vtilia,& iuſta: nihilominus tamen vt exorbitantia, & in ſola præſumptione fundata, & pœnalia; minimè procedunt, nec locum habent in Foro, & iudicio diuino, & interiori: & ſic non tenentur in conſcientia ipſi populi vicini ſoluere robaria; nec alia damna reſarcire, ſi quæ ab iſtis perditis hominibus in itineribus publicis dẽtur; dũmodò ipſi populi talia dãna præcauere nõ poſsint,nec impedire; nec in ipſis culpabiles notabiliter ſint.

3 Et obſerua ſanctiùs,meliùs, & vtiliùs ad obuianda prędicta dãna fore non condere ſupradicta ſtatuta; ſed alia vulgò dicta, *De la Santa hermandad*,aut *de la liga*,per quæ compellũtur homines vicini cuiuſq; villæ, caſu aliquo contingente, vel ingrediẽtibus villas,ſeu eorũ terminos ſæpe dictis perditis hominibus, cymbalis Eccleſiæ tangentibus,exire omnes è villis ad quærendos eos,& cõprehendẽdos.Ita enim fit, vt minimè audeant prædicti malæ vitæ homines malè agere,nec ingredi fines taliũ Regnorũ.vnde cõmorãtes in eis magna pace, & ſecuritate fruũtur, prout videmus in Regno Caſtellæ,& aliquãdo vidimus in Principatu Cathaloniæ, & Romæ, & terminis eius,tempore Xyſti Papæ Quinti.

SVMMARIVM.

1 *LEX merè pœnalis non obligat in Foro interiori, ſed exteriori.*

2 *Dum modò nõ ſit lata ſuper re aliàs de iure naturali, vel diuino probibita, & talis fuerit mens Legislatoris.*

3 *Sed contrarium reſoluitur.*

4 *Omnis lex iuſta, & de re graui diſponens obligat ad mortale.*

5 *Omnis legis tranſgreſsio, ad minus eſt venialis; niſi expreſsè aliud in ea caueatur: vt in ſtatutis B. Dominici.*

6 *Qui promittunt Beneficia vacatura, peccant mortaliter.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 LEX merè pœnalis non obligat in Foro conſcientiæ, ſed tantùm in exteriori. Ita Matheſ. notab.78. Dec.in cap. Nam concupiſcentiã. in 2.lect.de Cõſtit.Lud.Gom.in c.2.n.60. eod.tit.lib.6.Iaſ.in l.2.n.143.C.de Iure Emphyt.& in §.Item ſi quis poſtulante. n. 78. Inſtit.de Action.Naua.latè in Manua.c.23. à nu.55.& in c.Fraternitas.12.q.2. nu.23. Caiet.2.2.q.186.art.9. & in Summa verbo Præcepti trãſgreſsio.Henric. Boter.de Synodo.3.p.art.2.ad fi.latè Meſsias in Pragmatica panis.concluſ.3.n.26.Beia 1.p.caſu 13.Angel.verb.Inobedientia. §. 1. & alii à Couar.relati in Regula Peccatum.2.p.§.5. n.2.Vide exempla dict. legis merè pœnalis Exod.22.1.& in cap. Qui non probauerit.2.q.3.& in l.Capitalium.§.Solent.ff.de Pœnis.

2 Quod intelligunt eſſe verũ,dũ modò illa lex nõ ſit lata ſuper re aliàs de iure diuino, vel naturali prohibita;nec ſit mens,& intẽtio Legis latoris obligans, etiam ad culpã, ſeu vtrumque Forum.aliàs ſecùs.

3 Sed certè cùm mẽs omnis Legiſlatoris ſit vt quę ſua lege pręcipiũtur,ab omnibus obſeruentur; ſoleatque apponi pœna ad maiorem legis obſeruantiam : vt quos timor Dei à tranſgreſsione non arceat, ſaltem id præſtet pœnæ formido : non video qualiter hæc vltima conditio in vlla lege deſideretur: cùm regulariter inter Chriſtianos in omnibus legibus talis ſit mens Legiſlatorum.quicquid contra dicat

Nauar.

Digitized by Google

4 Nauar.ſup.Deinde cùm certum ſit omnem legem iuſtam,& de re graui diſponentem, etiam gentilium, & Romanorum, (qui de æterna vita nihil curarunt, vt dicit idem Naua.)obligare ad mortale,iuxta gloſſam receptam in cap. Quæ in Eccleſiarum. de Conſtit.& diximus verbo Ignorantia.Diſt. 2. ad quid,obſecro, nos facere Iudices debemus de mente Legiſlatoris; cùm officium ſubditi ſit obedire, & non de actibus interioribus ſui Superioris inquiſitionem facere? præſertim cùm ex materia legis colligatur mens Legiſlatoris, nec ſit vlla
5 legis tranſgreſsio, quę ratione inobedientiæ non ſit ſaltem venialis;niſi expreſsè caueatur in ipſa non obligare ad vllam culpam,etiam venialem,vt ſunt plures conſtitutiones Fratrum Prædicatorum.

Quare meritò opinio contraria eſt tenenda, quam latè defendit poſt alios Couar. vbi ſuprà. Pro qua eſt text. optimus, ab eo non allegatus,in capit.Deteſtanda de Conceſsione præb.lib.6. quatenus habet tranſ-
6 greſſores Concilii Lateranen. ſub pœna prohibentis Beneficia vacatura promitti, peccare mortaliter. Nam talis prohibitio non eſt de materia, aliàs iure diuino, vel naturali prohibita,& tamen dicit vltra pœnam: pecare mortalirer. Idem docet optimè Salon de Iuſt.quæſt.62.art. 3. col.734. poſt D.Thom.2.2.quæſt.108. art.4.& 1.2. quæſt. 69.artic.4. per tres rationes. prima, quia omnis pœna regulariter ſupponit culpam. Secunda,quia à culpa oritur impoſitio pœnæ maioris, vel minoris; vt habetur Deut.25.*Iuxta menſuram* (inquit) *delicti, erit & plagarum modus.* Tertia eſt iam dicta,ſcilicet, pœnam apponi ad maiorem legis obſeruantiam. Vide ad idem Soto lib. 1.de Iuſt.quæſt.6.art.5. vbi dicit eſſe errorem vulgi putantis; cum ſua pœna licere cuilibet legem traſgredi.Vide latè P.Salas de Legi.diſput. 15. Sectione 1. per totam. vbi num.12. in fin.allegat cum Toleto & Sayro in confirmationem dictorum, text. in cap.fin.de Celebr.Miſſa. ſed nihil facit, quia ibi pœna apponitur pro exceſsibus. aliàs grauiter culpabilibus.Celebrare enim Latinum in Eccleſia occidentali in pane fermentato, & non in azimo, eſt contra vniuerſalem Eccleſiæ conſuetudinem; & in re graui. celebrare etiam ſine igne, eſt contra cap. Vaſa. de Conſecra. diſt.1.quod expreſsè denotat eſſe peccatum mortale. Non mirum ergo ſi propter tales exceſſus priuetur ibi delinquens officio, & Beneficio. & ſic conſtat illum text. non benè allegari pro materia merè pœnali, aut mixta. Adde Iacob. de Graff. in ſuis Deciſsionibus lib.2.cap. 10.num.15.& 16.

SVMMARIVM.

1 *Contractus irritus, & nullus per legem ex defectu formæ per eam traditæ: an ſit nullus in Foro conſcientiæ; ſi verè partes in eum conſenſerunt.*

2 *Hæres in teſtamento minus ſolenni inſtitutus, an poſsit tuta conſcientia penes ſe retinere bona.*

3 *Donatio ſine inſinuatione facta, an valeat in Foro conſcientiæ.*

4 *Carpitur Soto,quòd Canoniſtas circa deciſionem caſuum conſcientiæ, indignos,& inhabiles reputet.*

5 *Quod eſt Iuri conſonum, eſt etiam,vt iuſtum, in conſcientia obſeruandum.*

6 *Lex iuſta non fundata in præſumptione, obligat in vtroque Foro.*

7 *Vbi ius reſiſtit contractui; tunc nec ciuilis, nec naturalis naſcitur obligatio.*

8 *Contrahens cum minore abſque tutore, vel decreto Iudicis: tenetur ad reſtitutionem.*

9 *Princeps, & Eccleſia ob bonum publicum poſſunt anullare contractus quoad vtrumque Forum.*

10 *Electio facta de ſcienter indigno; quamuis ſit nulla de Iure Canonico: ſi tamen ſine fraude facta fuerit; valet, & tenet in Foro conſcientiæ.*

11 *Si in alienatione rei Eccleſiæ, Ciuitatis, vel minoris, non fuit ſeruata forma Iure Ciuili, vel Canonico tradita: fuit tamen facta in caſu licito, & interueniente libero conſenſu eorum, qui alienationi conſentire debet: valet coram Deo alienatio.*

12 *Contractus factus à muliere ſine conſenſu mariti, vel propinquorum requiſito: valet in conſcientia.*

13 *Actus poteſt eſſe nullus de iure poſitiuo: & validus de iure naturali.*

14 *Irritatio actus, eſt pœna.*

15 *Pœna ipſo facto, vel iure, impoſita, non debetur in Foro conſcientiæ, donec per Iudicem declaretur, vel condemnetur.*

16 *Lex fundata in præſumptione, non obligat in conſcientia.*

17 *Tandem reſoluitur hæc differentia, & eius materia per duas concluſiones.*

18 *Carpitur Fr. Emman. Rodrig. applicans doctrinam huius differentiæ, donationibus magnis, factis per Eccleſiaſticos ſuis cognatis.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 CONTRACTVS irritus, & nullus per legem, ex defectu formæ per eam traditæ; non eſt nullus in Foro conſcientiæ; ſi verè partes in eum conſenſerunt. & ideò res ita tranſlata, poteſt retineri in conſcientia; donec per Iudicem, ſententia mediante, ad
2 eam reſtituendam contrahens compellatur. Idem dicendum eſt de teſtamento minùs ſolenniter facto; ſcilicet ab hærede, tuta conſciẽtia, poſſe retineri bona, quãuis aliàs teſtamẽtũ ex defectu formæ ſit nullũ.
3 Idẽ de donatione nõ inſinuata, & ſimilib.

Hanc differentiam tradit Soto lib. 4. de Iuſti. & iur. quæſt. 5. art. 3. §. Nũc igitur. verſ. Crediderim. & eam valde commendat Fr. Emmanuel Rodrig. poſt Fr. Lndou. Lopez in Summa, verbo Limoſna. c. 182. concluſ. 6. in fin. Eam etiam tenet Sanchez de Matrimonio. lib. 3. diſput. 4. num. 1. & vlti. dicens eſſe valde probabilem; & Probus ad Monac. in cap. 2. num. 76. de Conſtit. in 6. & eam habuit Soto à noſtris; præſertim ab
4 Inno. & aliis, de quibus infrà §. 2. Vnde (vt hoc etiam obiter dicam) cùm ipſe Soto, & pleriq; Theologi; tam iſtum caſum, quàm alios quamplures decidant iuxta opinio-
5 nem noſtrorum (cùm regulariter, quod eſt iuri conſonum, ſit etiam vt iuſtum, in conſcientia obſeruandum; vt in principio huius operis tradidimus) mirum eſt quomodò ita ſit nobis infeſtus præfatus magiſter circa deciſiones caſuum conſcientiæ; indignos nos arbitrãs ſimilia iudicia exercere, vt in hoc articulo pag. 294. & lib. 1. quæſt. 6. artic. 6. pag. 56. videre eſt. Vnde in hoc meritò à quibuſdam reprehenditur. Redeundo igitur ad rem, de qua agimus, dico præfatam differentiam tanquam ſingularem, & mirabilem, eſſe valde notandam. Per eã enim declarantur multa iura, & multorum conſcientiæ ſedari poſſunt.

Et tota eius difficultas conſiſtit in reddenda ratione diuerſitatis inter vtrumq; Forũ; nẽpe, quomodo contractus nullus in Foro iudiciali; non ſit nullus, ſed validus in Foro conſcientiæ.

6 Nam contra eam facit, Primò legem iuſtam, non fundatam in præſumptione, obligare in vtroque Foro, iuxta glo. receptã 1. in c. Quæ in Eccleſiarum. de Conſtit. docet D. Thom. 2. 2. q. 96. art. 4. Idem Sot. in dict. art. 3. in 4. argumento, & lib. 1. q. 6. artic. 4. Naua. cap. 23. nu. 42. & alii citati ſub verbo Ignorantia. Diff. 2. n. 8. At prædictæ leges irritantes contractus, & teſtamenta, ſine certa forma facta; licèt ſint motæ, & editę ad obuiãdas fraudes: non tamẽ ita fundãtur in præſumptione, vt ſi ceſſet fraus, velint etiã vt ceſſent formæ per ipſas introductæ, & præceptæ. Quin immò volũt vt in omni caſu ſeruetur forma, etiam ſi nulla fraus interſit. De iuſtitia autẽ dictarũ legũ non eſt dubitãdũ, cùm ſint factę in bonũ cõmune, & ad auertẽdas fraudes, & malitias hominũ, quibus bonus vir, & iuſtus, eſt infeſtus valde; & Iura eas odio maximo proſequũtur. Ergo d. leges tãquã iuſtę, & in ſola pręſumptione nõ fundatę, debent vẽdicare ſibi locũ, & obligare in vtroq; Foro. aliàs videtur abſurdũ, eſſe in poteſtate ſubditorũ, vt leges iuſtæ non militẽt niſi in Foro exteriori; contra not. ſup. verb. Ignorãtia. Dif. 2.

Secundò facit text. memorabilis qui mihi magnam incutit vim pro hac opinione in l. Si creditoris. 17. C. de Fideicom. cuius verba ſunt, *Si creditoris volũtas iure ſubnixa liberari te debito volentis, doceri poteſt: etiam antequàm ſolenniter tibi liberatio à ſucceſſore præſtetur, exceptionem tibi ex voluntate defuncti deſcendentem competere manifeſtum eſt.* Ex quibus verbis apertè dedu-

deducitur à contrario ſenſu, non dari exceptionem debitori, cui legatum eſt debitum in teſtamento minùs ſolenni, ſi ab eo debitum per hæredem legitimum petatur in iudicio; & conſequenter non oriri ex teſtamento minùs ſolenni obligationem naturalem efficacem; per not. in Prælud. nu. 24. ſed aliam de honeſtate, & debito morali, pro vt ibid. nu. 25. annotauimus, & tenet Coua. in cap. Cùm eſſes. nu. 9. de Teſta. quamuis communiter DD. teneant contrarium, teſte Iaſ. infr. nu. 13. & Coua. dict. cap. Cùm eſſes. nu. 5.

7 Tertiò facit doctrina Paul. de Caſtro. in l. Si non ſortem. ff. de Cōdictione indedi. vbi dicit vbi ius reſiſtit contractui; tunc nec ciuilem, nec naturalem naſci obligationem. ſecùs vbi non reſiſtit; ſed tantùm non aſsiſtit. Adde ad idem nota. ſub verb. contractus. in Differentia 14. in fi. At vbi lex anullat contractum: certum eſt reſiſtere eidem, & ſic ex eo non poteſt nec ciuilis, nec naturalis obligatio oriri, per text. in l. Cùm lex. ff. de Fideiuſſo. quia prohibitio legalis impedit eas, & probat latè Salas. de Legi. quæſt. 96. tract. 14. Sectione 12. per totam; vbi defendit ex actu lege humana irrito, nullam oriri naturalem obligationem. Idem probat Coua. in dict. cap. Cùm eſſes. de Teſta. à nu. 4. quantum ad naturalem veram, & efficacem, obligātem in Foro animæ: concedit tamen oriri honorariam, nu. 9. ad fi.

8 Quartò facit Dictum ſing. Inno. in cap. Quia plerique. nu. 3. verſ. Sed quid dices. de Immuni. Eccleſ. vbi docet contrahentem cum minore, ſine auctoritate tutoris, vel decreto Præſidis, teneri ad reſtitutionem. Ergo defectus formæ irritantis contractum, impedit dominii tranſlationem, in vtroque Foro.

9 Quintò facit negari non poſſe, à Principe, & Eccleſia, ob bonum publicum poſſe anullari cōtractus quoàd vtrumque Forū, ſi certa forma ab eiſdem tradita, non ſeruetur. Poſſe etiam coarctari liberas hominum voluntates, ad ſic, & non aliter, contrahendum, vt fecit nouiſsimè Concil. Tridentinum, Seſsione 24. cap. 1. de Reform. matrim. circa matrimonia clandeſtina, & Xyſtus Quintus in ſua Extrauag. circa receptiones Nouitiorum.

Nec ſatisfacit ratio diuerſitatis, quam aſſignat Soto dict. art. 3. §. Nunc igitur. verſ. Crediderim. nēpe iura humana nihil aliud voluiſſe præfatis legibus; quàm vt in iudicio tales contractus habeantur nulli: non autem vt ipſo facto tranſlatio facta contra formam, ſtatim ſit nulla. Nam huiuſmodi ratio eſt diuinatoria, immò, & falſiſsima. Vnde enim conſtat mentem ſtatuentium prædictas leges, ſolūmodo voluiſſe quod ipſe dicit? quinimmò eſt contra regulam iuris (de qua in l. Nō dubium. C. de Legi.) vbi factum contra legem, maximè irritantem, eſt nullum. Si ergo contractus eſt nullus: neceſſariò debent eſſe etiam nulla, omnia facta vigore ipſius. aliàs inutilis eſſet lex, ſi non anullaret factum contra ſe ipſam; immò intēdit lex irritans, anullare quicquid contra ſe fiat. Quod vt clarius innoteſcat, ponamus à Nouitio aliquo fuiſſe factam donationem ſuorum bonorum, non ſeruata forma tradita in Concil. Trid. Seſsione 25. c. 16. de Regul. Perſpicuum eſt (licèt vigore dictæ donationis, à donatario capiatur poſſeſsio bonorum) eū non eſſe dominum illorum; quia dominiū eorum non potuit transferri in ipſum, vetante Concilio, & irritam talem donationem faciente. aliàs fruſtranea eſſet, aut tātùm verbalis talis prohibitio, & irritatio. Ergo neceſſariò etiam irritatur tranſlatio; quia hoc principaliter intendit Concilium. aliàs enim ſi tranſlatio dominii eſſet valida (vt putat Soto) profectò præfata donatio eſſet magni effectus. Quòd ſi tranſlatio eſt nulla: non potuit donatarius acquirere ex ea bonorum dominium; cùm titulus nullus inficiat poſſeſsionem, cap. Cùm ad ſedem. de Cauſ. poſ. & habeatur pro non titulo. Ita arguit Inno. ſuprà ad obligandum contrahentem cum minore ſine tutoris auctoritate, ad reſtitutionem. Ergo donatarius recipiens rem, non poterit eam retinere tuta conſcientia. Et ita concedit, & reſoluit Coua. contra Sotum. in c. Cùm eſſes. de Teſta. nu. 10. illatione 2. dicens teneri hęredem minùs ſolennem reſtituere in conſcientia bona defuncti hæredibus ab inteſtato venientibus. Data enim nullitate tituli, videtur impoſsibile de iure poſſe trans-

ſe transferri dominium in hæredem minùs ſolennem. Idem tenet, & defendit idem Coua. in cap. Quamuis pactum. 2. parte §. 4. nu. 6. vbi probat mulierem per contractum factum ab ipſa ſine viri licentia, non remanſiſſe naturaliter obligatam, ex quo per ſtatutum id prohibetur, & irritatur. Idem in ſimili concludit Cancer. 2. tom. var. cap. 1. quæſt. 39. nu. 195.

Sed pro opinione Soti, & aliorum ſuprà in principio citatorum adduco Dictum ſolenne Inno. in cap. Quia propter. nu. 9. de Elect. & in cap. Si celebrat. n. 5. de Cleri.
10 excom. vbi dicit electionem factam de ſcienter indigno; quamuis ſit nulla de Iure Canonico: ſi tamen ſine fraude facta fuerit; valere, & tenere in Foro conſcientiæ: & ſic electum eſſe tutum coram Deo, ex quo habet voluntatem, & conſenſum maioris partis Capituli. De hoc Dicto faciunt magnum feſtum Doctores noſtri, præſertim Panor. in cap. 1. nu. 19. de In integ. reſt. & in cap. Quia plerique. nu. 81. de Immun. Eccl. & in cap. Porrectum. de Regul. Feli. in cap. 1. nu. 39. vſque ad n. 47. de Conſtit. Iaſ. in l. Si poſt diuiſionem. nu. 12. C. de Iur. & fact. igno. & in l. Iulianus. num. 2. & in l. Si non ſortem. §. 1. ff. de Cōdict. indeb. Gigas. de Penſio. quæſt. 34. nu. 9. & Naua. conſ. 4. nu. 2. de Elect.

11 Ex quo Dicto Inno. infert Panor. dict. c. 1. de In integ. reſt. in fin. ſi in alienatione rei Eccleſiæ, ciuitatis, vel minoris, non fuit ſeruata forma Iure Ciuili, vel Canonico, tradita; fuit tamen alienatio facta in caſu licito, & interueniente libero conſenſu illorum qui alienationi conſentire debebāt: valere coram Deo alienationem. Et conſequenter obtinentem rem illam eſſe tutum in conſcientia, donec per Iudicem dicta alienatio declaretur nulla, & præcipiatur rem ipſam reſtitui.

12 Hinc etiam dicit idem Panor. in cap. Relatum. 1. nu. 5. de Teſta. quem refert, & ſequitur Feli. dict. cap. 1. nu. 40. de Conſti. & Iaſ. dict. l. Si poſt diuiſionem. num. 13. & in §. Iſtæ quidem. nu. 131. Inſt. de Actio. contractum mulieris factum ſine fraude, etiam non ſeruata forma ſtatuti, cōſenſum mariti, vel propinquorum requirentis: valere in conſcientia. Quod nota pro declaratione l. 55. Tauri. quicquid cōtra teneat Coua. in cap. Quamuis pactum. 2. parte §. 4. nu. 6. verſ. 4.

13 Pro cuius Dicti Inno. & aliorum ex eo illatorum confirmatione, allego text. ſing. & mente tenendum in cap. 1. in prin. de Sponſa. lib. 6. quatenus probat ſponſalia inter conſanguineos, vel affines, vel alios, quauis ratione nulla; modo non ſint ex defectu conſenſus: parere impedimentum publicæ honeſtatis. Ex quo infert Gemin. ibi, actum poſſe eſſe nullum de iure poſitiuo, & valere de iure naturali. & ſic illū tex. notat ibi Gemin. pro ſupra relato Dicto Inno.

Præterea prædicta opinio videtur duabus
14 poſſe fulciri rationibus. Prima eſt, quia irritatio actus, eſt pœna; vt probat text. in cap. Si Religioſus. de Elect. lib. 6. notat gl. verb. Proceſſus. in cap. Decet. §. Ordinarii. de Immun. Eccleſ. & Feli. in cap. 2. num. 3. de Conſtit. Communem dicit Boëri. deciſ.
15 1. n. 16. At pœna, etiam ipſo iure, vel facto impoſita, nō debetur in Foro conſciētiæ, donec per Iudicem ad eam quis condemnetur, vel in eam incurriſſe declaretur, ex gl. Recepta. in c. Fraternitatis. 12. q. 2. Feli. in cap. Rodulphus col. pen. & vlti. de Reſcri. Thom Gramma. deciſ. 15. nu. 8. & Ludo. Meſsia. in Pragmatica Panis. concluſione 6. n. 65. & dicemus ſub. verb. Pœna. in Differ. 20. quamuis hæc ratio militet quādo per pœnam aſtringitur quis ad aliquid ſoluendum, requiriturque aliqua executio hominis. Secùs vbi nulla requiritur. arg. eorum quæ diximus de pœna excommunicationis in Differentia 16. Facit verb. Pœna. Differentia 14. veriùs eſt tamen, requiri declarationem in hoc noſtro caſu; vt infra nu. 17. videbis.

16 Secunda ratio deſumit poteſt ex regula illa notiſsima, nempe legem fundatam in præſumptione, non obligare in Foro conſcientiæ; quando in contrarium eſt veritas; vt probat text. & ibi omnes notant Doctores, in cap. Is qui fidem. de Sponſa. & docet Panor. in cap. Raitaldus. nu. 14. de Teſta. Feli. latè in cap. Canonum ſtatuta. col. 11. verſ. Hanc fallentiam. de Cōſt. Coua. in cap. Cùm eſſes. nu. 9. de Teſtam. & habes verb. Lex. in Differentia 10. Iam

verò

Digitized by Google

verò negari non poteſt pręfatas leges formam certam ſtatuentes, & contractus cōtra eas factos, irritantes; fundari in præſumpta fraude, vel violentia, aut dolo; & ad eas obuiandas, prædictas formas ſub pœna irritationis actus, ſtatuiſſe; prout docet Feli.in dict.cap.1.nu.48.de Conſtit. vbi dicit canonem requirentem ſolennitatem, fundari in præſumpta fraude. Et ſic ea ceſſante, ceſſare canonem quoàd Deum.

Nec obſtat quod in primo argumento in contrarium facto, diximus, nempe prædictas leges nō fundari in ſola præſumptione; nam (eſto vt nulla fraus interueniat) nihilominus volunt vt contractus abſque forma celebratus, ſit nullus. Quoniam licèt hoc verum ſit: non tamen ex hoc ſequitur prædictas leges non fundari in præſumpta fraude vel violentia: cùm conſtet ob eas obuiandas, factas fuiſſe, vt poſt Panor. docet Silu. verb. Hæreditas. 3. quæſt. 7. Et ſic nōmirum, ſi cōtractus abſque forma factus, ſit validus in Foro conſcientiæ, quando partes libere in eum cōſenſerunt; quamuis in Foro exteriori ſit nullus. Sed hæc reſponſio ex eo claudicat; quia ſi lex, non obſtante quòd ſuſpicio fraudis ceſſet: voluit ſuam diſpoſitionem vim ſuam obtinere, & obſeruari: manifeſtum eſt ipſam ſuſpicionem fuiſſe tantùm cauſam impulſiuam: & principalem cauſam legis fuiſſe, vt res cautius, & tutius fieret: & conſequēter non poſſe ceſſare legem in Foro conſciētiæ; licèt nulla fraus interuenerit. quod confirmatur per ea, quę tradimus, ſub verb. Teſtamentum. Differentia 7.

Nō obſtat etiam doctrina illa Paul. dict. l. Si non ſortem. quia intelligitur vbi ius reſiſtit, fundando ſe ſuper certo. Secùs ſi ſuper incerto, ſeu fraude præſumpta; vel fiat ad obuiandas fraudes. Sed hæc reſponſio potiùs confirmat opinionem Coua. cū paulo ante dixerimus dictas leges nō fundari principaliter in fraude: ſed ſuper certo.

Ad Dictum verò Inno. in d. cap. Quia plerique. reſpondetur loqui de minore, in quo non datur ſufficiens conſenſus ad contractus celebrandos: quippe ob defectum ætatis, & diſcretionis, eſt de iure inhabilis ad contrahendum ſine auctoritate tutoris, vel Præſidis: & ideò non mirum ſi non transferat dominium in contrahentem cū eo.

Ad quartum reſp. concedendo id ipſum, nempe poſſe Principem anullare contractus quoàd vtrumque Forum; ſed negamus id voluiſſe latores dictarum legum, ob rationes ſupra traditas. Sed hæc reſponſio impugnatur per ea quæ diximus ſup. nu. 9. verſ. Nec ſatisfacit.

17 Quid igitur dicendum in tanta varietate opinionum? Profectò res eſt valde difficilis, & periculoſa pro Foro conſcientiæ, cùm ſint Doctores grauiſsimi prò vtraque opinione, & contraria tenentes circa Forum conſcientiæ. Arbitror tamen per ſequentes concluſiones decidi poſſe.

Prima eſt, teſtator tenetur in conſcientia ſeruare omnem ſolemnitatem in teſtamētis à iure requiſitam; cùm ſit inſtituta ob bonum publicum, & ad obuiandas multas fraudes quæ circa dicta teſtamenta emergere poterant. Et hoc probat primum fundamentum Coua. de quo ſupra num. 6. & etiam alia duo quæ ipſe adducit dict. cap. Cùm eſſes. nu. 7. & 8. verſ. 3. & 4.

Secunda, ſi teſtator non ſeruauit ſolennitatem à lege requiſitā ob aliquod iuſtum impedimentum, ſeu iuſtam ignorantiam ſuam, vel notarii: nihilominus hæres ſcriptus virtute teſtamenti, licèt minùs ſolennis, & imperfecti, poteſt capere bona, ſeu hæreditatem, & ea retinere, dùm non declaratur per Iudicem eſſe nullū, & imperfectum; per tradita, verb. Pœna. Differ. 20. & verb. Iudex. Differ. 9. Et in hoc conſiſtit preſens hæc differentia. Nam præfatum teſtamentum imperfectum, quamuis in rei veritate, & in Foro externo, appareat nullum: in Foro verò cōſcientiæ, eſt validum, dum non declaratur per Iudicem eſſe nullum, & ita tenet D. Anto. 3. parte tit. 10. cap. 3. §. 14. Silu. verb. Teſtamentum. 1. §. 7. notab. 4. Paul. Comitol. lib. 7. Reſpon. Moral. quæſt. 1. per totam. & quæſt. 6. nu. 5. & quæſt. 8. nu. 2. quicquid dicat Couar. ſup. num. 10. Illatione 2. Quod adeò verum eſt, vt ſi quis conficiat priùs teſtamentum ſolenne, & poſteà manu ſua propria faciat alterum: ſtandum ſit vltimo, etiam imperfecto, probata manu teſtatoris. Ita

tenent

tenent DD.prȩcitati,& in pluribus Regnis anteferturprimo, etiam in Foro exteriori. Et idem dicendum eſt de contractibus factis ſine ſolennitate à iure requiſita, ſi ob aliquod iuſtum impedimẽtum omiſſa fuit, vt probat Paul.Comit. dict.lib. 7. quæſt. 4. nu. 5. Et obſerua communiter contractus & teſtamenta imperfecta, eſſe talia ob aliquod impedimentũ ſeu ignorantiã; ideoq; non mirum ſi valeant ſaltẽ in Foro animȩ, cùm conſtat de voluntate libera, & non coacta, vel decepta teſtatoris, vel contrahentium. Et quamuis teneantur ſeruare in vtroque Foro ſolennitates à iure ſtatutas: iuſtum tamen impedimentũ, & iuſta ignorantia, eos excuſat; & ſic æquitas ſuadet, vt dictis in caſibus ſint excuſati, tam teſtator, & eius hæres, quã contrahentes. Quòd ſi impedimentum, & ignorantia non fuerint iuſta, & excuſabilia; cognito hoc, & declarato per Iudicem: tunc proculdubio teſtamenta, & contractus declarabuntur nulla,& cõſequenter obligabit in cõſcientia prȩdicta ſententia ſtatim hȩredem ſcriptum ad reſtituenda bona hæreditaria hæredi legitimo, ſeu venienti ab inteſtato; & contrahentibus ad facienda ea quæ Iudex præcipiet. Et ad hoc tendit fundamentum Coua. in dict.cap.Cùm eſſes.nu.7.verſ.Eadem ſententia. Docto enim de nullitate tituli;nullo modo poteſt hæres licitè bona hæreditaria retinere; iuxta dict.ſup.nu.9.

Et confirmantur ſupradicta per ea quæ reſoluimus. verb. Hæreditas. Differentia 11. nu. 4. & Differentia. 12. nu.5. & verb. Pœna. dict. Differentia 20. & verb. Reſtitutio. Differentia 20.

18 Et obſerua obiter Fr. Emmanuelem Rodrig. in Summa. verb. Limoſna. cap. 182. concluſione 6. non benè accommodare prædictam doctrinam Soti ad donationes magnas per Eccleſiaſticos ſuis cognatis factas. Nam per eam vult præfatas donationes defendere ab earum reſtitutione, contra Fr. Lopez. Enimuerò donationes illȩ, non ſunt irritæ ob præſumptam aliquã fraudem: ſed quia fiunt à non abſolutè dominis, vt copioſè tradidimus, ſub verb. Beneficium. Differ.6.

SVMMARIVM.

1 *CONSVETVDO praua, quando, & à qua pœna excuſet.*

DIFFERENTIA NONA.

1 CONSVETVDO praua in Foro cõtentioſo excuſat à pœna temporali tranſgredientem legem, etiam naturalem, ſecundùm gl. in cap. Cùm venerabilis. de Conſue. quam dicit auream Feli. in cap. In noſtra. nu. 12. de Reſcri. & eam probat Præpo. in cap. Cũ non eſt. nu. 10. de Sponſa. & dicit communiter approbatam Gome. in cap. 1. nu. 131. de Conſue. lib. 6.

In Foro verò conſcientiæ, non excuſat à pœna gehennali, ſecundùm gl. in cap. Deniq;.4. diſt. quam ibi cõmendat Prȩpo. & dict. cap. Cùm venerabilis. & DD. in l. De quibus. ff. de Legi. Tiraq. l. 9. connub. nu. 4. Naua. conſ.4.nu. 5. de Accuſa. Infer ad not. ſub verb. Venditio. Diff.8.

SVMMARIVM.

1 *LEGISLATOR in Foro exteriori nõ incurrit pœnas, nec tenetur ſeruare ſuas leges ſub pœnis earum, niſi iuraſſet eas ſeruare.*

2 *Papa excommunicatus ante Papatum, nõ indiget poſteà abſolutione ab ea, quia ſola voluntate abſoluitur.*

3 *Papa cõmunicando cum excommunicato ſcienter, & eum intendens abſoluere; remanet dictus excommunicatus abſolutus ipſo facto.*

4 *Legislator non ſeruans ſuas leges: peccat ſaltem venialiter.*

5 *Epiſcopus cõmittens delictum, non incurrit excom-*

Digitized by Google

excommunicationem à ſe latam cẽtra ipſum perpetrantem.

6 *Confirmator eligens minùs dignum, non incurrit excommunicationem à ſe latam cõtra eligentes indignum.*

7 *Duo cõiudices, ſi dãtur ad aliquã cauſam, non poteſt vnus facere aliquid ſine ſuo ſocio.*

8 *Aliud eſt inueſtire, vel excommunicare, & aliud mandatum de inueſtiendo, ſeu excommunicando.*

DIFFERENTIA DECIMA

1 PAPA, & alii legiſlatores non obligantur in Foro exteriori ad ſeruandas ſuas leges ſub pęnis earum. Tũ, quia ſunt ſupra eas, cap. Propoſuit. de Conceſsion. præb. l. Princeps legibus. ff. de legib. Tum, quia nemo poteſt ius ſibi dicere; nec habet iuriſdictionem in ſe l. Qui iuriſdictioni. ff. de Iuriſdict. omnium iud. & habes verb. Iuriſdictio. in Differentia 3. & 13. Quod verum eſt, niſi conditor legis, vel eius ſucceſſor iuraſſet ſeruare eas; vt ſolet tale iuramentum exigi à Regibus, & Dominis terrarum, cum capiunt de nouo poſſeſsiones earum. Tunc enim iſti, qui iurant, non poſſunt contrauenire iis, quæ iuramento ſuo confirmant; ſed tenentur in conſcientia ea ſeruar. Tum ob iusiurandũ. Tùm quia Princeps naturaliter etiam ſub p. m. poteſt ſe ſuis ſubditis obligare, ex cap. 1. de Proba. & ibi Communis. Rebel. de Oblig. Iuſt. 2. parte lib. 1. quęſt. 8. n. 9. vbi nu. 11. dicit, non contrahere obligationem ciuilem, per quam cogi poſsit, ſecundùm Deci. dict. cap. 1. Licèt alii contra; vt Gomez. 2. reſol. cap. 1. nu. 3. Padilla. l. Interpoſitas. nu. 37. C. de Tranſa. Molin. diſputatione 261. Et adeò Papa non liga-
2 tur vlla pœna, vel cenſura; quòd ſi aliquã incurriſſet ante Papatum, non indigeret abſolutione: hoc eſt Dictum mirabile Palud. in 4. diſt. 25. quæſt. 4. art. 1. concluſ. 2. fol. 134. & diſt. 17. quæſt. 3. art. 2. concluſ. 2. fol. 80. quem refert, & ſequitur D. Ant. in ſuo Defecerunt cap. 2. in princip. Ratio autem eſſe poteſt, quia Papa non indiget verbis, nec aliquo, ad ſe abſoluendum à cenſuris, ſed ſufficit eius voluntas; quippe ab iis quæ ſunt iuris poſitiui, ipſe poteſt ſe abſoluere, teſte Fel. in cap. 1. num. 33. in fin. de Conſtit. & in cap. 2. num. 20. de Sponſal. poſt Anchar. in cap. Venerabilẽ.
3 in fin. de Elect. & pro prædicta ratione facit, quòd Papa communicando ſcienter cũ excommunicato, intendendo eum abſoluere ipſo facto illũ abſoluat; etiã ſi nullum verbum dicat, ſecundùm gloſſam notabilem in cap. Si inimicus. 93. diſt. cui ſimilis in cap. Si aliquando. in gloſſa 1. ad fin. de Sentent. excommunicat. & ibi Ioan. And. in margin. Sequitur Silu. verb. Abſolutio. 3. num. 7. Couar. in cap. Alma. 1. part. §. 2. num. 2. Henriq. de Excommunicat. cap. 29. §. 2.

4 In Foro tamẽ interiori, tenetur Princeps, & quiuis legiſlator ſub pœna peccati, ſaltẽ venialis, ſuam legem ſeruare, l. Digna vox. C. de Legib. D. Tho. 2. 2. quęſt. 96. art. 5. & 1. 2. quæſt. 97. art. vlt. Abb. in cap. 1. à num. 30. de Conſtit. Fel. in cap. Ad audiẽtiam. in 2. num. 4. de Reſcript. Sot. lib. 2. de Iuſt. & iur. quæſt. 3. art. 8. Hippolyt. ſingul. 230. & 599. Couar. in 4. 2. par. cap. 6. §. 9. Nauar. cap. 12. num. 57. & prælud. 9. num. 12. Rodrig. in Summa, verb. Simonia. c. 56. num. 4. & 5. Et hoc eſt quod vulgò dicitur, ſcilicet Principem teneri, & obligari ad ſuas leges quoàd vim directiuam, ſed non quoàd coactiuam; quia non incurrit in pœnas earum; ſi contraueniat, & eas tranſgrediatur: tenetur tamen, ſaltem ſub peccato veniali, dirigere ſubditos, per exemplum, ad ea quę fieri vult, & pręcipit. Aliquando tamẽ nec peccabũt Principes venialiter, diſpenſando ſuper ipſis, etiã ſine cauſa, in fauorem ſubditorũ, vt diximus verb. Diſpenſatio. in Differentia 8. verſ. Eadem diſtinctio. tũc enim ideò non peccant, quia ceſſat ſcandalum, & malum exemplum; cùm id non faciãt pro ſe ipſis, ſed gratia alterius.

5 Hic videndum eſt de quæſtione illa notabili, nimirum an Epiſcopus excommunicans ludentes, vel aliquod delictum patrantes, ſit etiam excommunicatus, ſi ipſe illud faciat. Hanc quæſtionẽ ponit Archid. in cap. 2. de Conſtit. lib. 6. & eam diſputauit

tauit Ioan. Andr. & refert Bal. in l. 1. §. Similique modo. C. de Latin. libert. tollend. vbi refert duas opiniones contrarias, alteram Cyn. & Archid. loco citato, tenentiũ partem affirmatiuam, videlicet eſſe excõmunicatum, & alteram negatiuam, quam tenet Ioan. Andr. & Bal. ſuprà; quæ omnino tenẽda eſt; quia nõ poteſt quis ſibi præcipere, vel vetare, vt l. Penult. ff. de Arbit. addens idem Bal. ſtatutum Epiſcopi non includere, nec includere poſſe diſponentis perſonam.

6 Ex quo Dicto infero ad aliam ſingularẽ, & ſubtilem quæſtionem, quæ talis eſt, In noſtris ſtatutis Cartuſ. 2. part. cap. 2. §. 28. habetur, vt tempore electionis Prioris, principalis confirmator auctoritate Capituli Generalis præcipiat electoribus (adde ſub pœna excommunicationis ipſo facto, licèt ibi ſupprimatur) vt eligant digniorẽ &c. Pone vt ſecundus confirmator ſit Vicarius domus, qui etiam eligit. Quæritur nunc an ſi Vicarius eligat ſcienter minùs dignum, incurrat dictam excommunicationem. Et pro maiori dubii declaratione ſuppono per dicta verba ſtatuti, ſcilicet Auctoritate Capituli Generalis &c. principalẽ confirmatorem facere dictum præceptum tanquam Delegatum, iuxta gloſſam, verb. Auctoritate. in c. Vnico. de Cleric. ægrot. lib. 6. & quòd idem præceptum cenſetur facere confirmator minus principalis, ſcilicet, Vicarius, per notata per Abb. in cap. Cauſam. 1. num. 7. de Offic. deleg. vbi

7 docet, quòd vbi duo Iudices conueniunt ſimul, etiam ſi ſint ordinarii, ad aliquam cauſam expediendam, non poteſt quicquã facere vnus ſine alio. Videtur ergo, quòd cùm dicta excommunicatio proferatur de mandato ſtatuti, quòd eam incurrit, per l. Item eorum. §. 1. ff. Quod cuiuſque vniuerſit. nom. vbi dicitur, quòd id, quod fit ab his qui habent auctoritatem à Concilio, videtur fieri à Concilio, & ſic videtur dicta excõmunicatio magis lata à Capitulo Generali, quàm à confirmatoribus. Sed in contrarium facit, quòd licèt quis, vt delegatus præcipiat; non videtur, nec poteſt ſibi præcipere, l. ille à quo. §. Tempeſtiuũ. ff. Ad Trebel. facit gloſſa fin. in cap. penult. de Elect. lib. 6. vbi dicit aliud eſſe

8 inueſtire, & aliud mandatum de inueſtiendo. Et ſic aliud eſt excommunicationem eſſe à Capitulo generali, & aliud mandare confirmatoribus vt illam proferant. Nam primo in caſu Capitulum generale eſt cauſa immediata præcepti: ſecundo verò in caſu eſt mediata. At abſurdum eſt vt Capitulum dicat; Præcipio tibi, vt tibi præcipias. Nam licèt poſſit dicere præcipio tibi, vt facias hoc: non tamen poteſt dicere, Pręcipio tibi, vt tibi præcipias. Vnde patet nullo modo includi in ſecũdo caſu perſonam pręcipientis; nec ad id ſe extendere Capitulum generale. Secùs crederem in excõmunicatione quam proferunt Priores Dominica palmarum contra proprietarios. Nam illa excommunicatio eſt lata à Capitulo generali, & Priores tantummodo eam denunciant. Vnde ſi Vicarius, Priore abſente, eam proferat, ſi aliàs ſit proprietarius; in eam certè incurret. Prior verò non incurrit in eam; quia ſolùm fertur contra ſubditos. Quod tene mente pro intellectu cap. 19. §. 12. noſtrorum ſtatutorum, & ſimilium.

SVMMARIVM.

1 *INTER Forum animæ, & Forum Canonicum, an ſit differentia.*

DIFFERENTIA VNDECIMA.

1 INTER Forum Canonicum, & Forũ animæ, non eſt differentia. Nam quæ ſunt licita in Foro Canonico, ſunt etiã licita in Foro animæ; dummodo fundet ſe ſuper certo: quia Ius Canonicũ fundando ſe ſuper veritate, & certo, nunquam inducit aliquid cum peccato; vt probat tex. in cap. fin. de Præſcript. docet Panor. & Feli. in cap. Vigilanti. eod. titulo Franc. in cap. Conſtitutus. de Appel. idem Abb. in cap. Qua plerique. nu. 25. de Immun. Eccl. Eccleſia quippe militans, eſt exemplata inſtar

Digitized by Google

inſtar Eccleſiæ cœleſtis triumphantis, ſecundùm gloſ. in cap. Ad noſtram. de Hæreti. pro qua facit text. in cap. Eccleſia Paradyſo comparata. de Conſecra. diſt. 4. & in cap. fin. 38. diſt.

Vbi verò Ius Canonicum nõ diſponit ſuper certo; ſed fundando ſe ſuper præſumptione: tunc ſi veritas ſe habeat in contrarium, ſtandum eſt certo in Foro animæ, vt in Differentia ſequenti.

Adde not. Preludio quinto.

SVMMARIVM.

1 L*EX fundata in præſumptione, non obligat in conſcientia, quando veritas eſt in contrarium. Niſi, &c.*

DIFFERENTIA DVODECIMA.

1 LEX fundata in præſumptione, nõ obligat in conſcientia, ſi veritas aliter ſe habeat. Ita Panor. & Feli. in c. Vigilanti. de Præſcri. Idem Feli. in c. 1. nu. 40. de Conſtit. Panor. in c. Rainaldus. nu. 14. de Teſta. Vnde tantùm habet locum in Foro contentioſo, iuxta notat. in c. Is qui fidẽ. de Spõſa. & l. fi. C. de Iure delib. tradunt DD. preſertim Inno. Ant. & Abb. in c. Quia plerique. de Immunit. Eccl. Anania in c. In ciuitate. de Vſur. Bal. l. Cùm quis. C. de Iur. & fact. igno. Coua. c. Cùm eſſes. n. 9. de Teſta. Feli. latiſsimè in dict. c. 1. col. 11. verſi. Hanc fallentiam. de Conſti. & in cap. Sicut dignum. in fi. de Homi. vbi ponit fallentiam ad prædictam regulã, nempe quãdo preſumptio eſt vehemens, & indubitata, vt in dante damnum ex culpa lata. Tunc enim talis præſumptio æquipollet veritati, & obligat in conſcientia. Vide eundẽ Feli. in cap. Nouit. n. 6. verſi. Tertia concluſio de Iudi. Adde dicta ſup. in Diff. 8. nu. 6. & ſub ver. Matrimoniũ. Dif. 2. vbi meo iudicio videtur mirabile, in qua fallit preſens regula.

LOCATIO, ET CONDVCTIO.

SVMMARIVM.

1 L*OCANS vaſa vitioſa, etiam ignoranter; an teneatur ad intereſſe extra rem.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 LOCANS vtres, vel vaſa vitioſa ignoranter; propter quod oleũ, vel vinum effuſum eſt: in Foro exteriori, & iudiciali, tenetur ad reſtitutionem olei, vel vini effuſi, & ad omne intereſſe, ſi quod aliud conductor paſſus ſit: nec ignorantia eum excuſat. De hoc eſt text. expreſſus, in l. Sed addes. 19. §. 1. vbi gl. verb. Excuſata. dicit hoc eſſe ſpeciale in vaſe locato. Et rationem dict. textus reddit Silu. verb. Locatio. quæſt. 18. quia, inquit, dicta ignorantia ibi non præſumitur ſine negligentia ſciendi quod ſcire debuit. Quod confirmatur, quia ex quo habet illa vaſa, vel vtres ad locandum pro oleo, & vino in eis ducendis: tenetur ea habere apta, & ſana, & ea recognoſcere, an in aliquo ſint vitioſa. Communiter enim conductores eorum, ea non recognoſcunt, fidentes de ipſis locatoribus. Vnde meritò tenetur ad omne intereſſe, quia excuſari non poteſt de negligentia in non recognoſcendis dictis vaſis. Et quod dictũ eſt de vaſis, intellige de omni re vitioſa, ex qua damnũ prouenire poteſt. Vnde qui locat equos ſe demergentes in aquas; tenetur, ſi veſtes alicuius deſtruãtur, vel aliud dãnum patiatur is qui eos conduxit, ad reſarcienda detrimenta; licèt id ignorauerit: vt ſi id factum cõtigit prima vice, qua ipſum locauit, poſtquam eum emit. Secùs in locante ſaltum paſcuorum, ignorante in eo eſſe herbas peſtilentes, quibus pecus interiit, vel deterioratum eſt. Nam non tenetur ad intereſſe, niſi tantùm ad remiſsionem penſionis, ex dicto §. 1.

In Foro verò conſcientiæ, dicta lex non habet locum,ſecundùm Silueſt. ſuprà. niſi quando locaſſet talia vaſa pro bonis.Secùs ſi ſimpliciter conductori exhibuiſſet cõſpicienda,ignorãs an eſſent bona, nec ne. Idẽ notat Ange. verb.Locatio.nu 24. & Naua. cap. 17. num. 196. Sed non placet; quia (vt ſupradiximùs) ex quo habet illa vaſa ad locandum: tenetur ea habere ſana, & ea recognoſcere. Hoc enim eſt totũ fundamẽ tum dict. l. 19. §. 1.& facit D. Tho. 2. 2. quæſt. 77. art.3. in corp. vbi dicit venditorem qui rem vendendam proponit, ex hoc ipſo dare emptori dãni vel periculi occaſionẽ, ꝙ rẽ vitioſam ei offert; ſi ex eius vitio damnũ, vel periculum incurrere poſſit: niſi debitam diligentiam adhibuiſſet ad inueſtigandum vitium. Tunc enim excuſaretur in Foro conſcientiæ, ex Rebel. de Obliga. iuſt. 2.par.lib.14. quæſt. 4. num.4. vbi num.10. inquit,quòd de vaſe vitioſo, & ſimilibus rebus locatis dictum eſt, idem cenſendum eſſe,ſi quis ſeipſum, vel ſeruos ſuos neſcienti conductori locet ad eam operam,cui minimè idonei ſunt. Idem dic de Aduocato, vel artifice, qui ſe maximè idoneum iactaret, cùm talis non eſſet, vnde alium maximè idoneũ excluderet, pro eodem pretio ſe offerentem. Teneretur enim is de damno,etiã per leuiſsimam culpam ipſius ſubſecuto, ex eodem Rebel. ſuprà.num.11.In locante verò equum prima vice qua illum emit,ſecùs crederem,& tenerem cùm Silu. quia emens illum vt ſanum, non poteſt in domo ſua ſcire vitium præfatum, donec tranſeat per flumen. Vnde in nulla culpa eſt, ſi poſteà vitium illud deprehendat conductor, tranſiens per amnem,& ſic non tenebitur in conſciẽtia ad intereſſe, quamuis in Foro iudiciali fortè teneretur per dictam legẽ. Quæ nota,quia ſunt practicabilia.

SVMMARIVM.

1 *EMPTOR rei locatæ, an teneatur ſtare locationi, factæ per ſuum venditorem.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 EMPTOR domus,vel fundi alteri locati; niſi id in pactum deducatur;vel niſi venditor rem locatam, vel generaliter bona ſua cõductori, tempore quo rem locauit pro obſeruatione contractus hypothecauerit, non tenetur ſtare locationi in Foro iudiciali, cùm nihil contraxerit cum eo, l.fin.§.fin.ff.de Cõtrah.empt.& ſic poteſt conductorẽ expellere,l. Qui fundum. ff. Loca. l.Emptorem. C.eod. Vide hãc regulam cum quinque limitationibus per Soci. regula 287. & cum vndecim limitationibus, & tribus ampliationibus per Dueñas reg.240. docet Iaſ. in l.Diuortio.n.35.ff.Solu.matrim.Couar.lib. 2. Reſol.c.15.n.3.Ant.Gom. 2.tom. c.3. n. 9.Greg.Lop.l.19.tit.8.Partit.5.Barbo.in l. Si filio familiàs.26.§.fin.nu.1.ff.Solu. mat. vbi dat rationem; nempe quia imputãdum eſt venditori qui voluntariè rem vendidit, & neque pactus eſt vt colonus non expelleretur,prout potuit,& debuit paciſci,vt d. l.Emptorẽ.& l.Si merces. 25. §.1. ff.Loca. vel aliter ius coloni reſeruare, vt l. Si mercedem.§.fin.ff.de Actio.empt.Aliam rationem tradit nu.2.poſt Bar. & alios; nempe quia emptor per traditionẽ rei emptæ acquiſiuit dominium eius; vnde non tenetur pati,vt ſe inuito rem ſuam quis detineat, l. 1.§.pen.ff. Depoſ. c. fin. de Precar. Et licèt colonus habeat actionem ex locato aduerſus locatorem; ea tamen tanquam perſonalis intendi non poteſt aduerſus emptorem,l.fin.§.fin. ff.de Contrah. empt. Eſt & alia ratio;ſcilicet quia fructus pẽdentes rei emptæ pertinent integraliter ad emptorẽ, per l. Iulianus. §. Si fructibus. ff. de Actio. empt.quam extollit Deci. Conſ.543.n.20. & alii relati per Theſau. Deciſ. Pedam. 55. num. 1. quia fructus pendentes cenſentur pars rei, l.fin.§.fin.ff.Quæ in fraud. credit. l. Quæſitum.§.Ea verò. ff. de Fund. inſtru. & ideò meritò pertinent ad eum ad quem res ipſa tranſit. Ita Bartol.l.fina. §. finali, ff. de Iure Fiſci.Anto. Gom.l.40.Tauri, num. 74. verſi. Tertiò. Menoch.Conſi. 13. numero 6.lib. 1.Sarmien.lib. 6. Selectar.cap. 15. & alii quos referens ſequitur Barboſ.

in l.

in l.Diuortio.in princip.2.par. num.79. & conſequenter non poteſt eos colligere cōductor, ſed debet rē conductā relinquere, vt emptor nouus dominus poſsit eos colligere. & ſic meritò poteſt emptor conductorem expellere: tenetur tamen priùs impenſas vtiles, vel neceſſarias factas, ſoluere conductori, l.penul. in prin. ff. Loca. gl.verb.Allegatio.in fi.l.penul.C.Vnde vi. Et eo prætextu poteſt conductor rem retinere, donec ſibi ſoluantur l. Colonus.in fi. ff. de Vi, & vi arm. l. Qui iniuriæ. §. fin. ff. de Furt. tradit Socin. Conſi.15.nu.20.lib. 1.Caualca.Deciſ.44.num. 46.Hippo. ſing. 321.ad fin. Ange. verb. Locatio.num. 21. Barboſ.dict.l.Si filio familiàs. num.30. nō verò illas quas fecit cauſa colligēdorū fructuum.Nam ad has tenetur locator dict. l. Si merces. §. 1. & l. Qui fundum. ff. Loca. Valaſ.Conſultatione 76.nu.3.in fin. 1.par.

In Foro verò conſcientiæ tenetur emptor ſtare locationi per venditorē factæ, nec poterit cōductorem expellere, ſi laborauit in fundo,& ſumptus fecit;ſed debet pati eum frui,& percipere fructus illius anni;dūmodò ei ſoluat pretiū conductionis: pro aliis autem annis non tenebitur ſtare locationi. Ita ſing.Bal.d.l.Emptorē.n.7.verſ. Sed pone colonus.& Sil.verb.Locatio.q.11.Quā æquitatē ſeruauit Senatus N.teſte Octaua. Deciſ.82.ad fin & Senatus Delphinatus,vt aſſerit Fran.Marc Deciſ. 196.n.8.in 2.par. quam & probauit Cephal.conſ.181. ad fin. lib.2. Et eam ſequendam omnino eſſe, & ſępius ſecundùm eam fuiſſe iudicatum,aſſerit Caualca. Deciſ.44.nu.23.& nu.40.

Sed contrarium melius tenuit Barboſ.d.l. Si filio familiàs. nu. 12. & 30.quia præfata æquitas iure non probatur, immò confunditur per l. Si quis domum. §.1.ff. Loca. & æquitas quę à prædictis conſideratur, tantùm euincit,ſumptus quos colonus fecit,eſſe ei reſtituendos, prout ſuperiùs reſoluimus: non autē inuito domino durare locationem.Adde Alex.d.l.Emptorem.n.17.& Iaſ.l.Cum filio.nu.fin de Lega.1.

Nec etiam admittenda eſt opinio Rebel. de Oblig.iuſt.2.p.lib.14.q.11.n.6.vbi dicit emptorem ſi ſciuit eſſe rem alteri locatā, teneri in conſcientia ſtare locationi. Idem etiam quoàd Forum externum tenet Bero. Cōſ.2.n.12.& 15.lib.1.& Burſa.cōſil.101. n.4.lib.1. Hoc enim confunditur ex d. l. Si merces. 25.§.1.Fruſtra etenim requireret ille text.venditorem paciſci, & curare cum emptore,vt ſuæ ſtet locationi, & ſic reſeruet ius coloni,ſi aliàs ſufficeret admonere emptorem de locatione à ſe alteri facta. & reprobat Barboſ.d.l. Si filio familiàs. n.31.

SVMMARIVM.

1 *Conducēs operā alicuius,quādo teneatur ſoluere mercedē cōuentā,ſi locator nō laborauerit.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 Conducens operam alicuius, ſi per cōductorē ſtetit, etiā ob caſum fortuitū,quo minus locator operā ſuā pręſtaret:tenetur ad omnē mercedē in Foro iudiciali,iuxta tex.in l. Si addes. §.Cū quidā.ff.Loca.dùmmodò locator eas aliis non locauerit;vt ibidē dicit tex. ad idē l. Colonus. §.Nauem. & gloſſ.in l. Si vno. aliàs incip. Ex conducto. 15.§. Item cùm quidam.ff. eod. Facit Caſſado.Deciſ.1. de Loca.

In Foro verò conſcientię,non tenetur niſi ad eam, quam ſua culpa locator amiſit. Vnde ſi locator aliam non inueniſſet mercedem,ſi mihi ſuam operam non locaſſet: aut potuiſſet inuenire ſi vellet, & omiſit: ad nullam teneor,ſecūdùm Sil.verb. Locatio.q.12.Angel.Armil.& Tabien. quos referens ſequitur Rebel.de Oblig.Iuſt.2.par. lib.14.quęſt.14.num.5.Sed Nauar.cap.17. num.198. hoc non admittit, eo quòd iure id non probetur. Sed tene primum, quia ęquiſsimum Non enim debet locator eſſe otioſus, *y eſtarſe mano ſobre mano*, niſi ita ſtaret expectans reſponſum meum: nec eſt rationi conſonum, vt ego tenear reficere dānum,ſeu intereſſe,alicui, quod reuera non paſſus fuit propter me, vel

Digitized by Google

potuit ipſum excuſare. Hinc in facti contingentia reſpondi, cùm quidam conduxiſſet veſpere operam cuiuſdam pro die ſequenti, & ſtatim mane certiorem feciſſet cõductorẽ, ſe non indigere opera eius: nõ teneri ad mercedem illus diei, ſi certum erat, ab illo pro eo die nullum inueniri locatorem, etiam ſi non locaſſet illi operã ſuã: vel poterat ſe locare cum alio, ſi voluiſſet: vel in ſuis terris, quas habebat, operari. Ratio eſt, quia dictis caſibus euenientibus, nullam operę ſuę cõductor mercedẽ amittit mea cauſa; ſed ſua culpa; quia voluit eſſe otioſus. Faciunt quæ in ſimili dicimus de malæ fidei poſſeſſore, nimirùm non teneri ad fructus, quos in veritate dominus rei nõ erat probabiliter percepturus; vt quia rem non locaſſet, ſi habuiſſet. De quo per Silu. verbo Reſtitutio. 3. quęſt. 9.

SVMMARIVM.

1 *FAMVLVS cõductus per annum, ſi diſcedat ante tempus completum, perdit in Foro iudiciali quicquid lucratus fuerat. Secùs in Foro animæ.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 FAMVLVS qui locat ſe per annum, non poteſt ſine iuſta cauſa à domino diſcedere. aliàs ſi ante tempus impletum diſcedat, in Foro iudiciali amittit quicquid lucratus fuerat. Ita not. Bar. in l. Si vno. §. Item cùm quidam. ff. Locat. quam opinionem amplexa eſt Ordin. Luſitana lib. 4. tit. 34.

In Foro vero conſcientiæ, tenetur dominus famulum redeuntem admittere, vel ei ſoluere mercedem temporis quo ſeruiuit; etiam ſi redire nolit. Ita Bald. ſic intelligendus in l. 2. C. Loca. & in l. Diem functo. verſ. Sed pone. eod. tit. & Iaſ. ibidem col. vlti. & in ſpecie docet Rebel. de Obligat. iuſt. 2. part. lib. 14. quæſt. 13. num. 18. Quod vltimum intellige eſſe verũ, niſi domini multum intereſſet immoratio, & ſeruitium famuli. Eo enim in caſu ad nihil tenetur in conſcientia, ſi eius intereſſe tantum valeat, quantum id quod famulo debet.

Et idem quod diximus de Famulo; dicendum eſt de domino expellente famulum ſine iuſta cauſa ante tempus completum; vt habetur in dicta Ordinatione Luſitana. Nam tenetur ſoluere famulo totum ſalariũ ſeu mercedem totius anni in Foro exteriori, ſi à famulo conueniatur.

In conſcientia verò ante condemnationẽ non tenetur; quia dicta Ordinatio eſt pœnalis; & ſic eius pœna ante condemnationem non debetur, per nota. verbo Pœna. Diff. 2. Tenetur tamen in conſcientia repetere famulum, & ſeruare cum eo pactum, ſeu conuentionem initam, ſeu contractum locationis, & conductionis cum eo factum per nota. verb. Contractus. Diff. 6. & verbo Obligatio. Dif. 10. & docet Rebel. vbi ſup.

SVMMARIVM.

1 *CONDVCTOR qui ex negligentia non coluit agrum conductum, tenetur ad penſionem in Foro exteriori, quamuis aliàs nihil collegiſſet ob ſterilitatem, vel grandinem contingentem. Secùs in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 COnductor qui ex negligentia, ſeu culpa ſua nec ſeminauit, nec coluit prædiũ: ſi poſteà conſtiterit per fortuitum caſum fructus omninò deuaſtãdos, ſi naſcerẽtur: nõ tenetur ad pẽſionẽ in Foro conſciẽtiæ, cùm dicta pẽſio, ſeu merces, nõ ratione cõtractus, ſed ratione fructuũ debeatur. vnde cũ nulli fructus aliàs colligẽdi eſſẽt, meritò nõ tenebitur in cõſciẽtia. Ita Rebel. de Oblig. iuſt. lib. 14.

2. par.

Digitized by Google

2.par.quæſt.8.num. 3. ſecùs in Foro iudiciali, ſecundùm Valaſ.(poſt fulgo.) queſt. 29.nu.42. & hoc in pœnam, eò quòd non coluit. Fauet, l. Ex códucto. 15. §. 1. in fin. ff. Loca. ibi, *fundum coluiſti*, vbi gl. Id notat. faciunt notata verbo Depoſitum. Diff. 2. ex quibus colliges rationem diuerſitatis, nimirum quia licèt fuerit colonus in culpa, non colendo agrum: ex illa tamen culpa non defecerunt fructus; ex quo nulli aliàs colligendi erant, vt ſupponimus: & ideò conductor non tenetur ad penſionem in conſcientia.

SVMMARIVM.

1 *Conducens agrum, vel fructus alicuius Beneficii, pro iuſto pretio, habito reſpectu ad fructus qui colligi ſolent quotannis: ſi contingat caſus fortuitus inſolitus, qui ferè omnes fructus deſtruat: non tenetur in conſcientia ſoluere pretium conuentum; licèt renunciauerit omni caſui fortuito: quamuis in Foro iudiciali non audietur.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 CONDVCENS poſſeſsionem aliquam per tres, aut quator annos; vel locans fructus alicuius Epiſcopatus, vel Dignitatis, aut Canonicatus, & renuntians omni caſui fortuito, & luæ quæ contingere poteſt, etiam rariſimè, vt eſt ſolitum apponi per notarios in inſtrumentis, ſeu ſcripturis locationum, & conductionum; tenetur in Foro iudiciali ſoluere omnem penſionem, etiã ſi ex aliquo euentu, & fortuna, etiam inſolita, nullos fructus Dignitatis, vel ex dicta poſſeſſione colligat. Hoc practicatur in tota hac Corona Aragonum, maximè in iſto Regno Maioricarum. propter quam cauſam ſunt multi coloni pauperrimi effecti & egétes; & in hoc nullus habetur ſcrupulus; quia fundatur prædicta praxis in l. Licèt. 8. C. de Locato. vbi textus prẹſupponit valere huiuſmodi renunciationes, ſi inter partes fiãt, & ſtandum eſſe illis, per regul. l. Semper in ſtipulationibus. 34. ff. de Reg. iur. Ad idem eſt bonus text. in l. Si quis fundum. aliàs eſt l. Si quis domum. 9. §. Iulianus. ff. Locati. quẹ ſic ſumatur, *valet pactum q̃ quis teneatur de caſu fortuito*. Idem tenet Rebel. de Oblig. iuſt. 2. part. lib. 14. quæſt. 8. num. 17. & 18. poſt Bar. Feli. Gomez. & alios citatos à Valaſco quæſtione 27. num. 36. & 37. qui omnes præſupponunt, poſſe conductorem renunciare in ſpecie omni caſui fortuito, etiam inſolito, & rariſsimè contingenti. quamuis ſi tantum renũciet in genere quibuſdam expreſsis; renunciatio intelligenda ſit de paribus, ac minoribus; non tamen de maioribus. Et ſi renunciatio fiat abſque expreſsione vlla inſoliti, fortuiti vè caſus; ſed tantùm ſuſcipiendo omne periculum aut cum omnibus ſuis damnis, id eſt, *a ſu rieſgo*: tunc non veniunt caſus fortuiti, nec ipſis cenſetur renuciare, ſecundùm Bart. & alios quos ſequitur Valaſ. & Rebel. ſuprà. Nam licèt conſiderata conditione fructuũ, ipſi ex natura ſua caſibus fortuitis ſubdantur: debet tamen fieri in vtroque Foro ad ratam compenſatio, ſeu remiſsio penſionis, vt probat text. in cap. Propter ſterilitatem. de Loca. & l. Si merces. §. Vis maior. ff. eod. Adiecta tamen compenſatione annorum fertilium, vberum, vel prẹcedentiũ, vel ſubſequẽtium immediatè, durante eadẽ locatione, cum ſterilibus, ex tex. in l. Ex cõducto. §. Si vis. ff. Locati. & dict. c. Propter. etiam ſi remiſsio facta ſit per verbũ *Dono*, l. Si vnus. in princ. ff. Loca. Bart. in l. Huiuſmodi. ff. de Verb. oblig. Ange. in prin. Inſt. de Emptio. & vendi. Roma. conſ. 509. incip. Circa propoſitam. num. 3. Iaſ. in l. Lecta. col. 1. ff. Si cert. peta. Faciunt not. verb. Vſura. Differ. 11. Adde glo. d. §. Vis maior. & in l. 5. tit. 17. lib. 3. Fori legum. Couar. in Pract. cap. 30. Et Hippo ſing. 85. incip. Tu ſcis quòd propter ſterilitatem. Et aduerte ad vnum ſingulare, & peregrinum, ſcilicet propter vbertatem; fructus, ſeu merces debere augeri; vt per Hippolit. Singu. 134. incip. Tu ſcis. cum contrariorũ eadem ſit diſciplina. quod intelige vt per

 Ange.

Digitized by Google

Ange. verb. Locatio. num. 17. qui varios caſus circa hoc diſtingit, Silueſt. eod. verb. nu. 14. & Armilla eodem verbo n. 17. & latius per Rebel. ſup. quęſt. 9. per totam, vbi tenet contra cum communi obſeruantia, videlicet propter vbertâtem non eſſe augendam penſionem. Pro qua facit dict. §. Vis maior. ibi, *Modicum damnum æquo animo tolerare colonus debet, cùm immodicum lucrum non aufertur.*

In Foro verò conſcientiæ, cenſeo non eſſe tutum locatorem, ſi non remiſerit partem, aut totam penſionem, ſi caſu inſolito nullos, aut modicos fructus cōductor percepit: maximè ſi in conductione non fuit habita ratio talium caſuum, remittendo de penſione quantum importare poterat illa renunciatio, provt rarò id fit. Nam communiter ſolent locari fructus pro illa penſione, ſeu pretio quod valent, computatis fructibus vnius anni, cum aliis. Et moueor primò quia locator ex natura contractus debet agnoſcere caſus fortuitos, & diminutionem fructuum, & pēſionis; vnde debet remittere de penſione quod iuſtum fuerit arbitrio boni viri, ratione illius oneris in conductorem impoſiti; vt notat Rodri. cap. 22. num. 5. & Rebel. ſup. quæſt. 7. num. 4. dicens eſſe præter omnem rationem, & contra æqualitatem iuſtitiæ commutatiuæ, ſi conductor periculum intolerabilis detrimenti ex fortuita ſterilitate ſuſciperet: locator verò nihil ex ſua parte in compenſationem talis oneris exhiberet. Secundò, quia non eſt æquum vt ager tuus, qui à me colitur, tibi ſit fructuoſior; quàm ſi à te coleretur; & quo anno calamitas, aut alius caſus fortuitus, qui aut prouideri, aut prohiberi non potuit, tibi omnes fructus eripuiſſet; eoſdē largiatur, quia eſt in manu mea, vt dicit Paul. Comitol. lib. 3. Reſp. moral. quæſt. 29. num. 4. Tertiò, quia iſte contractus eſt bonæ fidei, quæ in conductore nō patitur tantum damnum ſine culpa ſua, vt poſt Cynum, & Bart. in dict. l. Licet. tradit Silueſt. verbo Locatio. q. 13. verſ. Tertia. vnde ſicut emptori decepto vltra dimidiū iuſti pretii datur remedium, l. 2. C. de Reſcindend. vendi. ſimiliter debet dari conductori, ſi ſterilitas cauſet damnum vltra dimidium iuſti pretii, vel penſionis; etiam ſi omni ſterilitati renunciauerit. Extra quam renunciationem in conſcientia dicitur annus ſterilis quando de tribus partibus ſolitis colligi, non colliguntur niſi duę, vt dicit Armilla. verbo Locatio. numero 16.

DIFFERENTIA SEPTIMA.

LOCANS equum, vel mulam cū vitio manifeſto, ſciens tamen conducenti fore occultum, & quòd ſi vitium ſuſpicaretur, non eam conduceret, in Foro conſcientię perinde tenetur, ac ſi vitium occultum non detegeret: & ſic tenetur ad damna conductori ſubſecuta; vt diximus ſuprà Differentia 3. de locante vaſa vitioſa occulta.

In Foro verò iudiciali excuſaretur; quia quod omnibus perſpicuum eſt, conducenti quoque notum eſſe iura præſumunt. Ita Rebel. 2. par. lib. 14. quæſt. 4. n. 7.

SVMMARIVM.

1 *DOMINVS conducens famulum ſalario ſeu ſtipendio, ac mercede iniuſta; an teneatur in vtroque Foro ad refundendum iuſtam.*

2 *Famulus faciens ſeruitia extraordinaria, excedentia valorem mercedis, ſi dominus ea non remuneret, non poterit ſecretò ſibi ipſi ſatiſfacere.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 DOMINVS conducens famulum; ſi ex conuentione det ei diminutum ſalarium, ita vt ad iuſtum infimum pretium nō perueniat, ad nihil aliud tenetur in Foro exteriori. Non enim cogi poteſt ad refundendum, & reintegrandum ſalarium iuſtum, & æquiua-

æquiualens obſequio. Pro quo facit illud Euang. Math.20. *Nonne ex denario conueniſti mecum? Tolle quod tuum eſt, & vade.* Et cōfirmatur, nam aut citò adfuiſſet alius qui maius pretium ei daret; vel nullus. ſi cito; imputandum eſt ei, quia cum eo non contraxit. ſi non occurriſſet; non eſt cur conqueratur de modico pretio: cū ob paucitatem conductorum, ſicut propter caritatem alimentorum, minori pretio famuli conduci ſoleant.

In Foro verò conſcientiæ, tenetur dominus ſoluere iuſtum pretium ſaltem infimū; ſi famulus iuſta de cauſa noluit aliis ſeruire, & dominus non refutaſſet illius ſeruitium etiā pro iuſto infimo pretio, ſi famulus inſtitiſſet. aliàs ſecùs. Ita colligitur ex traditis per Rebel. de Oblig. Iuſti. l. p. lib. 14. quæſt. 15. nu. 9. cum tribus ſeq. vbi etiā quærit an famulus poſſet ſecretò ſe recōpenſare de pretio ſibi in conſcientia debito. Et poſſe exiſtimat, ſi ex aliqua iuſta cauſa cohoneſtetur dicta compenſatio; vt ſi alioquin veriſimiliter timeret ſe debita prę teriti ſeruitii mercede priuandum, vel alia graui iniuria, vel damno afficiendum. Ego vero in noſtro caſu nullā cenſeo aſsignādā differentiā in vtroque Foro, per no. in principio, maximè ex loco illo Matthei 20. quem dicere, intelligēdum eſſe quoàd Forum iudiciale, & non conſcientiæ, abſurdum eſſet. Præterea ſcienti, & conſentienti nulla fit iniuria; iuribus vulgaribus. ergò nulla eſt ratio, quæ faueat famulo ad conquerendum de domino, nec de diminutione pretii, & conſequenter nullo modo poteſt ſe compenſare.

2 Cùm verò famulus facit aliqua grādia, & extraordinaria ſeruitia excedentia pretium conuentum: tunc dominus ex gratitudine, & honeſtate, & debito morali; non tamen legali, tenetur ad æquiualentem ſatisfactionem, vt docet Cordub. caſu. 111. art. 1. in fin. & iſto in caſu non poſſet famulus ſibi facere vllā cōpenſationem, ex Nauar. cap. 17. nu. 114. & confirmatur ex traditis per Coua. in cap. Cùm eſſes. nu. 10. Illatione 7. de Teſtam.

MAIORATVS.

SVMMARIVM.

1 *MAIORATVS an ſint liciti in vtroque Foro.*

2 *Relinquere bona pro conſtructione monaſterii pro feminis pauperibus, & earum ſuſtētatione; eſt optimus Maioratus: Deo, & Reipublicæ gratior, & vtilior, & animæ magis meritorius.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 MAIORATVVM inſtitutiones eſſe licitas in Foro exteriori, nemo eſt qui dubitet. intereſt enim Reip. familias conſeruari, l. 1. §. Denūciare. ff. de Ventre inſpic. l. Super ſtatu. C. de Quęſtion. tradit Albert. Brun. in tract. de Statuto exclud. femin. art. 3. & Couar. in cap. Raynutius. num. 24. de Teſtam. & lib. 3. var. cap. 5. n. 5. verſ. Tertiò eadem opinio.

An autem in Foro interiori, & conſcientiæ liceat tales inſtitutiones facere, nec ne; non ſemel dubitaui: nam videtur talis inſtitutio ſapere multum gentilitatis, & mūdum redolere; quia principaliter fit ad cōſeruandum nomen familiæ; & requirit certa quædam; putà arma, nomen, & alia quę magis reſpiciunt pompam, & vanitatem ſeculi huius; quàm quidquam Deo gratū, & animæ conducens: vnde videtur, quòd licèt Reſpub. prædictum primogeniorum vſum admiſerit, id procedat quoàd Forum exterius, non tamen quoàd Forum interius.

Hi

His tamen non obſtantibus, non auderem
2 æternaliter condemnare tot inſtitutores Maioratuum, præſertim quòd ob bonum publicum ſentit Soto eſſe licitos prædictos Maioratus, lib. 4. de Iuſt. quæſt. 5. art. 1. ad ſecundum, & Coua. dict. cap. 5. & in 4. 2. parte cap. 8. §. 6. nu. 5. Admoneo tamen ſatius illis fore, ſi filiis carent; bonorum ſuorum alium Maioratum; Deo, & Reipub. vtiliorem, & animæ magis meritorium, inſtituere: videlicet, quòd ex ipſis bonis erigatur monaſterium aliquod pro feminis pauperibus, quæ dotes non habẽt, vt ibi recipiantur, & alantur.

An autem pater teneatur ad Maioratum eligere digniorem ex filiis, vide verb. Electio. Differentia 4.

SVMMARIVM.

1 *MAIORATVS ſucceſſor an teneatur reficere expẽſas factas per ſuum prędeceſſorem in caſtris, muris oppidorũ, & refectione vel ampliatione domus maioratus.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 IN Regno Caſtellæ per l. 46. Tauri, quæ hodie eſt, l. 6. tit. 7. lib. 5. Nouę recopila. diſponitur ſucceſſorem Maioratus non teneri reficere expenſas factas per ſuum prædeceſſorem in caſtris, muris oppidorum, & refectione vel ampliatione domus Maioratus, & ſic repeti non poſſe præfatas expenſas, vt tradit Molina, & alii infra citandi, & Coua. lib. 3. var. cap. 5. nu. 7. licèt de iure communi ſecùs ſit, per l. Domos. 61. ff. de Lega. 1. & gl. receptam. in l. Emptor. verb. Superfluum. ff. de Rei vendi. & etiam per Ordin. Luſitanam. lib. 4. tit. 95. §. 1.

In Foro verò conſcientiæ tenetur eas reficere, ſecundùm Pala. Ruui. in Rub. de Dona. inter vir. §. 26. num. 16. Mencha. de Succeſ. creat. §. 5. Gãma Deciſ. 308. Molin. de Iuſti. & iur. diſputatione 433. §. In hoc autem Regno. & diſputatione 644. num. 2. Et hoc, quatenus excedunt tertiũ, & quintum bonorum. Non enim potuit prædeceſſor præiudicare filiis in legitima, vel vxori in ſua medietate lucrorum. Nam aliàs facile poſſet ſpoliare vxorem omnibus lucris, augendo ex illis Maioratum, ad ſuos conſanguineos peruenturum.

Sed veriùs eſt non ipſum ſucceſſorem, ſed hæredes prædeceſſoris facientis dictos ſumptus, teneri ipſi vxori reficere eius medietatem ex bonis hæreditatis, arg. l. Sed ſi vir. 31. §. 2. incip. Si vir. ff. de Donat. inter vir. & vxo. vbi ſi vxor fecerit aliquas expenſas in fabrica, ſeu opere facto ſuper area mariti, ipſi vxori donata; licèt id omne cedat viro: tamen vxor repetit expenſas, & ita tenet Barboſ. poſt alios ſup. Molina de Iuſti. & iur. diſputatione 433. §. Hinc facilius. & Rebel. de oblig. Iuſti. 2. parte lib. 7. quæſt. 9. nu. 27. Filii autem nihil poterunt repetere, quamuis ſumptus exceſſerint dictum tertium, & quintum: quia cenſentur donati à patre. Adde circa prædicta Barbo. 1. par. l. Diuortio. in initio. num. 114. & 118. cum ſeq. & Molin. de Primogeni. lib. 1. cap. 26. nu. 1. & 14.

Vide ad hoc verbum notata verb. Electio. Diff. 4.

MANDATVM.

SVMMARIVM.

1 *MANDANS percuti Clericum; ſi ante percuſsionem reuocet mandatum: non erit excommunicatus in Foro animæ; licet reuocatio mandati ad mandatariũ non peruenerit,*

Digitized by Google

uenerit, & Clericum percutiat. Secùs in Foro contentioſo.

2 *Irregularitatem tamen bene incurret, etiã in Foro animæ. Et datur ratio diuerſitatis.*

3 *Irregularitas, quæ ex opere illicito contrahitur; requirit culpam mortalem ſecundùm aliquos: ſed verius eſt ſufficere venialem grauem, vt in caſu præſenti.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 MANDANS Clericum percuti; ſi ante percuſsionem reuocat mãdatum, licèt reuocatio ad mandatarium non perueniat, non incidit in excommunicationẽ in Foro animæ. Benè tamen quoàd Forum exterius; ita docet gloſſa 1. in cap. Cùm quis de Sẽtent. excommunicat. lib. 6. & Fel. in cap. Sicut dignum. num. 14. Fallent. 1. de Homicid. ſicque intelligenda eſt alia gloſſa, verb. Authoritate. in cap. Mulieres. eodẽ tit. vbi plura iura allegat in argumentum ad probandum, quòd mandans incidit in excommunicationem; niſi reuocauerit mãdatum; ita, quòd reuocatio peruenerit ad mandatarium: nam procedit quoàd Forum exterius, & tradit Hyppolyt. ſingul. 181.
2 incipit, Mandans. Aduerte tamen, quòd licèt in Foro animæ mandans, & reuocans mandatum non incidat in excommunicationem; licèt reuocatio non peruenerit ad mandatarium: benè tamen incurreret pœnam irregularitatis, ſi occideretur Clericus, ſecundùm Nauar. cap. 27. num. 233. & Cordub. caſu 173. in fine. Henriq. de Irregul. cap. 16. §. 2. Cand. Aur. eod. tit. num. 257. Ratio huius diſcriminis inter excommunicationem, & irregularitatem eſt, quia ad excommunicationem requiritur culpa mortalis; quæ abeſt, facta dicta reuocatione, & ſecuta pœnitentia. Irregularitas verò etiam ſine culpa contrahitur.

Sed contra hanc rationem facit, quòd hic non agimus de irregularitate Iudicis, vel chirurgi, & ſimilium, qui ex opere licito eam contrahunt, & ſic ſine culpa: ſed
3 de irregularitate, quę ortum habet ab opere illicito, & quæ non contrahitur ſine culpa: in qua non deſunt graues doctores, qui teneant, etiam in ipſa requiri peccatum mortale, vt contrahatur, ita Sot. lib. 4. de Iuſt. & iur. quæſt. 7. art. 7. Pet. à Nauar. tom. 1. lib. 2. cap. 1. num. 69. cum ſequenti. & ideo dicunt, ex homicidio caſuali, ex leui, vel leuiſsima culpa contingente, non incurri; niſi ſit lata, quæ communiter continet peccatum mortale. quamuis Couar. teneat contrarium in Clement. Si furioſus 2. parte §. 4. num. 9.

Quid dicendum? certè in prædicto caſu mandantis, ac facientis quod in ſe eſt, vt reuocatio mandati perueniret ad mandatarium, non auderẽ diſcedere à prima opinione, quia ſemper tali imputanda eſt magna culpa, ex quo tale mandatum fecit: vnde patienter ferat pœnam irregularitatis; ſi ex ſuo mandato, licèt contra voluntatem ſuam, quis occidatur. Neque obſtat illud de homicidio caſuali; quia ibi non interuenit tanta culpa, vt in noſtro caſu.

Adde not. ſub verb. Peccatum. Diff. 11.

SVMMARIVM.

1 *MANDATVM procuratorium etiam iuratum poteſt in Foro exteriori quãdocumque reuocari.*

2 *Non tamen in Foro conſcientiæ.*

3 *Idem dic in iurante non præſentare aliũ.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 MANDATVM procuratoris etiã factum cum iuramento de non reuocando ipſum; nihilominus in Foro exteriori poteſt reuocari, & valebit reuocatio, de hoc eſt gl. celebris. in cap. fin. de Procura. lib. 6. quam dicit ſing. Felin. in cap. Cùm acceſsiſſet. num. 12. de Conſtit. Rochus de Curte, de

Iurepat.

Digitized by Google

Iurepat. verb. Honorificum.nu.43.vbi per eam decidit ſing. quæſtionem, Alex.Conſ. 16.nu.7. vol.3.vbi ſingulariter in materia, & in l. Si quis mihi bona. §. Iuſſum. ff. de Acqui. hæred. & Loazes, vbi copioſe Cõſil. de Mula. pag. 378. nu. 150.& eam dicit communiter approbatam poſt alios Coua. in cap. Quamuis pactum. 2. parte, §. 2. nu. 4. & in 4. 2. par. cap. 4. nu. 10. & Alcia. in cap. Cùm contingat. num. 42. de Iureiu. & Moheda. Deciſ. 168. aliàs 188. incip. Dubium fuit. & Feli. in cap. Ex parte Decani. à nu. 10. de Reſcript. & confirmatur per ea quę notat gl. in cap. Vltima voluntas. 13. quæſtione 2. vbi dicit ſi quis iurauit non venire contra voluntatem ſuam; nihilominus poſſe venire contra; quia nemo poteſt ſibi indicere legem, vt non liceat ſibi recedere à priore volũtate, vt l. Si quis. in prin. ff. de Lega. 3. quam gl. poſt. infinitos quos allegat, dicit communiter approbatam Loazes. dict. Conſil. pag. 383. num. 160. & Coua. vbi latè in Rub. de Teſtam. 2. par. nu. 15.

2 In Foro verò conſcientiæ non licèt venire contra iuramentum, & reuocare mandatum iuratum. aliàs erit periurus; ſecundùm præcitatam gl. dict. cap. fin. quam in hoc ſequitur Alex. dict. Conſ. 16. nu. 6. & 7. vol. 3. Quamuis Pariſ. de Reſigna. Benef. lib. 6. quæſt. 5. nu. 94. dicat non eſſe periurum. quod eſt verũ, quando ex iuſta cauſa reuocat; vt dicit Gutierrez. de Iuram. confirma. 1. par. cap. 1. nu. 84. cum ſeq.

3 Idem dic de iurante non præſentare aliũ, ſecundùm Alex. dict. conſ. 16. Et de materia, dict. gl. cap. fin. vltra ſupra citatos videndus eſt omnino Paul. de Caſtro, Cõſ. 56. & 57. Rota antiq. 184. Bal. Conſ. 22. nu. 3. vol. 1. Iaſ. in l. 2. ff. de Iureiur. Alex. ad Bar. in l. Stipulatio. ff. de Verbo. obliga. Federi. Conſ. 106. Mandoſi. de Signa. gratiæ. pag. 54. & DD. in l. In bonæ fidei. ff. de Eo quod certo loco. & Ioan. And. Domin. & Peruſi. dict. cap. fin. de Procura. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *MANDATARIVS paſſus damna propter executionem mandati, non poteſt ea recuperare à mandante in Foro exteriori.*

2 *Benè tamen in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 TEXTVS in l. Inter cauſas. 26. §. Non omnia. ff. Mand. quatenus habet mandatarium pro exequẽdo mandato, captum à latronibus, & derobatum, non recuperare damna à mandante: tantùm procedit, & locum habet in Foro exteriori iudiciali.

2 In Foro verò conſcientiæ, nullo modo ſeruanda eſt; quia eſt contra æquitatem; vt notat Paul. de Caſtro. in l. 1. C. de Leg. Vnde obligandus eſt mandãs ad reſtituenda damna à mandatario paſſa. Nam vltra quòd eſſet contra curialitatem, ea non ſoluere; (vt notat ibi gloſſa verb. Mandato. in fine) eſt etiam contra æquitatem, & rationem naturalem, vt mandatarius iacturam bonorum ſuorum, propter ſeruitiũ mandanti exhibitum patiatur, & ſibi non ſatisfiat.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX Eccleſiaſticus adiuuat ſuo gladio, & cenſura Iudicem ſecularem, ſicut & ille adiuuatur brachio huius ſecularis.*

2 *In Foro tamen conſcientiæ non poteſt, niſi quando alia remedia ceſſant ad exquirendam veritatem.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 IVDEX Eccleſiaſticus, ſi recipiat præcatorium à Iudice ſeculari, vt eum ſuo gladio adiuuet contra teſtes veritatem occultantes, vel contra occultantes ſcripturas facientes

facientes ad aliquam litem, quæ coram eo vertitur: poteſt ſanè ipſum adiuuare ſuo gladio; ſecundùm Abb. in cap. Ad noſtrã. de Iureiu. quem refert, & ſequitur Rodrig. verb. Deſcomunion. cap. 79. nu. 3. Sicut, & Eccleſiaſticus ſępè iuuatur brachio ſecularis.

2 In Foro verò interiori, id non licere ſentit Soto in 4. diſt. 22. quæſt. 1. art. 2. verſ. Inter hæc. pag. 490. Quod ita indiſtinctè accipiendum non eſt; ſed tunc, cùm alia via non poteſt ſecularis à ſuo ſubdito veritatẽ excerpere. Aliàs ſi poſsit; (vt communiter poteſt, cum incarcerando, vel torquendo, vel mulctando) non videtur fas eſſe Iudici Eccleſiaſtico eo in caſu ipſum ſuo gladio adiuuare. quippe non debet extrahi; niſi quando alia remedia ceſſant. Et in hoc caſu loquitur Soto, vt ibi videre potes. Vnde non benè reprehenditur à Rodrig. loco ſupra citato.

SVMMARIVM.

1 *RATVM habere non poſſum in Foro exteriori, niſi quod meo nomine eſt geſtũ.*

2 *Secùs ſeruatur in Foro conſcientiæ.*

3 *Ratam habẽs manus iniectionẽ in Clericũ, peccat; ſed non eſt excommunicatus.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 RATVM habere non poſſum in Foro exteriori, quod meo nomine non eſt geſtum. Reg. Ratum. de Regul. iur. lib. 6.

2 In Foro verò animæ, ſecùs eſt. In eo enim, inuoluitur quiuis peccato, approbando factum damnabile, licèt nomine ſuo non ſit factum, per text. in cap. Cùm quis. de Sent. excommunicat. lib. 6. vbi probatur quempiam, ſi ratam habeat iniectionem manus

3 factam in Clericum, non ſuo nomine, peccare quidem; non tamen incurrere excommunicationem; niſi ſuo nomine ſit facta, & notat Abb. per tex. ibi in cap. Sicut tuis. num. 8. de Simon. Adde not. ſub verb. Reſtitutio. Differ. 38.

DIFFERENTIA SEXTA.

MANDATVM in alicuius vtilitatem factum, etiã ſi ſit acceptatum, non obligat in Foro exteriori; quia tranſit in conſilium, iuxta l. 2. §. fin. ff. Manda.

Quod ſecùs eſt in Foro pœnitẽtiali; quia ibi mandata facta à Confeſſario, & acceptata à pęnitẽte, neceſſariò ſunt adimplẽda, ſub pœna p. m. non obſtante quòd omnia ſint in vtilitatem pœnitentis. Hoc probatur argum. cap. Tempora. iuncta ibi gl. 1. & iuncto c. Præced. & ſeq. 26. quęſt. 7. & docet Naua. in cap. 1. §. Ponat ſe. nu. 11. de Pœnit. diſt. 5. & in cap. Contrarium. num. 17. ead. diſt. & in Man. cap. 26. n. 20. vbi dicit pœnitẽtem, poſt acceptatam pœnitentiam, teneri ſub p. m. eam adimplere. Quod intellige verum in pœnitẽtia iniuncta pro p. m. ſecùs ſi pro venialibus tantùm.

MATRIMONIVM.

SVMMARIVM.

1 *FILIAE nubentes ſine, vel contra voluntatem parentum, poſſunt exhæredari.*

2 *Quod intellige, ſi nubant indignis.*

3 *In Foro animę non poſſunt ex hoc exhæredari*

Digitized by Google

dari. Quod intellige, vt infrà num. 4.

4 *Filij familiàs licèt contrahant matrimonia ſine, vel contra voluntatem ſuorum parentum, non poſſunt ex hoc exhæredari.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 FILIAE ſub poteſtate patris conſtitutæ, minoreſque 25. annorum, ſi ſine parentum conſenſu nubant: in Foro exteriori, pœna priuationis legitimæ, & ſucceſsionis hæreditatis parentum afficiuntur; vt probat text. iuncta ibi gl. in Auth. ſed ſi poſt C. de Inoffi. teſta. Eademque pœna poſita eſt hodie per leges municipales diuerſorum Regnorum; vt Caſtellæ, per l. 1. tit. 1. lib. 5. Ordi. Cathaloniæ, per Conſtit. 2. & 3. tit. de Eſpōſales. Luſitaniæ, lib. 4. Ordi. tit. 88. §. 1. & Galliæ, teſte Coſtano relato à Barbo. 4. parte l. 1. nu. 36. ff. Solu. matri. Idem tenet gl. verb. Excuſata. in cap. de Raptoribus. 36. quæſt. 1.

2 Prædicta pœna locum tantùm habet, quando nubunt indignis. ſecùs ſi dignis, ſecundùm Panor. conſ. 12. lib. 1. Coſtam. l. Cùm tale. §. Si arbitratu. nu. 36. ff. de Condi. & dem. Et fuiſſe ſic declaratum in Senatu Cathaloniæ teſtatur doctiſsimus Cācer Aduocatus noſter Barcinone 3. par. Var. cap. 11. nu. 5. & 6.

3 In Foro verò conſcientiæ, non poteſt pater exhæredare filiam, etiam ſi nubat viro ignobili, & indigno, contra ſuam voluntatem, ſecundùm plures quos refert, & ſequitur Coua. in 4. 2. parte cap. 3. §. 8. nu. 7. & dicit magis communem Ceuallos in Pract. Quæſt. communium. contra commu. quæſt. 5. nu. 3. Quamuis enim filia malè faciat, & peccet grauiter; quia contrauenit præcepto de honorandis parentibus in re graui, ſecundùm Naua. cap. 14. num. 13. Sotum in 4. diſt. 28. quæſt. 1. art. 4. S. Bonau. in 4. diſt. 29. quæſt. 3. Ricar. ibid. quæſt. 4. Alphon. à Veracruce in Specu. coniug. 3. parte art. 20. col. 4. Menoch. conſ. 69. nu. 23. & 31. lib. 1. Barboſ. vbi ſup. nu. 36. Rebel. de Obliga. iuſti. 2. par. lib. 2. quæſt. 14. nu. 29. ad fin. & nu. 8. & tanto magis, aut minùs peccabit, ſecūdùm quòd fuerit matrimonium ab ea celebratum; & ſecundùm iniuriam, iniuſtamque vexationem, quam patri irrogauerit; vel cauſam habuerit ita nubendi, vt deducitur ex D. Tho. in additione ad 3. partem quęſt. 47. art. 6. in corp. Tamen quia matrimonia debent eſſe libera, cap. Locum. cap. Requiſiuit. de Sponſa. cap. Sufficiat. 27. quæſt. 1. cap. 1. de Sponſa. impub. (quibus probatur liberum eſſe vtriuſque ſexus liberis poſt pubertatis annos, nullius requiſito conſilio, nulloque expectato conſenſu, matrimonia legitimè contrahere; adeò vt nec cuiuſquam pœnę metu libertas huiuſcemodi reprimi poſsit, c. Gemma. de Sponſa. & ſecundùm Canones nulla pœna appoſita ſit filiis familiàs ſine patris cōſenſu matrimonium contrahentibus, vt docet gl. in dict. cap. Sufficiat. addens pręfatum conſenſum parentum ſolùm requiri de honeſtate, ſed non de neceſsitate. Idem tradit gl. 2. in cap. fin. 32. quæſt. 2. quas probat Tiraq. ad l. Connub. l. 9. nu. 3. & Coua. vbi ſup. nu. 1. & ſecundùm eas eſt intelligendus text. in cap. Aliter. 30. quæſt. 1. in prin. vt docet Magiſter Sent. in 4. diſt. 28. §. 2. & alij communiter) non videntur poſſe admitti præfatæ leges in Foro conſcientiæ, nec in Foro Canonico, pręſertim quia diſponunt in materia ſpirituali, & matrimoniali, in qua nullā Reges, & Regna habent poteſtatem, cùm ſpectet ad ſolam iuriſdictionem Eccleſiaſticam, cap. Tuam. de Ordin. cogni. & ita audiui practicatum fuiſſe in Senatu Regio Valentino. declarauit ſiquidem non potuiſſe à patre exhæredari filiam, eò quòd nupſerat cōtra eius voluntatem. Idem docet Naua. dicens cōmunem cap. 14. nu. 15. in Man. Et prædictas leges eſſe nullas, nullamque vim habentes; teſtatur, poſt Ioan. And. & plures alios, Feli. in cap. 1. nu. 13. de Sponſa. Negari enim non poteſt iſto metu pœnæ coarctari, & impediri directè libertatem matrimonij. At pœna quæ principaliter tendit ad impediendam libertatem matrimonij, non valet, dict. cap. Gemma. & docet Areti. in l. Titia. nu. 7. ff. de Verb. obliga.

Nihilominus nō deſunt qui teneant pręfatas

fatas

ſatas leges eſſe validas; quia, inquiunt, nihil diſponunt circa ſubſtantiam matrimonii; ſed circa qualitates & acceſſoria matrimonii, nempe circa ſucceſsionem bonorum, & dotem; quo in caſu ſtatutum laicorum tenet, ſecundùm Innoc. Ioa. And. & alios in cap. 1. de Sponſa. & ibi Feli. n. 16. & Bal. in cap. Tenor. de Re iudi. & dicit Communem Cancer. 1. par. Var. c. 24. nu. 4. qui 3. par. cap. 11. nu. 4. dicit in Senatu Regio Cathalonico ita fuiſſe iudicatũ 1. Octo. 1603. in fauorem cuiuſdam patris, & contra filiam, quæ viro indigno nupſerat contra eiuſdem patris voluntatem. Et ſimilia ſtatuta valere, tenent etiam plures, quos refert Matięço lib. 5. Recop. tit. 1. l. 2. gl. 10. Cened. in Collect. ad c. 1. de Cland. deſpō. & Fulci. Pacia de Proba. lib. 2. c. 3. n. 83. Alphon. à Veracru. in Specu. cõiug. art. 20. per totũ. Oliba. in Vſat. Alium nãq;. c. 7. n. 39. & 40 de Iure Fiſci. & de Actio. par. 1. lib. 3. §. Quædã. nu. 14. Barbo. vbi ſup. n. 34. & Rebel. d. q. 14. n. 16. vbi alios refert. Celſ. Hugo cõſ. 38. n. 5. & 6. & deniq; ſic incócuſsè obſeruari teſtatur Cancer d. c. 24. nu. 6. in fi. quia dictæ pœnę nõ imponũtur matrimonio; ſed bonis quæ Principis iuriſdictioni ſubiecta ſunt. Idẽ tenet Soto in 4. diſt. 29. q. 1. art. 4. & alii quos refert, & ſequitur amiciſſimus D. Paul. Durã vir egregius, & Iudex integerrimus, in lib. de Cõdit. & modis impoſsib. 2. p. c. 3. nu. 81. Pro quorum confirmatione faciũt quæ tradit Meno. d. cõſ. 69. à n. 32. videlicet Parentes habere ius impediẽdi nuptias filiorũ ex cauſa iuſta, vt patet Geneſ. 24. v. 3. vbi Abrahã impediuit filio ſuo Iſaac, ne acciperet vxorẽ de filiabus Cananeorum. Idẽ fecit Iſaac cũ Iacob filio ſuo Geneſ. 28. v. 1. Quod adeò verũ eſt, vt etiã ſponſalia iã facta, etiã iuramẽto cõfirmata, poſsint parentes ex cauſa irritare, faciendo abſoluere filios ab eis. Cómunem dicit idẽ Meno. ſup. n. 43. & Rebel. n. 12. niſi ſint facta ſub conditiono copulæ, & ex parte feminæ ſit completa. Ita Rebel. num. 13. & cùm præfata ſtatuta ſint rationabilia, & habeãt in ſe ſummã iuſtitiam, ſecundùm Bal. d. c. Tenor. ad fi. & in l. Omnẽ. C. ad Tertul. Pariſ. conſi. 29. n. 45. cũ ſeq. lib. 3. & Fel. cõſ. 26. n. 21. vbi ait cõtrahere matrimoniũ ſine patris cõſenſu eſſe contra bonos mores, & inducere odiũ capitale: & ego cognoui in Luſitania patrẽ qui ob dictã cauſam nũquã voluit videre filiã, nec ei aliquid dare de hęreditate matris præmortuæ: quamuis filia cõtẽdebat eſſe dignã, & ſibi æqualẽ, niſi quia erat coloris auellanæ, & ob ſolum dict. colorem erat tota contentio: videtur ſecundùm ea tenendum. Verùm ſi teneamus opinionẽ Couar. & alior. ſcilicet prædicta ſtatuta non obligare in Foro interiori, immò patrẽ teneri in cõſcientia non exhæredare filiã, etiã ſi nupſerit cõtra eius volũtatẽ: non poſſet Cõfeſſarius abſoluere patrẽ in articulo mortis, niſi priùs reuocet teſtamentũ, vbi eã exhæredauit. Quid dicendũ?

Sanè articulus eſt valde dubius. Nã pro vtraq; opinione ſunt rationes, & fundamẽta non contẽnenda. & Rebel. ſup. licèt nu. 16. tenuerit contra Coua. & alios, & pro dictis ſtatutis: poſteà n. 30. re meliùs cõſiderata, ait cõſultiùs facturos patres, ſi nõ exhæredauerint, preſertim quãdo non nubũt indignis. Eſt enim durũ, & graue nimis, vt filiæ per totũ vitæ decurſum fame excrucientur, eò quòd ſine patris conſenſu maritos accipiãt, etiã ſibi aptos, & ſuis cõditionibus cõueniẽtes. ſatiùs quippe videtur, & congruẽtiùs, vt ipſæ filiæ eos eligãt, quos per totã vitã indiſſolubiliter ſocios habere debent; quàm parẽtes earũ; cùm propter dictos cõiuges, patrẽ, & matrẽ relinquere iubeantur. Geneſ. 2. v. 24. & ſępe patres magis mouentur paſsione, quàm ratione in talibus exhæredationibus; eſtq; valde durũ obligare generos ad lites ſuſcipiẽdas cũ hęredibus parentũ. Et cùm pręfatæ leges locũ non habeãt cũ filiis matrimonia cõtrahẽtib. ſine, 4
vel cõtra volũtatẽ ſuorũ parentũ, ſecũdùm Affli. Deciſ. 21. n. 9. Tho. Grãma. Deciſ. 74. nu. 4. & Deciſ. 101. nu. 4. Alex. coſ. 29. n. 10. lib. 3. Ioa. Bologni. cõſi. 8. per tot. Alphon. à Veracru. in Spec. cõiug. art. 20. Cãcer 1. p. Var. c. 24. n. 8. & 3. p. c. 11. n. 10. cùm tamẽ ipſi maiorẽ iniuriã parẽtibus irrogẽt, ſi cũ indignis, & infamibus feminis copulẽtur; quàm filiæ, quę ſunt fines cognationũ: non videtur equũ, vt ipſæ præfatis pœnis afficiantur, ſaltẽ in Foro cõſciẽtiæ. Parcendũ eſt enim fragilitati earũ; & potiùs permitti, & tolerari debet iniuria, quę parentibus fit; quàm vt libertas matrimonii impediatur; vt tra-

Digitized by Google

vt tradit Couar. ſuprà num. 5. Molin. de Hiſpanor.primog.lib.2.cap.3.num. 6. Gutierrez in Practic.quæſt.lib.2.quæſt.1.nu.3. Quare teneo cum Coua. Naua.& aliis, prę citatas leges licèt ſeruentur in Foro contétioſo in Regnis in quibus cõſtitutæ ſunt: non tamen eſſe ſeruandas in Foro interiori: & ſic patres teneri in conſcientia reuocare dict. exhæredationes in teſtamẽtis factas. Quãuis enim cõcedamus (quod abſq; veritatis prędiudicio dixerim) prædictas leges eſſe rationabiles: non tamen debet eſſe in poteſtate parentum, vt pro ſuo arbitratu ipſi exhęreditent filias eò quòd nuberint ſine eorumdem conſenſu, vel contra ipſorum voluntatem; cùm vt (ſupra dictum eſt) ſi nubant dignis, locum non habent præfatæ pœnæ; & ſæpe falli ac decipi poſsint parentes, exiſtimantes aliquos indignos; cum aliàs ſint digni, ſecundùm eorum ſtatum Quare niſi id faciant præcedente declaratione Iudicis, poteſtatem ad exhæredandum tribuentis; nequeunt in conſcientia, prædictis pœnis filias plectere; quemadmodum de marito volente exequi pœnam mortis contra vxorem adulteram diximus ſub verbo Adulterium. Diff. 1.nu.2.&.3. Deinde addi poteſt, prædictas leges plus cõditas eſſe ad terrorem, quàm vt executioni mandentur: cumquè ſint pœnales, non videtur decere, pium, ac miſericordem animũ patris executorem earum eſſe. Adde in confirmationem prædictorũ, quæ dicemus in Differantia ſequenti, circa filiam maiorem 25. annis, quæ licèt ſecundùm leges iuſtas (tamen pœnales) poſſit nubere ſine patris voluntate: id tamẽ nõ poteſt facere in conſcientia. faciunt notata verbo Reſtitutio. Diſ. 24.& ver. Poſseſsio. Diſ. 5. Vnde licèt concedamus, patrẽ non peccare ſi facta declaratione à Iudice, exhęredet filiã; tamẽ ſecùs eſt, ſi ipſe velit eſſe iudex in propria cauſa, negãdo ei dotẽ, vel exhęredando, ante quàm ei à Iudice licẽtia detur. quod malè obſeruatur in practica, & in hoc ſtat differẽtia inter vtrumq; Forum. Et in confirmationẽ proximè dictorũ, obſerua (vt refert Ceuall.& Paul. Durã ſuprà) fuiſſe tẽpore Cõcil. Trid. à Patribus ibi cõgregatis factã petitionẽ, vt fieret Canõ circa prędicta, nẽpe vt in vniuerſum, & vtroque iure poſſet filia exhęredari, quę ſine patris conſenſu nuberet: ſed nihil fuit ſuper ea prouiſum: & nulla alia ratione profectò, niſi quia non fuit viſa iuſta, nec conueniens ſupradicta petitio.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium de Iure ciuili contrahi nõ poteſt à filiis familiàs, ſine Patris cõſenſu, niſi ſint maiores 25. annis.*

2 *Secùs de Iure Canonico, & in conſcientia.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 FILII famil. de iure ciuili matrimoniũ contrahere nequeunt ſine patris cõſenſu. aliàs nõ erat validũ, l. 2. l. Filius familiàs. ff. de Ritu nup. l. Nec ſiliũ. 12. l. In coniũctione. 20. C. de Nup. & in prin. Inſt. de Nup. vbi tex. dicit hoc fieri debere, & ciuilis, & naturalis ratio ſuadet, niſi filia excederet annum. 25. vt in Auth. Sed ſi poſt. C. de Inoffi. teſtamen.

2 De Iure verò Canonico, & in cõſcientia validũ eſt matrimoniũ à præfatis filiis fam. contractũ; etiã ſi fiat ſine, vel contra voluntatem parentum; quia prædictus conſenſus non requiritur de neceſsitate, ſed de honeſtate (ut diximus in præcedenti Diff. n. 3.) Nec filię, etiam maiori 25. annis licet in hoc Foro nubere ſine patris conſenſu, per ea quę ibidem diximus, eodem num. 3. poſt princip. maximè quia forſan pater iuſto aliquo impedimento non potuit filiam maritare, quo in caſu ceſſat diſpoſitio dict. Authent. Sed ſi poſt.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum cum conditione impoſsibili de facto, & natura, tenet in Foro iudiciali.*

2 *Non tamen in Foro conſcientiæ, ſi deficiat*

ciat conſenſus.

3 *Nec etiam in Foro iudiciali tenebit, ſi de hoc conſtet.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 CONTRAHENS matrimonium cum conditione impoſsibili de facto, & natura; vt ſi diceret, Accipio te in vxorem, ſi cœlum digito tetigeris: in Foro exteriori manet obligatus, tenetque matrimonium; quia conditio illa impoſsibilis habetur pro non adiecta. capit.fin.de Condit.appoſit. Quod dicit mirabile Palud.in 4.diſt.29.quęſtione 2. artic. 5. concluſ. 5. quia videtur potiùs deridere, quàm conſentire.

2 At in Foro conſcientiæ, ſi verè non conſenſit, nō eſt matrimonium; quamuis aliàs compelleretur conſentire, & de nouo contrahere, ſecundùm eumdem Palud. ſuprà, Vide ad idem Ioan. à Medin. in tract. de Contract. quæſt. 23. quem refert Couar. in 4. 2. part. cap. 3. §. 2. num. 1. & 4. vbi dicit à contrahente matrimonium cum cōditione turpi, vel impoſsibili; ad hoc vt in Foro interiori teneat matrimonium, requiri ſciri interpretationem quam facit Eccleſia in contrahentibus cum talibus conditionibus; ſcilicet fauore matrimonii eas reiicere, & interpretari verba illa iuxta ſenſum ſimplicem, ac ſi conditio adiecta non eſſet, & ſic reputare matrimonium purè contractum. aliàs non erit matrimonium coram Deo, deficiente conſenſu. ſequitur Adrian. in 4. de Matrimonio quæſt. 7. Et ratio eſt; quia prædicta iura fundantur in præſumptione. Verùm cū quibuſnàm cōditionibus prędicta fiat interpretatio, declarat Couar. ſuprà num.2.& 3.

3 Quibus adde etiam in Foro iudiciali, iudicari matrimonium nullum taliter contractum, ſi ex coniecturis, vel aliàs conſtaret coniugalem conſenſum defuiſſe; vt poſt Adrian. docet Couar. ſupra numero 5. Adde notata ſub verbò Legatum. Diff.4.

DIFFERENTIA QVARTA.

VERBA denotantia conſenſum de prę́ſenti, in Foro contentioſo inducunt matrimonium.

In Foro verò conſcientię, quando fuerunt prolata cauſa decipiendi, & non animo conſentiendi, minimè inducunt matrimonium, ſecundùm Doctores per text. ibi in cap. Tua nos, de Sponſal.

SVMMARIVM.

1 *MATRIMONIVM contractum cum leproſo, etiam altero ignorante, valet in Foro contentioſo.*

2 *Non tamen in Foro conſcientiæ, data prædicta ignorantia.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 MATRIMONIVM contractum ſcienter cum leproſo, eſt validū in vtroque Foro; iuxta capit.2. §.Leproſi.de Coniug. lepros. Si autem contrahatur ignorante altero contrahēte; in Foro contētioſo valet, & tenet.

2 Non tamen in Foro animæ; cùm contrahens, ſi ſciret vtique morbum, non contraxiſſet; ſecundùm Cardin. & Præpoſ. in cap. final. eodem tit.de Coniug.lepros.

SVMMARIVM.

1 *SPonſalia de futuro, ſecuta copula, ante Cōcil. Trid. fiebāt matrimoniū de præſenti, de iure cōmuni, licèt conſenſus nō adeſſet. Secùs in Foro conſcientiæ. Sed hodie hoc ceſſat.*

Digitized by Google

DIFFERENTIA SEXTA.

1 LICET copula de iure communi transfundat ſponſalia de futuro in matrimonium de præſenti, in Foro contentioſo; vt in capit. Is qui fidem.de Sponſal,

Non tamen in Foro animæ, quando eſt adhibita, non animo conſentiendi, nec augendi vinculum,ſed aliàs; ſecundùm Vincent. Abb. & Præpoſ. & communiter omnes in dicto cap. Is qui fidem. Sed hodie poſt Concilium Tridentinum Seſsione 24. capit.1. de Matrimonio. receſsit ab aula prædictum capit.Is qui fidem. & ſic ceſſat hæc Differentia.

SVMMARIVM.

1 *FIDES data inter conſanguineos de matrimonio contrahendo, Si Papa diſpenſauerit; an obliget in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 SPONSALIA contracta inter cōſanguineos, ſiue veriùs conuētio,& fides, datæ inter eos, de matrimonio contrahendo, & procuranda diſpenſatione à Papa: nullam pariunt obligationem in Foro exteriori. Ita tenet Silu. verbo Matrimonium. 3. quæſt. 9. ad fin. pòſt Fran. de Aretio. conſil.143. incip. In facto proponitur. Panorm.in capit. Super eo.de Condit.appo. Victo. quæſtione 258. Soto in 4.diſt.29.quæſtione 2.artic.1.verſ. Quod autem,dicens communem.Idem teſtatur Adrian.vbi infrà, & Paul.Comitol. in lib.1. Reſpon. moral. quæſtione vltima numero 1.Et ratio eſt, quia inter præfatos nedum matrimonium prohibetur, vt in cap.Non debet. de Conſanginit. & affinit. & Clement.1.eod.tit.vbi additur pœna excommunicationis ipſo facto; ſed etiā ſponſalia, cap.Ad audientiam.de Sponſa.cap.1. eodem tit.lib.6. Naua.cap.22.numero 43. Sed prædicta ratio non videtur ſatisfacere, quia iura ſuperius citata, loquuntur de matrimonio,& ſponſalibus purè factis. Hæc enim prohibentur fieri inter conſanguineos, & affines. Nos autem loquimur de ſpōſalibus, ſub conditione expreſſa, vel tacita factis, nempe, Si Papa diſpenſauerit. Quæ per dicta iura nòn prohibētur; immò permittuntur, & ſunt licita, ſi fiant ſub conditione honeſta; vt probat text. iuncta ibi gloſſ.fin.in dict.cap.1.in fin. de Sponſa.lib. 6. At prædicta conditio videtur honeſta,vt tenet Adria. in 4. in tract.de Sponſa.quæſt. 10. Igitur per eam non videtur ineſſe ratio ad tollendam obligationem.

Ideò redditur alia ratio, nempe prædictam conditionem cenſeri impoſsibilem de iure, eò quòd depēdeat à volūtate Principis; per not.in l. Apud Iulianum. §. Conſtat.in fin. de Legat.1.vbi latè Bar.ad idem l. Inter ſtipulantem. §. Sacram. & ibi Iaſ & alii, ff.de Verbor. obligat. Sed neque hæc ratio vrget; quia, ea quæ dependent à voluntate Principis, tunc cenſentur in iure impoſsibilia,ſi non ſoleant concedi; vt notant omnes,per text.ibi in dicto §.Conſtat. At diſpenſationes in gradibus prohibitis, paſsim conceduntur, vt palam eſt;maxime ſi ſint in tertio,vel quarto gradu. Quin immò,& in ſecundò gradu ex iuſta cauſa,etiā conceduntur, non obſtante Concilio Trideutino; vt ſępe vidimus, & teſtatur Paul. Duran.in tracta. de Conditionib.impoſsib. 4.p.c.6.n.52.tametſi aliqui contra teneant.

Nec etiam vrget ratio quam nonnulli deducunt ex l.Si ſtipuler.35.ff.de Verbor. obligat.vbi promiſsio, ſeu ſtipulatio, facta de contrahendis nuptiis cum ſorore, vel adoptiua,dicitur eſſe contra bonos mores. Nam id eſt verum, cùm ſimpliciter, & abſolutè fit dicta promiſsio. ſecùs ſi ſub conditione honeſta, ſuſpendendo actum in euentum,quò ſublatum ſit impedimentum; per regul.l. In tempus.ff.de Hæredib.inſtit. & confirmatur per ea quæ tradit Molin. de

Primog.

Digitized by Google

Primogen. Hiſpanor.cap. 7. numero 2. & Duran ſuprà numero.50.verſic. Contraria. videlicet inſtitutionem filii ſpurii ſimpliciter factam, pro non ſcripta haberi. Si verò fiat ſub conditione, Si princeps eum legitimauerit, valida eſt. Ad idem facit quod dicitur de litigantibus ſuper aliquo Beneficio; qui licet non poſsint ſimpliciter paciſci de penſione (aliàs eſſet ſimonia) ſi tamen faciant pactum ſuper ea, cum conditione, Si Pontifex conſenſerit, ſuſpendendo dictam penſionem in euentum, quo Papa conſentiat, licita eſt conuentio, & ita quotidie practicatur, & notat Paulus Duran vbi ſuprà. Quod confirmatur per gloſſ.ſingul.verb. Volentibus.in Clement. vnic. de Rerum permu. quæ dicit ſolum tractatum circa ſimoniam non facere contractum ſimoniacum, niſi concluſionem, & obligationem. Melius facit quod tradit Felin.in capit. Ad audientiam. 2. num. 3. de Reſcrip.vbi dicit pactum,& conuentionem circa Beneficia,& circa ſimoniam, licèt ſint illicita, ſi fiant ſimpliciter; reddi licita quando ponuntur ſub illa clauſula, Si Pontifici placuerit, vel ſub beneplacito Superioris. Sequitur Rebuf. in Praxi Benefi. tit. de Permutatio. fol. 534. Deci.cõſ. 141. ad plura. Boëri. Deciſ. 205. Ex quibus conſtat dict. conuentionem factam inter conſanguineos, ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit, vel in euentum, quò impetretur diſpenſatio ſuper conſanguinitate, eſſe honeſtam, & licitam, & non eſſe contra bonos mores; nec dictam conditionem eſſe impoſsibilem de iure, nec de facto. Quod adeò verum videtur, vt dicat Adria. vbi ſup. prædictos conſanguineos manere obligatos etiam in Foro iudiciali ad obſeruationem fidei datę circa matrimoniũ contrahendum, & procurandam diſpenſationem. Idem ſentit Paul. Duran. ſup. nu. 50. & 52.verſ. Tertiò.

Nihilo minus non eſt recedendum à Cõmuni ſuperiùs tradita, de qua plenè per Gutierrez lib. 1.Quæſtio.Canoni.cap.22. à num.18.Pro cuius ratione, & confirmatione facit. Primò l. Oratio.ff.de Sponſa. quę ita ſumatur, *Cùm aliquid prohibetur, videtur eſſe prohibitũ omne illud, per quod peruenitur ad illud.* ſed inter cõſanguineos prohibetur nedũ matrimoniũ, ſed etiam ſponſalia ergo & prædicta conuentio videtur prohibita; quia per eam peruenitur ad illa. Secundò, quia ſicut non poſſunt contrahi per conſanguineos ſponſalia ſimpliciter: ita nec promiſsio de ſponſalibus faciẽdis, etiam cum dicta conditione, Si Summus Pontifex diſpenſauerit; ſecundùm Fran.de Aretio dicto conſi. 143.quem refert, & ſequitur Siluest. vbi ſupra. Sed fundantur in eo quòd putant eſſe dictam conditionem de iure impoſsibilem, & conſequenter vitiare ſtipulationem, per dict. l. Si ſtipuler, ff. de Verbor.obliga.Sed (vt diximus) contrarium eſt verius. Tertia ratio deduci poteſt ex l.Cùm lex.ff. de Fideiuſſo. vbi ex pacto iure reprobato, nulla naſcitur obligatio. & ex l. Continuus. §. Cùm quis. ff. de Verbor. oblig.& ex dicta l. Si ſtipuler. vbi ſi quis ſtipuletur de eo quod leges fieri prohibent, ceſſat obligatio. quamuis reſponderi poteſt Ius non prohibere talia facta & conuentiones conditionales, ſed ſimpliciter factas: vt ſuprà diximus. Quarta ratio eſt Soti vbi ſuprà, videlicet quando cõſanguinei contrahunt ſponſalia ſimpliciter, & abſolutè, intelligitur contraxiſſe implicitè cum dicta conditione, Si Papa diſpenſauerit; cùm ſine ea notum ſit, non poſſe habere effectum dicta eorum ſponſalia. Et tamen ſunt nulla, vt ſuprà vidimus.ergo erũt etiam nulla, licèt contrahãt cum dicta conditione explicita: quia taciti, & expreſsi, idem eſt iudicium. Quinta ratio deſumitur ex capit.Ex literis.de Eo qui cogno.conſangui. & ex capit.Super eo. de Conſangui.& affin. vbi ſponſalia de futuro valida, diſſoluuntur per affinitatem ſuperuenientem; quia tunc promiſsio matrimonii non poteſt adimpleri. ergo multò magis erunt inualida, nullamque parient obligationem quę fiunt inter iam conſanguineos; quia durius eiicitur, quam non admittitur hoſpes, & faciliùs eſt rei ortum impedire; quàm rũpere poſtquã nata eſt. Sexta ratio, & ceteris omnibus melior eſt, quia d. cõſanguinei, aut intẽdũt ſe obligare de pręſenti ad d.matrimoniũ cõtrahẽdũ, & ad obtinendam, & procurandam diſpẽſationem;

aut hoc non intendunt; quia omnia ſuſpendunt ad tempus licitum, ſcilicet ad euentum impetratæ diſpenſationis. ſi primùm omnino decipiuntur; quia cùm ſint inhabiles ad contrahendum matrimoniũ, & ſpõſalia; & ius reſiſtat talibus contractibus, & obligationibus de præſenti inter perſonas prohibitas factis: nullo modo ex dicta conuentione potuit oriri aliqua obligatio naturalis; per l. Si non ſortem. ff. de Condict. indebit. & per notat. verbo Lex. in Dif. 8. numero 7. Quomodo enim fomentum, & actionem dabit ius ciuile, & Canonicum iis quos omnino habet excluſos à talibus contractibus? Nam ſi prohibet illos in perpetuum coniungi matrimonio; vt in dicto capit. Non debet. quo iure, quauè actione poterit alter eorum conuenire renitentem, etiam ſi millies dederit ei fidem contrahendi? Cùm enim decreuerit Eccleſia tales perſonas numquam poſſe coniungi: inaniter agerent in iudicio vigore dictæ conditionis per eos appoſitæ, ad obligandum alterum. aliàs eſſet in poteſtate quorumcumque conſanguineorum obligare Papam ad diſpenſandum cum eis. quod eſt abſurdum. Deinde quomodo poterit Iudex Eccleſiaſticus compellere quemquam illorum ad coniugia per Eccleſiam illis prohibita? Quod quàm ſit à ratione alienum, per ſequens ſimile videre poteris. Nam ſi duo coniugati promitterent ad inuicem contrahere, ſi amborum coniuges obirent, certè ex dicta conuentione, etiam in tempus habile collata, nulla inter eos orta dici poſſet obligatio; quia talia concupiſcere, etiã Deo haud gratũ eſſet. Si verò intendunt ſe obligare in euentum impetratæ diſpenſationis. ergo interim ad nihil tenentur; & ſic nulla ex dicta conuentione orta eſt obligatio pro nunc, eſſetque neceſſarius nouus conſenſus, poſt impetratam diſpenſationem; quia tractatus ille qui præceſsit, nihil poſuit in eſſe; immò (vt diximus verbo Contractus. Differentia 7.) à contractibus innominatis, (quales ſunt iſtę conuentiones inter perſonas prohibitas) fas eſt in Foro iudiciali reſilire, & pœnitere, etiam altera parte renitente; & etiam ſi ex parte illius eſſet adimpleta res, & impetrata diſpenſatio, vt docet Gutierr. ſup.

Quare indubitanter tenendum eſt pręfata ſponſalia de iure non valere in Foro iudiciali; ſiue fiant ſimpliciter, ſiue cum dicta conditione (ſi Papa diſpenſauerit) ſiue ſint iurata, ſiue non: nec teneri alteram partem promiſſum adimplere ſi nolit, etiam poſt obtentam diſpenſationem, vt copioſè docet Gutierrez ſuprà.

In Foro verò conſcientiæ, ſi non intenderunt facere ſponſalia, ſed tantùm ſe obligare naturaliter in caſu diſpenſationis: tunc obtenta diſpenſatione, tenebuntur adimplere promiſſa ex honeſtate, & benè eſſe, ſecundùm Soto ſuprà: non tamen poterunt compelli per viam denunciationis Euangelicæ; per ea quæ ſuprà diximus. & ita intellige Adria. ſuprà, tenentem contra Communem ſuperiùs relatam, quem ſequitur Couar. in 4. 2. par. capit. 3. §. 2. num. 7. & 8. Specul. coniug. in Appendice ad artic. 19. & Paul. Comitol. lib. 1. Reſponſ. moral. quæſtione vltima per totam. & Rebellus de Obligat. Iuſti. 2. par. lib. 2. quæſt. 10. numero 46. cum ſequent. limitat tamẽ prædicta Soto ſup. verſi. Quò ſit. & verſi. Sed arguis. nẽpe teneri in cõſcientia adimplere promiſſa, & poſſe compelli per viam denunciationis Euangelicę, vbi adeſt cauſa iuſta: & inter eas enumerat, nempe ſi impenſæ magnæ factæ ſint ad obtinendam diſpenſationem. Tunc inquit iuſta ratione compelli poteſt conſanguineus, ſi ſubterfugiat adimplere promiſſum; ne alter tot impenſis in obtinendam diſpenſationem factis fruſtretur. Quod tanquam ęquum videtur omnino ſeruandum, ſaltem quoàd refectionem impenſarum, diuidendo eas inter ipſos, ſi ex iuſta cauſa reſiliat à promiſsione, vt ſi velit ingredi Religionem, vel alter eorum inciderit in aliquam infirmitatẽ incurabilem; vel ob deformitatem alteri ſuperueniẽtem, & ſimilibus. aliàs, ſi ſine cauſa reſiliat: ad totas impenſas tenebitur, ſecundùm Gutierrez ſuprà numero 19. in fin. Sanchez de Matrimonio. lib. 5. diſputatione 5. numero 32. cum ſequent. Pet. Ledeſma de Matrimonio. quæſtione 47. artic. 5. dub. 2. Adde Henriq. de Matrimonio. lib. 12. cap. 10. in fin.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 FILIVS, in Foro exteriori, nō tenetur ſtare poſt 14. annum ſponſalibus per patrem factis.
2 Idem dic de factis pro pubere, eo ignorante.
3 Et de oblatione facta de filio alicui monaſterio.
4 Filius ſoluitur à patria poteſtate poſt 14. annum, quoàd omnia ſpiritualia.
5 In Foro tamen animæ, tenetur filius ſtare promiſsis pro ſe per patrem.

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 SI pater paciſcatur, & contrahat ſpōſalia de futuro pro filio impubere; non tenetur filius in Foro exteriori poſtquàm peruenerit ad quatuordecim annos ſtare dictis ſponſalibus. Ita probat text. in c. 1. iuncta gloſſa ibi, verb. Debet. ab omnibus recepta, teſte Abb. ibi num. 5. de Deſponſat. impub. & in cap. Si vir. num. 3. de Adulter. Fortun. Garcia in l. Gallus. in princip. num. 45. ff. de Libe. & poſth. Sot. in 4. diſt. 27. queſt. 2. art. 2. col. 2.

2 Et idem dic de aliis ſponſalibus, ſeu pactis, factis per patrem pro filio iam pubere, eo inſcio, & abſente. Itaque filius non tenetur in Foro exteriori ducere vxorem illam, de qua aſſumēda, pater paciſcitur. Et ratio vtriuſque dicti eſt, quia filius ab anno quartodecimo incipit eſſe ſui iuris quantū ad ea, quę ſunt iuris diuini, vel naturalis. cap. Cùm virum. cap. Cùm ſcimus. de Regul. cap. 2. de Iudi. lib. 6. docet D. Auguſt. quæſt. 59. ſuper numer. D. Tho. 2. 2. quæſt. 189. art. 5. & 6. Decanus Louanieñ. in explicatione de Impedim. matrim. fol. 351.

3 Per quę, idem dicunt Doctores de oblatione paterna, facta de filio alicui monaſterio; vt probat text. in prædicto cap. Cùm virum. in fine, & in cap. Cùm ſcimus. da Regular. & l. 4. tit. 7. Part. 1. & text. in c. 120. quæſt. 2. vbi gloſſa final. dat ratio-
4 nem, nempe quia patria poteſtas ſoluitur poſt annum quartum decimum, quoàd Religionis ingreſſum. Adde tu non ſolùm quoàd Religionis ingreſſum; ſed etiā generaliter quoàd omnia ſpiritualia; vt eſt text. expreſſus in dict. cap. fin. de Iudic. lib. 6. & not. Lancelo. in §. Licèt autem. in gl. verb. Seipſum. in fin. Inſt. Canon. de Inſtitu. & in §. 1. in gl. verb. Offert. de Regula. Ab anno igitur decimo quarto non tenetur filius ſtare, in Foro exteriori factis per patrem in his quæ ex ſolo arbitrio, & voluntate ipſius filii dependent; vt ſunt contrahere matrimonium; vel ducere hanc, vel illam; vel intrare, aut perſeuerare in Religione, & his ſimilia.

5 In Foro tamen animę, tenetur ſtare filius promiſsis pro ſe per patrem, & conſequēter ducere eam, de qua aſſumenda paciſcitur pater, vt docet Nauar. cap. 14. num. 15. verſ. 12. in fine. maximè ſi id præcipiat pater ex cauſa neceſſaria; vt ſi illo matrimonio inimicitiæ periculoſæ ſopiuntur; vel alia ſimili cauſa id iubeat. Tunc enim ſi ſine cauſa iuſta filius non obtemperaret patri, peccaret mortaliter, ſecundùm D. Tho. in addition. ad 3. partem, quæſt. 47. art. 6. Bonauent. in 4. diſt. 29. quæſt. 3. Ricard. quæſt. 4. Sot. quæſt. 1. art. 1. & Cordub. latè caſu 171. & Rebel. de Oblig. Iuſt. 2. parte lib. 4. quæſt. 6.

SVMMARIVM.

1 VIDVA ſecundò nubens infrà annum luctus, an peccet.

DIFFERENTIA NONA.

1 MORTVO viro, non licet mulieri in Foro exteriori, alii nubere infrà annum luctus. aliàs efficitur infamis. l. 1. ff. de His qui not. infam. l. 1. C. de Secun. nup. & aliis pœnis afficitur, de quibus in Auth. de Nuptiis. cap. 23. Qui eſt. §. Si verò expectet.

In

In Foro verò conſcientiæ, & ſecundùm Canones licet; vt per Apoſt. 1. Corinth. 7. & in cap. Super illa. de Secun. nupt. & tradit noſter Dioniſ. Cartuſ. ſuper cap. 24. Deuteron. fol. 385. col. 1. in fin. & Coſta. l. Cùm tale. §. Cùm arbitratu. ff. de Condi. & demonſt. num. 43. Menoch. de Arbitr. caſu. 443. à num. 7.

Hodie prædicta infamia ſecundùm leges ciuiles receſsit ab aula, immò eſt ſublata per ius Canonicũ in c. fin. de Secun. nup. cui concordat l. fin. tit. De los matrimonios. lib. 5. Ordin. Caſtellæ: & aliæ etiam pœnę ceſſant, vt teſtatur, poſt Ferdin. Perez, Rebel. de Obliga. iuſt. 2. par. lib. 6. quæſt. 8. num. 14.

SVMMARIVM.

1 *An liceat coniugi innocenti tranſire ad Religionem, ob fornicationem ſpiritualem alterius.*

DIFFERENTIA DECIMA.

1 OB fornicationem ſpiritualem, ſeu negationem Fidei; ſi quoàd thorum, & cohabitationem, matrimoniũ ſeparetur: poteſt coniux innocens intrare Religionem, dummodo ſeparatio fiat iudicio Eccleſiæ. De hoc eſt text. expreſſus, in cap. fin. de Conuerſ. cõiuga. Dubitant tamen Doctores an idem ſit dicendum, cum ſeparatio non fit iudicio directo Eccleſiæ; ſed per indirectum, & modo tacito; vt cùm quis fugit ad hæreticos, vel turcas, & de hoc accuſatur apud S. Inquiſitionis officium, & declaratur hæreticus, ſeu apoſtata in actu publico Fidei; an propter hoc liceat coniugi innocenti tranſire ad Religionem. Sit ergo concluſio.

Separatione, quoàd thorum, & cohabitationem indirectè facta, ideſt non agente coniuge ad ſeparationem; ſed indirectè per condemnationem, & declarationem hæretici pertinacis, vel apoſtatæ, licitum eſt, in Foro conſcientiæ coniugi innocenti ingredi Religionem, arg. cap. vlti. de Hæreti. Qui text. licèt loquatur de ſubditis Principum ſecularium hęreticorum, eos liberans ab obedientia, & ſubiectione atq; obſequiis præfatorum: multi autem DD. ipſum extendunt ad coniugatos, vt Coua. in 4. 2. par. cap. 7. §. 5. num. 5. ad fin. & Barboſ. 2. parte Rub. ff. Solu. mat. à nu. 19. & Rebel. vbi infrà. num. 6. & 7. & gl. In cap. vlt. ad fin. per quos fiat inueſtit.

Et hoc, tùm in fauorem Religionis, & Fidei, & in odium contumacis hæretici, ſeu apoſtatæ; tùm quia durum nimis eſſet, vt innocens teneretur expectare hæreticum virum toto tempore vitæ ſuæ, an reſipiſceret, nec ne; interimque non poſſet a ſeculo exire: maximè in tanto incontinentiæ diſcrimine conſtitutus.

In Foro verò iudiciali, ſi reſipiſcens, & reconciliatus petat vxorem; reddenda eſt ei, etiam ſi profeſsionem feciſſet. Ita poſt Bal. tenet Tiraq. in tract. de Ceſſante cauſ. nu. 100. & Rebel. de Obliga. iuſtitiæ. 2. par. lib. 2. quæſt. 18. nu. 6. Ratio eſt, quia per reconciliationem, recuperat iura deperdita, cap. Ex literis. de Conſti. cap. Filius. & cap. Nos ſanctorum. & cap. vlt. 15. quæſt. 6. & cap. Domino quæram. tit. Hic finitur. lex 2. in Vſib. feud.

Vnde cautè faciet coniux fidelis in tali euentu, vt petat ſeparationem matrimonii coram Iudice Eccleſiaſtico, antequam hæreticus poſsit reſipiſcere, & reconciliari. Facto enim diuortio iudicio Eccleſiæ, poterit viuere ſeparatim in ſeculo, nec tenebitur virum recipere. Et poterit ſimiliter ſecurè ingredi Religionem, & profiteri. Et ſi fidelis eſt maritus, poterit etiam Ordinari, & fieri Sacerdos, ſi ſcientiam habuerit, & non ſit bigamus, ex Sotò in 4 diſtinctione 39. quæſt. vlt. art. 4. col. pen. Gutier. in Canon. quæſt. cap. 25. nu. 5. Barboſa vbi ſup. nu. 20. poſt med. Quod tene memoriter; quia ſæpe accidit hic caſus; quippe nõnulli milites poſiti in arcibus finitimis, ad turcas ſe conferunt, & renegant fidem. Idemque faciunt quamplurimi captiui, aliàs vxores habentes: & poſteà redeunt ad nos, & petunt miſericordiam à dominis Inquiſitoribus

Digitized by Google

bus, & reconciliantur. Tales autem redeũt ad ſuas vxores, & quandoque inuitæ compellentur cohabitare cum ipſis, & eos ad ſuum conſortium, & domum recipere, ſi non fecerint diligentiam ſupradictam; etiã ſi in actu publico Inquiſitionis exirẽt veſte pœnitentiali induti. Nam per hoc, non cẽſetur lata ſententia ſuper diuortio, per not. verb. Alimenta. in Differentia 3. in fi. Quinimmò etiam ſi abſentes condemnarentur vt hæretici, ſeu apoſtatæ, tanquam cõtumaces, & pertinaces: nihilominus (licèt per hoc cenſeatur data licentia coniugi innocenti ad degendum ſeparatim à viro, & pariter cẽſeatur virtualiter lata ſententia ſuper diuortio, quoàd thorum, & habitationem, vt dicit Barboſ. ſup. nu. 21. & 22. poſt Coua. & Matienço ſup. & dict. Differentia 3. citatos) talis ſeparatio non eſt directè facta ab Eccleſia, ſed indirectè: quod non ſufficit ad non recipiendum reſipiſcẽtem reconciliatum; vt dicit Rebel. ſup. ſic reſtringens text. in dict. cap. fin. de Conuerſ. coniug. vt ſolum intelligatur de ſeparatione directè facta ab Eccleſia: non autem indirectè. Nec obſtat tex. dict. cap. vltimo de Hæreticis. quia loquitur de ſubditis, ſeu vaſſallis: quales non ſunt vxores quoàd viros; ſed conſortes, & conſociæ. Et licèt extenderetur; id tantùm verũ eſſet durante marito in ſua pertinacia, & hæreſi. Nam ſi reſipiſcat Princeps, & reconcilietur: profectò ſtatim illi reſtituuntur ſua iura, & dominia in ſubditos.

Ex iis infertur, cùm repeti poſsit coniux, etiam ſi profeſsionem feciſſet, ſi ingreſſus fuit vigore ſolùm ſententiæ Inquiſitionis, ſuper hæreſi; & non vigore ſententiæ Epiſcopi ſuper ſeparatione thori; non poſſe ingredi Religionem cùm ſecuritate, & perpetuitate. & ideò ad nullum monaſterium admittetur pro habitu ſuſcipiendo. Vnde fruſtra ponitur hęc differentia à Rebello, cum in effectu in vtroque Foro cõpelleretur redire, & recipere coniugem pœnitentem, & reconciliatum, ad mutuam cohabitationem, ſi agat ad reſtitutionem ipſius memoratus reſipiſcens. Si verò non ageret; valeret profeſsio quoàd Deum, ſecundùm eumdem Rebel. num. 7. Sed (vt prædixi) ad vllum monaſterium recipietur.

Vnde in hoc differt adulterium ſpirituale à carnali; nempe quia in carnali, non cogitur maritus adulteram, etiam emendatã, recipere, Auth. Sed hodie. C. de Adulte. cap. Gaudemus. de Conuerſ. coniug. At in ſpirituali cogitur, vt dicit gl. in cap. fin. eod. tit. approbata à multis ſuprà citatis, in d. Differentia 3. Intellige ſi vult manere in ſeculo. Nã ſi velit ingredi Religionem, non cogetur poſt factam ſeparationem ab Eccleſia expreſsè quoàd thorum; vt ſuprà vidiſti per cap. fin. de Conuerſ. coniug.

SVMMARIVM.

1 *SPONSVS per verba de præſenti, ſi ſponſam cognoſcat; & non ſeminet vaſi eius; an ingredi poſſit Religionem.*

DIFFERENTIA VNDECIMA.

1 SPONSVS cognocens ſponſam, ſiue vxorem; ſed non ſeminans; vt quia non potuit propter debilitatẽ; vel quia impeditus fuit, eo quòd aliquis ſuperuenit, & ratione honeſtatis receſsit ab ea; vel quia in ipſomet actu ſpiritus ſanctus Religionem inſpirauit; vel quia ſeminauit extra vas; vel aliàs ex quocumque alio euentu non ſeminauit, ſaltem intra vas ſponſę: ſi ingrediatur Religionẽ, & profiteatur; coram Deo valida eſt eius profeſsio. Et ſponſa, ſi alii nubat, erit etiã verum matrimonium; quia prius per ingreſſum Religionis ſolutum fuit, per cap. Ex publico. de Conuerſ. coniug. Iunctis iis quæ tradunt S. Antoni. 3. par. Summæ tit. 1. cap. 11. ante §. 1. Silu. verb. Matrimonium. 8. quæſt. 15. Dicto 2. Inno. in cap. Atteſtationes. in prin. de Sponſa. impub. Soto in 4. diſt. 27. q. 1. art. 4. verſ. Cauſæ dirimendi. & verſ. Hoc autem perplexum. Henri. lib. 11. de Matrimo. cap. 8. num. 8. & cap.

Digitized by Google

& cap. 15. num.3. Sanchez poſt iſtos, & alios eod. tract. lib.2. diſputatione 21.n.5. Qui omnes tenent per dictam copulã imperfectam, non conſummari matrimoniũ, etiam ſi femina ſeminaret, vt dicit Silu. & Soto, locis ſuprà citatis. Ratio eſt, quia vt non poſsit ſponſus ingredi Religionem, requiritur vt ſit factus vna caro cum ſponſa, cap. 2. de Conuerſ. coniuga. quod nequit fieri, niſi per copulam. cap. Lex diuinę conſtitutionis. 27. quæſt. 2. ibi; *Non aliter virum, & mulierem poſſe fieri vnam carnem, niſi carnali copula ſibi cohæreant.* At vt fiant vna caro vir, & mulier, per copulã, requiritur, vt vir effundat ſemen in vas feminæ. aliàs non fit commiſtio ſanguinis, nec illa vnitas corporum, vt tradit gl. Per text. ibi in cap. Extraordinaria. 35. quæſt. 2. in gl. 1. & vlt. approbata à Panor. in cap. Fraternitati. nu. 3. de Eo qui cogno. conſang. vxo. ſuæ. & dicit communiter approbari Silu. verb. Matrimonium. 2. §. 16. & Soto ſup. Adde Speculum coniug. 1. par. art. 47. in fin.

In Foro verò iudiciali, non erit valida dicta profeſsio; nec matrimonium ſecundũ, ſi ſponſa alteri nubat, vt tradunt Archid. dict. cap. Extraordinaria. Henri. Boic. in dict. cap. Fraternitati. num. 9. de Eo qui cogno. conſang. Siluester ſuprà, Grego. Lop. in l. 5. verb. Carnalmente. tit 6. Part. 4. Paluda. in 4. diſt. 41. quæſt. 1. art. 3. concluſione 1. nu. 18. S. Antoni. vbi ſup. & Sanchez ſup. nu. 8. vbi dat rationem, quia in eo Foro, non crederetur ſponſo qui ad ſponſam acceſsit, dicenti ſe minimè ſeminaſſe, tanquam teſti in cauſa propria: & quia vt in plurimum ſeminatio contingit; ideò præſumeretur. In Foro autem conſcientiæ, fides ei adhibenda eſſet, per not. verb. Pœnitentia. Differentia 5. Et ita teneo. quamuis contrarium aſſerant Pet. à Ledeſma. de Matrim. quæſt. 61. art. 1. Medin. lib. 1. de Sacrorum homin. continen. cap. 76. & 79. Rodrig. 1. par. Summę. cap. 239. aliàs 220. concluſ. 2. in fi.

Ex quibus infertur ſi ſponſus velit Religionem aliquam profiteri, poſſe quidem in lóginquas partes recedere vbi cognoſci nequiret; ibique habitum religionis aſſumere. & ſic eſſet ſecurus in vtroque Foro.

SVMMARIVM.

1 ARRAE *datæ in præmium virginitatis, non debentur ſi ſponſa corrupta ſit.*

DIFFERENTIA DVODECIMA.

1 ARRAE in aliquibus Regnis dátur in præmium virginitatis, vt in Regno Valentię, vbi prædictæ arræ dicuntur vulgari ſermone, *El eſcrex.* ideſt augmentum dotis quod percipit vxor mortuo viro, & vtitur eius vſufructu; & poſt mortem illud reſtituitur hæredibus viri, niſi aliud tempore contractus matrimonii vterque paciſcatur. In aliis Regnis dantur à viro in compenſationem dotis à muliere receptæ, vt per Velaſ. conſultatione 16. num. 6. tom. 1. & conſultatione 2. num. 4. In Regno Caſtellæ dantur in prętium pudicitiæ virginalis, vel vidualis, vel in compenſam nobilitatis, & honoris mulieris, vel ratione matrimonii contracti, vt per Coua. in cap. Officii. num. 4. de Teſta. & lib. 2. Varia. cap. 6. n. 7. Gutier. lib. 1. Practicarum quæſt. 124. num. 2. & lib. 2. quæſt. 18. num. 4. Caſtillo in l. Si Tauri. nu. 2. Anto. Gom. l. 52. Taur. num. 12. Matienço lib. 5. Recopila. tit. 2. in Rub. gl. 2. num. 6. Azebedo lib. 5. Recepta. tit. 2. l. 1. nu. 26. & l. 2. num. 9. Baeça de Non melio. filia. cap. 5. num. 19. Sanchez. de Matrim. lib. 5. diſputatione 27. num. 4.

Iſtæ igitur arræ vbi dantur in præmium virginitatis: ſi ſponſa, virgo non ſit; in Foro conſcientiæ non debentur à viro, nec femina poterit eas tuta conſcientia percipere, ſiue vir id deprehendat, ſiue non deprehendat. Ita Cordu. caſu. 135. Lopez 1. parte Inſtruct. cap. 76. §. Præterea conſequenter. Vega lib. 1. Summæ caſu 387. Manu. Rodrig. 1. tom. Summæ, cap. 208. nu. 12.

Digitized by Google

num. 12. (licèt minùs bene dicat, ſi vir deprehendat, & vitam maritalem agat; cenſeri iniuriam remittere, & denuò donare. Quid enim miſer maritus tūc agere debet: num prodere debet impudicitiam vxoris? abſit. nam cùm teſtes non habeat, quid ei prodeſſet? certè nihil. Nemo ergo in neceſsitatibus liberalis exiſtimandus eſt; & conſequenter non eſt putandus denuò donaſſe dictas arras in præfato euētu.) Adde ſupradictis Caſtillo, dict. l. 52. Taur. ſuper gl. Antes de conſumado. num. 20. & ita tene. quicquid dicat Sanchez ſup. num. 4. poſt Molin. de Iuſti. & iu. Tract. 2. diſputatione 209.

In Foro verò iudiciali lucrabitur mulier dictas arras; quia nemo eſt qui poſsit circa hoc contra eam agere, vt palam eſt: niſi aliàs hæredes viri poſſent probare, ante matrimonium fuiſſe ab aliquo cognitam; quod perraro continget.

METVS.

SVMMARIVM.

1 *METVS in Foro exteriori debet eſſe iuſtus, & cadens in conſtantem virum. Et ſic iura requirentia talem metum, tantùm procedunt in Foro iudiciali.*

2 *In Foro verò interiori ſufficit qualiſcumque metus, etiam leuis, ad quem excuſandū.*

3 *Acquiſita per metum etiam leuem, veniūt reſtituenda.*

4 *Vt metus leuis ſufficiat in Foro animæ, debet eſſe cauſa principalis, vel ſine qua non.*

5 *Ratio diuerſitatis inter vtrumque Forum aſsignatur.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 IVRA requirentia metum iuſtum, tātùm procedunt in Foro exteriori. vnde l. Vani timoris. ff. de Regul. iur. quę dicit vani timoris nullam eſſe excuſationem; & l. Metum. ff. Quod met. cauſa. quæ dicit non debere attendi metum vani hominis, ſed cadentem in hominem conſtantiſsimum: loquuntur quoàd Forū iudiciale, ſecundùm Silu. verb. Reſtitutio. 2. §. 7. & Nauar. cap. 17. num. 16. & 29. ad fin. & cap. 19. num. 13.

2 In Foro verò interiori, omnis metus etiā minus iuſto, excuſat. Nauar. cap. 17. num. 4. 15. & 29. & cap. 22. num. 51. & conſ. 84. num. 4. de Regula. Anto. in cap. Sacris. de His quæ vi. Caſtren. in l. 1. num. 1. C. de Reſcin. ven. Coua. in 4. 2. part. cap. 3. §. 4. num. 16. Soto in 4. diſtinctione 29. quæſt. 1. art. 3. ad quartum. Rebel. de Oblig. iuſt. 2. par. lib. 18. quæſt. 1. nu. 7.

3 Quod adeò verum eſt, vt etiam irritet factum, ſicut ſi eſſet iuſtus. Vnde acquiſita per metum, etiam leuem, in Foro animæ reſtituuntur; vt docet Coua. in Regula Peccatum. 2. part. §. 3. num. 7. Naua. cap. 17. n. 15. Adria. de Reſtitutione. §. Aggredior. verſ. Ex quibus omnibus. & Silu. dicto §. 7. vbi dicit acquiſitum per metum qualēcunque, obligare primò accipientem ad eius reſtitutionem in Foro conſcientiæ. Quòd ſi metus fuit iuſtus: obligare, tranſireque obligationem in omnem alium, ad quem res peruenerit. Quia hæc actio in rē ſcripta eſt, & tranſit res affecta, ex dicta l. Metum. §. Licèt. & §. Cùm autem. Idem docet Rebel. vbi infrà.

4 Licèt autem leuis metus ſufficiat in Foro animæ, vt & diximus ver. Contractus. Diff. 8. debet tamen is coram Deo eſſe cauſa principalis, vel ſine qua non, illius conſenſus; vt aduertit Nauar. dicto cap. 17. num. 29. ad fin. quem ſequitur Rebel. 2. par. lib. 1. quæſt. 5. num. 9. Addens requiri etiam, ne ſit iuſtè incuſſus: aliàs non infirmaretur promiſ-

promiſsio, ſeu contractus;iuxta Communem in cap.Cùm dilectus.de His quę vi.& probat l. Si mulier. ff. eod. docet Silueſt. verb. Metus. quæſt. 5. Soto in 4. diſt. 29. quæſt. 1.art. 3. Idem probat cap.Ex literis. 2.de Sponſa.& cap.Sicut nobis.de Regul.

5 Ratio autē diuerſitatis inter vtrūque Forum, ea eſt, ſecundùm Silu.ſuprà; quia in Foro exteriori nemo præſumitur facilè iactare ſuum. l. Cùm de indebito.ff.de Probat. vnde donans, v. g. leui motus metu; præſumitur potiùs ſponte, quàm coactè donaſſe. Lex autē fundata in præſumptione, in Foro animæ non obligat,vt diximus ſub verb. Lex. in Different. 12. per cap. Is qui fidem. cùm ibi notatis. de Sponſal.nec habet locum contra veritatem. Vnde conſtito de qualicumque metu, & ꝙ alias non donaſſet; ceſſat in Foro conſcientiæ prædicta præſumptio, & conſequenter debet in conſcientia res taliter donata reſtitui. vide Naua. dict.cap.22.nu.51. vbi tradit, quaſi eamdem rationem,ſcilicet quia leges conſtituentes diſcrimen inter alium, & alium metum, ſe fundant ſuper præſumptione, qua præſumunt alium, nempe iuſtum, eſſe cauſam actus: alium verò non. at lex fundata in præſumptione, &c. Adde iura non curando de metu leui, non intendere approbare facta per coactionem, ſed conſulere tranquillitati Reipub.multiplicationem litium preſcindendo. In quo ſe habuit ius inſtar eius, quod circa fraudes, & deceptiones in pretiis rerum venditarum, & emptarum ordinauit in l. 2. C. de Reſcin. vend. per quod non fuit ſublatum remedium quoàd Forum animæ; vt diximus verb. Contractus. in Different. 2. Sic hic. Quamuis enim metum, & coactionem leuem inferēs, impunitus per leges maneat: æquum tamen erat, vt in Foro conſcientiæ teneretur. Indigniſsimum quippe eſſet, vt per huiuſmodi contractus ex metu iniurioſo ini os, rerum tuarum dominio priuareris: Is verò qui iniuriam intulit, non ſolùm impunitus per leges; ſed etiam ab obligatione reſtituendi liber remaneret in Foro conſcientiæ; lucrum impudentiæ ſuę reportans, vt benè annotauit Rebel. ſup. num. 16.

SVMMARIVM.

1 M*ETVS iuſtus quomodo iudicetur, & arbitretur in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 METVS iuſtus, ſiue cadens in conſtantem virum, de quo in l. Metum. ff. Quod met. cauſ. in Foro conſcientię,ille dicitur, & reputatur, quo minus malum,maioris euitandi cauſa,eligitur, ſecundùm D. Tho. in 4. diſt. 29. receptum, & ita intelligendum ſecundùm Nauar.cap. 22.nu. 51. §. 1.& 4. quicquid dicat Rebel. 2.par. lib.2. de Matrimonio. quæſt. 11.num.4.

In Foro verò exteriori, & iudiciali, qualis metus ſit iuſtus ad infirmandum, ſeu irritum nuntiandum actum metu factum, arbitrio prudentis eſt definiendum, iuxta gl. in cap. Cùm dilectus. de His quæ vi. verb. Metum. & in l. Interpoſitas. verb. Cruciatum. C. de Tranſact. Coua. in 4. 2. parte cap.3. §.4.num.8.& Communem teſte Nauar. ſup. Effectus eſt magnus. vide per Nauar.cap. 22. num.51.ad fi.

SVMMARIVM.

1 M*ETV facta an ſint irrita, vel irritanda.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 OMNIA metu facta regulariter ſunt valida, & tenent, in Foro externo, licèt poſteà per actionē, Quod metus cauſa, veniant reſcindenda, iuxta gl. in cap.

Abbas.

Abbas.de His que vi. receptam,ſecundùm Naua.cap.22.nu.50.& Menoch.de Recup. poſ.remed.1.n. 105. Quod intellige etiã ſi metus ſit iuſtus, & cadẽs in conſtantem virum.Nam de iniuſto, & leui non curatur in iure, iuxta eamdem gl. per l. Metum. ff. eod. Caſus autem exceptos, qui ipſo iure propter metum irritantur, ponit dict. gl. Silu. verb. Metus. à num. 8. Panor. in cap. Cùm locum.de Spon.Rebel.vbi infr.n.12.

In Foro verò conſcientiæ omnia, metu etiam leui,facta, regulariter ſunt irrita, & nulla; dũmodo metus cauſa fueirt,ſine qua actus non fuiſſet geſtus; & non ſit tam exiguus, vt pro nullo reputetur; vt docet Couar. in reg. Peccatum. 2.par.§.4. num.7. Naua.c.17.nu.15. Adria. de Reſtit. §. Aggredior.verſi.Ex quibus omnibus.Sil.verb. Metus.ad fin.& verb.Reſtitutio.2. §.7.Rebel.de Obliga.iuſt.2.p.lib.1.q.5.nu.9.15.& 16.& diximus Diff.præced.n.3. Fallit tamẽ hoc in Sacramẽtis, quæ characterem imprimunt,vt ſunt Baptiſmus, Ordo, & Confirmatio;quę valent etiã ſi metu iuſto ſint accepta.c.de Iudęis.45.diſt.c.Vbi.54.diſt.docet Naua.d.c.22.nu.50.Rebel.2.p.lib.2.q. 11.n.8.vbi dat rationem;quia ſcilicet cauſa efficiens prędictorũ Sacramentorũ non eſt liber conſenſus, ſed intentio miniſtri, etiã coacta;& forma materiæ applicata.Ex qua ratione idem dicit Soto in aliis Sacramẽtis præter ſacramẽtũ Matrimonii,quod nõ tenenet,ſi metu iuſto contrahatur,vt infrà videbis in ſequẽte Diff.Ita Sot.in 4.diſt.29.q. 1.artic.3.§.At perinde.

Hinc infer adnot.per glo.in cap.Præſens. 20.q.3.quæ dicit non valere profeſsionem filii, metu reuerentiali patris factam. Qui metus in iure reputatur leuis.Quam glo.ad hoc dicit ſing.Naua.conſ.2.nu.2.& conſ.6. de His quæ vi.& conſi. 3. nu. 6. de Renun. Rebuf.de Paciſ. poſſeſ. pag.1221.nu.230. & dicit communiter approbatam Rodrig. 2.tom.Quæſt.regu.q.54.art.4.in fin.& Rebel.ſup. num.10. quamuis ipſe contrarium teneat n.16.in fi.cũ ſequent.in fin.cum Couar.de Sponſa.2.par. cap.3.§. 6. num. 7. & Sarmiento lib.2. Select.interp. cap. 11.nu. 9.& Padilla in l.Interpoſitas.num.17. C.de Tranſact. Cùm in matrimonio carnali nõ ſufficiat prædictus metus reuerentialis, ex l.Si patre cogẽte ff de Ritu nupt.& nõ minùs vinculũ indiſſolubile, & perpetuũ inſit in matrimonio ſpirituali, quã carnali vt palã eſt: meritò videtur idẽ dicendum de eo, quod de carnali.Sed prima opinio in practica ſeruatur,dũmodò cõcurrãt nunc cũ metu reuerentiali. Ita vidi practicari in quodã Religioſo noſtri Ordinis qui adhuc viuit, & tenet Bar.in dict.l.Interpoſitas.

De voto autem ſimplici minùs videtur dubitandum, nẽpe no obligare in conſciẽtia, ſi metu, etiam leui,ſiat; dummodò ipſe metus ſi cauſa,ſine qua votum factum nõ fuiſſet, vt reſoluit Rebel. loco ſuprà citato nu.10.& 16.in fin.cum ſeq. Allegat Naua. c.17.nu.4.ſed ibi tantùm loquitur de tranſactione, & donatione. Allegat glo.dict.c. Præſens.ſed illa non agit de voto ſimplici, ſed ſolẽni. Sed cùm quoàd vim ſe obligãdi Deo, tantùm importet votum ſimplex, quantum ſolenne, vt tradit Turrecrema. poſt Hugo.in c.Vidua.nu.220.quæſt.3.videtur nõ ſufficere quemlibet metum leuẽ, vt votum ſit irritum coram Deo; cùm etiã in ſolenni non ſufficiat, vt ſuprà proximè reſoluimus; ſed oportere eſſe grauem. Ita Lopez. 1.par.c.45. Quemlibet autẽ metũ, etiam leuem,puto eſſe ſufficiẽtem cauſam ad diſpenſandũ ſuper eo,ſi diſpẽſatio à Superiore petatur.quod eſt ſecurius; & ſentit Soto. ſup. §. Sed tunc.& docet Lop.ſup.& Naua.c.22.n.51.§.vlt.

Vnum autẽ hic meo iudicio mirabile prętereundum non duxi, videlicet votũ ſolenne Religionis,metu iuſto, ſeu in conſtantẽ virũ cadente factũ: vſq; adeò eſſe nullum; vt licèt ille qui metu vouit, iureiurãdo cõfiteatur in iudicio, ſe dum illud vouerat,cõſenſum adhibuiſſe;nihilominùs ſi iuſtũ metũ legitimè probauerit,abſoluetur voto.Ita Sot.d diſt.29.q.1.art.3.§.de Voto.dicẽs talem eſſe vſum Eccleſiæ. ſequitur Rebelus vbi ſup.n.9.ad fin.Ex quo infert idem Sot. eſſe hoc argumentum in predicta voti meticuloſi nullitate, nec ſe fundare Eccleſiam in ſola præſumptione; ſed conſentaneum viſum fuiſſe ita diſponere, propter ſummam libertatem in dicto voto Religionis requiſitam; iuxta cap.Notificaſti.33.quæſt. 5.& cap. 1. de His quę vi. nihilominùs in Foro conſcientiæ ſtandum eſſet dicto

 vouentis,

vouentis, per ea quæ diximus verb. Pœnitentia. Differentia 5. Sed videtur idem dicendum eſſe in Foro conſcientiæ per not. per Nauar. dict.cap.22. nu. 51. ad fin. verſ. Porro. vbi dicit iuſtum metum non ſolùm anichilare matrimonium eius qui ob illum fingit ſe conſentire: ſed & eius qui verè conſenſit. allegat D. Tho. & communem in 4. diſtin. 29. & cap. Cùm locũ. de Spõſa. & cap. Abbas. de His quæ vi. Prædictis tandem adde, licèt in Foro iudiciali requiratur metus grauis (vt ſuprà diximus) nihilominus tales circumſtantias occurrere poſſe, attenta qualitate perſonarum, & rerum; vt etiam ſufficiat leuis, ſi ex circumſtantiis Iudex præſumpſerit metum fuiſſe cauſam ſine qua actus non fieret. Ita optimè Rebel. ſup. n. 13. vbi n. 18. addit teneri ſtare cõtractui per metũ facto eũ qui metũ intulit, ſi coactus ipſi ſtare voluerit. Quod vt iuri, & rationi conſonum, placet vt puniatur in quo deliquit, & ne cõmodum, immò incommodum in pœnam ſuæ malitiæ reportet. Tùm quia illa nullitas cauſatur in fauorem metum paſsi. & ita etiã tenet Panor. in contractib. ratione doli nullis, in c. Cùm dilecti. de Empt. & vend. & Sil. verbo Culpa. q. 7. n. 10. & probat Bar. in l. Et elegãter. per tex. ibi n. 3. ff. de Dolo. & Naua. d. c. 22. n. 51. in fin. dicens communem, per c. Ad id. de Spoſa.

Pro complemento ſupradictæ differẽtiæ, dubitari poteſt ſing. à lectore cur vota metu iuſto emiſſa ſint nulla, in vtroque Foro, vt tenet Anto. in cap. Sacris. de His quæ vi. Pau. Caſtrẽ. in l. 1. C. de Reſcind. vẽd. Coua. in 4. 2. p. c. 3. §. 4. n. 16. gl. in c. Authoritatem. 15. q. 6. Ricar. in 4. diſt. 29. q. 2. art. 1. idẽ Sot. lib. 7. de Iuſti. q. 1. art. 1. Porti. cõſ. 5. Sarmiẽ. lib. 2. Select. interp. c. 11. n. 9. & eſt cõmunis opinio teſte Naua. ſup. d. c. 12. n. 52. & conſ. 4. n. 1. de His quæ vi. Iuramentũ autẽ nõ ſic, vt tradidimus verb. Iuramentũ. Differen. 9. Hoc dubiũ egregium tangit Abb. in cap. Si verò. in fin. de Iureiu. & dicit cauſam eſſe; quia in iuramẽto, vt quotidiano, & familiari in cõmerciis hominum, noluit Eccleſia aperire viam hominibus, & occaſionẽ prębere deierãdi. Ideò ſtatuit valere etiã metu facta. ſecùs in voto, quod eſt rarum, & ſoli Deo factum.

Aliam rationem tradit Pau. Comit. lib. 2. Reſponſ. moral. q. 2. num. 4 videlicet quia in voto, quod eſt volũtaria promiſsio Deo facta, repugnat coactio. ideo irritatur per metũ emiſſum. In iuramento autem citatur Deus, vt teſtis & prima veritas, & honor ei exhibetur. Honor autem primę veritati debetur, etiam ab inuitis, nec impediri debet vllo metu, nec vllius mali terrore. Ideo tenetur iurans illud ſeruare, etiam ſi inuitus iurauerit.

Melior ratio colligitur ex Ang. verb. Iuramentum. 4. poſt prin. & Sil. verb. Iuramentum. 3. q. 2. ad fi. ſcilicet votũ fieri Deo, & iuramentum hominibus. Itẽ in voto cõtrahitur obligatio per ſolam intentionem: in iuramento verò per deliberatam verborum atteſtationem. & ideò votum metu, aut dolo emiſſum, eſt nullum, quia conſtat Deo, qui eſt ſcrutator cordium, defuiſſe voluntatẽ vouendi. Eccleſia verò quę non iudicat de occultis, ſed per ſignis facta, & verbis, approbat iuramentum, quia de eo illi conſtat per illa verba foras prolata, licèt corde aliud teneat iurans, cuius ſcrutatio non ſpectat ad eam.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium metu mortis celebratum, & conſummatum, non eſt validum in Foro conſcientiæ. Præſumitur tamen validum in Foro iudiciali.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 MAGNA eſt contentio inter DD. circa matrimoniũ metu mortis celebratum, & eodem metu cõſummatum, an ſit validũ, nec ne. In quo dubio Soto in 4. diſt. 29. q. 1. art. 3. §. Potiſsima tamen. fuit adeò perplexus, vt nec pedem ferè firmare auſus eſſe videatur. Sed procedendo more noſtro, ſit concluſio, Matrimonium coram Parocho, & teſtibus celebratum, ſed metu mortis præcedente, & eodẽ metu ſubſequẽte, cõſummatum, validum eſt quoàd Forũ exterius; & ſic

& ſic in iudiciali Foro cogetur taliter contrahēs, & conſummans, vt viuat maritaliter cum vxore; licèt probet minas, & terrores mortis, & iureiurando dicat ſe numquam ex animo conſenſiſſe. Hanc concluſionem reuerà, ac in effectu, tandem tenet Soto vbi ſup. & ante eum Paluda. ibid. art. 4. cōcluſione 3. Ange. verb. Matrimonium. impedimento 1. num. 3. Hoſti. in cap. Conſultationi. de Sponſa. Rebel. de Obliga. iuſt. 2. par. lib. 2. quæſt. 11. nu. 21. & alii recentiores, quos citat Sanchez lib. 4. diſputatione 18. n. 13. Ratio eſt, quia vt matrimoniū ſit irritū ratione metus, debet metus eſſe iuſtus, & cadēs in conſtantē virū, vt probat tex. in c. Veniēs. 2. de Sponſa. At præfatus metus, in prædicto caſu nō fuit viri cōſtantis, ſed infirmi. Potiùs enim debebat mortem patiēter pati; quàm, etiam coactè, animo fornicario ad vxorē accedere. Tùm quia ne tale crimen letale in eo admittamus, contra l. Merito. ff. Pro ſocio. Eccleſia potiùs præſumit mutata voluntate, maritali affectu, & ex vero conſenſu, cognouiſſe eam. Tùm quia hanc partem videtur probare tex. dict. cap. Veniens. quem Iaſ. in l. Titia. nu. 6. ff. de Verbo. oblig. dicit quotidianum, & ſing. ad hoc, quòd ſi aliquis iuuenis inuentus eſt in domo alicuius puellæ; & metu armorum, vel minarum mortis, per patrem, vel affines puellæ, illato, contrahat matrimonium cum illa, & ſequatur copula: matrimonium eſt nullum, ſi poſteà, dum eſt in tuto, matrimonio contradicat. Ergo ſi non contradixerit, reputabitur validum, quamuis in illo tex. non cōſtet poſt matrimonium metu contractum, eſſe copulam ſubſecutam, nec qualis metus præceſſerit: ſed ſolùm probat matrimonium metu conſtantis viri contractum, eſſe nullum ipſo iure. Et ad hoc ipſum notat Panor. ibi nu. 7. dicens ſpeciale eſſe in matrimonio vt nulla requiratur reciſsio per actiōnem, *Quod metus cauſa.* iuxta regulā per nos traditam Diffe. præced. in princip. propter eius prærogatiuam; quia metus repugnat omnibus tribus bonis matrimonii. Itaque ex iis quę hactenus diximus cōſtat in iſto caſu validitatis matrimonii poſt copulam conſummati, Eccleſiam non curare de metu quantumcumque graui; cùm tamen in voto Religionis ſolenni, in matrimonio ſpirituali contrarium obſeruet, vt vidiſti in Differentia pręceden. verſ. Vnum autem. Quod videtur mirabile; quia valet argumentum de carnali ad ſpirituale; & è conuerſo, vt in cap. Inter corporalia. de Tranſla. Epiſcopi. & probat latè Prepo. in cap. Tuæ. de Sponſa. vbi 12. ſpecialitates vtriuſque ponit. Poteſt dici rationem diuerſitatis eſſe, quia hic allegat turpitudinē ſuam; & ideò non auditur. l. Tranſactione. & ibi glo. fin. C. de Tranſ. l. Si creditoribus. & ibi bona glo. 1. C. de Seru. pig. dat. ſecùs in voto ſolenni.

In Foro verò conſcientiæ, tale matrimonium metu conſummatum, nullum eſt ipſo iure, ſecundùm communem teſte Nauar. cap. 22. nu. 51. §. 3. D. Antoni. 3. par. tit. 1. c. 7. ad fin. Menoch. de Pręſumptio. lib. 3. pręſumpſione 4. nu. 31. Soto, Sanchez. & Rebel. locis ſup. citat. Ratio eſt, quia de eſſentia matrimonii eſt vt conſenſus ſit liber, & voluntariè contrahatur; quia aliàs nō poſſent coniuges conſequi bona illius. Quomodo enim haberi poſſet proles, & benè educari, & fides inter vtroſque ſeruari, ſi odium ſit inter virum, & vxorem, & eam vir exoſam habeat? Deinde ſi conſenſus coactus directè exhibitus in contractione matrimonii, non validat ipſum: quomodo poterit eum validare conſenſus coactus, indirectè, & præſumptiuè ex copula deſumptus? Pręterea metus ille necis de ſe, & ex natura ſua eſt grauis, & cadens in conſtantē virū, vt probat tex. in c. 1. de His quæ vi. & ibi notant omnes, & in dict. c. Veniens. per accidens autem eſt, vt non ſit talis in eo qui eius cauſa conſenſit in fornicationem, qualis eſt ille acceſſus coactus ad copulā. Et licèt ex hoc non eſſet ille metus iuſtus, nec cadēs in conſtantē virum: nihilominùs negari non poteſt, vt ait Soto, eſſe terribilē tollentemq; liberum cōſenſum qui neceſſarius eſt ad matrimonium. Quibus adde c. Ex literis. in fin. de Sponſa. impub. vbi probatur ſpōſalia de futoro metu facta, etiam eſſe nulla. Et dicit cōmunē Coua. in 4. 2. p. c. 3. §. 5. n. 1. Quod amplia etiā ſi poſt ea cōtracta ſequatur copula nō coacta. Tū quia quę ab initio ſunt inualida, tractu temporis non cōualeſcunt. regu. Quod ab initio in 6.

Tùm quia copula ſecundùm ſe, non eſt ſignum expreſsiuum conſenſus, niſi ſaltem valida præcedant ſponſalia, & libere contracta, ex quibus ita tenet Rebel. vbi ſuprà num. 22.

SVMMARIVM.

1 *MATRIMONIVM metu leui contractum, validum eſt in Foro iudiciali. Secùs in Foro conſcientiæ, ſi verè aliàs non fuiſſet factum.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 MAtrimonium ob leuem metũ factum, in Foro exteriori validum eſſe probat tex. in c. Veniẽs. 2. de Sponſa. vbi Papa requirit metũ viri conſtantis ad diſſoluendũ matrimoniũ. Ergo leuis nõ ſufficit. & cõſequenter metu leui matrimonium contractum, validũ eſt, & tenet. Et hanc eſſe cõmunem opinionẽ teſtatur Almain in 4. diſt. 29. q. 1. Rebel. de Oblig. Iuſt. 2. p. lib. 2. q. 11. n. 9. & Paul. Comitol. lib. 1. Reſpõſ. mora. q. 111. n. 2. aliàs nullus eſſet litium finis. Nec credendũ eſt quempiam terrore leui adductum, contraxiſſe inuitum. Hinc dicit glo. verb. Patron. in c. Præſens. 20. q. 3. matrimoniũ factum à filia ob metum reuerẽtialem patris, validũ eſſe. Quam gl. ſequuntur Cardi. & alii quos refert, & ſequitur Coua. in 4. 2. p. c. 3. §. 6. n. 3. & Rebel. vbi ſup. n. 10. Et eam dicit ſing. Naua. conſ. 36. n. 4. de Sponſa. vbi eam latè probat. Quod confirmatur ex l. Vani timoris. ff. de Reg. iur. & l. Metũ. ff. Quod metus cauſ. quibus probatur vanum & leuẽ timorem non eſſe habendum in cõſideratione. Quæ leges habent tantùm locum in Foro contentioſo, vt dicit Ange. verb. Metus. §. 15. & Silu. eod. verb. in fin. Quod adeò verũ eſt, vt licèt conſtet in dicto Foro ex leui metu quem omnino diſſenſiſſe: nihilo minus geſta per dictum metum, non reſcinduntur, ſed valent. Ab obſiſtendum enim multitudini litium, noluerunt iura dare actionem, *Quod metus cauſa*, in præfatis caſibus, ſicut ob eamdem cauſam, & rationẽ denegarunt actionem deceptis intra dimidium, vt aduertit Gabriel in 4. diſt. 29. q. 1. artic. 2. conclu. 4. & Rebel. dict. num. 10. Quod eſt valde notãdum, quia videtur mirabile.

In Foro verò conſcientiæ, dictum matrimoniũ metu leui factũ, eſſe nullũ tenet Gabriel vbi ſup. Naua. c. 17. n. 29. & c. 22. n. 51. Coua. loco ſup. cit. & Ledeſma 1. par. art. 2. conclu. 7. & dicit Communem Rebel. ſup. & hoc propter ſummam libertatem quam cõiugia requirunt. c. Cùm locum. de Spõſa. Quia nõ minùs obſiſtit libertati cõſenſus; & matrimonium coram Deo nullum reddit, metus leuis, quàm grauis, ſi verè metũ leuem paſsi; aliàs non conſenſiſſent. Tùm quia idem metus leuis eſt ſufficiens in Foro conſcientiæ ad reſcindendos alios contractus; vt diximus ſup. Dif. 1. ergo & in matrimonio debet etiam eſſe ſufficiens, per regulam quam tradit Naua. cõſi. 36. n. 10. vbi dicit omni metu qui facit alios contractus reſciſsione dignos, fieri matrimoniũ ipſo iure nullum. Eamdem tradit Coua. vbi ſup. nu. 5. & in Regu. Peccatum. 2. p. §. 3. nu. 7. & Sot. lib. 4. de Iuſt. q. 7. Ange. vbi ſup. & Silu. verb. Metus. §. 9. Quod confirmatur ex traditis per Paul. Comit. vbi ſup. lib. 3. q. 2. n. 8. vbi dicit in conſcientiæ Foro nõ eſſe diſcrimen inter leuem metum, & vehementem.

Nec obſtat contrariũ ſentire D. Tho. in 4. diſt. 29. q. 1. art. 3. ſcilicet eſſe etiã validũ in Foro cõſcientię. Idẽ tenet Ricar. in 4. diſt. 29. q. 1. art. 1. Sot. eadẽ diſt. q. 1. art. 3. verſic. Hinc ergo primum argumentũ. & de Iuſti. & iur. lib. 7. q. 2. art. 1. in fine ſecundi argumenti. & dicit Cõmunem Rebel. vbi ſuprà num. 8. & 9. Nam intelligendi ſunt quando metus leuis non tollit omnino conſenſum. aliàs ſecùs, vt reſoluit Rebel. ſuprà num. 10.

Et quando metus ſit vel dicatur leuis, vel non, declarat Coua. in 4. 2. p. §. 4. num. 8. & Meneſi. in l. Interpoſitas. numero 19. C. de Tranſact. & Paul. Comitol. dicta quæſt. 2. num. 7.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *IVRAMENTVM per vim, vel iuſtum metum extortum an ſit nullum, vel pariat aliquam obligationem in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 IVRAMENTVM per vim, vel iuſtũ metum extortum, in Foro iudiciali nullum eſt, nullamque parit obligationem. Tex. eſt expreſſus in Auth. Sacramenta puberum. C. Si aduerſus vẽditio. & in cap. Verum. de iureiur. & vtrobique communiter DD. & docet D. Thom. in 3. diſt. 39. quæſt. 1. art. 3 ad 2. D. Bonauẽ. ibid. art. 2. quæſt. 2. Ricard. in eamdem diſt. art. 1. q. 2. Gabriel ibid. q. 1. concl. 8. noſter Dioniſ. ibid. q. 3. verſ. Inſuper ſi queratur. Soto lib. 8. de Iuſt. q. 1. artic. 7. Idq; meritò pręfata iura ſtatuerunt, ne quis ex ſua malitia cõmodũ reportet, maximè quia per dictã vim conſtat eum qui ſic iurauit, caruiſſe voluntate adimplendi iuramentum; ſine qua in priuatis obligationibus nullum iura menum eſt obligatorium.

In Foro verò conſcientiæ, tale iuramentum eſt validũ, & ſic tenetur iurans ſub pęna peccati mortalis adimplere illud. Ita colligitur ex d. c. Verùm. ad fi. iuncta declaratione D. Thom. 2. 2. q. 98. art. 3. ad 1. quem omnes Theologi ſequũtur, maximè Caiet. ibid. & quæſt. 89. artic. 7. in 2. quæſt. Sotus in 4. diſt. 29. q. 1. art. 3. D. Anto. 2. p. tit. 10. c. 6. caſu 5. omnes Summiſtę, vt Silu. verb. Iuramentũ. 4. §. 7. Angel. eod. verbo in 5. §. 9. Nauar. cap. 12. num. 14. Tabiena verbo Iurare. §. 20. dicit Communem ex Canoniſtis Panormit. in cap. 1. de Iureiur.

Rationem huius ſecundi Dicti aſsignat D. Thom. dict. q. 98. art. 3. ad 1. Quia inquit, coactio in Foro conſcientiæ non aufert iuramento promiſſorio vim obligandi reſpectu eius, quod licitè fieri poteſt. Vel, vt dicit noſter Dioniſ. in 3. diſt. 39. q. 3. In iuramento coacto duplex eſt obligatio, vna quoàd vim inferentem: & illa per violentiam aufertur; quia ipſa coactio promeruit vt cogenti, promiſſum non obſeruetur: altera quoàd Deum, qua homo tenetur implere quod per nomen Dei promiſit; & hanc non tollit coactio. Quid enim promeruit Deus, vt ei irrogetur magna illa iniuria & offenſa quæ irrogatur ex violatione, & infidelitate promiſsionis, & iuramenti, ex coactione alterius? Alia ratio elicitur ex c. Si verò. de Iureiur. vbi dicitur non eſſe tutum quemlibet contra iuramentum ſuum venire, niſi tale ſit, vt ſeruatum, vergat in interitum ſalutis ęternæ. Cùm igitur iuramentum à coacto præſtitum eſt tale vt ſeruari poſsit ſine interitu ſalutis ęternæ, per conſequens eſt ſeruandum in Foro animæ.

Sed contra ſuperius reſoluta, mihi ſeſe offert non contemnendus ſcrupulus. Si enim Ius Canonicum principaliter intendit euitare peccatũ quoàd fieri poteſt, vt probat text. dict. cap. Si verò. & in cap. Ita ne. 32. q. 5. cap. fin. de Conſue. cap. fin. de Pręſcrip. cap. Cùm contingat. de Iureiu. cap. Quia in omnibus. cap. Super eo. de Vſur. cap. Mattheus. de Simo. cap. Vt animarum periculis. de Conſti. lib. 6. cap. Licèt mulieres. eodem tit. & lib. gloſſ. 2. dict. cap. Cùm contingat. quam dicit ſingularem Barba. in capit. Ceterum. de Iuram. calum. & in cap. Filius. colum. 2. de Teſtam. & Additionat. Abb. in Rubric. Proëmii Decretalium. nu. 16. tradit Abb. in cap. Quia plerique. quæſt. 7. numero 25. de Immunit. Eccleſ. pulchrè Fortun. Garcia de Vltimo fine vtriuſque Iuris. num. 207. verſi. Prætereà. ſingulariter Naua. per text. ibi in capit. Nouit ille. notab. 6. de Iudi. & Barboſ. in 5. par. l. 1. num. 74. ff. Solut. matrim. & diximus in Prælud. num. 6. Et iurans etiam coactè, tenetur in conſcientia promiſſum adimplere, aliàs incurret periurium, per dicta ſup. quomodo ergò in Foro exteriori Ius Canonicum ipſum iurantem abſoluit ab obligatione illud adimplendi? Videtur enim hoc continere in ſe repugnantiam, ſcilicet iuramentum eſſe nullum, nullamque parere obligationem in Foro Canonico, per dict. c. Verùm. & teneri quem in conſcientia ad obſeruationem ipſius ſub pœna periurii.

Sed diſſolui poteſt præfatus ſcrupulus ex iis quæ tradit D. Bonauentu. loco ſuperiùs citato. Dicit enim in priore caſu Eccleſiam preſumere eum qui coactè iurauit, caruiſſe voluntate adimplendi illud; & ideò eum abſoluere in Foro Canonico; quia iuramẽtum non obligat, ſi iurans animum non habuit ſe obligandi, vt poſt S. Bonauentu. docet Ang. verbo Iuramentum. 5. §. 19. nu. 32. At qui probat coactionem, eò ipſo probat non habuiſſe animum ad ſe obligandum. ergo, &c. Prætereà lex fundata in preſumptione non obligat in conſcientia; ad not. in Prælud. nu. 7. ergo ſi iurans coactus, verè promiſit, & voluit facere quod iurauit; tunc tenetur in conſcientia iuramentũ adimplere. & in hoc caſu procedit hæc differentia.

Ex quo ſequitur, iurantem per vim, ſi nõ habuit animum adimplendi promiſſum, liberum eſſe in conſsientia, dùm modò aliqua honeſta diſsimulatione vtatur, cùm iurat; vt ſi tacitus apud ſemetipſum dicat, dabo ſi teneat, vel ſi cogar iure, vel ſi tibi debeam, vel licita alia tergiuerſatione vtatur. Immò etiam ſi ſimpliciter ſine vlla exceptione iuret daturũ, ſi careat intẽtione dãdi; peccaret quidẽ mortiferè: nõ tamẽ teneretur in cõſciẽtia illud adimplere. Hęc eſt cõmunis omnium ſententia, teſte Paulo Comitol. lib. 2. Reſp. moral. q. 3. nu. 2. & 9. Adde ad prędicta Soto ſup. & Caiet. dict. q. 89. art. 7. in fin. annotat. & eumdem Comitol. dict. lib. 2. quęſt. 2. nu. 2. verſi. Verùm enim, & Naua. dict. c. 12. n. 14. & notata v. Iuramentum. Diff. 10.

Nec tãdem obſtat regula illa deducta ex d. c. Si verò. ſcilicet iuramentum ſeruandũ, ſi ſine interitu ſalutis æternę ſeruari poteſt; qùia fallit in multis caſibus, de quibus per gloſſ. 2. dict. cap. Cùm contingat.

Adde notata ſup. Diff. 2. in fin. vbi diſſoluitur dubium egregium, quod circa hic dicta moueri poterat.

MISSA.

SVMMARIVM.

1 *MISSAS plures habens dicendas, an poſſit eas committere aliis dicẽdas pro minore ſtipe, quàm ipſe acceperat. Declaratur hoc copiosè per ſeptem limitationes.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 PResbyter habens multas Miſſas dicendas; eſt dubium egregium, ſi nõ poteſt omnes illas per ſe celebrare, & vult dare alicui Sacerdoti aliquas dicendas: teneatur eidem dare omnem ſtipem & eleemoſinam, quam pro ipſis acceperat. An verò poſsit ſecura conſciẽtia retinere penes ſe partẽ illius, & cõducere Sacerdotẽ pro minori eleemoſina, quàm acceperat. v. g. vt ſi habebat duo regalia argentea pro qualibet Miſſa; poſsit dare vnũ regale tantùm, & alterũ penes ſe retinere.

Et quidem quòd poſsit id facere in Foro exteriori, nulli dubium eſt. Nam ita multi faciunt ſine vllo ſcrupulo. quorum ratio, & fundamentum eſſe poteſt. Primò, quia nõ videtur fieri aliqua fraus danti dictas eleemoſinas pingues: cùm principale intẽtũ ipſius, ſit vt prædictæ Miſſæ celebrentur. Secundò, quia Miſſa non videtur eſſe minoris valoris, & meriti, ſi celebretur minore ſtipe; quàm ſi magno & pingui. ſicut videmus in cõductione aliorum operum. parum enim refert quoàd effectum operis, quòd quis v. g. conducat operarium pro ſtipendio quatuor regalium qualibet die; vel pro tribus: ſi opus faciendum non erit minoris valoris, ſi fiat ab iſto, vel ab illo. At Miſſa ex opere operato non creſcit, nec decreſcit quantum ad eius valorem, ſi fiat à bono Sacerdote, vel à malo. iuxt. tex. in c. Vtrum. de Cõſecra. diſt. 2. vbi de ea dicitur, *in my-*

in myſterio Corporis Chriſti, nibil à bono maius: nibil à malo minus perficitur Sacerdote. Tertiò quia is, qui accipit ſtipem pro Miſſa, eo ipſo inſtanti fit dominus ipſius: ſicut quilibet officialis, & artifex fit dominus illius ſtipendii, quod accipit, pro conductione alicuius operis faciendi. At faber lignarius, verbi gratia, ſi accipiat ſcutum pro facienda arca; poterit ſanè dare eamdem faciendam alteri artifici ſeu fabro ęquè perito in arte, ſicut eſt ipſe, pro octo regalibus, & reſeruare ſibi reliqua tria. Ergo ſimiliter presbyter poterit idem facere circa Miſſas.

Hę ſunt rationes, & fundamenta, quibus prædicti ſe tueri poſſunt. Et video Fr. Manuel Rodrig. in ſumma verb. Miſſa. cap. 131. concluſione 7. eos excuſare, etiam quoàd Forum conſcientiæ, tribus concurrentibus. Primò quòd pręfatas Miſſas non acceperint intentione faciendi cum eis negotiationem, ſcilicet, vt eas poſtea dent dicendas minori ſtipe, & lucrentur reliquum. Secundò quòd ſint pauperrimi. Tertio, quòd is, qui vltimò accipit dicendas Miſſas, & ſic conductus, libere conſentiat. Vult dicere; quòd ſciat maiorem ſtipem fuiſſe datum pro ipſis: & nihilominus gratuito, & libere illud plus, quod alius ſibi retinet, remittat. Alias enim ignorans non dicitur conſentire: ſicut nec dormiens, cap. Maiores. §. Item quæritur. de Baptiſm.

Ex quibus verbis, & conditionibus colligitur, quòd in Foro conſcientiæ non eſt tutus, qui huiuſmodi Miſſas dat dicendas alicui, qui paupertate, & neceſsitate preſſus; vel ignorans, eas accipit cum minori ſtipe; quàm mandanti dederunt.

Sed pro vera, & clariori reſolutione huius notabilis differentiæ; has, quę ſequuntur, concluſiones apponam.

Prima concluſio; Parochus, vel monaſterium; quibus relictæ ſunt à defunctis Miſſæ aliquæ dicendæ, cum ſalario maiore ordinario: tunc ſi non poſſunt, vel nolunt eas per ſe celebrare: poſſunt aliis eas dare cum minori ſtipe, quàm acceperunt; ſed tamen conſueto. Ratio eſt; quia eas relinquunt dicti defuncti contemplatione parochiæ, & monaſterii, & ratione eleemoſinæ eorum. Vnde non tenetur totam eleemoſinam refundere: ſed tantùm conſuetam. Ita tenet Soto lib. 9. de Iuſti. quæſt. 3. art. 1. Nau. cap. 25. num. 91. Beia caſu 12. parte 1.

Secunda concluſio, cùm eleemoſina Miſſarum eſt data per perſonam conſanguineam, vel amicam præsbyteri; poterit ſimiliter ipſe præsbyter retinere penes ſe quod excedit conſuetum ſtipem: & dare alteri pro ipſis celebrandis coſuetam eleemoſinam. Quia illud plus cenſetur ei datum ob conſanguinitatem, vel amicitiam, & ratione eleemoſinæ.

Tertia concluſio, Parochus, vel Conuentus dans Miſſas aliis dicendas, ſtipe minori conſueto: non eſt tutus in conſcientia: quamuis is, cui eas committit dicendas, videatur in id conſentire. Tùm quia eſt illicita negotiatio, & auaritia. Tùm quia iuſtum pretium, vt ita dicam, ipſius Miſſæ; eſt conſuetum: & ſic non poteſt ipſum defraudare, per not. verb. Venditio. Diff. 1. Tùm quia ob neceſsitatem, & paupertatē credendum eſt conſenſiſſe dicere minori ſtipe, & conſequenter talis conſenſus non eſt ſufficiens ad Forum animę, per not. verb. Emptio. Diff. 4. & verb. Vendito. d. Differ. 1. in ſecunda ampliatione, faciunt notata à Maiore in 4. diſt. 45. quæſt. 3. & à Beia. ſuprà.

Quarta concluſio; vbi eleemoſina Miſſarum non eſt per ſtatutum Epiſcopi, neque per conſuetudinem loci, certa, & determinata: ſed incerta; vt quia vnus ſoluit regale, & dimidium; alius duo; alius tria; alius regale tantùm; alius regale, & quartam partem alterius. Tūc benè poterit presbyter, vel Conuentus dare ſtipem minorem, ſeu inferiorem; puta regale. arg. eorum, quæ tradunt Doctores circa pretium iuſtū, minimè taxatum, quod non eſt in puncto indiuiſibili; ſed habet latitudinem: ſcilicet tres gradus, infimum, medium, & ſupremū. Et inter hanc latitudinem dicitur iuſtum, vt per D. Tho. 2. 2. q. 77. art. 1. & Nauar. in Summa, cap. 23. num. 78. Soto lib. 6. de Iuſti. quæſt. 2. art. 3. & alios quos congerit Rodrig. in Summa, verb. Vendas. cap. 77. in prin.

Quinta concluſio, quærens Miſſas, cum

praua

praua intentione, dádi poſteà eaſdem aliis pro minori ſtipe; quàm acceperat: furtum committit, & ſic tenetur ad reſtitutionem illius quantitatis, quam apud ſe retinuit. Quia nullo iure, vel ratione poteſt illud plus apud ſe retinere: immò venit grauiter puniendus: quippe qui facit mercaturam, & genus negotiationis in re tam ſacra, & veneranda. Aliàs ſi poſſet illud retinere; multi non dubitarent præfatam mercaturam exercere: non obſtante peccato, ſeu crimine. At obuiandum eſt malis: & hominibus peruerſis, & auaris tollenda eſt omnis occaſio, & anſa peccandi. Prætereà negari non poteſt fieri fraudem illis Miſſis, ſeu eleemoſinis earum, dando minus pro illis,quàm porrectores earum,pro illis dederunt; quamuis enim valor Miſſæ non minuatur ex eò quòd minor eleemoſina pro ea detur: fraudatur tamen is, qui eam dedit: vel ſaltem is, qui retinet fraudatũ, facit contra iuſtitiam, non dando integrè quod acceperat pro ſtipe Miſſę. Et ideò tenetur ad reſtitutionem ipſius. Sicut famulus,qui non porrigit pauperi integram eleemoſinam, quàm herus ſeu dominus ſuus illi dedit; tenetur reſtituere id quod retinuit: eſtò quòd dominus non defraudetur merito, & ſatisfactione, illi eleemoſinæ integræ,quam dedit famulo,debitis.

Sexta concluſio,Presbyter quęrens Miſſas cum bona intentione, ne ſcilicet infrà annum ſibi deficiant; ſi aliquæ eidem ſuperſint; vel quia plures acceperat, quàm poterat celebrare; vel quia infirmitate detentus, non potuit eas dicere: ſi eas alicui dederit; tenetur omnem eleemoſinam quã acceperat, eidem elargiri. Ratio eſt, quia alias defraudaret illum, non dando illi integram eleemoſinam dictarum Miſſarum, vt ſuprà proxima cõcluſione probauimus. Prætereà iſto in caſu non datur vlla præſumptio, de qua in 1.& 2. cõcluſ.locuti ſumus; nempè quòd largitor eleemoſinarũ voluerit facere liberalitaté cum ipſo primo presbytero ob amicitiam, vel conſanguinitatem; aut eleemoſinam vltra cõſuetam. Et ſic tenebitur totum ſtipem dare ipſi celebranti dictas Miſſas. Aliàs teneretur de furto: ſicut famulus teneretur de eodem; ſi ſtipendium datum à domino pro mercede, verbi gratia, Petri ad aliquod opus cõducti: ipſe conduceret eum minori pretio, & reliquum ſibi reſeruaſſet.

Septima concluſio, Presbyter pauper habens aliquas Miſſas dicendas; quas tamen propter infirmitatem, vel aliud iuſtũ impedimentum, non potuit celebrare: ſi eas velit alteri præsbytero dare: poteſt licitè minori ſtipe, quàm ipſe acceperit, alterum conducere. Dummodo ei rem manifeſtet,& conductus liberè conſentiat,ſecundùm Rodrig. loco ſuperiùs citato.

SVMMARIVM.

1 *MISSA an poſsit hodie dici in Oratoriis priuatis,in altari portatili? Ponitur regula,cũ ſex limitationibus valde notandis.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 FRATRES Prædicatores, & Minores habent priuilegium, vt poſsint cum altari portatili,ſine alia Ordinariorum licentia,celebrare Miſſas in locis, quos degunt, & ſic in locis non ſacris; vt probat tex. in cap. In his. de Priuileg.Et licèt hoc priuilegium ceſſet hodie poſt Concilium Trid. ſecundùm Nauar. cap. 25. nu. 82. ſecundùm tamen Rodriguez in Summa. verb. Miſſa. núm. 16. non ceſſat in Foro conſcientiæ. Nam Pius 5. viuæ vocis oraculo confirmauit prædictum priuilegium quoàd Forum conſcientiæ, non obſtante Concilio Trid. Quinimmò nec in Foro exteriori ceſſat, interim dùm Epiſcopi non prohibent, ne eo vtantur, argum. eorum quæ notat Naua.conſ. 16. num. 1. verſ.Secundo. de Priuile.& docet in terminis Rodrig. 1. tõ. Quæſt. regula. quęſt.28.art. 3.pag.296.Alii autem Fratres, & Regulares non poterunt eo vti virtute communicationis priuilegiorum,quia in præ-

Digitized by Google

in prędicto priuilegio extenſiuo,ſiue communicatiuo,expreſsè excipiuntur priuilegia contraria decretis Concilii Trid. niſi fortè obtinerent eamdem confirmationē, ſeu ſimilem ei quam Pius 5.conceſsit prædictis fratribus Prędicatoribus, & Minoribus, vt habent patres Societatis Ieſu, teſte Suarez. 3.par.pag. 1216. qui in ſuis domibus,in priuato oratorio à Prouinciali approbato,poſſunt facere ſacrum.

Et quia hæc materia de dicendis Miſsis in oratoriis priuatis cum altari portatili, eſt multum practicabilis ; operępretium duxi eam copioſè pertractare. Sit ergo regula.

Miſſa celebrari non poteſt extra locum ſacrum. cap. Sicut. cap.Miſſarum.cap. Hic ergo. & cap. Nullus.de Conſe. diſt. 1.docet D.Tho.3.par.quæſt.83.articulo 3. Soto in 4. diſtinctione 13. quæſt. 2. articulo 3. Naua. in Man. cap. 25. num.82.& probat latè Anto.de Mocharis. de Sacrificio Miſſæ.lib.3.cap. 10. Si enim ad panem terreſtrem manducandum,ſunt domus, & certa loca deputata, 1.Corin. 11. ibi, *Numquid non habetis domus ad manducandum?* &c. quantò magis decet vt non vbique, & quouis in loco;ſed in locis tantùm Deo ſacratis ſacroſancta myſteria celebrentur, & panis ille diuinus comedatur?

Quia tamē Eccleſiæ conſecratę ,propter plures caſus occurrentes ſæpe polluebantur , & difficilè poterant per eoſdem Epiſcopos reconciliari , ob idque diuinorum celebratio impediebatur : hinc conſuetudine introductum eſt, vt Eccleſię, vt in plurimum non conſecrentur,ſed tantùm benedicantur, vt ſic poſsint per ſimplicem ſacerdotem de licentia Epiſcopi reconciliari, ſi polluantur.& ita ſeruatur communiter teſte Palud.vbi inf.& Soto in 4. dicto articulo 3.col.7.

Poteſt etiam dici Miſſa in oratoriis publicis , ſiue eremitoriis , etiam ſine licentia Epiſcopi. Ratio eſt , quia talia oratoria ſiue eremitoria publica erigi non poſſunt ſine licentia Epiſcopi. gl. 1. in cap.Auctoritate.de Priuile.lib.6.Cepola cautela.211. & Cardin. conſ. 11. & tunc cùm eriguntur , datur licentia ab Epiſcopo , vt in tali loco,ſub inuocatione talis Sācti,poſsit conſtitui eremitorium , & ibi erigi altare. Non mirum ergo ſi ibidem poſsit dici Miſſa ſine alia noua licentia. Pro quo facit quod notat Panorm. in cap.fin.num 3. de Conſe. Eccle. vel alta. vbi inquit quòd ex quo locus a primordio eſt deputatus ad diuinas laudes , non exigitur alia licentia. Et licèt ibi Abb. loquatur de Baſilicis ſiue Eccleſiis nondùm conſecratis, nec benedictis : tamen idem dicendum eſt de iſtis oratoriis publicis , quippe etiam eriguntur non ſolùm ad orandum tantùm, vt priuata oratoria ; ſed etiam ad ibi Miſſas celebrandum,vt conſtat ex erectione altaris, quod ſolet ſemper in talibus oratoriis erigi.

Colligitur ergo ex hactenus dictis,quòd Miſſa neceſſario eſt celebranda ſiue in Eccleſiis tam conſecratis , quàm benedictis; ſiue in oratoriis publicis. Quod etiā recēter ſtatutum eſt in Conci. Trid. Seſsione 22.cap. Quanta.

Hęc tamen regula non ſemper ſeruatur. Plures enim ſunt caſus , in quibus extra Eccleſiam, & oratoria publica, Miſſa licitè celebrari poteſt. Prima ergo fallentia eſt in Epiſcopis itinerantibus. Epiſcopi enim quia quotidie oportet eos vel dicere Miſſam, vel eam audire : ex priuilegio in corpore iuris clauſo poſſunt tranſeundo, & itinerando dicere vel audire Miſſam vbicumque, ideſt in quouis loco honeſto extra Eccleſiam , & eremitoria , vt probat text. in cap.fin. de Priuile.lib.6.Quo priuilegio etiam hodie poſt Concil.Trid. vbi ſuprà, poſſunt vti Epiſcopi, vt reſpondit cōgreg. Cardinalium Concilii Trid.reſponſo mihi 839. contra Naua.conſ. 16. num. 1.de Priuile. Eodem poterunt vti ex cauſa valetudinis.Hæc enim æquiparatur cauſæ itineris ſeu profectionis. Ita cenſuit dict. congreg. Illuſtriſsimorum Cardinalium. die 19. Iunii 1586. vt in reſponſo mihi 840.

Eſt tamen aduertendum præfatum priuilegium eſſe intelligendum primò dummodo Miſſa dicatur cùm altari portatili ſiue viatico, quòd alio nomine dicitur ara conſecrata; vt dict. cap. fin. habetur. Hoc enim generale eſt , quòd nullibi dici poſſunt Miſſæ, niſi in altari conſecrato. Quod altare eſt duplex . vnum quod totum eſt conſe-

Digitized by Google

conſecratum, ſcilicet vt totus lapis ſuperior altaris qui capit totum altare, ſit conſecratus: alterum quod non eſt totum conſecratum, ſed quidam tantùm lapis paruus poſitus in medio altaris, qui dicitur ara cõſecrata, capiens tantùm pedem calicis, & hoſtiam. Et ita probat text. in cap. Concedimus. & ibi DD. de Conſe. diſt. 1. & in dict. cap. In his. de Priuile. & in cap. fin. eod. tit. lib. 6. & docet Abb. in rub. de Cõſe. Eccle. & Palud. in 4. diſt. 13. quæſt. 2. & Soto ibid. art. 3. col. 10. & Selua de Benef. 1. par. quæſt. 5. num. 125. Pro quibus facit quod notat Inno. in cap. 1. in fi. de Conſe. Eccl. vel alta. vbi dicit locum conſecratum appellari poſſe altare viaticum, ſeu portatile, ex quo per Epiſcopum eſt conſecratum. Secundò eſt intelligendum dummodo Epiſcopi ſint in itinere, & in tranſitu. Nam extra iter, & profectionem, non licèt eo vti, vt notant omnes DD. dict. cap. fin. de Priuile. lib. 6. Tertiò eſt intelligendum de iure antiquo extra diœceſim. Nam in ſua diœceſi, vnuſquiſque Epiſcopus citra vllum priuilegium poterat vbicumque cũ dict. altari portatili dicere, vel audire Miſſam; ſicut de eius licentia poterant omnes alii eius ſubditi eamdem audire, vt ſtatim dicemus. Hodie verò poſt Conciliũ Trid. etiam intra ſuam diœceſim, in itinere vtuntur prædicto priuilegio iuris communis dict. cap. fin. (vt ex infrà dicendis apparebit; contra Nauar. vbi ſup.) Quo etiam vti poſſunt tempore valetudinis; vt eadem congreg. reſcripſit reſp. 841.

Secundò fallit prædicta regula in habentibus à Papa priuilegium dicendi, vel audiendi Miſſam in priuatis oratoriis. Licèt enim de iure antiquo ſufficeret ad id ſola licentia Epiſcopi: (cap. Miſſarum. cap. Clericos. de Conſe. diſt. 1. & dict. cap. In his. de Priuile. vbi Abb. nu. 2. dicit commnunem, videlicet Epiſcopum poſſe in ſuo Epiſcopatu concedere licentiam celebrãdi extra locum ſacrum, etiam in priuatis domibus, cum altari portatili. Et ita ſeruari in vniuerſo terrarum orbe teſtatur Iul. Clar. lib. 5. quæſt. 79. num. 4. & vidi etiam ſeruari in noſtro Epiſcopatu Segobricen. & docet Palud. vbi ſuprà) hodie tamen poſt Concil. Trid. ſolus Papa poteſt concedere præfatas licentias, & priuilegia, vt bis reſcripſit congreg. Cõcilii Trid. reſpõſo mihi 625. & 841. & tradit Nauar. cap. 25. num. 82. Ratio eſt, quia per Concil. Trid. dict. Seſſ. 22. cap. de Obſeruan. in Sacrif. Miſſæ. fuit prohibitum, ne vllo modo diceretur Miſſa in priuatis domibus. & conſequenter fuit ſublata Epiſcopis facultas dandi licentiam, vt in priuatis oratoriis, in priuatis domibus conſtructis, & multo minùs in cameris, & cubiculis, aliiſque altaribus priuatis Miſſæ celebrentur. Eſt ergo neceſſarium vt à Papa, qui eſt ſupra Concilium, prædicta priuilegia, & licentiæ impetrentur. Quod procedit non tantùm quoàd priuatos, ſed etiam quoàd quoſcumque, etiam Principes, & Epiſcopos, vt reſcripſit congreg. Concilii reſp. mihi, 625. & 841. cum ſeq. Et de dominis Cardinalibus teſtatur Nau. ſuprà. Præfatæ autem licentiæ ſolent concedi nõ ſolùm ab ipſomet Papa, per Breue; ſed & à Commiſſario Bullæ Cruciatę qui ex ſpeciali commiſsione Papæ eaſdem licentias concedit. Et quibuſdam Nuntiis Apoſtolocis eadem commiſsio facta fuit, licèt recentiores eam non habeant. Solent tamen concedi diuerſimodè cum quibuſdã limitationibus, & conditionibus, & ex cauſa; puta ob ætatis, & valetudinis incommoda; vt reſpon. mihi 112. & ob neceſsitatẽ; vt reſp. 82. & 392. & aliquando vt ſemel tantùm in hebdomada dicatur; vt reſpon. 503. & interdum vt illis ſanis non permittatur ibi audire Miſſam; vt reſp. 356. & vt ab Ordinariis deſignentur, & viſitentur oratoria, in quib. Miſſa dici debet.

Eſt etiam aduertendum pręfata priuilegia dupliciter concedi. Vno modo reſtricta ad certum oratorium, quæ paſsim conceduntur: alio modo non reſtricta, ſed vt vbiq; poſsint celebrare, vel efficere vt celebrentur. Quæ ſolùm Cardinalibus, & quibuſdam ex magno fauore conceduntur, teſte Naua. in Man. cap. 25. num. 81. Et ita huiuſmodi priuilegia ſimul ſunt perſonalia, & localia.

Vno tamen in caſu videtur (etiã hodie) poſſe ab Epiſcopo dari licentiam dicendi Miſſam in domo priuata, quando ſcilicet eſſet aliquis infirmus qualificatus, vt colligitur

Digitized by Google

gitur ex congreg. Conci. Trid. reſp. mihi 626. vbi habentur hæc verba, *Ordinarii arbitrio relinquitur, perſonarum, & infirmitatis qualitate penſata, pro infirmorum commoditate, in priuato oratorio, vel altari deputato, facultatem celebrandi concedere.* Et reſp. 82. dicitur, *In priuatis domibus nõ debet permitti vt Miſſæ celebrentur, niſi propter neceſsitatem. Et tunc fieri debet in oratorio, aut altari ad diuinum cultum tãtùm dedicato.* Poterit etiam Epiſcopus eãdem licentiam dare ſine vllo ſcrupulo in aliis caſibus neceſsitatis, de quibus infrà, ſi prædicta licentia petatur; quia Concil. Trid. vbi ſuprà, non ſuſtulit ab Ordinariis indiſtinctè has licentias; nec prohibuit directè ne ab eiſdem darentur; ſed tantùm dicit vt Ordinarii non patiantur dici Miſſas in priuatis domibus. Quod Nauar. conſ. 16. num. 2. de Priuile. ſic intelligit, ideſt ne patiantur vt id fiat pro libito, & ſine aliqua iuſta cauſa. At cauſa neceſsitatis, & aliis de quibus in cap. Concedimus. de Cõſe. diſt. 1. benè poterunt eiuſmodi célebrãdi facultatem concedere. Idem refert, & ſequitur Emman. Rodriguez in ſumma verb. Miſſa. num. 16. Extra caſus ergo neceſsitatis prędictas licẽtias Epiſcopi cõcedere non debent. Benè tamen poterunt deputare loca, & approbare oratoria iis qui habuerint licentiam ad celebrandum in priuatis oratoriis, ſiue à Papa, ſiue ab eius Commiſſariis.

Ex quo infertur non poſſe Epiſcopos, extra caſus neceſsitatis, dare licẽtias dicẽdi Miſſam in priuatis oratoriis. & conſequenter nec ipſoſmet Epiſcopos poſſe eam dicere, vel eam facere celebrare in oratoriis quæ habent in ſuis palatiis. Solùm itaque ex cauſa profectionis, & valetudinis, licitum eſt Epiſcopis facere ſacrũ per ſe, vel per alium extra Eccleſiam, vel oratoria publica. In ſacellis verò, vel oratoriis quæ habent in ſuis palatiis, non poſſunt hodie Miſſas celebrare cũ ceſſet cauſa; & ſola eorum commoditas non ſufficiat, vt declararunt domini Cardinales reſpon. 841. & ita vidi ſeruari à Reuerendiſsimo domino meo. D. Ioan. Bapt. Perez Epiſcopo Segobricen. Idem etiam dicendum eſt de priuatis oratoriis, ſeu capellis quas habent multi Priores in ſuis cellis; & in domibus quas habent in vrbibus: licèt ex tempore immemorabili ibi ſoliti fuerint omnes Priores dicere Miſſam, etiã ſi fuerint approbata per Epiſcopum, niſi eorũ Religio habeat priuilegium ſpeciale vel per participationem poſt Concilium, quia tam priuilegia habita circa hoc ante Concilium, quàm conſuetudo immemorabilis, & licentia Epiſcopi ſunt hodie ſublata per Conci. cap. 1. Seſsione 22. de Obſeru. in Sacrifi. Miſſę. vt conſtat etiã ex Suarez vbi ſup. & Naua. in Man. cap. 25. num. 82. Hoc autem malè à multis obſeruatur. & ideò tene mente perpetuo. Sanctius enim facerent dicti Priores, & eorum procuratores ſi ſe abſtinerent à celebratione Miſſarum in præfatis oratoriis, & capellis, cùm commodè poſſunt adire Eccleſias.

Tertiò fallit in præfatis fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, de quibus iam in principio locuti ſumus. Vnde iſti poterunt ad libitum erigere altaria in infirmaria cõmuni, & in cameris priuatis infirmorum; vt docet Palud. in 4. diſt. 13. quęſt. 2.

Quarto fallit in neceſsitate quę legem non habet; vt in cap. Sicut. & in cap. Concedimus. de Conſe. diſt. 1. & l. 1. tit. 10. Partita 1. Vt quando fiunt ſupplicationes ad parua eremitoria, vel debent celebrari aliquæ Miſſæ nouę, ad quas maxima multitudo quam Eccleſia, vel eremitorium capere non poſſunt, conuenit. Tunc enim ad fores prędictarum Eccleſiarum, & eremitoriorum poteſt, & ſolet dici Miſſa, appoſita menſa cùm altari portatili, & aliis ad id neceſſariis. Idem obſeruatur quando Eccleſiæ ſunt combuſtæ, & exercitu exiſtente in campo. In his enim, & ſimilibus caſibus, ſi commodè à principio obtineri poteſt licentia ab Epiſcopo, condecens eſt vt obtineatur. Si verò Epiſcopus facilè adiri non poſsit, benè poteſt abſque vlla licentia ſub tegmine, aut tentoriis Miſſa celebrari, ne tanta multitudo à Miſſa abſit. Ita ſing. Turrecrema. in cap. Miſſarum. de Conſe. diſt. 1. Palud. in 4. diſt. 13. quæſt. 2. Gabriel. in Canon. Miſſæ. lect. 13. litera H. Silu. verb. Miſſa. num. 5. Ledeſma in Summa, tit. de Euchariſtiæ Sacramento. difficul-

Digitized by Google

difficultate 40. Soto in 4. diſt.13.quæſt.2. art. 3. col.7.& Naua.in Man.c.25.nu.82.& conſ.4.num. 5. de Celebra. Miſſa. Suarez 3. par. pag. 1215.& Rodrig. verb. Miſſa. pag. 605.

Quinto fallit in Clericis itinerãtibus diebus feſtiuis, ſi Eccleſię defuerint. per dict. cap. Concedimus. & probat Scotus in 4. diſt. 12. quæſt. 2. Tales enim presbyteri ſi ſecum deferant altare portatile, & alia neceſſaria, poterunt in quouis loco honeſto dicere Miſſam etiam hodie, vt adnotauit Doctor Buſtos Salmãticę anno 1592. in lectura. cap. Sicut. de Conſe. diſt. 1. Et eſt ſatis æquum, & rationi conſonum, ne talibus diebus careant Miſſa. Hic tamen caſus eſt de raro contingentibus; & ideò in eo non eſt diutius immorandum.

Sexto fallit in Regno Cathaloniæ. Nam in Concil. 3. prouin. Tarracon. factum poſt Conci. Trid. ſub tit. de Celeb. Miſſa. cap. Vni. §. Prohibet. ordinatum fuit vt nedum in ſacellis eremiticis, & aliis Eccleſiis, ſed etiã in Capellis domorum priuatarum (ſi decenter ornatæ, & clauſæ fuerint, & ſeparatæ à cubiculis) poſsint Epiſcopi dare facultatem celebrandi, poſt earum viſitationem. Quod certè decretum credo fuiſſe factum, ob ignorantiam declarationum Cardinalium dict. Conci. Trid. Vnde cùm tranſierint iam non tantùm 10. anni, ſed & pluſquam 30. poſt factũ Concilium, & nũquam fuerit receptum in dict. Regno Concilium circa hoc, ſed vnuſquiſque habens capellam clauſam, ornatam, ac viſitatam ab Ordinariis ante Concilium, perinde celebrauit poſteà in eò Miſſam, ac ſi per Concilium nõ fuiſſet prohibitum: ideò hodie non ligat incolas dict. Regni prædictum Concilium, nec declarationes Card. per ea quæ not. Naua. conſ. 1. quæſt. 5. & 6. de Conſtit. quatenus probat legem nõ receptam in aliqua prouincia, & ignorãter tranſgreſſam per decennium, non ligare ibi.

Præterea non ſolùm in Eccleſiis, & locis Deo ſacratis, Miſſæ ſacrificium peragendum eſt, ſed etiam in altari conſecrato. adeò vt licèt Epiſcopus poſsit diſpenſare in primo (vt ſuprà diximus) non tamen in ſecundo. Nec vlla neceſsitas ad id ſufficeret. Ita Archidin. cap. Sicut non alii. de Cõſe. diſtin. 1. nec vſquam vidimus Papam in hoc diſpenſaſſe. Et ſic magis neceſſaria eſt conſecratio altaris, quàm conſecratio Eccleſiæ, vt docet Soto in 4. diſt. 13. quęſt. 2. art. 3. Quòd autem in altari conſecrato ſit neceſſariò celebranda Miſſa, probat tex. in cap. Nullus presbyter. & in cap. Concedimus. & cap. Altaria. de Conſe diſtin. 1. Latè Anto. de Mochar. de Sacriſi. Miſſæ. cap. 11. & DD. in cap. In his. de Priui. & in cap. fin. eod. tit. lib. 6. Abb. in rub. de Conſe. Eccle. vel alta. Hæc autem altaria in primitiua Eccleſia erant lignea, vt portari poſſent propter perſecutiones. Sed à tempore Siluestri Papæ ſunt lapidea; ſiue ſint portabilia, ſiue immobilia; vt docet Palud. in 4. diſtin. 13. quæſt. 2. addens licèt altare portatile debeat eſſe lapideum; tamen altare ſuper quod ponitur altare portatile non referre vtrum ſit ligneum, vel lapideũ; vtrum menſa, oſtium, vel feneſtra.

Iam verò quibus ceremoniis debeat prędictum altare cõſecrari, ponit Põtif. Rom. 2. par. cap. 3. quas omnes ſigillatim explicat Turrecrem. dict. cap. Altaria. in ſecundo. & Rationale. diu. off. lib. 1. cap. 7. à nu. 3. & Selua de Benefi. 1. par. in 6. requiſito in Benef. & Eccleſia. Et inter eas, hęc quoque eſt, vt ſcilicet Reliquiæ alicuius Sancti reponantur in altari ſiue fixo, ſiue portatili, vt probat text in cap. Placuit. de Conſe. diſt. 1. & in Pontificale, tit. de Cõſecratione altaris portatilis. Quod intellige, vbi commodè prædictæ Reliquiæ haberi poſſunt. Vbi autem Reliquiæ Sanctorum facilè haberi non poſſunt (pro vt hodie non habentur) non eſt neceſſarium vt recondantur ſiue in fixo altari, ſiue in portatili. Ita poſt Soto in 4. diſt. 13. quæſt. 2. articulo. 3. col. 10. aduertit Buſtos in lectura dict. cap. Nullus presbyter. anno 1592. Salmanticæ, & Summa Aſten. & Hugo apud Angel. & Silu. licèt eidem Silueſtro non placeat.

MONI-

Digitized by Google

MONITORIA.

SVMMARIVM.

1 *MONITORIA tollentia compenſationem, quomodo intelligantur, & procedant in vtroq; Foro.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 NONNVMQVAM ſolent dari monitoria, ſeu charte excommunicationis ab Epiſcopis, ſeu eorum Vicariis generalibus (quod & in Romana Curia vſu venit) contra eos qui bona alicuius poſsident, vel ſciuerint ab aliquo poſsideri, & non manifeſtauerint; adiecta clauſula, *Etiam ſi animo compenſandi, vel qualitercumque illud acceperint.* Huius conſuetudinis meminit, poſt Roſellam, Paul.Comitol. lib. 6. Reſponſ. moral.quæſt.4.num.1.Vnde per dicta monitoria cogitur quis in Foro iudiciali manifeſtare quæ accepit in compenſationem ſibi debiti, vel ſcit ab aliquo accepta eſſe in eandem recompenſationem.

Et quamuis Roſella, & Armilla, verbo Furtum.num.15.dicat præfatum recompenſantem teneri etiam in conſcientia propalare compenſationem à ſe factam, ſi reuelando non timeat cogi ad eius reſtitutionem: veriùs tamen eſt non teneri; vt expreſsè docet Nauar.cap.25.numero 46.& ante eum Angel.verbo Furtum. numero 41. Tabiena verbo Inquiſitio. §. vltim. & Silueſt.verbo Furtum.num.13.& 16.quos refert,& ſequitur Comitol. ſup. vbi reſpódet non obſtare dictam praxim, licèt aliàs ſit iuſta, & rationi conſentanea; quia inquit multas fraudes in hoc fieri poſſe. Maximè quia vt iuſta ſit compenſatio, & fieri poſsit, multa requiruntur quæ tradit Silueſt.ſuprà numero 13.& habes ſub verbo Compenſatio Differentia. 3. Hinc dicit Ange. loco ſuperiùs citato non debere quempiam credere parti dicenti ſe id accepiſſe in recompenſationem debiti, ſed teneri illud reuelare; ni iam certus eſſet de debito. Adde, & ſciat non plus accepiſſe, quàm eidem debebatur.

Ex ſupradictis collige præfata clauſula, & praxi, non tolli ius compenſationis; ſed aut incertum, aut non verum, vt optimè aduertit Comitol. vbi ſup. in fin.

Vide circa hoc verbum, quæ diximus verbo Iuramentum.Differentia 5.

MVNERA.

SVMMARIVM.

1 *RELIGIOSVS in Foro exteriori quaſcumque munerum largitiones facit de licentia tantùm ſui Prælati. In Foro verò conſcientiæ debet ſeruare formam cõſtitutionis, ſeu Extrauagantis Clementis Papæ Octaui, circa hoc editæ; quæ hic ponitur, & declaratur.*

2 *Munerum largitiones, quæ in dict. conſtitutione prohibentur, ſunt illæ, quæ ſiunt cõtra ius: non quæ ſecundùm ius. Idem nu. 98.*

3 *De-*

3 *Declaratur cap.1.Concil.Trid.Seſſ.25. de Reform.circa prohibitionem donationum in conſanguineos Beneficiatorum.*

4 *Quædam ſunt mala, quia prohibita; & quædam ſunt prohibita, quia mala.*

5 *Bona Eccleſiarum, & Monaſteriorum, ſunt ipſius Chriſti, & patrimonium illius, ſpeciali hominum diſpoſitione.*

6 *Decimas, & primitias, reſeruauit ſibi Deus in ſignum vniuerſalis dominii; & earum vſum Clericis conceſſit.*

7 *Monaſteria non habent dominium eorum quæ poſſident.*

8 *Duo in ſolidum domini eiuſdem rei eſſe non poſſunt.*

9 *Prælatus agit rei vendicatione pro rebus Monaſterii.*

10 *Dominium multipliciter ſumitur.*

11 *Solus Deus habet ius diſponendi de rebus ad libitum, & ſic abſolutum dominium habet iure creationis; & Chriſtus iure reptionis.*

12 *Summus Pontifex habet dominium Beneficiorum, & bonorum Eccleſiæ, vt ea diſtribuat in bonum commune.*

12 *Principes ſeculares habent dominium Reipub. cui præſunt, & bonorum ſingulorum Reipub. ad ea regenda, & protegenda; non tamen poterunt de bonis ſingulorum ad libitum diſponere, nec illis vti ad ſuum commodum.*

13 *Tam laici, quàm Clerici in bonis ſuis profanis, & patrimonialibus, ſunt veri domini, & poſſunt ea alienare, & donare, & eis vti pro libito lege permiſſo.*

14 *Clerici in diſtributionibus quotidianis minutis, quas lucrãtur dum interſunt diuinis; & in congrua portione ſibi debita ex redditibus, quos habent, Eccleſiaſticis, & in acquiſitis ſua parcimonia ex eadem congrua portione, poſſunt diſponere, ſicut ſi eſſent bona patrimonialia. Idem habes infrà numero 74.*

15 *Bona, & res Eccleſiæ, & Monaſteriorum, dicuntur eſſe Eccleſiæ, & Monaſteriorum quoàd adminiſtrationem in proprium commodum. Vide etiam num. 17.18. & 19.*

16 *Ciues dicuntur domini rerum Vniuerſitatis quoàd adminiſtrationem in bonum commune ciuitatis, & incolarum.*

17 *Bona Eccleſiarum dicuntur eſſe pauperum quoàd ſuſtentationem; non quia ſint domini eorum, nec habeant aliquod ius efficax in eis.*

18 *Bona Monaſteriorum in quos vſus debeant impendi.*

19 *Monaſteria, & tutores poſſunt ex cauſa alienare bona quæ adminiſtrant, & in emptores verum transferre dominium.*

20 *Ob quam cauſam fuerit hæc conſtitutio edita.*

21 *Hæc conſtitutio non eſt iuris noui inductiua, ſed reformatiua, & iuris communis reſtitutiua. & ſic quidquid ante eam de iure dari poterat, & nunc etiam poteſt.*

22 *Hæc conſtitutio non comprehendit Religioſos Ordinum Militarium. Vide rationem numero ſequenti.*

23 *Cruciferi Ordinum Militarium, an ſint veri Religioſi.*

24 *Religioſi Beneficiarii, an comprehendantur in hac conſtitutione.*

25 *Religioſi Beneficiarii quicquid acquirunt, non acquirunt Monaſteriis ſuarum profeſſionum, ſed Eccleſiis quas regunt.*

26 *Priores Ordinum Militarium quicquid acquirunt, ſunt ſuorum Ordinum, & non Eccleſiarum quas regunt; & quotannis ſe expropriant rebus quas poſſident.*

27 *Regulares expulſi a ſuis Monaſteriis, non comprehenduntur in hac conſtitutione, quia ſubſunt Epiſcopo, & eidem acquirunt.*

28 *Regulares extra Monaſterium cum licentia degentes, non comprehenduntur in hac conſtitutione.*

29 *Nullus Religioſus poteſt munera elargiri.*

30 *Abbas, & quiuis alius Superior Religioſus, non poteſt donare rem notabilem. benè tamen rem minimam, ſi talis ſit conſuetudo loci.*

31 *Religioſus nihil proprium habet. Vide hic rationem.*

32 *Valet argumentum de ſeruo ad Monachum.*

33 *Vſurarius nihil poteſt donare de fructibus quorum vſum habet.*

34 *Religioſus donare non poteſt etiam cum licentia Superioris, & Conuentus, etiam ſi cauſa legitima adeſſet. & num 43.*

35 *Nec Capitula, nec Superiores, nec Conuentus poſ-*

tus poſſunt donare.

36 *Donare eſt perdere.*

37 *Ciuitas non recognoſcens Superiorem, poteſt donare, non tamen eius Decuriones, ſeu Conſules.*

38 *Abbates, & Priores habentes redditus diſtinctos ab aliis redditibus Monaſteriorum, non ideò habent facultatem donandi munera. Vide rationem hic.*

39 *Diuiſio agri ad faciliorem culturæ commoditatem facta, non efficit plures agros.*

40 *Dantes munera non excuſantur, quamuis nomine Conuentus ea donent.*

41 *Non valet Statutum, nec conſuetudo permittens Religioſis dare munera; & ideò ab ea non excuſantur. Vide hic rationem.*

42 *Religioſus non ſolùm de bonis communibus Conuentus, ſed nec de per illum quoquomodo acquiſitis, etiam non dum incorporatis aliis bonis Conuentus, poteſt munera elargiri. Vide etiam. num. 51.*

43 *Munera prohibentur non ſolùm ſine cauſa, ſed etiam cum ea.*

44 *Munus ſumitur hic largè. Et ſtrictè ſignificat donum cum cauſa. Donũ verò, quod fit ſine cauſa.*

45 *Cauſa iuſta ad dandum munus debet approbari à Capitulo generali. Vnde nec Generalis, nec Conuentus, poſſunt illam determinare.*

46 *Cauſa iuſta ad dandum munus debet ab omnibus approbari. Vide rationem, numero ſequenti in ſine.*

47 *Vbi requiritur vnanimus conſenſus, an ſufficiat maior pars Capituli.*

48 *De iure communi ſufficiebat conſenſus Prælati, & Conuentus ad dandum aliquid.*

49 *Ad Capitulum generale ſolùm reſeruatur cognitio, & determinatio, quæ ſit cauſa iuſta ad munus elargiendum. Quantitas verò ſpectat ad Conuentum.*

50 *Declaratio Capituli generalis Dominicani circa cauſas iuſtas ad munera danda; ſcilicet gratitudo, conſeruatio beneuolentiæ, aut eiuſdem conſeruatio, in ordine tamen ad Religionem, aut Conuentum. Item pietas in parentes, & conſanguineos vſque ad quartum gradum, & redemptio vexationis.*

51 *Religioſus, nec de communibus bonis, nec de aliis quibuſuis à ſe quæſitis, vel datis ſibi, poteſt munera elargiri. Vide hic rationem.*

52 *Habens licentiam diſponendi liberè de peculio; intelligitur ad honeſta, & vtilia ipſi Religioſo; non tamen ad donandum.*

53 *Depoſita pecuniaria, ſeu peculia pro neceſſitatibus Religioſorum, habita de licentia Superiorum, an ſint licita.*

54 *Monachus ſimplex poteſt de licentia Prælati retinere, ac gubernare tota vita ſua bona omnia quæ ſecum ad Monaſterium adduxit. Vide ad idem notata numero ſequenti verſic. Vbi autem.*

55 *Duobus modis poſſunt permitti depoſita, & peculia; & ſine magna cauſa non debent permitti.*

56 *Monachus habet in multis caſibus ius agendi nomine proprio, & ſine licentia; vt Beneficiarius quoad poſſeſſiones, & iura Beneficiorum; & ſimplices ſuper iure eligendi ſibi competente, & ſuper iure alimentorum, & iure manendi in tali, vel tali Monaſterio, ſi exinde iniuſtè eiiciatur.*

57 *Religioſus per votum paupertatis non renunciat bonis ſpiritualibus, nec honoribus; & ſic poteſt petere gradum Doctoratus.*

58 *Diſcrimen inter dominium quod habent laici in ſuis bonis, & illud quod habent Religioſi Beneficiarii, & alii habentes liberam adminiſtrationem.*

59 *Eſculenta, & poculenta leuiora dari poſſunt per Religioſos. & quæ dicantur leuiora.*

60 *Munuſcula ad deuotionem, vel Religionem pertinentia, etiam dari poſſunt per Religioſos. & quæ ſint talia.*

61 *In pecunia numerata fieri non poſſunt munuſcula, nec decet Religioſos; niſi intuitu eleemoſynæ.*

62 *Valet conſuetudo dandi modica, maximè ab habentibus adminiſtrationem, etiam hodie.*

63 *Declaratur, ac limitatur cap. Ceterum. de Dona.*

64 *Munuſcula, an poſſint dari ſine vlla cauſa.*

65 *Quæ dicantur munuſcula, & quanti valoris eſſe debeant, vt ſint licita.*

66 *Monachus pictor, vel alia arte pollens, an poſ-*

an poſsit amico, vel cognato facere picturam vel aliam rem valoris pluſquam decem ducatorum; & Monialis corporalia magni valoris. numero 69. verſic. Quæ omnia.

67 Prælatus ſolus poteſt præiudicare Monaſterio in non acquirendo; & ſic repudiare quodcumque legatum, ſiue hæreditatem.

68 Faciens teſtamentum mutare; aut legatum in alium transferre; nihil tenetur reſtituere, ſi ſine vi, dolo, vel mendaciis id faciat.

69 Idem dic de eo qui impedit ne collator, præſentator, aut elector conferat, præſentet, aut eligat illum, aut illum; vel Rex non conferat alicui aliquod officium.

70 Solus Prælatus poteſt reiicere bona quæ Nouitius vult dare Monaſterio.

71 Solus Prælatus poteſt expellere Nouitium.

72 Munera quæ in feſtis natiuitatis Domini onſtri Ieſu Chriſti per Monaſteria quotannis fiunt Aduocatis, Procuratoribus, & Medicis, non prohibētur hic.

73 An Religioſi ſtudentes, itinerantes, vel procuratores, quibus datur certum quid taxatum pro eorum victu, & veſtitu, poſſint de reliquatis donare. Idem de Abbatibus habentibus redditus ſeparatos.

74 Beneficiarius de eo quod de ſuo victu honeſto parciùs viuendo ſeruat, poteſt diſponere, ſicut de patrimonialibus. Idem dic de Epiſcopo, & Abbate, quando eorum redditus ſunt tenues, & ad victum neceſſarii.

75 An ex Miſsis poſſit Religioſus ad libitum diſponere, remittendo amicis eleemoſinas earum.

76 Munuſcula quæ Religioſus de licentia Superioris elargitur, danda ſunt nomine Conuentus; dicendo, Conuentus hoc tibi donat.

77 Licentia ad munuſcula danda, quomodo ſit concedenda. Vide etiam nu. 79. ad ſi.

78 Plena, & libera adminiſtratio rerum Conuentus de iure antiquo ad ſolos Prælatos ſpectabat, nec tenebatur Prior Monachorum conſenſum requirere, niſi in arduis.

79 Hodie ſecùs eſt propter multorum Prælatorum malam adminiſtrationem. Nam per ſtatuta Religionum ſtricta valde eſt, ut hic videbis.

80 Non excuſatur Religioſus dans munera, licèt dederit perſonæ valde qualificatæ.

81 Non licet dare munera loci Ordinario, etiam prætextu benedictionis, ſuſceptionis habitus, vel alterius cauſæ.

82 Etiam inter ipſos Religioſos prohibetur munerum largitio. Quod intellige ut hic.

83 Niſi ſint de rebus minimis, & cum licentia in ſcriptis. Quod qualiter intelligatur vide hic, & num. 86.

84 De iure antiquo ſufficiebat Monacho habere licentiam præſumptam, immò, & ſolum conſenſum tacitum. Hodie ſecus, ut num. 86.

85 Licentia vbi requiritur, non ſufficit tacitus conſenſus.

87 Nouitii non comprehenduntur in hac conſtitutione, & ſic ſufficit eis habere licentiam verbalem, vel tacitam.

88 Reprobantur multæ cauſæ ad munera danda.

89 Ob cultum diuinum permittuntur.

90 Et etiam intuitu eleemoſynæ, etiam ſi ſint magnæ. ut num. 92.

91 Pauperum nomine quid veniat. & numero 95.

93 Gratius eſt Deo ſimul, quàm minutatim bona pauperibus elargiri.

94 Religioſi magis tenentur facere eleemoſynas Miſſarū in ſuum Monaſterium quando indiget; quàm in ſuos conſanguineos.

96 Operum Piorum nomine quid veniat. Adde num. 99.

97 Religioſus de licentia ſolius Prælati poteſt dotare propinquam, & etiam Nobilem non habentem ſufficientem dotem; necnon & virum pauperem ad contrahendum; & fratrem, ſeu nepotem in ſtudiis, & redimere captiuum, & adiuuare eos qui non habent niſi neceſſaria vitæ; licèt habeant poſſeſſiones, quibus venditis, deberent mendicare; & etiam remunerare obſequia, & ædificare Eccleſiam, vel emere ornamenta Eccleſiis.

98 Munerum largitiones illicitæ, non licitæ in hac conſtitutione prohibentur.

99 Hoſpitalitatis intuitu, rectè bona Monaſteriorum impenduntur. Et qualiter exerceri debeat hoſpitalitas, vide hic optimè.

100 Conuiuia neceſſaria aliquando licet facere

Digitized by Google

facere Præſidentibus Religionum,

101 *An liceat hodie detinere in Monaſteriis per dies aliquot hoſpites, qui veniunt animi recreandi gratia, vel ad videndum ſuos Monachos conſanguineos.*

102 *In benefactores Monaſteriorum, vel eos qui ſperantur benefacere, licitè munera donantur.*

103 *Recipientes munera contra hanc conſtitutionem, tenentur in conſcientia ea reſtituere, nulla expectata ſentētia condēnatoria.*

104 *Remiſsio facta recipientibus munera, non excuſat à reſtitutione.*

105 *Pœnæ huius conſtitutionis non afficiunt accipientes munera.*

106 *Hæc conſtitutio legi debet quotannis in Capitulis, & ſcribi in libris Statutorum, ſed in practica non ſeruatur; ſicut nec formæ hic præſcriptæ, nec pœnarum inflictiones.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 RELIGIOSVS in Foro exteriori quæcumque dat munera, de licentia ſui Prælati facit. & ita fit in pluribus Religionibus.

In Foro verò conſcientiæ, id nequaquam facere poſſe non deſunt qui opinentur, niſi ſeruetur forma Extrauagantis Clement. 8. circa hoc editæ.

Sed quoniam video quæ in dicta Extrauagante præcipiuntur, non ita ſtrictè ſeruari: videant Prælati, & ſubditi, quo modo ſe in Foro conſcientiæ, ab obſeruatione dictæ Extrauagantis excuſent.

Iam verò cùm in noſtra Religione dicta Extrauagās, ſeu cōſtitutio, ad vnguem ſeruatur; & ſit à toto noſtro Capitulo generali iniunctum, vt eadem retineatur: operępretium duxi hic annectere quę circa eam, vbi primum publicata eſt, annotaui. Proderunt autem noſtrę annotationes, non noſtrę tantùm familię Religioſis alumnis; ſed etiam externis; cùm in ipſis multa diſſerantur, quorum notitia variis in euentibus vſui eſſe poterit. Et vt clarius intelligantur; ponam hic dictam Extrauagantem, quæ ſic habet.

SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS, ET D. N. D. CLEMENTIS diuina prouidencia PP. VIII. Conſtitutio.

De largitione munerum vtriuſque ſexus Regularibus interdicta.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

RELIGIOSAE Congregationes, ab inſigni ſāctitate viris Spiritus ſancti afflatu inſtitutę, tantas Eccleſiæ Dei vtilitates omni tēpore attulerūt, vt ad eas conſeruandas, & inſtaurādas Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, magnam iure optimo diligentiam ſemper adhibuerint. Nam cùm ea ſit rerum humanarum conditio, & natura, vt etiam quæ optimè fundata, & cōſtituta ſunt partim hominum imbecilitate, & ad malū procliuitate, partim dæmonis aſtutia, paulatim deficiāt, ac niſi cura peruigili ſuſtententur, in deterius prolabantur: idcirco Summorum Pontificum vigilantia magnopere laborauit, vt
a † Regulariū Ordinū diſciplina, aut labefacta in priſtinū reſtitueretur, aut ſalutaribus Cōſtitutionib. cōmunita, integra, atq; incolumis permaneret. Quorū nos veſtigiis pro eodē officii munere inſiſtere, & Paſtoralē illorū ſolicitudinē (quātū poſſumus) diuinę adiutrice gratia, cupimus imitari. Quare ne ex munerib. quæ à plurib. Religioſę vitę
b profeſſoribus, † ex Chriſti patrimonio,
c quibuſuis hominibus † quauis ex cauſa ſępe

Digitized by Google

tribuuntur grauia incommoda,& mala etiã
boni ſpecie exiſtant, præcauere ſtudentes:
hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione
vniuerſis, & ſingulis cuiuſcumque Ordinis
Mendicantiũ,vel nõ Mẽdicantiũ bona im-
mobilia,& redditus certos ex indulto Apo
ſtolico poſsidentiũ,vel nõ poſsidentiũ,ſeu
cuiuſuis Congregationis, Societatis,& In-
d ſtituti †(nõ tamẽ Militię) Regularibus per
e ſonis vtriuſlibet ſexus † omnem,& quam-
cumque largitionem,& miſsionem mune-
f rum penitus interdicimus.† Sub qua prohi-
bitione comprehendi volumus omnia, &
ſingula capitula, Conuentus, & Congre-
gationes, tam ſingulorum Conuentualiũ,
Monaſteriorum,Prioratuum,Præpoſitura-
rum, Præceptoriarum, domorum, & lo-
corum, quàm Prouincialia, aut Generalia
cuiuſlibet Prouinciæ, ſiue vniuerſi Ordinis
Societatis,aut Inſtituti:eorumq; vel earum
Camerarios, Commiſſarios,& quoſcumq;
Officiales, & ſingulares perſonas: Ipſos e-
tiam Ordinum,Congregationum,& Socie
tatum huiuſmodi Superiores quaſcumque
dignitates obtinentes,etiam Generales, &
Prouinciales Miniſtros, & quocumque no
mine Præfectos,necnon Cõuentuum,Mo-
naſteriorum,Prioratuum,Præpoſiturarum,
Præceptoriarum, domorum, & locorum
quorumcumque Abbates, Priores,Præpo-
ſitos, Præceptores, etiã maiores Guardia-
nos,Miniſtros,Rectores, atq; Abbatiſſas,
Prioriſſas, & alio quouis titulo Præſidẽtes,
tam ipſis Regularibus, quàm locorum Or
dinariis,ſeu quibuſuis Superioribus ſubie-
ctas vtriuſlibet ſexus ad vitam, vel ad tem-
pus deputatos:adeo,vt nemo vmquam eo-
rum, vel earũ directè,vel indirecte, palam,
g vel occultè, † tam cõmuni,quàm particu-
h lari,& proprio nomine,† etiam ſub quouis
ſtatuti, vel cõſuetudinis, ſeu verius corru-
i ptelæ,aut alio prætextu,† vel quacũq; cau-
K ſa † niſi in Generali Capitulo, aut alia Ge-
nerali Congregatione re mature diſcuſſa
l † vnanimi conſenſu omnium, Superiorũq;
permiſſu, cauſa approbata fuerit,quicquam
tale attentare valeat.

§.4. Id autẽ ita abſolute, & generatim vetitũ
m intelligatur,vt neque omnino fas ſit quic-
quam donare, tam ex fructibus,redditibus,
& prouentibus collectis, vel cõtributioni-
bus,aut oblationibus,ſiue eleemoſynis,aut
ſubſidiis certis, vel incertis ordinariis, ſeu
extraordinariis,mẽſæ,ſeu maſſæ cõmunis,
vel cuiuſuis fabricę,& Sacriſtiæ, quorũ bo-
na cõmuniter,vt præfertur,adminiſtrantur,
ſeu quæ rationibus reddẽdis ſunt obnoxia,
quã ex pecuniis,etiã quæ à ſingulis quouis
modo acquiſitæ in cõmune conferendæ o-
mnino ſunt. Nec ſi per viã voluntariæ con-
tributionis in cõmune congerantur. Nec ſi
forſan priuatim,& nominatim cuilibet Re-
ligioſo à ſuis Superioribus, vel à propriis
affinibus,propinquis,familiaribus, amicis,
aut beneuolis,vel à piis Chriſti fidelibus,e-
tiã eleemoſynę,aut charitatis,& illius pro-
prię perſonæ intuitu attributę, ſeu quoquo
modo per quẽlibet Religioſum ſuo Mona
n ſterio Domui,aut Loco acquiſitę, † eiq; vt
ad libitũ de eis diſponat per Superiores cõ
o ceſſę fuerint:† Præterquã leuiora eſculẽta,
p aut poculẽta,† ſeu ad deuotionẽ, vel Reli-
q gionẽ pertinentia munuſcula,† cõmuni tã-
tùm, nũquã verò particulari nomine (vbi
r Superiori, † de conſenſu Cõuentus videbi-
tur) tradenda.

Sed & huiuſmodi miſsiones munerũ ipſis
Religioſis vtriuſlibet ſexus nõ ſolũ per ſe,
verumetiã per alios,tam directè, quàm in-
directè prohabitas declaramus.

ſ † Neq; verò quiſpiã ab hac generali pro-
hibitione ſe excuſare valeat, etiã ſi munera
miſerit,cuiuis perſonę laicæ, vel Eccleſia-
ſticæ cuiuſcũq; ſtatus,gradus,dignitatis, or
dinis,vel conditionis, & quauis nonſolùm
mũdana,& Ducali, Regia,Imperiali, verũ-
etiã Eccleſiaſtica,& Pontificali,aut alia ma
iori,etiã S.R.E.Cardinala. dignitate fulgẽ-
t ti,† etiam proprio loci Ordinario, etiã ex
cauſa, & occaſione benedictionis, vel ſu-
ſceptionis habitus Regularis, tonſuræ, aut
profeſsionis Monialium, tam ſibi ſubdita-
rum,quàm non ſubditarũ,aut ipſi etiã pro-
prio Ordinis,vel Cõgregationis Protecto-
ri, Viceprotectori,Generali,vel Prouincia-
li, aut cuiuſuis Monaſterii Prioratus, do-
mus, aut cuiuſlibet alterius loci Regularis
Superiori, aut alio quocũq; officio, mune-
v re,aut dignitate fulgenti, † vel cuicumque
etiã ſimplici,& particulari Religioſo.Ita vt
inter ipſos quoq; Religioſos (ne praua am
bitione impulſi pro cõſequẽdis in ſua Reli
gione

Digitized by Google

gione gradibus,& dignitatibus alter alterius gratiã, aut beneuolẽtiã aucupetur) quęcũq; largitio,aut donatio munerũ
x †(niſi re-
y rum minimarũ,† de licentia expreſſa, & in ſcriptis Superiorum)ſit penitus interdicta.
z † Inſuper prohibemus,ne vnquã eiſdem Regularibus liceat vllas pecunias quoquo modo erogare in alicuius etiã benefactoris, aut Protectoris,vel Ordinarii honorẽ, etiam occaſione trãſitus, vel primi ingreſſus, aut ad beneficiorum acceptorum memoriam, gratiq; animi teſtificationem, ſeu pro prædictis perſonis quauis auctoritate, vel dignitate fungentibus honorificè, lautè,& opiparè excipiẽdis,ſeu pro quibuſuis conuiuiis eiſdem,aut cuiuis alteri quacumque occaſione, vel cauſa exhibendis, vel pro commeſſationibus, aut compotationibus quibuſuis perſonis, tam eiuſdem Ordinis Congregationis Monaſterii, domus aut loci, quam extraneis largiendis, aut pro exhibẽdis ſpectaculis, etiam piis intra Eccleſias, Monaſteria, & domos ſacras, ſeu pias, vel extra eas, in quibuſuis publicis, aut priuatis ſacris, aut profanis locis, etiam vbi Sanctorum, & Sanctarum vita, aut .es piè geſtæ, etiã in memoriam Paſſionis Dominicæ populis ſpectandæ proponuntur,aut aliàs in prædictis,ſiue in quibuſuis rebus ſuperuacaneis ad pompam, & oſtentationem, aut ad oblectationem, vel paucorum lucrum, & priuata commo-
A da quomodolibet pertinentibus. † Niſi re
B ipſa pro diuino cultu, † & veris Chriſti pauperum indigentiis, ſeruato in hoc charitatis ordine, & habita neceſſitatis ratione, de conſilio, & conſenſu Superiorum
C ſubleuandis, aut † aliàs in rebus licitis, & per Capitulum Generale, aut Prouinciale non prohibitis, vel taxam ibi forſan pręſcriptam non excedentibus ſumptus huiuſmodi fiant.

D † Declarantes tamen per hæc, laudabilẽ, & Apoſtolica doctrina,ſacriſque Canonibus commendatam hoſpitalitatẽ, præſertim erga pauperes, & peregrinos, nequaquam imminui, aut prohiberi. Quinimmo ſi qui redditus ad id vel ex fundatione, vel ex inſtitutis,ſtatutis, aut conſuetudinibus aliquorum Monaſteriorum, Ordinum, aut Regularium huiuſmodi locorũ, aut ex teſtatorum,vel donantium voluntatibus ſiuè aliàs applicati aut donati ſunt, eos omnino (vt decet)integrè in vſus pios hoſpitalitatis huiuſmodi erogandos eſſe: & præſertim in Monaſteriis, ſeu locis deſertis, & ab laicorum ędibus longius remotis: vbi tamen pauperum, & vere egenorum ratiò in primis habeatur. Si quos verò ditiores occaſione tranſitus, ſiue aliàs ex deuotionis, aut neceſſitatis cauſa cò diuertere cõtigerit: eos ſane deceret refectorio communi cum Religioſis, menſaque, & ferculis communibus, nequaquam à cæteris diſtinctis cõtentos eſſe. Verum omnino ipſi Regulares in hoſpitibus huiuſmodi potętioribus excipiendis ita ſe gerant, vt in eis frugalitas, & paupertas religioſa prorſus eluceat.

E † Pari etiã ratione diſtrictè inhibemus, ne quiſpiam ex prędictis laicus,aliàs quàm vt ſuperiùs dictum eſt,vel Clericus ſecularis, vel regularis quocumque honore pręeminentia, nobilitate,aut excellentia etiam S. R. E. Cardinalatus dignitate præditus,etiã Protector, Viceprotector,loci Ordinarius, Prælatus Generalis, Prouincialis, aut Monaſterii, domus, vel loci cuiuſlibet ſuperior, eorumue affines,propinqui, familiares, aut miniſtri vtriuſlibet ſexus, quicquã contra hãc ſuperius expreſſam prohibitionem recipiant. Quòd ſi, vel ab aliquo particulari Religioſo, vel à Superiore quopiã Generali Prouinciali, aut alio quocumque officio fungente, aut à Conuentu, Capitulo vel Congregatione: ſiue ab vniuerſo Ordine, & Religione quicquam receperint: id quod acceperint ſuum non faciant. Verum ipſo facto abſque aliqua monitione Iudicis decreto, ſententia, aut declaratione ad illius reſtitutionẽ omnino in vtroque Foro teneantur: adeò vt reſtitutione ipſa realiter non facta, neque etiam in Foro conſcientię abſolui poſsint.

F † Hanc autẽ reſtitutionem fieri volumus nõ priuatim ei Religioſo qui donauit, ſed ei Monaſterio, domui, vel alteri loco de cuius bonis facta eſt largitio, vel ſi non de eius bonis donatum eſt in quo idem Religioſus donans profeſsionem emiſit, vel ſi nomine totius Capituli, Conuentus, aut Congregationis, vel vniuerſi Ordinis, ſeu

Reli-

Digitized by Google

Religionis donatio facta extiterit, pariter communi menſæ, aut maſſæ cuius nomine donatum fuerit accepta, munera reſtituantur: ita vt nec qui donauit, nec Conuentus, Capitulum, Congregatio Ordo, aut Religio, cui reſtitutio facienda eſt, illam remittere, & iterum condonare, aut recipientem ab obligatione reſtituendi eximere, vel vt in pauperes eroget, cōcedere quoquo modo poſsit.

G Quod ſi quis ex ſupradictis Regularibus vtriuſlibet ſexus cuiuſcumque gradus, ordinis dignitatis, aut vbilibet locorum exiſtentibus coniunctim, cum cæteris, ſeu diuiſim noſtrarum huiuſmodi prohibitionū, ſtatutorum, ordinationum, iuſsionum, decretorum, mandatorum tranſgreſſor fuerit: ſtatuimus, vt omnibus, & ſingulis per eum obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, & officiis eo ipſo priuatus, ac ad illa, & alia ſimilia, vel diſsimilia in futurum obtinenda inhabilis perpetuò, & incapax, ac perpetua infamia, & ignominia notatus exiſtat. Et præterea priuationē vocis actiuæ, & paſsiuæ abſque vllo Superioris decreto, aut miniſterio, ipſo facto, incurrat, nec non vltra huiuſmodi pœnas, etiam tāquam contra furti, & ſimoniæ criminum reum, tam per viam denunciationis, accuſationis, aut querelæ, quàm etiam ex officio procedi, & inquiri, condignisque ſuppliciis affici debeat. Pœnis aliis à iure ſtatutis, ac per alias Conſtitutiones Apoſtolicas, aut propria cuiuſuis Ordinis, Congregationis, Monaſterii, Domus, aut loci, ſtatuta, vel conſuetudines contra perſonas aliquid præmiſſorum committētes forſam decretis, & inflictis, nihilominus in ſuo robore permanſuris.

Quo circa vniuerſis, & ſingulis modernis, & pro tempore exiſtentibus locorum Ordinariis, eorumque Vicariis, & Officialibus, necnon quorumcumque Ordinum, Prioratuum, Monaſteriorum, & Domorū Superioribus, etiam Generalibus, ſeu Prouincialibus, cæteriſque ad quos ſpectat, per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ipſi, & eorum ſinguli, quantum ad eos pertinet, curent omni ſtudio, diligentia, auctoritate, & vigilantia, pręſentem Conſtitutionem firmiter, & inuiolatè obſeruari, & contra inobedientes, vel tranſgreſſores condignis pœnis animaduerti. Eoſdem inobedientes, necnō cōtradictores quoſlibet, & rebelles per oportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcēdo, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachii ſecularis.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, dictorūq; Monaſteriorum, Prioratuum, Domorum, Locorum, necnon Ordinum, Congregationum, Collegiorum, iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus: priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis quorumcumque tenorum exiſtāt, per quæ præſentibus non expreſſa, vel ad verbum non inſerta effectus præſentis noſtrę Cōſtitutionis impediri quomodolibet valeat, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Quæ omnia quatenus præmiſsis in aliquo aduerſentur, prorſus tollimus, & abrogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

H Volumus autem, vt præſentis literæ in valuis S. Ioan. Lateran. & Principis Apoſtolorum de Vrbe Baſilicarum, & in Acie Campi Floræ publicentur affixis inibi earum exemplis, & dimiſsis. Quodque earū exempla, ſeu illorum compendia in libris quorumcumque Statutorum prædictorum Monaſteriorum, Prioratuum, Collegiorū, Domorum, Ordinum, & Congregationū (quoad Moniales, in vernaculum, & vulgarem cuiuſque regionis ſermonem verſa) & à loci Ordinario, qui id quam primùm fieri curet, ſubſcripta inſerantur, & ſaltem quotannis in Capitulis, ſiue Congregationibus cuiuſque earum alta, & intelligibili voce legantur. Et nihilominus poſt ſexaginta dies à die publicationis (vt pręfertur) in Romana Curia facienda vnūquemque citra montes: vltra montes verò poſt quatuor menſes, perinde arctent, & afficiant, ac ſi cuique perſonaliter intimatæ, & per eos iuratę fuiſſent. Quodque earum tranſumptis etiā impreſsis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cōſtitutæ obſignatis eadem prorſus fides in iudicio, & extra

illud

illud vbique adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem pręſentibus, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum interdicti, prohibitionis, declarationis, inhibitionis, ſtatuti, mandati, ſublationis, abrogationis, & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatoru Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo nonageſſio quarto. Tertiodecimo Kal. Iulii Pontificatus noſtri, Anno tertio.

L. Card. Prodat.

M. Veſtrius Barbianus.
A. de Alexiis.

Regiſtrata apud Marcellum Secretarium.

a IBI, † *Vt Regularium diſciplina.* &c. & ibi, *quorum nos veſtigiis.* &c. Nota primò, hanc Extrauagantem editam eſſe, ad reſtaurandam diſciplinam Regularem circa largitiones munerum, in eo quod à iure communi, & debita diſciplina Regulari deficiebat, prolapſaq; erat. Vnde non eſt edita ad nouam diſciplinam, nouâque obligationem Religioſis imponendã, vel ad nouum ius introducendum; ſed ad tollendos abuſus, & corruptelas circa largitiones munerũ à multis Religioſis contra ius, & cum periculo animarum ſuarum
2 introductas. Ex proœmio enim cõſtitutionis colligitur mens, & intentio legiſlatoris. l. fin. ff. de Hæred. inſtit. Pro quo facit quod ait Nauar. in Apolog. lib. de Reddi. Eccleſ. quæſt. 1. moni. 38. ad fin. vbi de-
3 clarans, cap. 1. Concilii Trid. Seſsione 25. de Reform. circa id quod prohibet omnibus Beneficiariis tam ſecularibus, quàm Regularibus, ne donent de redditibus Eccleſiaſticis aliqua diuitibus, etiã ſi cognati ſint, & amici, ac familiares eorum. ſed ſi pauperes fuerint, iis vt pauperibus diſtribuant: inquit, Concilium non vetare pręfatam largitionem in cognatos, & amicos, ea mente, vt per ſuam prohibitionem in-
4 ciperet eſſe mala, & de numero illorũ quæ ideò ſunt mala, quia lege humana ſunt prohibita; ſed vt id quod antea erat: declararetur fuiſſe, & eſſe malum, & de numero illorum quæ ſunt prohibita, quia mala; iuxta illa quæ in ſimili ait gl. in cap. Ex parte. de Offic. Delega. Suppoſito quòd bona Eccleſiarũ, & Monaſteriorũ, ſunt ipſius Chriſti, ſpeciali hominum diſpoſitione; vt ſtatim dicemus. Quod clariùs ex infra dicendis apparebit.

b Ibi, † *Ex Chriſti patrimonio.* Not. ſecun-
5 dò. Bona Monaſteriorum eſſe Chriſti patrimonium. Idem probat tex. in cap. Cùm ex eo. de Elect. lib. 6. & in Conci. Trid. Seſsione 25. cap. 1. de Reform. Licèt enim omnia bona, tam profana, quàm Eccleſiaſtica ſint Dei, & ipſius Chriſti, iuxta illud Pſal. 23. *Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo*: Iſta tamen ſpecialiùs ſunt eius; vt in cap. Saluator. 1. quæſt. 3. & in cap. Conuenior. 23. quæſt. 8. gl. In cap. Cauſa. de Verbor. ſigni. Archid. in cap. Expedit. 11. quæſtione 1. Abb. in cap. Cùm eſſes. nu. 29. de Teſtam. Nauar. lib. de Redditi. Eccleſ. quæſt. 1. num. 19. & in Apologia eiuſdem. quæſt. 1. Monito. 24. num. 8. & 11. Ratio eſt, quia quęcũque offerunt homines Eccleſiis, & Monaſteriis, ea offerunt habentes reſpectum ad Deum pro redemptione animarum ſuarum, vt dixit tex. in cap. Pontifices. 12. quæſt. 3. & ſic dicuntur oblata Deo. in cap. Nulli liceat. & cap. Qui abſtulerit. 12. quæſt. 2. & cap. Res. & cap. Videntes. 12. quæſt. 1. & in cap. Municipia. & in cap. Iniuſtum. de Rerum permu. Innoc. in cap. Cùm ſuper. num. 3. de Cauſa. poſſeſ. & prop. & Panor. vbi ſuprà.
6 Alia etiam bona Eccleſiarũ ex decimis, & primiciis prouenientia: clarum eſt Deũ in ſignum vniuerſalis dominii ſibi retinuiſſe, & vſum eorum Clericis conceſsiſſe; vt inquit gl. verſ. Solis. in dict. cap. Cauſa. de Verbo. ſigni.
7 Ex quibus infertur Monaſteria ipſa non
8 habere dominium bonorum quę poſsidét; quia duo, inſolidum eiuſdem rei domini eſſe non poſſunt, l. Si vt certo. §. Si duobus vehiculum. ff. Commod. l. Meuius. §. Duorum. ff.

rum. ff. Delega. 2. & l. Quidem. §. Proinde. ff. de Re iudi. quod eſt fundamentum totius huius Extrauagantis. Si enim Monaſteria non habent dominium bonorum, quæ poſsident, ſed ſunt omnia bona eorũ, Dei, & Chriſti. ſequitur non poſſe Monaſteria conſentire largitionibus munerum de rebus alienis, pro libito voluntatis factis.

Sed contra prædicta oppono de text. in cap. Inter numeratos. 16. quæſt. 3. & in dict. cap. Pontifices. 12. quæſt. 3. Per quæ iura conſtat Monaſteria Religioſorum habe-
9 re dominium bonorum ſuorum. Item quia Prælatus agit nomine Monaſterii pro rebus ipſius, rei vendicatione, & aliis actionibus, veris dominis cõpetẽtibus; vt in cap. Cùm ad ſedem. de Reſt. ſpolia. cum ſimilibus. Preterea videmus Monaſteria vendere bona ſua, & transferre in alios verum eorum dominium. Quod vtique non poſſent, ſi nõ eſſet dominium eorum bonorũ, penes Monaſterium. arg. l. Nemo. ff. de Reg. iur.

Pro reſolutione, & vera intelligẽtia prædictorum, & eorum quæ hic dicuntur, ſcié-
10 dum eſt dominium in hac ſpecie multipliciter capi. Vno modo accipitur dominium, vt eſt ius diſponendi de re ad libitum; quod ſolùm competit Deo iure creationis; & Chriſto iure redemptionis, qui (vt ſuprà dictum eſt) ſpecialiùs habet hoc abſolutum dominium in rebus Eccleſię; iuxta dict. cap. Cùm ex eo. cum concord. & docet D. Aug. de Fide ad Petrum. cap. 45. Oſius Cardin. de Fide & cymbo. cap. 30. & Couar. lib. 3. Variarum. cap. 6. à num. 8.

Secundo modo capitur dominiũ à Bart. in l. Si quis vi. §. Differentia. num. 4. ff. de Acqui. poſſeſ. à Bal. in cap. 1. col. 1. de Poſtula. Præla. Felin. in cap. Quæ in Eccleſiarum. num. 40. de Conſtitut. Rebuf. in Concorda. in proœmio verb. Dominus. vt eſt ius diſponendi de re, lege non pro-
11 bibente, in bonum tãtùm commune, quomodo Summus Pontifex habet dominium Beneficiorum, & bonorum Eccleſiæ, vt eà diſtribuat in bonum commune; vt docet D. Tho. 2. 2. quæſt. 100. articulo 1. Soto. Lib. 3. de Iuſti. & iur. quæſt. 6. art. 2. col. pen. Panor. in diſputatione Epiſcop. col. 8.
12 Principes etiam ſeculares habent dominium Reipub. cui præſunt, & bonorum ſingulorum, de Republica, hoc ſecundo modo, ad ea ſcilicet regenda, & protegenda; & poſſunt facere quæ ad Reipub. conſeruationem fuerint neceſſaria, ſecundùm iuris diuini, & humani regulas; iuxta ea quæ docet D. Tho. in opuſculo 21. ad Ducem Britannię. Bart. in tract. de Regimi. ciuitatum à num. 9. Couar. vbi ſupra Pinel. in rub. C. de Reſcind. vendit. 2. parte nu. 29. Soto vbi ſuprà Naua. in cap. Nouit. de Iudi. notab. 3. à num. 101. Caſtro lib. 1. de Lege pęna. cap. 10. pag. 193. Mencha. lib. Controuerſ. illuſt. nu. 101. Alphon. Guerrero. in Speculo Princip. cap. 54. num. 41. Franc. Patritius Senenſis lib. 2. de Regno, & Regis inſtitutione. Vnde licèt Rex omnia imperio poſsideat, & ſingulos dominio, vt ait Seneca. lib. 7. de Benefic. nõ tamẽ poterit de bonis ſingulorum de Repub. ad libitum diſponere, nec etiam illis vti ad ſuum proprium commodum; vt dicit glo. Ver. omnia. in l. Bene. à Zenone. C. de Quadrien. preſcrip. Bart. in Extrauag. Ad reprimendam, verb. Totius. Horoſco. in l. 1. nu. 17. ff. de Conſtitu. Princi. & in l. Naturali iure. nu. 12. ff. de Rerum diuiſ.

Tertio modo ſumitur dominium, vt eſt propria cuiuſque facultas, & ius diſponendi de qualibet re in noſtrum commodum, vel in quemcumque vſum lege permiſſum. Et hoc modo ſumitur dominiũ toto
13 tittulo de Acqui. rerum domi. quod dominium habẽt tam laici, quàm Clerici in bonis ſuis profanis, & patrimonialib. & ſic vt veri domini poſſunt ea alienare, & donare, & eis vti pro libito lege permiſſo. l. Sed et ſi. §. Conſuluit. ff. de Peti. hæred.
14 l. In re mandata. C. Manda. & ad hoc dominium refertur etiam dominium quod habent Clerici in diſtributionibus quotidianis minutis quas lucrantur aſsiſtendo diuinis, de quib. in cap. 1. de Cleri. non reſid. lib. 6. & in congrua portione ſibi debita ex redditibus quos habent Eccleſiaſticis, & etiam in acquiſitis ſua parſimonia ex eadem congrua portione. Nam de his omnibus poteſt Clericus Beneficiarius diſpone-

Digitized by Google

diſponere ad libitum,& teſtari, & dare cõ-
ſanguineis,ſicut ſi eſſent bona patrimonia-
lia; cùm in hac ſpecie,ſine dubio,ſit domi-
nus, iux. gl. celebrem in cap. Res Eccle-
ſiæ. 12. quæſt. 1. Archid. in cap. Statutum.
nu. 13. de Reſcript. lib. 6. Card. dict. cap.
Res Eccleſiæ. ad fin. D. Tho. Quodlib. 6.
art. 12.& 2.2.quæſt.185.art.7.Ioan.Maior.
in 4. diſt. 24. quæſt. 17. col. 7. Caiet. dict.
artic. 7. Feli. cap. Poſtulaſtis. num. 6. de
Reſcript.& iuxta cõmunẽ copioſè relatam
à Naua.lib.de Reddi.Eccleſ. moni.43.cum
ſeq. & Soci. conſ. 32. num. 2. vol. 1. Paul.
Pariſ. conſ. 33. num. 10. vol. 4. & Fran. Sar-
mien. eod. tract. de Reddi. Eccleſ. 2. parte
cap. 7. num. 11.

Quarto modo ſumitur dominium pro iu-
re adminiſtrandi in noſtrum commodum.
15 Quo modo bona,& res Eccleſię,& Mona-
ſteriorum,dicuntur eſſe Eccleſię,& Mona-
ſteriorum, ac Prælatorum ipſorum,quoàd
gubernationem, quia ea adminiſtrant, &
gubernant in proprium commodum. cap.
1.& cap. Sine exceptione. 12.q.2.& cap. 2.
de Donatio. Inno. communiter receptus,
in cap. Cùm ſuper. num. 3. & 4. de Cauſ.
poſſeſ. Abb. dict. cap. Cùm eſſes. num. 29.
de Teſtam. Deci. in cap. Conſtitutus. nu.
15. de Reſcrip. Nauar. in Apolog. lib. de
Reddi.Eccleſ.quęſt. 1. monito. 24. num. 8.
& 11.& in tract. de Redditi. quæſt. 1. n. 19.
D. Tho. dict. Quodlib. 6. art. 12. in cor-
pore, & Caiet. 2.2. quæſt. 43. art. 8.

Hoc etiam modo ſumitur dominium
16 quod eſt apud ciues rerum Vniuerſitatis. §.
Vniuerſitatis. inſt. de Rerum diuiſ. gl. In
cap. Expedit. 12. quæſt. 1. Res quippe Vni-
uerſitatis, nõ ſunt cuiuſlibet; vt in cap. Epi-
ſcopus qui mancipium. §. Qui manumitti-
tur. 12. quæſt. 2. gl. pen. in cap. Nulli. 12.
quæſtione 1. ſunt tamen ciuium, quoàd
gubernationem in bonum commune ci-
uitatis,& incolarum.

Vltimò dicuntur aliqui domini quarum-
dam rerum; non quia ſint domini earum,
nec habeant ius aliquod efficax in eis, etiã
adminiſtrandi; ſed quia debent ex ipſis ſu-
ſtentari, deductis priùs debitis oneribus
17 earum. Et hoc modo dicuntur bona Ec-
cleſiarum eſſe pauperum, videlicet quoàd
ſuſtentationem. cap. Quoniam quicquid
16. quæſt. 1. Inno. & alii ſuprà proximè
relati idem aſſerunt.

His præſuppoſitis, reſpondemus verum
& abſolutum dominium rerum Monaſte-
riorum, eſſe penes Deum,& Chriſtũ, iuxta
primum modum ſuprà relatum: non ta-
men eſſe penes Monaſterium tale domi-
nium; nec etiam tertio modo ſumptum,
ſecundùm quod poteſt dominus res ſuas
impendere pro libito, etiam in vſus profa-
nos; aliàs tamen honeſtos, & donationes
facere conſanguineis, amicis, & aliis qui-
buſcumque: ſed tantùm illud quarto mo-
do ſumptum, ſcilicet quoàd gubernatio-
18 nem, & adminiſtrationem, ſecundùm quã
debent bona Monaſteriorum expendi. Pri-
mò in neceſſarios, & honeſtos vſus Præ-
latorum, & Religioſorum. Secundò in ſi-
miles vſus fabricę, ornamentorum, & or-
natus Monaſterii. Tertiò pro recipiendis
hoſpitibus. Quartò in eleemoſynas pau-
perum in illud confluentium, & in vſus
aliorum pauperum, & alios pios, vel in
emptionem maiorum redditũum ad augẽ-
dum numerum Monachorum in eo alen-
dorum. iuxta latè tradita per Naua. in cap.
Nullam. 18. quæſt. 2. nu. 6.

Vnde iura ſupra citata, & alia quæcum-
que denotantia bona Monaſteriorum eſſe
Conuentus, & Prælatorum, intelligenda
ſunt de hoc dominio quoad gubernatio-
nem, vt inquit Inno. & communis ſuprà
relata. Iura autem quæ habent non poſſe
eſſe penes duos in ſolidũ dominiũ eiuſdẽ
rei: intelliguntur de domino tertio modo
ſumpto, quia de eo tantùm loquuntur. Et
19 licèt Monaſteria, & Prælati eorum non
ſint niſi adminiſtratores: benè tamen poſ-
ſunt dicta bona, quorum ſunt adminiſtra-
tores, alienare ex cauſa neceſsitatis, vel
vtilitatis, & in tertios transferre verum
dominium, quia id faciunt auctoritate iu-
ris, & Eccleſiæ, cui commiſſa eſt, à Chri-
ſto immediate prædicta facultas ex cauſa
neceſsitatis, & vtilitatis; inſtar tutorum,
& curatorum, qui etiam elienant bona mi-
norum, & pupillorum ex dictis cauſis, au-
ctoritate tamen iuris ex poteſtate tutoria,
& curatoria, quam habent. Quippequi
hi omnes adminiſtratores habentur loco
domini, ſi benè adminiſtrent, l. Qui fundũ.
§. Si

Digitized by Google

§. Si tutor. ff. Pro empt. cum ibi not. Præterea ex eo quod hic habetur, videlicet nõ poſſe Prelatos,& Monaſteria, munera largiri, niſi ex cauſa in Capitulo generali approbata: probatur manifeſtè non eſſe verum dominium penes Monaſterium; quia verus dominus ſine cauſa, & ſine alicuius licentia, aut aliqua ſolennitate, poteſt res ſuas donare cuicumque,& quomodocumque, vt dictum eſt in dominio,tertio modo ſumpto. Et ſic non obſtant in contrarium adducta; quia ex dictis patet ſolutio eorum.Manet igitur clarum,ac manifeſtum notabile ſupra deductum, ſcilicet bona Monaſteriorum eſſe patrimonium Dei, & Chriſti, & ſolum eſſe penes Conuentum, & Prælatum, adminiſtrationem eorum.

c Ibi, † *quibuſuis hominibus, quanuis ex cau-*
20 *ſa ſæpe tribuuntur.* Nota tertiò cauſam finalem ob quam huiuſmodi Extrauagans edita eſt. videlicet quia Superiores Prælati Religionum, & eorum officiales, nec non & alii Regulares, & Moniales inferiores, ex patrimonio Chriſti indiſtinctè, ideſt ſine cauſa, & quibuſuis hominibus, pro libito voluntatis, ſolebant munera elargiri, in magnum præiudicium, & damnum Monaſteriorum, & domorum. Quod cùm apertè ſit contra ius commune, & cõtra votum paupertatis, & regularem diſciplinam quam profeſsi ſunt, & obſeruare tenentur: ideò ad correctionem tanti abuſus, & peccati, edita eſt huiuſmodi conſti-
21 tutio. Ex quo etiam apparet non eſſe hanc conſtitutionem iuris noui inductiuam, ſed reformatiuam, & iuris communis reſtitutiuam, & eidem conformem; vt ex regula infrà poſita, & iuribus cum ea concordantibus,clariùs eluceſcet.Quare quicquid ante hãc conſtitutionem licebat, & dari iuſtè poterat: & nunc licet, & dari poteſt. Et e contra,Quicquid nunc non licet, nec ante licebat.

d Ibi, † *non tamen Militiæ.* Not. quartò
22 hac conſtitutione excludi Religioſos
23 Ordinum Militarium. Licèt enim tales ſint veri Religioſi, quippe tria vota ſubſtãtialia,ſcilicet obedientię paupertatis,& cõtinentiæ,(ſaltem coniugalis) in Religione per ſedem Apoſtolicam approbata, ſolenniter in manibus Prælatorum ad id deputatorum, emittunt,vt per decem fundamẽta contra Sotum. lib.7.de Iuſti.& iur.quęſt. 5.art.3.& contra Franc.Sarmiento in tract. de Redditi. Eccleſ.par. 4.cap. 1. num. 13. latè probat Naua. reſpondens etiam eorum fundamentis, in eod. tract.de Reddit. Eccleſ. quæſt. 1. moni. 55. a nu. 5.quibus Azpilc. fundamentis addere potes alia duo optima, quę ex hac noſtra Conſtitutione colliguntur. Primum prædictos Religioſos Militares excipi à prohibitione, & regula quæ hic fit omnibus veris Religioſis. Ergo includebantur in illa; quia exceptio eſt de regula. alias fruſtra exciperentur. Secundum ęqualiter omnes Religioſos cruciferos excipi. At certum eſt milites Sancti Ioannis Hieroſolymitani, & Sacerdotes cruciferos eſſe verè Religioſos, vt ipſe Soto vbi ſuprà fatetur.Ergo omnes ſunt veri Religioſi. & conſequenter voto paupertatis,quod emittunt, repugnat vt ipſi habeant bona aliqua, vt propria, & de eis diſponant ad libitum, pro vt laici, & Clerici de patrimonialibus poſſunt. Licet (inquam) tales ſint veri Religioſi: quia tamen ſunt militiæ adſcripti, & in ipſis diſciplina regularis nec vigeat, nec vigere poſsit; cum extra clauſtrum, & inter ſeculares, quaſi omnes, præter aliquot Sacerdotes,viuant: & intendere habeant ad res bellicas, & defenſionẽ Fidei:non poſſunt in pluribus caſibus, ſe à largitione munerum abſtinere ad victorias, & alia vtilia Religioni Chriſtianę obtinenda. Nec obſeruare poſſunt formam hic præſcriptam in caſibus in quibus munera ſeu munuſcula permittuntur. Ideò meritò excipiuntur; præſertim quia hæc conſtitutio fundatur in damnis quæ ex dictis muneribus, Monaſteriis inferuntur. Quæ ratio ceſſat in prædictis militibus,cùm extra Monaſteria, regulariter in domibus ſuis ſeparatim viuant, & multi eorum vxorati, & cum filiis. Et hæc ſit prima fallentia ad iſtam conſtitutionem.

Sed eſt pulchrum dubium, an Religioſi
24 Beneficiarii includãtur in prohibitione huius Extrauag.Et videtur quod ſic.Nã exceptio firmat regulam in contrarium, vt in Auth.de Non alienan.§. Vt autem.colla.2.

gl. 2.

Digitized by Google

gl. 2. in l. In his. ff. de Legib. vnde cùm hic ſolùm excipiantur Religioſi cruciferi: videtur omnes alios includere voluiſſe, non enim recedere debemus à regula, niſi quatenus reperitur exceptum, l. Omnis diffinitio. ff. de Regul. iur.

Sed contrarium eſt tenendum, quia iſti viuunt per ſe, & nullam amplius communionem habent cum Conuentu, à quo aſſumuntur, cap. Ne pro cuiuſlibet. 16. quæſt. 1. cap. Si quis iam tranſlatus. iuncta ibi gl. fin. 21. quæſt. 2. gloſ. ſing. in Clem. 1. §. Ad hæc. verb. Ad clauſtrū. de Statu. Mona. quàm ad hoc dicit ſing. & communiter receptam Nauar. in cap. Non dicatis. 12. quæſt. 1. nu. 6. & conſ. 1. nu. 8. de Apoſtat. & docet Panor. in cap. Cauſam quæ. nu. 9.
25 de Iudi. Tum quia quicquid prædicti habent, & acquirunt; non acquirunt Monaſterio in quo profeſsionem emiſerunt, ſed illi Eccleſiæ quam regunt, vt probat text. notabilis in capit. 1. 18. quæſt. 1. qui loquitur de Monacho aſſumpto ad Epiſcopatum. Ad idem text. memorab. in capit. Cùm olim. 2. de Priuileg. & dict. capit. Si quis iam tranſlatus. qui loquitur in genere de tranſlato ab vna Eccleſia in aliam. & in dict. capit. Ne pro cuiuſlibet. qui loquitur de Regulari tranſlato ad Eccleſiam ſecularem. & docet Panorm. dict. capit. Cùm olim numer. 6. de Priuileg. Bart. in l. Si ſeruus communis ita. numero 6. de Stipula. ſeruo. vbi inquit, quòd Monachus cui commiſſum eſt regimen animarum, quicquid quærit, ſiue ex re Eccleſiæ, ſiue ex opera ſua; quærit illi Eccleſiæ quam regit, & ſic quòd dicta Eccleſia poteſt dici quodammodo fructuaria dicti Monachi. quod latius proſequitur Nauar. dict. capit. Non dicatis. numer. 6. extendens hoc etiam ad alia bona aliunde quæſita, & obuenientia prædicto Monacho Beneficiario: puta ex ſucceſsione legitima, vel teſtamentaria, & ita ex re aliena; contra Bart. vbi ſuprà. Tum quia eandem poteſtatem quam habent Beneficiarii ſeculares, diſponendi de ſuorum titularium, & commendatorum Beneficiorum prouentibus, habent etiam Regulares de ſuorum Beneficiorum titulariū, & commendatorum redditibus, ſecundùm doctrinam ſingul. Cardin. Florent. in Clement. 2. §. Sed tales. de Vita, & hone. Cler. & in Clement. Gratiæ. de Reſcript. de qua facit feſtum Nauar. lib. de Redditib. Eccleſ. moni. 33. num. 1. & alibi ſæpe. Tum quia ceſſat etiam ratio huius conſtitutionis in prædictis Religioſis Beneficiariis. Fundatur enim hic Papa in damnis, quæ ex munerum largitionibus Monaſteria ſuſtinent; & recipientes obligat ad eorum reſtitutionem ipſis Monaſteriis faciendam. At prædicti Regulares Beneficiarii non ſunt ſubditi alicuius Monaſterii, nec per eos acquiſita, debentur alicui Monaſterio, ſed Eccleſiæ cui ſeruiunt. ergo non loquitur conſtitutio de ipſis. Quod etiam conſtat ex contextura ipſius conſtitutionis. Nam loquitur de Religioſis qui viuunt in Conuentibus, & congregationibus. Et caſus quibus permittit munerum, ſeu munuſculorum largitiones, requirunt licentiam, & conſenſum, tam Superiorum, quàm Conuentus. Quæ omnia ceſſant in prædictis Regularibus Beneficiariis, cum viuant extra Conuentus, & non ſubſint Superiori Regulari, nec Monaſterio, à quo fuerunt aſſumpti. Prædicta intellige eſſe vera in
26 Beneficiariis Canonicis Regularibus, etiã habentibus parochias; ſecùs in Prioribus Religionum Militarium. hi enim habent communionem cum Ordine, & quotannis expropiantur rebus quas poſsident, & mittunt per ſchedulam omnia quæ habent cum inuentario; & fit eis denuò gratia eorũ bonorũ, & tẽpore mortis ſuccedit Religio, & nõ Beneficium, nec Epiſcopus, nec Papa, ſicut in aliis Beneficiariis.

Et hæc ſit 2. fallentia ad iſtã conſtitutionẽ.

27 Idem eadẽ ratione dicendum eſt de Regularibus expulſis à ſuis Monaſteriis; quia tales iã non ſubſunt Monaſterio, ſed Epiſcopo ordinario, & eidem acquirunt; & nõ Monaſterio, ſecundũ Inno. d. c. Cũ olim. n. 3. de Priuile. & docet latè Naua. d. c. Non dicatis. n. 33. cũ ſeq. Et hæc ſit 3. fallentia.

28 Idem etiam dicendum eſt per eandem rationem, de Regularibus qui de licentia ſuorũ Superiorũ, vel Papę, ſunt extra Monaſteria ad ſubueniendũ parentibus, dũ manẽt foris in ſeculo ex dicta cauſa. Quia tales

Digitized by Google

ſi dant munera, non inferunt damna ſuo Monaſterio; ſed Parentibus, quorum ſunt, vel eſſe debent omnia, quæ per ipſos acquiruntur.

Hi enim prædicti omnes, & ſimiles, licèt ex voto paupertatis non poſsint ad libitum, & in vſus prauos, vanos, profanos, ſeu voluptuoſos, ea bona, quæ de licẽtia, & permiſſu Superiorum, vel aliàs retinent, & acquirunt, impendere: non tamen tenentur in caſibus qui permittunt vt dentur munera, & munuſcula, ſeruare formam hic præſcriptam. Quia non includuntur in hac conſtitutione, eò quod ſeparatim, & extra Monaſteria viuunt; & quæ querunt, non querunt alicui Monaſterio; & conſequenter nullum eis damnum inferunt; & ſic ceſſat in eis ratio huius conſtitutionis, & obligatio reſtituendi Monaſteriis, data contra formam, & extra caſus hic præſcriptos. Tum denique quia caſibus in quibus ipſi poſſunt dare munera, ſeu munuſcula, non poſſunt ſeruare formam hic præfixam, vt patet. Quare meritò ab hac conſtitutione excluduntur.

Et hæc ſit quarta fallentia ad iſtam conſtitutionem.

c Ibi, † *Omnem, & quamcumque largitio-*
29 *nem, & miſsionem munerum penitùs interdicimus*. Nota quintò regulam generalem, à nullo Religioſo, nec Religioſa poſſe munera præberi. Concordat c. Sine exceptione. ibi, Quicquam donare. & capit. Diaconi. ibi, Nihil audeant. & cap. Donare. 12. quæſt. 2. Quæ iura loquuntur generaliter de omnibus perſonis, & bonis Eccleſiaſticis. Specialiter autem probatur idem in cap. Quiſquis. ead. cauſ. & quæſt. vbi dicitur ab Abbate non deberi quicquam dari de ſalariis Monaſterii. aliàs ſit irritum, & inane. Ad idem facit text. in cap. Abbati. 54. diſt. vbi inquit octaua Synodus, Abbati, vel Monacho, Monaſterii ſeruum non licet facere liberum. Et dat rationem. Qui enim nihil proprium habet, libertatem rei alienę
30 dare non poteſt. Facit etiam text. not. in c. Ceterum. de Donatio. vbi donatio quędam facta ab Abbate, ita demum valet, & tenet, ſi erat de re minima, & erat conſuetudo in loco donare talia minima. aliàs reprobatur. Ex quo clarè colligitur donationem de re notabili factam per Abbatem nullam eſſe. Ad idem eſt text. opti. in dict. cap. Cùm olim. 2. de Priuile. vbi mandantur reſtitui duo millia marabatinorum, quæ quidam Canonicus Regularis dederat cuidam Monaſterio. vbi gloſ. verb. Reſtitutionem. dat rationem; videlicet quia cùm nihil haberet, nihil donare potuit. vnde pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non poteſt de iure donare, vt inquit text. in cap. Quod autem. de Iure pat. Meritò ergo hic prohibetur ne vllus Religioſus munera largiatur, cùm nihil proprium habeat, quod alicui largiri poſsit.

31 Quòd autem Religioſus nihil proprium habeat; vltra dict. cap. Abbati. 54. diſt. probat text. in cap. Monachi. de Statu monach. & in cap. Non dicatis. 12. quæſt. 1. & in cap. Monacho. 27. quæſt. 1. & in c. 1. 18. quęſt. 1. & in Concil. Trident. Seſ. 25. cap. 2. de Regula. & docet Abb. dict. cap. Monachi. notab. 3. & ibi communiter Doctores, & latè Nauar. dict. cap. Non dicatis. à numero 32. Et ratio eſt quia per votum ſolenne paupertatis, omnibus renunciauit Religioſus, tam quæſitis, quàm quærendis. immò & capacitati quærendi, iuxta dict. cap. Non dicatis. in princip. & in fin. & in cap. Cùm ad monaſterium. §. fin. de Statu monach. & tradit D. Thom. 2. 2. quæſt. 186. artic. 3. ad 6. Nauar. in capit. Cui portio. 12. quæſt. 1. numero 15. Eſt & ſecunda ratio, quia per profeſsionem ſolennem, Monachus fit ſeruus Monaſterii, & ſubiicit ſe, & ſua, ipſi Priori. cap. Multos. 54. diſt. capit. Si Religioſus. de Elect. lib. 6. & gloſ. dict. capit. Non dicatis. Vnde quicquid poſtea acquirit, Monaſterio acquirit, dum manet Monachus in Monaſterio. dict. cap. 1. 18. quęſt. 1. Innoc. dict. cap. Cùm olim. num. 3. & ibi Abb. num. 6. latè Nauar. dict. cap. Non dicatis. quæſtione 1. num. 5. inſtar ſerui. l. Seruum. ff. de Stipu. ſeruo. Ex quo inquit
32 Innoc. dict. capit. Cùm olim. num. 3. valere argumentum de Seruo ad Monachum. quem ad hoc dicit communiter receptum Naua. dicto cap. Non dicatis. num. 4. & 9. & pobat gl. in l. Pedius. ff. de Recep. arbitr. & in l. Ex pœnalibus. ff. de Regul. iur. & in

l. Cùm

Digitized by Google

l. Cùm hæredes.§.fin.ff.de Acquirend.hæredit. Bald. in l. fin. C. Quod cum eo. & in l.1.C.Qui admitti.Iaſ.in l. Cùm hi.§.Hanc tranſactionem.in fin. ff. de Tranſact. Alex. in l.1.§.Item adquirimus. & §. Per ſeruum qui in fuga. ff. de Acquiren.hæredit. Alcia in l. Cùm fundus.§.Seruum tuum. numero 23. ff.Si certum peta. Euerad. in Topicis lega. in loco, De ſeruo ad Monachũ.& habetur libro 1.,Communium opinio. verbo Monachus.pag.385. At ſeruus nihil proprium poteſt habere: quia poſſeſſus ab alio, non poteſt ſibi aliquid poſsidere, vt ait gloſſ.per text.ibi,in l.Sic eueniet. ff. de Adulte. Eſt & tertia ratio, quia Religioſus per profeſsionem ſolennem moritur Mũdo,cuius eſt illa vox, *Meum*,& *Tuum*, radix, ſcilicet omnium malorum. cap. Virum. diſtinct.47. capit. Dilectiſsimis. 12. quæſt.1. quia vt inquit D. Auguſt. Tolle Meum, & Tuum, & non erit infernus. & gloſſ. 1. dict.capit. Dilectiſsimis. inquit quòd quietiſsimè viuerent homines in hoc mundo, ſi de medio ſublata eſſent duo illa verba,ſcilicet Meum,& Tuum.Et ideò omnis Religioſus, loco illarum vocum, dicit noſtrum Breuiarium, noſtra cella, noſtra veſtis: quia iam nihil habet, quod dicere poſsit meum; ſed omnia facta ſunt ei, & aliis conreligioſis, communia.

33 Et confirmatur noſtra regula, quia vſuarius qui habet ius in fructibus, quorum vſum habet, nihil poteſt donare, vt in §. 1. Inſtit. de Vſu, & habi. quanto minus donare poterit Religioſus qui nullum ius in bonis Monaſterii, nec in peculiis ſibi permiſsis habet? ſed ſimplicem tantum vſum facti, ad nutum Superioris reuocabilem, iuxta dict. cap. Monachi. & cap. Cùm ad Monaſterium.§.fin. de Statu Monach. ſicut & ſeruus nullum ius habet in eo quod veſtit. iuxta textum in l. Id veſtimentum. ff. de Pecul. & docet in terminis Nauar. in capit.Cui portio.12.quæſt.1. numero 13. Si ergo Religioſus nihil proprium habet;& quicquid acquirit, acquirit ſuo Monaſterio, cuius eſt filius; ſequitur neceſſariò nihil donare poſſe.

Quod adeò verum eſt,vt nec etiam cum
34 licentia ſola Superioris, & Conuentus donare poſsit, vt probatur in §. ſequen. huius Extrauagantis, quatenus prohibet, ne etiam Conuentus, & Superiores donent. Ergo nec alii de eorum licentia. argu. l. Nemo. ff. de Regul. iur. vbi text. inquit neminem in alium plus iuris trãſferre poſſe, quàm ipſe habet. Et ratio eſt, quia (vt dictum eſt (Conuentus, & Prælati nullum dominium habent in bonis Monaſterii; ſed tantùm eorum adminiſtrationem, vt dict. cap. 2. de Donat. At habens adminiſtrationem bonorum alienorum, etiam liberam, donare non poteſt. l. Contra iuris.§.1.ff.de Pact. capit. fin. de Pecul. cleri. Bart.& eius Additionat.latè dict. l. Contra iuris.§.1.Innoc.in capit. Grandi. num. 1. de Supplen. negl. Præla. facit ad idem text. in l.Filius.ff.de Donat. vbi filiusfamil. habens peculium profectitium cum libera adminiſtratione, non poteſt donare, niſi de licentia expreſſa patris. Sequitur ergo Religioſum ſimplicem nullo modo poſſe munera largiri, etiam de licentia Prælati, & Conuentus.

Quod amplia, etiam ſi adeſſet cauſa legitima donandi, vt conſtat apertè ex hac Extrauagan. in §. ſequenti, ibi, Vel quacumq; cauſa: niſi in generali Capitulo, &c. vt ibi videbimus num.45.

f In §. † *Sub qua prohibitione*, &c. † Nota ſextò, ex hoc §. in largitione munerum
35 æquiparari Superiores,inferioribus; & Capitula etiam generalia, Capitulis particularium Conuentuũ. Itaque circa munera largienda non habent ampliorem facultatem Superiores, etiam Generales, nec etiam Capitula generalia;quàm habent alii Religioſi ſimplices,& ſinguli Conuentus, quia vtriſque æqualiter prohibita eſt munerum largitio, ob rationem prædictam; quia ſcilicet bona Monaſteriorum ſunt Dei, & patrimonium Ieſu Chriſti. Et Superiores, etiam Generales, non ſunt niſi tantùm adminiſtratores dictorum bonorum. vnde ea donare non poſſunt, vt dict. l.Contra iuris. §.1.& l.1.§.1. ff. Quæ res pigno. dari poſ. quam ad hoc dicit Bal.ibi,eſſe benè notan-
36 dam, & cordi figendã. Cuius rationis ratio eſt,quia donare eſt perdere. l. Filiusfamiliàs.in prin.ff.de Dona. At adminiſtratio nõ in dãnũ,ſed in cõmodum rei adminiſtrãdę

 conce-

Digitized by Google

conceditur, vt toto tit. de Admini. tuto. & curato. & corroboratur ex deciſsione Bar. in l. Ambitioſa. num. 7. ff. de Decret. ab Ordi. facien. quã refert, & ſequitur Naua. in Apolog. lib. de Reddi. Eccle. moni. 40.
37 nu. 4. videlicet Ciuitatem quæ in temporalib. non agnoſcit Superiorem, poſſe donare de bonis communibus; non autem Conſules, & Decuriones eius: eoquòd ciuitas ipſa eſt vera, & plena ſuorum bonorum domina: Decuriones autem ſolùm gubernatores.

38 Ex his infertur Abbates, & Priores qui habent redditus diſtinctos, & ſeparatos ab aliis redditibus Monaſteriorum, non ideò habere maiorem facultatem dandi munera; quàm ſi eoſdem redditus indiuiſos, & communiter cum aliis bonis Monaſterii haberent. Ratio eſt, quia per diuiſionem redditũm, ſola fuit diuiſa adminiſtratio eorum: non tamen per eam facti ſunt magis domini dictorum redditũm, quàm antea erant. arg l. Gaius Seius. §. Titius. ff.
39 de Legat. 2. quatenus probat diuiſionem agri ad faciliorem culturę commoditatem factam, non efficere plures agros, nec aliquid à prioris naturæ conditione immutare. Facit etiam l. Cùm pater. §. Hæreditatem. 2. ff. de Legat. 2. quatenus probat per ſimplicem diuiſionem inter cohæredes fideicommiſſarios, non tolli ius fideicommiſsi. At præfatæ diuiſiones bonorum Monaſteriorum ad maiorem commoditatem adminiſtrationis, factæ ſunt; vt bona quę per ſolos Prælatos non adeò debitè gubernabantur; commodiùs per Conuentum, & Prælatum ſeparatim adminiſtrarentur. vt latè probat Nauar. in dicta Apolog. moni. 41. & in capit. Nullam. 18. quęſt. 2. num. 11. vbi ex hoc infert, non poſſe Abbatem plus poſt dictam diuiſionem de ſuæ partis fructibus donare, diſponereve; quàm ante illam poterat. Non enim (inquit) diuiſio prædicta fit, quò Prioris ſeu Abbatis poteſtas creſceret; ſed potiùs vt decreſceret. Limita tamen hoc, in caſu de quo infrà numero 74. vt ſcilicet non procedat quando ſunt redditus tenues, & neceſſarii ad victum Abbatis. Tunc enim ſi ex his aliqua reliquat viuendo parcè, poterit ea donare.

g Ibi, † *tam communi, quàm particulari, &*
40 *proprio nomine.* Nota ſeptimò non excuſari prædictos ab incurſu pœnarum huius conſtitutionis, licèt munera largiantur, non nomine proprio, ſed Conuentus. Ratio eſt, quia nec ipſe Conuentus habet hanc facultatem donandi; vt dictum eſt. Quanto ergò minus eamdem facultatem habebit ſolus Prælatus, vel quilibet alius Religioſus, licèt nomine Conuentus donet?

h Ibi, † *etiam ſub quouis Statuti, vel conſuetudinis, ſeu verius corruptellæ, aut alio*
41 *prætextu.* Nota octauò, non poſſe Prelatos, nec Conuentus, nec Capitula, ſiue generalia, ſiue prouincialia, nec vllos Religioſos, ſeu Religioſas munera largiri vigore cuiuſlibet Statuti, ſeu conſuetudinis. Ratio eſt, quia conſuetudines, & Statuta, vt excuſent à peccato, debent eſſe rationabilia; aliàs non excuſant, ſed magis accuſant. capit. fina. de Conſue. gloſſ. memorab. in capit. Denique. 4. diſt. verb. Conſuetudine. & in capit. Sanè. verb. Antiqua. de Tempo. ordin. Hippol. in l. 1. in princip. numero 90. ff. de Sicariis. Rochus de Curte in dict. capit. fina. de Conſuet. fol. 7. Sed conſuetudo dandi munera ex bonis alienis, qualia ſunt bona Monaſteriorum, & Religioſorum (vt infrà in §. Id autem. dicetur) non eſt rationabilis; ſed iniqua, & praua, atque corruptela, vt hic dicitur; quia videlicet eſt contra legem naturalem, & præceptum ſeptimum Decalogi, de non furando. Ergo vigore talis conſuetudinis prauæ, nullo modo Regulares ſe poſsũt excuſare. Quòd autem huiuſmodi conſuetudo ſit contra legem naturalem, & præceptum de non furando, patet; quia non ſolùm dictum præceptum infringit qui alienum furatur, aut rapit; ſed etiam is qui re aliena contra voluntatem domini vtitur, vel in alios vſus impendit, quàm à Domino permiſſos, vt in §. Furtum. cum ibi notat. Inſtit. de Obliga. quæ ex delicto naſcuntur. Et munera indiſtinctè largiens de bonis Monaſteriorum, vtitur re aliena contra voluntatem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & eius Eccleſiæ, cui adminiſtrationem ille commiſit; & ea impendit in alios vſus, quàm à Chriſto, & Eccleſia permiſſos.

Digitized by Google

ſos. Nam Chriſtus ſuo exemplo, & traditionibus Apoſtolorum, & Eccleſiæ Canonib. declarauit velle, vt Miniſtri ſuos redditus ſolùm inſumant in ſuam, quę honeſta ſit, ſuſtentationem: & remunerationem, quæ iuſta ſit, ſuorum familiarium, & aliorum de ſe benè meritorum; & in pauperum ſubuentionem, & alia opera pia: vt latè per tredecim fundaméta docet Nauar. dict. Apolog. moni. 27. & moni. 38. nu. 8. in fin. & moni. 39. num. 3. & probatur efficaciter hic in fin. dum obligat Papa accipientem ad reſtitutionem abſque aliqua declaratione &c. quod numquam locum habet, niſi vbi reſtitutio eſt de re aliena; & obligatio prouenit ex violatione ſeptimi præcepti de non furando, vt ibi dicemus: quare meritò non poſſunt ſe excuſare Religioſi aliquo ſtatuto, vel conſuetudine.

42 Nec ſatisfacies, ſi dixeris prædicta vera eſſe in largiente munera de bonis Conuentus; & ſecùs eſſe in largiente munera de aliàs acquiſitis per ipſum largientem, & non dum incorporatis bonis ipſius Conuentus. Nam vt infra in §. Id autem. per text. ibi, videbis, tam eſſe bona Conuentus illa quæ ipſe Conuentus poſsidęt, & emanát ex eius poſſeſsionibus, & redditibus; quàm illa quæ quiſque Religioſus retinet, vel quoquo modo acquirit; quia ipſi Monaſterio debet Monachus operari: & quodammodo dici poteſt Monaſterium fructuarium cuiuſlibet Monachi, dùm ibi manet; vt patet ex capit. 1. 18. quæſt. 1. cùm aliis ſuprà allegat. & infrà dicendis. & conſtat ex iis quæ docet Bart. de Monacho Beneficiario, in l. Si ſeruus communis ita. num. 6. ff. de Supul. ſeruor. Vide notata infrà num. 51.

I Ibi, † *vel quacũq; cauſa.* Nota nonò, non

43 ſolùm prohiberi, hic munerum miſsiones ſine cauſa ex mera liberalitate ob amicitiã ſeu conſanguinitatem, vel aliàs temerè factas; ſed etiam quæ fiunt cum cauſa. Ex

44 quo colligitur verbum *munus* ſumi hic largè, vt etiam ſumitur in l. Munus. 214 ff. de Verbor. ſignific. & tradit Laurent. Valla libro 6. Elegantiarum. capit. 39. & Alciat. lib. 3. Diſputa. capit. 13. & hoc denotant verba hic vniuerſalia poſita, ſcilicet, *Omnem quamcumque largitionem, ſiue miſsionem munerum.* Quæ verba ſunt de ſe ampliatiua, comprehendentia etiam omnia quæ veniunt ſecundùm impropriam ſignificationem, & quæ aliàs ex natura actus non venirent; ſicut de verbo *quaslibet* tradit gloſ. eod. verb. in capit. Quamuis. de Elect. libro 6. & Borgnin. deciſ. 2. num. 23. par. 1. & de verbo *quemquam* tradit gloſ. eod. verb. in Clement. 1. de Priuile. & de verbo *quoſcumque*, & ſimilibus, tradit latiſsimè Gigas de Penſion. quæſtione 97. numer. 1. cum tribus ſequentibus. & de verbo *quamuis* tradit gloſ. fina. in Clem. fin. de Reb. Eccleſ. Couar. poſt alios, libro 3. Variarum. capit. 13. numer. 5. & probatur etiam prædictum notabile à maioritate rationis. Si enim munera cum cauſa prohibentur hic, quæ videntur magis licere: quanto magis ſine cauſa facta? Regulariter tamen & ſtrictè, munus ſignificat donum cum cauſa: donum verò quod fit ſine cauſa, vt in l. Inter donum, & munus. 194. ff. de Verbor. ſignific.

K Ibi, † *niſi in generali Capitulo.* Nota de-

45 cimò quintam fallentiam ad iſtam conſtitutionem, ſcilicet licitum eſſe dare munera ex cauſa, dummodo talis cauſa diſcutiatur, & cognoſcatur à Capitulo generali, ſeu alia generali Congregatione, & re maturè diſcuſſa, vnanimi omnium conſenſu, Superiorũque permiſſu, prædicta cauſa tãquam iuſta, & legitima approbetur. Quæ eſt noua forma circa cauſæ approbationem, ab hac conſtitutione introducta. Itaque cognitio, & determinatio, quæ ſit iuſta cauſa ad munus aliquod largiendum per Religioſum Superiorem, vel inferiorem, ſiue per aliquem Conuentum; ſolùm ſpectat, & reſeruatur hodie per hanc Extrauagantem, generali Capitulo, ſiue generali Congregationi. Ex quo colligitur Generalem, licet habeat à Capitulo generali omnem poteſtatem Capituli generalis intra annum, vt fit in Ordine noſtro Carthuſien. quotannis; non poſſe ſe intromittere in cognitionem, & determinationem, quę ſit iuſta cauſa ad munus aliquod largiendum, in caſu aliquo occurrenti.

Colligitur etiam nullum Superiorem, nec vllum Conuentum poſſe ex cauſa quantumcum-

tumcumque iuſta videatur, dare licentiam alicui Religioſo ad dandũ munus aliquod, niſi priùs cauſa ipſa cognoſcatur in Capitulo generali, & vnanimi omnium conſenſu ibidem approbetur.

1 Ibi, ✝ *vnanimi omnium conſenſu.* Nota
46 vndecimò quòd ad hoc vt aliquis ex cauſa iuſta munus poſsit largiri, requiritur vt vnanimi cõſenſu omnium Patrũ qui in Capitulũ generale conueniunt, cauſa iuſta approbetur. Ex quo infertur planè ſi vnus ſolus contradicat, non poſſe talem cauſam iuſtam reputari, nec ex ea munus datum iuſtificari. Itaque ſufficit vnius contradictio ad improbandam cauſam, & habendam pro
47 non iuſta; quia vbi requiritur vnanimis omnium conſenſus, non ſufficit maior pars; ſed oportet vt nemine diſcrepante actus fiat. Tex. eſt notab. in c. Ad aures. de Reſcri. ibi, *Electioni quę de ipſo fuerat, vno excepto, vnanimiter celebrata.* & in c. Bonæ memorię. 2. ibi, *Vnanimiter.* & ibi Abb. in primo nota. Et ſi in c. Si vnanimiter. & ibi etiã Abb. notab. 1. de Poſtula. Pręla. & in c. Cũ dilecti. de Elec. & in c. Tertio loco. de Proba. docet Barba. in c. Cùm Eccleſia Sutrina. & ibi Abb. de Cauſa poſ. & prop. Licet Anto. d. c. Ad aures. & Anto. Curſe. in Reperto. Abb. verbo vnanimiter teneant contrariũ; ſcilicet factum à maiori parte Capituli, aliquibus contradicentibus, poſſe dici vnanimiter factum, vbi à lege dictũ verbũ ſimpliciter exprimitur. per text. in l. Quod maior. ff. Ad municip. ſecùs (inquit) ſi lex requireret omnium conſenſum, nemine diſcrepante; vt in Authent. de Defenſo. ciuit. §. fin. ibi, *Nemine diſcrepante.* aut ſtatuto dictum verbum exprimeretur, quia tunc verba ſunt ſtrictè accipienda, per l. 3. §. Hęc autem verba. ff. de Nego. geſt. & l. Quicquid aſtringendæ. ff. de Verbo. obliga. cum ſimilib.

Sed tu tene cum Abb. & Barba. vbi ſup. Nam hoc denotat ethymologia vocabuli, ſicut de verbo (concorditer) tenet gl. Concordem. in c. Cupientes. §. Ad hęc. de Elect. lib. 6. & in cap. Vbi periculum. §. Hoc ſacro verb. ſingulis. eod. tit. & lib. quas commendát Abb. & Felin. in cap. Non poteſt. de Re iudi. & in cap. Cùm omnes. col. 11. de Conſtitu. Adde glo. ſimil. in Clem. Ne Romani. §. Eo tamen prouiſo. ver. Concorditer. de Elect. quam ibi extollit Card. & Imól. in c. 1. de Maio. & obed. & Alex. in l. Et ſuũ hæredem. §. Hodie. de Pact. præſertim quia hic non requiritur ſimpliciter vnanimis conſenſus, ſed vnanimis omnium conſenſus. Adde Caſtro lib. 1. de Iuſta hæreti. punit. c. 5. col. 4. vbi inquit licèt quod omnes tangit tãquam vniuerſos, ſufficere vt à maiori parte approbetur; vt in cap. 1. de His quæ fiunt à maio. parte Cap. & in l. Aliud. §. Refertur. ff. de Reg. iur. & dict. l. Quod maior. Tamẽ ſecùs eſt vbi lex, vel propter negotii magnitudinem, vel alias iuſtas cauſas requirit ſingulorum conſenſum, vt dict. cap. Vbi periculum. §. Hoc ſacro. Idem dic, vbi requirit vnanimem omnium conſenſum, vt hic.

Et ratio quare in hoc caſu Papa requirat vnanimem omnium conſenſum potuit eſſe, videlicet magnitudo rei, de qua agitur, cùm (vt præſupponit in prooemio) plura, & magna damna hactenus Monaſteriis illata fuerint, propter facilitatem quam habent Prælati, & ſinguli Conuentus conſentiendi largitionibus munerum ex quacum-
48 que cauſa. Nam hactenus ſolus conſenſus Prælati, & Conuentus ſufficiebat iuxta notat. in Clement. 1. de Reb. Eccleſ. & per Auendaño lib. 2. de Exequend. mandat. capit. 4. num. 34. Vnde vt in re tam graui cautiùs ageretur, & prædictis damnis, & etiam ſubornationibus votorum in poſterum obuiaretur, ſanctiſsime, & prudentiſsimè ſtatutum eſt, vt non alibi quàm in Capitulo generali (quo ſemper graues viri, & Doctores, ac circumſpectiores ſolent conuenire) & vnanimi omnium conſenſu, cauſa diſcutiatur, & approbetur. aliàs enim facile eſſet Prælatis ambitioſis, maiorem ſubditorum ſuorum partem extorquere, immò & totum Conuentum, ad ſuam voluntatem attrahere, vt experientia rerum magiſtra nos docet. Præterea, & alii inferiores facilè etiam inter ſe conſentirent, vt alter alterius gratiam aucuparetur, & alterum obligaret ad conſentiendum etiam ſibi, cùm ſimilis occaſio dandi ſibi ſe ſe offerret. Quæ omnia ceſſant cum forma hic præſcripta.

49 Et obſeruandum eſt tantùm hic reſeruari Capi-

Digitized by Google

Capitulo generali cognitionẽ, & determinationẽ iuſtæ cauſæ dãdi munus: nõ tamen cognitionẽ, & determinationẽ quod munus ſit notabile, nec ne. De quo tantũ intelligitur regula de qua hic; vt ex fallentia ſequẽte apparebit. Quare cùm a iure cómuni non recedamus, niſi quatenus nouum cogit. l. Præcipimus. C. de Appel. dicendum eſt ſub cenſura Sedis Apoſtolicæ (ſub qua cetera etiam hic dicta, & dicenda intelligũtur) huiuſmodi cognitionem, & determinationem ad eoſdem Conuentus, & Superiores ſpectare, & eorum arbitrio relinqui, cùm hic non determinetur quod ſit munus notabile, & quod leue, ſiue munuſculum. arg. cap. de Cauſis. de Offi. Deleg. & l. Continuus. §. 2. ff. de Verbo. oblig. & ita Capitulum generale Dominicanorum ſenſit, pro vt ex infrà poſita declaratione apparebit. In qua etiam videbis quæ ſint cauſæ iuſtæ ad munera elargienda.

Declaratio cauſarum ob quas iuxta conſtitutionem. S. D. N. Clementis licebit ſubditis ſecundùm Prælatorum ſuorum iudicia munera largiri.

50 Declarauit Capitulum generale Dominicanorum Valentię celebratũ anno 1596. vnanimiter, ex vna trium cauſarum licere ſubditis munera largiri ſecularibus. Prima eſt gratitudo. Secunda conciliatio beneuolentiæ, aut eiuſdem conſeruatio; in ordine tamen ad Religionem, vel Conuentum; vel in ordine ad bonum finem reſpectu ſui ipſius. Tertia pietas in parentes, & conſanguineos vſque ad quartum gradum incluſiuè. Iuxta prædictam ergo declarationem data fuit facultas à Reuerendiſsimo Generali, & Diffinitorio omnibus Religioſis Ordinis noſtri Sancti Dominici vtriuſque ſexus, vt poſsint dare munera ob prædictas cauſas, quas, ſint ne verę, & ſubſiſtentes, Præſidentes prouinciarum, conuentuum, & locorum reſpectiuè iudicabunt.

Quæ facultas extenſa fuit ad Moniales, quarum Prælati has eaſdem cauſas, an ſint ſubſiſtentes examinabunt.

Reuerendiſsimus, & Diffinitorium nihil de quantitate determinauit. Sed in hoc, omnes tam ſubditos, quàm Prælatos monitos voluit, vt rationabilem quantitatem non excedant; ſed quàmmaximè caueant ne contra prædictæ Bullæ intentionem aliquid agant.

Et in ſuper ſua Reuerendiſsima Paternitas omnibus, & ſingulis Deſinitoribus cōceſsit, vt vnuſquiſque ad hoc iudicium ferendum circa ea quæ ipſi dare voluerint, ſint ipſi Iudices cauſarum examinandarum quaſi Prælati. *Fr. Ferero.*

Fuit addita quarta cauſa, videlicet Redemptio vexationis.

Hactenus declaratio.

m 51 † *In §. Id autẽ.* &c. Nota 12. ex hoc. §. Paria. eſſe quoàd prohibitionem huius conſtitutionis, vt Religioſus velit munus largiri de bonis communibus Monaſterii, vel fabricæ, aut ſacriſtiæ, quę communiter adminiſtrantur cum aliis bonis Monaſterii, quæuè rationibus reddendis ſunt obnoxia, vel de pecuniis etiam ab ipſo Religioſo quouis modo acquiſitis, quę omnino in commune prorſus conferendę ſunt, quales ſunt acquiſitæ ex concionibus, vel ex lectura Theologiæ, vel artium, vel ex ſeruitio ſine titulo alicuius Benificii curati, vel ex pictura, vel alia quauis arte, ſiue artificiolo, & induſtria ipſiuſmet Religioſi, vel ex celebratione Miſſarum. Vide de hoc vberius infrà nu. 75.

Secundò nota paria eſſe, quòd munus tribuatur de prędictis bonis cōmunibus, quæ rationibus reddendis ſunt obnoxia; vel ꝙ tribuatur de aliis pecuniis per Religioſos, vel alios voluntariè in commune congeſtis, quales ſunt quas Nouitii donant ipſis Monaſteriis tempore ſuę profeſsionis abſolutè, non ad certas res emendas ſibi neceſſarias, vel vtiles.

Tertiò nota paria eſſe, quòd munus tribuatur de prædictis bonis communibus, vel de aliis quibuſcumque, ſiue per viam donationis à cognatis, & amicis; ſiue per viam eleemoſinę, aut aliàs quomodocumque intuitu ipſius Religioſi qui vult munus largiri ipſi Monaſterio acquiſitis, & in peculium, & adminiſtrationem liberam per Superiores eidem Religioſo conceſſis, qualia ſunt quæ vulgò depoſita particularia ſingulorum Religioſorum dicuntur. Itaque Religioſus ſiue ſit Prælatus, ſiue ſimplex Monachus, non ſolùm prohibetur

tur

Digitized by Google

tur munera largiri de bonis communibus Monaſterii, quę communiter adminiſtrātur, quævè rationibus reddendis ſunt obnoxia, & quæ ſunt iam incorporata ipſi Cōmunitati: ſed, etiam de depoſitis particularibus, quæ quiſque Religioſus de licentia, & permiſſu Superioris habet, ad libitum ſuum diſponenda. In quo hic tex. eſt valdè ſingularis, & neſcio alibi in toto Iure Canonico ita diſtinctè circa hoc diſponentem.

Et ratio eſt, quia, vt dictum eſt ſuprà, notab. 4. quicquid acquirit Monachus ſiue ex ſua perſona, & induſtria; ſiue ex re aliena; puta donatione, eleemoſynis, ſucceſſione ex teſtamento, vel ab inteſtato, vel aliàs, omnia acquirit ipſi Monaſterio, cuius eſt filius, cap. In præſentia. de Proba. Authen. Ingreſsi. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Et per votum paupertatis nō poteſt habere proprium; nec de vlla re diſponere, etiā minima, ſine licentia Superioris, cap. Non dicatis. 12. quæſt. 1. Quæ quidem licentia non ſe extendit, nec ſe extendere poteſt ad donandum, ſeu munera indiſtinctè largiendum: cùm Superiores, & Conuentus ſint tantùm adminiſtratores, & ex vi adminiſtrationis, donare ipſi non poſsint. dict. l. Contra iuris. §. Si filius. ff. de Pact. ergo nec aliis dictā licentiam dare poſſunt; quia nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet, l. Nemo. ff. de Reg. iur. nec nemo poteſt dare quod nō habet, cap. Quod autem. de Iurepat. l. Si vniuerſæ. C.
52 de Lega. Et ſic licèt habeant prædicta peculia cum libera adminiſtratione, & poſſint ad libitum de eis diſponere: intelligitur de aliis vſibus honeſtis, & vtilibus ipſi Religioſo; non tamen de poteſtate donandi, quod eſt perdere, dict. l. Filiusfam. in principio, ff. de Dona. & docet Naua. dict. cap. Non dicatis. nu. 15.

n Ibi, ‡ *Eique vt ad libitum de eis diſponat.*
53 &c. Nota 13. licita eſſe depoſita pecuniaria Religioſorum de licentia ſuorum Superiorum; etiam ad libitum eorūdem Religioſorum diſponenda. In quo hic text. eſt valdè ſing. & non eſt alibi, vt ſuprà diximus.

Sed contra prędictum notabile facit. Primò Religioſis omnia debere eſſe communia, cap. Non dicatis. cap. Nulli. 12. q. 1. Et nulli licere habere proprium, cap. Cùm ad Monaſterium. in prin. cap. Monachi. vbi gl. verb. Adminiſtratione. id notat. de Statu Mon. Conci. Trid. Seſsione 25. cap. 2. in prin. de Regul. cum quo concordat noſtrum Statutum, 2. par. cap. 19. num. 1. vbi habetur nullam perſonā noſtri Ordinis profeſsā ſeparatim, aut appropiatim habere, aut cuſtodire poſſe aliqua bona, à bonis totius Cōmunitatis; præter ea quæ ſibi Ordo concedit ad vſum ſimplicem: ſed omnia bona domus, eleemoſynas, dona, xenia, & alia vniuerſa, quæ Conuentui ſingularibus vè perſonis mittuntur, vel offeruntur, incorporari debere Conuentui; & diſpenſationi, ac adminiſtrationi Præſidentis ſubiacere.

Secundò, quia expreſsè prohibetur contrarium in noſtris iiſdem Statutis, dict. cap. 19. nu 2. & 3. vbi præcipitur Præſidentes non permittere, vt pecunias aliquas per ſe, vel per medium cuiuſcumque interpoſitæ perſonæ in ſua voluntate Religioſi habeāt. Quòd ſi alicui ex prædictis perſonis aliquid datum, vel oblatum fuerit; in eo nullum ius, aut proprietatem pretendere debere: licèt ex permiſſu Pręſidentis ad ſimplicem vſum, ad nutum eius reuocabilem, illud poſsit apud ſe cuſtodire, & eo vti: pecuniis exceptis. Per quæ verba clarè prohibentur apud nos prædicta depoſita pecuniaria.

Tertiò, quia Panor. in dict. cap. Cùm ad Monaſterium. nu. 8. ad fin. expreſsè tenet prędicta depoſita, & peculia ad diſpoſitionem Regularis, etiam de licentia Superiorum habitam, non eſſe à iure approbata.

Pro reſolutione dicendum eſt vnumquēque Religioſum ex voto ſolenni paupertatis, quod in die ſuæ profeſsionis emittit, non poſſe habere vllum proprium, nec quoàd dominium, nec quoad poſſeſsionem, aut aliud ius. Immò neque quoàd vſum etiam ſimplicem, ſine licentia Prælati, vt habetur in dicto cap. Non dicatis. 12. quæſt. 1. Nec etiam de licentia Prælati poſſe habere aliquid, vt rem propriam, cuius habeat dominium, aut ius aliquod nomine ſuo, vt habetur in dicto cap. Cùm ad Monaſterium. in principio, & in fine, de

Statu

Statu monacho. Attamen de licentia iuſta Superioris, & nomine Conuentus tanquã peculium, vſibus ſuis honeſtis, & neceſsitatibus propriis deputatum; & cum animo parato ad illud dimittendum ad libitum, & nutum Superioris: tale proprium, ſeu potiùs peculium, aut depoſitum, benè poteſt habere quilibet Religioſus, etiam ſimplex, vt docet Petrus à Nauar. Secundo tomo de Reſtitutione. lib. 3. cap. 1. num. 179. Etiam poſt Concilium Tridentinum, ſecundùm eumdem ibi; quia per dictum Cõcilium, proprietas duntaxat; non vſus, vel adminiſtratio prohibita eſt.

Hinc eſt, in quibuſdam Religionibus licitè taxari certũ quid pro indumentis Monachorum, & ſingulis aſsignari conuertendum in prædictam cauſam. Quod licere tradit Ioan. And. & Panor. dict. cap. Cùm ad Monaſterium. nu. 8. & ibi Decius nu. 5. & Nauar. dict. cap. Non dicatis. nu. 14. ad fin. Vbi etiã atteſtatur ſe in plurimis Monaſteriis vidiſſe, permitti Monialibus peculium de iis quę ipſæ ſuarum manuum labore, & induſtria lucrantur, pro veſtitu: cũ Monaſteria, ob paupertatem ſolùm dent victum. & licita eſſe prædicta peculia ad præfatam cauſam docet Ioan. And. in Mercurial. regula Nõ eſt obligatorium. de Regul. iur. lib. 6. quem refert, & ſequitur Nauar. vbi ſuprà. Conſtat etiam ex cap. Inſinuante. Qui cleri. vel vouen. & ex cap. de Viduis. 1. 27. quæſt. 1. Monachum ſimpli-
54 cem de licentia ſui Prælati poſſe retinere, ac gubernare tota vita ſua bona omnia quę ſecum ad Monaſterium adduxit, vt per dicta iura docet Nauar. in tract. de Redditi. Eccleſ. quæſt. 1. moni. 8. nu. 2. Quod licere etiam hodie poſt Concilium Trid. probat idem Nauar. conſultus ſuper quodam caſu ſing. & ſimili dicto cap. Inſinuante. & dict. cap. de Viduis. probat inquam, in dict. cap. Non dicatis. num. 16. Videmus etiam ſingulos Monachos habere in ſuis cellis veſtes, libros, & multam ſuppellectilem pro toto tempore vitæ. Quare omninò aſſerendum eſt licere Monachis de iuſta licentia Superiorum ſuorum habere prædicta depoſita. Ratio eſt, quia per prædicta peculia, & depoſita cum licentia Superioris habita, non dicitur Monachus habere proprium, nec ius aliquod in eis: quippe ea habet nomine Conuentus, & Prælati, & cum eius licentia, & facultate, ad nutum eiuſdem Superioris, reuocabili. Cuius quidem peculii hoc modo ſumpti, etiam ſunt capaces ſerui, licèt aliàs proprium habere non poſsint; vt in l. Stipulatio iſta. §. Hæc quoque. ff. de Verbo. obligat. & in l. Placet. ff. de Acqui. hæred. & probatur dict. cap. Monachi. & dict. cap. Cùm ad Monaſteriũ. vbi ex vna parte prohibetur Religioſis habere proprium; & ex altera permittitur eiſdem peculium de licentia Superiorum ſuorum, dummodò ad nutum eorumdem ipſum deponant, & impendãt.

Vnde non obſtant in contrarium adducta. non primum, quia concedimus, omnia debere eſſe Monachis communia, & proprium habere non poſſe. negamus tamen prædicta depoſita non eſſe communia, cũ eras poſsit ea Superior ad libitum ſine vlla cauſa tollere, & impendere in vſus communes Cõuentus; ſicut alia bona communia eiuſdem Conuentus. Itaque iura, quæ prohibent, ne Monachus habeat propriũ; loquuntur, & intelligi debent de proprio, propriè ſumpto, per quod quis habet ius liberum in re, ad diſponendum de ea pro vt libuerit, ſine alicuius licentia, ſeu prohibitione, iuxta l. In re mãdata. C. Manda. non tamẽ de peculio prędicto modo ſumpto, & habito.

Non etiam obſtat ſecundum. Pro cuius declaratione ſciendum eſt duobus modis
55 poſſe permitti prædicta depoſita. Vno modo vt ea habeant Religioſi penes ſe, vel penes quem ipſi voluerint, & de eis diſponant ad libitum: altero modo, vt ea habeant penes Prælatum, vel alium, vel in arca communi Conuentus, vbi aliæ pecuniæ Conuentus recõduntur, & ſint ad vſus honeſtos eorumdem Religioſorum; ad arbitrium tamen Superioris impendenda.

Secundò notandum eſt, prędicta depoſita poſſe haberi; vel cum iuſta cauſa, vel ſine ea. His ſuppoſitis, dicimus depoſita primo modo habita, eſſe de ſe illicita, & à iure prohibita, niſi iuſta aliqua cauſa ſubſit, ob quam iuſtificentur. Ratio eſt, quia prędicta depoſita primo modo habita, poſsũt eſſe occaſio multorum malorum, puta inquietu-

quietu-

Digitized by Google

quietudinis, ambitionis, cupiditatis, negotiationis, & aliorum ſimilium; quæ occaſiones malorum amputãdę ſunt, l. Aequiſſimum. ff. de Vſufruct. cap. 1. de Vſur. lib. 6. vbi gl. verb. Adimetur, hoc notat.

Præterea quia inconueniens eſt, & contra bonum regimen, vt multæ crumenæ, & adminiſtratores ſint in vna domo. Item quia habent prędicta depoſita quamdam ſpeciem mali, ſcilicet proprietatis, à qua longe abeſſe debent Religioſi, quippe ab omni ſpecie mali cauendum eſt, vt 1. ad Theſalon. cap. 5. Denique quia incongruũ videtur viris paupertatis amatoribus ac Zelatoribus, ob quam omnia reliquerunt, vt aliquid, etiam minimum in pecunia numerata habeant, vel velint habere: niſi ex neceſsitate propria, aut alicuius officii, adminiſtrationis, & obedientiæ. Ob quæ, & alia conſulunt Doctores teſte Panor. dict. cap. Cùm ad Monaſterium. num. 8. nè ſine magna cauſa Abbas prædicta peculia, ſiue depoſita permittat, & Pet. Nauar. dict. lib. 3. cap. 1. num. 180. expediret inquit, vt depoſita ſeu peculia pecuniaria non concederentur ad indeterminatos vſus: vt occaſio male expendendi vitaretur. Sed ſemper ad certum, & determinatum vſum pium, & licitum, & neceſſarium, & à Superiore cognitum. Et de his depoſitis loquitur, & intelligendum eſt noſtrum Statutũ dict. cap. 19. num. 2. & 3. vt patet ex illis verbis ibi, *in ſua voluntate habeant.* & ibi, *apud ſe.* & meritò apud nos prędicta depoſita reprobantur; cum ſufficienter vnicuique de neceſſariis prouideatur, & debeat quiſque clauſuram cellæ omnino ſeruare, nec liceat alicui extra clauſtrum, & cellam eſſe, etiam cauſa ſtudiorum; niſi ſit Prior, aut Procurator. Vnde non videtur poſſe dari apud nos iuſtam cauſam permittendi talia depoſita.

Vbi autem iuſta, & magna cauſa ſubeſſet, vt in exemplis à Ioan. And. Panor. & Nauar. ſuprà allatis: tunc vtique permitti poſſent. & ideò illa licita iudicantur ob neceſsitatem victus, & veſtitus. Et confirmatur per ea quę tradit Nauar. conſ. 75. de Regul. n. 52. ſcilicet quòd ſi aliqua eſſent Monaſteria Cartuſiana, ſimilia nonnullis aliis Ordinibus, in quibus vix veſtitus, panis, & vinum, de cellario communi exhiberi poſſent: tunc Prælati eorum, non rectè, nec prudenter agerent, ſi repudiarent legata, quæ parentes, vel alii cognati, aut amici facerẽt Monachis Cartuſ. vt eis vtãtur, donec Prælati permiſerint ipſis, vti eis ad vſus ſuos, vel pios, quos ipſi volent, & non vltra. Idem ſentit dicendum, vbi Monachi ob morbos, vel complexionis debilitatem egerent alimentis, vel medicinis extraordinariis, & Monaſteriũ egeret. Idẽ vbi Papa concederet alicui penſionem, vt docet ibid. num. 50. & 51. Licèt enim per ſe plus deceat Religionis perfectionem (qualem noſtra Cartuſia obſeruat) vt tota in pauperes, & in opera pia, & neceſsitates Religioſorum diſtributio, ac cura ſit penes ipſos Priores, & Procuratores; & non penes aliquem Monachum ſimplicem, nullam habentem adminiſtrationem, & intra ſuum Monaſterium degentem: ex aliquibus tamen circunſtantiis nonnumquam id liceret, aut permitti poſſet, vt ex dictis per Nauar. vbi ſuprà num. 25. & 53. in fin. colligitur, & meliùs ex num. 54. & 55. vbi reſoluit poſſe Monachum Cartuſ. de licentia, & conſenſu Prioris accipere pitantias Miſſarum, quas celebrauerit, impendendas in aliqua pia; puta in libros, veſtes ſibi conuenientes, aut pauperum eleemoſynas. Sed certè hoc vltimum eſt cõtra rigorem, & perfectionem noſtram. Quare cautè, & vix practicandum eſt. licèt putem permitti à Prioribus, & excuſari poſſe, cum vſus certus in quem ſunt impendendę, ab ipſis exprimitur, per not. per Nauar. num. 55. Quæ eſt optima cautela Prioribus, ad conſolationem Monachorum apta.

Depoſita verò, ſecundo modo habita, non prohibentur à noſtris Statutis, quia licita ſunt, etiam poſt Concilium, vt latè docet Fr. Ludo. Lopez. 1. tom. Inſtruct. conſcientiæ, cap. 154. cum ſeq. cum ad ea habenda iuſta cauſa videatur, cum per ea exonerentur domus multis, quę aliàs tenerentur prouidere ipſis Religioſis, & ceſſent in ipſis inconuenientia, & occaſiones malorum ſuprà citatorum; quia reuera tũc ſolus Prælatus eſt diſpẽſator ipſorũ. Idem dic, etiã ſi concederet Prior Monacho, vt pitantias ex Miſsis ipſe haberet penes aliquem Conuerſum, expendendas

in hos

in hos vel illos vſus, vt patet ex ſupra dictis, & ex Nauar.conſ.75. de Reg. nu. 54. & 55.

Ad tertium argumentum reſpondetur Panormitanum loqui de depoſitis, & peculiis primo modo ſine iuſta, & magna cauſa conceſsis. (Talia enim vt iam diximus ſunt illicita, & à iure reprobata) non tamen loqui, nec intelligendum eſſe de peculiis, & depoſitis ſecundo modo habitis; nec de primis, cum iuſta, & magna cauſa conceſsis, quia cum tali cauſa licitè permittuntur; vt ex verbis eiuſdem Panor. deducitur, & docet Nauar. dict. cap. Non dicatis. nu. 10.

Et hoc modo intelligenda ſunt quæ hic dicuntur. Supponit enim Papa huiuſmodi depoſita ex aliquibus iuſtis cauſis permitti à Superioribus, vt diximus in exemplis ſuprà relatis; & ideò licitè permitti: aliàs illicita eſſent, & à iure reprobata.

56 Reſtat hic vnum diſcutiendum. Diximus ſuprà Religioſos non poſſe habere proprium, nec vllum dominium, aut ius aliquod à iure ciuili introductum. Sed contra Nam Religioſi Beneficiarii habent dominium,& poſſeſsiones Beneficiorum ſuorũ, & agere poſſunt (vt quotidie agunt) nomine proprio ad rei vendicandum ſibi, & non Eccleſię,dominium eorum; & ad adipiſcendum,retinendum,vel recuperandum eorum poſſeſsiones: in quorũ litibus ęquè habent locum tituli de Cauſa poſſeſsionis, & proprietatis, & de Rei vendicatione; ac in litibus Clericorum ſecularium ſuper Beneficiis ſecularibus; immò ſimplex Monachus, vel Monialis poteſt agere nomine proprio, & ſine licentia ſui Superioris ſuper iure eligendi ſibi competente, & iure alimentorum, & iure manendi in tali, vel tali Monaſterio, ſi exinde iniuſtè eiiciatur cap. Cùm dilecta. cum latè ibi not. per Feli. col.13. verſ. Monachus. de Reſcript. & per Naua. lib. de Reddi.Eccleſ. quæſt.1. moni. 9. num.3. vbi mouet hoc dubium.

57 Ad quod reſpondet Naua. vbi ſuprà, Religioſos per votum paupertatis nõ renunciare bonis ſpiritualibus, nec honoribus qui eis debentur, ſed tantùm temporalibus,ex D.Tho. 2.2.quæſt.186. art. 7. ad 4. vbi Caiet. affirmat, per hoc poſſe Monachos petere gradum Doctoratus, qui eſt honor ob ſpiritualia debitus. quod priùs affirmauit idem. D.Tho. in Opuſcul. 19. Contra impugnantes Religionem, cap. 2. col. 7. Sed contra hanc ſolutionem facit, quia Regulares Beneficiarii non ſolum habent ius quoad Beneficia, quæ ſunt ſpiritualia; ſed etiam quoàd temporalia ratione Beneficiorum, vel Monachatus; & rei vendicatio quàm habent ad fructus ab alio detentos, non poteſt eſſe ſine dominio ipſorum fructuum, vt toto tittulo de Rei vendi. immò, & dominium non eſt niſi ius proprietatis ad ipſam rem. Si ergo Regularis poteſt habere ius ad alimenta, & ius ad petendos fructus ſui Beneficii. ergo poteſt habere ius quoàd bona temporalia, & ſic poteſt habere dominium temporalium. Nam ſi non eſſet capax dominii rei temporalis: quomodo ageret Reivendicatione ad ipſam rem temporalem? vnde videtur remanere argumentum inſolutum. Nam non ſolum poteſt Religioſus habere ſimplicem vſum rerum temporalium; ſed etiam dominium, & ius proprietatis ad ipſas.

Sed reſpondetur primò Regulares Beneficiarios habere ius quoàd temporalia acceſſoriè, & ſecundariò, ratione Beneficii, & iuris, quod habent ad ipſum Beneficium. Similiter, & Monachum habere ius petendi alimenta à ſuo Monaſterio ratione monachatus,qui eſt inſtar Beneficii Regularis. Secundò quia etiam ſi illud ius ad temporalia habeant æquè principaliter, ſicut habent ius ad ipſum Beneficium ſpirituale: nihilominus huius iuris non ſunt incapaces per votum paupertatis. Nam non eſt ius, & dominium abſolutũ, quale habẽt laici in ſuis bonis, per quod poſſunt diſponere de re ad libitũ in vſus profanos, aliàs tamen licitos, & honeſtos. Sed eſt ius limitatum cõpetens ratione adminiſtrationis illius Beneficii, quod habent; vel ratione Monachatus, ad alimenta ſibi debita de iure naturæ, vt filio talis Monaſterii; nec per tale ius poteſt dicere Religioſus, eſſe ſuos,fructus ſui Beneficii, nec eſſe ſua hæc vel illa alimenta: licèt aliàs habeat ius ad illos,& illa, vt dictum eſt: ſicut, & Epiſcopi non Regulares, licèt habeant ius ad vendi-

Digitized by Google

vindicandum bona ſtabilia ſui Epiſcopatus, non tamen habent dominium eorum vt palam eſt, & docet idem Nauar. vbi ſuprà moni. 11. in fin.

58 Ex quo patet diſcrimen, quod intercedit inter hoc dominium quòd habent Regulares Beneficiarii, & alii, in iis quæ habent de licentia Prelatorũ, cũ libera adminiſtratione, & dominium quòd habent laici in ſuis bonis: ſcilicet illud dominium laicorum, eſſe proprie dominium per quod tàm in vita, quàm in morte poſſunt diſponere de re ad libitum, etiam in vſus profanos; & eam donare cui voluerint, etiam diuitibus ratione ſolius amicitiæ, liberalitatis, conſanguinitatis, vel alterius reſpectus mundani: nec illud dominium poteſt quis ipſis auferre, quia ſub alterius non eſt poteſtate. At hoc dominium Religioſorum, eſt dominium impropriè, ſecundum quid, ac ſtrictum. Dixi (*dominium*) quia Religioſus vigore dicti dominii poteſt de re diſponere cũ libertate in vſus ſibi neceſſarios, vtiles, & honeſtos; vel in vſus pauperum, vel quorumlibet operũ piorum. Dixi (*impropriè*) quia tale genus dominii etiam cadit in habẽtes adminiſtrationem bonorũ alienorum, qualès ſunt ciues, ſiue Decuriones ciuitatum; licèt illud non habeant cum tanta libertate. Et etiam cadit in filium famil. habentem peculium patris cum libera adminiſtratione. Dixi etiã (*ſecundum quid*) quia eſt ad recuperandum; non tamen ad vtendum eo liberè poſt recuperatum. Dixi etiam (*ſtrictum*) quia non poteſt diſponere de re poſt mortem, nec etiam in vita, in vſus ſcilicet profanos. Et ideò ad diſtinctionem vtriuſque dominii, primum dominium laicorum, dicitur ſimpliciter dominium: ſecundùm verò Religioſorum, dicitur peculium.

o Ibi, † *præterquam leuiora eſculenta, aut*
59 *poculenta.* Nota ſextam fallentiam ad hanc Extrauag. videlicet, non habere locum in leuioribus eſculentis, & poculentis. Nam hæc poſſunt dari ab ipſis Regularibus. Pro qua facit, cap. Statutum. §. Inſuper. de Reſcript. lib. 6. vbi licèt dare Iudici à Sede Apoſtolica delegato eſculentum, aut poculentum, quod paucis diebus conſumi poſsit; licèt alias prohibeatur, ne prædicti, vllum munus recipiant: vt in princi. dict. §. Inſuper. Quæ autem dicantur leuiora eſculenta, aut poculenta; deduci poteſt ex eodem. §. Inſuper. nimirum quæ paucis diebus conſumi poſſunt: vbi gl. verb. Paucis. addit; Et hoc arbitrio boni viri relinquendum, cum aliter non determinetur; habita conſideratione perſonæ dantis, & perſonæ recipientis; vt in cap. Et ſi quæſtiones. de Simo. de quo latius infrà dicemus.

p Ibi, † *ſeu ad deuotionem, vel Religionem*
60 *pertinentia munuſcula.* Nota ſeptimã fallentiam, ſcilicet regulam huius conſtitutionis non procedere in munuſculis ad deuotionem, vel Religionem pertinentibus: qualia ſunt, Roſaria, Agnus Dei, Reliquiæ, Imagines, Libri deuoti, Scapularia benedicta, & ſimilia.

Ex dictis verbis per argumentum à contrario ſenſu (quod in iure validum eſt, & fortiſsimum l. 1. §. Huius rei. ff. de Offic. eius cui mand. & in l. Inter ſocerum. §. Cũ
61 inter. ff. de Pact.) collige in pecunia numerata nõ poſſe talia munuſcula fieri. Si enim voluiſſet Papa vt in pecunia numerata, vel in quacumque re poſſent fieri: non oporteret ſe reſtringere, nec ſpecificare tantũm munuſcula ad deuotionem, vel Religionẽ pertinentia. Nullum autem verbum in lege, vel ſtatuto putandum eſt, poſitum eſſe ſine myſterio, vt inquit Bal. in Rub. de Contrah. emptio & Hippo. in Repet. Rub. cap. de Proba. nu. 18. Nec immeritò. Talia enim munuſcula in pecunia numerata non decent Religioſos: niſi intuitu eleemoſynæ, aut aliâ pia cauſa fierent; quo in caſu etiam munera dari poſſent, vt infrà dicemus, v. g. ſi conſanguineus, vel amicus, veniens ad viſendum Religioſum, in itinere à latronibus ſpoliaretur pecuniis, vel veſtibus, quas ſecum deferret.

62 Et corroboratur prædicta ſeptima fallentia ex text. famoſo in c. Ceterum. de Dona. quem ad hoc dicit ſing. And. Sicul. in tract. de Præſtan. Cardi. quæſt. 10. art. 10. vbi Alex. Tertius reſpondit valere conſuetudinem donandi aliquid per Religioſum, quo non grauetur multum Eccleſia. Per quem text. dicit gl. ver. Reſeruari. in cap. Præſenti. de Offi. Ordi. lib. 6. Clericum habentem adminiſtrationem, dare poſſe; modera-

Digitized by Google

moderatè tamen. Idem etiam tenet glo. 2. in cap.fin.12.quæſt.2.docens quemcumq; Prælatum (licèt non habeat liberam,& generalem adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum) poſſe donare modicum, per dict. cap. Ceterum. cui gloſ. eſt ſimilis in cap.Sine exceptione. in gl. 2. 12. quæſt. 2. & per illum text. idem docet Nauar. in Apolog. moni.80. nu. 7. dicens conſuetudine poſſe dari facultatem Religioſo donandi quid modici. Iure ergo optimo excipiuntur hic munuſcula ad Religionem, & deuotionem ſpectantia.

63 Sed per hunc text. & per ea quę ſuprà diximus, limitandum eſt dictum cap. Ceterum.& quæ DD. per ipſum dicunt; vt ſcilicet procedat hodie in modicis,non in pecunia numerata; ſed in rebus ad deuotionem,& Religionem pertinentibus.quę eſt noua, & ſingularis declaratio ad illum tex. Puto tamen etiam hodie poſſe Superiores modica donare in pecunia numerata, non obſtãte hac Extrauag. Etenim quoàd dicta munuſcula, nõ videtur loqui, niſi cũ ſubditis, vt deducitur ex illo verbo (*vbi Superiori* &c.) Nam de modicis non curat Prętor: & talis eſt vbique conſuetudo, quę per legem nouam non videtur tolli, cùm non ſit irrationabilis.ad not. in cap. 1.de Conſtit.lib.6.

64 Sed offert ſe hic dubium, vtrum Religioſi poſsint donare prędicta munuſcula conſanguineis, amicis, familiaribus, & ſimilibus, etiam diuitibus; principaliter intuitu conſanguinitatis, amicitiæ, vel familiaritatis, & ſic ſine vlla cauſa.an verò requiratur aliqua iuſta cauſa. Et non poſſe dare prædicta munuſcula prefatis diuitibus; facit primò Concil.Trid. Seſ.25.cap. 1. de Reform. vbi interdicit omnibus Beneficiariis, etiam Regularibus, largitionem reddituũ in alios,quàm pios vſus: ſed donatio facta conſanguineis, & amicis diuitibus,ſolo intuitu conſanguinitatis, vel amicitiæ, non eſt largitio in pium vſum (quia illa eſt pia, quæ fit principalitèr ob cultum diuinum, vel ob miſericordiam, vt latè probat Nauar.in Apolog.moni.29.num.1.& 2.vbi ex hoc,num.3. in fert non eſſe opera pia quæ fiũt ſolùm in honorem,gratiam, & amorẽ Parentum, & cognatorum, ſi non fiant ob miſericordiam ratione egeſtatis. Et eadem ratione in eadem Apolog.moni.78.probat ſolam liberalitatem, aut amicitiam humanam,non ſufficere ad iuſtificãdos ſumptus, vel etiam munera quæ Clericus ſecularis daret conſanguineis,vel amicis, de redditibus Eccleſiaſticis ſuperfluis naturæ, & ſtatus.) Ergo præfata largitio munuſculorum ſolo intuitu conſanguinitatis, vel amicitiæ facta,licita non eſt.

Secundò facit, quia ius prohibet dari cõſanguineis ex ſolo affectu ſanguinis, vt patet in Can.35.Apoſtolor. cuius verba ſunt, *Omnium rerũ Eccleſiaſticarũ curã, Epiſcopus gerito;& eas diſpẽſato quaſi inſpectante Deo.Nõ licitũ autẽ ei eſto quippiã ex his ſibi tãquã propriũ aſſumere,aut cognatis ſuis elargiri,quæ Deo dicata ſunt.Quòd ſi pauperes illi ſint; vt pauperibus ſubminiſtrato.* Vbi nota verbũ, *quippiã*. Ad idem vidẽdus eſt Canõ.75.eorumdẽ Apoſt.qui ſic habet, *Non oportet Epiſcopũ fratri, aut filio, aut alteri cognato, humano gratificari affectu.* Quibus cõcordat Cõci.Trid.vbi ſup. admonens vt omnis humanus hic affectus erga propinquos carnis, vnde multorũ malorũ in Eccleſia ſeminariũ extat, penitùs deponatur. Quod præcipuè militat,locumq; habet in Religioſis,quibus cognatio in terra nõ eſt,nec eſſe debet; vtpote qui cęleſtem vitã affectẽt, vt inquit tex. in Auth.de Monach.Colla.10.§. Eſto autem.verſi.Et maximè.

Tertiò,quia etiam modica,de iure dari nõ poſſũt ſine iuſta cauſa, ſecundũ Archid. in d.c. Sine exceptione.12.q.2. Panor.dict. c. Ceterum.ad fin.de Donatio.

His tamen non obſtantibus, contrarium tenendum eſt,videlicet prædicta munuſcula ſine iuſta cauſa; ſed ex ſola liberalitate, & ob amicitiam, vel conſanguinitatem dari poſſe. Et probatur primò per text. hic. Nam permittit dari eſculenta, & poculenta, & munuſcula ad deuotionem, & religionem pertinentia. At,hęc non ſolent dari, niſi ex ſola liberalitate,& ob amicitiam, vel alium affectum humanum. Nam ſi ad hęc danda requireretur cauſa remunerationis,vel alia iuſta cauſa, fruſtra taxarentur, vt ſint modica. Quia ſecundùm ſeruitia, & merita,debent eſſe munus,& remuneratio.

Digitized by Google

Secundò idem probatur, quia aliàs nulla eſſet ſingularitas in his minimis dandis. Nam ſi intuitu eleemoſynæ, aut pietatis dari tantùm debuiſſent: fruſtra hic poneretur hęc fallentia, cùm iam infrà ponatur fallentia ob cauſam eleemoſynæ, & pietatis. Et cùm hęc ponatur vt diuerſa ab illa; ſequitur in hac non requiri cauſam eleemoſynæ, aut pietatis.

Tertiò quia de conſuetudine generali totius Mundi contrarium ſeruatur; ſecundùm quam Religioſi indiſtinctè dant prædicta munuſcula quibus volũt, ex ſola liberalitate, & cõmuniter ob conſanguinitatẽ, vel amicitiã. Quæ cõſuetudo valet,& tenet per d.c.Ceterũ.de Donatio.& docet Naua. d.Apolog.moni.80.n.7.dicẽs per illũ text. conſuetudine poſſe dari facultatem Religioſo donandi aliquid modici, quo non grauetur multum Eccleſia. At conſtat per d. munuſcula non grauari multum Monaſteria; quin immò redundant in non modicam vtilitatẽ ipſorum. Nã per ea conciliantur volũtates, & gratia conſanguineorũ, & amicorum. Et cùm ſint diuites (vt ſupponimus) ſæpe retribuunt, ac donant plus ipſi Religioſo, quàm illi accipiant. Et ſi nihil eis detur, nihil volunt dare: vt ſæpe ab ipſis audiuimus. Et in confirmationẽ dictæ conſuetudinis facit primò cõſuetudinem loci dare iuriſdictionẽ, & tribuere liberiorẽ adminiſtrationem.l.Prohibere.§.Nõ tantùm. verſi. Ita. ff.Quod vi,aut clã. & cap.Ea noſcitur. de His quæ fiunt à Præla. Secundò, de modicis non curari l.Scio.ff.de in integ. reſti.l.Si oleũ.ff.de Dolo.c.Cũ te.de Re iud.

Vnde non obſtãt in contrarium adducta, quibus ſigillatim reſpondemus. In primis vera eſſe de iure. De conſuetudine tamen, contrariũ ſeruatum eſſe hactenus. Et in his modicis excuſabat; per d. c. Ceterũ. Hodie autem per hunc text. etiã eſt de iure nouo. Et ſic tam de conſuetudine, quàm de iure huius Extrauagant. licitè fieri poſſunt prædicta munuſcula, ob gratiam, & amorem conſanguineorum,& amicorum.

Secundò etiam reſpõdemus ad duo priora argumẽta; procedere ſcilicet regulariter, & in donationib. magnę quãtitatis, vt patet ex Conci.Trid. Seſ.25.cap.1.ibi, *Ne ex red ditibus Eccleſiæ cõſanguineos, familiaresvè ſuos augere ſtudeant.* Nota verbum *augere*, cui ſimil.tex. in c.Quiſquis.12.q.2.& c.Eſt probanda.86.diſt.quo caſu etiam Papa cõtra faciẽs peccat, ſecũdũ Fel.in cap. Quæ in Eccleſiarũ.n.44.de Conſti. At prędicta munuſcula non fiunt ad ditãdum, & augendũ, nec augere poſſunt, vt de ſe patet. Item regulare eſt, & tritum in iis quæ ſunt contra ius commune, & in caſu vbi vulnerãtur regulæ iuris communis, non curari de modicis. vt reſoluit Bal.in l. Si proprietarius. ff. de Damno infect.& tradũt DD.in c.de Appellationibus. De appel. & Curſet. in Repert.Abb.verb. Modicum.in fin. Vnde non mirum ſi prædicta iura limitentur in modicis munuſculis. Sic videmus regulã noſtri tex.limitari per Papam in his etiam munuſculis. Quare intrepidè dicendum eſt prędicta iura in primis tribus argumentis adducta, limitanda fore in his modicis munuſculis.

Quartum etiam non obſtat. Quia vt conſtat ex eodem Panormit.dict. c.Ceterũ. loquitur circumſcripta conſuetudine, in qua ſe fundat Papa in illo text. Dicit enim ſi nõ fuiſſet talis conſuetudo, non poſſe ab Abbate, etiam minima, de iure dari ſine cauſa; at cùm ea, bene poſſe, ex eod text. Conſtat autem prædictam conſuetudinẽ eſſe vbiq; terrarum. Ergo licitè donantur.

65 Sed dubitatum, & quæſitum eſt, quanti valoris debeant eſſe prædicta munuſcula, vt licita ſiãt,& non cõtraueniatur huic Cõſtitutioni. Et poſtquam hoc exagitatum eſt in quibuſdam Cænobiis, & Monaſteriis, percepi fuiſſe taxata ad ſummam octo regalium Caſtellæ: in aliis verò, ad ſummam ſex regalium, ſecũdùm redditus Monaſterii. At apud Obſeruantes S. Franciſci ante hãc Conſtitutionẽ, quinque ſolidi, qui ſunt duo regalia, cũ dimidio,& non plus reputabantur minimũ; vt cũ ſola licẽtia Guardiani poſſet Religioſus eos donare. Immò etiã poſt Conci. Trident. dicit Cordub. caſ. 54. fo.148.& Fr.Lud. Lop. in Inſtruct. conſc. 1.p.1.tomi c.155.vſq; ad decẽ ducatos poſſe Prelatum dare ſubdito licentiam dandi; ex cauſa tamẽ pia, aut rationabili. Quod intellige quando quæ donantur ſunt de bonis Conuentus. Nam ſi de aliis nõ incorporatis; poſſunt dare licentiam etiam vſq; ad centum

Digitized by Google

centum ducatos, & plus ſecũdùm eoſdem vbi ſuprà. quod tamen ego vix practicare auderem. Sed cum hoc à iure nõ ſit determinatum, neque in hac conſtitutione aliquid certi definiatur: arbitrio Superiorum omnino relinquẽdum eſt. arg.cap.de Cauſis. §.1.de Offi. Deleg.l.1.§. Effractores. ff. de Effracto. l. Aut facta. ff. de Pœnis. & l. 1.§.1. ff. de Iure delib. qui penſatis conditionib. Religioſi volentis donare, & eius cui fit munuſculum, & penſata cauſa ob quam fit, & etiam vtilitate quæ ex dict. munuſculo obuenire poteſt Religioſo, vel Monaſterio, poterit maiorem, aut minorem facultatem dare in quantitate, & qualitate munuſculi. Sine largitionibus enim non poteſt conſeruari, nec captari amititia, ſecundùm Philoſophum; & vt inquit Panor. in cap.Ceterum. de Dona. in fin. iuſta cauſa eſt dandi leuia, vt Eccleſia habeat amicos pro ſua defenſione. Et certum eſt amicos particularium Religioſorum eſſe etiam amicos, & deuotos eiuſdem Conuentus, & Religionis.

66 Placet hic nonnullas inſerere quæſtiones. Prima, an Monachus qui eſt pictor, vel alia arte pollens, poſsit gratis facere amico, vel cognato, vel cuiuis alii picturam, vel rem aliam ſuæ artis, etiam ſi pictura, vel res illa ſit valoris pluſquam decem ducatorum. Et videtur quòd non; quia Monachus debet operari ſuo Monaſterio, ſicut Regularis curatus debet operari ſuæ Eccleſiæ, vt inquit Bart. in l. Si ſeruus communis ita. num.6. ff. de Stipula. ſeruo. Secundò, quia quicquid acquirit Monachus ex ſua arte, vel induſtria; acquirit Monaſterio, vt latè diximus ſuprà ſub. 4. notab. Tertiò, quia qui dare nequit, nec gratis remittere poteſt, vt probat text. hic infrà in fin. & dicit communem Hippo. de Rimin. in §.1.num.302. Inſt. de Donatio.

Sed pro ſolutione diſtinguendum, ac notandum eſt, tribus modis poſſe fieri prædicta. Aut enim Monachus facit primò picturam, vel rem illam ſuæ artis, ſumptibus Monaſterii: & tunc verum eſt non poſſe Monachum, rem illam tanti valoris, etiam de licentia ſolius Prælati, facere. Ratio eſt, quia tunc tota illa res eſt ipſius Monaſterii, & habet iam ius acquiſitũ erga ipſam, & ideò contraueniret huic conſtitutioni. Secundus modus eſt, ſi ad illam faciendam amicus, ſeu conſanguineus, ſubminiſtret omnia neceſſaria, & eius ſumptibus, de licentia Prelati fiat. Tunc probabiliter teneri poteſt contrarium. Et ratio eſt, primò quia tunc Monachus laborat ſcienter ſuper re aliena, & ſic cedit labor domino rei, inſtar edificantis ſcienter in ſolo alieno ſua materia. l. Adeò. §. Ex diuerſo ff. de Acqui. rerum domi. Tertius modus eſt, cùm ante quàm fiat pictura, Prelatus det licentiam, vt fiat pro tali amico. Tũc etiã licet, quamuis neceſſaria accipiat à Monaſteriõ. de quibus, cùm ſint parui valoris, non eſt curandum. Et ratio eſt, quia tunc Monachus
67 non agit de alienanda, ſeu donanda re quę ſit Monaſterii, ſed tantùm agit de non acquirendis. Quo in caſu ſolus Prælatus poteſt præiudicare Monaſterio. gloſ. fina. in capit.fin.16.quæſt.6. & in capit. Placuit. 2. 16.quæſt.3.in gloſſ.1.& in cap.Hanc ergo. ver.Duobus.17.quęſt.4.& in cap.2.de Donatio. in gloſſ.3. quas ſequitur Pala. Ruui. in Rep. Rub. de Dona.inter virum, & vxo. §.47. Angel. verbo Emphiteuſis.num. 21. Rip. Reſpon.62.in cauſa numer.8. & in l. Legatum. num 9. ff. de Legat. 1. vbi dicit communem, & Iaſ.ibid.num.19. cùm ſeq. & Nauar. Commentar.2.de Regul.nu. 31. Idem tradit Federi.conſi.9.&. Abb.num.9. & Cardin.& Imol.in c.Tua.de His quę fiũt à Præla. idẽ Imol.& Anchar.in c.1.de Rebus Eccleſi. idem Panor.cap.1.de Dolo, & contuma.& Pute.Deciſ.519.lib.2.& Deci. conſi.588.viſo puncto num.15.& ibi additio, & conſi.624.vbi copioſè. num.9. Feli. cap. Quæ in Eccleſiarum.num.50.de Conſtit. & Abb.conſ.31.num.1. vol.1. Et pro dictis glo.eſt bonus tex.in l.fin.ff.de Admi. tuto. Per quę infertur ſolum Prælatũ poſſe repudiare ſine alia ſolẽnitate quodcumque legatum, etiam pingue, & quamcumque hæreditatem, etiam magnam, & rei immobilis Eccleſiæ factã. Et eãdẽ opinionẽ dicit cõmunẽ Anto. Curſe. in Reperto. Abb.v.Prelatus.verſ.47.&tenet idẽ.gl.Ioa. And.in Reg.Delictũ.de Reg.iu.lib.6. dicẽs ex hoc delictũ Prælati, quod eſt in omittẽdo, redundare in dãnum Eccleſiæ: illud autem quod conſiſtit in faciendo, non nocere

Digitized by Google

& diuum Eccleſiæ Euangeliſtam licèt renunciaſſet propriis; tamen duobus iuuenibus, ſcilicet Fito. & Eugenio, quos penituerat omnia ſua pro Chriſto reliquiſſe, & pauperibus erogaſſe; reddidiſſe aurum, & gemmas; vt cuncta quæ vendiderant, ſibi redimerent. Quod vtique licet fieri, quia vt inquit gl.verb. Duobus.in c.pen.17.q.4. adhuc bona illa quæ reddidit, non peruenerant ad Eccleſiam, cuius B. Iohannes erat Epiſcopus;quamuis Alex.dict.l. Legatum. nu.2.dicat contrariam opinionem eſſe magis cõmunẽ; ibi reſpõdens fundamẽtis ſuprà dictis primæ opinionis, quam ſequitur Rota recens Caputaquen. deciſ. 359.p.2.

Sed pro concordia, dicendum eſt Prælatum ſolum, non poſſe repudiare legatum, hęreditatem,donationẽ,vel quicquid aliud vbi Monaſteriũ,vel Eccleſia habet iam ius quęſitum in re,vel ad rem,vel officium Iudicis, ad iure petendam rem illam. aliàs poteſt repudiare, vt accidit in caſu noſtro, in quo nullum ius habet; quia antequam vlla actio naſcatur, aut ius aliquod competat ipſi Monaſterio,illud remittit Prælatus. & ſic iure optimo valet, & fieri potuit prædicta remiſsio per ſolum Prælatum, prout ex infrà dicendis latiùs apparebit.

68 Hinc eſt,eum qui blanditiis,ſine vi,metu, mendaciis,& dolo, facit teſtamentum mutari,aut legatum in alium trãsferri:reſtituere non teneri, vt probat text. in l.fin. C. Si quis aliquem teſta.prohib.& l.fin.ff.eod.& docet Naua.in Man.c.17.n.70.& Corduba in caſib. conſcien.q.16. Idem dic de eo qui

69 impedit ne collator, præſentator, aut elector, conferat, præſentet, aut eligat illum, aut illum; ſiue Rex vel alius qui poteſt conferre aliquod officium,vel aliud ius huic,vel illi. arg.l.Illud.ff.ad l.Aquil. & docet Nauar.vbi ſup. Ratio eſt, quia in dictis caſibus,& ſimilibus, is à quo aufertur res, ſeu potiùs is cui res nõ datur,nullum ius in re,vel ad rem, nec officium Iudicis,prætendere poteſt. Quia teſtator dum viuit,poteſt mutare voluntatem ſuam, prout libuerit, ſine vlla iniuria illius cui primò relinquebat hæreditatem,vel legatum. Quia viuẽte teſtatore, hęres, aut legatarius nullũ ius habet ad hęreditatẽ,vel legatũ;cùm voluntas teſtatoris deãbulatoria ſit vſq; ad mortem.

Tertiò probatur ex noſtro text. hic ponderando verbum *acquiſita*. Nam ſolùm prohibet Papa fieri munera de pecuniis,vel aliis rebus iã acquiſitis ipſi Monaſterio. Et confirmatur eò quòd infrà mandat fieri reſtitutionem de muneribus cõtra hanc prohibitionem factis. At reſtitutio ſupponit ablationem,vt inquit Naua.cum communi vbi ſuprà nu.69.ad fin. Cùm ergo iuxta caſum de quo agimus, nulla fiat ablatio Monaſterii pretii illius rei, quæ gratis fit (cùm nunquam datum fuerit, nec debeatur) ſequitur de hoc genere liberalitatis, aut muneris, non intellexiſſe Papam hic aliquid prohibere.

Quartò,quia ſequeretur non poſſe à Monacho literato dari gratis conſilium in iure latè fundatum, ex quo aliàs poſſet educere 50. ducatos. Quod eſt abſurdum, & ita non dicendum.cap.Dudum.2. de Preb. in 6. Non enim intendit Papa facere Religioſos quæſtuarios; nec adimit eis opera miſericordiæ: quorum vnum eſt dare conſilium petenti illud.

Vnde non obſtãt in contrarium adducta. Non primùm. Quia verum eſt Monachũ debere operari ſuo Monaſterio, nec debere alicui alii operari ſine licentia ſui Superioris.cap.Monachi.16.quæſt.1. at cum eius licentia poteſt, & debet operari ei, cui Prælatus iuſſerit,aut iniunxerit. Non enim negat Bart. non poſſe Monachum operari alteri,quàm Monaſterio de licentia Prælati.& ſic non obſtat. Nam etiam ſeruus debet operari domino ſuo.tamen de licentia ſui domini benè poteſt operari alteri.

Non etiam obſtat ſecundum. Quia verum eſt,quicquid acquirit Monachus, acquirere Monaſterio. Et ideò diximus in primo membro diſtinctionis ſuprà factæ, opera iam facta ſumptibus, & impenſis ipſius Monaſterii, quæ iam ſunt de bonis acquiſitis ipſi Monaſterio, non poſſe donari à Monacho. Negamus tamen opera facienda, non poſſe confici gratis, & per Monachum de licentia ſui Abbatis, impenſis alienis; quia erga illa nullum ius acquiſitum habet Monaſterium antequam fiant,nec ius ad rem, quæ adhuc nõ eſt in rerum natura. Vnde meritò in talibus poteſt pręiudicare Prælatus ipſi Monaſterio,

Digitized by Google

naſterio, per doctrinam communem ſuprà relatam: quia reverà nihil eſt acquiſitum, cùm gratis fiat. Et ideò ceſſat regula ſuprà citata: quæ intelligenda eſt, cùm aliquid lucratur Monachus, tunc illud lucrum debere eſſe ipſius Monaſterii. Eodem modo reſpondetur ad tertium. Nam intelligitur, cùm aliquid eſt debitum. Tunc enim qui nequit donare, nec poteſt gratis remitere quod debetur. At nos loquimur de remiſsione illius quod adhuc non debetur, & ſic eſt caſus diuerſus.

Quæ omnia retine corde, quia ſunt magni momẽti ad tollendos multorum ſcrupulos, & ad plurimorum conſolationem. Ex quibus conſtat poſſe etiam à Monialibus fieri gratis Corporalia magni valoris, & alia huiuſmodi; dummodò is cui danda ſunt, donet primò neceſſaria, & eius expẽſis fiant omnia, labore manuũ dempto.

70 Infer hinc eſſe, à ſolo Prælato poſſe reiici bona quę Nouitius vult ſecũ adducere, vel ſecum adduxit; vt ſi quidam conſanguinei clament, & conquerantur de eo, aliquibus ex cauſis, etiam iniuſtis: quia tamẽ intra annum probationis nullum ius habet Monaſteriũ circa illa bona, licèt Nouitius velit ea donare Monaſterio; poſſet ſolus Prælatus ea reiicere, & non admittere.

71 Infer etiam hinc eſſe, à ſolo Prælato poſſe expelli Nouitium, licèt fuerit admiſſus per eum, & per Conuentum ſimul: vt habetur in noſtris Statutis cap. de Priore. & c. de Nouitiis. Ratio eſt, quia ante emiſſam profeſsionem nullum ius habet Monaſterium in Nouitium, niſi poſt profeſsionem: & in anno nouitiatus agit Monaſterium de acquirẽdo. & ideò poteſt ſolus Prælatus pręiudicare.

72 Secundò quæro, an hodie Monaſteria licitè mittere, ac largiri poſsint munera, quæ hactenus ſolita ſunt feſto Natalis Domini, quotánis ipſis Aduocatis, & Procuratorib. domorũ donari. Præcipuè quia in nonnullis Monaſteriis ſunt pinguia, & non parui valoris. Sed reſp. licere. Quia hæc non tantùm ſunt munera, quã onera. Nec huiuſmodi largitio, eſt pura liberalitas, quæ conſiſtit in pura donatione, de qua in l. 1. ff. de Donat. & de qua loquitur hic Papa. ſed eſt donatio ob cauſam, quæ non eſt pura donatio iuxta præfatã l. 1. & totũ tit. ff. de Condict. cauſ. dat. & C. de Cõdict. ob cauſ. facit Naua. in Apolog. q. 1. monit. 78 n. 2. immo fit loco competentis ſalarii. Nã ſalaria ſunt cõmuniter tenuiora, & habito reſpectu ad prędicta munera, acceptantur per Aduocatos, & Procuratores; quæ aliàs ſine ipſis, non acceptarentur. Sed caueant Superiores ne ob conſanguinitatem, vel amicitiam, aliqui non neceſſarii Aduocati & Procuratores inſtituantur.

73 Tertiò quæro, an Religioſi in literas incumbentes, vel itinerantes, vel Procuratores Ordinum in Romana Curia, vel extrà commorantes, quibus certum quid datur vnoquoq; anno, vel menſe à ſuis Superioribus, & Conuentibus ad eorum victum, & veſtitum, eo pacto, vt neque plus eo, neq; minus detur eis; ſiue multum, ſiue parum expendant: item Abbates, & Priores habentes certos redditus neceſſarios ad ſuam menſam, & ſuſtentationem; poſsint hi omnes largiri cuicumque voluerint totum illud quod parciùs viuendo ſupereſſe facerent de dicta quantitate, ſiue redditibus ſibi aſsignatis, non habita ratione huius conſtitutionis. Et videtur minimè poſſe ex hac Extrauag. vbi ſolũ excipit Papa munuſcula.

Sed ſalua cenſura Eccle. (cui omnia quæ in hoc libro dicuntur ſubiicio) contrarium puto. Quia hæc conſtitutio non prohibet niſi munera ex quibus grauia incommoda, & mala Monaſteriis inferuntur. At donatio rei illius quę à parciùs viuẽte acquiritur, nõ affert multum damni Eccleſię, ſiue Monaſteriis, vt palam eſt. Tũ quia hoc plus adiumenti præſtat ad ſeruandam abſtinentiam, caſtitatem, modeſtiam, & ſobrietatẽ, vt docet experientia, quæ eſt optima rerũ magiſtra. c. Quam ſit. de Elect. in 6. l. Legatis. §. Ornatricibus. de Lega. 3. Tũ quia hæc conſtitutio non facit illicitam largitionẽ munerum, quæ ante ipſam erat licita, vt diximus ſup. in gl. c. ibi, *Quibuſuis hominib.* & colligitur, eò quòd Papa caſſet conſuetudinem in contrarium, quam potiùs dicit eſſe corruptelam. Et ſic innuit ſe loqui, & velle prohibere tantùm abuſus, & largitiones munerum illicitas. At largitio muneris, ſiue donatio quæ à parciùs viuente ſeruatur Religioſo, ſiue Prælato

Digitized by Google

atque reſcinditur de quantitate ei ſigillatim ad victum aſsignata, & quæ nihil habet ſuperflui,licita erat ante hanc conſtitutionem; vt colligitur ex notat. per Adrian. in 4.de Reſtitutiono.q.12.& Sot.lib.10.de Iuſt.& iur.quæſt.4.art.3.vbi dicunt, Beneficiarios pro libito diſponere poſſe de eo
74 quod de ſuo victu honeſto, parciùs viuendo ſeruant; licèt alia bona ſuperflua non poſsint impendere niſi in eleemoſynas, & alia opera pia.Quod confirmatur ex notat. ſuprà nu.14. Ad idem conſulendus eſt D. Thom.2.2.quæſt.186.art.7.in corpore,vbi ſentit Epiſcopum diſponere poſſe de redditibus ſumptui ſuo neceſſariis; (intellige, deputatis,) perinde ac de reliquis patrimonialibus. refert,& ſequitur Maior in 4. diſt. 24.quæſt.17.& Naua.in lib.de Reddit.Eccleſ.quæſt.1.monit.26.n.1. & in ſpecie, videlicet eſſe licitas prædictas largitiones munerum factas per Abbates, & Priores, ac Monachos de eo quod partiùs viuendo reliquerint; docet Nauar.dict.lib. de Reddit.Eccleſ.quæſt.1.moni.33.nu.3.& 4.& in Apologia,moni.80.num.6.& 7.dicens eſſe hoc magni momenti ad excuſandos à peccato multos Religioſos qui ſunt Abbates, Priores, & Beneficiarii minores, qui nonnullos pauperes conſanguineos ſubleuant, ex eo quod parciùs viuendo reſiduum faciunt. Quæ notà, quia ſunt quotidiana. Et hæc poteſt eſſe octaua fallentia ad iſtū tex. & per hæc limita quæ diximus ſup.nu.38.

75 Quartò quæro, an idem dicendum ſit de eleemoſynis Miſſarum? videlicet, an Religioſus de ſola licentia ſui Superioris poſſit facere munuſcula pro ſuo libito, & donare ea quæ acquirit ex eleemoſynis Miſſarum, quas ſibi intra annum,Conuētus,ſiue Religio concedit. Manifeſtum eſt enim omnes Conuentus concedere Religioſis omnes Miſſas quas dicere velint, præter eas, quas ex onere ac debito Religioni, & Conuentus celebrare tenentur. Et videtur quidem poſſe; quia tales Miſſas donat Monaſterium vnicuique Religioſo pro eius libito dicendas; vnde nihil damni recipit Monaſterium, ſi Miſſas quas pro anima ſua, vel parentum, ſeu amicorum ſuorum poterat Religioſus celebrare; dicat pro aliis, accepta eleemoſyna ad ſuum libitum diſtribuenda. Tum quia ita liberè eas concedit Monaſterium,& Religio cuique Religioſo, vt ſi Superior abſque cauſa, & neceſsitate victus, vel fabricæ Conuentus vellet onerare ſubditos Religioſos iniungēdo illis plures Miſſas,quàm ex Statuto, vel aliàs tenentur; iuſtè contradicere, & de eo in viſitatione conqueri poſſent; potiſsimùm quia in omnibus etiam licitis, & honeſtis non tenetur Religioſus ſuo Prælato parere; ſed ſolùm in honeſtis,in quibus ſua regula expreſsè, aut tacitè, directè, aut indirectè eum ſuo Prælato ſubiicit. ſecùs ſi iubeat contraria, aut extranea regulæ, ſecundùm D. Thom. receptum 2.2. quæſt. 104. artic. 5. Nauar. Cōment. 2. de Reg. numer.59.& Cōment.3.nu.12. Tùm quia videtur de prædictis eleemoſynis Miſſarum Papam hic non curaſſe, nec de ipſis locutum fuiſſe; quia in fine Conſtitutionis obligat ad reſtitutionem contrauenientes, & accipientes munera hic inhibita, prohibens etiam remiſsionem eorū.At quis Coſeſſarius obligabit ad reſtitutionem amicum Religioſi, pro quo celebrauit Religioſus aliquot Miſſas, etiam ſi eſſent triginta, aut quadraginta, & noluit recipere ab eo eleemoſynam? certè nullus. & iuris notiſsimi eſt; qui remittit, donare. capit. Veniens.1.de Teſti. & qui donare nequit, nec gratis remittere poſſe. Communem dicit Hippol. Riminald. §. 1. numer. 302. Inſtit. de Donat. Tùm quia prædictæ eleemoſynæ ex Miſsis congeſtæ ac relictæ communiter ſunt tenues, ac vix per totum annum ſummam faciunt decem ducatorum: quamuis apud nos cōmuniter multò plures relinquantur.

Sed in contrarium eſt præſens hęc Conſtitutio, in verſic. *Id autem*, vbi generaliter prohibentur largitiones munerum de eleemoſynis, aut aliis quibuſcumque bonis, induſtria Religioſi acquiſitis; etiam ſi ei ad libitum diſponendi facultas de prædictis bonis,ſeu eleemoſynis per Superiores cōceſſa fuerit. Tū quia aliàs daretur occaſio Religioſis parſimoniæ iniuſtę, ac iniquæ,videlicet fraudandi ſe, animaſq; ſuorū parentum illo ſalutifero ſacrificio, omnium optimo ad reddimēdas pęnas peccatis debitas. Tùm quia vt plurimum non habent

bent

bent Religioſi, vnde poſsint mittere dona, ac munera largiri, niſi ex dictis eleemoſynis Miſſarum. & ſic prohibendo hic Papa, ne vllus Religioſus etiam mutui prętextu poſsit munera largiri ex quibuſcumque eleemoſynis; niſi ſint munuſcula eſculentorum, & poculentorum, aut ad deuotionem pertinentia; viſus eſt prohibere alia munera, etiam ex eleemoſynis Miſſarum. Et ſatis videtur proſpectum ipſis Religioſis, maxime ſimplicibus, concedendo eis facultatem vt de licentia Superioris, & Conuentus, poſsint dare prædicta munuſcula, nec non & eleemoſynas, etiã magnas, cum ſola licentia Superioris. Nõ enim tantam ſummam eleemoſynarum ex Miſsis congerent, quanta egebunt, ac opus habebunt, vt ſuis, & ſuorum conſanguineorum, & amicorum neceſsitatibus ſubueniant, & munuſcula largiantur.

Et tenendo hanc partem, quę videtur probabilior; non obſtãt in contrarium adducta pro parte affirmatiua. Nõ primùm. Quia facultas quam dant Religiones, & Conuentus ipſis Religioſis, vt poſsint dicere intra annum certis diebus Miſſas pro ſuo libito: intelligitur in bonum ſuarum animarum, vel aliorum, pro quibus tenentur, & velint: idque gratis, & ſine vllo ſtipendio. Hinc eſt, nullũ Religioſum poſſe accipere ſtipendium pro Sacro, ſine ſpeciali licentia Superioris.

Ad ſecundum reſpondetur, Superiores non poſſe, aut non debere onerare ſine cauſa ſubditos, eis iniungendo plures Miſſas, quàm ex tabula tenentur; ne eos priuent tanto ſuffragio, in damnum ſuarum animarum, & aliorum quibus vnuſquiſque eſt adſtrictus: non tamen ob detrimentum burſale, cuius nullum pati poſſunt, cùm nihil proprii pecuniarii habeant, nec habere poſsint. Priuatio enim ſupponit habitum.

Ad tertium reſpondetur, plurimum curauiſſe Papam de prædictis eleemoſynis Miſſarum, ex generalitate ſuæ prohibitionis, & ex aliis deductis pro parte negante. Nec de dicto inconuenienti eſt curandum, quia vix continget. Solent enim tantummodo recipi ſtipendia, cum amicus diues iniungit Religioſo onus dicendi tot Miſſas ex aliqua obligatione. Nã ſi pro anima ſua iniungat, rarò quis ſe onerat ad tantum numerum Miſſarum. Nec vllus eſt qui eas petat. Et leges ad ea, quæ frequẽter accidũt adaptantur, l. Nam ad ea. ff. de Legi. cap. Sæpe. de Reſti. ſpol.

Et ſi amicus ſit pauper, ceſſat inconueniens; cùm intuitu eleemoſynæ ſine vllo ſcrupulo poſsit quilibet Religioſus de licentia ſolius Prælati quaſcumque Miſſas celebrare. Nec in caſu, de quo loquimur, propriè remiſsio eſt donatio pecuniæ; ſed potiùs opus miſericordiæ, etiam ſi fieret pro diuite.

Ad quartum reſpondetur, ſummam decem ducatorum, & etiam duorum, eſſe ſufficientem, vt includatur ſub prohibitione de qua hic: maxime, cùm ſuprà diximus, etiam munuſcula fieri non poſſe pecunia numerata, niſi fiant intuitu eleemoſynæ.

Caueant tamen Superiores, & Conuentus ne crebrò, & multiplicatis vicibus vni eidem Religioſo concedant intra annum prædictas licentias: quia frequentia munuſcula tranſeunt in munus, vt probat tex. in cap. Apoſtolicæ. verſ. fin. de Donat. & in l. Solent. in fin. ff. de Offi. Proconſ. & docet Inno. in dict. cap. Ceterum. de Donatio. & Hoſt. & Ioan. And. in cap. Et ſi quæſtiones. de Simonia.

q 76 Ibi, † *communi tantùm, numquam verò particulari nomine.* Nota modum dandi munuſcula. Scilicet, vt dentur per Religioſos, non nomine proprio, dicendo, Hoc tibi do. ſed nomine Conuentus, dicendo, Conuentus hoc tibi donat. Idem docet Panor. in cap. In præſentia. num. 61. de Proba. & Siueſt. verb. Religio. 6. §. 3. Et meritò hic modus præſcribitur. Tùm ad tollẽdam omnem ſpeciem proprii. Qui enim dicit, Hoc tibi do, videtur innuere habere proprium, & eſſe ſuum quod donat. Tũ quia cum omnia quę habet Religioſus cõuentualis, ſint ipſius Conuentus; & qui donat, id faciat de licentia Prælati, & Conuẽtus; reuerà non tam ipſe, quàm Conuentus donat. Et ideò meritò debet dicere, Hoc tibi donat Conuentus.

r 77 Ibi, † *de conſenſu Conuentus.* Notatur forma, quam obſeruare debent Prælati in conce-

concedendis licentiis Religioſis ad munuſcula danda. Scilicet vt eas concedant de
78 Conſenſu Conuentus. Licèt enim de iure antiquo plena, & libera adminiſtratio ad ſolos Prælatos, ſeu Abbates ſpectaret, cap. Nullam. 18. quæſt. 2. quod ad hoc dicit opt. & ſing. Abb. in cap. Edoceri. num. 6. de Reſcript. & probat Bellam deciſ. 695. in fin. Rota deciſ. 466. in nou. Lapus Allegatione 48. num. 4. & latè Nauar. in Rep. dict. cap. Nullam. num. 4. & nu. 24. nec teneretur Abbas, ſiue Prior requirere Monachorum conſenſum; niſi in arduis, & quibuſdam aliis, vt eſt alienatio bonorum immobilium, & mobilium prætioſorum, vt docent ſupra citati, & Roma conſ. 369. num. 20. in fin. verſ. Tertia eſt. Panor. conſ. 62. Illud de iure, parte 1. & in cap. Cauſam quæ. num. 5. & ibi Feli. num. 3. de Iudici. & dicit communem, & veram concluſionem Mandoſ. vbi alios citat in Additio. ad Lap. vbi ſuprà in verſ. In arduis. & probat Nauar. dict. cap. Nullam. nu. 11. verſ. Ad tertium. & conſtat ex noſtris Statutis 2. par. cap. 24. nu. 17. vbi ad literas, & munuſcula dirigenda, vel recipienda ſola Præſidentis licentia ſufficit. Et ad id quod diximus de alienatione immobilium, vel mobilium prætioſorũ, adde gl. verb. Tractatu. in cap. Tua. de His quæ fiunt à Præla. ſine conſen. Cap. & gl. fin. in cap. 1. de Cleri. ægro. lib. 6. Panor. per tex. ibi in cap. 1. num. 4. de Pigno. Anani. in cap. fin. nu. 10. de Accuſa. & ibid. Feli. num. 6. copioſè Couar. lib. 2. Variar. cap. 16. à num. 8. & Tiraq. de Retract. fol. 43. num. 99. Ob tyrannidem
79 tamen, & malam adminiſtrationem Prælatorum; ſicut ad aliqua Monaſteria inducta eſt diuiſio bonorum, vna cum adminiſtratione eorumdem inter Prælatum, & Conuentum, vt ſupra diximus; ita ob eamdem cauſam arctata, atque reſtricta eſt per iura noua, ſaltem particularia recentiorum Ordinum per regulas, vel conſtitutiones eorum, poteſtas præfatorum Prælatorum, etiam vbi bona ſunt communia, & indiuiſa; ita vt bonam partem eorum, quæ pertinent ad regimen, teneantur facere cum conſilio, & aſſenſu Conuentus, vel antiquiorum Religioſorum: quos alii Conſiliarios, alii Diſcretos, alii Aſsiſtẽtes, appellant, vt aduertit Bellam. vbi ſuprà, & Deciſio Rotæ. 466. ſuprà citata, & meliùs Nauar. conſ. 76. num. 1. de Regula. vnde multorum Ordinum peculiaribus ſtatutis cautum eſt, ne Prælati eorum poſsint vltra certam quantitatem, puta decem librarum, ſiue ſcutorum, diſponere de illis abſque cõſilio, & conſenſu præfatorum Conſiliariorum, vt inquit Nauar. dict. cap. Nullam. num. 24. & meliùs in cap. Non dicatis. 12. quæſt. 1. num. 11. quibus nunc tandem additur per hanc Conſtitutionem; vt ad dandum facultatem priuatis Religioſis; vel Præſidens, ad eãdem ſibi aſſumendam; pro largiendis munuſculis, neceſſariò requirere debeat Prælatus conſenſum ipſius Conuentus. Quod intellige, non obſtante cõſuetudine in contrarium. Licèt enim lex noua ſpeciales conſuetudines non tollat (vt probat tex. in cap. 1. de Conſtit. lib. 6.) benè tamen tollit generalem conſuetudinem: qualis erat iſta, nimirum licentia per ſolos Prælatos ad munuſcula largienda, vt docet gl. And. dict. cap. 1. verſ. Singulariũ, & Feli. in cap. Super literis. num. 8. verſ. Tertia regula. de Reſcript. vbi idem dicit in conſuetudine multùm vulgari, quæ etiã præſumitur à Papa ſciri.

Sed aduerte non eſſe neceſſarium, vt ad ſingulas licentias requiratur Conuentus. Sufficit enim, vt ſemel Conuentus tribuat Prælato facultatem concedendi huiuſmodi licentias inferioribus, & vt etiam ipſe poſsit donare munuſcula. Et ita conſultus ſæpe reſpondi. Quinimmo puto ad iſta minima ſufficere tacitum conſenſum Conuentus, quem habent vbique Prælati, ex Bellam. deciſ. 695. ad fin. & Rota. in dict. deciſ. in nou. 466. in fi.

ſ In §. †. *Neque verò quiſpiam.* Nota ex
80 hoc §. Non excuſari Religioſum, quominus cõtraueniat huic Cõſtitutioni, nec incurrat pœnas ipſius, eò quòd munera mittat cuique perſonæ, quantumuis qualificatæ.

t Ibi, † *etiam proprio loci Ordinario.* &c.
81 Nota nemini licere dare munera loci Ordinario, etiam ex cauſa, & occaſione benedictionis, vel ſuſceptionis habitus Regularis, primæ tonſuræ, aut profeſsionis Monialium, tam ei ſubditarum, quàm non ſubditarum.

Quod

Digitized by Google

Quod intellige de muneribus pecuniariis, ac de aliis datis tanquam pro pretio prædictorum ſpiritualium; per tex. in cap. Ordinationes. iuncta ibi gl. verb. Intentione. 1. quæſt. 1. ſecùs ſi gratis aliqua dentur in remunerationem laboris, & in grati animi ſignificationem, vt probat text. in cap. Placuit. 1. quæſt. 2. Ingratitudo enim, vt minimum, eſt peccatum veniale, vt probat D. Tho. 2. 2. quæſt. 107. art. 3. Abſit autem credere Papę mentem fuiſſe tollere gratitudinis virtutem, maximè à perſonis Religioſis eximereque Moniales ab ea obligatione per quã cuncti tenemur exhibere nos, ſcilicet gratos benefacientibus nobis, cap. Eccleſiaſticis. iuncta ibi gl. 12. quæſt. 2. Faciunt latè tradita per Nauar. circa hanc obligationem gratitudinis, & remunerationis in lib. de Redditi. Eccleſ. quæſt. 1. moni. 36.

v 82 Ibi, † *vel cuicumque etiam ſimplici, & particulari Religioſo.* Nota etiam prohiberi munerum largitiones inter ipſos Religioſos. Quod intellige, primò de Religioſis propter quorum dotes poteſt aliqua ambitio timeri; vt colligitur ex illis verbis ibi; *nè praua ambitione impulſi.* &c. Vnde ſi ſint ſimplices, idiotæ, vel alterius Religionis, vel aliàs nulla ambitio cogitari aut timeri poſsit, nõ includuntur ſub hac prohibitione.

Secundò intellige procedere hanc prohibitionem ex præſumpta cauſa ambitionis. Vnde ſi ea ceſſet, ceſſabit etiã prohibitio, ſaltem in Foro conſcientiæ. arg. cap. Is qui fidem. iuncto cap. Tua. de Sponſal. quatenus probant legem fundatam in pręſumptione non obligare in Foro conſcientiæ.

x 83 Ibi, † *niſi rerum minimarum.* Nota fallentiam ad præcedentem notulam, ſcilicet fieri poſſe inter ipſos Religioſos largitiones munerum de rebus minimis; dummodò fiant de licentia expreſſa, & in ſcriptis ſuorum Superiorum. Circa hoc obſerua duo. Primum hanc fallentiam apponi, fierique in Religioſis de quibus ambitio aliqua timeri poteſt; ſcilicet ab iſtis donari poſſe minima de licentia expreſſa, & in ſcriptis Superiorum.

Secundùm in aliis Religioſis in quibus prædicta ambitio non timetur, non eſſe neceſſariam licentiam Superioris expreſſam, & in ſcriptis; ſed ſufficere licentiam tacitam; & multo magis verbalem, ſaltem in Foro conſcientiæ.

Quod certè inter ipſos Religioſos eiuſdem Conuentus, videtur ſatis probabile; cùm tunc nihil aliud fiat, quàm transferre peculium vnius Monachi in alium. dummodò nõ ſit de pecuniis; nec veſtibus, nec libris, ſed de aliis vtenſilibus, & eſculentis. Et ſic videtur limitandum, & intelligendũ quod habemus in noſtris Statutis. 2. parte cap. 19. num. 6. prohibentibus donari aliquid etiam inter nos ſine licentia proprii Prioris, ſcilicet ſufficere quoàd minima vtenſilia, & eſculenta, licentiam tacitam, ſiue præſumptam; pro vt hactenus conſuetudo obſeruauit.

y 84 Ibi, † *de licentia expreſſa, & inſcriptis Superiorum.* Nota licèt de iure antiquo ſufficeret Monacho, ſaltem quoàd Deum, licentia tacita, & generalis Prælati, quæ aliàs dicitur præſumpta, ad hoc vt ſibi liceret dare aliqua munuſcula, abſque alia licentia expreſſa, & ſpeciali; vt docet Naua. Comment. 2. de Regul. num. 20. (quia taciti, & expreſsi regulariter eadem eſt virtus, l. Cùm quid. ff. de Reb. credi. cap. 2. de Reſcrip. gl. In l. Expreſsè. ff. de Regu. iur. & ibi Deci. & Cardi. in cap. Cùm Eccleſia. de Cauſ. poſ. & ibi Panor. num. 49. Quinimmò non tam requirebatur licentia, quam conſenſus Prælati; & ideò ſufficiebat tacitus, vel vt expreſſus, poſt factum, præſtaretur à Prælato. Bellam. deciſ. 695.

85 ad fin. Rota in nou. 466. in fi. Nam vbi requiritur licentia Superioris, non ſufficit tacitus conſenſus, vt tradit Lap. allega. 86. num. 3. vbi Mandoſ. plures allegat, ſequentes hoc dictum tanquam ſing. Dixi de iure antiquo. Nam de iure ſpeciali quorũdam Ordinum, vt in noſtro 2. par. Statutorum. cap. 24. num. 17.) non tamen poſſe dari, nec recipi vlla munuſcula, niſi priùs licentia obtineatur à Præſidente.

86 Hodie tamen per hãc Extrauag. requiritur non ſolùm licentia expreſſa, ſed etiam vt detur in ſcriptis. Sed intellige (vt dixi in proxima notula) non requiri ſpecialem in quacumque largitione munuſculorum: ſed ſufficere generalem. Ratio eſt quia à iure

ſure communi non recedimus, niſi quatenus ius nouum cogit. l. Præcipimus. C. de Appel. ſed de iure antiquo ſufficiebat licentia generalis, & tacita, per dicta ſuprà, & per hanc Extrauag. recenter requiratur expreſſa in ſcriptis, nihil addens vt ſit ſpecialis in quacumque largitione. Ergo ſufficit vt ſit generalis in ſcriptis.

87 Nouitiis autem ſufficit ſola licentia verbalis, vel præſumpta Prælati, aut magiſtrorum eorum. Quia cùm de ſolis Profeſsis loquatur hæc conſtitutio: ſtandum eſt iuri communi antiquo, quoàd ipſos Nouitios.

z In §. † *Inſuper prohibemus*. Nota in
88 hoc §. Prohiberi. quamplures cauſas vanas, & profanas, ob quas nullo modo munerũ largitiones fieri poſſunt per perſonas Regulares. Et meritò. Si enim bona Eccleſiaſtica Clericorum ſecularium, ſub pœna peccati mortalis, & etiam reſtitutionis, ſecundùm magis communem opinionem, nullo modo poſſunt impendi in vſus vanos, & profanos, vt latè probat Nauar. lib. de Redd. Eccleſ. quæſt. 1. à moni. 20. & dicemus verb. Teſtamentum. Differ. 11. quantò minùs bona Eccleſiaſtica Regularium, & Monaſteriorum, poſſunt in eoſdẽ impendi?

A Ibi, † *niſi re ipſa pro diuino cultu*. Nota
89 ob cultum diuinum, & in honorem Sanctorum; puta pro feſto Corporis Chriſti, & aliis feſtiuitatibus Sanctorum, iuſtè, ac licitè expendi poſſe per Regulares; & earum occaſione, & intuitu, munera donari. Quod nota pro nona fallent. ad regulam huius conſtitutionis.

B Ibi, † *& veris Chriſti pauperum indigen-*
90 *tiis*. &c. Not. decimam fallentiam, ſcilicet munera tribui poſſe intuitu eleemoſynæ, & pro ſubleuandis veris Chriſti pauperibus.

91 Nomine autem pauperum, intellige non ſolùm egenos qui oſtiatim petunt eleemoſynas; nec ſolùm eos qui indigent neceſſariis ad vitam ſeruandam; quales ſunt omnes, qui labore manuum ſuarum ſuſtentantur; & alii non habentes ſufficiẽtes redditus, aut pecunias, vnde poſsint ſe, ac familias ſuas ſuſtentare: ſed etiã eos, qui licèt habeant neceſſaria ad vitam, non tamen ad ſe decenter pro ſua qualitate, & conueniẽtia ſui ſtatus, ſuſtentandum; quales ſunt quamplures nobiles, domicelli, & ingenui. Ita probat tex. in cap. Conſideranda. & in cap. Eſt probanda. 86. diſt. Caieta. 2. 2. quæſt. 43. artic. 3. Bart. in l. 1. num. 36. C. de Sacroſan. Eccleſ. Nauar. lib. de Red. Eccleſ. quæſt. 1. num. 3. & in Man. cap. 17. num. 93.

92 Et aduerte non ſolùm poſſe fieri eleemoſynas paruas præfatis perſonis; ſed etiam magnas, ſi ſuppetant facultates. Quia bona Monaſteriorum ſuperflua, ſicut alii redditus Eccleſiaſtici ſuperflui, ſunt in vſus pauperum impendenda. cap. Quia tua fraternitas. 12. quæſt. 1. cap. Aurum habet Eccleſia. cap. Gloria Epiſcopi. cap. Apoſtolicæ. 12. quæſt. 2. gl. In cap. Non dicatis. 12. quæſt. 1. Nauar. comment. 3. de Regul. num. 16. verſ. Dixi quinto. & lib. de Reddi. Eccleſ. quæſt. 1. moni. 42. quia largiri aliquid in eleemoſynam, non eſt donare, ſed bona Monaſteriorum ad eorum vtiliſsimos vſus inſumere, vt docet Naua. in Man. cap. 26. num. 39. & comment. 2. de Regula. num. 41. Tùm quia eleemoſynæ, quò maiores ſunt; eò, ceteris paribus, ſunt magis piæ, & Deo gratiores. cap. Non mediocriter. de Conſe. diſt. 5. Tùm etiam, quia ſi licèt plures facere eleemoſynas minutatim per annum: multo magis licebit eas facere ſimul, teſte D. Hiero. qui ſcribens ad Ruſticum Monahum, inquit gratius eſſe
93 Deo ſimul, quàm minutatim omnia bona pauperibus largiri. refert, & ſequitur Naua. comment. 2. de Regula. num. 41. & idem docet comment. 1. num. 30. & prædicta confirmantur ſtatuto noſtro 2. par. cap. 20. num. 1. quod valde hortatur Priores ad eleemoſynas largè faciendas pro facultate domorum eorum.

54 Obſeruent tamen Religioſi, ſi ſua Monaſteria, & Conuentus, indigeant nec ſibi ſufficiãt redditus quos habent vel eleemoſynæ, quibus viuunt; ad onera quæ habent, commodè ſupportãda, ſe inordinatè facturos ſi eleemoſynas vel pecunias ex Miſsis, vel aliunde quæſitas erogent in alios pauperes, etiam conſanguineos, vt ſignificat hic tex. ibi, ſeruato in hoc charitatis ordine &c. & probatur argum. dict. cap. Eſt probanda. 86. diſt. & l. Si quis ad declinandam. C. de Epiſcopis, & Cleri.

Digitized by Google

& ſentit Nauar.comment.3.de Regul.n.7. verſ. Dixi quintò. in fin. Plus enim tenentur ſuis Monaſteriis à quibus aluntur, & quorum ſunt omnia quæ adquirunt; quàm extraneis,& etiam conſanguineis.Charitas quippe benè ordinata incipit à ſe ipſo.

95 Præterea nomine pauperum,intellige nō ſolùm prædictos; ſed etiam alia opera pia; vt intelligit D.Tho.2.2.queſt. 185.art.7. in corp. & ad 2. & Quodlib. 6.art. 12.& probatur in cap. De redditibus.& in cap. Quatuor.12. quæſt.2.& docet Nauar.dict. lib.de Reddi.quæſt. 1.moni.20.num.1.& moni.26. nu.2.& in Man.cap. 17.num. 29. verſ.Quarto.& nu.93.poſt Adria.in 4. de Reſtit. quæſt. 12.col. 7. Quia ea quæ ſuperfluunt de bonis Eccleſiaſticis, non debentur ſolis pauperibus; cùm etiam in fabricas, ornamenta, & id genus alia,diuino cultui congruentia, ſint impertienda.

96 Quæ autem ſint opera pia, & quę veniant nomine,ſeu appellatione operum piorum, colligi poteſt ex gl. in l. Si quis Titio. ff. de Lega ſecundo. & ex traditis per Bal. in Auth.Similiter.per totā,C.Ad l.Falcid.vbi explicat quæ dicatur pia cauſa, & per Guido. Papam,quæſt. 576. nu.3.& per Roma. in Repet.dict.Auth.Similiter.& per Naua. dict. lib. de Reddi. Eccleſ. quæſt.1.moni. 26.num. 2.& per Cordub. lib.de Caſibus conſcientiæ.queſt.54.fol.148. in fi.Ex quibus collige ea omnia, & ſola, eſſe opera pia, quæ ad diuinum cultum, pietatem, & miſericordiam pertinent. Adde not. verb. Legatum.Differ.3.

97 Ex qua reſolutione infertur primò Religioſum de licentia ſui Superioris ſolius (quippe ad largiendum eleemoſynas non aliud requirit Papa hic,vt infra videbimus) poſſe dare eleemoſynam ad dotandum orphanam; non ſolùm extraneam,ſed multo magis propinquam, vt docet Nauar.comment. 2. de Regula. num.41.poſt med.& dict. lib. de Reddi. Eccleſ. quæſt. 1.moni. 27.in fin.iuncto num.1.ibid.

Quin immo non ſolùm ad dotandum omnino orphanam, & pauperem; ſed etiam filiam fam. etiam nobilem, non habentem dotem competētem vt inueniat ſibi æqualem. Huius enim etiam poterit iuuare dotem, dando bonam eleemoſynam, ſi valeat, vt ſic inuenire poſsit ſibi æqualem. Naua.in Apolog. quæſt. 1.moni. 77. nu. 4. & de Reddi. Eccleſ. queſt.1. moni. 27. nu. 5. in fin.

Idem videtur dicendum de viro qui propter paupertatem, vel eò quòd nō habeat ſufficiens patrimonium, non poteſt contrahere matrimonium cum ſibi æquali; cū eadem ſit ratio in vtrlſque, pietatis,& eleemoſynæ.arg. ſuprà ex proximè dictis.

Secundò infertur poſſe ſimiliter adiuuare fratrem, aut nepotem, vel alium quemlibet extraneum literis vacantem, & nihil de ſuo habentem; licèt aliàs ſcholaris prædictus habeat patrē diuitem.Ratio eſt,quià prędictus ſcholaris iure poteſt dici pauper, & aliena ope indigens, ex quo nihil habet; cùm, viuente patre, bona illius non ſint filii, nec pater teneatur filium in ſtudio alere, ſed tantùm domi ſibi inſeruientem. l. Si quis à liberis. ff. de Liber. agnò. l. Nec filium. C. de Pat. pot. cap. fin. de Conuerſ. in fid. ibi, *pueri poſt triennium apud patrem non ſuſpectum ali debeant, & morari*. Bart.in l. De bonis. §. Non ſolùm. ff. de Carbonia. edic. & in l. 1. §. Neque caſtrenſe. num. 8. ff. de Colla. bono. Rojas in Epito. ſucceſ. cap. 7. num. 40. in fin. & docet in ſpecie prædictum corolarium in Beneficiario habēte bona ſuperflua Naua. conſ.59.de Præben.num.4.

Tertiò infertur,etiam poſſe dare eleemoſynam ad dotandum aliquam virginem, vt ingrediatur aliquod Monaſterium, quia eadem eſt ratio huius donationis, & alterius ad nubendum. immò hęc eſt magis fauorabilis; quia Deo magis accepta, iuxta illud Apoſt. 1.Corin.7.*quòd ſi non nupſerit, melius facit*.

Quartò infertur etiam poſſe largiri eleemoſynam pro redemptione alicuius captiui, & incarcerati, etiam pro maleficio, ſecundùm Bal.dict.Auth. Similiter. C. Ad l.Falcid.

Quintò infertur, etiam poſſe ſubuenire ei qui ea quibus indiget non poteſt aliunde habere, niſi ex his quæ habet; quæ tamen non licet, vel non decet eum vendere: vt ſunt plures agricolę, & alii,habentes poſſeſsiones vnde ſuſtentantur, quas non licet, vel non decet eos vendere. Nam talis

Digitized by Google

lis ſubuẽtio, etiam erit opus pium,& eleemoſyna, vt tradit Nauar. lib. de Reddi. Eccleſ. quæſt.1.moni. 27. in fin. Quod eſt notãdum contra plures creditores qui ſine vlla miſericordia cogunt debitores ſuos vẽdere multo minus iuſto pretio eorũ poſſeſsiones. Et multo magis eſt notandum contra aliquos diuites habentes ſuperflua, qui ſunt immiſericordes erga conſtitutos in aliqua neceſsitate, ſi aliàs habent bona, quæ vendere poſsint: non attendentes non ſemper licere, aut decere prędictos ea vẽdere.

Sextò infertur etiam poſſe remunerare obſequia honeſta, ac beneficia ſibi exhibita,ſiue à cognatis, ſiue ab aliis extraneis; quia talis largitio eſt debita de iure naturali, quo tenemur ad antidora. cap. Eccleſiaſticis. 12. quęſt. 2. iuncta ibi gl. & probatur argum. cap.Ad hæc.& cap. Relatum. 2. de Teſtam. Tùm quia eſt opus pium ſecundùm Cordub. dict.lib.de Caſi.conſci. quæſt. 54. fol. 148. col. 2. in fin. vbi fol. 150. tenet ſuprà dict. illationem. & nimirùm nõ ſolùm poſſe dare quantum ſatis eſt ad ſatisfaciendum obſequiis, & muneribus acceptis, vt teſtatur Communis, de qua per Alex.Iaſ.& Deci.in l.Si donatione. C. de Collatio. poſt Bart. in l. Si quis pro eo. §. 1. ff. de Fidęiuſſo. ſed etiam aliquid vltra; arbitrio cordati viri;teſte Nauar.dict. lib. de Reddi. Eccleſ. quæſt. 1.moni. 36. num. 2. Non enim ſatis gratus eſt qui ſolummodo ad æqualitatẽ beneficii accepti compenſat, ſecundùm D. Tho.2. 2. quæſt. 106.art.6.quia magis inſpiciendus eſt animus, voluntas, ac affectus quo fit beneficium;quàm ipſum donum. Et ex ipſo affectu augetur miruminmodum ipſum donum oblatum,iux. illud Matth. 21.verſi.3. *verè dico vobis; quia vidua hæc pauper, pluſquam omnes miſit.* Et hanc Conſtitutionem non loqui de donationibus remuneratoriis;ſed tantùm de gratioſis,aut ambitionis cauſa factis, docet Rodrig. 1.par. Quæſtionum Regul.quæſt.27.art.6.

Septimò infertur etiam poſſe dare eleemoſynam ad erigendam aliquam Eccleſiam, vel Baſilicam, vel ad ornamenta Eccleſiæ, vel ad nutriendos infantes expoſitos in Eccleſiis, vel hoſpitalibus, vel ad alia huiuſmodi, iuxta not. per Nauar. in Man. cap. 17. num. 93.

C Ibi, † *aut aliàs in rebus licitis, & per Ca-*
98 *pitulũ generale, aut prouinciale non prohibitis.* Not. ad confirmationem eorum quę ſuprà diximus,videlicet non prohiberi per Papam hic munerum largitiones licitas,& quæ ante hanc conſtitutionem fieri poterant;ſed tantùm illicitas,& prohibitas,ſiue à iure, ſiue à regulis, & ſtatut. Religionis.

D In §. † *Declarantes.* &c. ibi, *hoſpitalita-*
99 *tem,præſertim erga pauperes,& peregrinos.* Not. decimam fallentiam ad iſtum text.videlicet Religioſos,& Monaſteria, eorumque Superiores licitè poſſe, immò, & debere impẽdere bona ſuperflua, facereque munerum largitiones intuitu hoſpitalitatis. Hæc enim inter opera pietatis etiam connumeratur, vt probatur in §. 1.diſt. 42. & eſt debita ab Eccleſ. maximè Religioſis, cap. de Monachis. de Præb cap. 1. 82. diſt. & 42. diſt. per totam facit illud Ciceronis 2. Offi. *Decorum valde eſt patere illuſtribus hoſpitibus domos virorũ illuſtriũ.* Quod intellige de honeſta, diſcreta, ac decente hoſpitalitate, ſecundùm Nauar. lib. de Reddi. Eccleſ. quęſt.1.moni.27.num.2. & meliùs in Apolog. quæſt. 1. moni. 78. num.2. Dixi de honeſta (licèt ipſe non declaret.) Nam Religioſus non debet recipere in hoſpites perſonas ſuſpectas, & multo minus fęminas; quippe hoc prohibitum eſt per Motum proprium Pii V. & Grego. xiij. ne ſcilicet tales ingrediantur clauſtra Monaſteriorum. Dixi (diſcreta) ad excludẽdàm, comprimendamque multitudinem, & petulantiam multorũ hoſpitum,qui data opera ſe conferunt in Monaſteria ad comedendum bona pauperum, cùm aliàs ipſi ſint diuites. Tales enim hoſpites, aut vix ſunt recipiendi, aut tranſacto vno die dimittendi. Non enim decet vt Prælati Religionum prębeant ſe talibus remiſſos, & multò minus beneuolos. Intellige tamen prędicta non indiſtinctè,per ea quę infrà pag.ſeq.dicũtur. Dixi (decente.)Quia oportet vt fiat hoſpitalitas ſecundùm qualitatem hoſpitis, & recipientis. Non enim decet amatores paupertatis, vt lautè, & prodigè nimis patrimoniũ Chriſti impendant, etiam in perſonas qualificatas.

Digitized by Google

tas. Et ideò licet ob qualitatem perſonæ, fieri debeat aliquis exceſſus ab ordinario Cōuentus. Prudētèr tamē,ac ſanctè id fieri debet, ita vt hoſpites ex frugalitate magis ędificētur;quā ob exuperantiā,& exceſſum murmurent, ac irrideant poſt diſceſſum.

200 Vltimò aduerte, etiam ad cōuiuia neceſſaria licere aliquando ipſis Religioſis expenſas aliquas facere. per text.in cap.Conuiuia.diſt.44. docet Nauar. loquens de ſuperfluis Beneficiariorum,in lib.de Reddit. Eccleſ.quæſt.1.moni.27.in fin.

101 Iam verò quæro hic, vtrum hodie poſt hanc Conſtitutionem ſit benè impenſum, quod in quibuſcam Monaſteriis ſolebat anteà impendi, in hoſpitium ſuſcipiendos aliquot conſanguineos, ac Iuriſconſultos, aut nobiles illac tranſeuntes, aut ad ipſa per aliquot dies animi recreādi gratia ſe ſe recipientes?

Et videtur primò non rectè expendi.Nā & ante hanc Conſtitutionem non defuerunt aliqui qui id putarent, quorū meminit Naua.in Apolog.moni.78.n.1.quanto magis hodie? Quia talis impenſa poteſt ſummam facere 30.40.& 50.ducatorum iuxta dies hoſpitii,& comitatum quem deferunt. vnde cùm ex hac voluntaria hoſpitalitate prouenire poſſit idem damnum ipſis Monaſteriis, quod ex muneris largitione: videtur ex paritate rationis non licere. Nā vbi eſt eadē ratio,idē ius eſſe debet. l.Illud. ff.Ad l.Aquil.l.vlti.C.Ad l.Falcid.maximè in fauorabilib. qualis eſt hæc conſtitutio quoàd bona Monaſteriorum. argu. Regul. Odia.de Reg.iur.lib.6.

Sed contrarium eſt tenendum.Quia hoſpitalitas ſine diſtinctione habenda eſt cum omnibus,& circa omnes.cap.Quieſcamus. diſt.42. Tum quia prædicta hoſpitalitas nō eſt voluntaria, cùm non accerſantur prædicti hoſpites data opera; immò eos ægrè ferunt Prælati, vt notum eſt. Et ideò dicitur adagio Valentino, *Hoſtes, y peix menut, à tres dies put*. Tum quia tantùm abeſt eſſe damnoſas, & præiudiciales Monaſteriis prædictas hoſpitalitates; vt potius ſint artificium acquirendi; & conciliandi voluntates eorum qui fouerunt, aut fouendi poteſtatem habent iura, & cauſas Monaſteriorum in iudicio, & extra illud. Et ita ſaltem mediatè fiūt in Monaſteriorum vtilitatem. Dummodo ita fiant, vt abſit epularum exquiſitarum, vel opiparorum vinorum nimia exuberantia. arg.cap.A crapula.de Vita,& honeſt.Cleric.& cap.Eccleſiæ principes.diſt.35.& docet Nauar.dict.Apolog. monit.78.num.2. vbi tenet hanc partem. Vnde cùm licita fuerit prędicta impenſa ante hanc Extrauag. ſecundùm Nauar.vbi ſuprà,infertur etiam hodie licitam eſſe,per ea quæ ſup.ſępè annotauimus; & ſatis probat noſtra Conſtitutio in verſi. *Si quos verò ditiores*, ibi, *deuotionis*,&c.

Vndè non obſtant in cōtrarium adducta. Quia ex prędictis conſtat non eſſe nociuā Monaſteriis pręfatam impenſam, ſed potius vtilem. Et ſic ceſſat in ea ratio huius Conſtitutionis.

102 Ex prædicta reſolutione infertur licitas eſſe munerum largitiones, quæ fiūt benefactoribus Monaſteriorū, & etiā iis qui ſperantur aliquando poſſe benefacere; quia ſimiles largitiones dantur ad lucrum,ſiue (ſi ita loqui licet) vſuram; & potius in cōmodum, quàm in damnū Monaſteriorum redundat. Et per conſequens licitè fieri poſſunt. Quod nota, quia quotidianum.

E In §.† *Pari etiam ratione*. Nota ex hoc §.

103 recipientes munera hic prohibita,quicumque illi ſint, teneri ad reſtitutiones eorum, etiam nulla expectata Iudicis ſententia, aut declaratione. Ratio eſt, quia qui recipit alienum ab eo qui non eſt dominus, nec habet facultatem, ſeu poteſtatem donādi, tenetur ad reſtituendum illud. c.Si res aliena. 14.q.6. c.Peccatū.de Reg.iur.lib.6.ſed tale eſt munus datum à Religioſo,ſiue ſubdito, ſiue Superiore in caſibus hic prohibitis, vt ſuprà probatū eſt in princip. ergo recipiētes illud, tenētur ad eius reſtitutionē. & ſic patet,tā Religioſos dantes, quàm recipiētes,non ſolùm peccare mortaliter, ſed etiā teneri ad eorum reſtitutiones.

F In verſi.† *Hanc autem reſtitutionē*.In hoc

104 verſi.declaratur quomodo,& cui debeat fieri reſtitutio;& tollitur omnis remiſsio, ſiue cōdonatio. Et meritò,quia vt ſup.diximus, qui donare nequit,nec gratis remittere poteſt.Communem dicit Hippol.Rimin.§.1. num.302.Inſt.de Donatio.

G In §.† *Quòd ſi quis*.Nota pœnas Religio-

 ſorum

105 ſorum contrauenientiũ huic Conſtitutioni; nõ inferri, niſi tantũ cõtra Religioſos donantes; non tamẽ contra alios recipientes; vt ex qualitate pœnarũ,& ex cõtextura verborũ conſtat:licèt aliàs poena inflicta vni ex correlatiuis, cenſeatur appoſita,ac inflicta etiã alteri,licet de eo nihil dicatur .l. 1. C.de Cupreſſ.lib. 11.c.Si cócubinę.de Sét. excom. c. Nuper.verſ.In primo.eod.tit. vide Naua.in Man.c.27.num.51.

H In §. † *Volumus autem.* Nota hanc con-
106 ſtitutionem non ſolùm debere legi quotannis in Capitulis Monaſteriorum, vt infra dicitur; ſed etiam eſſe exarandam, atq; ſcribendam in libris quorũcumq; ſtatutorũ ipſarũ Religionũ, vt ſic obliuioni nõ tradatur,ſed perpetuò obſeruetur. Quod nõ video obſeruari,ſicut nec omnes formas hic præſcriptas, nec pœnarum inflictiones.

Denique circa ea quæ diximus ſup.nu.31. nempe Religioſum quicquid acquirit, acquirere ſuo Monaſterio dum manet in illo; notandum eſt ideò additum fuiſſe, *dum manet*, quia Religioſus, ſi eligatur in Prælatum alterius Monaſterii, deſinit eſſe filius Monaſterii, in quo profeſsionem fecit,durante Prioratu;& fit filius Monaſterii cuius eſt Prior: & conſequenter quicquid acquirit de nouo, ſiue ex teſtamento alicuius, ſiue ab inteſtato, ſiue ex aliqua arte, vel ex editione aliquorum librorum,ſi edat;etiã ſi in domo ſuæ profeſsionis eos cõpoſuerit; acquirere Monaſterio,cuius eſt Prior. Hoc probatur arg.cap.vnici, 18.q. 1. vbi habes Religioſum factum Epiſcopum acquirere ſuę Eccleſię,& non Monaſterio,cuius fuerat filius, quicquid ex hæreditate paterna ſibi poſt Epiſcopatum adeptum obuenerat. quem text.refert D.Tho.2.2.q. 185. art.8. ad 3.& Sot.lib.10. de Iuſt.& iu. q.5. art.7. Et tenet expreſsè in Religioſo facto Beneficiario,Frãc.Marcus deciſ.104.n.3. p.1. Panor.in c.Cũ olim.2.n.6.de Priuile. Azor 1.p.lib.12.c.10.quæſt.6.& in ſpecie noſtra Leonard.Leſsius de Iuſt.& iure lib.2.c.41. dubita.11.n.91.& 92.& Azor vbi ſup.q.7. & ante eos Bar.in l. Si ſeruus.21.n.6.ff.de Stipu.ſeruo.Naua.in cap.Non.dicatis.12.q. 1.n.6.Et probatur in noſtris ſtatutis 2.p.c. 3.§.12.vbi quicquid datur Priori,fit domus cui præſidet,& non domus profeſsionis eius,niſi qui donat apertè aliud voluerit. Et in acquiſitis ex induſtria eſt alia ratio; quia nimirum omnes fructus collecti ex re non fructifera,ſpectant ad eos qui ſua negotiatione eos acquirunt;etiam ſi ex re aliena,etiam furtiua,eos lucrati ſint;vt docet Naua. c.17.n.25.Armilla verb.Fructus.n.2.in fin. Coua.lib.3.Variar.c.3.n.6.Ange.verb.Reſtitutio.1.col.9.verſi.Quid ſi res. Sot.lib.4. de Iuſti.q.7.art.2.col.6.verſic.De negotiatoribus. Barboſ.in l.2.in prin.n.8.par.1.ff. Solu.matri.Rebel.de Obliga.Iuſti.1.p.lib. 2 q.4.n.6.& Paul.Comit.lib.3.Reſp.mora. q.36.n.4.Vnde licèt Prior v.g. typis mandet libros à ſe in domo ſuę profeſsionis cõpoſitos;quicquid ex eis acquirit,nõ ſpectat ad domũ profeſsionis eius, ſed ad domum cui præſidet: etiã ſi ſine veri preiudicio concederemus dictos libros eſſe domus profeſsionis eius. (Nã libri manu ſcripti ſemper ſunt Religioſi, & eos ſecũ defert quocumque vadat, tametſi ſe transferat in aliã Religionem) Et ratio eſt,quia omne tale lucrum conſurgit ex negotiatione eius, & non ex libris,qui de ſe nõ ſunt fructiferi. Quod etiam patet, quia poteſt dare eos alicui typographo,vt ſumptibus eius imprimantur:(vt quotidie fit;quia vix eſt domus quæ velit id ſuis ſumptibus, & laboribus facere,neſciens an liber futurus ſit acceptus) quo in caſu non poteſt vlla domus prætendere partẽ ex lucro per dictũ typographũ capto.Dixi denique,*Dum manet Religioſus in Monaſterio*, quia ſi vadat hoſpitari ad aliam domũ, quicquid acquirit ex ſua arte, ſeu induſtria,ſaltem inter nos, non acquirit domui ſuæ profeſsionis;nec domui vbi hoſpitatur: ſed,vel datur pauperibus, vel paruis domibus Ordinis egẽtibus. Ita habetur 2.p.Statut.noſt.c.21.§.9. Quæ omnia tene mente,quia forſan pauci hoc ſciunt.

NEGOTIATIO.

SVMMARIVM.

1 *ADunare copiam mercium,vulgò* agauellar, *vt ſic res carius vendantur, non eſt prohibitum in Foro exteriori.*

2 *Benè tamen in Foro animæ.*

DIF-

Digitized by Google

DIFFERENTIA PRIMA.

1 NEGOCIARI cauſa lucri in Foro contentioſo licitum eſt, vt in l.3. §. Iura.ff.de Eo quod certo loco. & in l.vnica. C. de Senten. & interlocut.ommium Iud.

2 In Foro autem animæ, non licet;quando aliquis emeret magnas quantitates tritici, vel alias merces; & coadunatio eſt tanta, vt ex inde annona publica fieret carior, ſecundùm Cardin. Alex. in capit. Qualitas lucri.de Pœnit.diſt.3. Pro quo eſt optimus text.in capit.Quicumque.14. quæſt. 4. Itaque iſti mercatores, vulgò dicti, *agauelladores*,licet in Foro exteriori non puniantur, extra caſum tritici:puniuntur tamen in Foro conſcientiæ, & pœnitentiali.

SVMMARIVM.

1 *MERCATOR faciens* moatras, *non punitur in Foro exteriori.*

2 *Bene tamen in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 MERCATOR vendens candido animo ſuas merces volenti eas ſtatim reuendere ob neceſsitatem quam habet de pretio; ſi eas priuatim reemat, quia alius non offert ſe emptor: in Foro exteriori excuſatur, nec reprobatur talis contractus,ſecundùm Silueſt.verbo Vſura. 4. Mercad.lib.2. de Contractib. cap.21. & Nauar. capit. 23. num.91. dummodo reemat iuſto pretio, etiam rigoroſo.

2 In Foro verò conſcientiæ, niſi res publicæ venditioni exponatur, non caret ſcrupulo,ſecundùm Mercad.tractat. 1.cap.vlti. De las baratas. fol.70.adde not.infrà verb. Vſura. Differ.14. Tu dic quando mercator non vult mutuare indigenti, ſed ei creditò merces offert, & vendit, quò ſtatim eas minori reemat: tunc dici *mohatra*, & minimè licitam, ſaltem præſumptiuè. Et ideò etiã in Foro exteriori ſub pœnis prohibetur. teſte Rebello de Obligat.iuſti. 2. par. lib.9.quæſt.7.num.7.

SVMMARIVM.

1 *NON poteſt mercator paciſci certum intereſſe in cambiis ad certum locum.*

2 *Benè tamen poteſt id facere in Foro conſcientiæ, ſi cambium ſeu intereſſe eſt æquum.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 EXTRAVAGANS Pii 5. de qua per Nauar.cap.17. ad fin.litera M. qua prohibetur, ne dans pecuniam ad cambium certo in loco ad primas nundinas, poſsit paciſci certum, & determinatum intereſſe, etiam in caſu non ſolutionis; procedit tantùm in Foro exteriori.

2 Attamen in Foro interiori licebit prędictum intereſſe paciſci, quando certificatio eſſet æqua coram Deo, vt annotauit Nauar. loco ſuprà citato verſic. Sextò. Reddens de hoc rationem; quia ſcilicet prædicta Extrauagans fundatur in præſumptione. Faciunt not.infrà verbo Vſura. Differ.2.

SVMMARIVM.

1 *RECAMBIARE cambium non ſolutum, licitum eſt in Foro exteriori.*

2 *Non tamen in Foro conſcientiæ.*

Digitized by Google

DIFFERENTIA QVARTA.

1 DANS pecuniam mercatori, & ab eodem ſchedulam cambii accipiēns, remiſſam alii mercatori, vt intra tot dies eam ſoluat: ſi ille mercator dictam ſchedulam acceptare nolit, vel non appareat talis mercator, vel ſi eam acceptet, & ad diem in ſchedula præſtitum nō ſoluerit, ſtatim in Foro exteriori recābiatur pecunia cū magno intereſſe: talis recābiatio in eo Foro minimè reprobatur, ſed permittitur, & approbatur, teſte vſu & conſuetudine generali totius Orbis.

2 In Foro verò conſcientiæ, ſecùs eſt. Nam etſi in pœnam fallentis, & non ſatisfacientis, id vſu receptū ſit: quia tamē ſunt pœnæ exorbitantes, minimè in Foro animę licitè recipi poſſunt, vt latè probat Mercad. in tractatu de Cambiis. cap. 10. per totum.

NVLLITAS.

SVMMARIVM.

1 *OBtinens Prioratum, ſeu Cathedram votis inhabilitatis, ſecurus eſt in Foro exteriori, donec declaretur electio, ſeu prouiſio nulla. ſecùs in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 OBTINENS Abbatiam, Prioratū, vel Cathedrā mediis muneribus, & ſubornationibus; vel mediantibus votis in albo ſcholariū non ſcriptis, id eſt, *matriculados*; ſi talia ſuffragia per ſtatuta inhabilitentur: licèt in Foro exteriori ſecurus ſit electus ad prędicta munera, donec declaretur iudicialiter eius electio nulla. argu. not. Diff. 20. ſub verb. Pœna: in Foro tamen conſcienetiæ, tenetur reſignare Abbatiam, Prioratum, & Cathedram, ſecundùm Medin. 1. 2. quęſt. de Legib. quem refert, & ſequitur Lop. 1. par. cap. 122. concluſ. 8. pag. 520. cōtra Sotum. Ratio eſt, quia illa inhabilitas, & priuatio votorū, nō indiget in Foro cōſcientię vlla declaratione. Non enim eſt pœna, ſed qualitas requiſita ad validitatem electionis. Adde ad confirmationem, quæ tradidimus ſub verbo Hæreditas. Diff. 10. num. 7. & 8. & melius Diff. 11. num. 5. & 6. ibidem. Et ſimilem inhabilitatem, & incapacitatem ſtatuit Rex noſter Philippus, huius nominis 3. anno 1614. contra obtinentes à ſe quaſcumque dignitates Eccleſiaſticas, & officia, & Commendas; obligans tam dantes, quàm recipientes munera pro eis obtinendis, ſeu procurandis, ad reſtitutionem acceptorum in conſcientia, & renunciationem dignitatum, &c. abſque alia declaratione.

SVMMARIVM.

1 *DECLARATVR l. Barbarius Philippus. ff. de Offi. Prætor. videlicet ſententiam latam ab eo qui communiter reputatur verus Iudex, cùm non ſit; vel eſt à iuriſdictione ſuſpenſus, valere in Foro exteriori.*

2 *In rebus tamen conſcientię, & Sacramentis Eccleſiæ, ſecùs eſt.*

3 *Laicus reputatus Sacerdos, ſi abſoluat ſacramentaliter, an valeat.*

4 *Excommunicatio lata ab occultè excommunicato, valida eſt, quamuis multi teneant contrarium.*

5 *Fallit in duobus caſibus notatis hic.*

DIF-

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 SENTENTIA lata ab eo qui occultè eſt infamis, excõmunicatus, inhabilis, vel aliàs impeditus; publicè autem reputatur idoneus; valida eſt in Foro exteriori. vulgaris lex. Barbarius. ff. de Offic. Præſid. l. 2. C. de Sentent. & interlocut. omn. Iud. cap. 1. quod incipit Infamis. §. Verumtamen. 3. quæſt. 7. *Veruntamen*, inquit Gratianus, *ſi ſeruus, dum putaretur liber, ex delegatione ſententiam daret; quãuis poſteà in ſeruitutem depulſus ſit, ſententia ab eo dicta, rei iudicatæ firmitatem tenet*. Per quę iura apparet quòd error cõmunis facit ius, & communis tolerãtia tribuit iuriſdictionem non habenti, etiam inhabili; & ſic geſta per Iudicem inhabilem, ſeu impeditum valere, & tenere dum toleratur in officio. Facit l. 3. ad Macedonia. vbi etiam excuſat communis error habendo aliquem pro patre familiàs.

2 Quod verum eſt in humanis, in quibus ſecundùm humanam opinionem proceditur. Secùs in rebus conſcientiæ, in quibus proceditur ſecundùm diuinam veritatem. Ita Silueſt. verbo Beneficium. 3. ante primam quæſtionem. Sed optarem vt id exemplis declaraſſet. Nam contra ipſum facit Sacramentum pœnitentiæ pertinere ad animàm; & tamen validè ipſum adminiſtrat Parochus occultè excommunicatus, vt docet Suar. Tom. 5. diſput. 15. ſectione 7. numero 3. adeò vt quandiu denunciatus non eſt, quantumuis ſit publicus; validum Sacramentum pœnitentiæ confert, ſecundùm eumdem Suar. ibidem diſput. 14. ſectione 1. numero 13. Similiter diſpenſatio ſuper voto, vel in lege, indulgentiarum conceſsio, & ſimiles actus ſubditis fauorabiles, etiam pertinent ad animam; & ſi fiant ab Epiſcopo, vel Pręlato reſpectiuè excommunicato occulto, vel publico non denunciato, valent, & tenent, vt docet idem Suar. dicta ſectione 1. num. 14. Ac idem dicendum de omnibus aliis rebus emanantibus à iuriſdictione, ſiue pertineant ad Forum contentioſum, ſiue non; quia ſub nomine ſententiæ eos omnes comprehendimus. Sed pro Silueſt. facit gloſſa verbo Approbatis. in capit. vnic. de Voto. lib. 6. quatenus habet, in ſpiritualibus veritatem, & non opinionem attendi. Quam gloſſam probat Abbas in capit. 1. & 2. de Præsbyt. non bapt zato. & dicit eſſe digito ligandam Præpoſ. in capit. Rurſus. Qui cler. vel vouent. Facit etiam Pariſ. lib. 7. de Reſignat. Benefic. quæſt. 24. à numer. 47. vbi numero 41. dicit dictam l. Barbarius non procedere in Sacramentalibus; benè tamen in Beneficialibus, & ſpiritualibus.

3 Hinc dicit gloſſa famoſa, & vulgaris in capit. Dudum. in 2. de Elect. verbo Deceptæ. ſi quis laicus ſe gerat pro Sacerdote, cùm re vera non ſit, (vt contigit in loco del Pouo in Regno Aragonum, vbi quidam laicus Regni Franciæ, peritus, & veſte Clericali indutus dixit ſe eſſe Sacerdotẽ, cùm nõ eſſet; deceptuſq; Epiſcopus, ex habitu, ſciẽtia, & falſa dicti laici relatione, contulit illi curam animarũ loci prædicti, quam per triginta & tres annos ante Concil. Trid. exercuit, donec per quoſdam cõpatriotas eius, fuit veritas detecta.) huius laici, licèt ipſe reputaretur Sacerdos cõmuni opinione, & habens curam animarũ abſoluat ad ſe venientes: nec communi opinione, nec collatione Beneficii curati facta à Superiore, validari tales abſolutiones, nec etiam facient de attrito contritum; quia nullum fuit Sacramentum, ſed magnum potiùs ſacrilegium. Et ſic quoàd Sacramenta nihil operatur communis opinio, nec authoritas Superioris in nõ habente Ordinẽ Sacerdotalem. Hoc tantùm operabitur, nimirùm taliter cõfeſſos (ſi aliàs erãt contriti) ſaluari propter fidẽ Sacramẽti, quam habuerunt. Et illam gloſſam ſic declaratam, & intellectam, dicit communiter approbatam Nauar. in c. Placuit. de Pœnit. diſt. 6. n. 177. & 179. Rip. in tract. de Peſte. in c. fin. nu. 45. cũ ſequent. And. de Vega lib. 9. ſuper c. 9. Cõcil. Trid. c. 41. ad fin. Abb. in d. capit. Dudum. num. 20. & probat Adrian. Quodlib. 5. quæſt. 3. Iaſ. in dicta l. Barbarius. num. 63. & in l. Si vrbana prædia. num. 7. ff. de Condict. indebit. Palud. in 4. diſt. 17. quæſt. 6. Quare quia multa pulchra, & notabilia, per dict. legem à DD. deciduntur; ne præ-

ne præſens differentia,ſic generaliter ſumpta, confuſionem pariat: ideò diſtinctè operęprețium erit deſcendere ad ſingularia.

4 Et primò ex dicta l. Barbarius. infertur ſententiam excommunicationis latam ab occultè excommunicato, validam eſſe. Ita in ſpecie tenet Ricard. & Palud. in 4. diſt. 18. quæſt. 2. art. 3. Silu. verb. Excommunicatio. 3. §. 11. ad fin. Abb. in cap. Ab excommunicato. col. 2. num. 8. de Reſcript. vbi dicit communem. & in cap. Ad probandum. num. 15 de Re iud. Et hanc eſſe veriorem opinionem teſtatur Coua. in cap. Alma. 1. part. §. 11. num. 4. Sot. in 4. diſt. 22. quæſt. 2. art. 1. col. vlt. Mantua. lib. 3. Locorum commun. cap. 1. Nauar. cap. 27. nu. 7. & 11. in fine. Idem tenet Innoc. in cap. Si verè. num. 3. de Sentent. excommunicat. vbi rationem reddit, ſcilicet quia dictam ſententiam ferre videtur ipſa dignitas, & non perſona excõmunicata. Allegat optimum text. in cap. Non ne. 8. q. 4. vbi prohibetur diſcedi ab Epiſcopo accuſato ante ſententiam; quia, *Lex* inquit, *Eccleſiaſtica Pontificem, ab aliis accuſatum, priuſquàm ſub luce obiecta conſtiterint, exigit non relinqui.* Aliam rationem tradit Abbas in dicto cap. Ab excommunicato. num. 8. Quia inquit, excommunicatio eſt iuriſdictionis, & ea quæ fiunt à Iudice non notoriè excommunicato, tenent ratione publicę vtilitatis, vt in d. c. Ad probandum. de Re iudic. vbi text. à contrario ſenſu probat prædictã conclusionẽ; & eum ad id omnes notant, vt dicit ibi Fel. col. 2. verſ. Ceterũ quãtum ad geſta. qui in 3. col. nu. 7. poſt primã limitationem, ſequitur hanc partem: addens aliam rationem; quia ſcilicet excõmunicatio non debet eſſe deterioris conditionis, quàm alię ſententiæ; immò maioris, quia faciliùs penetrat, quàm aliæ, cùm non ſuſpendatur per appelationem, etiam ſi ſit iniuſta. cap. Paſtoralis. de Appellation. ſed alię ſententiæ latæ ab occulto excommunicato valẽt; & non ſunt nullæ, vt in dicto cap. Ad probãdum. Ergo, &c. Facit & alia ratio, & erit quarta; quia excõmunicatus licet ſit extra Eccleſiam, nihilominus confert Ordines; quod plus eſt; vt apparet, ex not. verb. Excõmunicatio. Diſ. 13. nu. 5. Ergo poteſt alium excõmunicare. Ita arguit gloſ. 1. in c. fin. de Ordin. ab Epiſcopo, qui renũciat. Epiſcopatui. Adde Sot. vbi ſup. vbi nulla alia ratione tenet hanc partem; niſi quia cùm ſententia, & actus iudiciales ſint de iure poſitiuo, non cenſetur Eccleſia Iudices vſu iuriſdictionis priuare, quouſq; conſtet eſſe excommunicatos; & hoc propter bonũ cõmune. aliàs ſi actus excommunicatorum latenter, irriti eſſent detecta excõmunicatione, multi de ſuo ſtatu dubitarent. Hæc eſt in effectu ſecunda ratio, de qua ſup. Adde quintam rationem; quia ſi non poſſet excõmunicare occultus excommunicatus; nec poſſet etiã abſoluere. Contrariorum enim eadem eſt ratio. At contrarium eſt indubitatum, ſcilicet ſi abſoluat, validè abſoluere; per Regul. cap. Venerabilibus. §. Vbi autẽ. de Sent. excõmunic. lib. 6. vbi abſolutio facta a Iudice ſuo, quantũcumque iniuſta, valet, & tenet; & docet Fel. vbi ſup. Tũ quia ſi diceremus eſſe nullam, deciperet Eccleſia abſolutum iniuſtè; vel ſaltem fieret magna iniuria bono communi. Nam quid ampliùs requirẽdum eſt à ſubdito, quàm vt ſe ſubiiciat ſuo Prælato, & offerat ſe paratũ ad ſatiſfactionem, & ſic petat abſolutionem? At ſi detecta excommunicatione Iudicis, eſſet nulla prædicta abſolutio: eſſet graue onus Reip. Chriſtianæ quærere aliam abſolutionem; & facere iteru prędictos humilitatis actus.

Quare pro bono cõmuni, & ratione publicæ vtilitatis, proculdubio dicendũ eſt excõmunicationem latã à Iudice tolerato, (licèt aliàs occultè excõmunicato) validam eſſe, ac tenere. Idem tenet Additio. Abbatis in Proœmio Decretal. n. 17. lit. I & Addit. Bal. in l. 1. C. de Secund. nupt. nu. 3. lit. G. Ioan. Bapt. Ferret. cõſil. 9. incip. In quæſtione de qua. col. 3. vbi plures citat, Mandoſ. ad Lap. Allegat. 89. n. 12. verb. Poteſt excõmunicare. vbi in fine dicit hãc partem eſſe veriorẽ, & magis cõmunẽ, ac magis æquã, & melioribus fulcitã rationibus. Vbi latè pro vtraq; parte.

5 Fallit tamen, quãdo is qui eã obtinet, ſciebat Iudicẽ eſſe excõmunicatũ; quia tunc, licèt teneat; venit tamen irritanda. Ita Abbas poſt alios in dict. c. Ad probandũ. nu. 15. ad fin. Idẽ Abb. in c. Veritatis. n. 33. de Dolo, & contumac. & n. 42. Suar. 5. tom. Diſput. 14. ſect. 1. n. 8. dicit cõmunẽ Fel. in d. c. Ad probandum.

Digitized by Google

bádũ.n.7.& Paul.Comit.lib 6.Reſp.moral. quæſt. 58. num. 12. ad fin. Sed hodie poſt Extrauag. Ad euitanda, etiam iſto caſu teneret, vt docet Nauar.cap.9.num. 7. Et intellige hodie dici occultum, qui non eſt denunciatus, etiam ſi publicè ſciatur eſſe excommunicatum, dummodò non ſit notorius percuſſor Clerici.

Quamuis gloſſa in Summa 24. quæſt. 1. & gloſſa fin. in dicto cap.Infamis.3. quæſt. 7. & gloſſa 1. in dicto cap. final. de Ordin. ab Epiſc. qui renunc. Epiſcop. teneant cõtrarium; videlicet, non tenere ſententiam latam ab occultè excommunicato. Sequitur Peruſ. in cap. Pia.col. 3. de Exception. lib. 6. Iaſ. in dicta l. Barbarius. num. 61. Domin. in cap.Si is cui. col.1.de Offic. deleg. lib.6. Philip.Prob.in cap. Præſenti.nu. 2. de Sentent. excommunicat. eodem lib. Et hanc eſſe communem ſententiam teſtatur Abbas in dicto cap. Ab excommunicato. num.8. & in dicto cap. Veritatis.num. 43. & in d.cap. Ad probandum. nu. 15. de Re iud. & Led. in 4. quæſt.24.art.3. & docent alii, quos citat Fel. in dicto cap. Ad probandum. num. 7. in 1. Fallent.& Mandoſ. ſuprà, inter quos refert D. Tho. in 4. diſt.18. quæſt.2.art.2.ad tertium. Sed non loquitur de excommunicato occulto, ſed generaliter, nimirùm ab excommunicato non poſſe alium excommunicari. Quod intelligendum eſt de notorio, non tolerato. De quo etiam intelligitur cap. Audiuimus. 24.quæſt.1.ſecundùm Fel. in cap. Si verè. de Sentent. excommunicat. num. 7. & Innocent. vbi ſuprà.

Nec obſtat ratio dictarum gloſſarũ (quæ multum aſtringere videtur,quæque me ancipitem aliquantiſper reddidit) videlicet, cùm excommunicatus ſit extra Eccleſiam, alium ab eo eiici ab Eccleſia non poſſe, dict.cap.Audiuimus. At reſpondeo Dignitate hoc fieri,& non perſona,vt dicit Innocent.& Felin. vbi ſuprà, & Lap. d.allegat 89. num. 12. Non enim excommunicat, vt talis perſona, quę eſt excommunicata: ſed vt habens poteſtatem à iure in dignitate,& Officio quod habet. Quia in quolibet Iudice duę perſonę conſiderantur; vna publica, & altera priuata: vt publica, excõmunicat, & facit cetera quæ ad eius dignitatem;& Officium ſpectant. & vt priuata, excommunicatur,& eiicitur ab Eccleſia, vt diximus ſuprà Different. 3. ſub verbo Iuriſdictio. num. 9. Facit quod dicit Couar. in dicto cap. Alma mater. 1.par.§.7.nn.9.

Nec obſtat in hoc actu videri non verſari vtilitatem publicam, immò grauamen; & ſic videri ceſſare rationem dictæ l. Barbarius. in qua ſe fundat tota hæc validitas actuum. Sed reſp. tolerantiam Eccleſiæ non ſe fundare in vtilitate huius, vel illius; ſed in publica Reip. quæ communiter verſatur in talibus actibus. Nam per accidens, & de rarò contingentibus eſt, ſi actus ſit tantùm grauatorius alicui. Precipuè quia etiam ſolent illi actus, qui ſunt aliquibus nociui, & grauatorii; aliis eſſe vtiles. Et ideò valor actionis non debuit inde pendere. Ita Suar. dicta diſput. 14. ſectio. 1. num.10.

Nec obſtat, ad ferendam ſententiam requiri iuriſdictionis vſum, cap. final. de Re iud. lib. 6. cap. fin. §. fin. de Offic. deleg. l. Imperium. ff. de Iuriſdict. omnium iud. quo vſu per excommunicationem eſt priuatus.d. c. Audiuimus. 24. quæſt. 1. cap. 1. de Offic. Vicar.in 6.cap. Si is cui. de Offic. deleg. eodem lib. cap. 1. de Supplend. neglig. Prælat. eodem lib. docet latè Suar. 5. tomo diſput. 14. Sect. 1. per totam. D. Thom. vbi ſuprà. Attamen reſp. excõmunicatum occultum non eſſe priuatum vſu iuriſdictionis, niſi quando eſt notorius percuſſor Clerici,vel denunciatus. Tales enim Iudices occultè impeditos,& eorum facta, Prætor tuetur, vt inquit Innoc.in dict. cap. Si verè. & not. in cap. Nihil. de Elect. & in dicta l.Barbarius.

Nec denique obſtat,vti iuriſdictione, eſſe actum quemdam in comparatione ad homines. Ideſt, agi rem cum hominibus, à quorum communione excõmunicatus maiori, eſt prohibitus, cap. Cùm excommunicato. 11. quæſt. 3. cap. Conſtitutionem. de Sentent. excommunicat. lib. 6. Ergo Iudex excommunicatus non poteſt vti iuriſdictione, etiam hodie,non obſtante Extrauag. Martini Quinti, cùm dicta conſtitutio non intendat ſuffragari excommunicatis in aliquo; ſed ſolùm ſuccurrere conſcientiis timoratis; & ſic aliis communicandis

candis cum eis, vt in ea dicitur, & notat Felin. poſt alios, in dicto cap. Ad probandum. col.3. in 2. Fallent. Reſp. tamen verũ eſſe peccare Iudicem excommunicatum, communicando, & ſententiam ferendo: geſta tamen per eum, ratione publicæ vtilitatis (vt dictum eſt) valere. Ita D. Tho. 2. 2. quæſt. 60. art. 6. Sot. ſuprà quæſt. 1. art. 4. Nauar. cap. 27. num. 8. Suar. 5. tom. diſput. 14. Sect. 1. num. 3. Henriq. tit. de Excommunicat. cap. 7. §. 6. vbi dicit non ſolùm ipſum Iudicem peccare mortaliter, ſed eum quoquè qui illum induxit; niſi eſſet paratus. Addit vnum, quod ego non puto verum, nempè licèt ſententia lata ab excommunicato occulto, ſit valida; poſſe nihilominus apud Superiorem excipi, elidique. Quaſi velit, vt valeat dum ignoratur eſſe excommunicatum latorem illius. Secùs hoc probato: & ſic ope exceptionis poſſe anullari. Contra quod eſt ratio publicę vtilitatis, de qua ſuprà. Et patet, aliàs non eſſe dictæ publicæ vtilitati ſatisfactum plenè: & incideremus in inconuenientia ſuperius memorata in quinta ratione; & in ratione aſsignata à Sot. & ſatis probatur à contrario ſenſu in dicto cap. Ad probandũ. & ibi notat Abb. num. 2. & 20. vbi expreſsè tenet cõtrarium, & dicit communem Suar. ſuprà diſput. 16. ſect. 1. num. 7. in fin.

6 In altero etiam caſu excommunicatio lata ab occulto excommunicato erit nulla, intelligendo pro occulto, etiam publicum, qui non eſt denunciatus. Qui caſus non eſt adeò rarus, vt putat Suar. ſed ſatis contingibilis, præſertim inter Religioſos, vbi Prælati ignari Canonum, facilè incurrunt in pœnas aliquorum Motuum Propriorũ Papę; & ſic perſiſtunt vſque ad Viſitam. Ponamus à Prælato recipi aliquem Nouitium publicè contra formam Extrauag. Xyſti Quinti, & Clement. Octaui, vel introduci aliquam feminam in Monaſteriũ, vel alienari bona aliqua, non ſeruata debita forma, & ſic incidere publicè in excommunicationem. Perſpicuum eſt talem dùm non declaratur, & denunciatur, excommucatum dici occultum propter Extrauag. Ad euitanda; prout docet Suar. ſuprà diſput. 14. Sect. 1. num. 11. & 13. & conſequenter ſubditos non teneri ipſum vitare. & nihilominus iidẽ ſubditi non tenẽtur illi obedire, cap. Cùm non ab homine de Senten. excom. & dicemus Differen. 4. Ratio eſt, quia per dictam Extrauag. eſt in poteſtate ſubditi cum illo communicare; vel non cõmunicare. Si ergo talis præcipiat aliquid; & ob non paritionẽ, excommunicet ſubditum: erit nulla excõmunicatio. Tũ quia lata ſine contumacia; cùm nemo illi obedire teneatur. Tùm quia notoria iniuſtitia reddit ipſam excommunicationem nullam, ſecundùm Abbatem in cap. Ab excommunicato. num. 10. de Reſcript. & docet in terminis Suar. ſuprà dicto num. 15. Idem dic de diſpenſatione, abſolutione, & aliis actibus; quia omnia ſunt nulla. Dicta enim Extrauagans nihil ei fauet. Et cùm eſt publicus, ceſſat ratio dictę l. Barbarius.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX occultè excommunicatus, impunè in Foro exteriori exercet ſuum officium.*

2 *Secus in Foro interiori.*

3 *Sententia lata ab excommunicato denũciato, eſt nulla ipſo iure. vide hic rationem.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 EX prædictis collige vnam differẽtiam inter Forum exterius, & interius. Nam Iudex occultè excommunicatus, ideſt qui non eſt denunciatus, quoàd Forũ exterius, nõ tenetur ſe abſtinere ab vſu, & exercitio ſui officii; id eſt impunè facit ea quæ ſunt ſui officii; quia non repellitur. Dùmque ignoratur illum eſſe excommunicatum, & toleratur in ſuo officio; valẽt omnia geſta per eum, authoritate, & vtilitate publica. Ita gl. 1. communiter recepta in cap. Ad probandum. de Re iudi. Abb. in cap. Veritatis. num. 42. de Dolo, & contum. Couar. cap. Alma. 1. par. §. 11.

§. 11. num. 4. Soto. 4. diſt. 22. quæſt. 2. art. 1. col. pen. Nauar. cap. 2. num. 7. Felin. in cap. Si verè. num. 7. de Sentent. excom. Pet. Barbo. in l. Diuortio. in prin. num. 48. ff. Solu. mat. Silue. verb. Excommunicatio. 3. §. 11. Et hanc eſſe veriorem opinionem, vltra Coua. & Sot. ſup. teſtatur Mantua. lib. 3. Locorum communi. cap. 1. quamuis cõtrarium teneat gl. in ſumma. 24. quæſt. 1. Iaſ. dict. l. Barbarius. num. 61. Peruſi. in cap. Pia. col. 3. de Except. in 6. Domini. in cap. Si is cui. col. 1. de Offi. Deleg. eod. lib. Philip. Probus in cap. Pręſenti. numero 2. de Sentent. excom. lib. 6. & Feli. dict. cap. Ad probandum. num. 5. in hanc magis ſe inclinat, & tenet communis, teſte Ledeſma in 4. quæſt. 24. art. 3.

At in Foro conſcientię, tenetur ſe abſtinere. Non enim poteſt aliquid ſui officii exercere. aliàs peccabit mortaliter, ſecundùm Nauar. cap. 27. num. 7. Soto in 4. diſt. 22. quæſt. 1. art. 4. verſ. Item excommunicatus. & Suar. ſuprà, nu. 9. cum ſequenti, contra Caiet. in Summa, verb. Excommunicatio. §. De his quæ excommunicato licita ſunt. Vbi ſentit eſſe tantùm veniale. Quia eſſe publicè excommunicatum, vel occultè; vel eſſe denunciatum, vel non eſſe denunciatum: id omne pertinet quoàd alios, non quoàd ſe. quippe ſtatim ipſe tenetur ſe abſtinere à communione Fidelium, vt notant omnes ſuper dictâ Extrauag. Martini Quinti Ad euitanda ſcandala. Et nota hunc caſum in quo excommunicatus peccat mortaliter non ſe abſtinendo à communione hominum. Et ipſum adde aliis notatis, verb. Excommunicatio. Differ. 2. num. 4. Et ratio eius eſt, quia vſurpat iuriſdictionem alienam, vel eius vſum. quod eſt p. m. ſecundú D. Tho. 2. 2. q. 60. art. 6. Sententia verò lata à Iudice publicè excommunicato, ſeu denunciato maiori excommunicatione; nulla eſt ipſo iure, cap. Ad probandum. de Re iudi. & ibi Feli. Ratio eſt, quia per excommunicationem ſuſpenditur iuriſdictio Iudicis, & conſequenter tollitur vſus iuriſdictionis, gl. 2. & ibi Inno. cap. 1. de Schiſma. alia in cap. 1. de Ordina. ab Epiſcopo. verb. Executionem. & ideò non poteſt excommunicare, cap. Audiuimus. 24. quæſt. 1. cap. 1. in fin. de Offi. Vica. lib. 6. not. Card. in Clem. 1. quęſt. 7. de Religio. domi. Feli. in cap. Reſponſo. num. 4. de Senten. excommu. Iaſ. in l. Inter ſtipulantem. §. Sacram. num. 31. ff. de Verbo. obliga. Ad ſententiam enim ferendam requiritur iuriſdictionis vſus, cap. fin. de Re iud. lib. 6. c. fin. §. fin. de Offi. Delega. l. Imperium. ff. de Iuriſdict. omni. Iudi. Eſt, & alia ratio, quia vti iuriſdictione, eſt actus quidam in cõparatione ad homines; ideſt agitur res cum hominibus, à quorum communione excõmunicatus maiori, eſt prohibitus, cap. Cum excommunicato. 11. quæſt. 3. cap. Conſtitutionem. de Senten. excom. lib. 6. adde Probum ad Monach. in cap. Vt animarum. nu. 47. cum ſeq. de Conſtitutio. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *PRAELATVS carens titulo, ſed publicè toleratus, debet à ſibi ſubditis obediri in Foro exteriori.*

2 *Secùs in Foro interiori, & in conſcientia.*

3 *Maritus non poteſt propria auctoritate ſe ſeparare ab vxore adulterante.*

4 *Benè tamen poteſt ei denegare coniugale debitum.*

5 *Prælatus occultè hęreticus ſi excommunicet ſubditum; debet ſubditus in publico ſeruare excommunicationem. In occulto tamen non tenetur.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 INFERTVR ſecundò ex dicta l. Barbarius Philippus. ff. de Offic. Prætor. Prælato carenti titulo teneri ſubditos obedire in Foro exteriori, dùm toleratur, & ignoratur publicè non eſſe verum Prælatum. Hoc probat tex. in cap. Cùm non liceat. de Præſcription. & in cap. 1. quod incipit, Non ne. 8. quæſt. 4. quem ad hoc dicit inſignem Couar. lib. 1. Variar. cap. 16. num. 11. verſ. Quintò. cuius etiam ſuprà

Digitized by Google

prà meminimus in Different. 2. num. 4. Facit ad idem cap. Porrò. de Diuort. quatenus probat non licere viro diſcedere ab vxore, etiam notorie cognata, propria authoritate, ante ſententiam ſuper dicta cognatione. Facit etiam optimus tex. in cap. fin. 28. diſt. vbi etiam dicitur nec Iudam à Domino, cùm eſſet falſus diſcipulus, à numero diſcipulorum fuiſſe eiectum. Facit denique cap. Iulianus. iuncta ibi gloſſa 11. quæſt. 3. vbi Imperatori Iuliano, aliàs apoſtatæ, obediebant milites Chriſtiani; quia tolerabatur. & ita docet D. Anton. 3. part. tit. 15. cap. 1. §. 2. Nauar. conſil. 7. nu. 2. de Sent. excom. Silu. verb. Beneficium. 3. poſt princip. Et eſt ratio, quia nemo priuandus eſt iure ſuo, etiam lite pendente; niſi cauſa cognita, & ſententia mediante, cap. 1. Vt lite pend. & dict. cap. Nonne. cum dictis à Couar. vbi ſuprà. Fel. in cap. Cùm dilectus. notab. 3. num. 5. de Accuſation. Innocent. in cap. Ex tenore. num. 3. in fin. de Tempor. ordin. idē Fel. in dict. c. Cùm non liceat. col. 1. poſt gloſſam in cap. Sacerdos. in 1. 2. quæſt. 7. Quam commendat Nauar. in cap. 1. §. Laboret. de Pœnit. diſt. 6. poſt Abb. in capit. Ex parte. num. 4. de Accuſation. Faciunt not. Different. 20. ſub verb. Pœna. num. 3.

2 At in Foro conſcientiæ, non tenentur ſubditi obedire Prælato quem ſciunt, etiam priuatim, (dummodò id probari poſsit) nō eſſe verum Prælatum; vt docent D. Anton.

3 Silu. & Naua. locis ſuprà relatis. Pro quibus facit, licèt maritus non poſsit diſcedere ab vxore adulterante, niſi Iudicis authoritate, cap. Ex parte. cap. Sponſa. cap. Significaſti. de Diuort. benè tamen poſſe ei denegare debitum coniugale. cap. Dixit Dominus. 32. quæſt. 1. ſic intelligendum, ſecundùm Sot. in 4. diſt. 36. quæſt. vnic. art. 3. & Nauar. cap. 22. nu. 24. Facit etiam gloſſa in ſumma 24. quæſt. 1. dum dicit. Si Prælatus meus eſt occultè hæreticus, non teneor in occulto abſtinere à celebratione, licèt me excommunicauerit; niſi tantùm in publico. Quam gloſſam ſequitur Felin. in c. fin. de Hæret. per quā dicit, Prælato hæretico occulto poſſe denegari in occulto obedientiam. Quod eſt originale Dictum Innoc. in cap. 1. de Schiſm. commendatum à Panor. in cap. Ad probandum. num. 17. de Re iud. vbi ait quantūcumque excommunicatus toleretur (dummodò probari poſsit eſſe excommunicatum) ſi vocet aliquem ad Ordines, vel ad alia Sacramenta; poſſe ei dici, Non recipiam hoc à te; quia es excommunicatus. vnde tibi participandum non eſt. & hanc pariter eſſe legitimā cauſam appellandi; ſi Prælatus eum compelleret. Sed hoc Dictum erat verum ante Extrauag. Ad euitanda ſcandala. Hodie ſecùs eſt dicendum. Sic etiam limita gloſſam, verb. Officium. in cap. Præter. § Verùm. diſt. 32. Vnde attento præallegatas doctrinas fundari in peccato quod committebat ſubditus communicando cū Prælato (vt patet ex Abb. dicto num. 17.) puto hodie ceſſare, cum ceſſet peccatum ex dicta Extrauag. Et ita tenet Fel. in cap. Rodulphus. num. 40. de Reſcript. & in cap. Si verè. num. 7. de Sent. excom.

(Right margin, beside the lines beginning "ficaſti" and "ſa in ſumma": 4, 5)

SVMMARIVM.

1 *SACERDOS non approbatus: vel non habens commiſsionem ab Epiſcopo, vel Parocho; ſi audiat publicè confeſsiones ſine dicta approbatione; vel commiſsione: pœnitentes excuſantur quoàd Deum. Quod intellige vt hic.*

2 *Limitatur vndecim caſibus Concil. Trid. ſeſsione 23. cap. 15. quatenus requirit approbationem Ordinarii ad confeſsiones audiendas. quos hic vide.*

3 *Religioſi an poſsint confiteri non expoſitis à ſuis Prælatis, & an ad id iuuet Bulla Cruciata. Tractatur hoc latè.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 INFERTVR tertiò ex dicta l. Barbarius, eum qui non approbatus ad audiendas confeſsiones, audiret ſine approbatione; vel non habentem commiſsionem ab Epiſcopo,

ſcopo, vel parocho, ſi audiret publicè pœnitentes carentes Bulla, & reputetur eſſe approbatus, vel habere licentiam ad audiendas confeſsiones: excuſare pœnitentes quoàd Deum, ob communẽ errorẽ. gl. ver. Auditurae. in Clem. Dudum. de Sepult. Idem docet poſt Calder. Felin. in cap. Si verè. num. 7. de Sent. excom. & Caiet. in Summa, verb. Confeſsio. 3. poſt princip. Licèt enim communis error quoàd Sacramenta nihil operetur, operatur tamẽ multum in hoc caſu propter fidem Sacramẽti: non quòd talis confeſsio ſit ſacramentalis, nec per eam fiat quis de attrito contritus; ſed quòd eſt excuſatus quoàd Deum, & Eccleſiam, qui cum tali bona fide cõfitetur dùm eſt ignorans.

2 Ex quo colligitur ſingularis declaratio, & limitatio ad Concil. Trid. Seſsione 23. cap. 15. vt approbatio, de qua ibi, licèt deficiat in Confeſſario; ſi tamen pœnitens bona fide confiteatur non habenti eam, & communiter ſe gerenti, tamquam approbato: talis bona fides cum communi errore, excuſet pœnitentem, quoàd Deum, per dictam l. Barbarius. intelligendo prout ſuprà. Pro cuius illationis confirmatione vide plura exempla per Lap. allegat. 89. nu. 8. cum ſequentibus. Sed obſerua talem excuſationẽ intelligi durãte ignorantia. Nam poſtquam ſciuerit non fuiſſe approbatum, vel ſine licentia Parochi, vel Epiſcopi, audiuiſſe cõfeſsiones: tenetur pœnitẽs iterare confeſsionem, per gloſſam illam ſolennem in cap. Dudum. 2. de Elect. & fuit ita reſponſum per Cardinales Concilii, vt habeo in meis reſponſis, num. 764. quæ ſic habet. *Fuit dubitatum an is qui confeſſus fuerit peccata Cõfeſſario nõ approbato, fuerit benè abſolutus; vel potiùs dicatur confeſſio nulla. Et fuit dictum, confeſsionem eſſe nullam. Fuit item reſolutum quòd ſi ille qui confeſſus fuerit, ignorauerit Confeſſarium non eſſe approbatum; vel cogitauerit non requiri approbationem: tunc ob fidẽ quam habuit in Sacramento; quoàd Deum eſſe abſolutum. Et ſi deinde ſciuerit illũ non eſſe approbatum, vel requiri approbationem, tenetur reiterare confeſsionem.*

Et pro ornatu dicti c. 15. Concil. Trid. licebit aliàs fallẽtias, ſeu limitationes in præſentiarũ tradere, in quibus valet confeſsio facta nõ approbato ab Ordinario. Sit ergo 2. fallentia, in Regularibus Ordinum mendicantiũ, aliàs doctis, & legitime præſentatis Epiſcopo à ſuis Prælatis, & ab ipſo ex maleuolentia, & ſine cauſa reiectis. Nam ipſo iure per dictam Clement. Dudũ. cenſentur approbati, & ſic in ipſis, & aliis gaudentibus eorũ priuilegiis ſufficit licẽtia petita; licèt nõ obtineatur. Ita poſt plures à ſe citatos docet Henriq. de Pœnit. lib. 3. c. 6. §. 4. in tex. & gloſſa, L. & M. & in ſpecie etiã poſt dictum Concil. Trid. docent Nauar. cap. 27. nu. 262. Palac. in 4. diſt. 17. quęſt. 7. Suar. 4. par. diſput. 28. ſect. 5. à nu. 13. quia lex generalis poſterior, limitatur per ſpeciale ius antiquũ. l. Sed & poſteriores. ff. de Legib. gloſ. Recepta. in Auth. Offeratur. C. de Litis cõteſt. (limitans dictam Auth. per priorem.) l. Sciendũ. ff. Qui ſatiſd. cogãtur. docet latè Hẽriq. ſuprà in gloſ. N. & Naua. in Man. reform. c. 27. nu. 254. verſ. Tertiò. in fine. Sed aduerte hanc fallentiã vix practicari, quia Epiſcopi ſunt ita circũſpecti, & Religioſi, vt rarò hic caſus cõtingat. Tũ quia in dubio potiùs præſumendum eſt cũ quis reiicitur, eſſe propter inſufficientiam, vel aliũ defectũ in moribus, & vita; ne præſumamus delictũ, maximè in Superiorib. contra l. Meritò. ff. Pro ſocio. Tùm quia nõ eſt rationi conſonũ, vt poteſtas per Concilũ dict. c. 15. Ordinariis data, ſubdatur cenſuræ Pręlatorũ Regulariũ, An ſc. ſit benè facta approbatio, vel repulſio, nec ne. Et caſu quo contrariũ ipſis videatur; non ſtetur arbitrio Ordinarii, ſed Regularium Prælatorum, qui in propria cauſa malè iudicare poterunt. Tùm quia daretur materia ſcandali, ſi contra voluntatem Ordinarii quis vellet ſuas oues confiteri. Et ita meritò contrarium defendit Suar. diſput. 28. ſect. 5. n. 13. cum duobus ſequentibus.

Tertiò fallit in Epiſcopis, & Prælatis exemptis, vt ſunt Abbates, Priores, Guardiani, & ſimiles, per rationẽ de qua in præcedenti Fallent. quia per c. fin. de Pœnit. & remiſsion. poſſunt prędicti eligere Confeſſarium, quem voluerint, etiam ſimplicẽ Sacerdotem; ſiue Regularem, ſiue ſecularem, ſecundùm Sot. in 4. diſtin. 18. quæſtione 9. artic. 2. verſ. Similiter. Ergo diſpoſitio genera-

Digitized by Google

generalis dict. cap. 15. Concilii limitanda eſt per dict. cap. fin. ſpeciale. Vnde videtur priuilegium dicti cap. fin. durare etiam hodie poſt Concilium. Intellige tamen durare quoàd Epiſcopos, ſi eligant aliquem ex ſuis ſubditis, licèt non ſit ex expoſitis, ſeu ab eo approbatis. Nec mirum, quia eo ipſo quòd eligũt aliquem ex ſuis ſubditis, cenſentur ipſum approbare quoàd ſe; cùm non ſit minoris efficaciæ approbatio quæ fit facto, quàm ea quæ fit verbo. Argum. l. Paulus reſpondit. in fine, ff. Rem ratam haberi. non tamen poterunt eligere aliquẽ non ſubditum; niſi ſit ex approbatis per Ordinarium illius: ſecundùm quandam declarationem Illuſt. Card. Concilii Trid. quæ ſic habet. *Greg. 13. Audita relatione S. Congreg. Concilii declarauit Epiſcopos vigore priuilegii, de quo in cap. fin. de Pœnit. & remiſſion. non poſſe eligere ſibi Sacerdotem, ſibi non ſubditum, qui à proprio Ordinario nõ fuerit adhuc ad formã huius decreti Concilii admiſſus, ſeu approbatus ad audiendas confeſsiones.*

Sed certè non caret difficultate huiuſmodi reſponſio; quia ſi Epiſcopus poteſt approbare Sacerdotem alterius diœceſis ad ſuas oues, vt eſt notum, & quotidie practicatur, teſte Suar. ſuprà num. 12. & 13. cur non poterit, & ad ſe? nam per regulam traditam, verb. Iuriſdictio. Differentia. 11. num. 8. & 9. Poteſt Prælatus quoàd ſe idẽ, quod poteſt quoàd ſubditos. & tetigimus, etiã dict. verb. Iurſdictio. Diffe. 15. Nec huiuſmodi reſponſiones faciunt ius, nec ſunt pluſquam probabiles opiniones, teſte Nauar. conſil. 34. de Prębend. etiam ſi aditus ſit Papa pro declaratione dubii; cùm fiat declaratio per Papam, vt Doctorem; non vt legiſlatorem: nec adhibet conſilium Cardinaliũ, vt fieri ſolet in legibus condendis. Quare ſalua reuerentia tantorũ Patrum, & eorum cenſura, puto poſſe ab Epiſcopo eligi quemcunque, etiam non ſubditum; dummodò ſit approbatus ad ſuos ſubditos. Quod ergo operatur dicta reſponſio Card. eſt, non poſſe ab Epiſcopo eligi ſibi ſoli aliquem familiarem, vel quemcumque non ſubditũ indiſtinctè. vt not. Suar. ſuprà Sect. 6. num. 13. Sed non video rationem diuerſitatis, quare non poſsit Epiſcopus eligere ſibi non ſubditum; niſi ſit approbatus etiam quoàd ſuos ſubditos: poſsit tamen id facere, ſi eſt ſibi ſubditus; cùm in vtriſque militet ratio ſuperius tacta, nempè eligendo, vel confitendo ei, ſiue ſit ſubditus, ſiue non ſubditus; cenſeri eum approbare. Quare cenſeo poſſe eligere quẽcũque indiſtinctè. vide quæ diximus verb. Iuriſdictio. dict. Differ. 15.

Quoàd Prælatos verò Regulares proculdubio dicendum eſt durare indiſtinctè dictum priuilegium; quia Concilium circa Regulares nihil innouauit, teſte Naua. cap. 4. num. 2. Henriq. & aliis per eum citatis tit. de Pœnit. lib. 3. cap. 13. in princip. & de indulg. cap. 28. §. 1. Ledeſ. de Pœnit. Difficult. 23. col. 3. in fine, Vega. verb. Confeſſor. cap. 25. contra Angles. de Confeſ.

Aduerte prætereà circa dictum cap. fin. licèt priuilegium dicti cap. de Iure, tantum erat Epiſcoporum, & aliorum Superiorũ; nec non, & inferiorum Prelatorum exemptorum: conſuetudo tamen ante Conciliũ Trid. dictum priuilegium extenderat ad omnes Curatos, licèt non ſint Prælati; immò, & ad omnes Sacerdotes, vt docet Sot. vbi ſuprà; propter neceſsitatem quotidie communicandi, & celebrandi. Sed hodie poſt Concil. Trid. ſecùs eſt dicendũ quoàd Sacerdotes ſeculares. Intellige non poſſe eligere quemcumque, ſed tantùm approbatum, & hunc vbicumque, etiam ſine Bulla: quia adhuc retinent dictum priuilegium. Ita Viualdus in ſuo Candel. Aur. de Confeſsione. num. 28. concluſ. 4. vt cõſtat ex tempore immemoriali, ad not. in cap. Super quibuſdam. de Verbor. ſigni. & ex tacita licentia Epiſcoporum, & Parochorum. vt diximus, verb. Conſuetudo. Different. 1. num. 2. quicquid dicat in contrarium Fr. Llamas. 1. par. ſuę Summæ. cap. 5. §. 6. An autem maneat quoàd Regulares: dicemus in ſequenti fallent.

Quartò fallit quoàd Religioſos habentes expreſſam, vel tacitam licentiam à ſuis Prælatis, vel per aliquas Bullas, confitendi iis quos elegerint, ſecundùm Sot. ſuprà, & Viualdum in Candel. Aur. tit. de Abſolutione. num. 22. verſ. Quartò. & de Confeſ. num. 28. concluſ. 5. vbi dicit communem.

Nauar.

Digitized by Google

Nauar. cap. 4. num. 2. verſ. In poſtrema editione, quia vt ipſe ait, Concil. Trid. nihil innouauit quoàd ipſos, & de iter agẽtibus tenuerunt multi Salmanticen. Magiſtri conſulti, teſte Petro Salas è Societate Ieſu in Lect. Bullæ Cruciatæ, ſeu cuiuſdã Iubilęi. Sed cõtrariũ tenet Rodrig. in Sũma 1. p. c. 60. num. 6. cui fauet Bulla Crucia. quæ licèt Regularibus eam ſumentibus concedat licentiam eligẽdi Confeſſariũ: requirit tamẽ vt ſit vnus ex approbatis ab Ordinario. Sed Bulla in hoc magis loquitur cũ ſecularibus. Fauet etiã Priuilegiũ impetratum à Societate Ieſu, de quo infrà. Fauet deniq; declatio facta à Clem. 8. Regulares nõ poſſe cõfiteri niſi expoſitis à ſuis Prælatis, vt docet Vega ſuprà caſu 2 &. 3.

Poſſent tamen concordari d. opiniones; nempè, opinionẽ Rodrig. & Bullæ Crucia. procedere in cõfeſsionibus factis per Religioſos nõ habẽtes licentiã à ſuis Prælatis; vel non itinerantes, ſed cõmorantes in ſuis Monaſteriis. Hi enim debent confiteri expoſitis à ſuis Prælatis, vel approbatis ab Ordinario. Opinionẽ verò aliorum procedere in itinerantibus, vel degentibus extra Monaſteria, vel aliàs habẽtibus à ſuis Pręlatis licentiã confitendi quibus voluerint, etiã non expoſitis. Nã Regulares poſſe de Superioris licentia eligere non approbatũ ab Epiſcopo, docet Sot. ſup. & Henriq. de Pœnit. lib. 3. c. 13. in princ. & de Indulgent. c. 12. §. 4. & c. 13. §. 7. & dat rationẽ ſæpe dictam; quia Conciliũ non loquitur de Regularibus. At Superior pro ſuis Regularibus poteſt approbare idoneũ, vt poteſt Epiſcopus. Idẽ docet in tit. de Indulgẽ. c. 28. §. 1. dicẽs Prælatũ poſſe delegare Sacerdoti alterius Ordinis, aut ſeculari, etiã per Epiſcopũ non approbato, vt abſoluat ſuos. Quod, inquit, conceſsit Xyſtus 4. Mendicantibus, & Leo 10. etiã dũ iter agerẽt; & Greg. 13. idẽ conceſsit Societati Ieſu anno Domini 75.

Hodie verò per dict declarationẽ Clem. 8. nec virtute Bullæ, nec aliorũ quorũcũq; Iubileorum poſſunt Regulares cõfiteri, niſi expoſitis à ſuis Pręlatis, vel aliàs de eorum licentia; vt defendit latè Fr. Llamas in ſua Sũma, cui titulus, Epithome curatiois animarũ. 1. p. c. 5. §. 8. 9. & 10. & ſic, etiã quoàd caſus reſeruatos Sedi Apoſtolicæ non poſſunt eligere aliquẽ Confeſſariũ ſecularem; licèt ſit approbatus ab Epiſcopo; nec vllũ alium Regularẽ alterius Ordinis. Quod intellige dum cõmorantur intra Monaſteria. Nam circa itinerantes, & comorantes extra Monaſteria, dic vt ſuperius eſt reſolutũ. Intellexi tamen non ſeruari in practica dictam declarationem per Religioſos Bullam Cruciatæ habentes, vt annotauimus ſub verbo Bulla Cruciatæ. Differentia 1. numero 3.

3 Eſt tamen pulchrum dubium, an ſi Religioſus accipiat Bullam Cruciatæ de licentia ſui Prælati; vel Prælatus accipiat dictas Bullas pro ſuis Subditis, (vt ſit inter nos) an dicto in caſu poſsit eligere impunè quemcumque Confeſſarium approbatum, etiam ſi non ſit de expoſitis per eum. Et puto poſſe ex tacita licentia ſui Pręlati; & ita communiter practicatur per exiſtentes extra Monaſteria. Nec irritam putarem abſolutionem factam etiam intra Monaſteria. Puniri tamen poſſet Religioſus pœnitens, ſi id probari poſſet; cùm non ſit veriſsimile vt dictam tacitam licentiam in hunc caſum, ſaltem libentèr, Prælatus extẽdere voluerit. Sed de hoc latiùs ſub verb. Abſolutio. in Differ. 1. num. fin. & verbo Bulla Cruciatæ. dict. Differentia 1. nu. 3.

Quintò fallit regula dicti cap. in Prælatis Religionum, vt ſunt Priores, Guardiani, Miniſtri, & ſimiles. Hi enim licèt non habeant approbationem, & licẽtiam ab Epiſcopis, poſſunt nihilo minus audire confeſsiones ſecularium. Ita poſt Mãcio, Gallo, Medina, & Bañes, tenet Henriq. de Indulgent. cap. 12. §. 3. in gloſſa R. in fine, & ſecutus eſt P. Salas, in quadam Lect. quoàd habentes Bullam Cruciatæ Ratio eſt, quia quãuis ſtrictè non habeãt Beneficiũ parochiale; largo tamen modo dicũtur ipſum habere; quia habent curã animarum, & ſunt cõmunitèr probatiores, & digniores, tam literis, quàm moribus; quàm plerique ex ſecularibus habentibus Curata; & conſequenter per eos ſufficienter ſatiſit menti Concilii. & ita tenendum eſt; quicquid dicat Suar. tom. 4 ad 3. part. D. Thom, diſput. 28. ſect. 4. numero 21. & Rodrig. in Explicat. Bullæ. §. 9. dub. 1. num. 4.

Sextò fallit in Doctore, vel Licentiato

Sanctæ Theologiæ, vel Canonum, graduato in Vniuerſitate approbata. Quia tales præcipuè approbantur ibidem per Papam. Eius enim authoritate conferuntur gradus. Ita in publica lectura Salmanticæ tenuit Gallo, & alii viri eruditiſsimi, teſte Rodrig. dict. §. 9. nu. 4. vbi ipſe poſt Cordub. caſu 16. & Gutier. in Quæſtion. Canon. cap. 6. num. 9. tenet contrariũ. Et meritò. Quia ad approbationẽ pro cõfeſsionibus audiẽdis, non tantùm attenduntur literæ; ſed etiã vita, mores, & alia, vt rectè aduertit Cordub. vbi ſuprà. Idem tenet Henriq. de Pœnit. lib. 3. cap. 6. §. 2. dicens hac approbatione egere etiam Doctorem; ſed non eſſe examinandum.

Septimò, fallit in electo per Parochũ ad ſuas oues. Ita refert Vega, verb. Confeſſor. caſu 41. ſenſiſſe Fr. Mag. Orellana; & ſæpè reſpondiſſe Fr. Bart. Medin. Sed in contrarium eſt veritas, prout reſoluit Rodrig. in ſumma 1. par. cap. 60. num. 2. & Henriq. de Indulgent. cap. 28. §. 6. in gloſſa E. & dicemus verb. Parochus. Diff. 4. quia approbatio eſt quid iuriſdictionis, quam non habẽt ſimplices Parochi.

Octauò, fallit in Religioſo approbato per vnũ Epiſcopũ ad audiendas confeſsiones ſecularium, & iter agente. Nã talis, non repugnãte Parocho, poteſt vbicumque audire confeſsiones ſeculariũ ſine approbatione Epiſcopi; dummodò eius copia in eo loco haberi nequeat. Ita cõceſsit Greg. 13. patribus Societatis Ieſu, teſte Claud. verb. Confeſſarius. §. 2. & poſt Gutier. tenet Rodrig. dicto §. 9. n. 144. concluſ. 11. & Henriq. poſt alios de Indulgent. cap. 28. §. 2. in fine. Quinimmò generalius tene, Regularẽ ſemel approbatũ ab vno Ordinario, poſſe in Foro cõſciẽtiæ, audire cõfſiones quorumcumque ſecularium vbique terrarũ. vt latè defendimus verb. Abſolutio. Diff. 1.

Nonò, fallit quoàd peccata venialia, & mortalia ſemel ritè confeſſa, vel etiã oblita. quia talia peccata poſſunt poſteà confiteri non approbatis; vt de venialibus docẽt omnes; & plures refert Viual. in ſuo Cãdel. Aur. de Abſolutione. n. 22. De mortalibus ſemel ritè confeſsis, docet Naua. c. 4. nu. 1. & alii adducti à d. Viual. loco ſup. citat. De oblitis quidam tribuũt Adrian. poſt Ledeſ. 2. p. q. 8. art. 2. dub. 8. ſed Henriq. de Pœnit. lib. 3. c. 16. §. 5. in gloſ. D. dicit falsò ipſi tribui; cùm tantùm dicat à non Prælato. Sed quicquid ſit, ego puto probabile eſſe talia peccata oblita (cùm iam ſint directè abſoluta in prima cõfeſsione) poſſe poſteà abſolui à quocumque, etiã non expoſito, ſeu approbato.

Decimò, fallit quoàd cõſtitutos in articulo mortis. Eo enim in caſu quilibet ſimplex Sacerdos eſt veluti Papa ipſi infirmo, ex eodẽ Cõcil. Trid. Seſ. 14. c. 7. & docet Naua. c. 27. n. 72. dũmodò non ſit publicè denunciatus excõmunicatus. Hẽriq. poſt alios de Pœnit. lib. 3. c. 11. §. 1. in gloſ. C. & ita reſcripſit Congregatio Cardin. Concilii ad inſtãtiam Archiepiſc. Valen. cuius declarationis meminimus v. Excõmunicatio. Diſ. 23. n. 2. Addunt aliqui aliam limitationem, ſcilicet dummodò non adſit copia Sacerdotis approbati, vt cõſtat ex alia declaratione dictæ Congregationis, quæ ſic habet. *Congregatio cenſuit Sacerdotẽ alioquin idoneũ, non tamen ad audiendas confeſsiones approbatum, iux. cap. 15. Seſ. 23. non poſſe validè à peccatis mortalibus abſoluere pœnitentem in articulo mortis cõſtitutum, vbi citra mortis periculũ haberi poteſt copia Sacerdotis approbati. Et lõgè id minus, ſi ipſe met Parochus præſens id prohibeat, paratuſq; ſit infirmi confeſsionẽ audire, illumq; abſoluere: nec vlla ſubſit cauſa, Parochum ipſum recuſandi.* Et ita docent plures, quos refert Henriq. dicto in cap. 11. §. 4. in gloſſ. V. Obſerua tamen virtute Bullæ Cruc. poſſe nimirùm infirmum etiã præſente Parocho, confiteri alii etiam non approbato. ſecundùm Naua. conſi. 15. de Pœnit. & remiſ. quẽ ſequitur Rodrig. in Sũmma 1. p. c. 59. nu. 5. in fin. Et nos tenuimus, etiam ſi infirmus non habeat Bullam Crucia. in d. Diſ. 23. n. 1 ante fin. per rationes, de quibus ibi.

Vndecimò, fallit quoàd conſtitutos in probabili periculo mortis, quando commodè haberi non poteſt copia Sacerdotis approbati. Ita docẽt plures quos refer, & ſequitur Henriq. dicto in cap. 11. §. 3. in tex. & gloſſa Q. dicens ita in praxi obſeruari, contra Sot. Canum, Caiet. & alios quos refert idem Henriq. lit. P. cùm eadem ſit ferè ratio de probabili periculo mortis, & de arti-

Digitized by Google

de articulo; & in iure equentur.cap.Eos.de Sent.excommunicat.lib.6. aliàs multi ſępe decederent abſq; Sacramēto Pœnitentię.

Duodecimò fallit in Papa qui poteſt ſe ſubiicere cuicūque Sacerdoti quē voluerit, & abſolui à quocumque Sacerdote, ſecundùm gl. verb. Terminandam. in cap. Sanè. 2.de Offic.Deleg.quam ad hoc dicit communiter approbatam Nauar. in cap. Placuit.num. 9. de Pœnit. diſt. 6. & eam dicit ſing. Abb. in cap. Omnis vtriuſque ſexus. de Pœnit.& remiſ. & eam commendat idē Abb.in cap.fin.de Conſtitu. Vide Flamini. Pariſi. de Reſigna. Benefi. lib.3.quæſt.vlt. num. 113.& 131. vbi allegat dict. gl. ad hoc, vt qui non habet Superiorem,poſsit committere alteri abſolutionem ſui ipſius. Idem docet Feli.in cap. 1.num.33.de Conſtit. & in cap. Præterea. num.20. de Sponſa. Faciunt not. verb. Obedientia.Differ. 1.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſarius notabiliter ignarus, ſed cōmuniter reputatus idoneus, validè abſoluit: adeò vt Pœnitens non teneatur reiterare confeſsionem poſt cognitam eius ignorātiam: quamuis aliqui contra.*

2 *Pœnitens habens caſus intricatos, & quęrens Confeſſarium idiotam, & ignorantem, tenetur reiterare confeſsionem.*

3 *Quæ ſint ſubſtantialia ex parte Confeſſarii, vt ſacramentum valeat, & quæ non.*

4 *Pœnitens confitens mortale pro veniali, nihilo minus validè abſoluitur.*

5 *Tam Confeſſarius ignorans, quàm Superior ipſum approbans, ſeu exponens, peccāt mortaliter. nec Confeſſarius excuſatur ex obedientia.*

6 *Excōmunicatus denunciatus, ſi eſt publica perſona, valēt geſta per eum, vbi ignoratur.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 Quartò infertur ex d.l.Barbarius. vbi eſt expoſitus Cōfeſſarius notabiliter ignarus, neſciens diſtinguere inter peccatū mortale, & veniale;nec diſcernere inter leprā, & lepram,nec alia neceſſaria ad dictū Sacramētū benè adminiſtrandū: ſi aliàs cōmuniter reputetur idoneus.puta, quia efficitur Vicarius alicuius Cōuentus, vel aliàs approbatur ad confeſsiones recipiendas: tali communi errore, & approbatione excuſari Pęnitentē,bona fide ad eū accedentem, & validari confeſsionē. adeò vt non teneatur d.Pœnitens reiterare confeſsionem,etiam poſtquàm reſcierit eius ignorantiam. Ita poſt Gabr.Adria.Medin.& alios,dicit hanc partem probabiliorē Suar.4.tom.ad 3. par. D.Tho.diſp.28.ſect.2.nu.12.& 14.c.19.§. 4.poſt med.Cordu.caſu 9. & Henriq.lib.2. de Pęnit.c.14.§.5.Quāuis contrariū teneat Silueſt.verb.Confeſsio.1.q.3.Naua.c.9 nu.
2 9.Richar.in 4.diſt.17.art.2.q.8. quorū doctrina admittenda eſt, caſu quo Pœnitens habeat caſus intricatos,& difficiles;& ſciēs ignorantiam Confeſſarii, nihilo minus accedat ad eum. Tūc enim talis cōfeſsio reiterāda venit.Tum propter defectū contritionis,& integritatis confeſsionis. quippe peccauit mortaliter accedendo ad eū. Tum quia talis cōfeſsio circa caſus intricatos, & arduos perinde eſt nulla, ac ſi fuiſſet facta Confeſsario dormienti; vel alia agenti, & non intelligenti; propter ignorantiā notabilē Confeſſarii.Ita D.Anto.ſup. & Cordu. ſup.& Henriq.lib.3.de Pœnit. capit. 26. in fin.vbi in gloſſa K. plures citat. extra quē caſum non videtur reiterāda ob cauſam dictæ ignorātię; cùm ad ſubſtantiā Sacramē-
3 ti ex parte Confeſſarii ſufficiāt tria. Primū, vt habeat iuriſdictionē in actu ad adminiſtrandā abſolutionē; ſiue ſit ordinaria, ſiue delegata.Secundū, vt ſciat formā abſolutionis.Tertiū, vt habeat optimū, ſeu bonū intellectum, ita vt non ſit omnino ſimplex. Quæ tria cùm ſupponamus inueniri in quolibet expoſito, & approbato; vix, aut rarò continget, vt ex deffectu neceſſarię ſcientiæ, vel notabilis ignorantiæ Confeſſarii, Sacramentum ſit nullum, & inde reiterandum; vt dicit Nauar. in dicto capit.9.& Suarez ſuprà numero 10. Veruntamen erit ſæpe abſolutio,& pœnitentia iniuſta, ſi neſciat Confeſſarius cognoſcere grauitatem peccatorū, & eorum

Digitized by Google

ſpecies, ac circumſtantias aggrauantes, & mutantes ſpeciem peccati, & ſimilia. Scire autem hoc eſſe peccatum mortale, aut veniale; non eſt de ſubſtantia in Confeſſario ad validitatem ſacramenti, vt docet Suar. ſup. num. 15. cum ſequentib. ſed ſufficit vt pœnitens confiteatur integrum factum; & vt Sacerdos percipiat illud ſub ratione talis culpę, & abſoluat. Quod patet. Quia iuxta probabilē multorum Doctorum ſententiam, quamuis pœnitens confiteatur aliquod peccatum, vt veniale, quod verè eſt mortale; & Confeſſarius in eadem ſit ignorantia: non tenetur poſteà pęnitens iterum confiteri tale peccatum, vt tradit Cordub. poſt alios, quæſt. 9. Et dat rationē, quia non eſt de neceſsitate, & valore huius Sacramēti, vt Sacerdos, & pœnitens cognoſcant totam grauitatem culpæ. Tum, quia ſecundū Victor. nu. 155. in Summa, quando Confeſſarius ſcit diſcernere in communibus peccatis, an ſint mortalia, nec ne; quamuis aliqua minùs communia ignoret, & apprehēdat vt venialia, cùm ſint mortalia; non eſt ſcrupulus inijciendus in pœnitentem, vt teneatur hæc iterum confiteri. Tum deniq; quia aliàs ſequeretur, quoties Sacerdos nō intellexiſſet circumſtantiis mutari ſpeciem, etiam ſi pœnitens illas ſufficiēter declararet; poſteà cognita ignorantia Sacerdotis à pœnitente, teneri iterū ea cōfiteri. quod oneroſam nimis redderet confeſsionem.

Conſulerem tamen ſingulis Confeſſariis ignaris, ne indiſtinctè omnium confeſsiones audiant, ſed tantùm pœnitentiū literatorum, vel ita frequentantiū Sacramentum Confeſsionis, vt vltra peccata communia, vix alia afferre poſsint. Qui ſi aliquādo aliqua extraordinaria audiant, conſulant tunc temporis peritos, antequàm eos abſoluāt.

5 Licèt autē abſolutio eorum ſit valida (vt prędiximus) niſi in caſu excepto; nihilo minus tam ipſe Confeſſarius, quàm Superior ipſum approbās, & exponēs ad confeſsiones, peccāt mortaliter, cū ſit res grauis huiuſmodi negotium ad quod aſſumitur; & ſe exponat euidēti periculo adminiſtrādi malè, & iniuſtè hoc Sacramentū Pœnitētię, tā ob ignorantiā caſuū reſeruatorū, & excommunicationū, & periculorū proximorū ad peccatū; quàm diſpoſitionū ipſorum Pœnitentiū, & caſuū reſtitutionis. Ita poſt Nauar. cap. 4. nu. 2. & 5. tenet Suar. ſup. nu. 6. & 8. & Henriq. lib. 3. de Pœnit. c. 26. §. 9. Faciūt dicta ſub verb. Parochia. Dif. 9. Addit idē nu. 7. cum eodem Nauar. d. c. 4. n. 3. & 6. contra Palud. in 4. diſt. 19. q. 1. art. 1. ad fin. & Silu. nō excuſari à prædicto peccato, licèt ex obediētia acceptet Cōfeſſarius dictū munus. Quia obedientia non poteſt ipſum efficere de indigno dignum, nec de ignorante eruditū. Sed tātùm cùm dubitat de ſua ſufficientia, tunc obedientia excuſat, adhærēdo opinioni Superioris. Idē tenet D. Anto. 3. p. tit. 17. c. 16. §. 1. in fin. licèt malè eū alleget Suar. ſup. pro cōtraria parte, verum tamen eſt à D. Anto. poni duos caſus, vnum de acceptante inuitè, & nō habente ſufficientem ſcientiā. Hunc dicit excuſari, ex obediētia. Alterū de omnino inepto. Et hunc ait non excuſari. Et ſic intellige dicta ſup. cui adde Rebel. de Oblig. iuſt. 2. p. lib. 17. q. vuic. n. 4. vbi dicit peccare mortaliter, & ad reſtitutionē teneri eū qui ſe offert, & dubitat de ſua inſufficientia. ſecùs ſi per obedientiam.

Quare Superiores Ordinū multū caueāt, ne tales ignaros literarū, & aliàs notabiliter inſufficiētes, ad tātū onus, & miniſteriū ita graue, quale eſt cura animarū, ad Sacramentū Pęnitētię euehāt, & pręficiāt in Vicarios; vel exponant in Confeſſarios ordinarios; ſi irā iuſti, ac tremēdi Iudicis incurrere noluerint: pręferātq; ſalutē animarū omni familiaritati, vano honori, ſiue notæ; licèt de excluſione aliquorū ineptorū ex antiquis à dicto miniſterio, aliqui cōquerantur.

6 Quintò infertur ex d. l. Barbarius. licèt geſta ab excōmunicato denuntiato ſint nulla, c. Ad probandū. iūcta ibi glo. recepta, verb. Caſſata. de Re iud. quod eſt conſtans apud omnes, teſte Suar. tom. 5. diſp. 14. ſect. 1. n. 4. Si tamen ſit de facto occultus, vt quia publicè ignoretur; vel in vno loco denunciatus, in alio pro nō excommunicato publicè habeatur: iſto in caſu, geſta ab eo ratione publici officii in eo loco, vel corā illis qui neſciunt eſſe denunciatū, valere, & tenere, per d. l. Barbarius. Ita Panor. & eius Addit. in c. Ad noſtrā. 3. nu. 6. de Iure. iur. & in cap. Sciſcitatus. n. 3. de Reſcrip. Et hanc eſſe veriorem opinionem teſtatur Couar. in cap. Alma. 1. part. §. 11. numero 4. Soto in 4. diſt. 22.

Digitized by Google

diſt.22.quæſt.2.art.1.col.vlti. Nauar.capit. 27. nu.7.Mantua.lib.3. Communium. cap. 1.contra gl.in Summa 24. quæſt. 1. quam dicit communem Ledeſma in 4.quæſt. 24. art.3. Ratio eſt,quia tunc vrget neceſsitas, vel vtilitas publica; & notitia quæ in alio loco habetur,impertinens eſt ad ea quę in alio loco geruntur. Et ſic huiuſmodi excõmunicatus, quoàd hunc effectum, cenſetur occultus;& non tam ex iure nouo Extrauag.Ad euitanda ſcandala. quàm ex iure antiquo,quod in nulla re per nouum reſtrictum eſt, ſed amplificatum tantùm; vt egregiè docet Suar.ſup.ſect.2.num.16. Pro quo optimè inducit dictam l. Barbarius. Abb.dict.cap.Sciſcitatus. Nam dicit veriſimile eſſe in partibus dictorum ſeruorum eſſe notorium eos eſſe ſeruos; & tamen actum ſuſtineri, ſi in loco iudicii putabantur liberi. Et addit vbi quis fuit publicè excõmunicatus, & cõmuniter dicunt quãplures illud ignoraſſe, talem ignorantiam non eſſe probabilem, ſed craſſam; & ideò actum ab eo non ſuſtineri, per cap. penult. de Cleric.excommunic.

SVMMARIVM.

1 *GESTA à Prælato non vero, ſed putatiuo; valent.*

2 *Quod intellige,cùm à principio habuit titulum, aliàs ſecùs.*

3 *Quæ requirantur ad l.Barbarius.*

4 *Geſta à tabellione putatiuo; & ſimiliter à patrono, electore, vel collectore putatiuis, & non veris, an teneant. Idem de Legato.*

5 *Proles cẽſetur legitima,ſi ſit ſuſcepta tẽpore quo matrimonum putabatur legitimum.*

6 *Extrauag. Martini Quinti, Ad euitanda, licèt loquatur de excommunicatione: intelligitur tamen etiam de ſuſpenſione.*

7 *Geſta per officialem putatiuum valent, etiam poſt detectum errorem.*

8 *Dummodò is in cuius fauorem actus eſt geſtus, neſciuerit veritatem.*

9 *Fallit in excommunicatione,& ſuſpenſione, in quibus non obſtat ſcientia.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 SExtò, infertur ex dicta l.Barbarius. geſta à Prælato putatiuo valere, &
2 tenere dum toleratur. Quod verum eſt in eo qui à principio habuit titulum,& Superioris authoritatem.Nam,licèt poſteà incidat in pœnam priuationis, non patẽtis;vel aliàs amittat titulũ,& hoc ignoretur; valent tamẽ geſta ab eo quamdiu toleratur,quia iuſtè poſsidet,qui authore Prętore poſsidet.l.Iuſtè poſsidet.ff.de Acquir. poſſ. Tũ,quia priuari non poteſt quaſi poſſeſsione, niſi cauſa cognita.capit.Licèt. de Pręb.lib.6. Secùs verò dicẽdum eſt de geſtis ab eo qui titulũ numquam habuit,vt eſt intruſus.Nã non valent geſta ab eo.cap.Ex frequentibus.de Inſtit. Ita diſtinguit Ioan. And.in Regul.Mora. in Mercurialibus. & Iaſ.in d.l.Barbarius.n.52.Abb in c.Ad probandum.n.18.de Re iud. Silu.verb.Cõfeſſor. 1. q. 19. Paul.Comit. poſt alios lib.6. Reſpon.moral.q.58.n.4.& 5.Naua.c.9.nu. 8.& not.ſub verb.Pœna.Diff.20. Et meri-
3 tò.Nam,vt diſpoſitio dictæ l.Barbarius.locũ habeat,duo requiruntur. Primũ,vt is qui reputatur perſona publica,ſit poſita in officio ab habẽte poteſtatẽ;licèt ex aliquo occulto defectu, vel impedimento nõ valuerit nominatio, ſeu erectio; vel poſt nominationem inciderit in aliquod crimen occultum, priuatione dignũ.Secundũ, vt publicè reputetur habilis, & vt talis perſona publica,exerceat ſuũ officiũ.His concurrẽtibus, valent geſta ab eo propter publicam vtilitatem, & cõmunẽ opinionẽ, & poſſeſſionem.Et aliquo ex his deficiẽte, non valent.Ita Bal.& Iaſ.n.15.in d.l.Barbarius.Ex quo latè probat à num.45. geſta à tabel-
4 lione putatiuo non valere; quia talis à nullo eſt creatus. vide Lap. allega. 89. à num.8.vbi pluribus exẽpli probat primam partẽ ſuprà dictę diſtinctionis; vt in patrono,electore,& collectore putatiuis.c. Cõſultationibus.de Iure patron.c.Querellam. de Elect. capit. Cùm olim.de Cauſ.poſſeſs & propriet. Adeò vt non vitientur per eos geſta; licèt poſteà appareat non fuiſſe veros patronos, electores, & collatores. Adde notata infrà Differentia vlti. num. 3.

& intellige hoc, vt ibi habes. Idem in Legato, qui communi opinione putabatur Legatus, licèt non eſſet. Nam valent perpetuò geſta per eum. Et proles cenſetur
5 legitima, ſuſcepta tempore quo communi opinione putabatur matrimonium eſſe verum; licèt verum eſſe non poſſet. capit. 2. & capit. Ex tenore. Qui filii ſint legiti. Hæc, & alia ibi latè videre poteris per Mandoſ. in Addition. Quamuis prædicta exempla non ſint ſimilia materiæ dictæ l. Barbarius. cùm ſint geſta iure priuato, & non iure publici officii, iuxta doctrinam ſolennem Innocent. in capit. Dilectus. num. 5. de Conſuet.

Ex qua reſolutione infertur, geſta à Prælato non confirmato per Superiorem, nullo modo valere: cùm non habeat Superioris authoritatem. Ita Ant. in capit. Nihil. de Elect. Iaſ. in dict. l. Barbarius. nu. 50. immo talis dicitur intruſus, & violentus occupator, ac temerarius, ſecundùm eoſdem.

Infertur deinde confeſsionem factam Priori, vel Abbati, qui nullum titulum bonum, aut malum habuit à Superiore, & abſolutionem ab eo impenſam, nihil valere; & ideò eſſe reiterandas, ſecundùm Panor. in dicto capit. Nihil. & in capit. Dudum. in 2. de Elect. Silueſt. verbo Beneficium. 3. poſt princip. & alios quos refert, & ſequitur Nauar. capit. 9. numero 8. Secùs tamen eſſet, ſi aliquem titulum (licèt malum) habuiſſet; vel aliqua de cauſa bonum titulum, quo fruebatur, occultè amiſiſſet, per cap. 1. 8. quæſt. 4. & capit. Veritatis. in fine, de Dolo, & contum. & docet Innocent. in dicto cap. Nihil. num. 3. & Naua. ſuprà, & Simon. de Reſeru. quæſt. 44. & per ea quæ habes ſub verbo Pœna. in Differentia 20. Hoc vltimum amplia, etiam ſi incurriſſet ſuſpenſionem in ſecreto. Nam confeſsio eidem facta eſſet valida. argumentò eorum quæ diximus ſuprà ſub hoc verbo in Differen. 2.
6 de excommunicato ferente ſententiam; per Extrauagantem Martini Quinti; quæ licèt loquatur de excommunicatione; nihilo minus etiam intelligitur de ſuſpenſione, vt per Nauar. capit. 27. numero 163. in fine. Vnde caue ab Innocent. contrarium tenente in capit. fin. numer. 5. de Exceſsib. Prælat. quia tempore eius adhuc non erat dicta Extrauagans Ad euitanda.

7 Denique pro complemento intellectus dictæ l. Barbarius aduerte, geſta per officialem publicum, eſſe valida, & tenere, etiam poſt detectũ errorem, vt ſup. diximus hoc eodem verbo in dicta Differentia 2.
8 num. 5. verſi. Nec obſtat denique. dummodo is in cuius fauorem actus eſt geſtus, neſciuerit veritatem. Nam ſi is ſciebat non eſſe; puta, verum Prælatum, vel verum Iudicem; & nihilo minus acceſsit ad eum: tunc in odium eius anullantur geſta. Ita ſingul. Calder. relatus ab Abbate num. 15. & à Felin. in cap. Ad probandum. col. 4. de Re iud. de quo ibi facit magnum feſtum pro limitatione dictæ l. Barbarius. & ſequũtur Calder. idē Abb. in cap. Poſt ceſsionem. col. penult. de Præb. & in cap. Sciſcitatus. col. penult. de Reſcript. poſt Ant. de Butr. & Imol. in cap. Dilectus. 2. de Præbend. Rom. ſingul. 464. incipit Lex Barbarius. Milis verbo Error communis. & alii citati à Felin. ſuprà. Vbi tamen limitat prædictũ
9 famoſum Dictum non habere locum in geſtis per excommunicatum, vel ſuſpenſum. Quia, cùm per Extrauag. Ad euitanda. non teneatur quis tales euitare, dum non denũciantur: ideò valebunt geſta, etiam ſi quis ſciens accedat ad eos. Idem docent idem Felin. in cap. Rodulphus. num. 40. de Reſcript. & Nauar. cap. 27. num. 7.

SVMMARIVM.

1 *INSTRVMENTA per Tabellionem occultè excommunicatum recepta, valent.*

2 *Tabellio falſarius nulliter recipit inſtrumenta in vtroque Foro.*

3 *Tabellio publicè excommunicatus, ſi partes velint, poteſt validè recipere inſtrumenta in Foro conſcientiæ.*

4 *Infamis Tabellio rogatus, validè recipit inſtrumenta.*

5 *Teſtamentum receptum à publicè excommunicato, valet in Foro animæ.*

DIF-

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 INFERTVR ſeptimò ex dicta l. Barbarius. inſtrumenta confecta per tabellionem excommunicatum occultè, valere, & tenere ratione publici muneris. Ita tenet expreſsè Suar. 5. tom. de Cenſur. diſput. 16. ſect. 5. num. 2. vbi num. 5. dicit ſecùs in publicè excommunicato, ex cap. Nullus. 2. quæſt. 3. vbi Turrecrem. & alii id tenent. Sed contrarium eſt verius, vt habes verb. Excommunicatio.
2 Differentia 13. nu. 4. 6. & 8. Adde ſi tabellio ſit falſarius in ſuo officio, inſtrumenta ab eo recepta in vtroque Foro non valere. l. Si aliquid. C. de Suſcep. prępo. & arca. lib. 10. Quam commẽdat Abb. in cap. Sicut te. num. 19. Ne Cler. vel Monachi.
3 In Foro tamen conſcientiæ, licèt tabellio ſit publicè denunciatus excommunicatus; ſi tamen rogetur à partibus, vt recipiat aliquod inſtrumentum; valet: & tenebuntur prædictæ partes rogantes, in conſcientia ſtare eidem. Ita notabiliter Suarez ſuprà num. 5. Pro quo facit ab infami poſſe con-
4 fici inſtrumentum, ſi rogetur à partibus, vt voluit Bart. in l. 3. ff. Ad legem Iuliam. repet. & Abb. in d. cap. Sicut te. num. 16. & 19. Ne Cler. vel Monachi. Et ſic inſtrumẽtum, quod alias eſt inualidum, ſuſtinetur
5 ex partium conſenſu. Ex quo infert idem Suarez, ſi teſtamentum ſit receptum à tali tabellione publicè excommunicato; validam eſſe inſtitutionem hæredis in eo factam, quoàd Forum conſcientię. Adde quę diximus. verb. Excommunicatio. dict. Diff. 13. num. 7.

SVMMARIVM.

1 *PRAESENTANS ad Beneficium iuris patronatus laicalis; ſed communi æſtimatione, Eccleſiaſtici: ſi vacet, & impetretur ſine derogatione iuris patronatus laicalis; valet impetratio, in Foro exteriori.*
2 *Secùs in interiori.*
3 *l. Barbarius. quomodo procedat.*

DIFFERENTIA NONA.

1 OCTAVO infertur, per dictam l. Barbarius, ſi Clericus communiter habeatur pro Patrono alicuius Beneficii, & ſit in poſſeſſione præſentandi: ſi tale Beneficiũ vacet, licèt eſſet iuris patronatus laicalis: nihilominus quia vltima poſſeſsio attẽditur. cap. Cõſultationibus. de Iure patron. poſſe impetrari à Papa ſine derogatione iuris patronatus laicalis, & valere prouiſionem quoàd Forum exterius, ſecundùm Cardin. conſil. 69. incipit Vacante. col. 2.
2 In Foro tamen interiori non valere. Ita ſing. Rebuf. in praxi 3. part. ſignaturæ, nu. 26. quia reuerà abeſt mens, & intentio Papæ.
3 Sed aduerte in hoc caſu non prodeſſe regulam dictæ l. Barbarius. Nam communiter habetur, tantùm dictam l. procedere in officiis quæ authoritate, & vtilitate publica ſunt inſtituta, & dantur: non verò in his quæ licèt authoritate publica dẽtur; quoàd vtilitatem tamen, & finem proprium, priuata ſunt, vt eſt officium procuratoris, tutoris, & ſimilium; vt poſt Abb. Silu. & alios tradit Suarez 5. tom. ad 3. part. D. Tho. diſput. 16. ſect. 8. num. 3. Vnde idem dic de patrono. Et ſic communis error non facit valere præſentationes eorum; ſed exiſtentia in poſſeſsione præſentãdi, ex dicto cap. Conſultationibus.

OBE-

OBEDIENTIA.

SVMMARIVM.

1 PAPA nulli ſubditur in Foro exteriori.
2 Secùs in Foro pœnitentiali.
3 An verò ſit ſuprà Concilium, extra caſum fidei, & Sciſmatis, vide hic.

DIFFERENTIA PRIMA.

1 PAPA nulli ſubditur in Foro exteriori; immò eſt ſuper omnes, cap. Cũcta per Mundum. cum ibi notat. 9. quæſt. 3. cap. Si Papa. 40. diſt. etiam ſuper Imperatorem, quia ipſum deponere poteſt, præcedente cauſa legitima. cap. 2. de Re iud. lib. 6.

2 In Foro verò interiori ſubditur ſuo Confeſſario, & eius iudicio, tam ſuper peccatis, & reſtitutionibus faciendis, & damnis reſarciendis (ſi ad nonnulla teneatur) quàm ſuper pœnitentiis ſubeundis, & aliis dictũ Forum concernentibus. Ita tradit gl. 1. in cap. Nemo. 9. quæſt. 3. & in cap. Sanè. 2. de Offi. deleg. verb. Terminandam. communiter approbata teſte Nauar. in c. Placuit. num. 9. de Pœnit. diſt. 6. & commendata à Panor. in cap. fin. de Conſti. & in cap. Significaſti. de Foro compet. poſt Ioa. And. ibi. & in cap. Omnis vtriſque ſexus. de Pœnit. & remiſ. Quoàd pœnas verò ſuarum cõſtitutionum, & aliarum Conciliorũ qualiter teneatur conſulenda eſt ſub verb. Lex. Differentia 10.

3 Et circa primùm Dictum obſerua, Papam à nullo iudicari, nec vlli ſubdi, etiam Concilio generali, vt dicit gl. fin. dict. cap. Nemo. niſi in cauſa fidei; gl. 1. in cap. In iſtis. 4. diſt. & in cap. Quodcumque. verb. Reconciliat. 24. quæſt. 1. quas probat Iacobi. de Conciliis lib. 6. art. 2. & Alban. de Poteſta. Papę, & Concilii 2. par. fol. 17. Nam de crimine hęreſis poteſt accuſari, & iudicari à Concilio generali, vt eſt communis omnium opinio, vt atteſtatur Card. Alexand. dict. cap. Si Papa. & Iaſ. in conſ. 95. col. 5. lib. 4. & Iul. Clarus. quæſt. 35. nu. 2. facit gl. verb. Hortamur. in cap. Sicut. 2. q. 7. An autem poſſit de alio crimine iudicari ab eodem Concilio? videtur quòd ſic, cùm ſcilicet eſt incorrigibilis. ſecundùm gl. fin. receptam in dict. cap. Si Papa. de cuius veritate vide copioſè Iul. Clarum. vbi ſup. Nam hæc cõcluſio eſt valde anceps ac dubia; in ea enim DD. ſunt varii, & contrarii. Sed tu tenè contrarium intrepidè, videlicet non poſſe iudicari: nam extra caſum fidei, & vbi duo contendunt de Papatu, Papam eſſe ſuprà Concilium, conſtat ex eo, quòd Concilia generalia non ſolùm eius authoritate celebrari debent; ſed etiam ab eo confirmari. vt probat tex. in cap. Regula. 17. diſt. iuncto Concilio Trid. in fin. cuius confirmationis quatuor cauſas refert Alphon. à Caſtro lib. 1. de Iuſta hæreti. punit. cap. 6. ſub. fin. Idem etiam conſtat, quia data diſcrepantia inter Papam, & Cõcilium; præualet Papæ ſententia, vbi de fide non agitur. ſecundùm d. gl. verb. Reconciliat. in cap. Quodcumque 24. quæſt. 1. ſimilis gl. in d. cap. In iſtis. 4. diſt. & in cap. Sicut. 15. diſt. & in cap. Ex multis. verb. Ex principali. 1. quæſt. 3. quas refert, & ſequitur Feli. in cap. 1. nu. 5. de Sponſa.

SVMMARIVM.

1 PRINCIPI tyranno obedire tenemur in Foro exteriori.
2 Secùs in Foro conſcientiæ.
3 Quod intellige cum diſtinctione, de qua hic.

Digitized by Google

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 PRINCIPI tyranno in Foro exteriori obedire quis tenetur, aliàs puniretur; vt palàm eſt.

2 In Foro tamen conſcientiæ, non tenetur ſubditus ei obedire; vt eſt communis opinio, teſte Salon de Iuſt. & iur. quæſt. 60. art. 3. col. 275. niſi præſcriptione diutini temporis, aut conſenſu Reip. ſit effectus verus, & legitimus Princeps; vt docet Sot. ita limitans prædictam communem lib. 3. de Iuſt. quæſt. 5. art. 6. Aliàs enim ſicut ſententia à non Iudice lata, eſt nulla, nec obligat in conſcientia ad eius obſeruationem. cap. At ſi Clerici. de Iud. cap. Accuſatores. 3. quæſt. 8. ſic, & mandata à tyranno (quę ſunt veluti ſententia à non Iudice lata) non obligant in conſcientia.

3 Recentiores verò Theologi predictam differentiam admittũt cum hac diſtinctione, nempè, aut tyrannus eſt in fieri, id eſt, adhuc non eſt pacificus in Regno; & tunc procedit Communis: aut tyrannus eſt in facto eſſe, id eſt, iam pacificè Regnum gubernãs; & tunc omnino eſt ei obediendum; quia ita expedit tunc bono communi in tali Regno; ne Reſpublica in perpetuâ ſit perturbatione, ſed aliqua pace, & quiete perfruatur. Ita reſoluit Salon vbi ſupra col. 277. Quod ſatis mihi placet. Nam pro pręfata diſtinctione facit D. Tho. 2. 2. quæſt. 96. art. 4. in corpore ad fin. vbi dicit legem latam à non habente poteſtatem, ſiue authoritatem, non obligare in conſcientia, niſi fortè vbi aliàs eſſet ſcandalum, vel perturbatio Reip. Præterea eadem diſtinctio probatur ex ſacra Scriptura. Nam Romani, tempore Chriſti, erant tyranni quoàd Regnũ Iudæorũ, & tamẽ dict. Iudęis præcepit Chriſtus Math. 22. vt redderẽt Cęſari tributũ. & 1. Pet. 2. dicitur. *Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deũ: ſiue Regi, tamquam præexcellenti; ſiue ducibus, tamquam ab eo miſsis.* Nullus autem tunc Rex erat, niſi Cęſar; neque vllus Dux, niſi qui ab ipſo conſtituti erant.

SVMMARIVM.

1 I*NFIRMVS an teneatur obedire medico in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 INFIRMVS tenetur medico obedire in Foro exteriori, ex quo eum accerſiuit; & eſt poſitus ſub eius cura. Nam videtur celebratus tacitus quidam cõtractus inter infirmum requirentem medicum, & ipſum medicum. Vel ſaltem ex vocatione ipſius eò ipsò cenſetur infirmus velle ſe ſubdere illi; quia aliàs fruſtra vocaretur. Et ideò tenetur de honeſtate, & debito morali illi obedire.

Non tamen tenetur in Foro interiori. Et ſic non peccat, ei non obediendo. Ita notat Innocen. Hoſtien. Cardin. & Fel. in cap. Tua nos. de Homicid. & Silueſt. verb. Medicus. quæſt. 7. Dicto 3. Ange. eod. verb. nu. 10. & Armilla ibid. num. 6.

Rationem diuerſitatis non tradit Fel. ſed eam eſſe puto; quia nullus tenetur in conſcientia recipere medicinas, & ſubdere ſe medicis. Poteſt enim quiſque pati infirmitatem à Deo datam amore Ieſu Chriſti, & iactare ſalutem in ipſum; idque magno cũ merito in vnione eius laborum, quos pro nobis libenter paſſus eſt. Adeò vt Machar. homil. 48. copioſè doceat ſatiùs eſſe, ac ſalubrius viro ſpirituali, præcipuè eremitæ, non curare accipere medicamenta, nec medicos acceſſire tẽpore infirmitatis; ſed ſperare à ſolo Deo ſalutem.

Facit etiam quod tradunt Doctores circa infirmum, ſi ipſi non ſcindatur, atque adimatur pes, vel brachium, neceſſariò moriturũ; talem infirmum non teneri in conſcientia pati illum dolorem, & laborem: ſed poſſe potiùs eligere mortem.

Sed contra ſupradicta obſtat multum illud Aug. in Tract. 12. in Ioan. vbi dicit: *Ipſe ſe interemit qui præcipta medici obſeruare*

Digitized by Google

uare non vult. Quare pro concordia diſtinguendum eſt, an infirmitas ſit periculoſa, ita vt veriſimiliter credatur, infirmum mortem obiturum ſi medico non obediat: & tunc procedit Dictum. D. Aug. Peccabit nimirũ tunc mortaliter non obediens medico, tamquam ſui occiſor. Si autem infirmitas non ſit talis: tunc procedunt ſupradicta, & præſens differentia. Vnde non eſt ſine ſcrupulo doctrina illa DD. de qua ſup. num. 4. Quia nemo eſt dominus vitæ ſuæ, nec minùs peccat, qui ſeipſum occidit, quã qui alium interficit. cap. Si non licèt. 23. quæſt. 5. Per quem text. dicit Feli. in cap. Contingit. 1. nu. 2. de Sent. excom. quòd volẽs ſe occidere, debet puniri, ſicut ſi vellet aliũ occidere: & quòd Bononię fuit qui dam ob hoc decapitatus: niſi fortè rabie furoris id vellet. per l. Si quis. §. Miles. ff. de Pœnis. Hoc idem tenent magis communiter DD. teſte Plaça lib. 1. Delictorum. cap. 23. num. 18. Sed cùm conatus ex generali conſuetudine nõ puniatur, niſi ſubſequatur effectus: contrarium fortè in practica ſeruandum eſſet, vt poſt Carreri. docet Iul. Clar. quæſt. 68. num. 38. Sed reſpõderi poteſt, aliud eſſe, Accipere, vel facere aliquid vnde mors euenire poteſt. quod ſub mortali prohibetur, vt conſtat ex Ang. Silu. & Armil. ſup. Et aliud, Nolle pati ſcindi ſibi mẽbrum ob dolorem eximiũ. quod non videtur mortale. Faciunt pro ſuperiùs dictis notata verb. Confeſsio Iudicialis. Differentia 2. num. 2.

SVMMARIVM.

1 *EXTRAVAG. Iniunctæ de Elect. inter communes, quoàd pœnas, non habet locum in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 EXTRAVAGANS, Iniũctę de Elect. inter communes (quatenus habet promotos in curia, vel pallium ibidem recipiẽtes, ad propria redire nõ debere ſine literis promotionis, ipſorum, vel traditionis pallii; nec in Eccleſia prouiſa vllo modo adminiſtrare; nec ab eadem recipi debere ante literarum expeditionem: aliàs contrauenientes diuerſis pœnis afficiuntur, de quibus ibi) non procedit quoàd pœnas, in Foro conſcientiæ, ſecundùm Nauar. in Repet. cap. Accepta. de Reſt. ſpoliat. Oppoſitione 8. num. 35. verſ. 11. Conferunt dicta, ſub verb. Pœna. in Differentia 2. ex quibus deduces rationem diuerſitatis.

OBLIGATIO.

SVMMARIVM.

1 *NATVRALIS obligatio eſt duplex. vna, quæ legis naturalis vinculo innititur. altera, quæ ex honeſtate, & debito morali procedit.*

2 *Vtraque obligat in Foro conſcientiæ, non tamen in Foro iudiciali.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 NAturalis obligatioduplex eſt. Omitto tertiã, de quib. dixi in Præl. à num. 24. vna, quæ legis ac naturę vinculo innititur, & fulcitur; quæque ex lege naturali oritur; qualis eſt illa quę ex pacto nudo deducitur. altera, quæ ex honeſtate, & debito morali procedit, & docet D. Tho. 2. 2. quæſt. 106. art. 4. 5. & 6. Et licèt nulla ex his de Iure Ciuili producat actionem: de iure tamen Canonico

nico datur actio ad primam, vt in cap. 1. de Pact. cum ibi notatis; non tamen ad ſecundam, de qua dicemus verb. Reſtitutio. Differentia 1. vt docet Rebelus de Obligatione iuſtitiæ. 2. par. lib. 18. quęſtione 4. num. 7.

2 Eſt itaque differentia, quoàd vtrumque Forum, inter vtraſque naturales obligationes; ſcilicet vtramque obligare in Foro cõſcientiæ: ſecundam verò ſub pœna peccati venialis communiter.

In Foro tamẽ exteriori Canonico admittitur prima, & ei datur actio (vt prædiximus) non tamen admittitur ſecunda; nec pro ea datur actio; vt tradit eleganter Couar. in cap. Cùm in officiis. num. 9. de Teſtam. & in cap. Cùm eſſes. eod. tit. num. 9. verſ. Tertium quoàd primam. & in cap. Quamuis pactum. 2. par. §. 4. num. 5. poſt Bal. in l. 1. num. 55. C. de Sacroſanct. Eccleſiis. & Fortun. Garci. l. 1. §. Ius naturale. illatio. 10. ff. de Iuſt. & iur. Effectum huius rei, & doctrinæ vide verb. Solutio. Different. 3. & verb. Poſſeſsio. Differentia 5. num. 3.

SVMMARIVM.

1 *PATER non poteſt cõuenire filium actione furti.*

2 *In Foro tamen conſcientię tenetur filius ad eius reſtitutionem.*

3 *Obligatio naturalis contrahitur inter patrem, & filium.*

4 *Ex ludo contrahitur naturalis obligatio; licèt ſit prohibitus.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 INTER patrem, & filium famil. nulla contrahitur in Foro exteriori obligatio ciuilis. Ideò pater contra filiũ fam. furantem non habet actionem, etiam poſt emancipationem. l. Serui, & filii. & l. Si quis vxori. ff. de Furt.

2 In Foro tamen conſcientiæ, tenetur filius

3 reſtituere patri; quia inter eos naturalis obligatio contrahitur. l. Frater à fratre. ff. de Condict. indeb. Et iure Canonico, præſertim in Foro conſcientiæ, naturalis obligatio æquatur naturali, & ciuili, cap. 1. de Pact. docet Nauar. conſil. 3. & 5. de Iniuriis.

4 Vbi ex hoc, poſt Bal. in Auth. Ex teſtamento. col. pen. C. de Collat. & Ioan. Lup. in Repetit. cap. Per veſtras. §. 8. verſ. Et hinc eſt. de Donation. inter vir, & vxor. concludit ad luſus, & alia illicita. Sed contra prędicta facit regula, de qua infrà verb. Reſtitutio. Differentia 1. vide ibi ſolutionem.

SVMMARIVM.

1 *ADVOCATVS negligens, imperitus, defendens cauſam iniuſtam, & conſulens, tenetur parti in Foro conſcientiæ, ad omne intereſſe. Dummodò ſit requiſitus cùm agitur de eius negligentia.*

2 *In Foro verò exteriori, vix prędicta practicabuntur.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 ADVOCATVS negligens tenetur parti in Foro interiori ad omne intereſſe, ſi propter eius negligentiam pars ſuccumbat. Ant. in cap. Tua nos. num. 1. de Homicid. Fel. in cap. Excommunicamus. num. 6. de Hæret. & in dicto cap. Tua nos. num. 1. & Angel. in l. Si vacantia. col. 5. C. de Bonis. vacant. lib. 10. Tolet. lib. 5. cap. 60. num. 7.

Quod intellige, dummodo fuerit à parte requiſitus. argumento eorum, quæ dicuntur de Iudice negligente, per Bal. in cap. 1. §. Iudi-

1. §. Iudices. de Pace iuram. firm. & Fel. in dicto cap. Excommunicamus. num. 6. verſ. Limita. Quia in Foro animę non tenetur, niſi de dolo, & lata culpa; per notata verb. Electio. ſupra, Differentia 1. nu. 7. in verſ. Tertiò eſt obſeruandum.

Idem quod diximus de negligente, dicẽdum eſt, ſi per imperitiam ſuam pars fouẽs cauſam iuſtam, ſuccubuit; vt per Anton. & Felin. in dicto cap. Tua nos. Nauar. cap. 25. num. 29. Conducunt quæ tradit Rebel. 1. parte de Oblig. iuſt. lib. 2. quæſt. 14. numero 25.

Idem ſi ſe obtulit auxiliatorem fouenti omnino iniuſtitiã, ſecundùm eoſdẽ Anton. & Felin. ſuprà, vbi expreſsè tenent prædicta omnia habere locum in vtroque Foro.

Et ampliat ad Doctorem conſulentem; ex cuius imperitia pars incurerit in damnũ.

2 Ego verò in Foro exteriori numquam vidi, nec audiui aliquem aduocatum, vel conſulentem ob dictas cauſas fuiſſe condemnatum; ſicut nec vllum medicum ob eamdem negligentiam, vel imperitiam. Vnde obſerua, ordinationem Luſita. lib. 1. tit. 48. §. 10. & 17. quæ dat actionem contra aduocatos ob dãna ab eis illata ex cauſis ſuperiùs traditis; receſsiſſe ab aula.

SVMMARIVM.

1 *ANTIDORALIS obligatio habet tãtùm locum in Foro conſcientiæ: non tamen in Foro exteriori.*

2 *Adeò vt nec paciſci poſsit.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 ANTIDORALIS obligatio ſpectat ad Forum interius; & nullo modo ad exterius. Exemplo hoc patefaciam, vt rectius hæc ſingularis differentia intelligatur. Titius multa in me beneficia contulit, ob quæ ſum ei valdè obſtrictus, & obligatus. Teneor, ei eſſe gratus, & rependere ei, ac remunerare prędicta beneficia. Sanè hæc obligatio, licèt ſit naturalis, & producat debitum quoddã, quo adſtringor ad gratitudinem exhibendam: non tamen eſt debitum legale, quod producat actionem in Foro exteriori. Non enim poſſum conueniri in iudicio à benefactore, vt ei ſimiliter benefaciam, vel ſeruitium aliquod ęquale exhibeam; cùm animo munificenti prędicta beneficia contulerit. Ideò remuneratio non eſt debita ex legali obligatione; nec vlla actio in Rep. datur aduerſus ingratos; ne tot lites oriantur. Eſt tamen debitum morale, & ex quadam honeſtate productum, quod reſpicit Forum tantùm interiùs. Quia in conſcientia, & ſub pœna peccati, ſaltem venialis, & aliquando mortalis, teneor eidem Titio benefactori gratus eſſe; & eam gratitudinẽ in caſibus occurrentibus, eidem vtilibus, ſeu gratis, & multò magis in neceſsitatibus, exhibere. Probãtur hæc per D. Thom. 2. 2. q. 106. art. 4. 5. & 6. quæſt. 107. art. 3. & per Couar. in c. Cũ in officiis. n. 9. de Teſtã. Adde dicta verb. Debitum. Dif. 1.

2 Eſtque adeò verũ quòd dict. antidoralis obligatio non parit actionem in Foro exteriori. vt ſi quis velit obligare aliquem ciuiliter ex dicta antidorali obligatione; puta; ſi quis daret mutuum cum conditione, vt mutuarius ſe obligaret ad remutuãdum eidem mutuanti; vel vt coquat in furno eius, vel molat in molendino, vel fodiat vineam eiuſdem, etiam ſoluendo ei pretium iuſtum, vel vt ferat ſuffragium pro illo, aliàs digniore, & ſimilibus; eſſet vſura ſecundùm Caiet. 2. 2. q. 78. art. 2. in reſponſione ad tertium, & Fr. Hiero. Llamas in Methodo curat. animo. 3. par. cap. 10. §. 39. Ratio eſt, quia tunc iam conſequeretur ex mutuo plus, quàm valeret mutuum: cùm illa obligatio ſit pecunia æſtimabilis; poſſitq; vẽdi: illa verò antidoralis nequaquã.

SVMMARIVM.

1 *ADVOCATVS an teneatur patrocinari gratis pauperi, & quando.*

DIF-

DIFFERENTIA QVINTA.

1 IN aliquibus Regnis, & ciuitatibus ſunt aſsignati Aduocati pro patrocinandis pauperibus. Vbi verò non ſunt aſsignati, nullus Aduocatus compellitur in Foro exteriori ſuſcipere cauſas pauperum gratis. Hęc eſt praxis totius Orbis, niſi pauper det ſalarium, vel promittat illud ſolutum ex victoria litis, ſi ſit actor.

In Foro verò conſcientię, tenetur Aduocatus patrocinari pauperi ſub pœna peccati mortalis, emergente graui, aut extrema neceſsitate. ſcilicet cùm ex eius cauſæ defenſione, vita ipſius, aut ſuorum pendet, ſecundùm Nauar. cap. 25. num. 29. §. 5. vel vt dicit Tolet. lib. 5. cap. 60. num. 1. tenetur in illo caſu, in quo aliquis ſub mortali tenetur eleemoſynam facere. qui caſus eſt grauis, aut extrema neceſsitas. Hæc autem eſt, quando pauper graue detrimentum patitur: & non eſt, aut difficilè inueniretur, qui ipſi patrocinetur. Non enim tenetur Aduocatus magis ad faciendam eleemoſynam de ſua arte, quàm diues de ſuis bonis, vt declarat Caietan. 2. 2. quęſtione 71. artic. 1. & Nauar. ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *MEdicus non tenetur in Foro exteriori videre in domo pharmacopolæ miſturã ſimplicium.*

2 *Secùs in Foro conſcientiæ.*

3 *Niſi quãdo eſſet certitudo de legalitate, & bonitate, ac ſufficientia pharmacopolæ.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 MEdicus quãdo ordinat medicinã, nõ tenetur in Foro exteriori ire ad domũ aromatarii, ſeu pharmacopolę, ad vidẽdũ ſimplicia, & alia à ſe ordinata, an ſint inutilia, vel bona, vel an ponat alia diuerſa, vel mala ex rebus inutilibus; vt quandoq; (ne dicam frequenter) contingit in pharmacopolis incurioſis, vel auaris, vel pauperibus, qui ſolent pharmaca habere inutilia, & vetera, & ſine virtute: & alii, quando non habent ordinata à medicis, adhibent diuerſa pharmaca, & nonnũquam contraria infirmitatẽ patienti. & ſic loco ſalutis, cauſant mortem.

2 At in Foro interiori, tenetur medicus adire domum pharmacopolę; & videre an habeat ordinata à ſe, & an ſint bona, & vt coram ſe faciat miſturã ſimpliciũ. Et hoc ad euertenda incommoda ſuperiùs relata. Ita ſing. Inno. & Feli. in c. Tua nos. de Homici.

Rationem diuerſitatis neſcio aliã, niſi in Foro exteriori, ob multas occupationes medicorũ, & pigritiã eorũ, introductũ eſſe ſufficere ordinata facere, & ea remittere ad pharmacopolas. Sed cùm videamus, experientia teſte, ex nõ aſsiſtentia medici, multa incõmoda, in perniciem infirmorũ, quotidie emanare: nõ mirùm ſi in Foro interiori excuſationẽ nõ habeãt ex vſu contrario.

3 Crederẽ tamen, ſi apotheca aromatarii ea ſit, vt quotannis omnia ſimplicia in ea renouentur; & hoc ſit certũ, & iam publica fama percrebuerit ipſum aromatariũ eſſe curioſum ad prouiſionẽ omniũ ſimpliciũ neceſſariorũ; ac timoratũ, & rectum: tunc proculdubio excuſarẽ medicũ à prædicta obligatione; vt eſt apotheca noſtra Scalę Dei, & aliæ hoſpitalium, ciuitatum, & aliquorũ monaſteriorum, & ſimilium. Quia tunc ceſſant inconuenientia.

DIFFERENTIA SEPTIMA.

OMnes fidẽ datã ſeruare tenemur in conſcientia; quia in hoc Foro eã infringere, ac labefactare, etiam hoſti, prohibetur. c. Noli. 23. q. 1. D. Tho. 22. quæſt. 71. artic. 3. ad 3.

In Foro tamẽ exteriori, in multis caſibus illã rũpere permittimur. de quibus per glo. in c. Vtilẽ. 22. q. 2. Inter quos vnus eſt, quãdo ab altera parte frangitur. l. Si quis maior. l. Cùm proponas. C. de Tranſa. l. Quæro. §. Inter locatorẽ. ff. Loca. etiã ſi eſſet iuramẽto firmata. Hippo. ſing. 42. Quẽ caſum etiã in Foro conſcientiæ puto eſſe admittendum. Adde Feli. cap. 3. de Iureiu.

SVMMARIVM.

1 *FIdeiuſſor non poteſt ſe eximere à fideiuſſione, niſi in tribus caſibus.*

2 *In Foro verò conſcientiæ; tranſacto vno anno, tenetur principalis eum liberare. Sed contrarium reſoluitur.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 FIDEIVSSOR in Foro exteriori nō poteſt agere contra principalem, vt eum ab obligatione liberet, niſi in tribus caſibus, de quibus in cap.fin. de Fideiuſſor.quia intempeſtiuè non debet reuocare beneficiū ſuum;ne omnino inutile fuiſſet;vt dicit gloſſa 1.ibidem.

2 In Foro verò conſcientiæ, tenetur principalis eū liberare,poſtquam per aliquod tēpus ſtetit. Quia tenetur in conſcientia eum ſeruare indemnem. Ita Pet.à Nauar.tom.2. lib.3.c.4.nu.179. Sed veriùs credo contrarium;nimirùm nullam eſſe aſsignandā differentiam inter vtrumq; Forū in caſu præſenti.immò ſeruandum in vtroq; Foro ius ciuile,& Canonicum,de quo in d.c.fin.& in l.Lucius Titius.38. ff.Manda. Et moueor primò, quia regulariter, & ferè ſemper quod ſtatuit ius Canonicū, ſeruādum eſt in vtroque Foro,per not.in Prelu.n.6. Et nulla ratio in hoc caſu vrget ad dicendū cōtrarium in Foro conſciētiæ.Secundò,quia cōmuniter DD. Sūmiſtæ tranſeunt quoàd Forum conſcientiæ,cū deciſione d.c.fin.de Fideiuſſo.vt patet per Ange.verb.Fideiuſſor. n.18.Silu.eod.verb.q.15. Armil. eod.verb. n.16.Idem tradit Rebel.de Oblig.iuſt.2.p. lib.16.q.vnic.de Fideiuſsione.n.22.Quod cap.fin. ſolùm excipit tres caſus, quamuis alii etiā ſint,vt per gl.d.l.Lucius.inter quos vnus eſt,cùm debitor principalis diu ceſſauit in debiti ſolutione,& ſic cùm fideiuſſor diu ſtetit in obligatione. Et conſequenter in vtroq; Foro,tenetur principalis eximere ab obligatione fideiuſſorem, cùm diu ſtetit in ea. non verò cùm per aliquod tempus ſtetit, vt putauit Pet.à Naua.ſup. Quod autem tēpus requiratur,vt dicatur diu ſteriſſe, id relinquitur arbitrio Iudicis, & Confeſſarii,vt not.gl.1.in fi.d.c.fin.& Guido Pap.q. 117.Et dicit cōmunem Anto.de Tremo. relatus 3 tom.Cōmu.opin.lib.5.fol.77.& fol. 285. & habetur in l.14.titul.12.Par.5. quāuis in l.8.tit.18.lib.3.Fori legū.ſufficiat annus,vt diu ſtetiſſe dicatur. Vide latè remiſsiuè per Cenedo 2.p.Collect.125.pag. 345.Quidā limitant ſupradicta non procedere in correis debēdi, vt ſunt hodie communiter omnes fideiuſſores;quia vt principalès,& in ſolidū obligantur,vt docet Vaſaſcus deciſ.36.p.1.per l.1.& 2.C.de Duobus reis ſtip. & ſic tales non poſſe agere contra debitorem,vt liberentur a fideiuſſoria obligatione,eò quòd diu ſteterint in ea. Et ſic practicatur.

SVMMARIVM.

1 *PRromiſsio facta alicui, ne faciat id ad quod aliàs tenetur; in Foro conſcientiæ obligat.*

2 *Secùs in Foro exteriori.*

DIFFERENTIA NONA.

1 PRomittens dare aliquid Petro,ne ludat, ne fornicetur, vel ne faciat tale peccatum; in Foro conſcientiæ tenetur ſoluere promiſſum;quia naturaliter obligatur,ex glo.l.Iuris gētium.§. Si ob maleficium.verb.Nulla.de Pact.

2 Non tamen in Foro exteriori, l.2. ff.de Condict.ob turp. cauſ. & d. §.Si ob maleficium.Docet Mercado in tract.4. de Reſtit. c.16.fol.224.ad fin.Faciunt not.infrà verb. Reſtitutio.Dif.14.quamuis Coua.poſt Fortun.& Soci.in regul.Peccatum.§.3.numero 6. verſicu. Deducitur. cenſeat nec naturale oriri debitū. Sed contrarium eſt verius, per regulam de qua verbo Contractus. Diff.8. in fin.videlicet vbi lex nō reſiſtit,ſed tātùm non aſiſtit, oriri naturalem obligationem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *PACTVM nudum in Foro ciuili nullam parit obligationem.*

2 *In Foro verò animæ peccat non ſeruans pactum.*

DIFFERENTIA DECIMA.

1 EX pacto nudo, in Foro contentioſo ciuili non oritur actio. l. Iuris gentium.§. Igitur nuda. ff. de Pact. l. Legem quam dixiſti. C. eodem. Docet latè Rebel. vbi infrà q.5. per totam, & Coua.c.Quamuis pactũ.2.p. §.4. à n.13. Et id, ob vitãdas lites, quę ratione pactorũ ſimpliciũ cõtingere frequẽtiſsimè poſſent.

2 In Foro autẽ Canonico datur actio, cap.1. de Pact. Et in Foro animę peccat quis mortaliter in re graui nõ adimplẽs promiſſum ex nudo pacto. cùm ex ſolo cõſenſu remaneat obligatus naturaliter, ſecũdùm Bal.in rub.& in c.1.de Pact. quem ſequitur Iaſ. in §.Sed iſtæ quidẽ.Inſti.de Action. Idẽ notat Anton.& Abb.in cap.Quia plerique.de Immunit.Eccleſ.Coua. c. Cùm in officiis.n.9. ad fin.de Teſta.Sot.lib.7.de Iuſt.q.2. art. 1. Naua.c.18.n.6.Et facit text.in c.Iuramenti. 22.q.5.& meliùs d.c.1.vbi poteſt quis excõmunicari, ſi pacta non ſeruet. Docet Maior. 4.diſt.38. q.2. addens quòd etiã tenetur ad damnũ, ſi quod patitur is, cui facta fuit promiſsio, vt ſi confidens in promittente, non prouidit ſibi de frumento, lignis,&c. & ob id patitur iacturam. ſequitur poſt Caieta. Rebel.de obliga.Iuſt. 2.p.lib.18.q.4.nu.5. Adde not.inf.ſub verb.Promiſsio. Dif.10. Rationẽ autẽ quare in Foro Canonico ex nudo pacto oriatur obligatio efficax ad agẽdũ; tradit Fortun.Garcia d c.1.col.5.& in l.1.col.2.& in l.Legitima. n.14. ff. de Pact. ſcilicet quia ex dict. pacto oritur obligatio naturalis. At vbi quis eſt obligatus naturaliter; eſt obligatus in Foro cõſcientiæ, & cõſequenter in Foro Canonico, ſaltẽ per viã denunciationis, vt docent DD.in c. Nouit. per tex.ibi.de Iudi. & Fortu.Garcia vbi ſup. Quæ cõfirmantur per ea quæ notat Caiet. 2.2.q.33.art.7.in 1.q.& per text.ſing.in c.fi. 9.diſt.vbi tex.dicit, *Quæcũq; diuinę voluntati, ſeu Canonicæ ſcripturæ contraria probantur; eadẽ etiã naturali iure inueniuntur aduerſa*. Ex quo text. collige valere argumentum de iure Canonico, ad ius naturale. Quod argumẽtũ probat Abb. in c. Debitores.de Iure iur. Faciunt not. in Pręlud. num. 6.& 15.& 17.

SVMMARIVM.

1 *INteritus rei alienæ poſt moram, cedit moroſo; etiam ſi eodem modo eſſet res apud dominum peritura.*

2 *Secùs in Foro animæ. Et vide rationem diuerſitatis.*

DIFFERENTIA VNDECIMA.

1 OMNIS qui eſt in mora reſtituendi rẽ aliquã (vt ſunt fures, raptores, & violẽti rei alienæ poſſeſſores, & ſimiles.l.In re furtiua.ff.de Cõdict.furt.l.vlt.C.eod.) tenetur ad æſtimationem rei, ſi pereat, etiã ſi ſine culpa ſui id cõtingat; & etiã ſi eodẽ modo eſſet apud dominum peritura.l.Qui reſtituere. ff.de Rei. vẽdicat.l.Cùm res. ff.de Legat.1.l.Nemo. §.vlt.ff.de Verb.oblig.l.1.§.Rectiſsimè. & l.Meritò.ff.de Vi, & vi arm.glo.in l. Quod te.ff.de Reb.cred.& l. Si vehenda.§.1.verb. Dolo.ff.ad l.Rhodi. D.Tho. 2.2.q.62. art. 6. Dicit cõmunẽ Alex.in l.Nemo. §.1.poſt gloſ.ibi verb.Homo.ff. Si cert.pet.& in d. l.Cùm res.§.vlt.Couar. late in reg. Peccatũ.2.p.§.6.n.1.licet aliqui teneant contra, per l.Itẽ ſi cum exceptione.§.Sed & ſi quis. verſic. Sed & ſi non culpa ff.Quod metus cauſa. & l. Si plures. §. vltim. ff. Depoſiti. ſed in prædictis caſibus non interuenit mora. Adde notat.ſub verbo Poſitio. Differentia 3.

2 At in Foro conſcientiæ, eſt certum ſi eodem modo erat res peritura apud dominum; non teneri ipſam detinentem ad eius

Digitized by Google

æſtimationem. Ita pulchrè Silueſt. verbo Emptio.quæſt.2.num.9. & verbo Reſtitutio.2.num.15.Naua.cap. 17. num. 183. vbi agit de commodatario moroſo. Idem alii citati à Rebel.2.par. lib.6.quæſt.vnic.nu.7. Latè Coua. ſup. contra Anchar.dicta regula Peccatum. & Ioan. à Medin. in C. de Reſtit.quęſt.6.Dicit communem P.Rebel. de Obligat.Iuſt.lib.2. quæſt.7. num.1. Pro qua facit dict.l.Si vehenda.§.1.in fin. Eamdem communem refert Viui. lib.2. Commu.opin. opinione 83.quæ habetur 1.tom. commu.opin.pag.442.

Ratio eſt, quia in Foro exteriori,in pœnam criminis,& moræ, cogitur ſoluere dictam ęſtimationem. Quæ quidem pœna, in Foro animæ non debetur, per gloſſam receptam in capit. Fraternitas.12. quęſt. 2. cum aliis ſuprà. Adde & aliam rationem; nempe quia fur prædicto in caſu, licèt non fuerit in culpa in rem amittendo: fuit tamen in eam retinendo. Quærit Rebel.dict. quæſt.7. numer.3.quid ſi res pereat ſeriùs, quàm fuerat apud dominũ peritura? Ecce exẽplum,licet ille nullum adducat.Furatur quis ex naui veſtem, & transfert ſe ad aliã, ſi prima pereat: & poſteà ob alterum nau-fragium, ad nauim alleuiandam cogantur omnes alterius nauis res ſuas in mare proijcere, & ſic pereant: dubium eſt an fur ſit iam deobligatus, nec ne. Rebel. ſup. dicit quòd nõ; ſed teneri ad æſtimationem eius, ſi in eo mora reſtituendi fuit culpabilis. & in hoc caſu dominũ rei eſſe fortunatiorẽ. Ego verò aliter reſpondendum puto; videlicet ſi prædictus fur non habuit poteſtatẽ ad rem reſtituendam, quia numquam exiuit, nec potuit exire à naui: tunc ceſſare moram, etiam in Foro exteriori. ſi verò potuit rem domino reſtituere, & omiſit: tunc ob dictam moram teneri in Foro exteriori ad æſtimationem,ſi conueniatur: non tamen in Foro conſcientię, ob rationes ſuprà allegatas.

Secùs autem dicendum cenſeo cum eodẽ Rebel.num. 4. quando anticipatè apud furem res perit; vt ſi ante naufragium rem in naui furto ablatam conſumeres. Tunc enim tenetur fur ad rei æſtimationem; licèt ſi nõ fuiſſet furata,apud dominum periiſſet. Ratio eſt,quia obligatio reſtitutionis nata fuit ſtatim vt res ſurrepta eſt, & cõſumpta. Quæ obligatio non releuatur ob caſum poſteà fortuitu contingentem.

DIFFERENTIA DVODECIMA.

CONDITIO in corde retenta, & verbis non explicata, nihil operatur in Foro iudiciali, & ſic repetitionem non inducit.l.Si repetendi. C. de Condict.ob cauſ.dat.

In Foro verò interiori ſecus eſt. Vnde donatarius quomodocumque intelligat mentem,ſiue voluntatem donantis; etiam ſi ſolis nutibus,& ſignis eam declaret, tenetur eam ſeruare.Ita Silueſt. verb. Reſtitutio. 2. §.10.Faciunt not.verbo Votum.Diff.2.

OPINIO.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX, & Aduocatus tenentur in Foro exteriori ſequi magis communem opinionem.aliàs faciunt litem ſuam.*

2 *Niſi minus recepta nitatur ſubtiliore, & meliore ratione. Tenetur tamen id defendere,& probare, qui propter dictã rationem diſcenſit à communi.*

3 *In Foro conſcientiæ, & pœnitentiali licitum eſt adherere opinioni minùs tutæ, minùſque probabili; dummodò Confeſſarius iudicet eam veram.*

DIF-

DIFFERENTIA PRIMA.

5 IVDEX, & aduocatus, tenentur in Foro exteriori ſequi opinionem magis receptam,& magis probabilē;cap. Nouimus.de verb.Significat.ibi, *Opinio à pluribus approbata*.capit.de Iudiciis.3. quæſt.3.ibi,*In quo plurimi concordant*. l. 1. ff. de Offic.quæſt.ibi, *Crebrior apud veteres opinio*.gloſſ.verbo De cetero.in capit.1. de Poſtulat.Prælat.lib. 6. gloſſa 1.in capit. fin.de Pœnit.diſt.1.Ioan.And. in capit.1.de Cōſtit.& dicit communem Dec.conſ. 481. nu.12.Emman.Soarez lib.1.Cōmun.opin. pag.316.copioſè Additio. Abba. in dicto cap.1.ſub nu.15.litera C. Ioan.Neuiſ.in ſua Silua nupt.fol.19. cum quindecim ſequentibus. Silueſt.verb.Opinio.§.2. Caiet. eodē verb.Soto lib.3.de Iuſt.quæſt.6. artic. 5. ad quartum.Ange.verbo Opinio. §.1.verſi.Si verò non poſſunt.Tabien.eodem verb.§.4. Ant.Mariæ Cora.in tract.de Cōmuni opin. poſito in 3.tom.Commun.opin. pag. 195. num.16.vbi congerit pluſquam ducentos DD. pro hac concluſione, & num. 7. addit ex Ang.& Tabien.vbi ſup. ſeruandam eſſe communem,etiam in Foro conſcientiæ. Et ratio eſt; quia quemadmodum peccaret mortaliter Iudex, ſi ferret ſententiam in fauorem vnius partis habentis probationes minùs probabiles; & non in fauorem illius qui haberet magis veriſsimiles, & probabiliores probationes: ita peccaret mortaliter Iudex, qui ferret ſententiam ex opinione minus recepta, & minus probabiliore. Idem docet Fel.dict.cap.1.n.54. & meritò,quia in re tam graui, & morali, vt dicit Suarez 5.tom.de Cenſuris. diſput. 16.ſectio.1.num.5.nulla ratione poſſumus à communi ſententia recedere; quæ licet non haberet aliud fundamentum, præter communem omnium acceptionem; ſufficienter eſſet fundata.Idem ante eum docet Purpura in l.1.num.138.ff.Si cert. peta. & Ant.Mariæ ſup.lib.2.caſu 23.n.130.Addit Feli.ſup.iudicantem cōtra communem, facere litem ſuam,& teneri in ſyndicatu, ſecundùm Bart.in l.fin.C.de Pœna Iud. qui malè iudicauit.Abb.in cap.Prudentiam.de Offi.Deleg.in princip.& in cap.1.de Decimis.& alios.Et ratio eſt, quia aliàs Aduocatus non ſequens magis receptam, & magis probabilem opinionem,exponit ſe periculo in re graui,& clientulo valde damnoſa, vt ſcilicet reportet ſentētiam contrariā: ſimiliter & Iudex, vt eius ſententia reuocetur. At, *Qui amat periculum, peribit in illo*. Eccleſ.3. Præterea in dubio præſumendū eſt ibi eſſe veritatem,vbi res à pluribus approbatur; quia communiter maior pars melius inueſtigat veritatem. Ideò eam ſequens, non poteſt argui de temeritate, ſecundùm Inno.in cap.Ne innitaris.de Conſtit.Caſſad.deciſ.5. num. 11. eodem tit. ſed ab omni pœna eſt immunis,excuſaturque; teſte Abb.in cap.1.num.24.de Poſtul.Prçlat. Neuiſ. in Silu. nupt. lib.5.numer.63.& Cora. vbi ſuprà pagin. 168. numero 28.

2 Hoc tamen intelligendum eſt, niſi contraria opinio minus recepta innitatur ſubtiliori, & meliori rationi, vt tenent omnes dicto cap.1.de Conſtit. teſte Felin.ibidem per cap.Capellanus.de Feriis.ibi,*Subtiliorī rationi*, & per l. 1. verſi. Sed neque.C. de Vet.iur.enucl.ibi,*Neq; ex multitudine auctorum,quod melius,& æquius eſt,iudicatote: cùm poſſit vnius forſan, & deterioris ſententia,& multos,& maiores aliqua ex parte ſuperare*. & docet latiſsimè idem Cora. Cortonen.vbi ſuprà pag.202.caſu 17. per totum.Addens num.94. hoc in caſu diſcedentem à communi propter viuam rationem,teneri id defendere, & probare.aliàs damnaretur in Syndicatu.

3 In Foro tamen conſcientię ad effectum non peccandi, licitum eſt Confeſſario adhærere opinioni minùs tutæ, minùſque receptæ, ſi putet eam veram,& habeat pro ſe Doctorem clarum,& excellentem, ſcientia, & conſcientia præditum, ſecundùm Nauar.cap.27.num.289 & Ant.Mariæ ſup. caſu 23.nu.129. vbi dicit, Excellenti Doctori credendum eſſe, licèt nihil alleget. Et intellige,minùs tutæ, quoàd factū, vel dictum: non quoàd probabilitatem. Nā,vt inquit Maio.in Prolog.4.Senten. q. 2. col. fin.§.Adhuc vidimus. Nō ea tutior eſt DD. ſententia,quorū eſt tutius Dictū:ſed quorū fortiora ſunt argumēta: cui cōſona: Gabri. in 4. diſtinctione 15.quæſtione 13.artic.2.

 corol.1.

Digitized by Google

corol. 1 dicẽs multum intereſſe, ſeu differre ſecuritatem facti, à ſecuritate opinionis; & cùm quęritur an aliquid ſit licitũ, nec ne; non eſſe tutiorem opinionem, quę dicit eſſe illicitum; niſi vel idonea auctoritate, vel illuſtri ratione firmetur. In cuius ſententię confirmationẽ vide plura exẽpla per Azor 1.p. lib.2.c.12. col.145. in quibus licitũ eſt adhærere opinioni minus tutę, & relinquere tutiorem: vt violationem iuramenti confirmatorii in re leui appoſiti; non eſſe p. m. licet tutius ſit contrariũ, quod aliqui tenẽt. Item condemnare reum innocentem, ſed probatum nocentem, quamuis contrarium ſit tutiùs, de quo verb. Iudex. Different. 1. Itẽ occidere furem diurnum, de quo verb. Homicidium. Differ. 1. Item condemnato ad carcerẽ perpetuum, vt ibi fame pereat, licitum eſt cibum non ſumere oblatum, vt ſic iuſtę Iudicis ſententiæ ſatisfaciat; ſecundùm Soto lib.5. de Iuſt.q.6.art.4. Maior.in 4.diſt.15.q.22. Ange.verb. Fugere.n.1. Salõ 2.2.q.69.art.4.controu.4. & not.ſup.verb. Deffenſio Diff. 10.in fin. Quamuis contraria ſit tutior, quã tenet Caiet. 2.2.q.69. art. 4. Victo.in Relect.de Homic.n.28. Cordu. lib.1.q.36. Caſtro lib.2.de Lege pœna. c.8. Coua.lib.1.Var.c.2.n.10. Item licitum eſt ſuſcipere Sacramentum pœnitentiæ cum attritione ſcita, & cognita, ſecũdùm Cano de Pœnit.par.5. quamuis contraria nimirũ non licere, ſit ſecurior, quam tenet Nauar. cap.1.num.36. Vide quamplura alia exempla in hoc lib. vt verbo Reſtitutio. Differ. 8. & 15.

Sed quòd poſſit non ſolùm Cõfeſſarius, ſed etiam Iudex, & Aduocatus ad effectũ non peccandi, ſequi opinionem minus receptam, dummodo innitatur ſubtiliori, & meliori rationi, & eam iudicet veram; docet optimè poſt Armil. Salon.quæſt.63.art. 4.controu. 2. concluſ.4.col. 1089. cum ſequentibus. Naua.ſup.Coraſ. Marię vbi ſup. pag.202.caſu 17.per totũ. Pater Sa verbo Dubium.num.3. Paul.à Palat. in Addit. ad Sum.Caiet.verb. Opinio. & dicit communem Salas Societat. Ieſu in Explicat. Bullæ Cruc. & 1.2.quæſt. 19.art.6. de Conſcientia.ſect. 3. in quibuſdam Scholiis manu ſcriptis, pro quibus eſt gloſſa in capit. Capellanus. verbo Alii verò. de Feriis. quam dicit ſingul. Nauar. in cap. Si quis autem. num. 7 de Pœnit.diſt.7 nimirum, Non eſſe peccatum adhęrere opinioni, quamuis illa eſſet falſa, quando ſunt contrariæ DD. ſententiæ. Intellige dũmodo putet illam eſſe veram. vt notant Silueſt. verbo Confeſſor.3. quæſt.7.in fin. Nauar.dict.nu.288. & Salon vbi ſup.col.1093 Panor.in cap.1. num.16. de Conſtitu. Marc. deciſ. 5. num. 3 ad fin. par.1. Et pro d.gl. facit gloſſ.penul. in cap. Sòlet. de Sent.excommunic.lib.6.commendata à Naua.in cap. Cùm contingat de Reſcri. fol.16 & à Couar.in cap. Alma. 1.par. §.7.nu.7. dicens, appellans à declaratione ſentẽtiæ excõmunicationis, ſi celebret, cõfidens in dicta appellatione; non fieri irregularem, licet poſteà declaretur fuiſſe iniuſtam, & ſic malè appellatum. de quo vide verb. Excommunicatiõ. Diff.20. Et probatur primò, quia ſępe cõmuniores, & à pluribus receptæ opiniones, ſunt minus ſecurę; & videmus poſteà reprobari: vt perſpicum eſt in quamplurimis opinionibus. Secundò, quia vbi quis habet viuam, & concludentem rationem, cui neſcit reſpondere; in nullo eſt periculo, nec in dubio; ſed in certo, & ſecuro ſtatu quoàd ſe. Nam licèt ex parte rei ſit eius opinio falſa: quia tamen id apertè non conſtat, immò putat ex vrgente ratione, talem opinionem veram eſſe; in hac opinionum varietate, propter dubiũ, & probabilitatem nõ peccat ſequẽdo id quod ſibi, vel verius, vel taltem verũ videtur; quãdo habet rationes, & viros doctos, ex quibus adhæreat alteri opinioni, cõmuni cõtrarię. Ita tenẽt D. Tho. Quodli. 8.art.12.aliàs 13.& DD.ſup.citati, & Salõ d.q.63.art.4.controuer.2.col.1093. Hẽriq. de Matrim.lib.2.c.6.§.4.& 6. Sot. ſibi contrarius, lib.5.de Iuſt.q.8.art. 3.verſ. In cauſis autẽ. Gutier. lib.1. Canon. quæſt. cap.13. à nu.23. Mercad.lib.4.c.18.fol.217. Cordub. in Quæſt. Theolo.lib.2.q 3.per totam: maximè in ſecunda propoſitione, p.12. vbi dicit, Qui ex contrariis opinionibus, alteram ſcilicet probabilem ſequendo, in nullã dubitationem adducitur; non cõmitit ſe diſcrimini, vtiq; nec peccat. Adde Cened. in Collect.1.parte, collect.28 numer. 17. optimè Caſſad.deciſ.5.nu. 11. de Conſtit. Hoc enim neceſſarium erat in materia morum

ad ſedan-

Digitized by Google

ad ſedandas Fidelium conſcientias; quia ſi non liceret ſequi opinionem, quam puto veram, & forſan veriorem; quàm eam,quã communis ſequitur, eſſet irretire multorũ animas,& eas mille ſcrupulis onerare;cùm tot ſint ſentētię, quot capita, & vnuſquiſq; ſuo ſenſu abundet.Et ſæpè vnus minùs doctus propter ſuam humilitatem, & orationem in Deum attingit meliùs veritatem, quàm alii plures multùm fidentes ſuis ingeniis, atque literis. Ex quibus ſatis apparet reſponſio ad rationes ſupra allegatas pro contraria parte.Quia neque exponit ſe periculo, nec argui poteſt de temeritate, qui deflectit à communi propter vrgentes rationes, & authoritatem aliquorum grauium Doctorum.

SVMMARIVM.

1 *CVM duæ ſunt opiniones probabiles, non tenetur Iudex ſequi opinionem, quam putat reus veriorem; nec eam quæ illi fauet.*

2 *Benè tamen Confeſſarius. Et vide rationem diuerſitatis.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 CVM ſunt duæ opiniones Doctorum,& vtreque probabiles:in Foro exteriori,non tenetur Iudex ſequi opinionem quam reus putat veriorem, & quę ei magis fauet; ſed poteſt ſequi quam maluerit, quamque veriorem, atque communiorem putat; iuxta latè tradita in Different.ſupra proxima.

2 At in Foro pœnitentiali, contrarium obſeruatur. Nam tenetur Confeſſarius ſequi opinionem illam quam pœnitẽs putat veriorẽ,& ſibi magis fauorabilem:ſuppoſito, quòd etiam eſt probabilis. Ita tenet Naua. cap. 26. num. 5. Silu. verb. Confeſſor. 3. quæſt 7. Cordub. caſu 41. & lib. 3. Quæſt. quæſt. 9.verſ.4.pag.189.Soto in 4.diſt. 18. quæſt. 2. art. 5. Rodrig. in Explicatione Bullæ Cruc.§.9. nu. 25. Henriq. de Pœnit. lib.3.cap. 26.§.6.vbi quærit, Quid ſi parum tuta habeatur pœnitẽtis opinio, qui in propria cauſa cęcatus affectione, potiùs vult ſequi ſententiam ſibi fauentem? Reſpondet, Perpendat Confeſſarius an interdum ſit relinquendus in ſua ignorantia cum bona fide, vt in caſu.c.Quia circa. de Cõſang. & affi. & ſimilibus. de quo per Nauar. in cap. Si quis autem. num.69. de Pœnit.diſt. 7.& per Coua. in 4.2.par. cap.6. §. 10. nu. 13.& 15.& Adria. in 4.de Sacram.Confeſ. dubio 5. verſi.De. 2. & Quodlib. 5. art. 2. Confeſſarius verò cùm præter officium Iudicis, ſit medicus, pater ſpiritualis, & pius aduocatus, debet benigniorem partem in dubiis ſequi in gratiam pœnitentis.

Ratio diuerſitatis ea eſt,quia iudiciũ Fori contentioſi redditur in inuitum; quia, velit nolit reus,tenetur ſequi opinionem,& ſententiam Iudicis; ſi aliàs eſt iuſta, & probabilis: niſi ex cauſa ab eo appellet. Quo in caſu etiam tenebitur tandem obedire, ac ſubdere ſe iudicio, & opinioni, quam ſequetur Iudex ſuperior. At in Foro pœnitentiali iudiciùm non redditur in inuitum. niſi in voluntarium,ac ſpontaneum; totũq; quod ibi agitur,eſt in fauorem pœnitentis. & ideò non mirùm ſi Confeſſarios teneatur ſe conformare opinioni pœnitentis, aliàs probabili.

SVMMARIVM.

1 *IN varietate opinionum (dummodo ſint æquè probabiles) licitum eſt in Foro exteriori, modò adhærere vni; modo alteri.*

2 *Secùs in Foro conſcientiæ: quia tenetur adhærere illi quam putat veriorem. Si tamen deponat ſcrupulum; etiam licebit in Foro conſcientiæ.*

DIF-

Digitized by Google

DIFFERENTIA TERTIA.

1 IN varietate opinionum æque probabilium, licitum eſt in Foro exteriori, iudicare pro amico, ſecluſo ſcandalo: & ſic ſequi opinionem ei fauorabiliorem. Iuxta illud vulgare; *In dubio pro amico conſuli poteſt, ac iudicari.* quod refert Nauar.in cap.Si quis autem. num. 130. de Pœnit. diſt. 7. Ita Tiraq. de Primogen. cap. 17. opinione 2. Menoch. de Retinend. poſſeſsione. Remed. 3. num. 763. Nauar. conſ. 5. num. 5. de Pœnit. & remiſ. Rodrig. verb. Accepcion de perſonas. ſub num. 2. Hieronymus Portoles. in Scholiis ad Molin. §. Arbitrium. num. 2. Panor. in cap. 1. num. 15. Decius num. 12. in 1. Lect. Bero. num. 255. de Conſti. Iaſ. in l. Poſt dotem. num. 105. ff. Solu. mat. Bal. poſt. Ioan. And. in cap. Ne innitaris. num. 7. de Conſti. Fran. Marc. quæſt. 5. num. 3. par. 1. Purpur. in l. Admonendi. num. 155. ff. de Iureiur. & dicit communem Ant. Mariæ in dict. tract. lib. 2. caſu 32. num. 174.

2 In Foro verò conſcientiæ, id non licèt; vt docet idē Menoch. de Arbitr. caſu 339. num. 32. vbi aduertit licèt iura iubeant in re dubia pro reo; pro dote, & aliis cauſis ſimilibus iudicandum fore: nuſquam tamen dicere pro amico. Idem notat Nauar. d. in cap. Si quis autem. numero 130. & alii, quos refert Cenedo 2. parte Collect. 134. numero 2. pagina 303. quia illa opinio amplectenda eſt, quæ verior in conſcientia Iudici videtur. Ideſt, quæ magis iuris diſpoſitioni accedit: vel quæ meliorioribus vtitur rationibus. ita deciſum fuit per Parlamentum Delphinatus teſte Fran. Marco. d. quæſt. 5. num. 3. par. 1. & docent poſt Lancel. Conraſ. And. ab Exea. in cap. 1. num. 367. de Conſti. & omnium latiſsimè Neuiza. in Silua nupt. lib. 6. in prin. à num. 2. Et quando ita eſt vtraque dubia, vt diſcerni veritas nequeat: tunc Iudex diuidat rem per medium. vt tradit Barto. in l. Si duo. not. 2. ff. Vti poſsid. Boëri. Deciſ. 42. Feli. cap. 1. num. 55. de Conſti. Purpur. ſup. Caualca. in tract. de Tuto. & cura num. 338. Ant. Mariæ poſt alios ſup. num. 177. aliàs malè iudicaret, & contra iuſtitiam tollens alteri parti dimidium rei litigioſæ, in quo in dubio habet ius. Item quia in re tam dubia ageret Iudex contra dubietatem animi, & exponeret ſe periculo tollendi ius ſuum alteri parti, & conſequenter peccaret mortaliter, ſecundùm Nauar. ſup. Itaque in varietate opinionum æquè probabilium licitum eſt Aduocato, & Iudici, in Foro contētioſo, modò adhærere vni, modò alteri: non tamen id licèt in Foro cōſcientię; quia tenetur adhærere illi quam putat veriorē. Si tamen deponat ſcrupulum, poterit etiā licitè adhærere alteri, iuxta not. verb. Iudex. Differentia 1. num. 2. & docet Nauar. ſup. nu. 132. poſt Adria. Quodlib. 2. Cùm verò vnaquæque eſt æque probabilis, & poteſt defendi: tunc vtraque poteſt ſequi, etiam in Foro conſcientiæ. vt eſt illa, de qua verb. Reſtitutio. Differentia 5. & ita tene. Idem docet Azor. 1. par. lib. 2. cap. 12. in fin.

SVMMARIVM.

1 IN *rebus agendis tutior pars eſt eligenda in Foro conſcientiæ. Sed in Foro iudiciali, mitiorem amplecti debemus. Quod qualiter intelligatur, hic diſcutitur.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 IN rebus agendis tutior pars eſt eligēda in Foro conſcientiæ. Secùs in Foro exteriori. gl. fin. in c. Vnico. de Scruti. in ordi. facien. commendata à Panor. in cap. Ad audientiam. 12. num. 2. de Homicid. vbi cum communi ponit hanc Differentiam inter vtrumque Forum. Quamuis eam latè impugnare nitatur Nauar. in cap. Si quis autem. num. 35. de Pœnit. diſt. 7. Sed antequam eam diſcutiamus, eſt aduertendum, nos ſup. verb. Interpretatio. Diff. 2. tradidiſſe aliam, nempè in dubiis tutiorem partem eſſe in Foro animæ eligēdam. Quod multis exemplis comprobauimus.

Digitized by Google

mus. Secùs in Foro iudicial. Quæ quidem differentiæ licèt parificentur à Panor. ſup. teſte Nauar. loco ſuperiùs citato: nihilominus ſunt valde differentes; quia in iſta agimus de dubiis in rebus agendis, & ſic de dubiis quæ ſe nobis offerunt antequam rẽ aliquã aggrediamur: in illa verò de dubiis in rebus iam factis; & ſic de interpretatione facienda in talibus dubiis. Itẽ dubia in rebus iam factis ſubiiciuntur examini Iudicum, non tamen dubia de rebus faciendis.

Redeundo igitur ad præſentem differentiam dico primò, eſſe indubitatam hanc differentiam in hoc ſenſu; videlicet teneri quem in conſcientia in rebus agendis, animæ ſalutem tangentibus, non ſe exponere periculo peccandi; ſed eligere partem illam quæ eſt ſecurior, & ſine periculo peccandi. In Foro verò externo inter homines huius ſeculi de hoc non curatur communiter; ſed tantùm attẽditur quod illis eſt magis vtile, licèt minùs tutum quoàd animam.

Secundò dico etiam Iudices, teneri in dubiis, quæ illis ſe offerunt, eligere partem ſecuriorem; ſi ſit iure benè fundata; vel grauis Doctoris auctoritate fulcita. aliàs ſecùs, pro vt reſoluimus ſup. eodem verb. Differentia 1.

Tertiò dico ab ſcrupuloſis tenẽdam eſſe differentem ſentẽtiam. Nam ſolet illis cõſuli per Confeſſarios eorũ, vt faciant ſemper contra ſcrupulum; dummodò credant, ita faciendo non peccare (quod non erit ita facilè, immò difficillimum eis ita credere) & ita credendo, non tenentur eligere partem ſecuriorem; ſed contrariam ei quam eorum ſcrupuli dictant. Et ſi fortaſſe errent excuſantur, vt docent D. Antoni. Silu. Gerſon. Caiet. & alii quamplurimi, quos refert, & ſequitur Nauar. ſup. nu. 78.

Quartò dico accipiendo hanc differentiam in ſenſu quo Panor. & DD. accipiunt, ſcilicet pro rebus agendis in Foro pœnitẽtiali, & iudiciali, hoc eſt pro dubiis quæ ſe ſe offerunt in vtroque Foro, vera eſſe quę diximus verb. Interpretatio. Differentia 2. & verb. Iudicium. §. Nempè dubia in Foro conſcientiæ interpretanda, & accipienda eſſe in partem deteriorem, & ſic eligendã tutiorem: in Foro verò iudiciali eligendam eſſe mitiorem; cùm plenè non conſtat de veritate. Et hoc per rationem, de qua in dictis Differentiis. Quibus ibi expoſitis addo hoc intelligendum eſſe cùm res adeò dubia eſt, vt fundamenta vnius partis, alterius argumentis non preſtent; ſed rẽ ęqualiter conſtituant, ita vt Iudex, vel Confeſſarius neutri parti plus adhæreat, quàm alteri. Ita limitat, & reſtringit dict. Differentiam Nauar. ſup. num. 38. aſsignans diuerſitatis rationem, quia ſcilicet nemo ſe peccandi periculo exponere debet, neque alteri cõſulere, vt illi ſe exponat. At Iudici conuenit potiùs abſoluere nocentem, quàm cõdemnare eumdem. l. Abſentem. ff. de Pœnis.

Sed contra ſupradictam reſolutionem videntur obſtare quæ diximus ſup. eod. verb. Differ. 1. vbi plura exempla adduximus, quibus non tenemur in conſcientia in dubiis ſequi, & amplecti opinionẽ tutiorem, ſed ſufficit habere pro contraria communem, vel Doctorem aliquem perſpicuum, ſeu rationem efficacem.

Sed reſpondeo in prædictis euentis requiri vt amplectens partem alteram putet illam eſſe veram. Quo in caſu iã talis nõ eſt in dubio; licèt DD. diſſentiant.

OTIOSITAS.

SVMMARIVM.

1 *OTIOSVS in Foro exteriori non eſt niſi qui nihil operatur, etiam ſi mala, & vana operetur. In Foro verò Dei otioſus eſt, qui nihil boni facit.*

DIF-

DIFFERENTIA PRIMA.

1 OTIOSVS non eſt in Foro exteriori, niſi qui nihil facit. Si verò occupetur in quocũque exercitio, etiam minùs bono; non dicitur otioſus. Vndè vulgo dicunt multi, *Ludamus parumper, nè ſimus otioſi.* Quin immò quicquid præter auaritiæ ſtudium agitur, tempus perditum, apud vulgus vocatur, teſte Petrarcha Dialog. 5.

In Foro verò Dei, otioſus eſt qui nihil boni,& vtilis ad vitam æternam facit: licèt alias ſit occupatus. Sicut enim ſurdus apud Deum dicitur qui non audit quæ Dei ſunt; licèt aures habeat non obtuſas: ſic otioſus dicitur apud Deum, qui nihil boni facit; licèt aliàs ſit occupatus, & multa vana operetur. Vnde malè diſtenti dicuntur otioſi; vt dicebat Socrates, pro vt refert Xenophon.lib. 3. de dictis, & factis d. Socratis. Facit illud Pſal.23. 4. *Qui non accepit in vano animam ſuam.* Et notat P. Pet. à Guzmàn in lib.del honeſto trabajo.Diſcurſo 4. §.1.p. 192. Addè D. Chriſoſt. ſuper Matthæum.Homil.34.vbi quęrit quinam dicãtur otioſi. Et dicit eſſe illos qui opus Dei non operantur.Opus autem Dei,eſt Deum agnoſcere, eum diligere, ei obſequi, & in virtute proficere.Ad idem vide P.Oſorium in Dominica Septuageſ. vbi dicit eſſe perdita omnia quæ quis propter ſe, & nõ propter Deum operatur. Quod confirmatur, quia ſi teſte Paulo 1. Cor. 12. opera etiam bona, vt diſtribuere omnes facultates in cibos pauperum, nihil ſunt, nihil proſunt, ſi extra charitatem fiant: quid quæſo erunt, quidvè proderunt opera quæ quis ſibi facit, & quæ in ſe nihil ſunt? Verè de talibus loquens ait Iſa. cap. 59. *Telas aranearum texuerunt, & opera eorũ,opera inutilia. Et cogitationes eorum,cogitationes inutiles.* Vnde pulchrè dicit quidam, *Velut è currente flumine tantùm habes, quantum hauris: ita ex annis ſemper euntibus nihil accipis, niſi quod in res duraturas colligis.*

PAROCHVS.

SVMMARIVM.

1 *PAROCHVS, cui coadiutor, ob inſufficientiam datur, non remanet ſuſpenſus in officio quoàd Forum exterius.Benè tamen quoàd interius.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 PAROCHVS, ſeu quiuis alius, cui propter inſufficientiam datus eſt coadiutor: in Foro exteriori non remanet inhabilis, & ſuſpenſus ad adminiſtrandum ſuum officium; niſi expreſsè inhibeatur, & interdicatur prę̃fatum officium.

At in Foro interiori ſecùs eſt. Vnde peccaret mortaliter, ſi cum prædicta in ſufficientia ſuum officium exerceat. Ita Cordub. ſingulariter caſu 23. Quod eſt valde notandum pro intellectu, & declaratione text.in cap.6.Seſsionis 21.Concil.Trid. Adde in confirmationẽ quæ diximus ſub verb. Nullitas. Differ.10.nu.5.&8.

SVMMARIVM.

1 *PAROCHVS poteſt per Vicarium totam curam animarum exercere in Foro exteriori.*

2 *Non tamen in Foro conſcientiæ. Quod per quatuor rationes efficaciter probatur.*

3 *Beneficiati, & Canonici tenentur per ſe, & non*

& non per ſubſtitutos, munera ſua ſubire.

4 *Parochus ad quæ teneatur pro ſuis ouibus.*

5 *Perſonalis reſidentia Parochi eſt de iure diuino.*

6 *Parochus, vt ordinarius, poteſt ſuam delegare iuriſdictionem.*

7 *Parochus poteſt habere Vicarium ad ſe coadiuuandum; non tamen ad totam curam ei imponendam.*

8 *Reprobatur quædam corruptela, ſcilicet locatio curæ animarum.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 PAROCHVS committẽs totam curam Vicario, & non exercens ipſam per ſe, ſaltem faciendo quod poteſt; licèt quoàd Forum exterius (dùm per Prælatum, ſeu Epiſcopum ad id non cogitur) ſit tutus, reſidendo in eadem Eccleſia.

2 Non tamen eſt tutus in Foro conſcientię; quia quoàd Deum non ſatisfacit ita ſeruiẽdo curæ; ſed tenetur ipſam per ſe exercere. Et ſi vult habere Vicarium; poteſt eum habere in coadiutorem; non tamen vt per ipſum totum onus exerceat. Ita in terminis tenet Caiet. 2. 2. q. 185. art. 5. Sot. lib. 10. de Iuſt. & iur. quæſt. 3. art. 1. Cordub. lib. 2. Quæſt. Theolog. tit. de Ignorãtia. quæſt. 3. in prin. Henriq. poſt plures a ſe relatos in ſumma tit. de Indulgent. cap. 28. §. 1. & Rodrig. verb. Reſidentia. cap. 33. num. 2.

3 Quod, vltra præcitatos, probo multipliciter. Primò per Concil. Trid. Seſsione 22. cap. 4. & Seſsione 24. cap. 12. verſ. Omnes, vbi præcipitur vt omnes Beneficiati, & Canonici cogantur per ſe, & non per ſubſtitutos, ſeu Vicarios, munera ſua ſubire, & exercere. Ergo & Parochus (qui magis aſtrictus eſt, quàm ſupradicti) poterit etiã compelli, vt per ſe, & non per Vicarium, curam exerceat; vt iam vidi in practica id à quodam Epiſcopo obſeruatũ, qui quoſdã Canonicos curatos coëgit ad curã per ipſorum perſonas exercendam, remouendo eorum Vicarios. Quòd ſi ad id iuſtè poteſt compelli: ſequitur neceſſariò teneri eumdem Parochum in conſcientia regere curã per ſe; nec ſatisfacere eam regendo per Vicarium, quantumuis idoneum, & ſufficientem.

4 Secundò, quia ex præcepto diuino tenetur Parochus oues ſuas agnoſcere, pro his ſacrificium offerre, verbique diuini prędicatione, Sacramentorum adminiſtratione, ac bonorum operum exemplo paſcere; vt inquit idem Concilium Seſsione 23. c. 1. de Reformat. Igitur neceſſariò vltra reſidentiam perſonalem, requiritur vt Parochus per ſe, & non per alium, præfata munera exerceat. Quia aliter oues ſuas agnoſcere non poteſt, nec poteſt ſatisfacere his muneribus à prædicto Concilio requiſitis. Et nota hunc text. pro different. hic tradita, quia eſt ſingularis, & irrefragabilis.

5 Tertiò, quia perſonalis reſidentia de iure diuino, & per dictum Concil. Trid. dicto cap. 1. requiſita, ad nihil aliud exigitur, niſi ad obeunda perſonaliter prædicta munera paſtoralia. Aliàs enim caſſa eſſet, & inutilis præfata reſidentia. At beneficium datur propter officium, cap. fin. de Inſtitution. Ergo, &c.

Quartò, quia in Parochis eſt electa induſtria perſonæ; vt conſtat per examen rigidum quod ſubeunt. Ergo non poſſunt alteri totam curam committere, cap. fin. §. fin de Offic. Delegat. aliàs ſuperuacaneum eſſet prædictum examen.

Quintò idem probatur per ea quę continentur in Bulla Cruciatę poſt prin. §. *Itẽ los Clerigos ſeculares*, &c. vbi Papa dat poteſtatem cuicumque Beneficiato eundi in hanc expeditionem contra inimicos fidei, pro recuperatione terræ ſanctę ad prędicandum, vel aliud pium opus ibi exercendum. Poſſuntque ponere ſubſtitutos, ſeu Vicarios in eiſdem Beneficiis; dummodò non ſint prædicta Beneficia curata. Eo enim in caſu (inquit Bulla) non poterit Parochus inſeruire ſuo Beneficio per Vicarium; niſi de licentia ſpeciali Papæ. Hactenus Bulla. Ex quibus verbis à maioritate rationis colligitur minus poſſe Parochum id facere pro ſuo libito; ſed tantummodò (vt diximus) reſidendo eo perſonaliter, & curam exercendo per ſe ipſum, & haben-

& habendo Vicarium ad coadiuuandum. Videant hoc Epiſcopi. Nam in hoc poteſtatem Papalem ſibi vſurpant, permittendo ſine vlla cauſa dictos Parochos extra eorum Parochias commorari, nè dicam vagari.

6 Nec obſtat extra Sacramentum Pœnitétiæ poſſe Parochum vices ſuas cuicumque Sacerdoti committere. Item poteſt facere ſuum Vicarium ad totam curam quemcũque Presbyterum, per Ordinarium approbatum ad confeſsiones audiendas. Quia Parochus eſt Ordinarius,& tamquam talis, poteſt delegare ſuam iuriſdictionem pro quouis Sacramento, excepto pro Confeſſione; pro qua, poſt Concilium Trid. non niſi idoneis, qui ſint ab Epiſcopo approbati,delegare poteſt. Et ita in vniuerſo ter-

7 rarum orbe practicatur. Sed reſpondeo (vt in principio annotaui) prædicta fieri poſſe à Parocho ad coadiuuandum ſe ipſum in cura: non autem ad deonerandũ ſe ex onere. Quòd ſi alicubi ſit conſuetudo in contrarium, tamquam corruptela reſpuenda eſt,& expellenda è Mundo;etiam ſi ſit immemorialis; vt patet ex eodem Concil. dicto cap. 1. Seſsione 23. ad fin.

8 Vnde mirari licite poſſumus negligentiã quorumdam Prælatorum; qui non ſolùm in prędicta praua conſuetudine conniuent, eam toleràtes; ſed etiam in alia multò magis deteſtanda, ſomno conſopiuntur, ac palpebris tamquam inuolùti quieſcũt, immò obdormiſcunt, cognitum habentes à Parochis locari totam curam cùm fructibus, & emolumentis,alicui Sacerdoti approbato, qui durante tempore conductionis, ſunt veluti ipſimet Parochi. Parochi autem non reſident in Parochia, ſed extra eam vagantur, & certis tantùm diebus ſolennibus adſunt. Hanc flagitioſiſsimam corruptelam fletu dignam vidi in Principatu Cathaloniæ per quoſdam Parochos practicari, magno cùm dolore cordis, & admiratione; videns curam animarum,rem adeò ſacram, redactam inſtar locationum bonorum temporalium.

DIFFERENTIA TERTIA.

EX præcedéte Differétia, facilis erit deciſio ſubſequentis.Parochus deſeruiens Epiſcopo in officio Vicarii generalis,& hac de cauſa abſens à ſua Parochia, & ei deſeruiẽs per Vicariũ; tutus eſt quoàd Forũ exterius. Ita ſæpe vidi practicari à nonnullis Epiſcopis,quod dolens refero. Nam in Foro conſcientiæ, nec ipſe Parochus,nec ipſe Epiſcopus ſunt tuti. Cùm enim reſidentia Parochi ſit de iure diuino, & naturali, vt patet per Concil. Trid. Seſsione 23. cap. 1. nullo modo poteſt pſe Epiſcopus, nec etiã Papa ſuper ea diſpenſare, niſi idem ius naturale, & diuinum interpretando. quod niſi in vera, & legitima neceſsitate neminem excuſat, per not. verb. Diſpenſatio. Differentia 6. quæ ad præfatum caſum non occurrit, vt docet in terminis Lælius Zecchus de caſibus Epiſcopo reſerua. caſu 2. §. In ordine etiam. Vbi idem dicit de Papa,ſi egeat Pręlato ad officium Auditoris,vbi alii non deſunt, qui huiuſmodi negotia æquè benè expedire poſſunt. Tunc enim abſens Prælatus,in Foro animæ non excuſatur. ſecùs eſſet, ſi ad conſilium, vel legationem magni ponderis eſſet adeò neceſſarius, vt per alium non ita benè id fieri poſſet. Et ſic Illuſtriſsimus Cardinalis Belarminus cũ eſſet Archiepiſcopus Capuenſis, & eo egeret Summus Pontifex in Romana Curia ad communia negotia, non acqueuit,donec ab eodẽ licẽtiã ad actu renunciandũ dicto Archiepiſcopatui obtinuit. Quæ confirmantur ex variis reſponſis factis per dominos Cardinales Concilii Trid. circa prędentem differentiam. Nam Epiſcopo Tudertino ſic dicta Congregatio reſcripſit, *Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum Parocho,vt non teneatur reſidere ex eo quòd velit eum eſſe in domo ſua ad ſibi inſeruiendum, vel habere curam ſeminarii, vel conſtituere Vicarium foraneum, etiamſi cura animarũ aliàs nõ deſereretur.* Deinde in alio reſpõſo ſic habetur, *Quæſitum fuit à S. Congregatione an Curati qui in ſeruitiis Epiſcopi in Diœceſi, vel extra commorantur, & proptereà à ſuis Eccleſiis abſunt, pœnas non reſiden-*

reſidentium incurrant:cùm eò quòd Epiſcopus hoc ſcit, & tacet, huiuſmodi cauſam approbare videatur. Congregatio reſpondit, *Non licere Epiſcopo ſuorum, vel etiam Cathedralis Eccleſiæ negotiorum cauſa permittere, vt Curati extra ipſorum curam maneant; etiam conſtituto Vicario idoneo.* Facit etiam alia reſponſio facta Archiepiſcopo Florentino, quæ talis eſt, *Congregatio Concilii cenſuit nihil eſſe indulgendum Canonicis Florentinis, licèt nobiles eſſent, & Protonotarii Apoſtolici, & ex parte Doctores, cauſarumque Eccleſiarum Iudices, eorumque præſentia valde vtilis ſit Eccleſiæ Florentinæ, quo minus per totum annum in ſuis Parochialibus reſiderẽt;licèt aſſererent fructus ſuorum Canonicatuum eſſe admodum tenues, nec excedere ſummam 24. ducatorum. & licèt in dictis Parochialibus vellent ponere idoneos Vicarios; vel quotannis, vel tertio quoque menſe viſitare perſonaliter ſuam Eccleſiam; vel per ſex menſes in iiſdem reſideres vt fuit etiam ſcriptum Epiſcopis Verdunen. & Maioricen.* Et confirmantur omnia ſupra dicta per tradita Differentia præced.

SVMMARIVM.

1 *POST Concilium Tridentinum Sacerdoti idoneo, etiamſi ab Ordinario minimè approbato, poteſt quilibet confiteri de licentia ſui Parochi, in Foro interiori.*

2 *Secùs in Foro exteriori.*

3 *Pœnitẽs ſi ignorauerit eum, cui iã confeſſus fuit, non eſſe ab Epiſcopo approbatum; vel non requiri approbationem ad recipiendas aliorum confeſſiones: quò ad Deum erit abſolutus. Si autem vtrumque cognouerit: eius confeſſio fuit inualida.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 PAROCHVS in Foro conſcientiæ poteſt dare ſuis Parochianis licentiam ad confitendum cuilibet Sacerdoti idoneo,& literato; etiam non approbato ab Ordinario.Eritque valida talis confeſsio in eodem Foro; etiam hodie poſt Concilium Tridentinum. Ita tenẽt multi grauiſsimi Doctores teſte Pet. Ledeſma 1.par. ſuæ Summæ. tit. de Sacramento Pœnitentiæ.cap.12. poſt.5.concluſionem,vbi refert pro ea Magiſtrum Gallo qui interfuit Cõcilio, & Magiſt. Orellana, & dicit hanc opinionem eſſe magis probabilem. Quorum fundamentum præcipuum eſt,quia ante Concilium poterat à Parocho dicta licentia concedi; quę non fuit ſublata, nec reſtricta per Cõcilium Seſsio. 23.cap.15.quia ibi ſolùm tollit priuilegia, & conſuetudines contrarias.

2 In Foro verò exteriori, non poſſe eam concedi; quia Epiſcopi id egrè ferunt, & puniunt contrafacientes, perſpicuum eſt. Quod iuſtè facere poſſunt; adhærẽtes contrariæ opinioni, quę probabilis eſt, ſecundùm eumdem Pet. Ledeſma loco ſup. cit.

3 Ego verò primam partem huius differẽtiæ arbitror eſſe apertè falſam; quia eſt contra text.expreſſum in cap.1. de Conſtitu.lib.6.vbi dicit text. ad derogandum antiquum Canonem, ſufficere nouum facere illi contrarium, licèt de eo mentionem nõ faciat. Cùm igitur Concilium ſtatuerit nullum hodie reputari idoneum ad audiendas confeſsiones ſecularium; niſi parochiale Beneficium habeat,vel ſit ab Epiſcopo approbatus: liquet abrogatam eſſe illam poteſtatem, quam Parochi habebant ante Cõcilium, delegandi ſcilicet ſuas vices idoneis,licèt non approbatis:ſiue illa poteſtas eſſet à iure; ſiue ex conſuetudine. & ideò nulla eſt in hoc aſsignanda differentia inter vtrumque Forum, ſed tenendum indiſtinctè non poſſe à Parocho dari licentiam ſuis Parochianis ad cõfitendum aliis; niſi ſint ex approbatis ab Ordinario. Adeò vt confeſsio aliter facta, ſit nulla; vt reſpondit Sacra Congregatio; & tradit Pater Suarez tomo 4. diſputatione 28.

Digitized by Google

ſect.4.nu.14. Rationem vide per Viualdũ in Candel.aureo tit.de Abſolutio.num.79. nempe quia vt confeſsio ſit valida, requiritur Confeſſarium non eſſe impeditum ab exercitio ſuæ poteſtatis, quam in ſua ordinatione recepit. At hodie per Concilium, omnis Sacerdos qui non eſt Parochus, vel approbatus ab Epiſcopo; eſt impeditus ad adminiſtrandum Sacramentum Pœnitentiæ ſecularibus. Ergo, &c.

Addunt tamen dicti Domini Cardinales in eadem reſponſione, illum qui confeſſus fuerit non approbato: ſi ignorauerit Confeſſarium non eſſe approbatum, vel cogitauerit non requiri approbationem: ob fidem quam habuit in Sacramento; quoàd Deum eſſe abſolutum. Et ſi deinde ſciuerit illum non eſſe approbatum; vel requiri approbationem: teneri reiterare confeſsionem. Idem probat gloſſa in Clement. Dudum. verſic. Ac deinde. de Sepultu. & diximus verbo Nullitas. Diff.5.

SVMMARIVM.

1 *PAROCHVS, quamtumuis præcedat cauſa iuſta, niſi fuerit ab Epiſcopo approbata, non poteſt abeſſe à ſua Parochia in Foro exteriori.*

2 *Secùs in Foro interiori. Declarantur verba Concilii Tridentini ad id appoſita.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 PAROCHVS, etiam ex cauſa iuſta, non poteſt in Foro exteriori à ſua parochia ſine licentia Epiſcopi abeſſe. Ita diſponit Concil. Triden. Seſsione 23. capit. 1. ibi, *Ita tamen, vt quandocumque eos, cauſa prius per Epiſcopum cognita, & probata, abeſſe contigerit; Vicarium idoneum,* &c. Ecce quo modo non ſolùm requiritur cauſa ad ſe abſentandum; ſed etiam ea eſt per Epiſcopum cognoſcenda, & approbanda. & conſequenter requiritur eius licẽtia. Quod confirmatur ex quadam reſponſione facta per Dominos Cardinales Congregationis Concilii, quæ eſt inter illas quæ ſunt Cardinalis Garrafæ, quæ ſic ſe habet, *Nec Parochus habens iuſtam cauſam abeundi extra parochiam per duos menſes, aut tres ſatisfacit ſuæ conſcientiæ, ſi petat licentiam iurans ſe habere cauſam, quam non expedit manifeſtare, vt ſic petita licentia abeſſe poſsit, licèt Epiſcopus non concedat. Similiter abeſſe non poteſt in caſu quo cauſam rationabilem expreſsit; quamuis bonus, & æquus, rationabilem iudicaret: ſed rigidus Prælatus minùs æquam iudicat, & licentiã denegat: vel quia mouetur ſuſpicione quòd facta ſit, cùm tamen ſit vera. ſed habere poteſt recurſum ad Superiorem.*

2 In Foro verò conſcientię, exiſtente vera cauſa ad ſe abſentandum, poterit etiam ſine dicta licentia duos menſes abeſſe; vt tenet Nauar. capite 25. numer. 121. ad fin. & Rodriguez in Explicatione Bullæ compoſition. numer. 18. & ita vſu receptum eſſe teſtatur Lęlius Zecchus de Caſibus Epiſcopo reſerua. caſu 3. ad fin. verſic. In hac quæſtione. quamuis dicat talem ſic recedentem peccare, propter inobedientiam. Quod non credo verum. Quia cùm ſit ita vſu receptum, vt & ego ſæpiſsime practicari vidi, & non ſit exitialis talis conſuetudo: dicendum eſt non peccare, per notat. verbo Conſuetudo. Diff.2.

Nec obſtat ſupra allegata reſponſio Cardinalis Garrafę, quæ apertè dicit non ſatisfacere ſuæ conſcientiæ Parochum ſine licentia Epiſcopi abeuntem, etiam ſi iuſta cauſa adeſſet: cùm Congregatio Concilii reſpondeat attenta diſpoſitione Concilii: nos autem loquamur attento vſu in contrarium.

Nec ſimiliter obſtant verba Cõcilii dicti c.1. ibi, *Conſuetudine quacumque immemorabili, quæ potiùs corruptela cẽſenda eſt, &c.* Per quæ non ſolùm cenſetur ſublata cõſuetudo pręterita; ſed etiã futura, quãdo reprobatur, & tollitur conſuetudo tãquam mala, & corrupta. aliàs non cẽſetur ſublata futura ex gl. ſing. in Clem. 7. de Elect. verb. Cõſuetudine. & Probo ſic inteligẽdo in Addit. ad Monac. in c. fi. n. 110. ad fi. de Cõſti. in 6. & reſpon-

Digitized by Google

& reſpondeo prædicta vera eſſe ſi Canon fuit receptus. Tunc enim cenſetur ſublata conſuetudo etiã futura. Secùs ſi non fuit receptus, vt docet Iul. Clar. q. 76. nu. 2. vbi nõ obſtante cap. Quamquam de Cenſib. lib. 6. tolli conſuetudinẽ, & corruptelam: nihilò minus dicit illum tex. de conſuetudine non ſeruari, quia non fuit receptus. Vide ad idẽ Rochũ c. fin. de Conſue. conclu. 7. limita. 5. fol. 53. Pala. Ruui. in Rep. c. Per veſtras. notab. 5. in prin. col. 405. Rebuf. ad leges Gallicas in Prooemio. gl 5. n. 144. & ſeq. Coua. lib. 3. Varia. c. 13. n. 4. in prin. Tiraq. in Præfatione retractus nu. 17. Dueñas reg. 141. verſi. Secundò limita. & reg. 144. At in noſtro caſu dicta conſtitutio conciliaris, non fuit vſu recepta, quando ſcilicet adeſt iuſta cauſa ſe abſentandi, ſaltem in Foro conſciẽtiæ; quamuis in Foro exteriori poſſit Epiſcopus procedere, & punire Parochum ſe abſentantem, etiam cum cauſa iuſta, ſine Prælati licentia.

PECCATVM.

SVMMARIVM.

1 *ARMA ponens in Eccleſiis, Sacellis, & Hoſpitalibus à ſe erectis, in Foro exteriori acquirit gloriam.*

2 *In Foro verò interiori amittit meritum. Niſi præcipuè fiat propter Deũ; & ſecũdariò vt cognoſcatur dominus conſtructor illorum.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 POnẽs arma ſua in Capellis, Eccleſiis, Hoſpitalibus, & aliis locis piis à ſe ædificatis, & dotatis: quoàd Forum exterius conſequitur gloriam, & famã. Ad hoc enim prędicta arma ponnutur.

2 In Foro verò interiori, & quoad Deum, amittit meritũ, & gloriã pro tali bono, & pio opere debitã. Ita ſingulariter Sebaſt. Sapia, & Caſſan. relati à Cened. in Collectan. 2. p. colect. 153. nu. 4. pag. 348. quãuis ipſe contrariũ teneat, ſi non potiſsimùm, ſed ſecundariò id fiat. Proquo facit glo. recepta in c. vnico, in gloſ. penul. de Cler. nõ reſid. cuius meminimus verb. Simonia. Diff. 10. Faciũt etiã quæ diximus ſub eod. verb. Diff. 9.

Sed nõ video quomodo inſignia, & arma poſſint apponi pro Deo principaliter, & ſecundariò pro gloria Mũdi; ſed potiùs vt cognoſcatur à ſingulis cõſtructor illorum operũ. Si verò fortè ponerentur ibidem ob aliquam cauſam neceſſariam: tunc excuſaretur.

DIFFERENTIA SECVNDA.

OCcultus peccator poteſt petere quoàd Forũ exterius Euchariſtiã à Parocho, petẽdo eam publicè, & cum inſtantia. Non enim tunc poteſt Parochus eum prohibere, ne communicet, per tex. in cap. Non prohibeat. de Conſecrat. diſt. 2.

In Foro verò animæ prohibetur. Nã peccat mortaliter recipiendo indignè, vt in cap. Sicut Iudas. eadem diſtinct.

SVMMARIVM.

1 *PECCANS ex conſuetudine, præſumitur in Foro iudiciali peccare ex contemptu. Secùs in Foro interiori.*

2 *Legem tranſgrediens frequenter, dicitur in Foro exteriori eam contemnere, cùm ex ea cauſa eam tranſgreditur, quia non vult ei ſubiici. aliàs ſecùs cenſendum eſt.*

3 *Peccatum veniale qualiter ex frequentia fiat mortale.*

4 *Qui ſciens, & volens inebriatur, peccat mortaliter.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 PECCANS ex conſuetudine, præſumitur peccare ex contemptu in Foro exteriori. Secùs in interiori, vt notat Nauar. in Manual. cap. 23. nu. 24. Adde notat. ſub verbo Lex. Differentia 1. quæ ferme eſt vt eadem.

2 Hinc collige intellectum ad ea quæ tradunt Ioan. Andr. Hoſt. & Collect. citati à Coua. in cap. Alma mater. 1. par. §. 7. num. 6. verſi. Tertiò inde infertur. de Sent. excom. nempe frequentiam actuum eſſe quẽdam contemptum. adeò, vt ſi quis legẽ frequẽter tranſgrediatur; id facere dicatur ex contemptu. Sed intelligendi ſunt quoàd Forũ exterius. Nam quoàd Forum interius contrarium tenet D. Thom. 2. 2. quæſtione 136. art. 9. cuius verba ſunt, *Quando autem propter aliquam particularem cauſam; puta concupiſcentiam, vel iram, quis inducitur ad aliquid faciendum contra ſtatuta legis; non peccat ex contemptu*. Idẽ not. ibid. Caiet. Adria. quodlib. 2. art. 2. Alfon. à Caſt. lib. 1. de Poteſt. leg. pen. cap. 5. documento 6. & Coua. ſup. vbi huius rei reddit rationem. videlicet quia contemptus tunc conſtituitur, cùm quis ob id tranſgreditur legem, quia non vult ei ſubiici. Vnde ſi primus actus ideò fiat, contemptu fit. At ſi actus (etiam ſi centeſimus) non hac cauſa, ſed alia, fiat: contemptu caret, tametſi ipſa frequentia actus, diſponat ad cõtemptum, vt ait D. Thom. ſup. & ideò tamquam periculoſa, ſummè cauenda eſt. Diſpoſitiuè namq; inducit ad contemptum.

3 Hinc etiam collige intellectũ ad id quod docet Panor. in c. Nam concupiſcentiã. ad fin. de Conſt. & plerique alii, teſte Couar. ſup. nu. 7. nempe peccatum veniale per conſuetudinem, & frequentiam effici mortale. Quaſi velint vt ipſa frequentia pariat, & efficiat contemptum. Hoc intelligendũ eſt, vt ſuprà modò diximus, ſcilicet frequentiam, & conſuetudinem faciendi aliquod peccatum veniale (vt frãgere ſilentiũ, proferre verba otioſa, murmurare frequenter de defectbius, etiam leuib. proximorum, & ſimilib.) diſpoſitiuè inducere ad contẽptũ; ita vt illa, ſciens, & volens committere nõ vereatur. Nõ quòd ipſa ſola frequentia per ſe cauſet contemptum, & efficiat mortale, quod aliàs erat veniale. Quomodocumque enim quis ex fragilitate, vel alia cauſa nolẽs illa faciat; excuſatur à contẽptu. Ita declarat (quamuis non ita copioſè) gl. in cap. Vnum orariũ. verſi. Criminis. 22. diſt. Silu. verb. Peccatum. q. 4. Couar. d. nu. 7. vbi hoc

4 exemplificat in eo qui frequenter capitur à vino. Fieri, inquit, ſi quidem non poteſt, quin is qui frequenter inebriatur; aliquãdo ſciẽs, & volens inebrietur. Quo in caſu ſine dubio erit peccatũ mortale. Quia cùm ſępe expertus fuerit virtutem vini, & eius propriam fragilitatẽ; noluit à vino abſtinere, vt not. D. Thom. 2. 2. quæſt. 50. artic. 2. ad 1. & Adria. & Caſtro vbi ſup.

SVMMARIVM.

1 T*ORNEAMENTA, & haſtiludia an ſint licita.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 TOrneamenta, & haſtiludia in Foro exteriori ſunt permiſſa, & reputantur licita, & exercitia virtutis fortitudinis; vt in l. Qua actione. §. Si quis in collatione. ff. ad l. Aquil. & in l. 1. §. Beſtiam. ff. de Poſtulan.

Sed in Foro conſcientiæ ſunt prohibita. Nam peccant mortaliter illa exercentes; vt

Digitized by Google

tes;vt in cap.1.& 2. & per totũ tit. de Torneame.docet Nauar.cap.15.num.18.Quod intellige de illis torneamentis, & haſtiludiis,quibus probabiliter imminet periculum mortis. Secùs de aliis cauſa virtutis experiundæ, & quæ fiunt ita moderatè, vt probabiliter credi poſsit ea non conſecutura notabilia nocumenta perſonalia, puta mortes, vulnera, oſsium rupturas, & id genus alia;vt poſt Hoſt. & Panor. docet Silueſt. verbo Torneamentum. & Nauar. ſuprà, & Armill. verb. Haſtiludium.& verb. Torneamentum.

SVMMARIVM.

1 *SERVO, vel captiuo iuſtè capto, an liceat fugere.*

2 *Serui nati ex ancillis, vel voluntariè effecti,vel filii à parentibus venditi; non poſſunt licitè aufugere,ſed tenentur ſe reſtituere dominis ſi fugiant.*

3 *Chriſtiani capti à Saracenis; vel ſerui in bello iniuſto effecti, poſſunt licitè aufugere.*

4 *Dominus rei,poteſt eam propria auctoritate à detentore capere, ſi aliter eam conſequi non poſsit. dummodò id faciat ſine vi, ſeu ſcandalo.*

5 *Bellum iniuſtum ex parte Turcarum, ſeu Saracenorum, quando dicatur.*

6 *Chriſtiani capti à Catholicis, vel hæreticis, etiam iuſto bello, poſſunt licitè fugere.*

7 *Chriſtiani capti à Turcis etiam iuſto bello; poſſunt licitè fugere. Ex quo nota dari bellũ iuſtum ex vtraque parte in ſeruis,vel captiuis à Turcis iuſto bello captis.*

8 *Seruum alienum ſolicitans ad fugàm, peccat; licèt ſeruus non peccet.*

9 *Non valet argumentum de rebus ad perſonas,vel è contra.*

10 *l.1. C.de Seruis fugi. & l. Ancilla.ff. de Furt. declarantur.*

11 *Furtum committi poteſt in Foro exteriori; quod in Foro conſcientiæ non erit tale.*

12 *Mulier per metum conditionalem conſentiens adulterio, non eſt adultera in Foro exteriori. Benè tamen in Foro pœnitentiæ.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 SERVVS, ſiue captiuus iuſto bello captus, ſi fugiat à Domino ſuo: in Foro exteriori grauiter punitur;quia expedit bono communi, ſic fugientes puniri, vt in l. Si fugitiui. & in l. Cùm ſeruum.C.de Seru.fugit. & ſic conſtat non poſſe impunè fugere.

At in Foro conſcientiæ ſecùs eſt; quia nõ peccat fugiendo, ſaltem ſi ſine vllo dolo, aut vi id faciat; vt communis conſuetudo nationum,& prouinciarum obſeruat, teſte Salon de Iuſt.quæſt. 3.de Dominio. art. 1. col.355.in fine, & tenet Sot. lib. 4. de Iuſt. quæſt.2.art.2.& Petr. à Nauar. poſt alios 1.tom. lib. 2. cap.4. num.142. & 144. & tom 2. lib.3. cap.1. num. 202. & defendit Couar. regul.Peccatum.2.part.§.11.nu.6.

Fundamina potiſsima huius opinionis ſunt ſequentia. Primum eſt, ſicut iure gentium introducta eſt ſeruitus eorum qui in bello captiuantur: ita eodem iure, nempe conſenſu omnium nationum interpretatum eſt eamdẽ ſeruitutem tamdiu durare, quamdiu prædicti ſerui à dominis ſuis cuſtodiuntur, & de eorum manibus non elabuntur.

Secundum eſt, quia ſeruorum conditio eſt omnium miſera,& odioſa.& ſic reſtringenda, ex regul.Odia. de Regul.iur.in 6.

Tertium eſt additum à Pet. à Nauar. vbi ſuprà, nempe quia ſeruitus eſt mors ciuilis,& morti naturali comparatur.l. Seruitutem. ff.de Regul.iur.gloſſa fin.in cap.Inter 22.quæſt.4.Vnde ſicut damnato ad mortẽ naturalẽ,ita licet fugere,ſecundùm Couar. lib.1.Variar.cap. 2. numer.10. & diximus verbo Defenſio.Diff.9.

Contrariam tamen ſententiam,videlicet ſeruum recedẽtem à domino ſuo peccare, tenet glo.2.ad fin.in cap.Ius gentium. diſt. 1.quam ſequitur ibi Turrecrem.& Prępoſ. numer. 9. D. Antonin.3.par. tit.3. capit.6.

 §.4.idem

Digitized by Google

§.4.Idem tenet Silu.verb. Seruitus.quæſt.3. Nauar.capit. 17.num.103.§.15.Et dictam gloſſam eſſe communiter receptam teſtatur Couar. lib.1. Variar.cap.2.num.10.poſt illationem 10.

Et probatur primò per text. in capit.Si quis ſeruum.17.queſtione 4.vbi conſulens ſeruo vt à ſuo domino recedat, venit duriſſimè arguendus. Ergo malè facit, & peccat ſeruus fugiendo.Aliàs non eſſet dignus reprehenſione id conſulens.

Secundò, probatur ratione. Quia qui ſpoliat verum dominum re quam iuſtè poſſidet, peccat, & tenetur ad illius reſtitutionem. ſed ſeruus eſt vera poſſeſsio domini ſui, non minùs quàm alia bona temporalia eiuſdem domini. Ergo,&c.

Tertiò, quia capti in bello iuſto, merentur occidi. Et ſi aliquibus ignoſcitur vita; id fit ex magna gratia;& reſeruantur ad ſeruiendum dominis capientibus. Ergo prædicti ſerui remanent obligati dominis; ſaltem per legem gratitudinis; ſicut redempti à Turcis manent obligati mercatoribus ipſos redimentibus, etiam ſi aliàs iniuſtè retinerentur à Turcis.

Quartò,quia ſeruus fugitiuus dicitur cōmittere furtum. l. 1. C. de Seru.fugit. l.Ancilla.ff.de Furt.Marant. de Ord. Iud.4.par. diſt.7.numer.46.fol. mihi 103. Ergo peccat,&c.

Quintò, facit gloſſa notabilis in capit. Diſpar.23.quæſt.8. quæ dicit per text. ibi, quòd ſi Saraceni non perſequuntur Chriſtianos, non poſſumus impetere eos, & bella contra eos mouere. Ergo capti iuſtè, tunc ab eis iuſtè detinentur; & conſequenter ab eis non poſſunt fugere.

Pro concordia verò,& maiori huius difficilis differentię,& quæſtionis,intelligentia: quaſdam concluſiones, (omnes ferè caſus qui circa præſentem quæſtionem contingere poſſunt, complectentes) conſtituam.

2 Sit prima cōcluſio, Serui natura,quales sūt vernaculi, id eſt nati ex ancillis, & ſeruis propriis; ſerui etiam voluntariè effecti, qui inopia preſsi, ad pretium participandum ſeruituti ſe manciparunt,vt faciunt multi in triremibus; vel qui à ſuis parentibus, eadē inopia preſsi venditi fuere, iuxt. l.2. & ibi gloſſam C.de Patrib.qui filios diſtrax. communiter receptam,ſecundùm Couar. lib. 3. Variar.cap.14.num.4.in 2.notab.& Rip.in l.Obligatione.num.13.ff.de Pignor. & copiosè in 1.tom. Commun. opin. pag. 467. opin. 225. ſuper quo videndus eſt Rebel. de Obliga.iuſt. in Prælud. quæſt. 10. num. 24. cum quatuor ſequentib. Tales, inquā, ſerui,ſi aufugiant,non ſolùm peccāt mortaliter, ſed etiam tenentur ſe reſtituere dominis.Ita Soto,& Pet.à Nauar.ſup.& communiter omnes. Quia tunc eſt manifeſtum furtum, non minùs quàm ſi pretium quo fuerunt venditi,rapuiſſent: vel equum, quē quis vēdidiſſet, furaretur.Idē docet Rebel. vbi ſuprà quæſt.12.num.2.

3 Secunda concluſio, Chriſtiani capti à Saracenis,ſeu Turcis piratis,vel in bello iniuſto ex parte eorum.qualia ſunt omnia ferè bella eorum contra nos geſta; poſſunt licitè aufugere;vt docet Couar. in regul. Peccatum.2.par.§.11.num.6. Ratio eſt, quia ſi ex parte Saracenorum (vt ſupponimus) eſt bellum iniuſtum: quicquid in eo capitur, iniuſtè,& tyrannicè capitur, vt docet poſt D. Thom. Sot. lib 5. de Iuſt. quæſtione 3. artic.5.§.de Concluſionibus. Et ideò Chriſtiani tunc per eos ſerui, & captiui effecti iure optimo poſſunt ſe in libertatem dare,

4 & ad ſuos confugere,ſicut poteſt quis propria authoritate rem ſuam ab iniuſto detentore occupatam ſecretò auferre, ſi citra ſcandalum, & vim,id facere poſsit: nec aliter per Iudicem eam conſequi valeat, per dicta ſub verbo Poſſeſsio. Differ. 4.

5 Eſt autem bellum iniuſtum ex parte Saracenorum, ſiue Turcarum, quando non contenti ſuis Regnis, volunt nos a noſtris eiicere, & ſpoliare, vt fecerunt occupantes Regnum Hieroſolymitanum, Imperium Conſtantinopolitanum, Africam, Inſulam Rhodus, Goletā, & alios Pricipatus à Chriſtianis poſſeſſos; item omnes iſti Turcæ,& Saraceni qui quotidie in mari terraque nos vexant, captiuantes quotidie innumeros Chriſtianos. His enim in caſibus omnes Chriſtiani ab ipſis capti detinētur tyrānicè,& cōtra ius,& iuſtitiā. Quia id faciūt vt hoſtes cōmunes nominis Chriſtiani,Deū maximopere offēdētes, & ideò poſſunt licitè ab eis fugere; tam à nundinanti-

nantibus Saracenis, quàm à primis capientibus. argumento eius quod dicitur de re furto ſublata; quæ licèt à fure venundetur: nihilominus emptor non fit dominus verus illius, ſed tenetur eam reſtituere quandocumque cognouerit eſſe alienam. Et docet in ſimili Rebel. de Obligat. iuſtitiæ. in Prælud. quæſt. 10. num. 1. & 41.

6 Tertia concluſio, Chriſtiani capti à Catholicis, vel hæreticis, etiam iuſto bello, nullo modo efficiuntur ſerui capientium. Ita apparet ex tit. C. Ne chriſtiani mancip. & ex l. 1. tit. 21. Partita 4. docet Bart. in l. Hoſtes. ff. de Captiu. Salyc. in l. Ab hoſtibus. col. 2. C. eodem. D. Anton. 3. par. tit. 3. cap. 6. §. 4. Panor. in cap. Sicut. in 3. col. 4. de Iure iur. Dicit communem Couar. ſuprà, num. 6. dicens id prohibere charitatem quæ omnibus Chriſtianis communis eſt. Qua ratione ſi capti aliqua via poſſunt ſe à capientium manibus eximere: id iure optimo facere poſſunt. Seruantur tamen à capientibus; donec præſtita pecunia in redemptionis præmium, liberentur.

7 Quarta concluſio, Chriſtiani capti ab infidelibus, ſeu Turcis, iuſto bello; vt cùm tempore induciarum, aut pace cum illis conſtituta, vel aliàs, à Chiſtianis adoriuntur, & impetũtur: poſſunt licitè, & abſque vllo peccato libertatem procurare per fugam. Et hoc probãt rationes ſuprà, in principio huius differẽtiæ adductæ. Licèt enim bellum, ſiuè veriùs defenſio, in dicto caſu, ex parte infidelium fuerit iuſta: nihilo minus ſummum ius eſt, quod facit pro libertate procuranda, & ſeruitute vitanda. Nec ſunt miſeri captiui intra arctiores anguſtias cogendi. Sufficit quippe eis ſuus infelicisſimus ſtatus, cui nulla in hoc Mundo calamitas, & miſeria cõparari poteſt. Quod ſi bruta animalia in ergaſtulo poſita, & aues in caueis incluſæ, nũquam quieſcunt, quęrentes omni via, & conatu libertatẽ: quantò magis eam quærere poſſunt, ac debent homines per fugam (ſi aliter eam conſequi nequeãt) plùs apprehendentes, ac cognoſcentes ſummam prædicti ſtatus miſeriam, libertatiſque priuationem? Qua ſola ratione, etiam inter barbaros, & Turcas, patienter feruntur huiuſmodi fugæ; nec eas damnant, nec ſupplicio afficiunt: dummodò non fiant in cautè, & cum euidenti periculo vitę. Quam quidẽ dicti ſtatus ſummam miſeriam, & eiuſdem labores incredibiles, ſi quis eorum, qui contrariam partem tuentur, experirentur: non dubium quin ſtatim ſuã in meliorem mutarent ſen-tentiam.

Quare licèt fateamur iuſtè prædicto in caſu infideles ſe defendere, & bellum gerere propter fidem, & pacta ſibi rupta à Chriſtianis, & iure optimo tũc poſſe Chriſtianos in ſeruitutem redigere: nihilo minus ipſi captiui poſſunt etiam licitè per fugam, vel ſcapham, aliquam per mare, etiã rum pendo clam vincula, vel limando catenas, libertatem quærere, ſi eam, citra veriſimile vitæ periculum, conſequi poſsint; ſicut iuſtè incarceratus pro homicidio, poteſt licitè à carcere aperto, vel aliàs, aufugere, propter ſummum ius vitæ conſeruãdæ, & mortis vitandæ; vt diximus ſub verbo Defenſio. in dict. Differen. 9. Ex quo patet reſponſum ad fundamentum gloſſæ dicti cap. Ius gentium. & eam ſequentium, quatenus arguebat ſi bellum eſſet iuſtum, ex parte infidelium: captiuos iuſtè fieri capientium, & conſequenter ab eis aufugere captiuos non poſſe.

Non etiam obſtat cap. Si quis ſeruum. 17. quæſt. 4. Nam loquitur de ſeruis emptitiis, ſecundùm Sot. ſuprà: vel dic, ibi non

8 prohiberi ſeruos in bello captos fugere; ſed tantùm præcipi ne quis alienum ſeruũ emptitium ſolicitet ad fugam. Quia eodem iure gentium quo ipſiſmet ſeruis in bello captis conceditur fugere: prohibetur ne quis alienum ſeruum ſolicitet; vt conſtat per multa iura ſub tit. de Seruo corrupt. & de Seru. fugit. & docet Salon ſuprà col. 332.

9 Non etiam obſtat ſecundum fundamentum. Nam res alienæ, & perſonæ per vim, etiam iuſtam, ab aliquibus poſſeſſæ, non ſunt in parilitate. Res enim ſunt abſolutæ, & perpetuò ſuorũ dominorum; ita vt ſine eorum conſenſu, aut culpa, non poſsint ipſis priuari. At ſecùs eſt in perſonis. Videmus enim vaſallos pluribus in caſibus liberari à ſuis dominis directis. Serui etiam (licèt ſint emptitii) ſi malè à ſuis dominis tractẽtur, poſſunt cogere dominos, vt aliis

veneant

Digitized by Google

veneant. Similiter homicidæ, licèt fiant ſerui pœnæ mortis: pluribus tamen modis ab ea liberantur. Vnde non valet argumentum de rebus ad perſonas. Et ſic licèt captiuus fugiens, ſpoliet verũ dominum eius poſſeſsione: poteſt tamen id licitè facere; quia nõ erat ita abſolutè, & in perpetuum ſui domini, quin haberet etiam ius de iure gentium ad quærendam libertatem ea via, & modo, quo meliùs poſſet. Eſt itaque ſeruus ſui domini, dùm eſt in eius poteſtate, vel intrà fines terrarum infidelium: non tamen eſt eius, cùm eoſdem fines tranſcẽdit, & ad Chriſtianorum terras tranſit. Quis enim Confeſſarius auderet captiuum per fugam liberum, obligare vt rediret ad ſuũ dominum, vel quęreret pretium ſuæ redemptionis? Certè ſi talia dicere tentaret vt fierent: ab omnibus irrideretur, & eumdem nonmodò imperitum ſed & inſanum, ob tantam inſcitiæ eius pro funditatem, facilè plerique iudicarent.

Non obſtat tertium fundamentum de legis gratitudine, & vitæ condonatione. Nã lex gratitudinis propter vitam captiuo ſaluam, tantùm eum obligat ad ſeruiendum domino cum omni fidelitate, dum eſt in eius poteſtate: non tamen eũ cogit, vt perpetuò debeat eſſe ſui domini captiuus; præſertim cùm vita non ſit ei condonata de eius conſenſu, & cum pacto, & promiſſione per eum facta de ſemper ſeruiendo ipſi domino; quia tunc aliter eſſet dicendum. Sed id fecit dominus ſua ſpõte propter ſuũ commodum. Vnde debet pati, & patienter ferre, ſi captiuus aufugiat. Quia cum hac conditione de iure gẽtium, ipſi captiuo vitam condonauit, & ſuum captiuum effecit.

10 Non obſtat quartum de l. 1. C. de Seru. fugit. & l. Ancilla. ff. de Furt. Nam primò leges prædictæ loquuntur de ſeruis emptitiis, vel vernaculis, de quibus in prima cõcluſione. Hi enim propriè dicuntur ſerui. Alii autem capti in bello, magis nominantur captiui, quàm ſerui. Vnde meritò tales ſerui (quia vel natura, vel ſponte prædictũ ſtatum perpetuum conſecuti ſunt) nõ poſſunt eum à ſe abiicere, & cõſequenter nec licitè fugere, & ſuos dominos ſe ipſis priuare. alias furtum committunt. At diuerſa ratio militat in captis per vim in bello, etiã iuſto. Quia licèt iure gentium efficiantur ſerui capientium: non tamen tenentur perpetuò in dicto ſtatu permanere, niſi quandiu per vim detinentur, & aliter ſe ab eorũ
11 manibus liberare nequeunt. Poteſt & ſecundò reſponderi præfatas leges loqui de furto quoàd Forum exterius: non autem quoàd Forum interius. Nec putet quis id
12 videri abſurdum. Nam mulier per metum conditionalem conſentiens adulterio, non dicitur adultera quoàd Forum exterius; licèt ſic quoàd Forum interius, l. Si vxor. §. Si quis. & l. Vim paſſam. ff. de Adulter. Silu. verb. Adulterium. quæſt. 9. Et ſic poteſt quis incurrere in aliquod delictum quoàd vnum Forum, & non quoad aliud. Idem notamus ſub verb. Adulterium. Differentia 7.

Non obſtat vltimò gloſſa in dicto cap. Diſpar. Nam primò falſa videtur; quia ad propagandam fidem Chriſti, licitum eſt debellare quoſcumque infideles, etiam ſi manſueti, & quieti ſint in ſuo ſolo, quod nũquam fuerit à Chriſti ſectatoribus poſſeſſum; vt ſatis colligitur ex tex. in cap. Omnium. 23. quæſt. 5. & ex cap. Omni timore eadem cauſa. quęſt. 8. aliàs reprehendendi venirent qui nouum orbem fidei Chriſti ſubiugarũt. Quod aſſerere erroneũ planè eſſet, & deuium. Facit D. Tho. 2. 2. quæſt. 10. art. 10. vbi dicit prædictos infideles tantummodò eò quòd ſint idololatræ, & degentes in peccato infidelitatis, iuſtè poſſe à ſuis terris expelli; ſicut propter ſua peccata fuerunt Reges Gentiles Canaan è terra promiſsionis expulſi; vt patet Deut. 9. & docet Sot. lib. 5. de Iuſt. quæſt. 3. artic. 5. ad fin. Et hac fortè ratione impulſus Couar. ſuprà num. 6. dicere auſus fuit aggreſsiones, & defenſiones infideliũ, non poſſe aliqua ex parte fieri licitas. Secundò reſpondeo licèt aliquando (vt diximus in 4. concluſ.) non poſſent infideles licitè à Chriſtianis deturbari, ac debellari: non tamen ideò inferri Chriſtianos captos ab eis non poſſe licitè aufugere; cũ contrarium ſit ſuprà probatum in principio, & dicta 4. concluſ. Et docet Caiet. 2. 2. quæſt. 66. art. 8. & Rebel. vbi ſuprà. num. 9. & 10.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *DETRACTOR, ſi vera dicat, non punitur in Foro exteriori, ſi id interſit Reipub.*
2 *Intereſt Reipub. ſcire quis ſit falſarius, vel ſpurius, vel Iudæus.*
3 *Detractor cum malo animo, non excuſatur, licèt quæ detrahit interſint Reipublicæ vt ſciantur. Idem, ſi libellũ infamatoriũ edat.*
4 *Declaratur tex. in cap. Quidam. 5. q. 1.*
5 *Detractor omni in caſu peccat.*
6 *Idem quod diximus de detractoribus, dicendum eſt de conuicia dicentibus.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 DETRAHENS, & infamans aliquem in abſentiâ: ſi vera ſint quæ
dicit, non punitur in Foro exteriori ob talem detractionem. l.
Eum qui. ff. de Iniur. gloſſa 1. in l. Si non es.
C. eodem. Quod verum intelligit Bart. in
dicta l. Eum qui. cõmuniter receptus, quã-
do quæ dicuntur intereſt Reip. vt mani-
feſtentur; putà quem fuiſſe mitratum pro
2 falſo; vel eſſe ſpurium, Iudæum, &c. Primo
enim caſu falſitatis, repellitur à teſtimonio,
& ſecundo non admittitur ad dignitates.
aliàs ſecùs ſi non intereſt Reip. v.g. vtrũ ſit
ille cæcus, vel claudus; vt ibi latè per Ad-
dit. ad Bart. Oldra. verò conſil. 45. & gloſ-
ſa magna ad gloſſam 1. dictæ l. Si non es.
3 dicit veram dictam l. Eum qui. niſi cùm
malo animo quis detrahit, vel per infama-
toriũ libellum; vt in l. vnic. C. de Famoſ. li-
bellis. Latè Iul. Clar. quæſt. 68. num. 25. &
4 hoc vltimo caſu de Iure Canonico; ſi ſe
prodat, & probet, non punitur; vt in cap.
Quidam. 5. quæſt. 1. Ioan. Andr. in Addit.
ad Specul. tit. de Iniuriis. poſt princip. quem
refert, & ſequitur Panor. in cap. Cùm te.
num. 28. de Re iud. Adrian. Quodlib. 11.
Different. 6. poſt Cynum, quem allegat
Petr. à Nauar. 1. tom. lib. 2. cap. 4. num. 97.
cum ſequenti, & gloſſa margin. Archid. ad
gloſſam 2. cap. Si quis iratus. 2. quæſt. 3. Sed
certè ille tex. quantùm ad remiſsionem,
adduci non poteſt, & extendi ad alios caſus
diſsimiles, vbi non promittitur impunitas
per eum, qui eam poteſt dare. Ibi enim ex
certis iuſtis cauſis placuit Gregorio Papæ
inuitare impunitate ipſum libellantem, vt
ſe proderet, & probaret contenta in libel-
lo. Ita enim expediebat famæ, & honori
ſui familiaris in libello contenti, & etiam
ad euitandum ſcandalũ. Aliàs grauiter ſunt
puniendi fabricatores talium libellorum;
vt inquit gloſſa verbo In occulto. in capit.
Inquiſitionis. §. Tertiæ. de Accuſation. &
docet Salzedo ad Pract. Bernard. Dies. cap.
4. lit. A. & Miran. de Ord. iud. quæſt. 6. artic.
1. concluſ. 1. & artic. 12. concluſ. 1.
5 In Foro verò interiori, licèt vera ſint quæ
dicuntur: non licet, quem infamare. Et pec-
cabit mortaliter in re graui detractor, ſi
animo lædendi id faciat; vel re ipſa læſerit,
ſecundùm D. Thom. 2. 2. quæſt. 73. artic.
1. ad tertium, iuncto art. 2. in corpore in
fine. D. Anton. 2. par. ſuæ Summę tit. 8.
cap. 4. ad fin. princip. & §. 2. & Petr. à
Nauar. ſuprà, num. 324. Peccabit autem
venialiter, ſi re ipſa non læſerit; ſi vel ea di-
xerit in bonum finem; vt ea Reſpub. pu-
niat; vel particularis caueat; vel cauſa vi-
tandi damnum proximo imminens, ſecun-
dùm Nauar. cap. 18. num. 31. & Rodrig.
cap. 253. num. 4. vel dicuntur vni tantum,
aut alteri viro graui, ſecundùm Petr. à Na-
uar. ſuprà, num. 336. vel citò ſunt diuul-
ganda, ſecundùm Silu. verb. Detractor.
quæſt. 1. & Nauar. ſuprà, num. 26. in fine.
vel perſona eſt iam ob alia crimina noto-
ria maiora diffamata. Silu. ſuprà. vel dicun-
tur recitatiuè, vel ſub dubitatione; licèt
audiens ex ſua futilitate, ac leuitate credat.
Silu. ſuprà. Petr. à Nauar. ſuprà, nu. 330.
cum ſeq.
6 Idem quod dictum eſt de detractoribus,
& infamiam irrogantibus in abſentia alicu-
ius, dicendum eſt de his qui conuicia petu-
lanter iactant in præſentes: putà quem eſſe
inſenſatum, furem, ſtultum, Iudæum, con-
feſſum, ex Saracenis ortum, vel illegitimũ,
& huiuſcemodi. Quia ſi ſint vera, & probã-
tur in iudicio exteriori Canonico: non pu-
nitur conuicians. cap. Si quis iratus. 2. q. 3.
ſic intel-

ſic intelligendum, ſecundùm Addit. ad gloſſam 2. ibi, & docent Doctores ſuprà citati. At in Foro pœnitentiali puniuntur; quia peccant aliquando mortaliter, aliquãdo venialiter, ſecũdùm malitiam, ac maleuolentiam animi, & grauitatem conuicii ad not. per Silu. verb. Contumelia. quæſt. 2.& Rodrig. eodem verb.num.2.

SVMMARIVM.

1 *COGITATIONIS peccata non puniuntur in Foro iudiciali.*

2 *Etiam ſi publicè ea poſteà confiteatur. Benè tamen in Foro pœnitentiali.*

3 *Pro actibus mentalibus, ac per ſe occultis nulla pœna imponi poteſt.*

4 *Hæreticus omnino mentalis, non eſt excommunicatus.*

5 *Eccleſia non poteſt punire, nec præcipere actus purè, & merè mentales.*

6 *Hæreticus omnino mentalis, eſt de rarò cõtingentibus.*

7 *Irregularis non eſt Clericus homicidium volens committere, non tamen committens.*

8 *Beneficium obtinens non animo clericandi, non poteſt per Eccleſiam punir, quamuis in Foro pœnitẽtiali puniatur, quia peccat mortaliter. vide etiam num. 9.*

10 *Non tamẽ tenetur ad fructuũ reſtitutionẽ.*

11 *Beneficiatus aſſiſtens diuinis officiis principaliter ob diſtributiones lucrandas, p. m. & non tenetur eas reſtituere.*

12 *Vſurarius mentalis non poteſt extra puniri.*

13 *Furans rem venialem, cum animo tamen furandi maiorem, non incidit in excommunicationem contra fures latam.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 PECCATA meræ cogitationis quæ non exeunt extra ad aliquod opus peragendum, neque vllo ſigno manifeſtantur: non puniuntur in Foro exteriori. l. Cogitationis pœnam. ff. de Pœnis. canonizata in cap. Cogitationis. de Pœnit. diſt. 1. Idem probat text. in cap. Cogitatio. eadem diſt. 1. & cap. Chriſtiana. 32. quæſt. 5. & in cap. Erubeſcant. 32. diſt. gloſſa in cap. 1. de Eo qui mittitur in poſſeſ. alia in cap. Hinc etenim. §. Ponderoſus. verb. Ad opus. 49. diſt. docet Silu. verb. Cogitatio. Nauar. in Addition. ad cap. 1. de Conſecrat. diſt. 1. num. 293. Couar. in regul. Peccatum. 2. par. in princip num. 7.

2 Quod adeò verum eſt, vt etiam ſi quis confiteretur publicè ſe conſenſiſſe in aliquod crimen; putà homicidium, adulteriũ, &c. ſed nihil exteriùs egiſſet: non poſſet ex hoc in Foro exteriori puniri, ſecundùm Palud. in 4. diſt. 17. quæſt. 2. art. 2. Quod limitat Gigas in tract. de Crim læſæ Maieſt. cap. 66. non habere locum in dict. crimine, in quo ſola cogitatio cum voluntate ſufficit ad pœnæ impoſitionem; Quod refert, & ſequitur And. Gabri. 2. tomo commu. opin. lib. 7. de Crimine. concluſ. 12. in fin.

3 Hinc eſt de iure Canonico pro actibus mentalibus, ac per ſe occultis, nullam pœnam imponi poſſe, vt inquit D. Tho. 2. 2. quæſt. 100. art. 6. ad ſextum. communiter receptus, teſte Nauar. in gloſſa Summæ; de Pœnit. diſt. 5. num. 23. & docet Petr. Aragon. 2. 2. quæſt. 21. art. 3.

4 Vnde hæreticus omnino mentalis non eſt excommunicatus, vt docet communis latè explicata, & probata per Nauar. vbi proximè, num. 24. & Viualdum in ſuo Candel. aur. tit. de Abſolut. num. 10. Arag. ſuprà; Did. Perez. lib. 8. tit. 4. l. 3. Iul. Clar. §. Hæreſis. num. 23. & quæſt. 91. Sot. in 4. diſt. 22. quæſt. 2. art. 3. latiſsimè; remiſſiuè Cenedo 2. par. Collectan. 102. ſub num. 2. licèt contrarium teneat gloſſa in dicto cap. Cogitationis. & in Summa 24. quæſt. 1. & in Clement. 1. §. Verum. verb. Eo ipſo. de Hæret. quas dicit communiter receptas Arnal. Alber. de Aſſertion. Cathol. quæſt. 33. & defendit latè dominus meus Rojas de Hæret. 1. par. à num. 240. vſque ad num. 276. Quorum opinio nullo modo tenenda eſt in hæretico omnino occulto, id eſt qui hæreſim habet in intellectu, & ſolùm corde deuiat à fide; nec eam verbis,

5 verbis, aut ſignis exterius expreſsit. Quia Eccleſia nec punit, nec punire poteſt, ſicut nec præcipere actus purè, & merè interiores; vt docet D.Tho. 1. 2. quæſt. 91. art. 4. Silu. verb. Excommunicatio.7.notab.1. Caiet. Durand. & Medin. quos refert, & ſequitur Petr. ab Aragon. dicta quæſt. 2. art. 7. pag. 141. & quæſt. 11. art. 3. pag. 340.

6 At verum eſt difficillimè poſſe quem ſuā hæreſim continere in puris finibus cogitationis, ſeu tantùm in corde, vt non exeat ad aliquod ſignum externum. Nam ſiue loquatur de hæreſi cum aliquo, ſiue ſecum ſolus; ſiue omittat ire ad Eccleſiam, vel recipere aliquod Sacramentum occaſione ſui erroris, vel quid aliud faciat, vel omittat: iam deſinit eſſe purè mentalis, ſeu de per ſe occultus, & eſt per accidens; & conſequenter incurrit excommunicationem. Vnde rarò inueniuntur hęretici omnino, & de per ſe occulti, ac mentales. Quare in praxi cōmuniter erit ſeruanda opinio præfatarum gloſſarum, & Rojas, ac ſequacium. Non quia probabilior, & verior; ſed quia vix contraria continget in facto.

7 Hinc etiam infertur falſam eſſe gloſſam final. in cap. Periculoſè. de Pœnit. diſt. 1. quatenus voluit Clericum qui homicidiū facere voluit; & non fecit, quia non potuit, irregularem eſſe. Nam neque irregularitas, neque vlla alia pœna, vel cenſura incurritur ob ſolam voluntatem, & deſideriū committendi aliquod peccatū, abſque opere illo externo adhibito, iux. gloſſam contrariam in cap. Si aliquis. de Homicid. & ibi omnes; & docet Alber. Trotius de vero, & perfecto Cler. lib. 2. cap. 20. num. 5. cum ſequentibus.

8 Infertur tertiò eos qui aſſumunt Beneficia non animo Clericandi; ſed vt de eis viuant, dum alium ſtatum aſſumunt coniugalem; vel non animo illa detinendi perpetuò; ſed vel ad ea reſignanda cum penſione; vel donec habeant pinguiora: tales pu-
9 niri non poſſe per Eccleſiam, licèt malè faciant, & ſint in peccato mortali dùm nō mutant præfatam malam intētionem. Purgatur tamen tale peccatum per ſolam pœnitentiam, ex reg. cap. fin. de Simo. vt docent Gabri. in 4. diſt. 15. quæſt. 8. art. 3. Soto lib. 10. de Iuſtitia quæſt. 5. art. 6. concluſione 1. Tolet. lib. 5. cap. 5. num. 5. Naua. cap. 25. num. 8. §. 9. & Abb. poſt Hoſt. in cap. Relatum. num. 7. de Cler. non reſid.

10 An autem præfati obtinentes Beneficia ſimplicia cum prædicta praua intentione, teneantur ad reſtitutionem fructuum perceptorum, dùm eam non mutant: res eſt valdè controuerſa. Nam Anchar. & Phil. Fran. in cap. Commiſſa. de Elect. lib 6. & Panor. in cap. Relatum. num. 7. de Cleri. non reſid. Silu. verb. Beneficium. 3. quæſt. vlti. Gabriel. in 4. diſt. 15. quæſt. 8. art. 3. quos refer Nauar. vbi ſup. dicto num. 118. §. 9. tenent partem affirmatiuam, ſcilicet teneri ad reſtitutionem. Quorum opinionem dicit veriorem, & communiter approbatam Pau. Comitol. lib. 1. Reſpon. Mora. quęſt. 79. nu. 2. ea ſolùm ratione adductus, quia ſcilicet ius diuinum, & naturale, poſtulare videtur vt qui ſtipendia Eccleſiaſtica vult mereri, vitam etiam Eccleſiaſticam agere velit. Sed hæc ratio non aſtringit. Nā dicta praua intentio nō excludit vitam Eccleſiaſticam.

Negatiuam tamen partem, nimirùm non teneri ad vllam reſtitutionem, defendit Nauar. ſup. & in Enchirid. de Oratio. & horis Canon. cap. 21. à num. 45. & eam ſequitur Soto lib. 10. de Iuſti. quæſt. 8. ar. 3. Ea potiſsimùm ratione, quia dict. cap. Cōmiſſa. (quod contrarium diſponit in obtinentibus Beneficia curata, cum dict. praua intentione) eſt odioſum, & ſic debet reſtringi, & non extendi ad alios caſus in iure non expreſſos. per reg. Odia. de Reg. iur. lib. 6. Quorum opinionem etiam ſequitur Toledo lib. 5. cap. 5. num. 5. & eam etiam ipſe libenter amplector, vt magis piam, & multorum conſcientiis fautricem. Pro qua facit gl. in cap. 1. de Cleri. nō reſid. lib. 6. quatenus tenet Beneficiarium aſsiſtentem diuinis officiis principaliter ob lucrandas diſtributiones, non teneri ad earum reſtitutionem; quamuis mortaliter peccet, & ſit ſimoniacus mentalis, per ſolam pœnitentiam delebilem. Quam gl. tamquam ſing. allegat Abb. in cap. Significatum. num. 8. de Pręb. Feli. in cap. Suam. num. 2. de Simo. & eam ſequitur Præpoſi. in Sum-

Digitized by Google

in Summa. 1. quæſt. 1. col. 3. Maior. in 4. diſt. 25. quæſt. 2. col. 3. Deci. vbi optimè in cap. Ex parte. num. 6. de Offi. Delega. Silu. verb. Simonia. §. 9. verſ. 2. & 3. & verb. Locatio. quæſt. 2. §. Quartam. Nicol. Boëri. de Poteſta. lega. num. 12. Vbi etiam dicit celeberrimam. Naua. conſ. 23. num. 4. de Simo. l. Ancclo. in §. 1. Inſt. Cano. de rebus Eccleſ. in gl. verb. Eccleſias.

11 Quartò infertur falſam eſſe opinionem Card. poſt. alios in Clem. 1. de Vſuris. quæſt. 24. quatenus habet poſſe puniri vſurarium in Foro exteriori, ſi conſtaret de eius prauo animo, & vſura mentali. Vnde meritò contra ipſos tenet Couar. dicta regul. Peccatum. 2. par. in princip. num. 8. Et videtur probare text. in cap. Conſuluit. de Vſur. Vbi Papa conſultus ſuper hoc; tantũmodo dicit talem vſurarium malè facere, & efficaciter inducendum per Confeſſariũ ad reſtitutionem in Foro pœnitentiali. Sed nõ probat: Quia ibi tantùm fuit Papa conſultus quoàd Forum animæ.

12 Quintò infertur non ligari excommunicatione contra furantes lata, eum qui paruã quantitatem ad mortale inſufficientem raperet; etiam ſi longè maiorem furari intenderet. Ita Rebel. de Obliga. iuſt. 1. par. lib. 3. quæſt. 15. num. 13.

Sextò infertur Iudicem, reum mortis, iuris ordine ſeruato, qui occideret non amore iuſtitiæ, ſed cupiditate vlciſcendæ iniuriæ propriæ: in Foro exteriori ad nihil teneri ex dicta morte. Ita Paul. Comitol. lib. 4. Reſp. mor. quæſt. 10. num. 4.

Collige igitur ex prædictis, in Foro contentioſo cogitationis pœnam nemini deberi, ſi voluntas delinquendi nõ fuerit executioni mandata, vel ſaltem deducta ad actum exteriorem.

13 In Foro verò pœnitentiali, peccata meræ cogitationis benè puniũtur. cap. Omnis. de Pœnit. diſt. 1. cap. Qui peierare. 22. quæſt. 5. dictum cap. Conſuluit. gloſſa fin. in cap. Quoniam. 47. diſt. alia in dicto cap. Cogitationis. de Pœnit. diſt. 1. verb. Non meretur. Hinc dicit Chriſtus Matth. 5. cap. 28. & habetur in cap. Qui viderit. 32. q. 5. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Adde cap. Hinc etenim. §. Ponderoſus 49. diſt. Itaque in Foro animę ex ſola volũtate deliberata peccandi, punitur quis, licèt non executa, vel demonſtrata. Et peccat mortaliter ſi ſit ſuper re graui; vt in cap. Si cui. & in cap. Præterea. de Pœnit. diſt. 1. & in cap. Teſtamentum. & in palea ſed penſandum 6. diſt. Grauiùs tamen punitur qui voluntatem deliberatam exequitur; quàm ille qui contentus ſuggeſtione, & delectatione, non proceſsit ad actum, vt voluit gloſſa dicti cap. Si cui. & Archid. in §. Si ergo. 17. quæſt. 1. Facit tex. in cap. Super tribus. de Pœnit. diſt. 1. & in cap. Sicut tribus. de Pœnit. diſt. 2. & docet Prob. ad Monach. poſt alios. in cap. fin. num. 86. de Conſtitution. lib. 6. & dicta gloſſa 1. in dicto cap. Si cui etiam. de Pœnit. diſt. 1. cõmendat Abb. in cap. Sicut dignum. nu. 3. & Felin. ante num. 1. de Homicid.

SVMMARIVM.

1 *SCANDALVM futurũ, in Foro exteriori non attenditur.*

2 *Benè tamen in interiori.*

3 *Omne ſtatutum intelligitur ſecluſo ſcandalo.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 SCANDALVM futurum, ob veritatem ſeruandam, in Foro contentioſo non attenditur. In eo quippe Foro vtiliùs ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas relinquatur; iux. regul. cap. Qui ſcandalizauerit. de Regul. iur. in Decretal. quam ſic intelligit Innocent. quem refert, & ſequitur Silu. verb. Adulterium. quæſt. 1. dicens prædictam regulam, & tex. loqui de Iudice, & teſte.

2 In Foro verò animæ, & conſcientiæ, nullum pręceptum poſitiuum obligat cũ ſcandalo. Et conſequenter vbi veriſimiliter ſcãdalum animarum, vel corporum futurum ſperatur,

ſperatur, iuſta cauſa eſt non exequendi præceptum, etiam Papæ; vt in cap. Officii. de Pœnit.& remiſion. & in cap. Si quando.de Reſcript. De quo facit magnum feſtum Silueſt. loco ſuperiùs citato, dicens eſſe valde ſingulare, valenſque ad multa. Adde Couar. in Regul. Peccatum. 1. par. numer. 5. vbi docet non eſſe obediendum Prælato, vbi ſcandalum timetur.

3 Hinc collige reſponſum ad dubium, quod diebus proximè elapſis habuit quidam Prælatus: Perpetrauerat enim nonnulla facinora quidam ſubditus illius, ob quæ veniebat puniendus quibuſdam pœnis Statutorum eius, quæ ſi exequendæ forent, præſertim incarceratio, conſurgere ſperabatur magnum ſcandalum inter ſeculares. Statutum præcisè obligabat Prælatum ad exequendas prędictas pœnas. Dubius, & anceps erat quid faceret in eo caſu. Certè ex doctrina ſuperiùs tradita non tenebatur præfato ſtatuto obedire. Nam intelligendum eſt, ſaluo ſcandalo. Quod tene mente perpetuò.

SVMMARIVM.

1 *PECCATA parentum non nocent filiis in Foro animæ quoàd malitiam,& pœnam æternam.*

2 *Benè tamen in Foro exteriori; vt in crimine læſæ Maieſtatis: & in infidelitate quoàd dominum feudi: & in percuſsione Cardinalis.*

DIFFERENTIA NONA.

1 PARENTIS peccatum, ac malitia, in Foro animæ, numquam nocet filio, iuxta illud Ezechiel. 18. *Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris.* & docet pluribus exemplis, & iuribus Gratian. diſt. 56. per tot. maximè in cap. Numquam, & capit. Naſci. Quod intellige quantum ad malitiam, & peccatum, ſiue condemnationem æternam, vt Deuter. 24. *Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus; ſed vnuſquiſque pro peccato ſuo morietur.* Quia quantum ad pœnas temporales ſæpe Deus caſtigat, & punit in filiis peccata parentum; vt Geneſ. 3. vbi propter peccatum primi parentis omne genus humanum diuerſimodè patitur, & alibi ſæpe.

2 In Foro verò exteriori, malitia parentis in pluribus caſibus nocet filiis; vt in crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ. cap. Vergentis. de Hæret. cap. Si quis. 6. quæſt. 1. & l. Quiſquis. C. Ad l. Iul. Maieſt. Similiter cùm pater non ſeruat fidelitatem domino, à quo tenet feudum, ipſum occidendo, vel mutilando. cap. In quibuſdam. de Pœnis. Item ſi pater inſecutus fuerit Cardinalem, vel percuſſerit, & ſimilia, vt in cap. Felicis. de Pœnis. lib. 6. His enim in caſibus filii priuantur hæreditate paterna, propter eius crimen. tradit Silueſt. verb. Filii. quæſt. 6. vbi in ſpecie hanc ponit differentiam.

SVMMARIVM.

1 *PRAELATVS modum excedens in corrigendo, ſeu conuicia dicendo, an puniatur.*

DIFFERENTIA DECIMA.

1 PRAELATVS cauſa correctionis conuicia dicendo in ſubditos, & modum excedens in corrigendo, in Foro exteriori, non punitur, ſecundùm Ioan. Andr. ad Speculator. titu. de Iniuriis. Panorm. in cap. Cùm te. num. 28. de Re iud. Rom. in l. fin. ff. Quod quiſque iur. Additio. Bar. in l. Eum qui nocentem. ff. de Iniur. Nauar. in Man. cap. 18. num. 12. Silueſt. verbo Correctio. quæſt. 13. & probatur in cap. Olim cauſam. de Reſtit. ſpolia.

In Foro tamen animæ id nō licet; quia ad

minùs peccat venialiter ſecundùm omnes, teſte Siluest. ſuprà. Quin immò ſi notabiliter excedit, ſubditum contriſtando; non excuſabitur à mortali, ſecundùm Petr. à Nauar. tom. 1. de Reſtitu. lib. 2. cap. 4. nu. 6. & Vegã poſt alios verbo Iniurias. caſu 5. vide gloſſam in cap. Quando neceſsitas. diſt. 86.

Sed obſerua dicta in principio procedere in Foro exteriori Iudicum, tam ſecularium, quàm Eccleſiaſticorum; vbi mediante accuſatione, vel denunciatione proceditur. In tali enim Foro credo non poſſe puniri Prælatum, modum excedentem in corrigendo; & conuitia dicentem.

In viſitationibus autem Religioſorum ſecùs puto. vnde ſi ſubditus conqueratur de ſuo Prælato eò quòd contumelioſè ipſum tractauerit in correctione, modumque exceſſerit; ſine dubio punietur à Viſitatoribus.

SVMMARIVM.

1 *CONSVLENS abortum; vel homicidiũ: ſi poſteà reuocet conſilium; tutus eſt in Foro conſcientiæ; licèt nihilo minus opere compleatur.*

2 *Niſi quando frigidè reuocet.*

3 *In Foro exteriori, in caſu homicidii vltra reuocationem, requiritur vt fiat certior is contra quem fuit datum conſilium.*

DIFFERENTIA VNDECIMA.

1 ABORTVM, vel homicidium conſulens; ſi poſteà pœnitentia ductus conſilium reuocet, & faciat omne quod poſsit erga mulierem prægnantem, vel eum cui conſilium dederat, ne tale crimen committat: ſi nihilo minùs poſteà dicta mulier, vel vir, primum conſilium exequatur, & abortum, ſeu homicidium faciat: coram Deo, & in Foro interiori immunis eſt. Et ſic nec peccat, nec eſt irregularis. Ita docet Henriq. poſt alios à ſe citatos in Summa, tit. de Irregularit. capit. 16. in text. & in gloſſa K. & O. Et in mandante tenet Felin. in capit. Sicut dignum. numer. 14. de Homicid. vbi dicit malitiam propoſiti impreſſam exequenti per conſilium ei datum, ſatis dici extirpatam propter reuocationem conſulentis. De quo mandante vide ſub verbo Mandatum. Differentia 1.

Et ita tene; quicquid dicat Nauar. capit. 27. numer. 233. quem ſequitur Cordub. caſu 173. in fin. ſed intellige vt infrà. Nam nemo tenetur ad impoſsibile. vnde, licèt conſulens teneatur in conſcientia reuocare conſilium efficacitèr, id eſt non frigidè, & leniter; ſed magno conatu: non tamen tenetur, ſi non conſequatur finem ſuum,
2 faciendo aliàs quod in ſe eſt. Intellige ergo Dictum Nauar. quando frigidè reuocaret conſilium.

3 In Foro verò exteriori, ſi probetur dictũ conſilium; tenebitur: niſi in caſu homicidii, vnà cum reuocatione conſilii, & diſſuaſione valida, conſulens prudenter notificauerit illi contra quem dirigeretur, vt caueret: & ſic intelligo Innocent. in capit. Ad audientiam. num. 2. in fin. de Homicid. quem ſequuntur plures relati à Felin. loco ſuprà citato in princip. quatenus requirunt in conſulente homicidium, non ſolùm diſſuadere ne id fiat; ſed etiam prudenter notificare illi contra quem datum fuerat conſilium, vt caueat. Nam id verum puto quoàd Forum exterius. In Foro verò interiori, ſufficit prædicta reuocatio, & diſſuaſio; niſi aliàs intelligat nihilò minùs ab altero impleri conſilium. Eo enim in caſu, etiam in Foro animæ veram puto opinionem Innocent. quatenus requirit etiam notificationẽ ſuprà memoratã: quia aliàs non dicetur conſulens feciſſe omne quod in ſe erat.

SVMMARIVM.

1 *PECCATVM occultum mitiùs punitur in Foro interiori. Secùs in exteriori.*

DIF-

DIFFERENTIA DVODECIMA.

1 CVLPA, ſi lateat, tolerabilior eſt, ac minuitur quoàd Deum. Hinc ortum fuit illud vulgare. *Peccado amagado, medio perdonado.* Confert illud Dauid. Pſal. 31. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.*

Sed quoàd Forum exterius, tantò culpa eſt grauior, quantò peccans eam occultat; vnde ſæpè in hoc Foro præſumitur malè de eo qui occultè aliquid agit. Ita notat Nauar. commentar. 2. de Regul. num. 13. verſ. Aduertendum tamen.

SVMMARIVM.

1 NAVIGARE *in Indias ſola cupiditate, an ſit licitum.*

DIFFERENTIA DECIMA TERTIA.

1 NAVIGARE in partes remotiſsimas (vt quotannis fit Vlyſſiponæ, & Hiſpali) ſola ambitione, ac facultatum cupiditate: in Foro exteriori, licitum eſt, vt eſt perſpicuum, & dolendum.

Nam in Foro interiori, non caret magno ſcrupulo, ſecundùm Mercado in tract. 1. cap. 11. Del mercar, y vender al fiado. nu. 71. ad fin. cum ſequent.

SVMMARIVM.

1 VENDITIO *fucorum, & pigmentorum, an ſit licita.*

DIFFERENTIA DECIMA QVARTA.

1 VENDITIO fucorum, & pigmentorum, in Foro exteriori, licita eſt ac permiſſa, vt palam eſt. In Foro verò conſcientiæ, ſecùs eſt, teſte Ange. verbo Ars. §. Vtrum artifices facientes. vbi dicit mercatores, & artifices talia, & ſimilia vendentes eſſe in peccato mortali, minimèque poſſe abſolui, niſi à venditione talium ſe abſtineant. Eamdem opinionem videtur ſequi Archidiac. relatus à Silueſt. eodem verbo, quęſt. 5. & Alexan. de Ales, & Veruec. ac Summa Piſana. verb. Ornatus. quæſt. 3. quos citat Fr. Lud. Beia par. 2. caſu. 1. ex propoſitis 26. Maii anni 1583. pag. 261.

Sed contrarium tenet Silueſt. ſuprà. & verbo Ornatus. quæſt. 4. Tabien. verb. Ars. quæſt. 3. & verbo Ornatus. quæſt. 4. Caiet. 2.2. quæſt. 169. art. 4. Naua. cap. 21. num. 26. & cap. 23. num. 99. & cap. 19. num. 16. Beia ſup. & dicit communem Rebel. de Obliga. iuſt. lib. 9. quæſt. 18. ſectione 3. nu. 26. Ratio eſt, quia talia poſſunt in bonum finem deſeruire; vt cùm vxores ſe ornant, vt ſic à ſuis viris amentur, & ab aliis illos abducant. vnde in dubio nō eſt præſumendum peccatum. & licèt ſint meretrices, qui ea emant; non ideò peccat vendens illa, ſi non interuenit conſenſus illius in factis earum: per ea quæ docet Nauar. dict. cap. 19. num. 16.

DIFFERENTIA DECIMA QVINTA.

RE ſua in Foro exteriori, cuilibet pro ſuo libito licet vti; quia rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter. l. In re mandata. C. Manda. gloſſ. in cap. Sicut hi. verb. Aliena. 47. diſt. immò & abuti poteſt, l. Sed et ſi. §. Conſuluit. ff. de Peti. hæredi.

Digitized by Google

In Foro verò interiori, & conſcientiæ, non licet abuti, ſecundùm gloſſ. verbo Aliena. in capit. Sicut ii. diſt. 47. & Nauar. in cap. Si quis autem. num. 103. de Pœnitentia. diſt. 7. Facit text. in cap. Quid dicam. 14. quæſt. 4. vbi dicitur malè rem poſsidere qui malè ea vtitur. & in §. 1. diſti. 42. vbi D. Hieronymus dicit, *Aliena ille rapere cõuincitur, qui vltra neceſſaria, ſibi retinere probatur.*

SVMMARIVM.

1 P*ISCATIONES, & venationes an licitè per dominos terrarum prohibeantur.*

DIFFERENTIA DECIMA SEXTA.

1 PROHIBITIONES, quæ apud Hiſpanos Dehesas, & in Luſitania Coutadas appellantur; in Foro exteriori admittuntur, & ita in pluribus locis habêtur per Dominos terrarum.

In Foro verò conſcientiæ, illicitę ſunt, & permitti non debent; quia per illas dominos ſubditis inferre violentiam, & iniuriã, aſſerunt Hoſtien. & Anto. in cap. Non eſt. de Deci. Quia ea quæ ſunt iuris naturalis, & gentium (qualis eſt venatio) Princeps tollere non poteſt. §. Sed naturalia. inſt. de Iure nat. Quorum ſententiam receptam eſſe aſſerit Iaſ. conſ. 119. lib. 4. Deci. conſ. 197. num. 2. & conſil. 303. num. 19. Thom. Gramma. deciſ. 67. num. 12. Et aduerſus dominos, huiuſmodi prohibitiones facientes, multis verbis inuehitur Guillermus Benedictus in capit. Rainuntius. verb. Et vxorem. numer. 336. & Tiraquelus tractat. de Nobilit. capit. 37. num. 150. & hos mortaliter peccare aſſerit Caietan. in Summa, verbo Venatio. in fin. Quin immò teneri ad reſtitutionem illius quod veriſimiliter prohibiti acquirerent, aſſerit Nauar. cap. 17. num. 120.

Quod tamen limita non procedere quando talis prohibitio fieret ex iuſta cauſa, publicam vtilitatem concernente. verbi gratia, vt non fiat piſcatio, vel venatio certis temporibus, vel cum certis inſtrumentis, ne aliàs pereat venatio; vt admittit Medina de Reſtitu. cap. 12. Afflict. lib. 3. Conſtit. rub. 1. numer. 13. & eleganter proſequitur Couar. regul. Peccatum. 2. par. §. 8. num. 3. & Cordub. quæſt. 119.

Vel ſecundò limita quando Princeps ſupremus, qui eſt caput Reipublicæ, cauſa ſolius recreationis prædictas prohibitiones fecerit, dummodò moderatè illas faciat. Soto libro 4. de Iuſtitia. quæſtione 6. artic. 4. col. pen. qui tamen eamdẽ facultatẽ aliis dominis inferiorib. non concedit per l. Iniuriarum actio. §. fin. ff. de Iniu. ibi, *Et ſepe reſcriptum eſt non poſſe quem piſcari, prohiberi: ſed nec aucupari.* probat latè Deci. conſi. 197. numer. 1. & 2. & conſi. 271. Dicit communem Iaſ. conſi. 119. numer. 1. volumin. 4. Roland. à Valle conſi. 60. numer. 12. tom. 2 & habetur 2. tomo Communium opinion. lib. 7. titu. 1. numer. 227. Quod etiam tenet Faber §. Flumina. ad fin. Inſtitu. de Rerum diuiſ. Guido Pap. deciſ. 514. & apud Luſitanos probat Ordinatio lib. 5. tit. 91. & tradit Rebel. de Obligatione iuſt. in Prælud. lib. 1. quæſt. 14. ſect. 2. numer. 6. 7. & 8. Puto tamen etiam Magnates ob prędictas cauſas poſſe licitè eaſdem prohibitiones facere, ſed reſtrictiùs quàm Princeps; vt habet conſuetudo, & tradit Cordub. dict. caſu 119. Soto dict. q. 6. artic. 4. Lop. in ſuo inſtruct. Conf. 1. par. cap. 147. quamuis in Regno Portugaliæ ſecùs ſit, per Ordinat. dict. lib. 5. tit. 91.

SVMMARIVM.

1 C*OADIVVANS incarceratum vt fugiat, an peccet.*

DIF-

DIFFERENTIA DECIMA SEPTIMA.

INCARCERATVM coadiuuans, dãdo ei limam, vt vincula, & compedes diſſoluat, & diſrũpat; vel ſerram, malleum, ſcalam, ſeu quoduis aliud inſtrumentum, vt parietem, vel tectum carceris aperiat: in Foro exteriori grauiter punitur, tamquam impediens iuſtitiam, & poteſtatem publicam offendens, vt docet Caiet. 2. 2. quæſtione 69. artic. 4. in reſponſione ad quintam quæſtionem, & Soto lib. 5. de Iuſti. quæſtione 6. artic. 4. verſ. Sed arguis. Vide circa hanc differ. Coua. lib. 1. Variar. cap. 2. num. 7. Dueñas reg. 393. verſic. Quartò limita. & Nauar. cap. 17. num. 101.

In Foro verò conſcientiæ ſecùs dicendũ videtur; immò potiùs licitè facere coadiuuando reum, vt à carcere fugiat. Ratio eſt, quia reus fugiendo, & quærendo remedia, & inſtrumenta quibus ſe à carcere liberet, dat operam rei licitæ; vt copioſè verb. Defenſio. Differentia 9. & 10. probauimus. Ergo ſimiliter erit licitum illius amicis, & cognatis adiumẽto eſſe eidem operi licito. Qua ratione ita tenet Caiet. loco ſuperiùs citato, & Armil. aurea. verb. Carcer. num. 3. ad fin. & Nauar. dict. cap. 17. num. 101.

Sed Frat. Dominicus Soto vbi ſuprà, tenet contrarium, ſcilicet non licere. Sed nullam adfert rationem, niſi ſimpliciter negando præcitatam regulam de operam dante rei licitæ &c. poſſe extendi ad cooperatores. Pro quo faciunt dicta ſuprà ſub hoc verbo Differentia 5. numero 8. vide Paul. Comitol. lib. 4. quæſtione 15. num. 9. vbi videtur opinionem Soti amplecti.

Fateor equidem rem eſſe dubiam, & probabiliter poſſe vtramque partem defendi. Nam pro opinione Caiet. vltra rationem ſuprà tactam, facit quòd ad nullam perſonam priuatã, niſi ad publicas, ſcilicet miniſtros iuſtitiæ, ſpectat fauere eidem iuſtitiæ, & coadiuuare illam. Et legimus de Sancto Columbano Abbate, qui quoſdam facinoroſos homines vltima ſuplicia expectantes, ſed pœnitentiam firmiter promittentes, è carcere extraxit, comminuens miraculosè ferrum, quo compedes eorum irretiti, atq; innexi erãt; vt refert P. D. Surius in eius vita capit. 21. in menſe Nouembris.

Similiter pro opinione Soti facit quòd licèt nemo priuatus teneatur fauere iuſtitiæ, & eã adiuuare (vt proximè diximus) nõ tamen poteſt poſitiuè agere contra illam. Sed contra hoc facit exemplum S. Columbani, de quo ſuprà proxime.

Quòd ſi dicas id fieri præter intentionem ipſius coadiuuantis, quia principalis eius intentio eſt adiuuare, atque liberare reum: per accidens autem eſt; vt ex hoc lædatur Iudex, & eius iuſtitia offendatur. At ſemper attenditur id quod principaliter agitur. Nec bonitas actus deſtruitur per hoc quòd per accidens aliquid damni, vel aliqua offenſa alicui contingat. Ad hoc poteſt reſponderi, Iudices terrenos non iudicare de occultis, nec de actibus mentalibus, & interioribus, ſed tantùm de externis. Et quomodocumque ſit; is qui adiuuat reum adminiſtrando inſtrumenta, videtur delinquire, & malè facere offendendo iuſtitiam. Quin immò ſicut adiuuãs perſonaliter reum ad perforandam parietem, capitale crimen in vtroque Foro committit; vt dicit Soto ſuprà; ita & adiuuans adminiſtrando inſtrumenta; quia in effectu per hoc cooperatur fractioni vinculorum, & carceris. quod vltimum eſt notandum pro opinione Soti. Nam cetera dicta ſuperius parum, aut nihil faciunt pro eo, nec militant quoàd Forum interius, de quo loquimur. Sed neque hoc vltimum videtur verum quoàd Forum conſcientiæ, attento præfato exemplo Sancti Columbani.

Quare verior videtur opinio Caietani, ſcilicet poſſe ab amico opem ferri reo ſine peccato, adminiſtrando ei, vel clauem adulterinam, vt adaperiat fores carceris, vel alia quæuis inſtrumenta, quibus reus poſſit ſe à carcere liberare.

SVMMARIVM.

1 *MENDACIVM in Foro iudiciali non punitur. ſecùs in Pœnitentiali.*

DIFFERENTIA DECIMA OCTAVA.

1 MENDACIVM non punitur in Foro iudiciali, niſi in caſibus à iure expreſsis. Ita Menoch. de Arbit.caſu.276. num. 8. Burſa. conſ.20.num.21.lib.1.vbi communem dicit, & Luci. inter conſil. crim. conſ. 160. num. 33. tom. 1. & Iul. Clar. quæſt. 21. verſ. Mendacium. Hinc eſt quòd negás in delictis, non punitur; quia ſcriptum eſt in cap. Quis aliquando. de Pœni.diſt. 1. *Non dico vt te prodas.* Latè Boëri. quæſt. 134. per totam. Et ideò inquiſitus poteſt negare impunè, & variare. Et hæc negatio non facit indicium ad torturam; etiam ſi aliàs eſſet fur; vt habetur in 2. tom. commu. opin. lib. 7. tit. 19. num. 163. vbi num.ſeq. dicitur quòd negans etiam cum iuramento, non dicitur periurus in criminalibus; vt tenet Alex. in addit. ad Bar. in l. 1. ff. de Bonis eorum qui ſibi mort. conſciuę. & Maran. in practi. vbi de Interrogatione agit num. 9. Quinimmò Blan. in l. fin. nu. 265.& ſeq.ff.de Quæſt. dicit, propter ſalutem licere contraria dicere, & proponere. Et Alcia. in tract.de Duello.num. 20. dicit licere mentiri, dum quis ſuum, alteriusvè ſanguinem redimit. Quod ita in practica admiſerunt ſeculares parum Deo timentes, vt non dubitent iurare falſum pro ſaluando à morte amico.

Sed hęc omnia tantùm ſibi locum habẽt in Foro iudiciali (vt diximus) vbi hæc, & ſimilia tolerantur.

At in Foro Dei omne mẽdacium eſt peccatum, & in re graui, eſt mortale; maximè vbi adhibetur iuramentum, vt in iudiciis. Et ideò nedum teſtes (quod eſt ſine dubio) ſed etiam ipſi rei, ſi legitimè interrogati non reſponderint verum; grauiter peccant coram Deo. Ideò timorati Iudices hodie non exigunt à reis iuramentum; ſed ſimpliciter eos interrogant de criminibus commiſsis; formidantes de facili eos periuraturos, in magnã animarum eorumdẽ perniciem, & detrimentum. De qua practica teſtatur Coua. lib.2. Varia.cap. 10.num. 5. in fi. licèt de iure poſsint Iudices à reis iuramenta recipere, ſecundùm gl. 1. cap. Presbyter. 15. quæſt. 5. Vide cap. Nec artificioſo. 22. quæſt. 2. vbi ſic dicitur, *Os quod mentitur, occidit animam.* Et in cap. Omne genus. ead. cauſ. & quæſt. inquit Iſido. Omne genus mendacii ſummopere fuge. Nec caſu, nec ſtudio loquaris falſum. Nec vt præſtes, ideſt proſis, mentiri ſtudeas, nec qualibet fallacia vitam alicuius defendas. Caue mendacium in omnibus. Ad idem, cap. Si quis à te. Ibid. vbi D. Aug. ita ait, Si quis ad te confugerit, qui de mendacio tuo poſsit à morte liberari: non es mentiturus. Os enim quod mentitur, occidit animã. Cùm ergo mentiendo vita ęterna amittatur: numquam pro cuiuſque vita tẽporali, debemus mentiri. Idẽ probat text. in cap. Ne quis arbitretur. 22.q.1.vbi bona gl. ponens triplicẽ ſpeciem mẽdacii, quam dicit Magiſtram Silu. verb. Mendacium. 2. & 3. & eam probat Coua. in cap. Quamuis pactum. 1. par. §. 1. num. 4. de Pact. lib. 6. Latè Caſtillo in l. 2. Tauri. col. 1. cum ſeq. fol. 23. Adde D. Tho. 2. 2. quæſt. 110. art. 3. & 4.

SVMMARIVM.

1 PRAECEPTA *Iudicum inferiorum non obligant in conſcientia.*

2 *Niſi in caſibus hic expreſsis.*

DIFFERENTIA DECIMA NONA.

1 COntraueniens pręceptis Iudicum inferiorum, punitur in Foro iudiciali pœnis ab eis impoſitis, vt palam eſt.

At in Foro conſcientiæ ſecurus eſt, niſi id faciat ex contemptu. Itaque omnia pręcepta facta ab Iſtis Iudicibus quorũcumq; tribunaliũ, non obligant in conſcientia; ſed tantùm ad pœnas. Hoc eſt Dictũ ſingulare Imol. in capit. 2. de Maiorit. & obedien. ſequitur Deci. in capit. Nam concupiſcentiam. in 1. lect. de Conſti. & Iacob. de

Graff.

Digitized by Google

Graff. in ſuis Deciſ. lib. 2. cap. 10. num. 30. vbi num. 31. dicit ſecùs eſſe in mandatis iuſtis Principum ſecularium, quibus ex ordinatione Eccleſiæ tenemur obedire. cap. 2. cap. Solitæ. in prin. ibi, ſiue Regi. de Maio. & obed. cap. Qui reſiſtit. cap. Iulianus. 11. quęſt. 3. & meliùs. 1. Pet. 2. 13. & ad Rom. 13. 1. & ad Tit. 3. 1. & docet D. Tho. 2. 2. quæſt. 104. art. 6. per totum. maximè ad 3.

2 Sed obſerua nimis hæc generaliter dicta eſſe. Nam primò ſubditus tenetur obedire ſententiæ iuſtæ Iudicis; etiam non expectata illius executione à Iudice facienda, niſi ſit corporis afflictiua, vt docet D. Tho. 2. 2. quæſt. 62. art. 3. in corp. & communiter omnes, & dicemus verb. Pœna. Dif. 20.

Secundò, qui in re graui, & magni momenti facit contra iuſtum Eccleſiæ præceptum; peccat mortaliter, cap. Violatores. 25. quæſt. 1. cap. Nulli fas. 19. diſt. dict. cap. Qui reſiſtit. & cap. Quicumque. & cap. Si autem vobis. 11. quæſt. 3. D. Bernard. lib. de Diſpenſatione & præcepto. col. 4. 5. & 7. Caieta. in paruis opuſcu. 1. tomo de Obligatione præcepti. tit. 15. quæſt. 1. Caſtro aduerſus hæreſes. verb. Eccleſia. ad fin. Ioan. Driedoni. lib. 6. de Liberta. Chriſtiana. in reſponſione ad 6. Marc. Anto. in Repetione. cap. 1. de Conſtitu. lib. 6. col. 17. Vnde quoàd Iudices Eccleſiaſticos, nō ſolùm ſubditus peccat mortaliter, quando ex contemptu illis non obtemperat, vel quādo pręceptum illorum eſt ſecundùm ius Diuinum, vel Canonicum, vel ſub cōminatione, ſeu pœna inobediētię, vel excōmunicationis, (vt poſt Imol. in c. Cū cōtingat. col. 10. de Iureiuran. docet Iacob de Graff. vbi ſuprà.) ſed etiam in omni re graui, & magni momenti, per ſupradicta. quamuis communiter ſoleāt in talibus addere comminationē excōmunicationis. Quo in caſu, vel eſt parendum; vel appellandum à tali comminatione.

Tertiò, quicquid præcipit Iudex ſecularis ſub cauſę cognitione, tenetur ſiue actor, ſiue reus illi ſe ſubmittere, & obedire ſub pœna peccati mortalis, ſi eſt res grauis: vel venialis, Si eſt leuis; per ea quę docet D. Tho. vbi ſuprà. cum communi; quia omne tale præceptum eſt ſententia interlocutoria, ſi eſt ante diffinitiuam, niſi pars ſentiat ſe grauatam, & ab ea appellet. Sed ſi confirmetur, tenetur ſine cunctatione obedire.

Quartò, omnia alia præcepta Iudicū, ſiue ſeculariū, ſiue Eccleſiaſticorū, facta ad ſolā inſtantiam partis, ſine cauſæ diſcuſſione; vel quæ ſub pœna tantùm comminantur: non obligant in conſcientia. Et de his eſt præſens differentia intelligenda.

SVMMARIVM.

1. *VENATIO an ſit Clericis licita.*

DIFFERENTIA VIGECIMA.

1 VENATIO, maximè clamoroſa, prohibita eſt Clericis in Foro exteriori, vt toto tit. de Cleri. venato. & probat etiam tex. in c. Quorumdam. 34. diſt. & cap. Qui venatoribus. 86. diſt.

In Foro verò conſcientiæ, non ſolùm cauſa neceſsitatis, ſed etiam recreationis non eſt prohibita; dūmodò non ſit omnino clamoroſa, ſed quieta, & modeſta; nēpe cum retibus, vel laqueis, atque etiam cū aliquibus canibus, vt docet gl. ad fin. dict. cap. Qui venatoribus. & Panor. dict. cap. 1. de Cleri. venat. & alii, quos refert, & ſequitur P. Rebel. de Obliga. iuſti. in pręlud. lib. 1. q. 14. nu. 9. addens num. 10. etiam ſi eſſet clamoroſa, ac cauſa recreationis; ſi tamen rarò fiat; non erit letalis. Secùs ſi frequens.

Addit etiam pœnam. dict. cap. 1. de Cler. venato. etiam in Epiſcopis non habere locum; ſi prædicti Clerici, & Epiſcopi non haberent aues, nec canes venaticos, nec diſcurrendo indecenter, per ſe venarentur; ſed aliquos venatores, quietè incedendo, ſiue pedites, ſiue equites, viderent, & oblectarentur. Quod vt humanum amplector; dummodò id fiat in partibus remotis, ac ſecretis;

Digitized by Google

ſecteris; ob ſcandalum, vel malum exemplum vitandum. Pro quo facit Clem. In agro. §.Porro. de Statu Monach.iuncta gl. ibi. verb. Perſonalem. vbi prædicta quoad Religioſos, ſpecialiter prohibentur: non tamē quoad alios. Adde Coua. in reg.Peccatum. 2. par. §. 8. num. 3. Tiraq. de Nobilit. cap. 37.num. 138. Mantua lib. 1 Locorum. cap.7.pag.4.

SVMMARIVM.

1 *CAEDENS ligna in nemore prohibito; vel paſcens pecora in paſcuis vetitis cōmunibus, an peccet; teneaturque ad aliquam reſtitutionem.*

DIFFERENTIA VIGECIMA PRIMA.

1 CAEDENS ligna in nemore, ſiue ſilua ſui populi, & communi omnibus oppidanis abſque licentia debita; ſiue ſit pro ædificanda ſua domo, vel aliis ſuis vſibus: ſiue ad ea vendenda: licèt in Foro iudiciali malè faciat, & puniri poſsit pœna ob id appoſita, vt palam eſt.

In Foro tamen conſcientiæ, non punitur. Quia nec peccat, nec ad aliquam reſtitutionem tenetur; dummodò moderatè id faciat, & non inferat nemori magnam ſtragem. Ita communiter tenent Doctores, maximè Soto lib. 4. de Iuſt. quęſt. 6. art. 4. Lopez in ſuo Inſtruct. confeſ. 1. par. cap. 149. concluſione 1. & 3. Rebel. dicens communem de Obliga. iuſt. in Prælud. lib. 1. quęſt. 15. nu. 2. vbi hoc extendit etiam ad nemora vicina, ſi conſuetudo ſit cędendi vtrinque.

Hoc idem dicendum eſt circa paſcua. Obſerua tamen ſi populus vendat alicui, vel ſiluam cæduam, hoc eſt ligna quæ poſſunt cædi; vel herbam, ſeu paſcua vnius, vel pluriū annorū pro neceſsitatibus communibus populi: tunc nō eſſe dubium, ab oppidanis nullo modo poſſe vel ligna cædi, vel paſci gregem, ſine reſtitutione damni illati emptori: peccareque mortaliter, ſi dānum non fuit leue; quia tunc per venditionem deſinunt eſſe communia, & fiunt particularia emptoris, ſicut ſi eſſent proprii patrimonii. Ita tradit Lop. ſuprà. verſiculo. Item vltimo. & cap. 150. in prin.

An autem ſoluens pœnam in Foro iudiciali, maneat etiam obligatus ad reſtitutionem damni in Foro conſcientiæ dubitant hic Doctores. Sed pro reſolutione conferunt dicta v. Reſtitutio. Differ. 43. Aſſerunt nihilominus præſumi de Republica ei ſola pœna ſatisfieri; maximè quia ita vſu receptum eſt. Non enim eſt in vſu huiuſmodi reſtitutionem exigi, ſed ſolùm ad pœnam agi contra eos qui capiuntur. Ita Lop. dict. cap. 149. verſ. Sed quia hoc eſt.

SVMMARIVM.

1 *EGENTI extremè qualiter tenear ſubuenire, ſi potens ſim. Et ad eleemoſynam qualiter tenear, in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA VIGECIMA SECVNDA.

1 EXISTENTI in extrema neceſsitate, quamuis per officium Iudicis imploratum, vel per viam denunciationis Euangelicę tenear ſubuenire ſi poſsim; & ad id compelli; vt per glo. in cap. Sicut. 47. diſt. commendatam in pluribus locis per Panor. vt habes verb. Obligatio. Differen. 2. non tamen teneor ſubuenire dando, ſed ſufficit, vel commodando, vel mutuando. Nec eſt proditum ius, per quod quis in Foro iudiciali ad dandum dicto extremè egenti cogi poſsit; cū debitum charitatis non ſpectet ad dictum Forum: vt diximus verb. Debitum. Diff. 1.

Sufficit

Digitized by Google

Sufficit itaque quomodocumque ſubueni-re neceſsitati proximi; non tamen eſt neceſſarium fiat hoc, vel illo modo.

In Foro verò conſcientiæ putant quidam non ſatisfacere coram Deo, ſi quis potens mutuetur vel commodet id quo quis extremè eget: ſed debere abſolutè illud dare, ita vt numquam teneatur egens illud reſtituere, vel ſoluere, licèt ad pinguiorem fortunam deuenerit. Ita Silu. verb. Furtum. quæſt. 5. Dicto. 3. Soto lib. 4. de Iuſti. quæſt. 7. art. 1. ad 4. Sarmiento, Bañes, & Cordoua, quos refert, & ſequitur Rodrig. verb. Limoſna. cap. 181. concluſione 4. Et videtur ſentire. D. Tho. 2. 2. quæſt. 32. art. 5. in corpore. ibi; *Ad hoc autem quòd velimus, & operemur bonū alicuius, requiritur quòd eius neceſsitati ſubueniamus. Quod ſit per eleemoſynarum largitionem.* Non dicit mutuando, ſed per largitionem eleemoſynę, quæ fit dando. Deinde conſtat idem. Quia aliàs eleemoſyna numquam eſſet de præcepto, ſi ſufficeret mutuari. Cuius cōtrariū probat ibidem. D. Tho. communiter receptus. Nec prætereà vmquam eſſet verum illud Baſilii, & Ambroſii, quod refert. D. Tho. ſup. ad ſecundum. *Eſt panis famelici quem tu tenes, nudi tunica quam in conclaui conſeruas, diſcalceati calceus qui penes te marceſcit, indigentis argentum quod poſſides inhumatum.* Facit etiam illud vulgare, In neceſsitatibus omnia ſunt cōmunia; vt l. 2. §. Cùm in eadem. ff. Ad leg. Rhod. de Iactu. in fin.

Sed contrarium eſt verius, & tenendum cum Nauar. cap. 17. num. 61. & Corra. in reg. Peccatum. 2. par. §. 1. num. 3. quorum opinionem ſecutus eſt Cathecil ad Parochos Pii Papæ Quinti in 7. præcepto Decalogi. pag. mihi. 497. poſt quem non videtur magis de hoc dubitandum. Nec D. Tho. ſup. hoc negat, nec verba illa, Per eleemoſynarum largitionem, vrgent, vt ſtatim videbis.

Vnde non obſtant alia fundamenta. Nā illud de eleemoſynæ præcepto ſatis complet, qui commodat, vel mutuò dat egenti. Magna etenim eſt eleemoſyna, & magnum opus charitatis præfato modo ſuccurrere neceſsitatem patienti; vt palam eſt.

Tertiò, non obſtat Dictum D. Baſilii. & D. Ambroſii. Nam intelligendum eſt, & exponendum, ſicut illud, cap. fin. 16. quæſt. 1. *Quicquid habent Clerici, pauperum eſt.* nempe quia tempore neceſsitatis ſunt eis communicanda; vt exponit gl. 1. ibi. communicanda quidem, non dando, ſed commodando, vel mutuando. Satis enim ſic communicantur.

Quartò, non obſtat dict. l. 2. §. 2. in fin. quia agit de cibariis quę quis ponit in naui ad ea ibidem conſumenda; quæ clarum eſt non ſolere commodari, ſed dari propter ſuam paruitatem, & qualitatem. Et gl. Ibi exponit illud vulgare, nimirùm tēpore neceſsitatis omnia eſſe communia, ideſt communicanda. Idem gl. 1. dict. cap. fin. 16. quæſt. 1. Conducunt quæ diximus in Differentia præced. & verb. Reſtitutio. Differentia 5.

SVMMARIVM.

1 V*INEAS ingredientes, an poſsint impunè vuas comedere.*

DIFFERENTIA VIGESIMA TERTIA.

1 LEGES municipales plurimarum ciuitatum, & villarum prohibentes ſub pœna pecuniaria ne quis ingrediatur vineas ad vuas comedendum, ſeu exportandum ex eis foras: quatenus prohibent ingreſſum ad comedendum; procedunt tantùm, & locum habent in Foro exteriori: non tamen in Foro interiori. Nam vnicuique licitum eſt ingredi vineam ad vnam, aut alteram vuam ibidem comedendum, dummodò foras non exportet. Ita notat gl. ſing. (ita intelligenda) in cap. Omnes leges. diſt. 1. verb. Fas eſt. quam allegat Cepol. de Serui. ruſti. præd. cap. 20. num. 3. vbi licèt dicat idem ſeruari de conſuetudine; fortè illud practicatur

Digitized by Google

catur Veronæ quæ erat patria eius. Sed in multis partibus ſecùs eſt. Nam ego tranſiui per quaſdam ciuitates Italiæ, vbi erant ſtatuta imponentia grauiſsimas pœnas cõtra ingredientes vineas, & furantes vuas; etiam ad ſolùm comedendum. quæ quidẽ ſtatuta tamquam rigida, & ſæuiſsima, ſunt tantùm pro Foro exteriori. Et confirmantur prædicta per legem latam per Moyſen Deutero. 23. ad fin. *Ingreſſus*, inquit, *vineam proximi tui, comede vuas quantum tibi placuerit. Foras autem ne efferas tecum.* Adde etiam licere viatori, vuas quas ad comedendum accepit; vel in vinea, vel in via ipſa comedere; etiam ſi ſine neceſsitate famis eas accipiat; vt tenet expreſſe Coua. in Reg. Peccatum. 2. par. §. 1. num. 3. poſt Rip. in l. Damnum. col. 2. ff. de Damno infect.

SVMMARIVM.

1 *EXECVTVS pro vero debito, non ſeruata forma in executione ſeruanda; poteſt in Foro iudiciali facere retractare executionẽ.*
2 *Secùs in conſcientia.*

DIFFERENTIA VIGESIMA QVARTA.

1 EXECVTVS pro vero debito; ſed indebitè, & non ſeruata forma l. A Diuo Pio. §. In venditione. ff. de Re iudi. vt quia primò fuit captus, & in carcerem truſus. Vel fuit venditum aliquod immobile; cùm aliàs haberet mobilia. Aut ex mobilibus fuit venditum quod magis officeret cõmodis ipſius executi; cùm tamẽ ex aliis minùs noxiis æquè benè, & æquè celeriter poſſet fieri executio. In his, & ſimilibus caſibus poteſt tamquam grauatus appellare à dicta executione, & facere reuocare eamdem. Ita tenet Bar. dict. §. In venditione. vbi Iaſ. num. 19. poſt plures à ſe citatos, hanc dicit eſſe magis communem opinionẽ. Quamuis multi teneant, etiam per viam nullitatis poſſe reuocari. De quibus per eumdem Iaſ. ibi, & per Michael Graſsis in tertio tomo cõmun. opin. quæſt. 32.

2 In Foro verò conſcientię, tenetur acquieſcere dictæ executioni. Et ſic non poterit appellare; per text. ſing. in l. fin. §. ſi. ff. Quod met. cauſ. vbi dicitur, ſi debitor fuit captus non ſeruato ordine, non debere retractari, ſi eſt verè debitor: & inciuile eſſe agere tunc de retractatione; quem tex. ad hoc multum extollit Iaſ. dict. §. In venditione. num. 12. poſt Bal. & Paul. quos ibi allegat. Et ratio eſt, quia in hoc Foro conſcientiæ non attenditur, niſi ſola veritas: non autem ſubtilitates iuris; vt diximus verb. Iudicium. Differentia 4. & 5. Item argui poteſt de dolo: quia ſoluit quod debebat; & ſic non decet repetere, quod ſtatim reddere tenetur; vt diximus in fure ſpoliato à domino rei, furto ablatę. verb. Reſtitutio. Differentia 22.

SVMMARIVM.

1 *COMEDIAE an ſint licitę.*

DIFFERENTIA VIGESIMA QVINTA.

1 COMEDIAE in Foro exteriori licitæ ſunt, & permiſſæ; vt toto tit. C. de Spectacu. & ſcenicis, lib. 11. vbi gl. multa iura refert in huius rei confirmationem. Quod adeò verum eſt, vt in pluribus ciuitatibus factæ ſint domus ampliſsimæ, & theatra, expẽſis ciuitatum pro ſeruitio dictarum comediarum; vt tam ipſi ſcenici, ſeu hiſtriones, quàm ciues ad eos videndos commodiſſimè exiſtant. Et ipſi hiſtriones in eleemoſynam hoſpitalium generalium refundunt certam partem ex lucris, & mercedẽ ibi acquiſitis: & per totum orbem cum magno

gno

Digitized by Google

gno applauſu admittitur.

Et negari non poteſt, ſi dictæ Comediæ fiant cum moderamine, & circumſtantiis debitis, & ſint de rebus honeſtis, & non interſint in eis feminę; eſſe licitas in vtroque Foro. Quia ordinantur ad ſolatium hominibus exhibendum. Quod humanæ vitæ neceſſarium eſt, ſicut cibo ſal, vt docet D. Tho. 2. 2. quæſt. 168. art. 3. ad 3. Ange. verb. Hiſtrio. quæſt. 1. Silu. verb. Ars. quæſt. 6. Paluda. in 4. diſt. 9. quæſt. 4. num. 9. Abb. in cap. Cùm decorem. de Vita, & honeſt. Cleri.

Et de origine, & principio hiſtrionum, & vnde hæc ars habuerit principium, tradit Valerius Maximus. lib. 2. cap. 1. quem refert Anchar. in cap. 1. num. 1. de Vita, & honeſt. Cleri. & tradit Ateneus. lib. 14. Dimnoſofiſtorum. & Rauiſius Textor in ſua Officina. col. 283. Celſus Rodigi. lib. 5. Lectio. Atticarum. cap. 3. & eleganter Alex. ab Alexan. lib. 3. Dierum genialium. cap. 9. vbi ponit quando Roma pulſi ſunt. Et pulchrè per Lucam de Pena in l. Si qua in publicis. col. 2. C. de Specta. & ſcenicis. lib. 11. adde Polido. Virgil. de Inuentio. rerum. lib. 3. cap. 13.

Quia tamen experientia teſte, præfatæ Comediæ vt in plurimum, vel ſunt de rebus laſciuis, turpibus, & amoribus mundanis; vel in eis fiunt aliqui paſſus, & ſcenæ, in quibus interueniunt feminæ nimis ornatæ, & comptæ, prouocantes auditores ad malum, & libidinem. Ideò non mirùm ſi contra tales hiſtriones, mimos, & ſcenicos multi inuehant prædicatores, & DD. celantes honorem Dei, & ſalutem animarum; & tam ſcriptis, quàm verbis dictas comedias damnent; vt videre eſt apud Pet. Sanchez. in 3. par. Hiſto. moral. fol. 260. Ribadeneira lib. 1. de la Tribulacion. c. 11. Pineda. 1. par. de la Agricultura. Dialog. 15. à §. 25. vſque ad §. 29. Tiraq. de Nobilit. cap. 34. num. 6. & 13. Pet. Grego. in Syntag. iur. lib. 39. cap. 15. Alphon. Mendoça in Quodlib. Theolog. quæſt. 9. quos refert Cenedo. 1. par. Collect. 41. num. 1. & P. Pet. de Guzman. in lib. cui titulus Bienes del honeſto trabajo, y daños de la occioſidad. diſcur. 6. §. 2. pag. 276. cum ſeq. & per totum diſcurſum. & Paul. Comitol. poſt alios lib. 5. Reſpon. moral. quæſt. 11. per totam.

Sed quia multipliciter fiunt præfatæ Comediæ; ideò ne omnes damnemus, diſtinctione opus eſt. Nam ſi fiant per ſcholares, vel Religioſos ad celebrandum aliqua feſta; vt ſæpè fiunt: tales comedię licitæ ſunt. Similiter ſi per hiſtriones fiant de ſanctis, nulla obſcœnitate, ſeu prauitate in eis admiſta; laudandæ ſunt: quia vtiles populo. Ego enim agnoui noſtræ Cartuſianæ Religionis alumnos aliquot monachos, qui ex repræſentatione quadam facta de miraculo Doctoris illius Pariſienſis ad inferos condemnati, ob quod noſter Patriarcha D. Bruno cum ſociis ſuis mundum reliquit; ipſi etiam vale Mundo dixerunt. Præterea ſi fiant de aliqua hiſtoria ſolatioſa; vel de caſu aliquo, etiam ficto, & vano; ad riſum, & ſolatium auditorum: tolerandæ ſunt. dummodò non ſint in opprobrium alicuius tertię perſonę, vel Religionis. Si verò fiant de rebus turpibus, & obſcœnis, & id ſciant auditores earum: tam ipſi mimi, quàm ipſi aſsiſtentes ad eas, peccarent mortaliter. Inſpectio enim voluntaria talium, mortalis eſt, ſecundùm D. Antoni. 2. par. tit. 3. cap. 7. §. 5. Gabriel. in 4. diſt. 15. quæſt. 11. art. 3. dub. 3. Nauar. cap. 19. num. 14. & Comitol. ſup. poſt Summiſtas, & alios quos ibi, n. 4. allegat. Tùm quia nihil aliud eſt, quàm delectari de turpibus. Tùm quia periculo tentationis ſponte ſe exponunt. Secùs eſſet, ſi caſu reſpicerent talia, neſcientes fieri huiuſmodi Repręſentationes, & diſplicerent eis.

Et ſic excuſantur quàmplurimi à p. m. euntes ad Comedias nouas, etiam ſi in eis aliqua minùs honeſta repræſententur. Caueant tamen, ne ad eaſdem ſecundò accedant. Propter tamen tempus male in eis conſumptum, & propter multa pericula oculorum tam repræſentantium feminarũ, quàm aliorum ibidem perceptorum, communiter offenditur Deus, & grauiter: quãuis nõ mortaliter. videat vnuſquiſque qua intentione ad eas accedit, & an ſit nimis fragilis ad conſentiendum ſaltem mentaliter, expoſitus ſimilibus occaſionibus. Quia ſi quis ſit fortis animo, & timens Deum, & gratia ſolatii, & diuagationis à negotiis, & ſtudiis,

Digitized by Google

ſtudiis, vel triſtitiæ, ſeu melancoliæ, ad eas vadit; non peccat. Ipſos tamen ſcenicos, portantes ſecum ſuas vxores, & ad quoſdã paſſus exeuntes, & prouocantes ad malum verbis, & agitationibus ipſos auditores; vix excuſarem à p. m. vt & docent DD. ſuprà citati.

DIFFERENTIA VIGESIMA SEXTA.

De iure licitum eſt cuique ſe vendere, etiam inter Chriſtianos, & ita faciunt multi in triremibus.

Sed in conſcientia non poteſt Chriſtianus emere Chriſtianum: quia ſi eſt in extrema vel magna neceſsitate, qui ob eam ſe venditioni exponit, tenetur illum adiuuare, & ſuccurrere ſaltem commodando, arg. cap. 5. Eſdræ. 2. vbi tamquam de mortali reprehenduntur Iudæi, quia fratres ſuos in ſeruos, & ancillas, vti captiuos emptos poſsidebant, refert Cord. lib. 1. Quæſt. quæſt. 26. pag. 225. & docet in terminis Rodrig. verb. Limoſna. cap. 199. concluſione 4. ad fin.

SVMMARIVM.

1 *CLERICVS in minoribus conſtitutus an poſsit ſine peccato acceptare officium Baiuli, vel Iudicis cauſarum criminalium.*

DIFFERENTIA VIGESIMA SEPTIMA.

1 CLERICVS in minoribus conſtitutus, ſi non habet intentionem aſcendẽdi ad ordines ſuperiores, poteſt licitè acceptare officium Baiuli, vel Iudicis cauſarum criminalium, & ipſum exercere; occidendo, vt Iudex, reos dignos morte. Quia nullo iure prohibetur. Secùs in Foro conſcientiæ, per not. verb. Homicidium. Differentia 7. Ratio diuerſitatis eſt; quia non poteſt quis ſuſcipere officium, quod ſine peccato nequit exercere. Nec comittendum eſt peccatum, etiam veniale pro ſaluanda vita hominis, nec pro ſaluando toto mundo, cap. Faciat homo. 22. quæſt. 2. D. Tho. 1.2. quæſt. 79. art. 4. ad 4. Ergo multò minùs poterit illud committere Clericus pro obtinendo officio; etiam ſi id eſſet neceſſarium ad ſe ſuſtentandum. Faciunt not. Differ. 1. verb. Iudex. vbi reſoluimus teneri Iudicem potius renunciare ſuo officio; quàm condemnare innocentem, probatum nocentem: propter vitandum peccatũ. Et turpius eijcitur; quàm non admittitur hoſpes. Denique non videtur in eſſe in hoc caſu maior ratio ad excuſandum Iudicem à peccato veniali, ſi occidat, vt Iudex: quàm in aliis ſupracitatis.

Nec obſtat ſi dicas Iudicem, poſtquam acceptauit officium; eſſe obligatum ſub pœna peccati mortalis condemnare reum mortis, & ſic videtur excuſandus Clericus: ſi mandet quem iuſtè occidi. Nam reſpondeo Clericum ne deueniret in tale periculum, teneri non acceptare ſimilia officia. Et ſi iam fortaſſe ſuſcepiſſet, teneri illi renunciare potius, quàm veniale peccatum committere, occidendo reum. Sicut in ſimili reſpondit D. Aug. ei, qui temere iurat, & poſteà illud adimplet; vt fecit Herodes, cùm caput diui Ioannis filiæ Herodiadæ dedit, propter iuſiurandum. Matth. 14.

SVMMARIVM.

1 *FISCVS de bonis confiſcatis ab homicida, tenetur in conſcientia, ſoluere operas, quas occiſus poterat lucrari toto tempore vitæ ſuæ. Quamuis in Foro exteriori contrarium (& malè) obſeruetur.*

DIF-

DIFFERENTIA VIGESIMA OCTAVA.

1 INTERFICIENS aliquem, tẽnetur in conſcientia hæredibus occiſi ad æſtimationem operarũ quas interfectus exercere potuiſſet, ſi vixiſſet eo tempore, quo naturaliter viuere poterat. Quia tenetur ad damna quæ ex occiſione eius hæredibus occiſi ſubſecuta ſunt. per capit. 1. de Iniur. & ibi Panormitanus, & communiter Doctores. Nauar. capit. 15. numero 20. quod omnium conſenſu recipitur, vt refert Roland. cõſilio 39. lib. 2. Vnde Fiſcus confiſcans bona delinquentis, tenetur ex bonis cõfiſcatis ſoluere filiis occiſi æſtimationem dictarum operarum; vt in facti contingentia conſuluit Bertran. conſilio 217. lib. 8.

In Foro verò exteriori malè hoc obſeruatur. Quia Fiſcus rapit omnia bona delinquentis virtute confiſcationis, & nullam prędictorum rationem habet, vt teſtatur Iul. Clar. §. Homicidium. numero 18. vnde videant Iudices, & Theſaurarii Regii quomodo in hoc ſe gerãt. Nam aliàs de bonis ſuis tenebuntur ſatisfacere.

SVMMARIVM.

1 *IVRISDICTIONE vti aliena, in Foro conſcientiæ, letalè crimen eſt.*

2 *In Foro verò exteriori, gloria quorũdam eſt Iudicum.*

DIFFERENTIA VIGESIMA NONA.

1 IVRISDICTIONE aliena vti, & eã vſurpare; non minùs letale crimen eſt, quàm ſi rem magni ponderis, & momenti ſurriperes. cap. final. de Rebus Eccleſ. non alien. Non enim minùs, immò maiori conatu defenduntur hodie iuriſdictiones, quàm bona temporalia. Et dictam vſurpationem eſſe mortalem tradit D. Thom. 2. 2. queſt. 60. art. 6. Nauar. cap. 12. numer. 72. & capit. 23. numer. 14. Hinc dicit Innoc. in cap. Dilectus. de Pœnis. à Iudice Eccleſiaſtico poſſe excommunicari turbantem ſuam iuriſdictionem.

2 In Foro vero exteriori, ſine vllo ſcrupulo multi ſuas procurant dilatare fimbrias, & mordicùs defendere ſi quam, etiam patenter, alienam habeant, putantes licitè poſſe quem ſuam poſſeſsionẽ, in qua exiſtit, tueri, non attendentes iniuſtam eſſe defenſionem furis, vel raptoris, ſi rem furto ablatam retinere velit; etiam ſi per mille annos in poſſeſsione illius, per ſe vel per alios, extitiſſet; quia res furto ablata, licèt per multas manus tranſeat, non purgatur, ſed ſemper cum ſuo vitio tranſit, ita vt à nemine præſcribi poſsit; vt conſtat ex traditis per Rebel. de Obligat. iuſti. in Prælud. lib. 1. quæſt. 10. numer. 1. & 41. Non enim minor iniuſtitia fit domino rei à ceteris poſſeſſoribus, quàm à primo fure: quamuis ex ignorantia alii poſſeſſores bonę fidei excuſentur, dum neſciunt eſſe alienam. Prætereà tantò grauius quis peccat, quãtò magis ſuas pręfatas poſſeſsiones ſeu vſurpationes continuat, iuxta cap. fin. de Cõſuetud. & cap. fin. de Præſcriptio. Quãuis enim iuriſdictio pręſcriptione poſsit acquiri (Couar. in Reg. Poſſeſſor. 2. par. §. 3. num. 1. & ſi ſit in præiudicium Principis habentis de iure ſuam intentionem in ea fundatam, requiratur tẽpus immemoriale, vel titulus. argu. cap. 1. de Præſcriptio. lib. 6. ſi verò inferioris, requiratur tempus ordinarium cum titulo, ſaltẽ prę ſumpto) requiritur tamen in vtroque caſu boni fides; iuxta notata per Couar. ſuprà, & communiter Doctores. Quod adeò verum eſt, vt ſi talis exiſtat in poſſeſsione immemorabili, & aliàs ſciat nullum habuiſſe ſuos prædeceſſores titulum, nec de eo vſquam conſtet; in conſcientia non poterit ſe iuuare dicta poſſeſsione immemoriabili, per ea quæ dicemus verbo. Præſcriptio. Differentia 3. Quin immò ſi contra poſsidentẽ ſit violenta præſumptio, quòd dictam iuriſdictionem vſurpauit; tunc etiam in conſcientia non eſt per alios attendenda, per notata verb. Præſcriptio. Differentia 1. Hac adducti ratione tenent plures Doctores à Curia Eccleſiaſtica non poſſe præſcribi iuriſdictionem regiam, etiam per immemorabilem conſuetudinem, vt notat Azebedo lib. 4. tit. 15. De las preſcriptiones fol. 474. nu. 20. & 21. Orozco in l. Imperium. num. 14. ff. de Iuriſdict. omni. Iudi. Villalobos in Aerario cõmu. opinion. num. 299. ad fin.

SVMMARIVM.

1 *ADIRE Iudices ſupremos ſeculares pro tuenda, vel recuperãda poſſeſsione Beneficii, vel alterius rei Eccleſiaſticæ, licitum eſt in Foro externo. Et ſimiliter ſi quis, non obſtãte appellatione legitimè interpoſita, excõmunicetur poteſt adire eoſdẽ Iudices per viam violentiæ, ſeu defenſionis.*

2 *In Foro verò conſcientiæ eſt peccatum mortale, incidetque in excommunicationem Bullæ Cænæ Domini. cap. 14. ſecundùm aliquos, quamuis Communis contra.*

DIF-

DIFFERENTIA TRIGESIMA.

1 CLERICVS ſpoliatus de facto ſua poſſeſsione Beneficii; vel timens ab ea ſine cauſę cognitione ſpoliari; vel appellans legitimè ab excommunicatione comminata, ſi nihilominus excommunicetur, & denuncietur: poteſt in Foro exteriori adire Iudicem ſecularem Supremum, vt eum defendat, & vim repellat. Ita quotidie practicatur in Regnis Hiſpaniæ, Luſitaniæ, Galliæ. Neapolis, & aliis; vt teſtatur Nauar. cap. 27. nu. 69. verſ. Quod per (prætextu violentiæ.) & in c. Cùm contingat. remed. 1. nu. 9. de Reſcrip. Henriq. lib. 14. c. 12. num. 6. Couar. in Pract. cap. 35. num. 3. Gutierrez de Iuram. Confirmato. par. 1. capit. 2. num. 26. Salzedo ad Bernard. Diez in Pract. capit. 102. Boëri. quęſtione 69. numer. 23. Guido Pap. quæſt. 1. 71. & 85. Afflict. deciſ. 2. num. 10. & 11. Grego. Lop. in l. 13. verbo Ni violencia. tit. 13. Partit. 2. Matienço in dialogo Relatorum. 2. par. capit. 40. numer. 8. fol. 162. Caldas Recepta. ſenten. lib. 1. quæſt. 25. numer. 29 Ceuallos quæſt. 897. numer. 113. Rodriguez in Summa verbo Immunidad. cap. 156. §. 8. & alii citati à Azor. 1. p. lib. 5. c. 12. verſ. Quæri ſolet. & à Nobili D. Ioſeph à Mur in ſua eleganti, ac ſingulari Allegatione iuris in defenſionem iuriſdictionis Regiæ nu. 263. Et mouentur præcipuè, quia ad Reges ſpectat defendere oppreſſos, & à ſuis omnem violentiam repellere; etiam ſi ſint Eccleſiaſtici; ne aliàs pax ſuorum, & Regni quies perturbetur. capit. Regum officium. 23. quæſt. 5. ibi, *Et liberare de manu calumniantium vi oppreſſos.* Cui concordat l. 5. tit. 1. lib. 2. Ordina. veter. & ibi Dida. Perez & habetur in l. 25. tit. 8. & l. 2. tit. 6. lib. 1. Nouæ recopilat. Ad idem bonus text. in cap. Principes. 23. quæſt. 5. ibi, *Principes ſeculi nonnumquam intra Eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenent; vt per eamdem poteſtatem, diſciplinam Eccleſiaſticam muniant.* melior textus in Clement. 1. §. Et ſubſequenter. de Iure iur. vbi inter alia Imperator Summo Pontifici, cùm ab eo coronatur, iurat ſe conſeruaturum eius poſſeſsiones. Quem text. notat Afflict. deciſ. 24. numer. 4. ad hoc, videlicet Regem de ſpolio Beneficii inter Clericos in vim defenſionis cognoſcere.

2 In Foro verò conſcientiæ id non licere defendit Azor ſuprà à verſic. Sed dubitari poſſet. pagin. 506. Marta de Iuriſdiction. par. 4. caſu 101. & Franc. Soarez in tractat. de Defenſion. Fidei Catholic. contra errores ſectæ Anglicanæ. lib. 4. capit. 34. in 6. defenſione per totam. Idque propter Bullam Cęnæ Domini capit. 14. & quia (vt inquit Azor) Summi Pontifices, & Auditor Cameræ quotidie reclamant, expediendo monitorias literas contra accedentes ſuper præmiſsis ad tribunalia Regia: & declarando eos incurriſſe in excommunicationem dictæ Bullæ.

Sed contrarium tenent communiter Doctores, & obſeruat communis practica in præfatis Regnis ſine vllo ſcrupulo. Quia ſi oppreſsi in caſu violentiæ, & oppreſsionis per Iudices Eccleſiaſticos, vel per partes potētes factę, vel faciēdæ tenerētur adire Superiores Eccleſiaſticos, vt pote Nuntios Apoſtolicos: profecto vix eſſet finis litiū; propter facilitatem quā prędicti Nūtii habent in concedendis appellationibus, de quo teſtis ſum viuus, & oculatus in lite quam habui ſuper quodam Canonicatu antequam Religioſus fierem. Et ſi oppreſſus, fuerit pauper, & abſuerit longiùs à Romana Curia, & vim patiatur ab aliquo delegato Apoſtolico: quid quæſo remedii iſte habebit defendendi ſe à violentia, & oppreſsione, cùm nequeat propter paupertatem adire Rotam Romanam, ſi via occluſa ſit recurrendi ad Iudices ſupremos ſeculares? à quibus, cùm ſint præſentes, quibuſcumque ad eos accedere volētibus, ſtatim ſine vlla appellatione, & ſumptibus, liberantur ſinguli violentiis in ſeipſos illatis? Et cùm hoc fiat iure cuiuſdam defenſionis extraordinariæ, & non per modum ordinariæ iuriſdictionis: cedatque in magnam vtilitatem Eccleſiaſticorum: nec ſit mens Summi Pontificis,

vt ſui delegati, vel alii Prælati Eccleſiaſtici iniuriã,& violentiã alicui incutiãt;nec vt vllus Eccleſiaſticus à prædictis Iudicibus, vel aliis quibuſcumque indebitè vexetur. arg. cap. Ex tenore. de Foro comp. Meritò DD. tenentes hanc partem limitãt Bullam Cænæ Domini dict. cap. 14. aliàs 15. ex tacita mente ſummi Pontificis, nẽpe non loqui de caſu prædicto violentiæ, & defenſione extraordinaria; cùm tũc Reges, eorumque ſupremi Iudices non ſe intromittant,nec cognoſcant de meritis cauſarum; ſed tantùm an fiat violentia nec ne in deneganda appellatione; vel in excommunicatione lata, vel ſpolio facto. idque ſummariè, viſis tantùm actis, vel receptis aliquorum teſtium depoſitionibus. Ita poſt Nauar.Couar.& alios, docet Seſſe de Inhibitio.cap. 8. §.3. n.83.Ceuallos.quæſt.897. num. 125. 135. & 256. Viual. in explanatione Bullæ. caſu 14. dominus Regens Mur vbi ſup. num.297.& 299.

Quòd ſi negetur hoc permitti de tacita mente Papę, cùm cõſtet de cõtraria mente in eod.c. 15.Bullæ.ibi, *Etiam ſub prætextu violentiæ prohibẽdæ.* vel vt dicit Azor, cùm quotidie expediantur Romæ literæ monitoriæ contra facientes præfatos recurſus,& excommunicentur. Reſpondeo primò intelligendũ eſſe iuxta diſtinctionem proximè factam. Deinde hoc eſſe probabile, nimirum excuſari à pœna d.c.15.illũ qui adit tribunal Regis occaſione dictæ violẽtiæ,& oppreſsionis,ſi ad idem tribunal accedunt alii in ſimilibus cauſis,licèt erroneè. Quia in nulla culpa eſt faciẽs quod communiter fieri ſolet,& cõmuniter alii faciunt, licèt ſit erroneum. Ipſi autem Iudices videant ſi ſecura conſcientia id facere poſsint.Præterea etiam excuſantur partes litigantes,ſi de cõſilio Aduocatorum ſuorũ id faciãt. Deniq; cùm prædicta cõmunis practica ſit à tẽpore immemoriali vſu recepta, & habeat graues DD.pro ſe: hoc ſufficit ad excuſandum quem à culpa. maximè quia numquã fuit receptũ præfatũ c.15.quoàd caſum violentiæ, & oppreſsionis per viam defenſionis extraordinariæ, ob rationes ſuprà adductas.In quorũ confirmationem narrabo hic caſum qui mihi contigit Vlyſsiponæ, cùm eſsẽ ibi Prior domus Vallis Miſericordię. Quidam Presbyter, & Doctor ſpoliauerat noſtrum Conuentũ de facto,& propria auctoritate,poſſeſsione cuiuſdã fundi. Acceſsi ad quemdã Iudicẽ ſecularẽ vt nos in priſtinam poſſeſsionẽ reſtitueret. Qui citauit dictum Presbyterũ,& numquã comparuit, donec fuit ſententia lata cõtra ipſum ſuper ſpolio,& eidẽ intimata.Tũc oppoſuit exceptionẽ incompetentię;& quæſtus de me eſt coram illuſtriſsimo Nũtio Apoſtolico, requirens ab eo vt me declararet excõmunicatum,& incidiſſe in Bullã Cænæ Domini. Accerſitus fui bis corã d.domino Nuntio, qui minis, & terroribus, nimirũ me miſſurum Romã,cogere me nitebatur vt deſiſterem,& renuntiarẽ dictæ liti, & ſentẽtiæ,& peterẽ ab eò abſolutionẽ à dicta excõmunicatione prætẽſa. Ego verò viriliter reſtiti; quia quod egeram, erat conſonũ ſacris Canonibus. Allegaui dict. c.Regũ officiũ. & cap. Principes. Naua.Coua.& alios:& oſtendi illi Aluar. Valaſc.Luſitanũ in ſuis Cõſultationib. qui in ſpecie hãc partẽ latè defendit,vbi agit in fortioribus terminis, ſc. circa ſpolia Beneficiorũ. Tandẽ ei dixi hãc doctrinam me audiuiſſe à præceptoribus meis Salmanticæ,nempe Moya primario, & Coſta veſperarum,& ante eos idem docuerat Doctor Sandoual;& eam me paratũ eſſe vbiq; defendere,eamq; neutiquã erubeſcere. & ita obtinui, meque dimiſit.

PENSIO.

SVMMARIVM.

1 PENSIONES *an ſint licitæ.*

2 *Papæ nemo dicere poteſt, Cur ita facis?*

DIF-

Digitized by Google

DIFFERENTIA PRIMA.

1 PENSIONES in Foro exteriori licitè quiuis procurat, & impetrat, etiā ſi nullum Eccleſiæ ſeruitium exhibuerit vnde illas percipit. ſed vel quia eſt Capellanus Regius, vel famulus Papæ, vel alicuius Cardinalis, vel Epiſcopi, vel vult reſignare ſuum Beneficium in fauorem alicuius cum penſione ſoluenda alteri, vel aliàs. Ita per totum Mundum practicatur, & ſine vllo ſcrupulo; quia imponi non poſſunt ſine conſenſu, & auctoritate Sedis Apoſtolicæ (excepto caſu cap. Niſi eſſent. de Pręb.) qua interueniēte; videtur ſatis tutus quicumq; illas percipit, cùm Papa circa Beneficia plenariā habeat poteſtatem, iuxta c. 2. de Præbend. lib. 6. &
2 Clem. 1. in fi. vt lite pend. & nemo illi dicere poteſt, Cur ita facis? ſecūdùm. gl. in cap. Quamuis. verb. Deo. de Pœnit. diſt. 3. cui eſt ſimilis in c. Quāto. verb. Veri Dei. de Tranſlat. Epiſ. Alia in Extrauag. Execrabilis. Ioa. 22. verb. Referamus. de Pręb. & in Extrau. 2. de Conceſ. præb. verb. Continetur. eiuſdē Ioa. 22. de quibus per Deci. cōſ. 373. & 498. & 516. Iaſ. in l. Reſcripta. col. 1. C. de Precib. Imp. off. col. 1. Naua. c. Nouit. de Iudi. not. 7. num. 10. & Rebuf. in Praxi. col. 150. nu. 14.

In Foro verò conſcientiæ nō eſt hoc ſine ſcrupulo, ſecūdùm Soto lib. 3. de Iuſt. & iu. q. 6. art. 2. ad fin. Nā cùm Papa nō ſit dominus Beneficiorū; ſed diſpenſator eorum; vt tradit gl. magna. col. 4. in prin. in Extrauag. 1. de Pœni. & rem. inter communes. & Beneficia; & eorum fructus ſint Eccleſiarū ſtipendia: conſequens eſt, vt illa adiudicare nequeat; niſi pro altaris miniſterio, vel tāquam mercedem pro aliquo ſeruitio Eccleſiæ. At, quid debet hęc Eccleſia penſionaria ſeruitio facto Papæ, vel Regi, vel Cardinali, vel Epiſcopo; præſertim cùm iam præfati ſatis habeāt de redditibus quibus poſſint, & debeāt ſeruitiis ſibi exhibitis ſatisfacere?

Nihilo minùs cùm Papæ ſit libera, & plenaria poteſtas circa Beneficia vacantia, antequàm alicui conferātur (vt copioſè diximus verb. Electio. Dif. 5.) nō eſt dubitandū de eius poteſtate circa penſionum conſtitutiones. Hic enim eſt vnus effectus prędictę poteſtatis, vt ibid. annotauimus. Et ideò teneo ſecuros eſſe in conſcientia qui tales penſiones, abſque aliqua obreptione, vel ſurreptione à domino Papa impetrant. Verùm eſt tamen requiri, vt ſint ex cauſa legitima conceſſæ. alias non eſt tutus coram Deo, qui eas retinet, etiam cū diſpēſatione, & authoritate Papæ; vt tradit Toled. in Sūma lib. 5. c. 83. n. 2. vbi addit cauſam hāc debere eſſe in vtilitatem Eccleſiæ cuius ſunt bona. Si enim (inquit) nulla via in Eccleſiæ huius, vel vniuerſalis, vtilitatem tendat; non eſt cauſa legitima. quod eſt ſummè notandum pro his quæ dicemus infr. Dif. 3.

SVMMARIVM.

1 *PENSIONES an ſint licitæ, quando omnes fructus Beneficii aſsignantur in penſionem.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 PENSIONES communiter non excedūt tertiam partem fructuum. Nihilo minùs tamen aliquando aſſignantur omnes fructus Beneficii in penſionem ipſi reſignāti; vel tanta pars, vt reſignatarius non poſſit commodè ſuſtentari. Quæritur ergo an ſit tutus reſignans quoàd vtrumque Forum. Et quidem quoàd Forum exteriùs non eſt dubitandum; cùm quotidie eas videamus imponi à domino noſtro Papa; de cuius iudicio nemini licet iudicare, c. Cuncta per mundū. 9. q. 3. c. Si quis ſuadente. 17. q. 4.

Quoàd Forū verò interiùs nō caret ſcrupulo ſecūdùm Soto lib. 9. de Iuſt. q. 7. art. 2. §. Eſt tamen. ſequitur Palac. in annotat. ad Sūmā Caiet. verb. Simonia. Cū enim Beneficiū detur propter officiū, c. fin. de Reſcrip. lib. 6. nō eſt rationi conſonum, vt ſeruiens ipſi, priuetur omnib. fructibus, & dētur nō ſeruiēti; niſi ſeruitori ſufficiat pes altaris, vel diſtributiones ſint ita pingues, vt ſufficiāt.

Digitized by Google

honeſtæ ſuſtentationi ipſius. Vnde reſignãtes videant quomodo informant dominũ Papam, ne fingant remanere congruam ſuſtentationem ipſi reſignatario; cùm veritas eſt in contrarium. Sępe enim cõtigit, quòd quis, vt obtineat Beneficiũ ad ordines ſuſcipiendos, vel ob alios fines qui videntur ſibi vtiles, conſentiat præfatis impoſitionibus irrationabilibus pẽſionũ, & in ſupplica falsò referat, remanere ſufficienter pro ſuſtentatione ipſius. quos cenſeo non eſſe ſecuros quoàd Deum, non obſtante præfato conſenſu Papæ.

Hinc colligo conceſsiones Coadiutoriarũ cum applicatione omniũ fructuum, diſtributionũ, & emolumentorũ principali conſentienti, nõ carere ſcrupulo, cùm ſit cõtra ius naturę vt quis ſeruiat pro alio gratis; maximè ſi non habeat aliunde, quo ſtatum ſuum ſuſtentet: quin immò & ſi haberet; dignus eſt operarius mercede ſua. Si enim herus qui conducit famulũ minore pretio, quàm iuſtũ eſt, non eſt tutus in conſcientia, ſecundùm Naua. c. 17. nu. 108. quomodo erit tutus qui Eccleſiæ, vel Parœciæ ſuæ adhibuit Coadiutorem ſibi vtẽdum, nihil ei dãs pro ſeruitio, niſi honorem illum ventoſum, & ſpem ſuccedendi in omnia emolumenta, & fructus poſt obitũ ſuum? Certè non video, nec credo hãc eſſe intẽtionẽ domini Papę cùm tales Coadiutorias concedit: ſed tantũ vt referuentur principali omnia emolumẽta, ne Coadiutor ſe ingerat, & priuet eũ ſuis emolumentis. Atamen ſi principalis nõ accedit ad chorũ, ſed tantùm Coadiutor: nulla ratio patitur, vt omnia emolumenta ipſe principalis ſibi ſumat: ſed in conſcientia tenetur dare Coadiutori iuſtã mercedẽ. Et ſic ſunt intelligẽda verba illa apponi ſolita in Bullis Coadiutoriarum, ſcilicet; *Ita q̃ officio Coadiutoris huiuſmodi durãte, toties quoties d. Petrus* (principalis conſentiens) *voluerit, ſeu ſibi placuerit, aut nõ potuerit per ſe ipſum primòdictę Eccleſię ratione prædictorum Canonicatus, & præbẽdæ inſeruire; idem Andreas* (Coadiutor) *primòdictę Eccleſiæ vti illius Canonicus in diuinis, aut aliàs deſeruire, ſtallũq; in choro: ac poſtquã in ſacris ordinib. conſtitutus fuerit, vocẽ, & locum in Capitulo, omnibusq; aliis actibus, etiã Capitularibus primòdictæ Eccleſiæ habere: necnon omnibus diuinis officiis interuenire, omniaq; & ſingula iura, fructus, redditus, prouentus, obuentiones, diſtributiones quotidianas, ac alia emolumenta quæcũque quæ eidẽ Petro ſi perſonaliter ſeruitio primòdictæ Eccleſiæ interueniret, & illi inſeruiret darentur; ſeu per ſe ipſum perciperentur, aut ſibi deberentur, pro d. Petro, & ad illius cõmodum, & vtilitatẽ lucrari, & percipere: ac in primòdictæ Eccleſiæ quoties ipſe Petrus apud eam nõ reſederit, nec illi deſeruierit, pro eodẽ Petro reſidere, & deſeruire; fructus quoq; redditus; & prouentus, aliaq; præmiſſa, etiã diſtributiones quotidianas ſimiliter ad ipſius Petri cõmodum, & vtilitatẽ lucrari & percipere, ac apud primòdictã Eccleſiam reſidere, atq; omnibus, & ſingulis priuilegiis, &c.* Et nota Papam ſe fundare in eo quòd Coadiutor habet vnde ſe ſuſtentet, quia cõmuniter non confert Coadiutoriam ad Dignitates, & Canonicatus, niſi habenti aliud Beneficium pingue.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio Beneficii cum reſeruatione pẽſionis, facta ſine cauſa, puta infirmitatis, ſenectutis, odii, infamiæ, & ſimiliũ; ſed ęx ſola cupiditate; nõ eſt tuta in Foro cõſciẽtię.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 Reſignans Beneficium in manibus Papæ in fauorem alicuius, cum reſeruatione certę penſionis; tutus eſt in Foro exteriori: quia dictam penſionem habet cum diſpenſatione Papæ, qui in Beneficialibus, & penſionibus imponendis habet plenariam poteſtatem. capit. 2. de Præbend. lib. 6. gloſſ. 2. in capit. Si gratioſè. de Reſcrip. eod. lib. dicẽs, quòd in Beneficialibus eſt pro ratione voluntas Papæ; quam gloſ. commẽdant ibi Domini. & Deci. conſi. 436. viſa inſtructione. num. 13. & docet copioſè Selua de Benef. 2. par. quæſt. 1. per totam.

In Foro verò conſcientiæ non eſt tutus, ſi ſine legitima cauſa prædictam reſignationem

Digitized by Google

tionem facit,& penſionem obtinuit; vt docet Toled. lib.5. cap. 83. num. 3. & tetigimus ſup. Different.1.in fin. Quare caueant, & proſpiciant ſibi, qui nulla alia ex cauſa reſignant ſua Beneficia, cum reſeruatione penſionis;niſi ob cupiditatem,& auaritiam: facientes in hoc negotiationem: maximè quando id faciunt poſt breue tempus poſt obtentum beneficium.

SVMMARIVM.

1 *LITIGANTES ſuper Beneficio Eccleſiaſtico,in Foro externo,poſſunt recedere à lite, Iudicis authoritate, data per alterum certa penſione; vel ſolutis expenſis.*

2 *In Foro verò conſcientiæ; vt id licitè fiat, multa requirũtur quæ hic videbis: vbi multa notabilia ex illis inferuntur.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 LITIGANTIBVS ſuper Beneficio licitum eſt in Foro exteriori,tranſigere, ſiue recedere à lite, Iudicis authoritate, data certa penſione, vel ſolutis expenſis factis in lite, & Bullis, alteri parti: & alia remanente cùm beneficio. Ita probat text. in cap. Niſi eſſent. de Præb. quem commendat Abb. ibi notab. 1. & num.4.& in cap. Paſtoralis. num. 3. de His quæ fiunt à Præl. & in cap. Ad audientiam. 2. num. 6. de Reſcrip. & in cap. Dilectus. in fin. de Simo. & in cap. 2 num. 5. & 6. & in cap. Super eo. numero 3. de Tranſa. & in cap. Cùm pridem. num. 8. de Pact. Guill. Bened. in cap. Rainuntius. verb. Adiectæ. num. 25. de Teſta. Felinus cap. Cùm ex officii. num. 21. de Præſcrip. Alex. l. Si ſeruus plurium. §.fin. num. 2. de Lega. 1. Ioan. Bapt. in tract. de Penſio. quæſt. 4. num. 2. Anchar. conſ. 279. Deci. conſ. 436.num.12.Rebuf. de Pacifi. poſſe. num. 106. Gigas de Penſ. quęſt. 6. num. 2. Corraſ.in Paraph. Sacerd. 1. par. cap. 4. idem Deci. conſ. 141.

In Foro tamen interiori, vt licita ſit talis tranſactio, & conuentio, quatuor requirũtur quæ explicat Anto. num.6. Imol. num. 12. Barba. num. 4. in cap. fin. de Rerum perm. optimè Deci. dict. conſ. 141. & conſ. 436. Anchar. conſ. 279. num. 1. Ioan. Bapt. dict. Tract. de Penſio. quæſt. 4. Primò, vt fiat tranſactio pro bono pacis, & ad extinguendam litem; vt ſic videatur non fieri pro pretio ſibi dato; iuxt. dict. cap. Niſi. de Præb. Secundò, vt non fiat dict. tranſactio per partes: ſed per Iudicem ex officio pro bono pacis ſtatuatur, vt dicit gl. verb. Non duximus. dict. cap. Cùm pridem. de Pact. & Inno. cap. De cetero. num. 3. de Trãſact. Quod procedit, & eſt verum quãdo debet fieri aliqua renunciatio alicuius iuris in re de Beneficio. Aliàs gratuita cõpoſitio poteſt fieri abſque interuentu alicuius Superioris ordinarii, vel delegati, & ſic per partes tantum, vel amicos, vt docet Hiero. Paul. in practi. Cancel. §. Super beneficio. pag. 628. in fine Pract. Benef. Rebuf. allegat Abb. cap. Statuimus. num. 5. & dict. cap. De cetero. notab. 2. & cap. Super eo. num. 2. de Tranſact. vbi ponit exemplum gratuitæ compoſitionis, ſcilicet, cum quis recedit gratis à lite ſuper Beneficio, per eum prætenſo; quia non videtur habere ius in eo. quod intelligè vt infra, verſ. Et prędicta. Tertiò, vt ſit Iudex ordinarius, vel delegatus Papę datus ad prouidendum de illo Beneficio. Itaque requiritur, vt Iudex habeat poteſtatem conferendi ius Beneficii alteri parti, & recipiendi renunciationem alterius, Et hoc quando eſt facienda renunciatio per eum qui habet ius in Beneficio. Aliàs non requiritur vt dict. cap. fi. de Rerum permu. & cap. 2. de Arbit. & ita not. Ioan. de Imol. & DD. dict. cap. Niſi. quod male ſeruatur in praxi; quia paſſim fit compromiſſum erga perſonas priuatas. Quartò, vt is qui remanet cum Beneficio litigioſo habeat ius, & proprietatem eius, & etiam poſſeſsionem; vel vt nõ poſsideat propter potentiam aduerſarii. Alias enim ſi litigioſam poſſeſsionem pecunia redimeret, committeret ſimoniam. Ita pro-

Ita probat tex. ſic intelligendus in cap. Dilectus. 1. de Simo. & notat. gl. 1. in cap. Decimas. 3. 16. quæſt. 7. Abb. num. 4. & 8. Felin. num. 2. Anania. num. 4. aliàs 85. dict. cap. Dilectus. Ioan. Licerier. in Tract. de Primogeni. lib. 3. quæſt. 8. Rebuf. in Praxi. cap. de Simo. num. 20. Nauar. cap. 25. num. 114. & conſ. 49. num. 1. de Simo. vbi dicit communem. Idem not. Anto. de Petrueta in Rep. l. 1. ff. de Iureiu. nu. 420. remed. 6. & Abb. dict. cap. Cùm pridem. de Pact. poſt gl. ibi pen.

Licèt gl. verb. Redemptione. in cap. Quæſitum. 1. quæſt. 3. non requirat aliud, niſi vt qui redimit vexationem, ſciat, vel credat aduerſarium ſuum ius non habere. Cui ſimilis in cap. Cùm ab omni. in gl. 1. de Vita, & honeſt. Cleri. Sed intellige dictas gl. pro vt ſuprà, cum communi.

Et prædicta procedunt, & ſunt ſeruanda per partem quæ remanet cum Beneficio. Quoàd verò alteram partem collitigantē recipientem pecunias, vel penſionem, neceſſe eſt vt probabiliter dubitet de ſuo iure. Aliàs ſi ſciat ſe nullum ius habere in eo, nihil poſſet recipere; ſed teneretur reſtituere quicquid acciperet. Ita Abb. dict. cap. Dilectus. 1. num. 4. de Simo. Sed obſerua Abbatem ibi loqui de eo qui abſque vllo titulo, nec bono, nec malo, vexabat de facto. Is enim meritò nihil poteſt recipere pro eo quòd deſiſtat à lite, de facto intentata. At ſecùs eſt dicendum in noſtro caſu, vbi eſt vexatio iuris. Dic ergo poſſe indiſtinctè recipere penſionem, vel pecunias conuentas; dummodò credat ſe nullum ius habere. aliàs eſſet vendere ius. quod eſſet ſimonia. Ita Abb. dict. cap. Statuimus. nu. 6. & colligitur ex Naua. conſ. 69. num. 2. de Simo.

Quæ omnia tene mente, quia ſępe in facto contingunt. Et per hic dicta examinare poterunt Confeſſarii an tranſactiones, & cōuentiones inter collitigātes factæ, ſint ſimoniacæ, nec ne. Solent enim aliquando claudicare circa aliqua ex ſuprà notatis requiſita; & conſequenter illicitæ ſunt, & ſimoniacæ.

Ex qua reſolutione infertur, Primò, quòd ſi quis obtinuit à Reuerendiſsimo Nuncio Apoſtolico, vel à Papa literas in forma dignum (id eſt, cùm remittit Papa prouiſionem faciendam per Iudicem executorem, conſtito de narratis) cum literis executorialibus pro Beneficio vacāte per obitum, vel certo modo, & aliùs ſit in poſſeſsione dicti Beneficii: non poterit renunciare prædictis literis, cum pacto de dando ſibi, vel aliud Beneficium, vel penſionem, vel pecuniam pro Bullis, & expenſis factis; vt tenet Feli. poſt alios in cap. Ad audientiam. 2. num. 11. & 12. per text. ibi de Reſcrip. & docet gl. verb. Pecuniæ. in cap. Super hoc. de Renun. quam dicit ſing. Felin. dict. cap. Dilectus. 1. de Simo. num. 4.

Et ratio prædictæ illationis eſt, quia eſſet vendere literas. Non enim tunc fieret tranſactio ad litem dirimendam, cùm ſupponamus nullam fuiſſe motam litem. Item talis conuentio eſt inter partes tantùm, & nō fit authoritate Iudicis, & ſic deficerent duo prima requiſita. Si tamen moueretur lis vigore dictarum literarum, & poſt diutinam litigationem tranſactio fieret auctoritate Iudicis executoris; reſignanſque crederet nullum ſe habere ius ad Beneficium: tunc crederem valere renunciationem cum dicto pacto, per dict. cap. Niſi eſsēt. de Præb. & cap. Dilectus. 1. de Simo. cum vtrobiq; adnot. Ratio eſt, quia licitum fuit alteri parti collitiganti habenti ius in Beneficio, & exiſtenti in poſſeſsione ipſius, redimere pecunia ſuam vexationem, ex dict. cap. Dilectus. 1. & ex DD. ſuprà, in quarto requiſito citatis, & docet etiam Collect. ſic intelligendus in cap. Forus. de Verbo. ſig. quem refert, & ſequitur Hiero. Paul. ſuprà pag. 628. dicens dare aliquid pro expenſis cauſa concordiæ, non eſſe ſimoniacum. Idem tenet Gomez. regula de Annali. q. 2. fol. 129. & optime Naua. conſ. 69. num. 2. & conſ. 64. de Simo. quidquid dicat Felin. dict. cap. Dilectus. 1. num. 4. qui ſaluari poterit ſi intellexerimus de renunciante Bullis, per quas habebat ius in Beneficio. aliàs licitè accipere poteſt aliquid pro earum renunciatione; vt ſing. notant ſuprà citati. Quod tamquam quotidianum, nunquam eſt obliuioni tradendum.

Secundò infertur eum qui habet prædictas literas, ſeu Bullas, per quas verè corā Deo non habet ius in Beneficio, ſed eſt alterius

Digitized by Google

alterius collitigantis, nullo modo poſſe tranſigere vt ipſe remaneat cum Beneficio, & alter illi renunciet, data illi aliqua penſione ſuper illo. Ratio eſt; quia debet remanere Beneficium penes illum qui habet ius ſuper eo, vt docet Abb. dict. cap. Statuimus. num. 6. de Tranſact. vbi ad id allegat dict. cap. Niſi. Tum quia vbi agitur de iure quærendo,(vt in prædicto caſu) non eſt licitum dare pecuniam pro redimenda vexatione, ex Inno. & Abb. in cap. Matthæus. num. 4. & Abb. dict. cap. Dilectus. 1. num. 4. de Simo.

An autem hoc in caſu liceat renunciare Bullis pro alio Beneficio, vide Feli. cap. Ad audientiam. 2. num. 11. de Reſcrip.

Tertiò infertur, eum qui renunciat liti, & cauſæ; ſi habeat titulum tantùm Beneficii, non tamen eius poſſeſsionem, ſed litigabat ſuper ea obtinenda; non poſſe à lite diſcedere, accepto aliquo temporali, ex c. Super eo. de Tranſac. niſi fiat trāſactio ex officio, & ordinatione Iudicis, vt not. Abb. dict. cap. Statuimus. num. 6. per dict. cap. Niſi. Quod limita, dummodo per Papam confirmetur. aliàs eſſet ſimoniaca, ex quarto requiſito ſuprà. quia pecunia quæreretur poſſeſsio Beneficii, quæ eſt res ſpiritualis, vel ſaltem annexa ſpirituali; ex Abb. dict. cap. Dilectus. 1. num. 4. Quæ omnia nota, quia quotidiana.

POENA.

SVMMARIVM.

1 *CONSTITVTIO pœnalis non extenditur de caſu expreſſo ad non expreſſum, etiam ſi in non expreſſo detur eadem ratio.*

2 *Fallit in multis caſibus, vt hic videbis.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 IN pœnalibus, non valet, nec fit argumentum de ſimilibus ad ſimilia; quia in ipſis non fit extēſio de caſu expreſſo in conſtitutione, ad non expreſsū in eadem, etiamſi in non expreſſo detur eadem ratio. Hoc probat text. in cap. Pœnæ. de Pœnit. diſt. 1. vbi dicit tex. quòd pœnæ proprium caſum non excedunt. Ratio eſt, quia pœnæ ſunt odioſæ. At odia ſunt reſtringenda. reg. Odia. de Regul. iur. lib. 6.

Hinc dicit gl. Recepta. verb. Speciali. in Clem. 1. de Priuil. à Religioſo adminiſtrante Sacramentum Pœnitentię, vel Baptiſmi, ſine licentia Parochi; non incurri pœnas dict. Clem. quia dicta Clementina ſolùm loquitur de Sacramētis Euchariſtię, Matrimonii, & Extremę Vnctionis; licèt in ipſis eadem eluceat ratio. Idem docet communis, teſte Abb. ibid. adde Capel. Toloſ. deciſ. 121.

Ad idem gl. in Clem. 1. de Decim. quæ dicit, cōſtitutionem illam qua punitur Religioſus fraudans decimas alicuius Eccleſiæ, non extendi ad Clericos ſeculares, eadem facientes. Similiter gl. verb. Suſpenſi. in cap. fin. de Offi. deleg. lib. 6. reſtringit pœnam. dict. cap. ad ſolos Conſeruatores, de quibus loquitur, dicens aliud in Delegato ſimilia faciente. Idem facit gl. verb. Moderatas. in fin. in cap. Statutum. §. Inſuper. de Reſcrip. lib. 6. vbi pœnam dicti cap. loquentis de delegato Papæ, non audet extendere ad delegatos Ordinarii, eumdem exceſſum circa expenſas facientes. Quæ omnia confirmantur ex gl. illa celebri in cap. fin. verb. Ex vi. in fin. de Iurepat. dicente pœnas non habere locum, niſi in caſibus à iure expreſsis: & ſic neminem priuandum fore iure ſuo, niſi reperiatur expreſſum. Quam gl. dicunt communem Card. Abb. & Bero. in Rub. de Iurepat. num. 17. Tiraq. plures referens, de Retract. §. 4. gl. 1 nu. 22. & in tract. de Pœnis temperan.

Digitized by Google

temperan. quæſt. 31. & in l. Si vnquam. §. Reuertatur. à num. 206. C. de Reuo. dona. Rip. in cap. 2. num. 14. de Reſcri. Caſſado. decif. 2. de Iureiu. Iaſ. in l. Diuortio. §. Si fundum. ff. Solu. mat Nauar. conſ. 35. nu. 3. de Simo. & conſ. 61. num. 8. eod. tit. & conſ. 4. num. 1. de Pœnis. Cui eſt ſimilis in cap. fin. verb. Inanes. in fin. de Exceſ. prela. & in Summa. 15. quæſt. 8. & in cap. Apoſtolus. 81. diſt. adde Feli. in cap. 2. num. 16. de Sponſa. & Caſſan. conſ. 1. & eumd. Iaſ. in l. Quod te. num. 31. ff. Si cert. peta. Pro quibus eſt tex. optimus in l. Et ſi quis. 14. §. Diuus. ff. de Religio. domi. & in cap. Is qui. 18. in prin. de Sent. excom. lib. 6.

Facit etiam gl. verb. Proceſſus. in cap. 2. de Immun. Eccl. lib. 6. vbi pœna appoſita in quaſi contractu, non debet extendi ad verum contractum; nec è conuerſo. Sequitur Abb. in cap. Qua fronte. num. 3. de Appel. & in cap. 2. de Conſtit. & ibi eius Additio. & Feli. vbi latè. & Bal. in l. 2. C. de Sacroſan. Eccle. & in cap. Super literis. de Reſcrip. & Lancelo. in §. Seculares. in gl. fin. Inſt. Canon. de Immuni. Eccle. & Mandoſ. Reg. 19. Cancel. queſt. 3. numero 11. Præterea pœna lata cõtra verum tutorem, ſeu curatorem; non extenditur ad protutorem, l. fin. C. de Interdict. matrim.

Facit etiam cap. Statutum. 22. de Elect. lib. 6. vbi in materia pœnali, appellatione ſimplicium, nõ comprehẽduntur miſta, nec qualificata. Commendant Alex. Bart. & Iaſ. in l. 1. §. Ex his. de Verbo. oblig. Abb. in rub. & in cap. 1. num. 6. de Vita, & honeſt. Cler. num. 4. vbi per illum tex. dicit in materia odioſa, & ſtricta, appellatione Clericorum, non venire Epiſcopos, nec Canonicos, nec alios poſitos in dignitate; propter qualitatem quam habent. Idem Feli. in cap. Ad abolendam. num. 2. de Hæreti. Quæ confirmantur ex text. in l. 1. ff. de Donat. vbi textus loquens de donatione ſimplici, non habet locum in donatione ſub conditione, & ſic qualificata. Facit ad idem gl. 1. in dict. Clem. 1. de Priuil. vbi conſtitutio illa pœnalis loquens de Religioſis ſimplicibus, non ſe extendit ad Religioſos curam animarum habentes, & ſic ad qualificatos.

Facit etiam gl. verb. Contrahere. in Clem. vni. de Conſang. & affin. vbi tenet pœnam dict. Clem. contra conſanguineos matrimonium cõtrahentes, non extendi ad eos, qui ſolùm ſponſalia de futuro inter ſe promiſerint. Sequitur Iaſ. in l. 2. num. 25. ff. de Iuriſd. om. iud. & in l. Cùm quidam. à nu. 13. ff. de Lib. & poſth. Tiraq. de Iure mari. gl. 2. num. 8. Corne. conſ. 283. incip. In præſenti conſultatione. vol. 2. Feli. vbi latè in cap. Tertio loco. de Proba. & in rub. de Sponſa. col. 3. Deci. in cap. Iurauit. nu. 4. de Proba dicit cõmunem Georgi. Nata in repetitione cap. Quamuis pactum de Pact. lib. 6. Couar. in 4. 2. par. cap. 6. in prin. num. fina. Nauar. cap. 22. num. 43. & in cap. Si quando. de Reſcrip. exceptio. 6. pag. 20. vbi dict. gl. dicit ſing. Pro qua facit, legem quę punit contrahentem ſine certa ſolennitate, non habere locum in eo qui ſine illa ſolennitate promiſit contrahere, vt in emphyteota promittente rem vendere, irrequiſito domino, reſoluit Capici. deciſ. 155. num. 7. & Iaſ. in l. fin. num. 134. C. de Iure emphyt.

Ex his omnibus conſtat, pœnam legis non poſſe extendi ab homine de caſu expreſſo in ipſa lege, ad alium ſub verbis nõ comprehenſum; etiam ſi eadem, vel longe maior ratio impulſiua, & finalis vrgeat, quod, & probat Cardi. in dict. Clem. 1. de Conſan. & affi. col. 3. gl. in Reg. In pœnis. de Reg. iur. lib. 6. Caſtro lib. 1. de Lege pœnali. cap. 7. Iaſ. & Rip. in l. Si conſtante. num. 70. ff. Solu. mat. Et eſt ratio, quia quando caſus nullo modo eſt expreſſus in lege; ſi voluerimus ad illum legem trahere; magis erit extenſio hominis, qui non poteſt nouam legem cõdere. Ita poſt Ant. & Domin. tradit Barboſ. d. l. Si conſtante. in prin. num. 103.

2 Quod verum intellige, quando conſtitutio pœnalis cõcernit certos caſus ſine cauſæ expreſsione: & facta eſt ob exceſſum, qui fiebat in expreſsis. Ita Abb. dict. Clem. 1. de Priuile. poſt gl. ibi. verb. Speciali. & verb. A canone. quas ad hoc ibi notat. Tunc enim non debet extendi ad alios caſus ſimiles, vel maiores expreſsis. Exempla habes in dictis gl. Vide aliud per gl. verb. Italiæ. ad fin. verſ. Credo per primã rationem. in cap. 1. de Tempo. ordi. lib. 6.

Vbi

Digitized by Google

Vbi autem ratio eſt expreſsè ſcripta in lege, ſecùs eſt. Tunc enim non dicitur propriè fieri extenſio; quia ratio expreſſa continet omnes caſus, qui ſub ea comprehendi poſſunt, vel quibus ea adaptari poteſt; etiam ſi ſequeretur legum correctio. De hoc eſt gloſ. Notab. in Clem. 1. verb. Eligatur. de Elect. lib. 6. probata per Soci. conſ. 12. incip. Quoniam. col. 4. vol. 1. Felin. in cap. 1. numer. 5. de Sponſa. Tiraq. in tract. Ceſſante cauſa. 1. par. numer. 150. & 153. Mencha. de Succeſ. creat. §. 12. num. 86. & §. 21. numer. 9. Couar. in cap. Alma mater. 2. par. §. 4. numer. 7. verſ. 2. Abb. in cap. Si quis contra de Foro comp. & in cap. Tranſlato. in prin. & ibi eius Additio. de Conſtit. Cui eſt ſimil. gloſ. verb. A curatione. in Auth. Minoris debitor. C. Qui dare tuto. poſ. quarum meminimus. verb. Lex. Diff. 5. Pro quibus eſt melior tex. de Iure in cap. 1. §. Prædictis modis. verſ. Sed quia natura. Quæ fuit prima cauſ. Beneſ. amit. in Vſib. feud. Cuius verba ſunt. *Sed quia natura nouas deproperat edere formas, poteſt multis modis contingere vt aliæ emergant cauſæ, quibus videatur iuſtè adimi poſſe Feudum. Ideoque Iudex ſolers, & diſcretus, & æquitati obſecundare ſolicitus, cuncta ſubtiliter diſpenſans, prouideat ſi qua fuerit antiquioribus cauſis ſimilis, ſeu maior, vt proinde ſciat vtrum Beneficium ſit amittendum, an nihilominus retinendum.* Hactenus tex. quē tene mente perpetuò contra doctrinam gl. cap. fin. de Iurepat. de qua ſuprà. Facit etiā tex. in l. His ſolis. C. de Reuocand. donat. vbi diſpoſitio pœnalis extenditur; immò comprehendere intelligitur alium caſum maioris rationis. Ibi enim priuatur mulier ſecundò nubens poteſtate reuocandi donationem filio ingrato factam. Et addit tex. *De ceteris autem quæ portentoſæ vilitatis, obiectæque pudicitiæ ſunt; ſatis etiam tacitè cautum putamus.* Ad idem l. Libertum. 64. §. Senatus conſulti. ff. de Ritu nupt. vbi prohibitio facta tutoribus, & eorum filiis, ne pupillas ſuas ducant; extenditur per Calliſtratum I.C. ad eorum hæredes; quia in vtriſque eadem prohibitionis ratio reperitur. Idem facit Gaius. I.C. in l. Illud. 32. ff. Ad leg. Aquil. qui text. ita ſumatur; *Caſus quos neſtit paritas æquitatis, & idemitas rationis, non ſunt quoàd iuris diſpoſitionem ſeparandi.* Hinc dicit Menoc. de Retinen. poſſeſ. rem. 5. numer. 65. licèt præſcriptio extenſionem nō recipiat; tamen vbi ſubeſt eadem ratio, & æquitas, concedi extenſionem de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, & de loco ad locum. Hinc dicit gl. Per tex. ibi in l. A Titio. 108. ff. de Verbo. obligat. verb. Reddi. vbi in diuerſis factis non poteſt ratio diuerſitatis reddi, idem ius ſtatuendum eſſe. Quare vbi eſt eadem ratio, & penitus omnimoda ſimilitudo; tunc conſtitutio pœnalis extendi poteſt; quia tunc non dicitur propriè extenſio, ſed incluſio, ex tacita mente ſtatuentis, vt docet gloſ. verb. Mente. in cap. Si poſtquam. de Elect. lib. 6. latè Hyppo. in l. Qui falſam monetam. in §. Accuſatio. num. 3. ff. de Falſis. vbi dicit in pœnalibus, & odioſis procedi de ſimilibus, ad ſimilia. Idem bona additio Abb. in cap. At ſi Clerici. ſub num. 40. de Iudi. poſt Abb. ibi. vbi allegat gl. ſing. in l. fin. verb. Voluerit. C. de Reuocand. dona. quæ dicit poſſe à donatore reuocari donationem, ſi inops factus à donatario non alatur, licèt hæc cauſa non exprimatur ibi. Facit etiam illa ſolennis quęſtio, nempe an filius poſsit exhæredari ex alia cauſa quæ non exponatur in §. Aliud quoque capitulum, in Auth. Vt cùm de appel. cognoſ. Et concluditur affirmatiuè, vt per Iaſ. in Auth. Non licèt. C. de Libe. præte. Nec valet reſponſio quorumdam dicentium poſſe fieri extenſionem à lege, non tamen ab homine. Nam contra eos ſunt iura ſuperiùs relata; & etiam reſponſa Calliſtrati, & Gaii. At, vt inquit Barboſ. in dict. l. Si conſtante. in prin. numer. 95. ad fin. legiſlatoris inſtitutio, eſt noſtra inſtructio. Et hæc poteſt eſſe prima limitatio ad regulam, de qua in principio huius Differentiæ. Et eius doctrinam eſſe veriſimiliorem, & grauioribus niti rationibus, & Doctoribus teſtatur Rebel. 1. p. lib. 1. de Obliga. iuſti. & charit. quæſt. 6. ſectione 4. num. 22 verſ. Ceterum. Refert, & ſequitur Salas de Legib. diſputatione 21. ſectione 5. licèt contraria ſit etiam probabilis.

Secunda limitatio eſt, vt non procedat in rebus Fori interioris. Nam fauore animæ extenditur conſtitutio pœnalis, ſecundùm Bart.

Digitized by Google

Bart. in Auth. Sacramenta puberum. C. Si aduerſ. vendit. Alexan. conſ. 225. col. 8. vol. 1. Rip. Reſpon. 4. numer. 17. & Henriquez de Indulgen. capit. 30. §. 4. Facit gloſ. verb. Alia cauſa. in l. Illud. C. de Sacroſan. Eccleſ. vbi dicitur fauore piæ cauſæ dari extenſionem ex idemtitate, vel ſimilitudine rationis, etiam in exorbitantibus.

Hinc infero ad Clem. 1. de Priuil. ſuprà citatam, habere locum pœnam ipſius in Præsbytero Curato, committēte ea quæ ibi prohibentur, vt communem teſtatur Vi-ualdus in ſuo Candelab. de Sacramēto Euchariſt. num. 18. & ſic eſſe extendendam ad Clericos ſeculares ex idemtitate rationis, in rebus animæ; contra gloſ. 1. ibi. & D. Antoni. in tract. quarumdam quæſt. poſito in fine ſui Confeſsion. fol. 120. col. 2. & Naua. cap. 27. num. 101. qui ita ſentit. Quorum opinionem veriorem cenſeo. Nam in præfata extenſione nō agitur de fauore animæ; ſed potiùs contra eam. Pro quibus facit quod tradit Henriq. tit. de Indulgen. d. ca. 30. §. 4. vbi dicit in diſpoſitione pœnitentiali nō fieri extenſionem ad ſimiles caſus in foro pœnitentiæ.

Tertia limitatio eſt, vt non habeat locum in correlatiuis eamdem rationem habentibus. Talis eſt enim natura correlatiuorū, vt diſpoſitio de vno ſolo extendatur ad aliud, etiam non expreſſum. Hoc probat tex. & ibi Bart. in l. fin. C. de Indict. vidui. tol. vbi correctum in muliere, cenſetur correctum in viro, ex tacita mente legiſlatoris. Melior tex. in l. 1. C. de Cupreſ. lib. 11. vbi pœna appoſita vendenti, cenſetur appoſita ementi. ad idem cap. 2. iuncta ibi gl. verb. Reus. de Confeſ. lib. 6. vbi ſtatutum in reo recuſante reſpondere poſitionibus, cenſetur ſtatutum in actore; quia reus, & actor ſunt correlatiua. Hinc dicit Felin. in cap. fin. num. 2. de Iudæis, ſi vnus prohibetur aliquid emere, prohiberi alium vendere. Hinc dicit Nauar. in cap. 22. numer. 74. Sicut committens vxoricidium, prohibetur ducere aliam. cap. Admonere. 33. quæſt. 2. ita prohiberi committentem mariticidiū. Adde ad idem. l. Liberorum. §. 1. verſ. 4. vbi ſtatutum pœnale de vxore, ex idemtitate rationis, extenditur ad maritum. Vide plura circa hoc per Felin. in proemio Gregor. à num. 3. vſque ad numer. 12. Et hanc limitationem procedere in vtroque Foro, docent Nauar. & Henriq. vbi ſuprà. Adde ad eamdem limitationem Abb. in Clem. vnica. de Conſang. & affin. ad fin. vbi gloſ. verb. Monialis. eam tangit. Vbi autem eſt diuerſa ratio in correlatiuis, ſecùs dicendum eſt; vt tradit Mandoſ. de Monito. q. 4. numero 7.

Idem quod de correlatiuis, dicendum eſt de ſociis criminum. Et hæc erit 4. limitatio. Exemplum egregium habemus in cap. Si concubinæ. de Sent. excom. vbi pœna excommunicationis lata contra concubinam Clerici, extenditur ad eum; ſi poſt ſententiam latam communicauerit in eodem crimine. Ad idem bonus tex. in cap. 1. de Offi. Vica. lib. 6. & in cap. Aduerſus. in fin. de Immun. Eccle. docet Nauar. cap. 27. num. 112. vbi declarat. dict. cap. Si concubinæ. Cuius tex. arg. dicit Abb. per tex. ibi in cap. Propoſuit. numer. 6. de Cleri. excom. conſiliarios, fautores, & aduocatos criminis ob quod quis excommunicatur, incidere in eamdem excōmunicationem. Contra quod faciunt quæ tradit Nauar. cap. 27. num. 33. in fin. & latiùs. num. 51. quem vide.

Quinta limitatio eſt, vt non procedat in æquiparatis. Nam vbi à iure duo ſunt æquiparata; pœna quæ adijcitur vni, videtur adiecta alii; ſecundùm gl. verb. Mente. in cap. Si poſtquam. de Elect. lib. 6. commēdatam à Nauar. in cap. Si quando. de Reſcrip. exceptione. 13. pag. 61. & à Caſſado. deciſ. 5. ſub tit. de Conſti. num. 4. Cui eſt ſimilis gl. in eod. cap. Si poſtquam. verb. Prouiſione. quam dicit ſing. Panor. in cap. fin. num. 11. de Mutuis peti. & eam ſequitur Franc. ibid. ad idem vide gl. in l. Si quis ſeruum. C. de Furtis. & in cap. 2. verb. de Iure. in fin. de Excep. lib. 6. docet Bart. in l. In tantum. §. pen. ff. de Seruo corrup. Neguz. de Pigno. in prin. num. 9. Abb. in Clem. 1. de Reſcrip. & in cap. Tranſlato. in prin. de Conſtit. per tex. ibi. & facit idem Bart. in l. 1. §. De illo. ff. Ad Trebel. ſequitur Pet. Barboſ. in l. Si conſtante. in prin. num. 99. & numer. 105. ff. Solu. mat. vbi declarando prædicta dicit regulam de æquiparatis tunc locum habere quando in vtroque eſt idemtitas rationis. aliàs ſecùs, vt per gl. v. Parrochialis Eccleſiæ.

Digitized by Google

Eccleſiæ. in capit. Licet Canon. de Elect. lib.6.Declara item ſecūdò, vt virtute æquiparationis poſsit fieri extenſio,oportere vt æquiparatio fiat in illa materia, de qua agitur. aliàs non procedit. Ita colligitur ex gloſ.verbo Declaramus.in cap.1.Ne Cleri. vel Mona.lib.6. quam ad hoc dicit ſingul. Bal.in l.2.col.4.ff.de Iureiur.& probat text. in l. Si furioſi. C.de Nuptiis. quem ad hoc allegat pro ſing.Roma.conſi.178.

Sexta limitatio eſt, quando alioquin lex pœnalis eſſet ludibrioſa,& de facili fraudabilis, & ſic fruſtratoria, vel quaſi, cap. Significauit.de Iudæis. capit.Si ciuitas. de Sētent.excommu.in6.glo.fin.in capit.Quamquam.de Vſur. lib.6.optimè Naua.cap.27. nu.52.& Rip.reſponſo 4.incip. Bonę memoriæ.num.12.vbi numer. 4.& 13. hac ratione dicit, prohibita exportatione vini; cenſeri prohibitam exportationem vuarū. ex Bal. in l. Quod non ratione, ff. de Legi. & prohibita exactione frumenti, intelligi prohibitam exactionem farinæ. ex eodem Bal. in l. Non dubium.col.4.C.de Legib. Et hanc fallentiam ſummè commendat Socin.in l.1.num.13. ff. Ad legem Falcid.dicens conſtitutionem pœnalem extendi ad latiſsimam ſignificationem; quando ſi latiſsimè non intelligeretur;tota,vel pro magna parte, contingeret prouiſionis euerſio. Pro quibus facit ad remouendas fraudes,legē porrigi ad caſum non expreſſum. l.Sed & Iulianus.§.Mutui dationem. ff. Ad Macedon.Rip.dict.reſpon.4.num.17.ſemper enim fraudibus obſiſtēdum eſt. l.Fraus legi.ff.de Legi.

Tandem diſpoſitio legis pœnalis extenditur ad caſum qui ſub verbis latè ſumptis comprehendi poteſt. l. Filium habeo. 16. ff.ad Macedonia. l. 2. §. Si mater. verſ.28. ibi, Quid ſi nepotibus. ff. ad Tertillia. vbi Senatuſconſultum Tertillianum pœnale loquēs in filio,extenditur ad nepotes;quia ſub latè ſumpto vocabulo filii, nepotes cōprehenduntur. vt poſt Imol.l.Si verò.§. De viro nu.15.ff.Solu.mat. Felin.cap.2. col.1. de Offi. Iud.Euerard. loco.68. & alios, docet Barboſ.dicta l.Si conſtante. in princip. num.100.Idem probat text.in l.2. §. Exercitum.ff.de Infami.quem ad hoc dicit mirabilem gloſſ.ibi,verbo Sed hic. Intellige tamen,niſi ſit diuerſa ratio in caſu qui ſub vocabulo latè accepto poterat cōtineri. Nam tunc prædicta extenſio non admittetur, ſecundùm Iaſ.l.1.§.Hoc autem. 2. lect. num. 9.ff.Ad Trebel. Pinel.l.1. C. De bonis matern. 1.par.num.72.& Barboſ.ſuprà,numero 101. Vide not.verb.Lex.Diff.5.

SVMMARIVM.

1 *POENA legalis non debetur in Foro conſcientiæ, niſi poſt condemnationem.*

2 *Conuentionalis verò benè debetur, ſi ſit rationabilis. Aliàs ſecùs.*

3 *Idem dic de pœnis, legibus diuinis appoſitis.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 POENA legalis (vt in §. Dupli.& §. Tripli.&§.Quadrupli.Inſt.de Actio) debetur tantùm in Foro iudiciali ab incurrēte in eā: nō tamē in Foro cōſcientiæ; ſecundùm gloſ.famoſam,& receptam in cap.Fraternitas.12.quæſt.2. quam cōmendat Abb.in cap.Suam. de Pœnit.& remiſ.& alii quos habes verb.Lex.Diff.8 n. 15.& infrà eod. verbo Dif.20.Quod intellige verum ante condemnationem. Nam poſt condemnationem,obligat in vtroque Foro, vt docet D.Tho.2.2. quæſt.62.art.3. Nauar.in c.Non dicatis.12.q.1.n.66. Silu. ver.Rapina.q.1.& alii citati in d.Dif.20.Sic intellige not.verb.Obedientia.Dif.4. Vide quinq; limitationes ad d.gloſ.per Addit.ad Abb.in c.1.ſub n.10.de Cōſtit.& per Feli. ibid.n.43.cū ſeq.& in c.Audiuimus.ſub nu. 1.de Simo.

2 Pœna verò cōuentionalis benè debetur in Foro conſcientiæ à tranſgreſſore; ſecundùm communem, teſte Rebel. de Obliga. iuſti.2.par.lib.5.quæſt.10.num.16.& lib.8. quæſt.9.num.3.dummodo ſit rationabilis: & ab eo cui ſoluenda eſt, petatur.Couar. in 4.2.p.c.6.nu.11.Hinc eſt quòd d. pœnam poſſūt licitè exigere etiā Religioſi,per text. expreſſum in c.Dilecti filii. de Arbit. & ibi

Digitized by Google

bona gloſ.fin.& Maran. de Ordi.iudi. diſp. 7.num.26.pag. 737. Dicit communem & veriorem opinionem Bened.Cap.Reg.70. num.27.& habetur 1.tom. Communium opinion.pag.mihi.511.idem docet Couar. ſuprà. De quo latiùs infrà Differentia 15.

3 Idem dic de pœnis, legibus diuinis appoſitis, quæ ante Iudicis Sententiam obligāt in Foro conſcientiæ; ſecundùm Soto lib.1. de Iuſti.quæſt.6.art.6.in 5. argumento.

DIFFERENTIA TERTIA.

POENA in dubio intelligitur de minore in Foro iudiciali. Secùs in Foro pœnitētiali, ſecūdùm Abb.in c.1.n. 35.de Iudic. Faciunt not.ſub verb.Interpretatio.Differentia 2.& verbo Iudicium.Differentia 5.

SVMMARIVM.

1 *POENA debita in Foro iudiciali, non tollitur per pœnitentiam.*

2 *Fallit in hæretico pœnitente.*

3 *Publica pœnitentia, non tollit pœnam pro delicto debitam.*

4 *Tanta poteſt eſſe pœnitentia iudicialis, vt ſufficiat etiam pro Foro pœnitentiali.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 POENA debita pro delicto in Foro exteriori,non tollitur per pœnitentiam Fori pœnitentialis. l. Qui ea mēte.ff. de Furt.l.Is qui. C.de Apoſtat.notat Innoc.in cap. Quia propter.nu.8. in fin.de Elect. vbi dicit in delictis,nō prodeſſe pœnitentiam in Forēſi iudicio. Vnde poteſt quis accuſari de delicto commiſſo, & puniri per Iudicem Fori contentioſi, nō obſtante quòd de ſuo peccato egerit pœnitentiā ſponte,vel per Confeſſarium impoſitam.De hoc ſunt in Iure Canonico quamplures gloſſæ, videlicet gloſſa in c.penult. verb.Pro quibus.de Pœnit.diſt.1. Alia in c. Qui crimē.6.q.1.Alia in c.Admonere.verb. Pœnitentia.33.quæſt.2.& in cap.fin.in glo. penult.25.diſt.& in cap.Ferrum. verb. Incipit.50.diſt.& in cap. Quicumque. & in cap. Ventum.1.quæſt. 1.& in capit. Omnes. 1. verbo Leges. 6.quæſt. 1.& in capit. fin.de Tempor.ordin.verbo Homicidii. & verbo Damnationem.

Pro quibus gloſsis eſt text. in cap. Miror. & in cap.De his.50.diſt.vbi homicida, non obſtante pœnitentia, remanet irregularis. Notat gloſſa 2.in cap.fin,15.quæſt.5. Abb. in dicto cap.fin.de Tempor.ordinat.Nauar. in c. Quis aliquādo. §.In Leuitico.de Pœnit. diſt.1.notab.11.num.21.& in cap. 1.§. Caueat.nu.25.de Pœnit. diſt.6. & in Man. c.27.nu.191.vbi dicit poſſe quem abſolui à peccato,manente irregularitate, non obſtante Extrauag.1.de Priuileg. inter cōmunes.§.Obſeruēt.quæ videtur probare cōtrarium;quia eſt correcta per Clement. Dudū. de Sepult.vt probat ibidē Cardin. q.8.n.3. & prædictas gloſ.probat Dec.conſi.130.& in cap.Quæ in Eccleſiarum.nu.17.de Conſtit. Hippolyt.Singul.639.Silu.verb.Accuſatio.q.9.Padilla in l.Trāſigere.C.de Tranſactio.num.100.Simanch.de Cathol.inſtit. capit.91. Tiraquel. de Pœnis temperand. cauſa 23.num.4.& conſil.28. num.28.Ant. Gom.3.tom. Var.cap.1. num. 40. Felin. in cap. Ad abolendam.de Hæret. num. 2. vbi dicit eſſe hoc regulare, propter pœnitentiam non euitari pœnam temporalem. Dicit communem Iul.Clar.quæſt.16. num.5. & quæſt.57.num.10.& q.60.nu.17.allegat gloſſ. fin. receptam in cap. Gaudemus. de Diuort. vbi ponit fallentiam in hæretico pœnitente. Quj enim labitur in hæreſim,
2 ſi antequam neget coram Inquiſitoribus, pœniteat; fit ei miſericordia. Intellige de vita,non de bonis; vt docet Felin. per text. ibi,dicto cap.Ad abolendam. numer. 2. & in capit.Vergentis.numer.2.eodem titulo. Quod verū eſt cū petit miſericordiā, & pœnitet,poſtquā eſt incarcerib.Tūc enim fit ei miſericordia de vita: ſed bona confiſcātur.

Si tamen

Digitized by Google

Si tamen,antequàm caperetur, & incarceraretur,vltrò adiret dominos Inquiſitores, & ſupplex peteret miſericordiam: tunc etiam de bonis fieret ei miſericordia; vt docet Rojas de Hæret.

Adde etiam ſupradictis gloſsis, gloſſam in cap.De his.de Accuſation. Quam eſſe communiter receptam teſtatur Fel.num.6.Dec. num.7.& Mantua.num.30.in cap.1.de Exception.Couar.in cap.Raynūtius.nu.18.de Teſtam.& in cap.Alma.1.par.§.11.nu.16. & lib.2.Var.c.15.nu.3.Gutier.lib.1.Quæſt. cap.2.num. 13.& cap.12. num.16. Suar.4. tom.de Pœnit.diſp.50.ſect.2.nu.10. Naua. conſi.5.num.8.de Priuil.& Iul.Clar.dicta q. 57.nu. 10. Qui omnes cum dicta gloſſa tenent abſolutum à quocumque crimine,vel peccato in Foro pœnitentiali; non cenſeri liberatum in Foro contentioſo, & ſic poſſe ibi accuſari.

Cuius differentiæ diſcrimen eſt; quia iudicium pœnitentiale, eſt nimis diuerſum ac ſeparatum à contentioſo. Illud enim fit ad placandum Deum, & impetrandam veniā peccatorum,& Dei gratiam. in iudicio verò contentioſo intēditur ipſius partis læſæ, & Reipub.ſatisfactio; vt ceteri timeant, viuantque quietiùs,vt dicit Silu.verb.Accuſatio. quæſt.9.

Hinc dicit Iul.Clar.dict.quæſt.60. nu. 17. fuiſſe quoſdam igne combuſtos qui falsò accuſauerant alium tamquam relapſum de hæreſi,& falſum teſtimonium perhibuerāt; licèt pœniterent, & offerrent condignam in poſterū ſatisfactionem ſe facturos: quia in delictis,pœnitentia non excuſat.

Hinc dicit idē Clar. §.Iniuria.n.16.quòd licèt qui iniuriam irrogauit dicat ſe pœnitere; & quod dixit, aut fecit, fuiſſe ardore iracundiæ:hoc nō obſtante, debere puniri; mitius tamen propter dictam iram.

3 Ex his infertur, poſſe quē puniri de delicto in Foro exteriori quāuis agat publicè pœnitētiā de delicto cōmiſſo;vt docet Fel. d.c.De his.nu. 6. & 7. dicens communem.

4 Infertur etiā,poſſe quē in Foro exteriori eſſe abſolutū,& plenè ſatisfeciſſe Reip.vel parti læſæ;& non ideò eſſe abſolutū in Foro interiori,& pęnitētiali. Vnde poteſt Sacerdos in Foro ſacramentali punire peccatorem,vt Deo ſatisfaciat: etiā ſi ſciat exteriùs eſſe punitū ab Eccleſia, aut ei ſufficiēter ſatisfeciſſe. verū eſt tamen fieri poſſe,vt per Eccleſiaſticā pœnā homo etiā Deo ſatisfaciat,ſi eā libenter,& ſponte,& humiliter acceptet,& in ſtatu gratiæ illā ſuſtineat: & tantam poſſe eſſe ſatisfactionē,vt etiam Confeſſarius in Sacramentali Foro illa debeat eſſe contentus, & aliam imponere nō deceat. Quod prudenti eius arbitrio relinquendum eſt.Ita optimè Suar.loco ſup.cit. Adde notata verbo Remiſsio.Differ.1.

SVMMARIVM.

1 *Fictio iuris,faciēs committentē crimen retrotrahere, procedit in Foro exteriori; non in interiori,ob non ſolutionē penſionis.*

2 *Emphyteota non amittit emphyteoſim, niſi à die declarationis.*

3 *Hæreticus non amittit bona, niſi à die declarationis.*

4 *Penſionarius non incurrit excommunicationem, niſi à die declarationis.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 Fictio iuris, quæ ſępe effectus legis, vel ſententiæ, vel pœnæ ipſo iure latæ habet, & retrotrahitur ad diem cōmiſsi criminis,licèt in Foro exterior ocum habeat.cap Cùm ſecundùm.cū ibi notatis, de Hæret. lib. 6. cap. Potuit. de Locato.l.2. C.de Iur. emph. & patet etiam in obligationibus in forma Cameræ.

Nō tamen procedit,& locū habet in Foro conſciētiæ.Ita pulchrè Henriq.in Sūma.tit. de Excōmunicat.c.19.§.2.lit.I. cōtra Naua. cap.23.nu.104.poſt Caſſad.deciſ.2.& 3. de Locat.& Ant.Maſſa de Obligat.Camer.Apoſtol.pag.136.cū ſeq. Pro quo facit gloſ. verb.Approbatis.in c.1.de Voto.lib. 6. per quā dicit Abb.in c.Cōſtitutus.in fin. de Religioſ.domib.& in c.1.& 2.de Presbyt.non baptizato.poſt Oldral.cōſil.73.in fin. quòd in ſpiritualibus veritas,non fictio attēditur.

2 Hinc collige emphyteutam non ſoluentem canonem intra biennium,aut triennū; licèt in Foro exteriori incurrere cenſeatur

tur amiſsionem rei emphyteuticariæ à die termini ſupradicti, poſtquàm dominus proprietarius declarauerit; etiã ſi poſt multos menſes id faciat, ſeu declaret; vt probat text in dicto cap. Potuit.& dicta l. 2. In Foro tamen conſcientię non cenſeri incurriſſe, niſi à die declarationis. Et ſic in eo Foro facit fructus ſuos, medio tempore, quo non ſit prędicta declaratio.

Idem dic de incurrente pœnam confiſca-
3 tionis bonorum, de quo infrà Differen.20. ſcilicet geſta ante declaratioñe eſſe valida in Foro interiori; puta donationem, ſeu vẽditionem bonorum; licet in Foro exteriori irritentur à die commiſsi criminis. Quæ eſt ſingularis declaratio ad ea quę in dicta Differentia 20. dicemus.

4 Idem eadem ratione dicendum eſt quoàd excõmunicationem ipſo iure incurſam ob non ſolutionem penſionis debitæ in forma Cameræ, vel aliàs. Quia licèt de rigore iuris, & de ſtylo curiæ, incurratur, & retrotrahatur ad tempus termini dati ad ſoluendum; & ſic cenſeatur in Foro exteriori excommunicatus ab eo die, poſtquam per Iudicem facta fuerit declaratio; vt notat Nauar. ſupra. non tamen in Foro interiori erit excommunicatus; niſi à die declarationis præfatæ; quia talis fictio in Foro animæ locum non habet, ex Henriq. ſuprà. Quæ omnia nota, quia ſunt ſingularia.

SVMMARIVM.

1 *RAPTOR virginis ſit ſeruus ipſius, ſi non habeat aliàs vnde ſatiſfaciat.*

2 *Quæ ſeruitus tantùm durat per quinquennium.*

3 *In Foro verò conſcientiæ, non habet locum dicta ſeruitus.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 RAPTOR virginis, ſi per violentiam id fecit, conuictus in iudicio; ſit ſeruus raptę in pretium pudicitiæ eius: ſi aliàs non habeat vnde ſatisfaciat, & ſe redimat. Ita probat text. in capit. De raptoribus. 36. quæſt.1.
2 vbi gloſſ. verb. Ad ſeruiendum. dicit prędictum ſeruitii tempus nõ durare vltra quinquennium; inſtar illius qui ab hoſtibus redimitur; iuxta l. Diuerſarum. C. de Captiu. & poſtlimin. reuerſ.

3 Sed prædicta pœna ſeruitutis quinquennalis nõ habet locum in Foro conſcientiæ, ſecundùm D. Anton. in Summa. 3. par. tit. 3. cap. 6. §. 4. Cùm enim ſit pœna, non obligat in conſcientia, per not. ſuprà Differ. 2. ſicut nec pœna vitiãtis virginem; de qua in cap. 1. & 2. de Adulte. vt not. Couar. in 4. 2. par. cap. 6. §. 8. num. 15.

SVMMARIVM.

1 *PORtans merces, tenetur eas in domo publicani manifeſtare. Aliàs dupli pœna punitur in Foro exteriori.*

2 *Sed in interiori ſolùm tenetur ad vectigal.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 TRANSVEHENS merces per locum publicum, & conſuetum; & eas in domo publicani non manifeſtans; licèt id non fraude, ſed errore omiſerit: nihilo minùs in Foro exteriori dupli pœna mulctatur, l. fin. §. Diui. in vltimo. ff. de Vectig.

2 At in animę iudicio, ſolùm tenetur ad vectigalis ſimplicis ſolutionem; vt docet Couar. Regul. Peccatum. 2. par. §. 5. num. 5. verſ. Secũdò. Ratio eſt, quia in Foro animæ pœna non debetur, niſi poſt condemnationẽ, & ſententiam; iuxta regulam gloſſæ receptæ in cap. Fraternitas. 12. quæſt. 2. de qua ſup. Differentia 2. Adde not. ſub verb. Vẽditio. Diff. 2.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *POENA non infligitur ob multitudinem delinquentium. quod intellige vt hic.*

2 *In Foro verò animæ non excuſatur delinquens ob multitudinem ſociorum.*

3 *Conſuetudo in delictis excuſat à pœna tẽporali, ſed non à gehennali.*

4 *Conſuetudo excuſat in Foro conſcientiæ, quãdo à viris doctis reputatur rationabilis.*

DIFFERENTIA OCTAVA

1 MVLTITVDO delinquentium in Foro contentioſo excuſat à pœna, ſaltem, vt mitiùs puniantur. cap. Latores. de Cleric. excõmunicat. miniſt. glo. in cap. Comeſationes. 44. diſt. & in cap. 1. verbo Remittendo. 55. diſti. Hinc vulgò dicitur, *Propter populum multum, crimen tranſit inultum.* quod eſt verum, quando timetur ſcandalum, & multorum ſtrages. aliàs ſecùs, vt dicit gloſſa verbo Multitudinem. dict. cap. Latores. cõmuniter approbata teſte Iul. Clar. quęſt. 60. num. 26.

2 Non tamẽ excuſantur à pœna æterna, ſecundùm Præpoſ. in dicto cap. Comeſationes, & Felin. in cap. Nihil. de Præſcript. nu. 4. §. 28. quia non minùs ardebunt qui cum multis ardebunt; vt dicit text. in cap. Multi. 2. quæſt. 1. Facit gloſſa in cap. Denique. 4.

3 diſt. verbo Conſuetudine. quæ dicit conſuetudinem excuſare in delictis, à pœna ſcilicet temporali, non tamen à gehennali. cui eſt ſimilis in cap. Sane. verb. Antiqua. de Tempo. ordi. alia in c. Cùm venerabilis. de Cõſuetudine. quas ſequitur Roma. Singul. 19. Anchar. conſ. 83. num. 2. & 3. Hyppol. in l. 1. in prin. num. 90. ff. de Sicariis. Rochus de Curt. in cap. fin. de Conſue. fol. 7. Nauar. conſ. 4. n. 5. de Accuſa. Coua. in 4. 2. par. cap. 7. §. 3. num. 5. Hinc dicit Felin. in cap. Non ſatis. de Simo. num. 1. excuſari ab homicidio puerum, qui in ludo conſueto (vt eſt lapidum cum fundis in Hiſpania) aliquem interficit. Similiter per dict. glo. c. Denique. dicit Naua. conſ. 2. de Pœnis. in fin. ſi ſit cõſuetudo in aliqua regione dandi parùm panis & aquæ carceratis, ad perpetuum carcerem condemnatis, ex quo veriſimiliter eſt moriturus incarceratus, & moriatur; excuſari Iudicẽ ab irregularitate in Foro exteriori. quãuis cõtra dict. gl. ſit alia gl. ſing. in c. Inter dilectos. verb. Authoritas vſurpatur. de Exceſsi. Præla. quam ad hoc notat Fel. in cap. Ea quæ. in fin. de Simo.

4 Et nota hic vnum ſingulare, nempe etiam quem excuſari vigore conſuetudinis, in Foro conſcientię, quoàd peccatũ, quando cõſuetudo faciendi aliqua, cenſetur à viris doctis rationabilis, vt docet Coua. ſuprà. Exẽplũ accipe in notatis verb. Peccatũ. Diſ. 30.

DIFFERENTIA NONA.

FVRANS rem propriam, credens alienam; pœnã non incurrit quoàd Forum exterius. argum. l. Inter. §. Penult. ff. de Furt. vbi dicit Vlpianus non committere furtum, qui contrectaret rem alienam de voluntate domini, licet ipſe putaret inuito domino id facere. Faciunt etiam notata per Iul. Clar. §. Furtũ. numer. 21. vbi dicit, excuſari quem à pœna pro furto impoſita, ſi probet, quòd ille cui furatus eſt, erat eius debitor: quanto igitur magis excuſabitur, qui furatur rem propriam, quamuis crederet alienam.

Benè tamen incurrit pœnam quoàd Forum interius; quia mortaliter peccat; vt notat Nauar. cap. 17. num. 94.

SVMMARIVM.

1 *SOCIANS, etiamſi non cooperetur in delicto perpetrato; nihilo minus eadem pœna punitur.*

2 *Secùs in Foro cõſciẽtiæ in pęnis pecuniariis.*

3 *Pater ſoluẽs pęnam pecuniariam pro filio: nihilo minus computatur in legitima.*

Digitized by Google

DIFFERENTIA DECIMA.

1 FRATER aſſocians caſu fratrem, delictum perpetrantem: in Foro exteriori æqualiter punitur: licèt ipſe in delicto, vel damno dato non participauerit; quia tam agentes, quàm aſsiſtentes in delicto commitendo æqualiter puniuntur. cap.1.de Offi.delegat.cap.Notum. 2.quæſt.1.l.Iubemus. §.Aeconomus. C. de Epiſco.& Cler.docet Hippo.l.2.per tex.ibi ff.de Parrici. & Iul.Clar.q.90.à nu.1.

2 In Foro verò conſcientiæ, ſi pecunia fuerint condemnati; frater, principalis delicti patrator, tenetur omnem condemnationẽ, & pœnam ſoluere, vel damnum reſarcire.

3 Et ſi pater eorum pœnam, vel damnũ ſoluerit; debet principalis frater omnem condemnationem in ſua legitima computare, & alterum fratrem ab ea eximere, atque indemnem ſeruare. Ita Cordub. caſu 131. quod eſt iuſtum, ac rationi conſonum. Faciunt notata per Nauar.cap.17.num.130. Quæ omnia extende ad quoſcumque ſocios criminis; cùm eadem ſit in vtriſque ratio, vt palam eſt. Dummodò non fuerint cooperatores in delicto commiſſo, damnouè dato; ſed tantùm aſſociauerint. Conferunt notata infrà in Differentia 13.

SVMMARIVM.

1 *CONDEMNATVS ex delicto ad pœnam pecuniariam parti applicandam; ſi ob eius inopiam dicta pœna conuertatur in corporalem; manet liber à pœna pecuniaria.*

2 *Cautela pro amico incarcerato paupere.*

3 *Commutatio pœnæ Pecuniariæ parti applicandæ, debet fieri eadem parte conſentiente.*

4 *Intellectus ad cap. Finem litibus. de Dolo, & contum. quatenus ad commutationem pœnæ, in corporalem non requirit conſenſum partis.*

5 *In Foro verò conſcientiæ prædicta non procedunt, quando pœna pecuniaria ſolùm eſt poſita in vindictam; & non etiam in refectionem damnorum. Aliàs ſecùs.*

6 *Condemnatus ad mortem propter homicidium; vel furta facta in itinere; tenetur ipſe vel eius hæredes vltra pœnam mortis, reficere damna facta, & furta reſtituere.*

7 *Idem tenetur facere Fiſcus, ſi bona condemnati ad mortem fuerunt ipſi confiſcata.*

DIFFERENTIA VNDECIMA.

1 CONDEMNATUS ex debito ad pęnam pecuniariam parti applicandam, ſi ob eius inopiam dicta pœna pecuniaria commutetur in corporalem, manet liber in totum à dicta pœna, ſeu debito pecuniario. Adeò vt licèt poſteà ſit ſoluendo, deueniatque ad pinguiorem fortunam; non tenebitur vmquam ampliùs eam ſoluere: quia illa luitio in corpore, fuit loco ſolutionis burſalis, ex regul.l. fin.ff.de In ius vocan.vbi habes, *Qui non habet in ære, luat in corpore.* De hoc ſunt duæ gloſſæ ſolennes in Iure noſtro Canonico, ita intelligendæ. prima eſt in cap. Sicut dignum.§.Eos.verb.Si habent. de Homicid. Altera in Regul.Peccatum.lib.6.in gloſ.1. in fine, quas commendat Rom. Singul.25. pro quibus allegat l. Sed ſi vnius.§.Si ante. ff. de Iniur. quæ loquitur de ſeruo iniuriam irrogante, qui ſi ob eam verberetur, extinguitur actio iniuriarũ Item allegat l. Diuus Veſpeſianus.ff.de Iure patron. quæ loquitur de liberto delictum in patronum committente, qui interdum punitur in parte bonorum eius, vel fuſtibus cæditur, & ita abſoluitur. Sed melior text.eſt ad propoſitum in cap.Si res aliena.14.quæſt.6. ibi, *Quia ſi non eſt vnde reddat ablatam pecuniam; tamen dũ eam per moleſtias corporales reddere compellitur; peccati, quo malè ablata eſt, pœnas luit.* vide ad idem l. Si quis id quod.ff. de Iuriſdict. omnium Iudi. vbi in corrumpentem album propoſitum datur actio in 50.aureos. Quòd ſi inopia laboret, corpore punitur; & ſic liberatur à ſolutione dictorum 50.aureorum.

Digitized by Google

2 Hinc Iaſ. in dicta l. Si quis id quod. num. 29.& 30.dat cautelam pro amico condemnato ad aliquam pœnam pecuniariam, & in carcere propter inopiam detẽto, vt procuret, quòd Iudex mutet illam, in corporalem; quia ſic liberabitur ipſo iure ab ea. Adeò, vt ſi poſteà efficeretur ſoluendo, ampliùs non teneretur, ſecundùm Paul. Rom. Ang. & Fulgoſ. ibidem.

3 Sed obſerua, ſi pars cui in totum, vel pro parte venit applicãda pœna pecuniaria nolit conſentire; vt iſte condemnatus, qui reverà non eſt ſoluendo, poſsit luere in corpore: non debere Iudicem aliquid decernere; ſed permittere, vt condemnatus perſeueret in carceribus. Et hæc eſt communis opinio, vt dicit Boër. deciſ. 349. num. 8.& Iul. Clar. quæſt. 95. num. 4. & eſt de mente Innocent. in cap. Odoardus. de Solution.

4 Sed prædictis obſtat text. ſingul. in cap. Finem litibus. ad fin. de Dolo, & contum. vbi pœnam expenſarum contra calumniãtem per Iudicem appoſitam,commutat idẽ Iudex in corporalem; ſi calumnians non eſt ſoluendo, nullo habito reſpectu conſenſus partis. Et ita illum tex. dicit inſignem, & ſingul. Couar. poſt multos à ſe citatos, lib. 1. Varia.cap. 1. num. 8. ad hoc; nimirùm, non ſolùm pœnam pecuniariam ob crimẽ impoſitam, quæ eſt Fiſco ſoluenda, commutari poſſe per Iudicem in corporalem, quando delinquens non habet vnde eam ſoluat: (vt ſuprà probatum eſt) ſed etiam quando pœna eſt parti applicanda loco intereſsis, & damni ei illati, vt in dicto text. etiam ſine eius conſenſu. Quod eſt contra tex. & communem ibi, in l.fin. ff. de In ius vocan.vbi pœna pecuniaria parti debita nõ commutatur in corporalem, niſi parte volente, & docet Iaſ. in d.l. Si quis id quod.n. 18. ff. de Iuriſdict. omnium iud. & Silu. verb. Reſtitutio. 7. quæſt. 6. in fin. Vnde Couar.ſuprà valde laborat ſuper intellectu dict. cap. Finem litibus.

Sed poteſt dici primò prædictam commutationem non fieri à Iudice; nec fieri poſſe inuita parte, cui expenſæ erant ſoluẽdæ. Ita colligitur ex Innocent. in dicto cap. Odoardus. in fin. & probat dicta l. fin. ex qua ſupplendus eſt creditoris conſenſus; cùm vna lex, per aliam ſuppleatur, & ita concordat cum ſuprà dictis. Secundò, dicto cap. Finem litibus. fieri condemnationem expenſarum, non tam pro intereſſe partis, quàm in vindictam doli, & malitię excipientis malitiosè ad differendam litem. In quo quodammodo fit iniuria ipſi Iudici. Et ideò prudenter Iudices ſolent imponere maiorem pœnam, quàm ſint expenſæ faciendæ, & vt pecuniam deponat apud aliquam perſonam honeſtam; vt ſic puniatur tam pro intereſſe partis; quàm pro iniuria quam facit tribunali, & ſynceritati, ac reuerentiæ debitæ illi actui publico, & iudicio ſanctiſsimo. Non mirùm ergo ſi poteſt commutari, etiam inuita parte, vel ſine eius aſſenſu in corporalem, ob inopiam excipientis.

Vnde meritò in hoc caſu ſingulari receditur à regula, quæ habet, condemnationem ad pœnam pecuniariam, parti applicandam, non poſſe commutari in corporalem, parte inuita. Fallit nimirum, quando condemnatio fuit facta magis in vindictam doli condemnati, quàm in ſatisfactionem damni, parti illati. Quo in caſu, quando ſcilicet pœna pecuniaria parti datur vindictæ loco, habetque publicæ vltionis vim: tunc pœna pecuniaria ratione obligationis ex delicto deſcendẽtis, commutari poteſt, & debet, in corporalem ob delinquentis inopiam. Hoc probat ille tex. ſing. & vnicus in iure, ac nouus, ſecundùm gloſſam ibidem, & notant Doctores in dicto cap. Odoardus. de Solution. Boer. deciſ. 349. & alii, quos refert, & ſequitur Couar. ſuprà, num. 8. Tertiò, reſpondeo pœnam dicti cap. Finem. potiùs dici poſſe mulctã, quàm pœnam; quia imponitur arbitrio Iudicis, parte non petente, & antequam ſuper exceptione cognoſcatur. At mulctas poteſt Iudex, & remittere, & commutare, pro vt voluerit; vt docet Iaſ. in dicta l. Si quis id quod. num. 28. in 4. limit. Et eſt cõmunis opinio, vt teſtatur Iul. Clar. dict. q. 95. num. 8. & probatur in l. Illicitas. §. fin. ff. de Offic. Pręſid. & in l. fin. C. de Modo mulctar.

Hęc autem omnia quæ diximus circa liberationem in totum à debito pecuniario, procedunt in Foro exteriori, & etiam in interio-

interiori, quando condemnatus ad pœnam pecuniariam, nullum aliud damnum intulit offenſo præter iniuriam: vel quando dicta pœna pecuniaria includit iniuriam, & damna; puta quia pars intentauit principaliter actionem criminalem, & acceſſoriè petiit,
5 vt ſibi etiam damna reficerentur. At, ſi dicta pœna ſolùm eſt impoſita pro delicto, in eius vindictam, & nihil actum eſt de dãnis illatis parti: tunc, licèt dicta pœna cõmutetur in corporalem, non ideò manebit reus abſolutus in totum in Foro conſcientiæ, quoàd intereſſe partis; vt notat gloſſa optima in dicto cap. Si res aliena. verb. Peccati. 14. quæſt. 6. Sed tenebitur reficere dãna in conſcientia, poſtquàm peruenerit ad pinguiorem fortunam. Confirmantur hæc per dicta verb. Ceſsio. in Differ. 3.

6 Hinc dicit Nauar. cap. 15. num. 22. condemnatum ad mortem; vel propter furta facta in itinere, & via publica; vel propter homicidium perpetratum; teneri vltra pœnam mortis, ad ſatisfactionem furtorum, & aliorum damnorum irrogatorum filiis occiſi; & conſequenter eius hæredes tenebũtur ad dicta damna, non minùs; quàm ad alia debita, iux. l. 1. C. Ex delict. defunct. Sequitur Couar. lib. 2. Var. cap. 10. num. 7. verſ. 3. Gomez. late tom. 3. cap. 3. num. 37. vide. l. Defuncto. ff. de Pub. Iudi. & Iul. Clar. quęſt. 95. num. 5. Ad idem tene-
7 bitur, & Fiſcus, ſi bona ſuſpenſi confiſcata fuerint, l. Non poſſunt. l. In ſumma. ff. de Iure Fiſci. & diximus. verb. Peccatum. Differentia 28. Quod eſt valde notandum pro damnificatis à latronibus, & homicidis corporaliter punitis, etiam ſi ad mortem damnentur. Faciunt notata ſub verb. Reſtitutio. Differentia 8. Nec curandum eſt, vt partes damnificatæ requirantur per Fiſcum, vt ad denunciandum veniant, ſi velint; aliàs &c. Nam illa citatio, & requiſitio ſolùm operatur hũc effectum, ſcilicet præcludi viam parti, ne poſteà poſsit delinquentem accuſare. Sed quoàd damna, & intereſſe, nulla ſibi præcluditur via per dictam requiſitionem: nec poteſt. Tùm, quia nemo agere compellitur, vt in rubro, & nigro C. Vt nemo inuitus. Tùm, quia etiã ſi quis remittat iniuriam quoàd exteriorẽ accuſationem, etiam pecunia interueniente; non intelligitur remiſiſſe impenſas, & damna, quæ intulit læſio, niſi de hoc expreſsè in remiſsione caueatur, vt latè docet Couar. lib. 2. Var. cap. 10. num. 7. verſ. Quarto. Quia ſunt diuerſæ actiones. Et ideò vna non impedit aliam, vt dicit optimè gloſſa, verb. Damnis. in cap. Si canonici. de Offic. ordin. in 6. per quod, idem dicendum eſt, cùm ſola accuſatio per partem, & Fiſcum intentatur. Nam, & tunc, non obſtante dicta accuſatione, & punitione corporali, poterit pars læſa petere à parte, & damna, & impenſas occaſione delicti, à ſe perpeſſa.

SVMMARIVM.

1 *DANTI operam rei illicitæ; an caſus præter ſuam intentionem contingens, imputandus ſit in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA DVODECIMA.

1 DANTI operam rei illicitæ; in Foro iudiciali imputãtur omnia; etiam, quæ pręter ſuam intentionem acciderint: vt ſi fur noctu domum tuam ad furandum ingreſſus, contra voluntatem ſuam, eam per inaduertentiam incendit: tale incendium caſu contingens ſibi imputatur; de hoc eſt gl. not. quæ pręfatam regulam ponit per tex. ibi, in cap. fin. de Homici. lib. 6. verb. Culpa. cui eſt ſimilis in cap. 1. in gl. 2. de Cuſto. Euchariſt. & in cap. fin. verb. Iuſtitia mediante. ne Cler. vel Mona. lib. 6. & in cap. Sicut. verb. Dederunt. de Teſti. Etiam ſi adhibuiſſet diligentiam debitam. glo. penult. in cap. Sicut dignum. de Homici. Pro quibus eſt text. optimus in cap. Continebatur. eod. tit. iuncta ibi gl. verb. Romani pontificis. & in l. Item Mela. ff. Ad legem aquil. & in cap. Tua nos. de Homi. & cap. Exhibita. 22. eod. tit. docet Couar. in Clem. Si furioſus. §. 1. num. 2. de Homi. Soto lib. 5. de Iuſt.

quæſt.

Digitized by Google

quæſt. 1. art. 9. Gandi. tit. de Homi. nu. 21.

Hinc dicit l. 3. tit. 2. Part. 5. & Greg. Lop. ibi. Nauar. in Manual. cap. 17. num. 183. Conanus lib. 7. Comment. cap. 3. nu. 9. & 10. quòd quotieſcumque commodatarius dat operam rei illicitę, & furtum cõmittit; vt ſi res in vnum vſum commodatas, in alium tranſtulerit; vel fuerit in mora reddendi poſt vſum expletum: tunc ei imputatur caſus fortuitus, nẽpe interitus eius vel quiuis alius caſus, præter eius intentionem eueniens. Adde Pariſ. conſ. 156. à num. 21. vol. 4. Siluan. conſ. 29. num. 5. Tiraq. de Vtroque retract. tit. 1. §. 15. gl. 2. Pro quibus eſt tex. melior de Iure. in §. Itẽ is. verſ. Sed propter. Inſt. Quib. mod. re contrah. oblig. vbi dicit text. *Sed propter maiorem vim, maioresuẽ caſus, nõ tenetur: ſi modò non ipſius culpa is caſus interuenerit. Alioqui ſi id quod tibi cõmodatum eſt domi, peregrè tecum ferre malueris; & vel incurſu hoſtium, prædonumuè, vel naufragio amiſeris: dubium non eſt, quin de reſtituenda ea re tenearis.*

Quod intellige verum, quando quæ accidũt, immediatè proueniunt ex culpa ſua: vel ad illa ſpecialiter, & veriſimiliter ordinantur. vt in cap. fin. de Homi. lib. 6. vbi mandans aliquem verberari; tenetur de homicidio, vel membri mutilatione ſubſecuta; licèt expreſsè inhibuerit ea fieri. Aliàs errans, & culpatus non tenetur de his quę proueniũnt ex ſua culpa; ſecundũ Abb. in cap. Quia diuerſitatem. num. 13. de Conceſ. præb. Facit Gundiſſal. à Villadiego de Irregul. col. 20. Et ad hoc, dict. cap. fin. de Homi. lib. 6. putauit ſing. Iaſ. in §. Rurſus. col. 5. Inſt. de Actio. vbi Gómez. num. 11. plurimos citat. Refert, & ſequitur Nauar. in cap. Si quando de Reſcrip. exceptione 14. pag. 80. Vide etiam Prateium in Lexicon Iuris. verb. Culpa. in fin. Et multo magis non tenebitur de his quæ proueniunt ex culpa alterius. l. Neratius. §. 1. ff. de Seruo. corru.

In Foro verò conſcientiæ dans operam rei illicitæ non tenetur de damnis præter ſuam intentionem ſecutis; ſi modo nihil dè contingentibus ad damnum illud præcauẽdum omiſit. gl. 1. in cap. Si quis domum. de Iniur. Pet. à Nauar. tom. 1. lib. 2. cap. 1. à num. 26. Ratio eſt, quia præfata imputatio damnorum ſubſecutorum, fit in pœnã dantis operam rei illicitæ, ſecundùm D. Tho. 1. 2. queſt. 73. art. 8. in corp. At nemo tenetur in conſcientia ad ſolutionem pœnæ ante condemnationem, vt dicemus infrà Differentia 20. & verb. Peccatum. Differentia 16. ſequitur poſt Soto. Rebel. lib. 2. de Obliga. iuſti. quæſt. 10. num. 19. quicquid dicat Gabr. relatus verb. Damnum. Differentia 1. num. 19.

Hinc dicit Ioan. And. poſt Vincen. in dict. cap. 1. de Cuſto. Euchar. & eſt gl. Marginal. ibid. ad gl. 2. quòd licèt falſum perhibens teſtimonium, fit reus omnium malorum quæ inde ſequuntur: intellige in Foro ciuili: in iudicio tamen animæ non imponetur ſibi pœnitentia, niſi de falſo teſtimonio; non tamen de malis ſubſecutis. Cõſtat ergo in Foro animæ non teneri quem ad damna ex ſua operatione mala, caſu ſubſecuta, quamuis ſecùs ſit in Foro contentioſo.

SVMMARIVM.

1 O*PEM præſtans furi, vel aliàs delinquenti, qua pœna puniatur.*

DIFFERENTIA DECIMA TERTIA.

1 OPEM ſeu auxilium præſtans furi, vel alii, delictum aliquod perpetranti; ſiquidem per actũ proximum facto, puta aſſiſtendo facienti; eadem pœna, qua principalis punitur. ſecùs ſi per actum remotum, puta faciendo ferramina pro furto faciendo, vel ſchalas, vel commodando baliſtam, & huiuſmodi. Hoc enim caſu mitius punitur in Foro poli.

Licet in Foro fori eadem pœna punietur, ſecundùm Bal. in l. 1. C. de Crim. pecul. & in l. 1. C. de Nili aggeri. non rumpen. ſic intelligendum, ſecũdùm additionem Ang. verb.

Digitized by Google

verb. Furtum. §. 13. Sed veriùs eſt quod docet Couar.poſt alios in regul.Peccatum. 2. part. §. 12. num. 1. verſ. Hoc idem probatur, vbi tradit regulam circa auxilium ferentes delicto committendo; videlicet dãtem auxilium, vel opem delicto, & delinquenti; eadem pœna, qua ipſe delinquens, fore puniendum; quando ope, vel auxilio cauſam dedit delicto propinquam, & cooperatus eſt in eo. aliàs ſecùs. ex l. vnic. C. de Rapt. vir. l. Item Mela.§. Si alius. ff. Ad l. Aquil. gloſſa in l. Nihil intereſt. ff. de Siccar. text. in cap. Sicut dignum. §. Qui verò. & §. Illi etiam. de Homicid. vbi Feli. hoc notat. adde gl. In cap. De cetero. de Homi. quam dicit ſing. & receptam Naua. conſ. 13. & 29. de Homi. num. 4. & celebrem in cap. Si quando. exceptione 14. de Reſcr. ad hoc,quòd in omnibus hominum actibus cauſa immediata; non autem mediata, & ſecundaria, & per occaſionem inducta,attenditur.Cui eſt ſim. in cap.Felicis. §. Verùm. verb.Simplici. de Pœnis. lib. 6. Vnde in hoc nulla eſt aſsignanda differentia inter vtrumque Forum; nãque in vtroque mitiùs punitur prębens opem furi per actum remotum; vt in exemplis in principio adductis. Denique circa materiam pręſentis differentiæ, vide Iulium Clarum. q. 90. per totam.

SVMMARIVM.

1 *POENAE Fori exterioris requirunt Iudicis declarationem, non tamen pœnæ Fori interioris.*

DIFFERENTIA DECIMA QVARTA.

1 POENAE Fori interioris, quę vel ſunt circa corpus, vel bona, vel officia: non incurruntur donec per Iudicem declarentur; licèt ipſo facto, vel ipſo iure, imponantur: & etiam ſi addatur in lege, vel ſtatuto, quòd etiam ſine vlla declaratione incurrantur. vt copioſè trademus. Differentia 20. Quod intellige verũ quoàd reos incidẽtes in eas. Secùs quoàd Superiores, qui in pœnis ipſo iure impoſitis, & incurſis, ſi ſint circa Beneficia, & officia, poſſunt ante declarationem dicta Beneficia, & officia prouidere, per tex. ſing. in cap. Fundamenta. de Elect. lib. 6. per quem ita not. Felin. in cap. Ceterum. col. pen. de Reſcri. Bal. in l. Quoties. C. de Rei vendi. & Rota. deciſ. 8. de Iurepa.

Hinc dicit Rip. cap. Sæpe. num. 101. de Reſt. ſpol. Epiſcopum poſſe conferre Beneficium quod obtinet hæreticus, etiam ante ſententiam declaratoriam;non tamen poſſe illum à poſſeſsione expellere. arg. cap. Licèt Epiſcopus. de Præbend. lib. 6. iuncto. cap. Cùm ſecundùm leges. de Hæret. eod. lib. Idem dic in omnibus aliis caſibus, in quibus Clericus commiſerit delictum, ob quòd ſit ipſo iure Beneficio priuatus. Poterit enim patronus (ſi eſt iuris patronatus) præſentare alium, non expectata ſententia declaratoria ſuper crimine, & Epiſcopus illum inſtituere; ſecundùm Felin. ſup. Et ſi non ſit iuris patronatus, poterit Epiſcopus cõferre liberè dictum Beneficium, per pręfatum cap. Fundamenta. quod eſt quoàd hoc ſingulare, ſecundùm Felin. ſup. Ad mittendum tamen in poſſeſſionem nouum prouiſum, citandus eſt delinquens, & cum ſententia declaratoria eſt expellendus, per iura ſuperiùs citata.

At pœnæ Fori interioris reſpicientes animam; vt ſunt cenſuræ, puta excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum, item & irregularitas: hæ inquam pœnæ, nulla indigent declaratione Iudicis; ſed ſtatim incurruntur. Ita poſt Caiet. & Sotum tenet Couar. in 4. 2. par. cap. 6. §. 8. num. 16. verſ. Nono.

Ratio diuerſitatis eſt; quia in primis pœnis Fori exterioris, requiritur factũ hominis infligentis pœnam: quia nullus reus tenetur ad aliud, quàm ad pati: non tamen ad agendum aliquid contra ſe; quippe non debet eſſe carnifex, ſeu executor Iuſtitiæ contra ſe: vt docet D. Tho. 2. 2. quæſt. 62. art. 3.

At in pœnis ſupradictis cenſurarũ, & irregularitatis, nullum factum hominis requiritur: ſed ipſæmet trahunt ſecum executionem;

Digitized by Google

nem; vt probat tex. apertus in cap. Paſtoralis. §. Verum. de Appel. qui tex. licèt loquatur tantùm de excommunicatione: tamen communiter Doctores ipſum extendunt ad alias cenſuras; & irregularitatem: propter identitatem rationis. Conducunt notat. verb. Excommunicatio. Differentia 23.

SVMMARIVM.

1 *POENAM petere, atque exigere, an liceat.*

DIFFERENTIA DECIMA QVINTA.

1 Pœnam, ſiue ſit legalis, ſiue cōuentionalis, in Foro iudiciali, manifeſti iuris eſt exigi, & peti poſſe, quia debetur. Ita probat text. in l. Reſcriptū. §. Si pacto. & ibi gl. verbo. Vtraque. ff. de Pact. & l. Si pro fure. §. Furti actio. ff. de Condict. furti. & multa alia iura citata à dict. gl. verb. Vtraque. Solùm enim inter vtramque pœnam eſt hæc differentia, nimirùm quòd in legali poteſt quis eam petere vnà cum re ipſa; non tamen in conuētionali; quia ſuccedit in locum intereſſe: niſi quando additur in contractu, Rato manente pacto; vt in l. Qui fidem. ff. de Tranſact. & docet gl. verb. Conſumatur. dict. §. Furti actio. adde ad prædicta l. Quòd ſi ex ſtipulatu. 62. ff. Pro ſocio. vbi gl. Idem. not. & gl. fin. in cap. Quæcumque. 25. q. 2. & in cap. Epiſcopus qui mancipium. verb. Vt ſtante. 12. quæſt. 2. docet Coua. in 4. 2. par. cap. 6. §. 8. num. 11.

In Foro verò conſcientiæ, an prædictæ pœnę peti, & exigi poſsint, & debeantur: multa allegat pro parte affirmatiua, & negatiua Anto. Gabri. 2. tomo Commu. opin. lib. 7. concluſione 34. vbi, vt verum fatear, nimis confusè loquitur. Nam ad hoc allegat. gl. In cap. Fraternitas. 12. quæſt. 2. cum aliis multis, quæ nihil faciunt ad prædictā concluſionem: cùm loquatur dict. gl. de reo pœnam debente: nempè an ad eam in conſcientia teneatur. de quo diximus ſup. Differentia 2. & locis ibi. Hic autem agimus de actore volente petere pœnam cōmiſsam, an ſcilicet iuſtè eam petere poſsit. Dic ergo, ab Eccleſiaſtica perſona nō poſſe exigi pœnam; vt probat tex. ſecundùm gl. fin. ibi, in cap. Suam. de Pœnis. quinimmò, nec etiam à ſecularibus. Et hanc opinionem dicit magis communē Ant. Gabri. vbi ſuprà. numero 8. vbi numero 9. hoc limitat procedere in pœna legali, ſecùs in conuentionali. Cancer verò. 3. par. Variar. cap. 11. num. 163. idem ſentit in conuentionali.

Sed veriùs eſt, & indubitanter tenendum, tam pœnam legalem, quàm conuentionalem, ſi eſt rationabilis, & per culpam incurratur; peti, & exigi poſſe à quolibet in vtroque Foro, pro vt probant iura, & gl. ſupra citatæ, & tex. in cap. Dilecti filii. de Arbi. & in cap. Per tuas. eod. tit. & docet Inno. dict. cap. Suam. in fin. & ibi Abb. num. 6. Idem Abb. per tex. ibi. in dict. cap. Dilecti filii. num. 14. vbi gl. fin. idem not. & Maran. de Ordi. cogni. diſputatione 7. num. 26. Coua. in 4. 2. par. dict. num. 11. dicens eſſe hanc apud omnes probatiſsimam opinionem. Idem tenet Nauar. cap. 17. num. 21. Rebel. de Oblig. iuſt. 2. par. lib. 8. quæſt. 9. nu. 3. quamuis idem Naua. in cap. 23. num. 68. dicat non decere viros honeſtos vt pœnam accipiant, niſi quando ob intereſſe accipitur. allegat, & bene, dict. cap. Suam. de Pœnis. & dict. cap. Fraternitas.

SVMMARIVM.

1 *VNVS pro alio in Foro exteriori non punitur corporaliter: in Foro verò Dei aliquando quis punitur.*

DIF-

Digitized by Google

DIFFERENTIA DECIMA SEXTA.

1 VNVS pro alio in iudicio,& Foro exteriori non punitur corporaliter; quia ſine culpa propria nemo occiditur;nec membro mutilatur; nec flagellatur; vt inquit D.Tho.2.2.queſt. 108. art. 4. ad 2.& Silu. verb. Pœna. queſt. 23. Pœna enim non debet egredi delinquentem; ſed ſuos tenere auctores. vt inquit text. qui ita ſumatur in l. Sancimus. C. de Pœnis. Hinc eſt, vt etiam filius ex delicto patris non puniatur. vt inquit Bart. per tex. ibi. in l. Crimen. 26. ff. de Pœnis, vide not. verb. Peccatum. Diff. 9. nec pœna impoſita delinquenti, tranſit in eius hæredem. l. Si pœna. 20. ff. eod.

In Foro verò, & iudicio Dei, aliquando quis punitur corporaliter pro alio, ſecundùm illud Exod. 20. *Ego ſum Deus Zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem.* Idem probatur Geneſ. 19. vbi paruuli Sodomitarum propter peccata ſuorum parentum, ſimul cum eis perierũt. Similiter,& paruuli pro peccato Datan, & Abiron pariter cum eis abſorpti ſunt. vt habetur Num. 16. Et pro peccato Achan, populus Iſrael traditus eſt in manus hoſtium. vt Ioſue. 7. & in cap. Si ea. 23. queſt. 4. & in cap. Si illud. 45. diſt. Et pro peccato filiorum Heli, idem populus corruit in conſpectu Philiſtinorũ. vt 1. Reg. 4. Et pro peccato Dauid, populum numerãtis; populus Iſrael punitus eſt. vt 2. Reg. vlti. Vide aliud exemplum notabile in Rabſacen, qui locutus eſt quædam in contumeliã Dei: & ob id centum octuaginta quinque millia hominũ ſtragem pertulerunt. vt patet Iſaiæ. cap. 36. Tandem vide Matthe. de Afflict. in Conſtit. Neapolit. lib. 1. tit. 2. num. 70. vbi ponit 12. caſus, in quibus quis punitur pro delicto alterius.

SVMMARIVM.

1 *FVR non excuſatur à pœnis furti, licèt dominus dicat de eius voluntate factum fuiſſe furtum.*

2 *Secùs in Foro pœnitentiali.*

DIFFERENTIA DECIMA SEPTIMA.

1 FVRANS, etiam de voluntate domini, in Foro iudiciali punitur. ita Bar. in l. Inter omnes. 1. §. Recte. ff. de Furt. Panor. in cap. Dudum. 2. num. 18. de Elect. Hippo. Sing. 22. Communem dicit Clarus. §. Furtum. verſ. Item excuſatur. Curti. Iun. in l. 1. num. 5. C. de Furt.& Gomez. de Delict. cap. 5. num. 2. & habetur in 2. tom. Commu. opinio. lib. 6. tit. 2. num. 14. & 40. vbi dicitur, quòd fures non ideò minùs furti pœnis plectentur, quòd dominus rerum euerſarum dicat, & proteſtetur; furtum illud ſua voluntate, & auctoritate patratum fuiſſe. Et meritò ita obſeruatur; quia aliàs eſſet in poteſtate cuiuſque, liberare reum furem à pœnis legum, & facilè eluderentur pœnæ; ſubornando dominos, vt confiterentur, de voluntate eorum factum furtum fuiſſe. Quod intellige verum, quando id fatetur dominus poſt furtum commiſſum. Secùs ſi conſtaſſet de eius voluntate, antequam fieret, vt conſtat ex traditis ex eod. Claro. & dict. lib. Commun. opin. eod. tit. 2. num. 31. Adde Suarez. verb. Fures. num. 391. Et ita intellige. l. Qui vas. ff. de Furt. quæ contrarium videbatur probare.

2 In Foro verò penitentiæ, ſufficit confeſſio domini, etiam poſt furtum commiſſum. quia ſemper excuſatur quis, ſi de voluntate domini furtum factum fuiſſe dicatur, vt palam eſt; quia furtum eſt contrectatio rei alienæ inuito domino. Et in dicto Foro ſtatur veritati, & non præſumptioni: quod, & probat dict. l. Qui vas. §. 2. ff. de Furt. *Quis enim,* inquit, *voluntatem domini habens, fur dici poteſt.* Faciunt not. verb. Vſura. Differentia 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *CONATVS ſolus in Foro conſcientiæ punitur, ſicut opus. Secùs in Foro iudiciali, niſi in quibuſdam caſibus.*

DIFFERENTIA DECIMA OCTAVA.

1 CONATVS ſolus in Foro pœnitentiæ punitur; ſicut opus. Vt ſi quis procurauit occidere hominē. cap. Homicidiū. de Pœnit. diſt. 1. vel tētauit committere cum aliquo peccatum nefandum, vel aliud quodcumque. licèt non potuerit propter reſiſtentiam, ſeu renitētiam alterius, illud perficere, & opere complere. Faciunt pro, hoc duo vltima pręcepta Decalogi, in quibus ſola cupiditas furti, vel vxoris alterius ita grauat animā, ſicut ſi commiſſa opere fuiſſet.

At in Foro iudiciali, ſecùs eſt. Nam regulariter conatus ſolus, etiam ad proximum actum deductus, nō punitur, vt tradit Feli. in Tract. quando conatus puniatur, & DD. in l. Si quis non dicam rapere. C. de Epiſc. & Cleri. Naua. in cap. Si quis non dicam. de Pœni. diſt. 1. in prin. Et ita ſeruari de cōmuni praxi teſtatur Iul. Clar. quæſt. 68. nu. 38. Hinc eſt, quòd volens homicidium cōmittere; ſi non perficiat, nec membrum aliquod amputet, quia non potuit; non fit irregularis. gl. recepta. in cap. Si aliquis. de Homic. Feli. capit. Sicut dignum. eod. tit. num. 11. Archid. in cap. fin. 23. quæſt. 8. & in cap. Periculosè. contra gloſſ. fin. ibi, de Pœnit. diſt. 1. Dicit communem Alb. Trotius. de Perfec. Cleric. lib. 2. cap. 20. num. 5. Franc. Viuius Opinione 54. vbi nu. 4. idem dicit in excommunicatione, ad quam incurrendam non ſufficit conatus; ſed requiritur verum factum. In atrocioribus tamen delictis punitur quidem conatus, ſed non pœna ordinaria; etiam ſi delinquens peruenerit ad proximum actum ipſius delicti, ac fecerit poſſe ſuum, nec ſteterit per eumdem, quin delictum omnino conſummatum fuerit, ſecundùm Cyn. & Saly. dict. l. Si quis. Grammat. deciſ. 2. numer. 32. & deciſ. 74. num. 12. Ange. de Malefi. in gloſſ. Sempronium mādatorem. & communem, de qua latè per eumdem Viui. Opinion. 53. per totam. niſi in crimine læſæ Maieſtatis; vbi conatus pęna ordinaria punitur. vt dict. l. Si quis. Vide ad idem latiſsimè per Iul. Clar. quæſtione 92. per totam, & 1. tom. Commun. opinion. pag. 528. col. 2. & pag. 434. Opinione 53.

DIFFERENTIA DECIMA NONA.

1 POENA talionis de conſuetudine receſsit ab aula, & Foro iudiciali, teſte Iulio Claro quæſtione 81. numero 3.

Sed in Foro pœnitentiali ſemper manet, & ſeruatur. & ideò qui falſum crimen alicui imponit, detrahendo, vel accuſando; eamdem pœnam peccati meretur quoàd Deum, quam mereretur is cui crimen falsò imponitur, ſi crimen commiſiſſet; vt palam eſt, & ſatis colligitur ex illa lege diuina populo Iſraëlitico data Exod. 24. *Oculum pro oculo,* &c. Quamuis illa lex eſſet iudicialis, & hodie ceſſet.

SVMMARIVM.

1 *INCIDENS in pœnam confiſcationis bonorum ipſo iure, ſeu facto: non poteſt in Foro exteriori à die commiſſi criminus bona alienare.*

2 *Secùs in Foro conſcientiæ ante declaratoriam ſententiam; quia interim eſt dominus bonorum.*

3 *Multū intereſt, an pœna imponatur à lege*

DIFFERENTIA DECIMA SEXTA.

1 VNVS pro alio in iudicio,& Foro exteriori non punitur corporaliter; quia ſine culpa propria nemo occiditur; nec membro mutilatur; nec flagellatur; vt inquit D.Tho.2.2.queſt. 108. art. 4. ad 2.& Silu. verb. Pœna. queſt. 23. Pœna enim non debet egredi delinquentem; ſed ſuos tenere auctores. vt inquit text. qui ita ſumatur in l. Sancimus. C. de Pœnis. Hinc eſt, vt etiam filius ex delicto patris non puniatur. vt inquit Bart. per tex. ibi. in l. Crimen. 26. ff. de Pœnis, vide not. verb. Peccatum. Diff. 9. nec pœna impoſita delinquenti, tranſit in eius hæredem. l. Si pœna. 20. ff. eod.

In Foro verò, & iudicio Dei, aliquando quis punitur corporaliter pro alio, ſecundùm illud Exod. 20. *Ego ſum Deus Zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem.* Idem probatur Geneſ. 19. vbi paruuli Sodomitarum propter peccata ſuorum parentum, ſimul cum eis perierũt. Similiter,& paruuli pro peccato Datan, & Abiron pariter cum eis abſorpti ſunt. vt habetur Num. 16. Et pro peccato Achan, populus Iſrael traditus eſt in manus hoſtium. vt Ioſue. 7. & in cap. Si ea. 23. queſt. 4. & in cap. Si illud. 45. diſt. Et pro peccato filiorum Heli, idem populus corruit in conſpectu Philiſtinorũ. vt 1. Reg. 4. Et pro peccato Dauid, populum numerãtis; populus Iſrael punitus eſt. vt 2. Reg. vlti. Vide aliud exemplum notabile in Rabſacen, qui locutus eſt quædam in contumeliã Dei: & ob id centum octuaginta quinque millia hominũ ſtragem pertulerunt. vt patet Iſaiæ. cap. 36. Tandem vide Matthe. de Afflict. in Conſtit. Neapolit. lib. 1. tit. 2. num. 70. vbi ponit 12. caſus, in quibus quis punitur pro delicto alterius.

SVMMARIVM.

1 *FVR non excuſatur à pœnis furti, licèt dominus dicat de eius voluntate factum fuiſſe furtum.*

2 *Secùs in Foro pœnitentiali.*

DIFFERENTIA DECIMA SEPTIMA.

1 FVRANS, etiam de voluntate domini, in Foro iudiciali punitur. ita Bar. in l. Inter omnes. 1. §. Recte. ff. de Furt. Panor. in cap. Dudum. 2. num. 18. de Elect. Hippo. Sing. 22. Communem dicit Clarus. §. Furtum. verſ. Item excuſatur. Curti. Iun. in l. 1. num. 5. C. de Furt. & Gomez. de Delict. cap. 5. num. 2. & habetur in 2. tom. Commu. opinio. lib. 6. tit. 2. num. 14. & 40. vbi dicitur, quòd fures non ideò minùs furti pœnis plectentur, quòd dominus rerum euerſarum dicat, & proteſtetur; furtum illud ſua voluntate, & auctoritate patratum fuiſſe. Et meritò ita obſeruatur; quia aliàs eſſet in poteſtate cuiuſque, liberare reum furem à pœnis legum, & facilè eluderentur pœnæ; ſubornando dominos, vt confiterentur, de voluntate eorum factum furtum fuiſſe. Quod intellige verum, quando id fatetur dominus poſt furtum commiſſum. Secùs ſi conſtaſſet de eius voluntate, antequam fieret, vt conſtat ex traditis ex eod. Claro. & dict. lib. Commun. opin. eod. tit. 2. num. 31. Adde Suarez. verb. Fures. num. 391. Et ita intellige. l. Qui vas. ff. de Furt. quæ contrarium videbatur probare.

2 In Foro verò penitentiæ, ſufficit confeſſio domini, etiam poſt furtum commiſſum. quia ſemper excuſatur quis, ſi de voluntate domini furtum factum fuiſſe dicatur, vt palam eſt; quia furtum eſt contrectatio rei alienæ inuito domino. Et in dicto Foro ſtatur veritati, & non præſumptioni: quod,& probat dict. l. Qui vas. §. 2. ff. de Furt. *Quis enim*, inquit, *voluntatem domini habens, fur dici poteſt.* Faciunt not. verb. Vſura. Differentia 2.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 CONATVS ſolus in Foro conſcientiæ punitur, ſicut opus. Secùs in Foro iudiciali, niſi in quibuſdam caſibus.

DIFFERENTIA DECIMA OCTAVA.

1 CONATVS ſolus in Foro pœnitentiæ punitur; ſicut opus. Vt ſi quis procurauit occidere hominẽ. cap. Homicidiũ. de Pœnit.diſt. 1. vel tẽtauit committere cum aliquo peccatum nefandum, vel aliud quodcumque. licèt non potuerit propter reſiſtentiam, ſeu renitẽtiam alterius, illud perficere, & opere complere. Faciunt pro, hoc duo vltima præcepta Decalogi, in quibus ſola cupiditas furti, vel vxoris alterius ita grauat animã, ſicut ſi commiſſa opere fuiſſet.

At in Foro iudiciali, ſecùs eſt. Nam regulariter conatus ſolus, etiam ad proximum actum deductus, nõ punitur, vt tradit Feli. in Tract. quando conatus puniatur, & DD. in l. Si quis non dicam rapere. C. de Epiſc. & Cleri. Naua. in cap. Si quis non dicam. de Pœni.diſt. 1. in prin. Et ita ſeruari de cõmuni praxi teſtatur Iul. Clar. quæſt. 68. nu. 38. Hinc eſt, quòd volens homicidium cõmittere; ſi non perficiat, nec membrum aliquod amputet, quia non potuit; non fit irregularis. gl. recepta. in cap. Si aliquis. de Homic. Feli. capit. Sicut dignum. eod.tit. num. 11. Archid. in cap. fin. 23. quæſt. 8. & in cap. Periculosè. contra gloſſ. fin. ibi, de Pœnit. diſt. 1. Dicit communem Alb. Trotius. de Perfec. Cleric. lib. 2. cap. 20. num. 5. Franc. Viuius Opinione 54. vbi nu. 4. idem dicit in excommunicatione, ad quam incurrendam non ſufficit conatus; ſed requiritur verum factum. In atrocioribus tamen delictis punitur quidem conatus, ſed non pœna ordinaria; etiam ſi delinquens peruenerit ad proximum actum ipſius delicti, ac fecerit poſſe ſuum, nec ſteterit per eumdem, quin delictum omnino conſummatum fuerit, ſecundùm Cyn. & Saly. dict. l. Si quis. Grammat. deciſ. 2. numer. 32. & deciſ. 74. num. 12. Ange. de Maleſi. in gloſſ. Sempronium mãdatorem. & communem, de qua latè per eumdem Viui. Opinion. 53. per totam. niſi in crimine læſæ Maieſtatis; vbi conatus pęna ordinaria punitur. vt dict. l. Si quis. Vide ad idem latiſsimè per Iul. Clar. quæſtione 92. per totam, & 1. tom. Commun. opinion. pag. 528. col. 2. & pag. 434. Opinione 53.

DIFFERENTIA DECIMA NONA.

POENA talionis de conſuetudine receſsit ab aula, & Foro iudiciali, teſte Iulio Claro quæſtione 81. numero 3.

Sed in Foro pœnitentiali ſemper manet, & ſeruatur. & ideò qui falſum crimen alicui imponit, detrahendo, vel accuſando; eamdem pœnam peccati meretur quoàd Deum, quam mereretur is cui crimen falsò imponitur, ſi crimen commiſiſſet; vt palam eſt, & ſatis colligitur ex illa lege diuina populo Iſraëlitico data Exod. 24. *Oculum pro oculo*, &c. Quamuis illa lex eſſet iudicialis, & hodie ceſſet.

SVMMARIVM.

1 INCIDENS in pœnam confiſcationis bonorum ipſo iure, ſeu facto: non poteſt in Foro exteriori à die commiſsi criminis bona alienare.

2 Secùs in Foro conſcientiæ ante declaratoriam ſententiam; quia interim eſt dominus bonorum.

3 Multũ intereſt, an pœna imponatur à lege

Digitized by Google

ipſo iure, ſeu facto, an ſit imponenda per ſententiam Iudicis. Vide hic plurimos ſuper hoc effectus.

4 *Pœna ſemper eſt declaranda per Iudicem, etiam ſi à lege imponatur ipſo facto, nulla expectata declaratione.*

5 *Magnum intereſt diſcrimen inter legem priuatoriam bonorum iam poſſeſſorum, & inter impedientem dominium, & ſic prohibitoriam. Vide hic.*

6 *Superior incidens in caſum abſolutionis, ſcilicet amotionis ab officio ipſo facto, ſecurus eſt in conſcientia, dum non eo priuatur.*

7 *Committens crimen priuatione Beneficii dignum, tenetur in Foro iudiciali ad omnes fructus perceptos, etiam conſumptos à die commiſſi criminis.*

8 *Beneficiarius committens crimen priuatione dignum, poteſt illi renunciare ante ſententiam condemnatoriam.*

DIFFERENTIA VIGESIMA.

1 INCIDENS in pœnam ipſo iure amiſsionis bonorum propter hæreſim, vel crimen læſę Maieſtatis, vel aliam quamcumque cauſam: in Foro exteriori à die commiſsi criminis, non poteſt prædicta bona alicui vendere, aut donare; quia iam non eſt dominus eorum, ſecundùm Bart. & communem Legiſtarum in l. Poſt contractum, col. 4. ff. de Donat. & communem Canoniſtarum in capit. Cùm ſecundùm. de Hæret. lib. 6. Dec. conſil. 255. col. 3. & 445. num. 65. latè Tiraquel. in l. Si Vmquam. C. de Reuocand. donatio. verbo Reuertatur. num. 219 & 267. Repert. Inquiſit. verbo Alienatio. Bened. in cap. Raynuntius. verbo Vxorem. numer. 8. Adrian. Quodlib. 5. artic. 1. Bernard. Diaz in Practi. cap. 123. à num. 10. Alex. in l. Si marito. col. 2. ff. Solut. matrim. verſic. An autem actiones. Nauar. capit. 23. numer. 89. ad finem verſic. Quæritur hic nouè. Adde l. 4. titu. 1. Partit. 7.

Quod adeò verum eſt, vt etiam teneatur ſtatim bona illa reſtituere Fiſco, ſecundùm Panor. in cap. Dilecti. num. 12. de Arbitr. & Felin. in cap. 1. num. 43. ad fin. de Conſtit. nec non & fructus, nulla expectata declaratione criminis, vt poſt Ioan. Andr. Marian. & Domin. docet idem Felin. in cap. Rodulphus. nu. 38. de Reſcript. & Petr. de Ferrar. in Practic. Papien. verbo Ipſo facto. ſuper quo valde decepti ſunt, vt infra videbis.

2 In Foro tamen conſcientiæ, aliter dicendum eſt; quia delinquens non tenetur bona deferre Fiſco, ſed poteſt ipſis licitè frui, dum non declaratur fuiſſe commiſſum crimen, & fit contra eum executio, & ab eo auferuntur. Ita docet Nauar. in cap. Accepta. oppoſitione 7. num. 16. cum ſequentib. & oppoſitione 8. nu. 19. Caſtro lib. 2. de Hæret. cap. 9. Simanc. de Cathol. inſtit. cap. 9. num. 184. 209. 233. & 249. vbi dicit etiam poſt ſententiam, non teneri reum in conſcientia exequi, & bona tradere Fiſco, niſi id in ſententia exprimatur. quod rarò fit. Idem docet Couar. in 4. 2. part. capit. 6. §. 8. nùm. 10. verſ. Secundò infertur. Fr. Ludoui. Lopez in Inſtruct. Confeſſ. 1. par. cap. 112. concluſ. 4. Ludou. Meſsia in Pragmatic. Panis. concluſ. 6. num. 65. & Hierony. Paul. in Pract. Cãcellar. poſita poſt practicã Rebuf. pagin. 603. verſic, Bona quæ auferuntur. & Henriq. titul. de Excommunica. capit. 56. §. 3. in fin. & dicit communem Iul. Clar. quæſtione 80. numero 7. & Cenedo Collectan. 2. in Decretum. Pro quibus eſt gloſ. ſingul. in Authentic. de Inceſt. nupt. §. 1. in verbo Imminere. in fin. Colla. 2. Et hanc dicit magis receptam opinionem Rodriguez verbo Simonia. capit. 56. concluſ. 6. §. 9. Et ſecundùm hæc intellige D. Tho. 2. 2. quæſt. 62. artic. 3. in corpore. & Felin. in dicto cap. 1. de Conſtit. numero 46. fallent. 2. quatenus dicunt teneri reum condemnatum ad pœnam, ipſam ſoluere in conſcientia. Intellige, inquam, quãdo exigatur à Iudice in executione. Nã ante non tenetur eam ſoluere. Quod ſatis ſentit ibi Caieta. Ratio eſt, Primò, quia licèt amiſerit dominium ſuorum bonorũ, non tamẽ poſſeſsionẽ. Vnde

meritò

Digitized by Google

meritò poteſt eis licitè frui, ſecundùm Nauar. dicta oppoſitione 8. numer. 19. & Sot.lib.1.de Iuſt.quæſt.6.art.6.ſolut.2.Pau. Comitol.lib.4.Reſp.moral. quæſt.1. nu. 5. & 7.Secundò, quia nec etiam dominium amiſit ante declarationem in Foro interiori; ſecundùm Anto. Gabr. ſic intelligendũ conſil.196.lib. 1. vbi dicit nullum crimen inducere priuationem dominii ipſo iure abſque declaratione; quia illa priuatio dominii ipſo iure, eſt pœna: quæ non debetur in conſcientia ante condemnationem, vel declarationem, per notata verbo Pœna. Diſt.2.& per Conar. vbi infrà num.10. Idẽ vide per Silueſt.verbo Aſſaſsinus. quæſt. 5. & Tho. Gramma.deciſ.15.num.8. vbi dicit omnia iura de Mundo quæ dicunt bona, ipſo iure venire confiſcata, intelligi debere ſecuta declaratione; hoc eſt vt actu auferantur ea à reo; vt probat text. in capit. Cùm ſecundum.in fin. de Hæret. lib. 6. Et hãc dicit eſſe communem opinionem Flamin.Pariſ.de Reſignat.Benefi.lib.7. quæſt. 2.num.9.& 11. Qua declaratione facta, effectus illius retrotrahitur ad diem commiſſi criminis. l. Quiſquis. §.Emancipationes. C.Ad l.Iul.Maieſt.Idem docent quamplures citati ab Henriq. ſuprà §.2.in gloſſ. verbo Temporalium. inter quos eſt Soto ſup. & lib.9.quæſt.8.art.1.Coua. in Regul.Poſſeſſor.3.par.in princip.num.1.& 2.& 2.par. de Sponſal.dicto cap.6.§.8.nu.10.illatione 3.& in capit.Alma mater. 1.par. §.2.num.8. Anto.Gabr. 2.tom. Commun. opin. tit. de Crimin.concluſ.12.Anto.Gom.3.tom.Variar.cap.14.Silu.verbo Hæreſis.1.§.8.verſ. Tertia pœna.Simanc.ſup.num.249. qui omnes tenent hereticum ante ſententiã non amittere dominium, titulum, poſſeſsionẽ, nec adminiſtrationem bonorum. & conſequenter non teneri illa ante ſententiã fiſco tradere.

Hinc dicit Hieronym.Paul.vbi ſup. à reo poſſe licitè occultari prædicta bona, ſi ſine ſcandalo id facere poſsit. Quod eſt magnũ verbum, & numquam obliuioni tradendũ pro ampliatione eorum quę diximus, & eſt veriſsimum, dum non ſit declaratio, ſeu ſententia ſuper crimine.

Hinc etiam dicit Silu.ſup. quòd ſi crimen eſt adeò occultum, vt nullo modo poſsit contra ipſum probari: eo in caſu poterit ſecurè abſque vllo peccato bona ſua alienare. Sequitur Nauar.cap.23 num.89. ad fin. & Henriq.de Excommunicat. cap.56. §.2. in gloſſa penult.& vlt.& §.4.in gloſſa 1.cũ tribus ſequentibus. Hinc etiam eſt valere alienationem per delinquentem ex cauſa neceſſaria factam, nempe pro alimentis; vt poſt alios docet Conar. in 4.2.par.capit.6. §.8.n.9.

Vnde meritò merentur reprehendi Abb. & Felin.in locis ſup.in princip.citatis, quatenus voluerunt reum incidentem in pœnam confiſcationis bonorum ipſo iure, cũ bona conſcientia nõ poſſe illa ampliùs retinere, etiam ante declarationem; ſed ſtatim teneri ea fiſco tradere. quia eſt contra cõmunem ſuprà relatã.& in hoc prædictos reprehendi ab omnibus teſtatur Silu.verbo Aſſaſsinus. ad fin.

3 Nec obſtat inconueniens quod ex hoc inſurgere putauit Fel.in dict. cap. 1. nu.46. de Conſtit. Dicit enim ſi expectanda eſſet declaratio, paruã eſſe differentiam an pœna imponatur ipſo iure; an per ſententiam: cùm tamen ſit inter eas magnum diſcrimẽ; vt per Bald.in Authen. Inceſtas nuptias. in fine.C.de Inceſt.nupt.& in l.Non ſolùm. in fin.ff.de Reſtit.in integr.

Nam reſpondeo id libenti animo concedendo quoad Deum, & Forum conſcientiæ. In eo enim Foro, parum, immo nihil intereſt ſit ne quis priuatus bonis ipſo iure; an veniat priuandus per ſententiam. Nam vtroque in caſu debet expectari ſententia declaratoria, vel priuatoria, vt teneatur quis in conſcientia bona ſua reddere fiſco. At in Foro contentioſo procedit dicta differentia; & eſt intelligenda: in quo quidem, magnos, & vtiles effectus ſortitur, & operatur. Nam primò, quando quis priuatur ipſo iure dominio rerum ſuarum, ſtatim à die commiſsi criminis acquirit fiſcus ius quoddã, ſeu dominium erga ipſas; ratione cuius, poteſt fiſcus, etiã poſt mortem delinquẽtis, inſtare ſuper declaratione criminis cõmiſsi. Quo probato, & facta declaratione ipſius, applicantur fiſco omnia eius bona, vnà cũ fructibus extantibus, & conſumptis, à die commiſsi criminis perceptis. Item ſi aliqua bona, & poſſeſsiones fuerint,

Digitized by Google

medio tempore alienata,reſcinduntur contractus,& recuperat bona. Tertiò, licèt lis non fuerit in vita delinquentis per fiſcum conteſtata: nihilominus côueniuntur ipſius hæredes pro bonis ſic confiſcatis; vt docêt Doctores ſuprà citati per Henriq. de Excô municat.c.56.§.2.in gloſſa temporalium,& per Fel. in d.c.1.de Conſtit. nu.43. in fin.& probat l.Commiſſa.ff.de Publi. & vectiga. vbi pœna ipſo facto commiſſa exigitur ab hærede. Præterea non poteſt delinquens aliqua bona alienare ſine peccato mortali, niſi moneat, & certiorem faciat, emptorê ignorâtem de pœna ipſo iure per eum cômiſſa, ſecûdùm Sil.verb.Pœna.q.25.Naua. ſup.& Coua.d.c.6.§.8.n.9.Quòd ſi manifeſtet, vix inueniet emptorê.Quæ omnia ceſſant,cùm non eſt impoſita pœna ipſo iure, ſed eſt per ſententiam adhuc imponenda. Quia per mortem crimina finiûtur; nec hæres tenetur ex delicto defuncti,vt in rubro, & nigro.C.Ne ex delict.defunct. per tot.& docêt Fel.& Henriq.ſup.Item valet alienatio per delinquentem ante ſententiam facta titulo oneroſo; neque reuocantur alienata,niſi appareat contrahentem fuiſſe participê fraudis.Et hâc dicit cômunê omniû opinionem Iul. Clar.q.78.n.18.Item ſecundùm aliquos nô tenetur reſtituere fructus, niſi à die propoſitę contra reum accuſationis, vel formatæ inquiſitionis. ſecùs in primo caſu.Vide de hoc infra nu.4. verſ. Vnû tamen.Item in ſecundo caſu ad reſtitutionê fructuum requiritur ſententia côdemnatoria de illis;nô tamê in primo caſu; vt ibidê, in fine.Item in ſecundo caſu poteſt quis ante ſententiam renûciare Beneficio; vt iufrà in ſecûda illatione;nô tamê in caſu primo.

Eſt itaque indubitâter, & intrepidè tenêdum, per nullam legem irrogantem pœnâ confiſcationis bonorum ipſo facto,ratione alicuius patrati criminis, teneri quê bonis ſe expoliare,& ea deferre fiſco ante declarationem criminis; ſed interim eſſe dominum ſuorum bonorû in Foro conſcientiæ, & poſſe eis licitè frui, & etiam alienare, ſi crimen ſit occultû,& improbabile; & licèt probari poſſet,nô ideò eſſe prohibitum alienare,cùm ſit dominus; teneri tamen certiorem facere emptorê ſecretò de caſu cômiſſo.aliàs peccaret mortaliter decipiendo illum cum graui damno eius. Quia ab ipſo poterunt bona poſteà alienata,poſt declarationem reivendicari, nullo ſoluto pretio, niſi pretiû datû ab emptore, vel aliquid loco pretii inueniatur in bonis hæretici. vt docêt Silu.verb. Hæreſis.1.q.8.circa medium, & Couar.in 4.2.par.d.cap.6.§.8.num. 9. ad fin.Et dicit cômunem Burſa. conſi. 14. nu. 18.& conſi.77. nu.16.& 25. Quinimmò, non ſolùm non tenetur delinquens ſe bonis expoliare, & ea fiſco deferre ante declarationem;ſed nec poſt, donec executio contra eum fiat. Tum quia executio ſententiæ, & inflictio pœnæ ſpectat ad Iudicem,& non ad reum,ſecundùm D. Thom. vbi ſup.& Caiet.ibid.& Henriq.dict. §.2 & docet Couar.loco ſup.cit.nu.10. verſic. Secundò infertur.Tùm quia pœna dicit pati, & non agere. & ideò ſatis eſt reo eam pœnam,& ſpoliationê pati,cùm à Iudice exequetur. Pro quibus eſt text. in capit. Sine. 33.quæſt.2.& gloſſ.verb. Separari. in capit. Porro.& alia in cap.fin.de Adulte.

Quod verum intellige quoàd Forum exterius. Nam poſt latam ſententiam declaratoriam,non tenetur reus condemnatus ſtatim deferre bona fiſco, ſed poteſt expectare executionem Iudicis. Et multò fortiùs expectanda eſt in pœna corporis afflictiua, quæ numquam imponi poteſt à Iudice, vt reus illam in ſe exerceat; niſi eſſet talis quę aliàs ratione religionis, & pœnitentiæ ſoleat per nos aſſumi; vt eſt flagellatio, ſeu verberatio,quæ vtiq; poteſt imponi à Prælato,vt ſubditus eam ſumat, & ſe flagellet; vt docet Sot.lib.1.de Iuſt.q 6.art.6.in 5.côclu.& ita practicatur in aliquibus Religionibus.

In Foro verò conſcientiæ, tenetur reus condemnatus ad pœnâ,verbi gratia, exilii, peregrinationis, carceris, & etiam pecuniarum; nullam expectare Iudicis executionem ,ſeu coactionem;ſed tenetur ſponte obedire, & parere ſententiæ; cùm præceptum Iudicis iuſtum obliget in conſcientia; iuxta illud Apoſtol.ad Roman. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.*& ad Hebre. 13. *Obedite Præpoſitis veſtris.*& docêt D. Thom.& Soto locis ſuprà citatis.& Iacob. de Graff. in ſuis deciſionib.lib.2.cap.11.num.40. Felin.cap.

1.de

1.de Conſtit.& Bal. in l. Id quod pauperibus.C.de Epiſcop.& Cleric.& diximus ſub verbo Peccatum.Diſ.19.num.2. Idem cum ſuprà dictis tenet Nauar.capit.23. num.66. Quod intellige verum cùm in ſententia iubentur prædicta fieri à reo; nempe vt ſoluat, vel reſtituat, &c. aliàs ſecùs, vt ſuprà diximus; & in hoc ſenſu loquitur Nauar. d. n.66. ibi, Qui iuſſus à Iudice ſoluere, &c. & allegat D.Tho. vbi ſuprà.cũ cõmuni. Et ita concordari poſſunt præfati Doctores cum Couar. loco ſuperiùs allegato.In pœnis autem exilii, peregrinationis, & ſimilibus, quarum natura dictat vt idem condemnatus ad eas, exequatur:non credo expectandam eſſe coactionem Iudicis. Idem docet Couar. vbi ſuprà.verſic. Tertiò.in fi. optimè Nauar. Cõmẽt.4.de Regu.num. 64.verſ.2.3.& 4.

4 Et prædicta concluſio eſt adeò vera, vt etiam ſi lex pœnalis adderet ad incurrendam pœnam, nullam requiri declarationem,nec ſententiam(vt eſt in Extrauagãt. Ambitioſè.de Reb.Eccle. & in Motu proprio contra admittentes mulieres ad Monaſteria, de quo infra in prima illatione) nihilominus adhuc eſſet Iudicis executio neceſſaria, & interim licitè retineret bona; & ipſis frueretur, nec ipſe, nec eius hæredes tenerentur ea reſtituere, antequàm ab eis exigerentur poſt declarationem. Ita docet pulchrè Couar. in dicto §.8. num. 10. in 3. illatione,& verſic.Prima ratio. & Nauar.& Henrriq. ſuprà, & Graffis. dicto capite 11.numer.41. & Vazquez diſput. 68. cap.4. quamuis contrarium teneat Silueſt. verbo Aſſaſsinus.in fin. Cuius opinio procedere poteſt in Foro exteriori, ſecundùm Couar.vbi ſuprà.non tamen in interiori.

Et licèt aliqui dixerint dicta ſuprà, verſ. Eſt itaque.locum non habere quando delictum eſſet notorium, vt poſt Abb. in cap. Cùm non ab homine.col.penult. de Iud.& in Clement. Præſenti ad fin. de Cenſib. & Domin.in cap. Cum ſecundùm. de Hæret. lib.6.poſt princip. tenuit Fel.in d.cap.1.de Conſtit.nu.45.ad fin.& in d.c.Cùm nõ ab homine.n.9.& Berna.Diez in Pract.c.139. & alii citati à Gabriel.d.tit.de Crimina.cõcluſ.12.à n.2.tamen illud dictum communiter non tenetur,vt dicit Silu. verb.Pœna. q.25.nu.1.& Iul.Clar.q.80.in fin.ad dens ab hac concluſione non eſſe recedẽdum in iudicãdo. Quam etiam tenet Fel. ſibi contrarius in c.Euidentia. & in c.Inquiſitionis.de Accuſa.

Nec ſupradictæ reſolutioni obſtat text.in c.Quicumque.§ fin.de Hæreti.lib.6.de quo magnum feſtum facit Paulus Comit.ſup.ad tenendum contra eam,vbi tex.dicit irritam eſſe emancipationem filii à patre hæretico factam,poſt crimen hæreſis commiſſum,& ante delarationem, & manifeſtationẽ dicti criminis,Quoniam (inquit) iam filii erant ſui iuris,& extra poteſtatem patris. Ex quo infert prædictus Doctor ante ſententiam Iudicis,patrem hereticum amiſiſſe ius,& dominiũ in liberos. Quanto igitur magis dominium ceterarum rerum, vt agrorum, domorum, amittere debet? Quandoquidem horum bonorũ dominium, eſt ciuile: at dominium, & ius in liberos, eſt naturale. Sed ſalua pace d.Doctotis,textus ille nihil facit contra ſup.reſoluta,immò eadẽ confirmat. Nam inquit tex.dictam emãcipationẽ nullius eſſe momenti poſtquã apparuerit fuiſſe factam poſt crimen hæreſis cõmiſſum. Vbi nota non dicere fuiſſe nullam ante declarationẽ,ſed poſt. Sed adhuc videtur obſtare ille tex.Nã dicit filios fuiſſe ſui iuris à die cõmiſſi criminis. Adde,& etiã poſt crimen læſe Maieſtatis humanæ,attentatũ tãtum l.Quiſquis.§.Emãcipationes.C.ad leg. Iul. Maieſ. Si ergo pater amittit ius, & dominiũ in liberos: multò magis amittit idẽ dominium ceterarũ rerum. Reſpondeo etiã circa bona ſimile ſtatuere iura,nempe amittere dominiũ bonorum ſuorum perpetrantem crimen leſæ Maieſtatis, à die cõmiſsi criminis;ideòq; irritare venditiones ab illo factas poſt cõmiſſum crimen.& tamen hoc nõ obſtãte,à nobis ſup.probatũ eſt manere dominium ipſorũ,ſaltem in Foro interiori, dum non datur ſententia declaratoria. Quæ confirmãtur ex traditis ſup.eod.verb.Diſ.5. vbi habes facta declaratione, per fictionẽ amitti in hoc caſu dominiũ à die perpetrati delicti; quia retrotrahitur per iuris fictionem,ſentẽtia,& eius effectus,ad d.diẽ, quaſi tunc eſſet lata. Nõ quòd in rei veritate illud amiſerit ante declarationem. Vnde meritò ſecùs eſt in Foro cõſcĩẽtiæ;vt ibidẽ,

Digitized by Google

Nec item obſtat ratio, quam putat idem Doctor firmiſsimam, deſumpta ex c. Cùm ſecundùm leges.de Hæreti.lib.6. Ait enim in d.Decretali vult Summus Pontif.vt non ſint minores pœnæ contra hæreticos, qui ſunt Diuinæ Maieſtatis rei; quàm ſunt pœnæ contra reos humanę Maieſtatis: ſed qui humanam Maieſtatem lædunt, dominium bonorum ſuorum,& ius alienandi ante Iudicis ſententiam amittunt (quod probat per l.Quisquis.§. Dotes.& l. fin. C. Ad leg. Iul. Maieſt.) ergo idem aſſerendum eſt de hæreticis. Sed reſpondeo reſolutionem ſuprà factam eſſe generalem circa omnia crimina,tam lęſę Maieſtatis Diuinę, quàm humanę, & quęuis alia, quę ipſo iure inferũt priuationem bonorum: & in omnibus dicimus delinquentes, & reos dictorum criminum,amittere dominium rerum ſuarum in Foro exteriori (prout ſtatim declarabitur) & nõ in interiori. Nam primò quamuis leges illæ ſint iuſtæ; ſunt tamen pœnales, & ideò non obligant in conſcientia ipſos delinquentes ad tradendum fiſco bona quæ poſsident; donec feratur ſententia declaratoria contra eos,& eam Iudex,& fiſcus exequantur. Secundò, licèt quoàd Forum exterius amiſerint dominium ipſo iure dictorũ bonorum: eſt tamen hæc ſententia iuris;& eius effectus eſt in ſuſpenſo,donec reus declaretur in crimẽ incidiſſe;& ſic interim remanet dominus. quemadmodũ videmus idem in ſententia Iudicis priuante aliquem re ſua,v.g. agro,vel domo.Nam ſi appelletur ab ea; pendente appellatione, condẽnatus remanet interim dominus illius rei,donec ſententia cõfirmetur expreſsè per Superiorẽ;vel tacitè per appellationis deſertionem.Vnde cùm remaneat dominus,poteſt eam alienare in ſciẽtem.& eſt valida interim alienatio, quia facta à vero domino; ſed reuocabiliter. Quia probato crimine,& lata ſententia declaratoria cõtra delinquentem, reſcindetur alienatio. Et ita intelligenda eſt lex illa,Quisquis.in §. Dotes. & l. fin. ſuprà allegata, cum ſimilibus.

Eſt tamen prædicta concluſio intelligẽda de pœnis priuatoriis bonorum; quorum,tempore commiſsi criminis, quis iam erat dominus. Tunc enim procedunt ſupradicta; nempe non teneri reum deferre ea bona fiſco, antequàm ab eo exigantur.
3 ſecùs tamen dicendum eſt, quando lex non tam eſt pœnalis, quàm prohibitoria, ſeu priuatiua ſub modo, vel conditione; vt ſi imponatur ante rem acquiſitam impediens, vel priuans dominio eius, ſi hoc vel illud non ſeruetur: vt cùm relinquitur hæreditas, vel legatum viduæ, ſi ſeruet bonum nomem, & honorem mariti, viuendo caſtè. Similis eſt illa quæ lata eſt anno preterito 1614. contra recipientes munera pro negotiando cum Rege noſtro Catholico,vt Beneficia,Epiſcopatus,Dignitates, Commendæ ad eiux prouiſionem pertinentes, prouideantur dantibus munera.Declarat enim eſſe ipſo facto ſine alia declaratione,etiam in Foro conſcientię,inhabiles, & incapaces,tam dantes circa Beneficia ſic obtenta, quàm recipientes circa dicta munera; obligans vtroſque ad reſtitutionem,tamquam nullum habentes titulum, nec dominium in eis. quia tunc ante ſententiam declaratoriam tenetur quis ea bona reſtituere; & à ſe abdicare, iuxta diſtinctionem Rodrig. verbo Simonia.capit.56. concluſione 6.§.9.& tenet Soto libro 9.de Iuſtitia & iur.quæſtione 8.artic.1.fol.303. poſt principium. Et ſecundùm hoc dicit Henriquez de Excommunicat. capit. 13. in principio, Impetrantem Beneficium per ſimoniam completam, etiam ſi crimen ſit occultum, teneri renunciare illi, vnà cum fructibus ante ſententiam, immò ſtatim. Quia Ius Canonicum priuans ſimoniacum, ipſo iure, titulo Beneficii, impedit titulum ante eius acquiſitionem. Et ſic non tam eſt lex pœnalis, quàm prohibitoria. Vnde ſic impetrans, non recipit titulum; nec poteſt Beneficium illud permutare, nec reſignare in fauorem alicuius; ſed debet ſtatim illud dimittere, vt docet D. Tho. 2. 2. quæſt. 100. art. 5. & art.6. ad tertium.Silu. verb. Simonia.§.13. Faciũt ad hæc quæ diximus verb. Sententia.Differentia 3. num. 3. illatione 2. Sequitur Nauar. conſil. 61. num.7. de Simo. Hinc dicit idem Naua.cap. 25.num.118. Parochũ non promotum ad præsbyterium intra annum, iuxta cap. Licet canon. de Elect.in 6. teneri in conſcientia illam dimittere. Sequitur Suar. lib.5.de Legi. cap.8.n.10.in fi.

Et

Digitized by Google

Et prędicta confirmantur per text. in cap. Fundamenta. verſ. Quòd ſi ſecùs. de Elect. lib.6. iuncto Felin. in cap. Ceterum. col. pen. de Reſcri. Rota deciſ. 8. de Iurepa. Bal. in l. Quoties. C. de Rei vind. Rip. in c. Sæpe. num. 101. de Reſt. ſpo.

Nota tamen, quòd ſi ſubſit cauſa (vt quia ad titulum illius, Ordines recepit, nec poteſt dimittere, niſi cum ſcandalo detegat occultam culpam, aut ob ſimiles cauſas) interim retinere poteſt, & tamquam depoſitarius conſeruare fructus, dùm facit diligentias debitas, quærens diſpenſationem, ſeu compoſitionem, & reualidationem tituli. Et, ſi ſit pauper, poterit ex dictis fructibus interim ſtrictè alimenta percipere. Ita ſingulariter Henriq. de Excommunicat. cap. 14. §. 2. in tex. & gloſſa Q. Quod tene mente perpetuò, quia eſt de pane lucrando, & valet ad ſedandas multorum cõſcientias. Ex quibus etiam collige, ac nota, quantum ſit diſcrimen inter legem priuantem quempiam ſuis bonis, ſeu Beneficio iam habito; & inter legem prohibentem à principio, ac inhabilem, ſeu incapacẽ reddentem aliquem; ne de nouo acquirat, vel acquirere poſsit; vel concedentem dominium rei, ſub modo, vel conditione. Nam incurrens in crimen primo in caſu, tuta cõſcientia retinet bona, & Beneficia, antequã contra eum executio fiat; etiam ſi lex inducat priuationem ipſo facto, & docet Card. conſ. 132. incipit: Duo ſunt videnda. verſ. Ex his infertur. Secundo verò in caſu, ſtatim commiſſo crimine, vel nõ ſeruato modo, ſeu conditione, tenetur quis dimittere bona, ſeu Beneficia de nouo acquiſita, & ſic ipſemet debet eſſe executor legis, & ſui ipſius. Nec mirũ: quia duriùs eiicitur, quàm nõ admittitur hoſpes. Faciũt pro prædictis, quæ diximus ſup. verb. Hæreditas. in Diff. 11. verſic. Nec obſtat. quòd ſint pœnales; vbi eamdem doctrinam tradidimus. Vide etiã quæ diximus ſuprà verb. Nullitas in Differen. 12.

6 Ex his infertur primò, Priorem incidentẽ in aliquẽ caſum abſolutionis, ſeu priuationis ipſo facto Prioratus, etiam ſi palã cõſtet de crimine, non incurrere dictã pœnã, donec per Superiorẽ declaretur: & conſequenter tuta conſcientia manere in eo, nec licere ſubditis illũ expellere ab adminiſtratione. argum. cap. Porrò. de Diuort. & docet in terminis Innocent. in cap. Qualiter. in 2. numero 10. in fin. de Accuſatio. & fuit ita declaratum per Fratres de Obſeruantia, teſte Rodrig. in Motu propr. circa prohibit. ingreſſus mulierum in Monaſt. qui eſt in fine Explicat. Bullæ Cruciat. nu. 31. concluſ. 5. pag. 521. limitante ſupradicta; niſi apponeretur, Etiam ſine alia declaratione. Ad quod allegat Couar. Caiet. & Cordub. Sed fallitur quantùm ad Couar. cùm contrarium teneat; vt habes ſuprà in verſ. Et prædicta concluſio. Et eſt ita tenendum, quoàd Forum conſcientiæ. licèt quoàd Forum exterius ſecùs eſſet, quando delictum eſſet notorium. quicquid præallegati contradicant.

Cùm verò crimen eſt occultum: tũc proculdubio, ne ſe prodat, & diffametur, poteſt remanere in officio, ſecundùm Nauar. Soto, Cordub. & Caſtro, quos refert, & ſequitur Rodrig. ſuprà, num. 32. in concluſ. 6. Et quod addit, nimirum teneri quærere diſpenſationem cùm primum poterit, ſecundùm eoſdem Doctores; puto ſic intelligendum, nimirum vt ſit ſecurus quoàd Forum exterius: non tamen quoàd Forum interius teneri eam quærere, cùm ſecurus ſit, niſi quando quis eſt intruſus. De quo in verb. Simonia. Different. 2. Adde eumdem Innocent. in cap. Cùm noſtris. de Conceſſion. præb. Bal. optimè in l. Cùm fratrem. col. 3. C. de His. quib. vt indig.

Secundò infertur Beneficiarium committentem crimen, quod irroget priuationem Beneficii ipſo facto; tuta conſcientia percipere fructus illius; dùm non priuatur Beneficio. vt latè docet Pet. Surd. deciſ. 247. per totam.

Et ſecundum ſup. reſoluta intelligendus eſt Bernar. Diaz poſt Bal. quem allegat in praxi. cap. 123. num. 10. ad fin. quatenus dicit taliter priuatum cõmittere furtum, ſi recipiat fructus Beneficii; & teneri eos reſtituere à die commiſsi criminis. Nam intelligendus eſt poſt eorum condemnationem, & tempore executionis, & non anteà. Et ſatis videtur de mente eiuſdem Doctoris per ea, quæ ibi dicit. Et ita intellige etiã Nauar. cap. 25. num. 118.

Digitized by Google

7 Iá verò quod dicit ibi prædictus Bernar. Diez, nullo modo ſilentio prætereundum cenſeo, videlicet Clericum committentem delictum propter quod poſsit priuari Beneficio, licèt habeat ius in re quouſque ſit priuatus: poſtquàm tamen eo priuatus eſt, teneri reſtituere fructus perceptos à die cõmiſsi delicti, vel quos percipere potuit; ſiue extent, ſiue ſint conſumpti, & ſiue effectus ſit locupletior, ſiue non; ſecundùm doctrinam Pauli de Caſtro. in l. 1. num. 3. C. de His quib. vt indignis. & in l. Prædonis loco. ff. de Petit. hæred. Hoc Dictum ſemper habui pro mirabili. quia ſecundùm ipſum, nulla eſt differentia inter committentem crimen quod irrogat ipſo iure priuationem tituli; vel inter eum qui veniat priuandus per ſententiam, quantum ad reſtitutionem fructuum (quod eſt contra gl. In Auth. de Ince.nup.§.1.Colla.2. verb. Imminere. in fin.) Et cum illo Dicto tranſit ſimpliciter Iul. Clar. dicens communiter approbari. quæſt.73. num.9. Idem dicit nouiſsimè Flamin. Pariſ. lib. 3. de Reſignat. Beneficiorum. quæſt.1. num. 58.& 82. Pro quibus facit (licèt ipſi non dicant, ſaltem ſpecificè) quòd licèt reus eo in caſu non ſit priuatus ipſo iure; ſed per ſentẽtiam veniat priuandus; & ſic habeat interim ius in Beneficio: quia tamen Fiſcus habet ius quæſitum à die commiſsi criminis contra eum, vt poſsit eum priuari facere: videtur eſſe in mala fide. Et ſic non mirùm, ſi poſteà tempore ſententiæ condemnetur ad reſtitutionem fructuum perceptorum, & percipiendorum, & tam extantium, quàm conſumptorum. Quæ certè ratio vrget valde; nec eam tangit Felin. in cap. De quarta. de Preſcriptio. licèt alias alleget. Ipſe tamẽ tenet contra, per ſeptẽ fundamenta, quibus reſpondet Burg. de Paz. in cap. Ad noſtrã. de Empt.& vendit. col. 11. tenens cum cõmuni, de qua ſuprà. pro qua eſt tex. à nemine citatus in l. Eum qui. de His. quib. vt indig. iunctis iis quæ diximus. verb. Hæreditas. Differentia 11. numer. 11. in fin. Quare quia prædicta ratio vim mihi infert, puto opinionem Pauli, & illum ſequentiũ, tamquam communiorem tenendam eſſe; cum moderamine tamen. de quo per Bernar. Diez ſupra. ſcilicèt non procedere cum Clerico qui perſeueranter inſeruierit Beneficio. Nam cum tali æquitas ſuadet vt à die tantum propoſitę accuſationis, vel formatæ inquiſitionis, condemnetur, & non à die commiſsi criminis. Non enim tenebatur dimittere Beneficium, nec prodere culpam ſuam. Et intelligo non eſſe condẽnandum quoàd fructus conſumptos. Nam quoàd extantes, etiam ſi ſeruierit, condẽnandum puto ad eorum reſtitutionem, etiã ſi ſint percepti ante formatam inquiſitionẽ. Tandem intelligo veram prædictam communem; dummodò in ſententia condemnetur ad fructus reſtituendos. Nam aliàs in conſcientia non tenebitur eos reſtituere, licèt cùm crimen inducit ipſo facto priuationem, nulla requiratur ſentẽtia condemnatoria; nec quoàd bona, ſeu Beneficia, nec quoàd fructus eorum; ſed ſufficiat declarare commiſiſſe tale crimen; vt ſupra diximus.

8 Tertiò infertur Beneficiarium criminoſum, dignum vt priuetur Beneficio, poſſe renunciare Beneficio, etiam in fauorem alicuius, & etiam lite pendente ſuper crimine. De hoc eſt gloſſa mirabilis. in cap. 2. verb. Finita. Vt lite pendent. lib. 6. quam ſequitur gloſſa regul. Cancellar. 27. col. 6. Rot. 5. ſub tit. de Re iud. in antiquioribus, & Rot. 49. in nouis Capel. Toloſ. & eius Addit. quæſt. 437. Felin. in cap. In noſtra. num. 38. de Reſcript. Calder. conſil. 17. eod. tit. Couar. in Clement. Si furioſus 2. par. §. 3. num. 7. Mandoſ. de Signat. grat. in rub. Si neutri. in fin. pag. 31. & in rub. Priuationes. ad fin. latè Pariſ. de Reſignat. Benefic. lib. 3. quęſt. 1. à num. 20. Henriq. tit. de Excom. cap. 56. §. 4. vbi in gloſſa 1. alios citat. Cuius gloſſæ ratio eſt. Primò, quia reus, antequàm priuetur, habet ius in re, vt ſuprà diximus, & probat tex. in cap. Fraternitatis. de Cler. excom. min. Melior tex. & expreſſus in cap. Per tuas. in 1. in fine. de Simon. Secundò, quia per litem ſuper crimine non efficitur Beneficium litigioſum. Innocent. in cap. cum M. nu. 9. de Conſtit. Mandoſ. in dicta rubr. Si neutri. ad fin. Meritò ergo poteſt ipſi renunciare, cum non anteà ſit priuatus. Secùs eſt dicẽdum cùm priuatio eſt ipſo iure. Quia tunc non poteſt Beneficio renũciare in fa-

uorem

uorem alicuius, ſecūdùm Fel. in dicto cap. In noſtra. de Reſcript. num. 38. Intellige hoc in Foro exteriori. Allegat dictam Rot. 5. incipi. Accuſatus coram Ordinario. ſub tit. de Re iud. in Antiquiorib. & ſic intellige Nauar. conſil. 2. de Hæret. ſuper hoc conſultum; vbi ſine reſolutione remiſit caſum ad dominos Inquiſitores, ante quos renunciaſ fuerat inquiſitus, & condemnatus, cum abiuratione.

SVMMARIVM.

1 *DONATIO facta metu pœnæ proſcriptionis, ſcilicet omnium bonorum, non valet in Foro iudiciali. Benè tamen in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA VIGESIMA PRIMA.

1 DONATIO facta ab eo, qui vult committere crimen aliquod, bonorum proſcriptione dignū, tamquam facta in fraudem Fiſci, in Foro iudiciali, nulla eſt. l. Si aliquis. ff. de Donat. cauſ. mort. vbi gl. verb. Suſpicione. hoc notat. l. Si quis poſt hac. C. de Bonis proſcripto. l. Poſt contractum ff. de Donatio. vbi Bart. communiter receptus idem tenet, & Inno. in cap. Quia propter. nu. 9. de Elect. Paul. de Caſt. dict. l. Si aliquis. Quod confirmatur ex traditis verb. Donatio. Differentia 6.

In Foro verò conſcientiæ valet, & tenet; vt docet Alphon. à Caſt. lib. 2. de Poteſt. leg. pœna. cap. 2. corol. 2. Nauar. conſ. 1. num. 4. de Donatio. inter vir. & vxor. & Paul. Comitol. lib. 3. Reſpon. moral. quęſt. 40. num. 2. & 4. Ratio eſt, quia ante crimē commiſſum nullum ius habebat Fiſcus in illis bonis. Immò nec poſt commiſſum, antequam ſententia feratur. vt conſtat ex l. Ex iudiciorum. ff. de Accuſa. & tunc ſolùm habet ius in bonis rei, quæ habebat tempore criminis commiſsi. Vnde cum tempore donationis, donās eſſet dominus bonorum donatorum, potuit ea iure optimo alienare. Et ſic donatarius erit tutus in conſcientia. Quamuis ſi Fiſcus probare poſsit dictam alienationē factam fuiſſe metu pœnæ, ſeu proſcriptionis, eam reuocaret. Faciunt pro ſuprà dictis quæ tradit gl. verb. Finita. in cap. 2. Vt litè pend. lib. 6. vbi dicit poſſe Beneficiarium accuſatum de crimine dignum priuatione, renunciare Beneficio ante condemnationem. ſequitur Felin. in cap. In noſtra. corollar. 37. de Reſcrip. & in cap. Inquiſitionis. de Accuſa. Calderi. conſ. 12. de Reſcrip. Nauar. d. conſ. 1. nu. 2. de Donat. inter vir. Capella Toloſa. 437. Rota 5. ſub tit. de Re iud. in Antiquio. & Rota. 49. in Nouis. Pariſ. de Reſigna. Benef. lib. 3. quæſt. 1. à num. 20. vide gl. ſimil. in cap. Per tuas. 1. de Simo. in gl. fin. & Henriq. de Excommun. cap. 56. §. 4. in gl. 1. Et confirmatur ex not. per Iul. Clar. §. Feudum. quæſt. 32. num. 5. vbi dicit feudatarium dignum qui priuetur Beneficio, ſiue Feudo, poſſe illud alii ſubinfeudare. Sed hi omnes loquuntur, vbi crimen non inducit priuationem ipſo iure. Secùs ſi ipſo iure. vt tradit idē Henriq. ſup. §. 2. in gl. vlti. & colligitur ex traditis ſuprà Different. præcedenti.

POENITENTIA.

SVMMARIVM.

1 *POENITENTIA publica pro peccato publico, & ſcandalum inferente, in Foro exteriori, imponenda eſt.*

2 *Secùs in Foro pœnitentiali.*

3 *Sed contrariū reſoluitur; relinquendo id arbitrio, & prudentiæ Confeſſarii.*

DIF-

DIFFERENTIA PRIMA.

1 PVBLICA pœnitentia pro peccato publico, & ſcandaloſo, in Foro exteriori omnino imponenda eſt; vt auctoritate Apoſtoli docet Concil. Trid. Seſsione 24.cap.8. & probat tex. in cap.fin. 26.queſt.6. & cap.1. de Sponſa. & cap.1. de Cleri. coniuga. vbi Abb. nu. 3. in fin. id notat. Ad idem eſt bonus text. in cap. 1. de Pœnit. & remiſ.

2 At in Foro pœnitentiali, nō publica, ſed ſecreta imponenda eſt, ne Confeſſarius indirectè palam faciat pœnitentem ſibi confeſſum fuiſſe aliquod peccatum publicum, & ſcandaloſum. Ita docet Nauar. cap. 8. num. 10. & latiùs in cap. Sacerdos. à num. 87. vſque ad num. 100. de Pœnit. diſt.6. quem ſequitur Rodrig.in ſumma.verb.Cōfeſsion. cap.56. concluſ. 1.

Sed contra Nauar. eſt Catheciſmus ad Paroch. de Sacramento pœnitentię, in fin. pag. mihi. 340. vbi dicit quòd ob publicā offenſionem, publica pœnitentia nonnunquam pręſcribenda eſt, etiam reluctante, & inuito pœnitente. Pręterea cōtra ipſum facit doctrina ab omnibus cōmuniter recepta; videlicet, quòd non obſtante ſcientia peccati per confeſsionem habita; poteſt Sacerdos loqui de eodem peccato extra cōfeſsionem, ſi illud aliàs ſciuerit. Tertiò facit,quòd ipſe pœnitens ad ædificationem eorum quos ſcandalizauit, poteſt iuſtè ac ſanctè publicè pœnitere; vt tenent communiter DD.& tradit idem Naua.dict. cap. Sacerdos. num. 99. & poteſt etiam eidem volenti imponi pœnitentia publica pro peccato occulto: vt docet Concil. Colonienſe de Sacramento confeſsio. in §. Verùm. addens, ita Romæ ſeruari, ac practicari.Nec ob id timendum, atque curandum eſt, quòd alii fortè putabunt illam pœnitentiam à Confeſſario illi iniunctam eſſe, & conſequenter palam feciſſe peccatum confeſſum. Quāto igitur minùs curandum eſt, ſi idem putent quando pœnitens fuit publicus peccator? Tùm, quia neſcire poſſunt an volens, an inuitus ex Confeſſario illam faciat. Tùm, quia potiùs tunc pręſumendum eſt vltrò, & ex ſe ipſo illam facere, ad ædificationem eorum quos ſcandalizauit. Et licèt ſuſpicentur aliquod enorme peccatum commiſiſſe; non ob id Sacerdos reuelat confeſsionem; vt docet D. Tho. in 4 diſt.14. quæſt. 1. art. 5. Nam ipſemet pœnitens peccando publicè ſuum peccatum manifeſtum fecit: non autem Sacerdos. Item ex pœna non ſcitur certò culpa; quia aliquando aliquis pœnitentiam pro alio facit: ſicut legitur in Vitis Patrū de quodam qui vt ſocium ſuū ad pœnitentiam prouocaret, ipſe cum eo pœnitentiam egit. Nec rationi congruum eſt, vt ob dictam ſuſpicionem incertam, & inanem deſinat Confeſſarius dare medicinam,& remedium pœnitenti neceſſarium, vel vtilè, cùm viderit ita expedire tam ipſi, quàm populo, vel iis, quos ſcandalizauit. Et ita hanc partem poſt D. Tho. vbi ſup. tenet D.Antoni. 3.par.tit.14. cap. 17. §. 6. Paluda. & alii quos citat Nauar. dict. cap. Sacerdos. num. 88. & ante eos gl. In cap. Quæſitum. verb.Niſi in publicum. de Pœnit. & remiſ. & in cap. Presbyter, 28. diſt. Pro quibus eſt optimus tex. à nullo prædictorum citatus, in cap. Iudicet. de Pœnit. diſt. 1. Si peccatum (inquit) cum ſcandalo aliorum commiſſum eſt;& expedire vtilitati Eccleſiæ videatur Antiſtiti; (Ideſt Confeſſario, quia de eo ille tex. loquitur) vt in notitia multorum, vel coram totius populi multitudine agat pœnitentiam:non recuſet, nec reſiſtat pœnitens, ne letali, & mortiferæ plagę, per pudorem addat tumorē. Ex quibus verbis, & ex Catheciſmo ſup. collige duo; ſcilicet eſſe in poteſtate, & arbitrio Confeſſarii imponere pœnitentiam publicam peccatori publico, ſi expedire vtilitati Eccleſiæ ei videatur: puta ad ædificationem eorum qui ſcandalum paſsi ſunt. Alterum,teneri pœnitentem ſub peccato mortali eam acceptare.

3 Quare veriùs credo id relinquendum eſſe arbitrio, & prudentiæ Confeſſarii: quia tam publicum poteſt eſſe peccatum pœnitentis, atque ſcandaloſum; vt nullo modo curandum ſit de præfata indirecta manifeſtatione: ſed compellendum omnino pœnitentem ad publicè pœnitendum; ſecundùm pręcitatum Catheciſmum,cuius authori-

Digitized by Google

authoritas magna eſt in Eccleſia Dei, & ideò meritò ei potiùs adhęrendum.

Illud autem eſt ſine dubio, quòd poteſt imponi publica pœnitentia à Confeſſario; ita vt quiuis ſibi perſuadeat, pœnitentem à ſe illam facere, ad ædificationem eorum quos ſcandalizauerit;vt pulchre docet Cõcil.Colonien. de Sacramento Confeſ. pag. 226. §. Reſtat. & pag. 228. in fin. & Naua. dict. capit. 8. num. 10.

SVMMARIVM.

1 *POENAM à Iudice in ſententia impoſitam tenetur reus, velit, nolit, acceptare.*

2 *Pœnitens non compellitur acceptare pœnitentiam à Confeſſario iniunctam.*

3 *Sed contrarium eſt verius, & tenendum; maximè in pœnitentiis medicinalibus, & præſeruatiuis.*

4 *Confeſſarius aliquando poteſt diſsimulare, & imponere aliam pœnitentiam, ſi impoſitam pœnitens ſuſtinere renuat.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 POENITENTIAM, ſeu pœnam per Iudicem Fori exterioris impoſitam, cogitur acceptare reus, velit, nolit, & ſub reatu p. m. ſecundùm D. Tho. receptum 2. 2. quæſt. 62. art. 3. Quia tale iudicium redditur in inuitum; vt palàm eſt, & probat tex. in cap. Statuimus. de Maledi. quem ad hoc notat Nauar. in cap. 1. §. Ponat. ſe. num. 13. de Pœnit.diſt. 5. vbi nu.10. idem tradit.

2 At in Foro interiori, ſeu pœnitentiali, non cogitur pœnitens acceptare pœnitentiam ſatisfactoriam,ſeu punitiuam per Cõfeſſarium ſibi impoſitam, ſecũdùm Panor. in cap. Significauit.num.2. de Pœnit.& remiſsion. Hoſt.in Summa eodem tit.in §.Et an ſit. & plures alios relatos,& ſecutos per Nauar. capit. 21. numero 43. & capit. 26. num. vigeſimo.vbi reddit huius dicti rationem; quia ſcilicet pœnitens tenetur hic, vel in purgatorio ſatisfacere. & ſic ſufficit pœnitenti habere propoſitum ſatisfaciendi Deo hic, vel in purgatorio; quia quando in pœnis datur optio per verbum ad ipſum reum relatum, ſatisfacit ſubeundo illam quam elegerit. gl. In l. Quicumque. C. de Seruis fugit. Bar. in l. 1. §. 1. ff. de Effractoribus. In diuerſis enim pœnis reus debet eligere;quia electio eſt debitoris.Idem tenet Beia 2. par. caſu. 1. ex propoſitis. 18. Decemb. pag.487. & Medina. C. de Confeſsione.quęſt.45. Naua.latè.dict.§. Ponat ſe. à num. 1. & num. 13. dicit de conſuetudine generali ita ſeruari.Idem tenet,in cap. Sacerdos. num. 97. de Pœnit.diſt.6.

3 Quæ opinio numquam mihi placuit. Sacerdos namque in dicto Sacramento pœnitentiæ,fungitur officio Iudicis, iuxta Cõcil. Trid. Seſsione 14. cap. 6. de Sacram. Pœnitentiæ. cui obedire neceſſe eſt iuſta præcipienti. cap.2. de Maiorit. & obedien. maximè in pœnitentiis medicinalibus, ac præſeruatiuis, in quibus ſi pœnitens renuat ſe ſubmittere, nec eas acceptare velit: nullo modo abſoluendus eſt tamquam impœnitens, carenſque vero propoſito iterũ non offendendi Deum; niſi paratus ſit aliã medicinalem acceptare,& recuſet iniunctã aliqua rationabili cauſa. Et ita contra prædictos Doctores tenet Cathecif. ad Parochos de Sacram. pœnit. pag. 340. cuius authoritas preferẽda eſt abſq; dubio prędictis authoribus,& facit pro eo. cap.8.Concil. Seſsione. 14. ibi, *Sed & ad ligandum conceſſas.* & ita tenẽdum; quamuis aliquãdo in facti contingentia diſsimulauerim

4 iniungendo aliam pœnitentiam renuenti, attento rem hanc verſari in opinione; & teneri Confeſſarium in caſu renuentię ſequi opinionem pœnitentis, vt diximus verb. Opinio. Differentia 2. Item pœnitens erat timoratus, ſæuus,ac rigidus in ſe, magnam agens pœnitentiam. aliàs forſan ipſum ad alium Confeſſarium miſiſſem. Quod iuſtè facere poſſe Confeſſarium in hoc caſu docet Nauar. dict. §. Ponat ſe. num. 6. Non enim poſſum patienter ferre vt pœnitens liberè renuat, ac dicat ſe nolle acceptare pœnitentiam; niſi quando cum humilitate ſe excuſat, datque pariter rationem,& cauſam

ſam renuentiæ. Et pro hac opinionem facit multum tex. in cap. Conſideret. §. In his omnibus. de Pœnit. diſtin 5. ibi. *Ponat ſe omnino in poteſtate Iudicis in iudicio Sacerdotis.* quamuis Nauar. ibidem. num. 9. dicat loqui de Conſilio. Idem docuit ibid. Magiſter meus Vera. Adde ad idem Medinam. C. de Confeſsione. queſt. 45.

SVMMARIVM.

1 *PECCATA iterata, in Foro animæ, toties pœnitentiam iteratam merentur.*

2 *Numerus peccatorum in Sacramento pœnitentiæ neceſſario eſt exprimendus, ſi poſsit. aliàs erit declarandus ſtatus pœnitentis.*

3 *Rem alienam ſæpe contrectans; in Foro exteriori non committit diuerſa furta.*

4 *Fornicationes plures vna vice multiplicãs; pro vna tantum fornicatione punitur: tametſi ex interuallo fiant.*

5 *Vnicus actus diuerſa maleficia producens, quando habeatur pro vnico maleficio, vel pro pluribus. vide remiſsiuè.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 PECCATA quoties iterantur, toties in Foro animæ puniuntur. Ita notat gloſſa in cap. Imitare. 6. quæſt. 1. dicens; toties nouam imponendam eſſe pœnitentiam à Confeſſario, quoties quis fornicatus eſt cũ eadẽm muliere; quàm gl. ad hoc dicit ſing. Nauar. cap. 1. in prin. in gl. Perſeuerauerit. de Pœnit. diſt. 5. pro qua facit cap. Ad Apoſtolicę. verſ. Deierauit enim. de Re iud. lib. 6. vbi toties quis committit periurium, quoties venit contra iuramentum. Quem tex. ad hoc notat Abb. & Fel. not. 4. in cap. Sicut. de Teſtib. idem Abb. in cap. Cùm in Eccleſiis. in fin. de Maior. & obedient. facit ad idem cap. Quoties. 22. quæſt. 5.

2 Hinc eſt numerum peccatorum neceſſariò nos debere confiteri, ſi fieri poſsit, vt probat tex. in cap. Conſideret. de Pœnit. diſtin. 5. vbi Nauar. id notat. Aliàs enim ſi non poſsit, vt in meretrice expoſita in lupanari, & in fure, vſurario, periuro, & ſimilibus, qui habent conſuetudinem peccandi, ſufficit vt Confeſſarius intelligat ſtatum pœnitentis, vt notat Nauar. ſuprà, nu. 41. Caiet. in opuſculo de Confeſsione. q. 3. Sot. in 4. diſtin. 18. queſt. 2. art. 4. & cõmuniter Doctores.

3 At in Foro exteriori, ſecùs eſt. Nam qui ſæpiùs rem alienam contrectat, non committit diuerſa furta. l. Ei qui. ff. de Furt. Boëri. Deciſ. 219. Caſſan. relatus. 2. tom. commun. opin. lib. 6. tit. 2. nu. 3. Et ſi quis

4 in vno lecto multiplicet vna vice, ſeu nocte plures fornicationes: habetur pro vno delicto illud commiſſum, & pro vna fornicatione, ſecundùm Bal. in l. Quicumque. col. 3. C. de Seru. fugit. Card. in Clement. 1. verſ. Si qui. in prima oppoſitione. de Priuileg. & Pet. de Anchar. ibidem. Quin immò adulterium ſœpæ ſępius cum eadẽ muliere committens; non niſi ſemel pœnas illi, ſtatuto indictas luit; communem dicit Couar. lib. 2. Reſol. cap. 10. num. 8. ad fin. Iul. Clar. §. Adulterium. verſ. Sed pœnæ. de quo ſuprà iã egimus. verb. Adulterium. Differentia 3.

Quamuis contrarium, vbi ex interuallo præfatæ fornicationes fiunt; tenet Felin. in dicto cap. Sicut. numer. 3. de Teſtib. Intellige tamen Feli. iuxta gl. l. Vulgaris. verb. Fur erit. de Furtis. communiter receptam teſte Couar. vbi ſuprà, ſcilicet plures eſſe fornicationes, ſi ex interuallo fiant. Sed nihilominus vnica tantùm pœna puniendas eſſe. Quod extendit Couar. etiam ſi de pœna pecuniaria, aliavè iterabili tractetur; pro vt reſpondit Bart. conſ. 122. laſ. in l. Eum qui. §. In popularibus. num. 15. ff. de Iureiur. Ange. de Malefi. §. Che ni ay adulterato. col. 14. Cardi. Clem. 1. de Cõſang. & affi. quæſt. 10. Anchar. conſ. 4. Quod nota contra Addition. ad Feli. loco ſuprà citato. In pœna tamen excommunicationis tenenda erit opinio Feli. ſuprà. Nam ſi quis ſemel percuſſerit Clericum, & eundẽ ex interuallo iterum percuſſerit; duplici Canonis ſententia, ſeu pœna ligabitur, & ſic duabus

Digitized by Google

ſic duabus abſolutionib.indigebit,ſi de vna tātū abſolutionē obtineat.aliàs vnica abſolutione tolli poſſunt, ſecūdùm gl.2.c.Cùm pro cauſa.& c.Officii.de Sentē. excommu. cōmuniter receptas ſecundū Couar. ſup. Si verò Clericus eodē impetu, & cōtinuatione quadā plurib. percuſsionib.percutiatur; vnica tantū excōmunicatio incurritur. Cōmunem dicit idem Couar.ſuprà.

5 Vide Bart.& DD.in l.Quoniam multa facinora.C.Vnde vi & eumdē Bar.in l. Senatus.ff.de Accuſation.& in l.Inficiando.§.Infans.ff. de Furt.& in l. Si gemina arbor. ff. de Arbor.furt.cæſ.& Card.vbi ſup. vbi pulchrè tradūt quando vnicus actus producēs diuerſa maleficia habeatur pro vnico maleficio, vel pro pluribus. Vide etiam latè Couar.dicto cap.10.num.8.per totum.

SVMMARIVM.

1 *CANONES pœnitentiales circa impoſitionē pœnitentiarum ſeptem annorum; tantùm procedunt in Foro iudiciali.*

2 *Secùs in Foro pœnitentiali, vbi pœnitentię ſemper fuerunt arbitrariæ.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 CAnones pœnitentiales (de quibus per Gratian.in c.Hoc ipſum.33.q.2.& per multas gloſſas accumulatas per Naua.in Man.c.26.n.17.& meliùs in c.Falſas.n.14. de Pœni. diſt.5.& per Hoſt.in Sūma.de Pœnit. §. Qua pœna. nu.60.& Florent.3.p.tit.17.c.20.in prin.& Palud.in 4.diſt. 20. q.2.art.1. & Abulen.in Matt.c.16.q.49.Anto.Cordub.de Indulgē. quæſt.9.Roſenſ.art.5. in defenſionem Bullæ Leonis.& Sot.in 4.diſt.21.q.2.artic.1.& Viuald.de Satisfactione.n.22.) diſponētes pro quolibet peccato pœnitentiam ſeptē annorum fore iniungendam, tantùm habent locum,& procedunt in Foro exteriori

2 Eccleſiaſtico; non tamen in Foro interiori pœnitentiali, in quo pœnitentiæ numquā fuerunt taxatæ,ſed arbitrio prudentis Confeſſarii relictæ.Ita docet Nauar.dict.c.26.n.17.& in c.1.in prin.nu.7. de Pœnit. diſt.6, & Viuald.vbi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *ASSERENTI aliquid non creditur in Foro iudiciali,niſi illud probet.*

2 *Pœnitenti autem creditur, tam pro ſe, quā in præiudicium tertii.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 NVLLI ſoli creditur in iudicio cōtētioſo ſine literis, vel probationibus,vt in c.Cùm in iure peritus. de Offic.deleg.& in c. Quoniam cōtra.de Probation.l.de Aetate.in princip. ff.de Interrogator.action.& in Extrauag.1. de Elect.inter comunes, quæ eſt ad hoc melior de iure.Adde not.verb.Teſtis.Dif.5.

2 Sed in Foro cōſcientiæ,ſeu pœnitentiali, ſecùs eſt. Nam ſtatur aſſertioni pœnitētis, & ei creditur,ſiue confiteatur aliquid in fauorem ſuum, ſiue in præiudicium alterius. cap.Illud.de Cler.excō. miniſtr. Extrauag, Inter ceteras.verſic.Super confeſsione. de Priuil.inter cōmunes.glo.in cap. Significaſti.in 2. de Homicid. verb.Credendum ſit. alia in cap.Si verò. in 2.de Sentent.excom. & in §.Sed iſtæ quidem. Inſtit.de Actio.gl. in Clement.1.de Priuil. verb. Non habita. & glo.4.in d.c.Significaſti. in 2.de Homici. Feli.in c.Licet Heli.nu.2.de Simo. Quod intellige verum in iis quę ſpectant ad Forū pœnitentiale.aliàs ſecùs. Vnde ſi diceret ſe eſſe abſolutum ab excōmunicatione contra eum publicè lata, vel eſſe confeſſum ad ſatisfaciendum præcepto Eccleſiæ, vel quid ſimile pertinens ad Forum iudiciale; non eſt ei credēdum,niſi illud legitimè probet; vt optimè aduertit poſt alios,Silueſt.verbo Confeſſor.1.quæſt.17.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *IVdex incertus in Foro iudiciali dari non poteſt.*
2 *Secùs in Foro pœnitentiali, vbi quotidie datur per Bullam Cruciatæ, & iubileum, facultas pœnitentibus eligendi Confeſſarium quem voluerint ex approbatis.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 IVDEX incertus in Foro exteriori concedi non poteſt. cap. Ad hæc. de Reſcript. cap. Tibi qui. & ibi gloſſa eodem tit. lib.6.

2 Secùs eſt in Foro interiori, & pœnitentiali.c.2.de Pœnit.& remiſsio.in 6. Hinc eſt per Bullam Cruciatæ, & per Iubileum dari licentiam, & poteſtatem generalem eligendi Confeſſarium quem voluerit pœnitens; dummodò fuerit ex approbatis. Hanc differentiam notat Phil. Franc. per text.ibi, in dicto cap.2.de Pœnit.& remiſsion.lib.6.in 2.notab. inferens ex hoc quòd Forus pœnitentialis non ſequitur naturam Fori contentioſi. Eamdem differentiam tradit Domin.in dicto cap.2.in princ.& Angel.verbo Confeſsio.3.§.4.ad fin.

SVMMARIVM.

1 *VENIA delicti quoties danda.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 VENIA nõ datur in Foro iudiciali commitẽtibus quædam delicta; niſi ſemel, aut iterũ; vt in inceſtu, adulterio cũ raptu, cõcubinatu Clerici, in relapſis circa fidẽ, & aliis de quibus in Ordin. Luſitana lib. 1. *Do regimento dos deſembargadores do paço*. §.19.

In Foro verò pœnitentiali, ſemper datur venia de quocumque peccato, ſi adſit vera pœnitentia de eo, iuxta illud Matt. 18. 22. *Domine* (inquit B.Petrus) *quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vſque ſepties?* dixit illi Ieſus, *Non dico tibi vſque ſepties: ſed vſque ſeptuagies ſepties.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

MVLTI ſunt caſus in iure Canonico quibus aliquis poteſt de iure cõpelli ad Monaſteriũ ingrediẽdum, ad ibi pœnitentiã peragẽdam; vt in matre propriũ filiũ ſpontè occidente; c.1.De his qui filios occide.& in marito vxorẽ ſine cauſa interimente; c. Admonere.33.q.2.& in adultera quã vir in vita ſibi nõ reconciliauit; vt not.gl.per text.ibi, in c.Gaudemus. de Cõuerſ.coniug. & Lelius Zecchus de Caſib.Epiſcop.reſeru. caſu 20. & in conſentiente, vt maritus fiat Religioſus.gl.in c.Significauit. de Cõuerſ. coniug. Intellige ſi ſit ſuſpicio de incõtinẽtia.aliàs ſufficit vt continentiam voueat. Idẽ ſi tacitè conſentiat. c.Ex parte.eod.tit.Idẽ ſi conſentiat vt fiat Epiſcopus; c.Sanè.de Cõuerſ. coniug.& in aliis caſib.notatis à gl in c. Sicut.20.q.1.& in c.Si ille.50.diſt.& in c.Dictũ.81.diſt.quę dicit eſſe in arbitrio Iudicis ſecundũ qualitatẽ delicti detrudere quem, vel ad tẽpus, vel perpetuò in Monaſteriũ. Adde ad d.gl.c.Sicut. Vegã 2.p. verb.Religioſos. caſu 36.& 45.

At in Foro pœnitẽtiali nõ poteſt Cõfeſſarius imponere alicui in pœnitentiã, vt ingrediatur Monaſteriũ, cogendo pœnitentẽ ad eius ingreſſum; quia nõ tenetur pœnitẽs ad acceptandũ eã; eò quòd Religionis ingreſſus præcipi nõ poſsit; cap. Integritas. 2.q.1.Nauar.in c.1.§.Ponat ſe.num. 14. de Pęni.diſt. 5.poſt Card.in §.Dolendum. ead. diſt.

Digitized by Google

diſt.col.3.& D.Tho.in 4.diſt. 16. in expoſitione literę. Addẽs idẽ Nauar.ibid. Omnes textus quibus cauetur aliquem eſſe in Monaſterio ad egendam pœnitentiam recludendum, eſſe pro Foro exteriori, & non pro interiori. Idem docet Lælius Zecchus vbi ſuprà. verſ. Sed dubitatio alià. vbi dat rationem; quia in Foro pœnitentiali, pœnitentiæ ſunt arbitrariæ cap. Deus qui. de Pœnit. & remiſsio. gl. 1. in cap. Tempora. 26. quæſt. 7. quam pluribus ornat Feli. in cap. 1. num. 49. de Conſtit. & eam dicit ſing. Hippo. ſing. 182. Incip. Iudex non debet. & Nauar. cap. 26. num. 22. Sed hęc non eſt bona ratio, quia dictum arbitrium eſt quoàd Confeſſarium. Melior ea ratio eſt quã ſupra tetigimus, videlicet quia ingreſſus Religionis eſt conſilii,& volũtatis, & non præcepti. Fit enim in ea votũ caſtitatis, quod eſt cõſilii, ſecũdũ Apoſt. 1. Cor. 7.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio caſuum non ſpectat, niſi ad Forum pœnitentiæ.*

2 *Inferior nõ poteſt abſoluere à caſib. per Superiorẽ reſeruatis, niſi in caſibus hic notatis.*

DIFFERENTIA NONA.

1 RESERVATIO caſuum facta per Superiores Eccleſiaſticos, ſolùm ſpectat ad Forum pœnitentiale; non tamẽ ad Forũ exterius. Quia prædicta reſeruatio nihil aliud eſt, quam retinere apud ſe ipſum Superiorem reſeruantem, cognitionem, & abſolutionem ſacramentalem quorumdam peccatorum grauium. quamuis obliget in vtroque Foro, vt probat Conci. Trid. Seſ. 14. cap. 7. ibi, *Hanc autem delictorum reſeruationem conſonum eſt diuinę auctoritati, non tãtum in externa politia, ſed etiam coram Deo vim habere.* Verum eſt tamen poſſe tolli dictam reſeruationem extra ſacramentum pœnitentiæ. Hinc cauendum eſt ab Henriq in Sum. tit. de Excommunicatione. c.28. §.5. vbi dicit Epiſcopo reſeruante excommunicationes iuris non reſeruatas, intelligi factam reſeruationem quoàd Forum exterius,& de notoriis; nõ tamen de occultis; nec quoàd Forum interius. Nam immo quoàd vtrumque Forum intelligitur facta; ex dict. cap. 7. Cõcil. & ſpecialius quoàd interius. Hęc autem peccatorum grauium reſeruatio, ſolita fieri à Papa,& aliis Prælatis inferioribus, fundatur in hac æquitate; nempe quòd ſicut in Foro iudicii contentioſi maiores cauſæ requirũt maiores Iudices. cap. Vt debitus honor. in fin. de Appel. cap. Maiores. in prin. de Bapt. ſic æquũ eſt, vt in Foro animę, maiora peccata, maiores Iudices requirant, vt dicit gl. magna, ad fi. in Extrauag. 1. de Pœnit. & remiſ. inter cõmunes. & ideo fiunt huiuſmodi reſeruationes. Qua extante, ſi inferior abſoluere præſumat; nihil agit, iuxta text. inſignem Concilii Trid. Seſſ. 14. d. c. 7. vbi ſolùm excipit articulum mortis.

Verùm quia materia hæc reſeruationis caſuum conſcientiæ, eſt quotidiana, & pulchra: pro ornatu dicti c.7. & plena reſolutione circa abſolutionem præfatorum caſuum; operepretiũ duxi eam per regulam, & fallentias more noſtro expedire. Sit igitur regula.

2 Nullus Sacerdos poteſt quẽquam abſoluere a caſib. per Superiorẽ reſeruatis. aliàs nulliter abſoluit. Ita probat tex. d. c. 7. ad fin. & docet communis in 4. diſt. 17. vbi Palud. quęſt. 5. artic. 1. ad fin. id notat, & Nauar. capit. 9. numer. 6. verſic. 4. Ratio eſt, quia ſententia lata à non ſuo Iudice, non tenet; l. 1. C. Si à non compet. Iud. capit. Quod autem. de Pœni. & remiſ. glo. pen. ad fin. in cap. fin. de Pœnit. diſt. 6. ſequitur Henriq. de Pœnit. lib. 3. c. 15. §. 6.

Fallit primò, in articulo mortis, in quo nulla eſt reſeruatio, vt dicit text. dicto cap. 7. Idem probat text. in cap. Si quis ſuadente diabolo. 17. quæſt. 4. & cap. Paſtoralis. §. Præterea. de Offic. ordin. & Bulla Cænæ Domini, relata per Nauar. cap. 27. num. 72. Sed obſerua, à quibuſdam ita demum concedi hanc facultatem in articulo mortis; dummodo non pateat aditus ad Superiorẽ. Ita Naua. cap. 26. num. 26. & Paludan. in 4.

diſt. 18. quæſt. 3. §. Sequitur. caſu 10. & alii relati ab Henriq. in Summa. tit. de Pœnit. lib. 3. cap. 11. §. 4. in gl. V. & nouiſsime Suar. 4. tom. de Pœnit. diſputatione 30. ſectio. 3. nu. 1. dicens præfatum cap. 7. Conci. Trid. eſſe intelligendum in abſentia reſeruantis. Quia aliàs nulla eſt vera neceſsitas, ob quam alii cenſeantur iuriſdictionem recipere. Sed certè prædicta reſtrictio, ſeu limitatio videtur contra generalitatem dict. cap. 7. Si enim omnis hæc reſeruatio pendet à ſola voluntate reſeruātium; vt inferius dicemus: & conſtat ex iuribus ſupra citatis, voluiſſe iura, vt tolleretur reſeruatio in prædicto articulo mortis: (Nam eam ſemper excipiunt. adeò vt dicat Concilium Trid. in dicto articulo nullam eſſe reſeruationem) quomodo ſi nulla eſt reſeruatio, obligabimus Confeſſariū vt adeat Superiorem, etiam præſentem in eodem loco, tamquam ſi eſſet caſus reſeruatus? Vnde meritò tenet oppoſitum prædictus Henriq. dict. cap. 11. in fin. quem gratiſsimè ſequitur Rodrig. verb. Abſolutio Confeſ. c. 59. n. 5. in fin. & nos ſimiliter ſequuti ſumus, verbo Excommunicatio. Diff. 23. verſ. Sed Naua. ibid. Quod confirmatur ex eo, quòd abſolutus à peccato reſeruato non habente annexam excommunicationem; ſi euadat mortem, non tenetur ſe amplius præſentare Superiori reſeruāti, vt pulchrè docet Silueſt. verb. Abſolutio. 1. num. 8. Caiet. verbo Caſus reſeruati. D. Antoni. in ſuo Confeſ. 3. par. c. 17. de Infirmis. & Medin. verb. Confeſsio. 1. quæſt. 13. alias 19. Si verò caſus reſeruatus habeat annexā excommunicationem: tunc veram puto opinionem Paluda. Nauar. & Suar. ſuprà, per cap. Eos. de Senten. excommunic. lib. 6. & ſic poterunt concordari prædictæ opiniones contrarię. Nam vnum ius per aliud ſuppletur, & interpretatur. Cùm autem caſus reſeruatus habet annexam excommunicationem: vtile tunc erit confiteri alicui qui poſsit eum abſoluere à reſeruatis ex aliquo priuilegio; vt per Bullam Crucia. Nam excuſabitur ſi conualuerit, à ſe pręſentando Superiori, per dict. cap. Eos. vt benè notat Suar. ſuprà num. 5. & 6.

Rationem autē diuerſitatis, quare in proximè dicto caſu teneatur quis, ceſſante infirmitate, præſentare ſe Superiori, & non in primo, cùm caſus non habet annexā excōmunicationē; tangit Silu. vbi ſup. quia (inquit) pro eo ſolo inuenitur cautum, vt ſe præſentet, vt in d. c. Eos. Eſt & alia verior ratio; quia cùm caſus non habet annexam excōmunicationē, omnino ſublata fuit eius reſeruatio in articulo mortis. At cùm habet annexā excōmunicationē, non tollitur omnino: ſed datur tunc facultas abſoluendi propter imminēs periculū; cū obligatione tamen, ſe pręſentandi poſtea, ſi cōualuerit, ipſi Superiori excommunicanti; ne cenſurę Eccleſiaſticæ illudātur, & contemnantur. vt colligitur ex dict. cap. Eos.

Fallit ſecundò in conſtitutis in probabili periculo mortis; nec adeſt copia adeūdi Superiorem: cùm eadē ſit ferè ratio de iſto caſu, ac de præcedente; & in iure æquentur, vt in d. c. Eos. Qua ratione tenet Henriq. poſt plures à ſe citatos dict. c. 11. §. 3. in tex. & in glo. Q. etiam iſto caſu licere confiteri non approbato, cōtra Sotū, Canū, Caiet. & alios quos idem Henriq. refert ibid. lit. P. Intellige dummodo nō adſit copia ſacerdotis approbati; iuxta declarationem Illuſtriſ. Card. Concilii, appoſitā ſub verb. Nullitas. Dif. 5. fallen. 10. Et ita teneo: quamuis contrariū tenuerim d. fallen. 10. & verb. Excōmunicatio. Dif. 23. verſi. Sed Naua. ſecutus eumdē Naua. & Rodri. Pro qua declaratione facit ꝙ Bulla Cruciata pro abſolutione à reſeruatis in Bulla Cœnæ Domini, in articulo mortis, requirit Sacerdotē ab Ordinario approbatū. Item facit pro ead. d. c. Eos. quatenus ſentit articulum mortis tunc demum concedere facultatem abſoluēdi alias non habēti, cùm deeſt recurſus accedēdi ad Superiorem. Deniq; ſufficit ita declaraſſe præfatos Dominos Cardinales.

Fallit tertiò in Epiſcopis quoàd caſus occultos, iuxt Cōcil. Trid. Seſſ. 24. c. 6. Et an is textus procedat quoàd caſus in Bulla Cęnę reſeruatos? Cōgreg. Cardin. Cōcilii reſpōdit non procedere. Cuius reſcripti verbá ſic ſe habēt, vt habeo in Reſponſis Cardi. Garrafę, *Congreg. Cōcilii cē ſuit; huic decreto Cōcilii* Seſſ. 24. cap. 6. *derogatum eſſe, non tantum in crimine hæreſis; ſed in omnibus caſibus comprehenſis in Bulla Cœnæ Domini occultis.* Cuius reſpōſi etiam meminit Lelius

Zechius

Zachius in ſuo lib. de Caſibus reſeruatis. fol.34. quod quidem puto eſſe indubitatū, poſtquam à paucis annis citra adduntur in Bulla Cenæ illa verba; ſcilicet, *ſeu à cuiuſuis Concilii generalis Canonibus*. Quæ verba, vt mihi perſuaſum habeo, data opera appoſita ſunt de nouo poſt tēpora Pii Papæ Quinti,& Grego. 13. ad derogandum dicto cap. 6. Concilii. nam ante ipſos non erant talia verba. Et ita tenendum, quicquid dicant in contrarium multi recentiores; vt refert Vual. in Candel. Aur. in Explicatione dictę Bullæ.num. 141.& Henri. de Pœnit. lib.3. cap. 14. nu. 7. Nam reuerà prædicti DD. fuerunt conſulti antequam præfata verba addita eſſent in Bulla Cænæ. nam aliàs contrarium reſpondiſſent, vt patet in Nauar.qui primò tenuerat in crimine hæreſis per dict. Bullam non eſſe derogatum dict. capit. 6. & ita poſſe Epiſcopos ab ea abſoluere.Ita cenſuit in Manuali Hiſpano; & trepidauit in Manuali poſteà latinè donato,& recognito. cap.27. num.254. verſic. 3.& ſecutus fuit conſ. 15.de Senten. Excommunic. Poſteà verò conſ. 43. num. 3. eod. tit. & in Manuali plus emendato cap.27.numer. 272. verſic. 15.ob dicta verba addita,tenuit contrariū: licèt fortè culpa impreſſoris ſit falsò additum aduerbium (non) vt ex verbis, & ratione, quam ad confirmandum ſuam opinionem adducit, manifeſtè deducitur.

Fallit quartò in eodem Epiſcopo quoàd impeditos vt adeant Papam; vt ſunt ſenes, claudi,cęci,habentes inimicitias capitales, ſerui, Religioſi Carthuſiani, valetudinarii, quartanarii,tertianarii,mulieres,pueri,pauperes qui numquam hoſtiatim petierunt victum, peregrinaturi per loca inſidioſa, & alii quamplures relati à Corduba caſu 18. verſ.Lo tercero. & à Palud. dicta diſtinct. 18. quæſt.5. num. 1.& à Rebuf. in Prax. in Explic.Bullæ Cænæ Domini. pag.455. Ita docet Naua.cap.27.num.89.ad 7.& Henri. de Pœni.lib.3.cap.14.§.5.in glo.V. & cap. 9.§.7.& Soto.in 4.diſt. 22. quæſt. 2. artic.3. ad fin.pag.964.& Nauar.conſi.14.de Sent. excom.& probatur in c. Mulieres. eod.tit.

Falit quintò, cùm habens caſum reſeruatum adit Superiorem, & ipſe remittit eū ad inferiorem dicens, Abſoluat te Confeſſarius tuus. eò enim ipsò quòd Superior cognouit caſum, & ipſum remittit ad inferiorem abſoluendum, cenſetur tollere reſeruationem. & ſic poteſt eo in caſu inferior abſoluere pœnitentem à dicto caſu reſeruato; licèt Superior non abſoluerit. Ita egregiè Palud.in 4.diſt. 17. quæſt. 5. art. 1.in fin.Nec putes ideò inferiorem in prefato caſu abſoluere poſſe;quia Superior remittendo ipſi caſum reſeruatum, vt ab eo pœnitentem abſoluat; cenſetur committere vices ſuas, & ei delegare ſuam iuriſdictionem; quia non ex vi commiſsionis tūc abſoluit; ſed quia reſeruatio iam eſt ſublata per Superiorem. Quod patet ex eo, quod ſingulariter ibidem idem Paluda. adiungit; videlicet, quòd ſi is qui remiſit pœnitentem abſque abſolutione, non ſit ipſe Superior, ſed eius Vicarius, ſiue pœnitentiarius, poterit nihilo minus inferior ipſum abſoluere. Non quòd iſte (inquit) poſsit committere; ſed quia talis eſt intentio retinentium ſibi caſus, quòd poſtquam mandatum Superiorum receperint; ex tunc nihil retineant: quia ex tunc nolunt iſtum ad ſe redire, quem remittunt. Hęc ſunt verba aurea Paludani. Ex quibus collige ꝙ per ſolam remiſsionē, caſus reſeruatus deſinit eſſe reſeruatus. Idem docet Iacob. de Graffis lib.1. Caſuum conſcien.cap.13.num.74.quem refert Fr.Vega in Summa. tit. De caſos reſeruados. caſu 5. notab.1.col.377. Quem locum Paluda. alliga digito.(Adde Henriq.de Pœnit. lib.3. cap.14.in fin.& cap.15. §.4.lit. R. in fine.) Nam ex eo, & non ex illo, quem erroneè pùtauit Nauar.vbi infrà; deducitur conclusio illa, de qua idem Naua.cap.1.§.Cautus.num.30.de Pœnit. diſt.5. & Couar. vbi infrà, faciunt magnum feſtum: videlicet eum qui tempore iubilei per obliuionem deſinit confiteri aliquem caſum Sedi Apoſtolicę reſeruatum;poſſe tranſacto iubileo, cùm eius recordatus fuerit; ſuo Parocho cōfiteri,& ab eo abſolui. Cuius Dicti ratio nō ea eſt quam putat Nauar. & alii communiter; nempe quia in prima confeſsione fuit pœnitens etiam ab oblitis abſolutus: quia ſi hoc ita eſſet,nō eſſet neceſſaria cautela requiſita ab eiſdem ,de qua inf.ſed ea potius, quę deducitur à Palu.vbi ſup.videlicet,quia

Digitized by Google

Superior concedens iubileum cùm poteſtate abſoluendi à reſeruatis,&c.eo ipſo tollit reſeruationes pro omnibus lucrantibus iubileum. Ad tollendas quippe reſeruationes ſufficit ſola reſeruantis voluntas; nec requiritur aliqua abſolutio, vel commiſsio, ſeu delegatio; ex Palud.ſuprà.

Hinc colligere potes,veram eſſe opinionem quorumdam recentiorum, quorum meminit Henri.de Pœnit. lib.3.caq.16. §. 6.in gloſſ.H. videlicet, ſi quis tempore iubilei, qui venialium tantùm meminerat; nullã fecit confeſsionem: eo lapſo poſſe à prius reſeruatis oblitis abſolui. non tam, quia iubileus conſecutus dat ius omni tempore eligendi Confeſſarium pro his, quæ reſeruata erant vſque ad tempus ipſius iubilei, vt dicunt ipſi recentiores: ſed potius quia Papa ſuſtulit reſeruationem in fauorem lucrantium iubileum. & ideò non mirum, ſi elapſo ipſo iubileo poſsit is, qui ipſum lucratus eſt, facere ſe abſolui à cenſura,ſiue peccato reſeruatis: ſicut ſe poteſt facere abſolui à quocumque alio non reſeruato, tunc oblito.& ſic non eſt tanti facienda cautela quam tradit Nauar.dicto §.Cautus. numero 30.& Couar. in capit. Alma. 1.par.§.11.numer.12.videlicet, vt pœnitẽs ſe abſolui faciat ab omnibus peccatis, etiã oblitis. quaſi aliter non poſsit poſteà abſolui ab eis. Quæ doctrina eſt magni effectus. Nam ex ea ſequitur, ſi pœnitens petiit à Superiore, vt eum abſoluat ab irregularitate ob homicidium voluntarium incurſa; & Superior dixerit, Vade, abſoluat te tuus Confeſſarius: eo inſtanti fuiſſe pœnitentem diſpenſatum ſuper irregularitate per Superiorem; vt reſoluit Cordub. caſu 26. verſic. Reſpondo.dicens ita etiam ſentire penè omnes.

Præterea fallit ſextò, cùm Superior eſt abſens, & ſi non abſolueretur pœnitens ab inferiore conſurgeret ſcandalum, vel infamia;& caſus reſeruatus non habet annexam excommunicationem: his concurrentibus poterit inferior abſoluere pœnitentem, cum onere præſentandi ſe Superiori pro abſolutione directa reſeruatorum obtinenda. Hanc dicit communem, & in praxi receptam ſententiam Henriq.de Pœni. lib. 2.cap.14.in gloſſ.C.& lib.3.cap.15.in prin. quia præſumitur eam gratam habiturum Superiorem;ex qua ratihabitione pręſumpta de pręſenti, cenſetur valida prædicta abſolutio. Faciunt not. in ſimili per Nauar. cap.9.nu.5.&.cap.21.nu.52.& per Emmã. Rodrig. in Explicatione Bullæ Crucia. §.9. dub. 7. numer.25. fol.88. & §.5.numer.10. Quòd ſi caſus reſeruatus haberet excommunicationem annexam; tunc omnino cauere debet Cõfeſſarius ne abſoluat.Ita Sot. in 4. diſt.18.quæſt. 2.artic.5.ad 2. Cano in Relect.de Pœnitẽtia.quæſt.5. & Ledeſma 2.par.quæſt. 8.art.3. dubio 3.niſi in caſu grauiſsimi ſcandali, ſecundùm eumdem Soto vbi ſuprà: aut ſaltẽ grauis, vel magnę infamiæ, ſi non communicaret pœnitens, aut celebraret. Quibus in caſibus putant aliqui poſſe abſolui cum dicto onere, ſecundùm Henriq.ſuprà cap.15.in fin. Pro quibus faciunt tradita per Nauar. cap.27. num. 239. Cordub.caſu 41.ad fin.& caſu 142. & Rodrig.in Explicatione Motus proprii Pii 5. ſuper ingreſſu mulierum in Monaſt.quæ habetur in Explicatione Bullæ Cruc.fol.209. num.32.& Salzedo ad Pract Bernard.Diaz cap.33.litera A. in fin. Sed contrariam ſententiam, vt veriorem, & ſecuriorem poſt Couar. Medin.& Sot.(excepto,vt dixi, caſu grauiſsimi ſcandali) tenet Cenedo in Collect.25.num.3. Et certè cùm ſint multa remedia euitandi huiuſmodi ſcandala, & infamias; puta fingendo infirmitatem, vel abſentando ſe; videtur hanc vltimam ſententiam eſſe tenendam. Nihilo minus id relinquendum cenſeo arbitrio prudentis,& docti Confeſſarii. Quia talis caſus poſſet contingere, vt omnino ſequi teneamus primam opinionem, maximè cùm ſit grauiſsimorum virorum.

Septimò fallit,cùm pœnitens bona fide confeſſus eſt inferiori;nec aduertit ipſe,nec Confeſſarius habere reſeruata;& fuit ab eo abſolutus;vt iã habui in facti contingentia. Hoc enim in caſu valet abſolutio etiam quoàd reſeruata. Ita pulchrè Henriquez libro 2. de Pœnit. capit. 14. §. 1. Et licèt prædictus Doctor non explicet, quo modo valeat eo caſu abſolutio. Tu dic, valere quidem. Tùm quia vtile per inutile non vitiatur in iis quæ recipiunt diuiſionem, prout eſt in iſto caſu; ſecundùm

Palud.

Digitized by Google

Palud. dicta queſt. 5. art. 1. ad fin. Tùm quia taliter abſolutus, eſt abſolutus ab omnibus;ſcilicet,directè à non reſeruatis,& indirectè à reſeruatis,per infuſionē gratiæ. Sed obſerua in iſto caſu quoſdam putare, debere Confeſſarium procurare facultatem abſoluendi pœnitētem à dictis reſeruatis, & ea habita,eum poſteà abſoluere præſentem; ſi præſentiam eius habere poſsit; ſin minus, abſentem, ab excommunicationibus quando voluerit; & à peccatis reſeruatis,quando ille in gratia Dei eſſe videbitur. Ita poſt D. Anto. & alios tradit Nauar. cap. 26. num. 14. Rodrig. verb. Confeſsion. cap. 55. num. 15. Henriq. de Pœnit. lib. 2. cap. 2. §. 7. in tex. & in gl. X. vbi plures allegat idē tenētes. Sed hæc opinio quoàd peccata, iam nunc eſt damnata per Sedem Apoſtolicam, tamquàm falſa, temeraria,& ſcandaloſa; vt conſtat per literas authenticas, Romę impreſſas; tenoris ſequentis.

Die xx. Menſis Iunii, Anno à Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti. M. DC. II.

In generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico, in Monte Quirinali, coram S.D.N.D. Clemente, diuina prouidentia Papa VIII.

PROPOSITA QVAESTIONE.

Vtrùm liceat per literas, ſeu internuntium confeſſario abſenti, peccatà ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere.

SANCTISSIMVS DOMInus noſter auditis votis Patrũ Theologorum, & re cum Illuſtriſs.& Reuerendiſs. Dominis Cardinalibus cōtra hæreticam prauitatem Generalibus Inquiſitoribus, maturè, ac diligenter conſiderata; hanc propoſitionem, ſcilicet licere per literas, ſeu internuntium Confeſſario abſenti, peccata ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere; ad minus vti falſam, temerariam, & ſcandaloſam damnauit, ac prohibuit; pręcepitque ne deinceps iſta propoſitio publicis, priuatiſvè lectionibus, concionibus, & congreſsibus doceatur, nevè vnquam tanquam aliquo caſu probabilis defendatur,imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur; quòd ſi quis illam docuerit, defenderit,imprimi fecerit, aut de ea etiam diſputatiuè tractauerit, (niſi forſan impugnando) vel ad praxim directè, ſeu indirectè deduxerit; pręter excōmunicationē latę ſententię, quam ipſo facto incurrat, & à qua non poſsit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacunque etiam dignitate fulgente, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ maiori Pœnitentiario; niſi à pro tēpore exiſtente Romano Pontifice abſolui; aliis etiam pœnis arbitrio infligendis, ſubiaceat.

Quintilianus Adrianus Not.

Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo ſexcenteſimo ſecundo, Indictione decimaquinta, diè verò decima nona menſis Iulii, Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Clementis diuina prouidentia Papæ Octaui, Anno Vndecimo. Supradictæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Valuis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, Cancellariæ Apoſtolicæ, & aciei campi Floræ, vt moris eſt, per me Catherinum Menandi Apoſtolicum Curſ.

Gaſpar de Bonis pedibus Mag. Curſ.

Aliis

Digitized by Google

Aliis plus placet, vt in iſto caſu cùm pœnitens eſt ignarus; nihil ei dicatur; nec à Superiore licẽtia impetretur. Tùm arg. cap. Quia circa. de Conſan. & affin. Tùm quia indirectè eſt iam pœnitens abſolutus à talibus reſeruatis. Facit Cordub. caſu 7. & Henriq. lib. 3. de Pœni. cap. 27. §. 4.

Octauo fallit cùm Superior requiſitus, iniuſtè denegat licentiam. Ita Henriq. de Pœnit. lib. 3. cap. 13. §. 6. & cap. 15. §. 6. quem ſequitur Rodrig. verb. Confeſsion. cap. 55. num. 15. id limitans, cùm caſus non habet annexam excommunicationem aliàs non licere; niſi concurrat graue ſcandalum, vel magna infamia. Et pro iſta fallentia facit Clem. Dudum. §. Si verò. de Sepult. & quod not. Palud. in 4. diſt. 17. quęſt. 3. art. 3. concluſione 1. in fin. vbi dicit petentem licentiam à parocho ignaro confitendi alteri iuxta cap. fin. de Pœnit. diſt. 6. vel aliàs defectuoſo: ſi ei denegetur, poſſe nihilominus ire ad extraneum.

Sed caue putes teneri Superiorem omni caſu concedere prædictam licentiam; aliàs fruſtranea eſſet reſeruatio; nam vbi Confeſſarius non eſt talis cui Superior poſsit ſecure eam concedere propter eius imperitiam vel malam conſcientiam: tunc iuſtè denegat, ex eodem Palud. ead. diſt. quæſt. 4. art. 3. Idem, cum pœnitens eam petit, non deſignando Confeſſarium; ſed vult, vt indeterminatè eam cuicũque à ſe electo cõcedat: nam poteſt Confeſſarius tunc ei dicere; eſſe paratum audire, vel concedere cui ſibi videbitur, ex eod. Palud. ibid.

Nono fallit, cum Superior concedit alicui ſuos caſus reſeruatos; vt fit quotidie per Epiſcopos, & Pręlatos Religioſorum.

SVMMARIVM.

1 *HABENS reſeruata, & minime copiam Superioris: poteſt à non reſeruatis abſolui, reſeruata abſolutione à reſeruatis, cùm copiam habuerit Superioris.*

DIFFERENTIA DECIMA.

1 POENITES habens peccata reſeruata Epiſcopo, vel Prælato, & copiam eorum non habens ad confitendum eis dicta peccata: poteſt cõfiteri Parocho, & ab eo abſolui, à peccatis non reſeruatis; reſeruata abſolutione à reſeruatis, cùm Superior copiam ſui fecerit. Ita tenent communiter DD. teſte Durand. in 4. diſt. 17. quæſt. 15. & tradunt Caiet. verb. Confeſsio. conditione 10. Soto in 4. diſt. 18. quæſt. 2. art. 5. Ange. verb. Confeſsio. 5. §. 9. Gabriel. diſt. 17. quæſt. 1. art. 3. dub. 2. Et ita ſeruari communiter in vniuerſali Eccleſia, docet Henriq. Gandauen. Quodlib. 1. quæſt. 27. Refert, & ſequitur Paul. Comitolus lib. 1. Reſpon. Moral. q. 29. num. 2. Debet tamen pœnitens tam reſeruata, quàm non reſeruata parocho confiteri. Quia quoàd eum debet eſſe integra; licèt quoàd Superiorem poſsit eſſe dimidiata; vt eſt communis opinio.

Ex quo nota differentiam inter vtrumq; Forum. Nam taliter abſolutus, eſt quidem abſolutus quoàd Deum ab omnibus peccatis; non tamen quoàd Eccleſiam, donec à reſeruatis abſoluatur à Superiore. Quia reconciliatio quæ fit cum Deo, diuiſionem admittere non poteſt; benè tamen ea quæ fit cum Eccleſia; vt docet Gabriel. & Comitol. vbi ſuprà, & Silu. infra. Simile videmus in excommunicato, qui poteſt eſſe abſolutus quoad Deum, & manere ligatus quoàd Eccleſiam; vt diximus in Præludiis. num. 3. & habes verb. Excommunicatio. Differentia 9.

Idem etiam videmus in eo qui ex obliuione omiſit aliquod peccatum. Nam licèt ſit quoàd Deum etiam abſolutus à peccato oblito; non tamen quoàd Eccleſiam. Quia tenetur illud confiteri expreſsè, & ab eo directè à miniſtro Eccleſiæ abſolutionem obtinere. Et ita intellige quæ tradit Pet. Ledeſma. 1. par. ſuæ Summæ. cap. 13. pag. 264. in 2. concluſione. dub. 2. vbi in 7. dubio adducit alium caſum contrarium ſuperioribus in quo quis eſt abſolutus quoàd Eccleſiam, & non quoàd Deum; nempè cum fictè ſcienter accedit ad Sacramentum

Digitized by Google

mentum pœnitentiæ, & habet caſum reſeruatum, & ab eo abſoluitur tempore Iubilæi. Nam talis manet abſolutus, & liber à reſeruatione quoàd Eccleſiam; ita vt recedente fictione poſsit illud confiteri cuiuis Confeſſario extra Iubileum: non tamen manet abſolutus quoàd Deum. Quam opinionem vltra citatos ab ipſo, tenet Caiet. verb. Caſuum reſeruatio. in fin. Armilla eod. tit. num.4. Silueſt. verb. Confeſsio.1. quæſt. 19. ad fin. Paul. Comitol. lib. 1. Reſpon. moral.quæſt.30.num.2. Quamuis ipſe Ledeſma contrarium teneat, & etiam Alcocer. in Summa. cap. 12. & Rodrig. verb. Confeſsion. cap.55. num.6. concluſione 3. quorum opinio plus mihi placet; quia revera cum tali indiſpoſitione non potuit conſequi Iubileum, & conſequenter nec abſolutionem à reſeruatis; per not. per eund. Rodrig. cap. 58.num.6. concluſione 6. vbi dicit eſſe communem opinionem omnium Theologorum, pœnitẽtem fictè ſcienter accedentem ad Sacramẽtum pœnitentiæ teneri reiterare confeſsionem.

Et obſerua præfatum communem vſum, confitendi ſcilicet omnia peccata inferiori etiam reſeruata, & abſoluendi tantummodo à non reſeruatis, locum tantum habere in reſeruationibus inferiorum Papa, & vbi non eſt annexa aliqua excommunicatio ipſi peccato reſeruato. aliàs ſecùs; quia vbi adeſt excõmunicatio (vt habetur in omnibus reſeruationibus Sædis Apoſtolicæ) tũc nõ poteſt inferior vllatenus abſoluere etiã à non reſeruatis; vt poſt Palud. & Soto, tradit Comitol. ſup. quæſt. 29. num.6. & Rodrig. vbi ſup. cap.55. num. 9. concluſione. 6. Ratio eſt, quia pœnitẽs priùs debet abſolui ab excommunicatione; quàm à peccatis, & priùs reconciliari Eccleſiæ, quàm ab ea obtinere abſolutionem peccatorũ. Hinc inoleuit communis practica in dandis abſolutionibus, vt priùs abſoluat Confeſſarius pœnitentem ab excommunicatione, ſi fortè eſt ea irretitus; quàm à peccatis.

Vide not. verb. Iuriſdictio. Differ.13.

POSSESSIO.

SVMMARIVM.

1 *REGVLA de Triennali an habeat locum in vtroque Foro. Et conſequenter Beneficiarius poſsidens per triennium Beneficium ſine titulo verò, ſed tantùm apparente, ſeu colorato, an ſit tutus in vtroque Foro.*

2 *Beneficiarius ſimoniacus realis, vel conuentionalis; item violentus poſſeſſor, & intruſus, non gaudent Beneficio dictæ regulæ.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 REGVLA de Triennali, tantùm habet locum in Foro exteriori, non tamen in Foro interiori; quia eſt regula iudicialis. Vnde poſsidens pacificè triennio Beneficium ſine titulo vero; ſed tantùm colorato: licèt ſit tutus in Foro exteriori; non tamen quoàd Deum, ſecundum Coſmam, Iſner. & Gomez. relatos per Naua. conſil.42. de Præb. quos ſequitur idem Nauar. in cap. Accepta. oppoſitione 8. num.10. in fine.

Sed eſſe tutum etiam quoàd Deum, tenet idẽ Naua. ſibi contrarius, conſi.41. in fi. de Præb. & dicto conſil. 42. & conſil. 3. num. 2. de Renunciat. ſequutus Rot. quæ poſt multas propoſitiones, diſcuſsiones, atque conflictus, tandem ita concluſit, teſte Gomez. dicta regul. de Trien. quæſt. 42. ad fin. vbi dicit hoc intelligendum eſſe, non quod taliter poſsidens acquirat verũ dominium, ſeu titulum; ſed quia acquirit exceptionem ex titulo illo colorato, cum poſſeſsione triennali; per quam exceptionem eſt ſecurus in conſcientia durãte toto tempore vitæ ſuæ: etiam ſi alter ſit prouiſus de illo Beneficio, & habeat verum titulum

lum quia propter ſuam negligentiam non poterit recuperare Beneficium,durante vita illius triennalis, & eo mortuo poterit de iure ſuo experiri: ſimulque dicit id ita fuiſſe ſanctiſsimè concluſum. Primò, vt poſſeſſores Beneficiorum ſint certi de ſuis Beneficiis, ob quorum incertitudinem diuinus cultus, & Eccleſiarum cura negligi poſſet. Secundò; vt ſit litium finis. Tertiò, in pœnam negligentium. Quartò, propter pleniſsimam poteſtatem quam Papa habet in Beneficialibus. Nam poteſt quadrare rotunda quadratis,& quadrata rotundis; vnde non ſolùm exceptionem, ſed etiam verum dominium, & ius poſſet cõferre dictis triẽnalibus, ſi placeret. Quintò, quia etiam litis pendentia non conſtituit poſſeſſorem in mala fide; niſi quando eſt pronunciatum contra eum, & ſic dùm triennalis non habet contrariam ſententiam, non poteſt verè dici eſſe malę fidei poſſeſſor. Et conſequenter non mirùm ſi dicta triennalis, quæ eſt veluti altera preſcriptio; ſufficiat ei, & proſit ad ſecurè manendum in ſua poſſeſſione, & repellendum quemcunque moleſtatorem. Sextò, quia patientia collitigantis, ſeu alteriùs prætendentis titulum verũ, videtur quandam tacitam renunciationem includere; vt in cap.Ex ore. de His quę fiũt à maior. part. Capit. Septimò, quia alias dicta regula de triennali,ſi ſolùm eſſet pro Foro exteriori; iniiceret nobis laqueum, contra id quod dicitur in cap. De viduis. 27. quæſt. 1. Octauò, propter theoricam Bal. poſt alios in cap. Quæ in Eccleſiarum. de Conſtit. quæ habet legem, ſi fuerit iuſta in Foro Fori, iuſtâ vtique eſſe in Foro Poli. Nonò, propter paruum præiudicium, & recuperabile quod irrogatur negligẽtibus. Non enim anullantur eorum tituli (vt diximus) ſed tantùm ſuſpenduntur durante vita poſſeſſoris triennalis; & morte eorum ſubſequuta, poſſunt agere de iuribus ſuis. Decimò, quia minore, ſeu breuiore tempore poteſt Beneficiarius priuari iure ſuo, & ipſo Beneficio, vt patet toto titulo de Cleric. non reſident. quanto magis potuit ſuſpendi eius ius propter negligentiam, & abſentiam trium annorum? His, & aliis rationibus tãdem inclinata eſt Rota, & cõcluſit regulam de triennali procedere tam in Foro iudiciali, quàm pœnitentiali, & ſic in vtroque Foro eſſe tutum triennalem poſſeſſorem. Idem teſtatur Aragon. deciſ. 14. & Creſcen. deciſ. 136.

2 Limitatur tamen prædicta concluſio, vt non procedat in Beneficiario ſimoniaco reali, vel conuentionali; nec in violento poſſeſſore;neque in intruſo,qui nullum habet titulum, etiam coloratum. Ita Gomez. ſuprà, quæſt. 11. 12. & 42. & Nauar. dicto conſ. 41. & patet ex ipſamet regula. Quæ eſt ſingularis declaratio ad cap. fin. de Pręſcriptio. Ideo ipſam tene perpetuo mente.

SVMMARIVM.

1 *POSSESSOR iniuſtus tenetur ad rei æſtimationem, quanti plurimi, ſi pereat, etiam ſine culpa ſua.*

2 *Secùs in Foro conſcientiæ. Sed intellige vt hic declaratur.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 INIVSTVS poſſeſſor, & fur; nedũ tenetur ad reſtitutionem æſtimationis rei, penes ſe amiſſæ, vel peremptæ; ſiue culpa ſua, ſiue ſine ea intereat; vt diximus ſub verb. Obligatio. Differentia 11. Sed etiam ſolet in iudicio contentioſo condemnari ad æſtimationem eius, quanti ea res plurimi fuerit à die furti commiſsi; ita probat tex. in l. In re furtiua. ff.de Condict. furt. & ibi communiter omnes,& in l. Ex argento. ff. Eodem. & in l. Si nauis. §. Si generaliter. ff. de Reiuendicat.& in cap. Grauis. de Reſtitu. ſpolia.

2 In Foro verò animæ ſi dominus eo tempore, quo res pluris valuit, non foret eam venditurus; vt quia res ablata nõ erat apud dominum vendibilis: non tenetur fur ad æſtimationem rei, quanti ea plurimi fuerit à die furti commiſsi; ſed tantùm ad illud pretium,quod ſecundùm communem æſti-

mationem

Digitized by Google

mationem res valuiſſet; vt poſt Medin. C. de Reſtit. quæſt. 6. docet Couar. in regul. Peccatum. 2. part. §. 6. num. 2. in fin. & Rebel. poſt alios. de Obliga. iuſt. par. 1. lib. 2. quæſt. 6. num. 3. Et confirmantur prædicta per ea quę diximus verb. Fructus. Differentia 3. Illa etenim æſtimatio quanti plurimi res fuerit à die furti commiſsi; in pœnam iniquæ acceptionis impoſita eſt à lege. Et ideò non obligat; niſi ad quantitatem, & valorem rei, quo in veritate dominus fraudatus eſt.

Per quæ limitabis quæ tradit Silu. verb. Reſtitutio. 3. quæſt. 7. §. Primum. vbi indiſtinctè tenet in Foro animę teneri furem ad æſtimationem rei peremptæ, etiam ſecundum optimum ſtatum rei. Sed intellige vt proximè dixi. Et eodem modo intellige, & limita Naua. cap. 17. nu. 10. & 26.

Et non ſolùm prædicto caſu excuſatur à reſtitutione illius quāti plurimi: ſed etiam ſi quando valor rei creuit, non fuit fur in mora culpabili reſtituendi; vt quia forte reddere non potuit. Ita optimè P. Fern. Rebel. vbi ſup. num. 2.

Hinc in facti contingentia conſultus reſpōdi; quòd ſi Petrus mutuauit Ioanni modium tritici menſe Auguſti, & fuit in mora reſtituendi; quia nec requiſitus voluit illud reddere: tenetur reſtituere valorem dicti modii, quanti plurimi valuit poſt menſem Auguſti; ſi aliàs potens fuit ad illud reddendum, & Petrus non erat illud conſumpturus ante auctum pretium, vt & docet Rebel. ſup. num. 4. ad fin. cum ſeq. vbi idem dicit, etiam ſi Petrus ſeruaturus eſſet ad tempus quo vilioris eſſet pretii; ſi Ioannes illud conſumpſit tempore quo plus valuit. quæ ſunt valde notanda.

SVMMARIVM.

1 *REI ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter in Foro externo.*

2 *Secùs quoàd Deum, & Forum animæ.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 REGVLA illa quæ habet quòd in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter; de qua in cap. de His. de Sepult. & in §. Per traditionē. Inſt. de Rerum diuiſ. procedit tantùm in Foro exteriori. Hinc eſt quòd non poteſt quis cogi in Foro iudiciali, vt de ſuperfluis faciat eleemoſynas; vt diximus verb. Obligatio. Differentia 7. neque vt tempore caritatis vendat ſuum triticum; vt dicemus verb. Venditio. Differen. 5. Nec ſi malè, & luxurioſè ſubſtantiam ſuam, ſeu bona quis expendat, ac diſsipet, poteſt ſuper hoc cōueniri. Nam prodigus etiam palam, atque apertè bona profundens; antequam illi bonis interdicatur; omnia pro ſui animi arbitratu gerere poteſt. Communē dicit Alex. in l. Is cui bonis. ff. De verbo. obliga. Fran. Viuius lib. 1. opin. 247. & 248. & alii plures relati à Emman. Suar. lib. 1. Commun. opin. verb. Prodigus. pag. mihi. 324.

In Foro verò conſcientiæ, & quoàd Deū nullus eſt abſolutus dominus rerum ſuarū; ſed tantùm diſpenſator; vt notant omnes Theologi ſuper parabola illa diuitis epulonis. de qua Lucæ. 16. & ſic tenetur reddere rationem de ipſis, ſi malè, an benè eas expenderit. Hinc eſt non eſſe in cuiuſquā poteſtate abſq; peccato, eas dare Hiſtrionibus, & Ioculatoribus, qui illicitis ludis vtuntur; vt diximus. verb. Donatio. Differentia 1. & tenetur dare eleemoſynas de ſuperfluis, velit, nolit. (vt verb. Obligatio. dict. Differentia 7.) aliàs à Deo vapulabit. Et ſimiliter tempore caritatis tenetur charitatem exercere, & ſuas merces venales exhibere. vt diximus d. verb. Vēditio. Dif. 5. Omitto Eccleſiaſticos, de quibus ſpeciatim diximus. verb. Beneficium. Differ. 6. Adde not. verb. Peccatum Dif. 15.

SVMMARIVM.

1 *POSSESSIO 30. annorum, an det titulum emphyteotæ, licèt aliàs reuera ipſum numquam habuerit.*

DIF-

Digitized by Google

DIFFERENTIA QVARTA.

1 POSSIDENS per 30. annos rem emphyteoticariam profanam: vel per 40. Eccleſiaſticam, & ſoluens canonem ſeu penſionem illius rei: per hoc probat titulum in Foro exteriori; nempe fuiſſe rem illam in emphyteoſim ſibi conceſſam à domino directo, & pro illa penſione. licèt aliàs non habeat alium titulum, neque ſcripturam. Ita docet Iaſ. l. Qui in aliena. num. 49. ff. de Acqui. hered. & in l. 2. nu. 155. C. de Iure emphy. Alex. conſ. 79. num. 13. lib. 1. & conſ. 113. nu. 8. lib. 4. & Gamma deciſ. 329. num. 3. Itaque licitum erit in Foro exteriori præfato pacifico, & antiquiſsimo poſſeſſori allegare ſe habere titulum. Et titulus erit illa pacifica poſſeſsio tot annorum. Præſumit enim ius ita eſſe; adeò vt non admittat probationem in contrarium.

In Foro verò conſcientiæ, id non licebit; ſi aliàs ſibi conſtat, & eſt certus numquam à domino directo titulum habuiſſe, ſecundùm Caldas in Tract. de Acqui. emphyteo. cap. 12. nu. 20. & in Tract. de Emphyteo. extinctione. cap. 7. num. 42. in fin. Et probatur per ea quæ habes ſup. in Differentia 1. Conferunt tradita ſuprà, Diff. 2.

SVMMARIVM.

1 *REM ſuam nemo poteſt propria authoritate capere; nec pro ſibi debito facere compenſationem.*

2 *Secus in Foro animæ, certis cõcurrentibus. vt ibidem.*

3 *Rem ſuam propria auctoritate capiens; cũ aliàs poſſet eam per Iudicem habere, non eſt fur, licet peccet.*

4 *An de pœnis ſibi debitis, poſsit quis ſe compenſare.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 NEMO poteſt in Foro exteriori rem ſuam, cùm per alium poſsidetur; propria authoritate capere; nec pro ſibi debito facere cõpenſationem. Ratio eſt, quia id per viam Iudicis fieri debet, ad quem ſpectat reddere vnicuique quod ſuum eſt. Aliàs mille ſcandala quotidie orirentur, ſi cuique licitum eſſet res ſuas propria auctoritate recuperare, & ius ſibi dicere. Quod leges præcauentes, atque proſpicientes, ſtatuerunt ne id vlli liceret, ſub pœna amiſſionis iuris, quod ea in re haberet, vt patet in l. Si quis in tantam. C. Vnde vi. & in cap. Eum qui. de Præb. lib. 6. & in cap. Placuit. 16. quæſt. 6. & in Ordin. Luſitan. lib. 4. tit. 58. in prin. docet Inno. in cap. Olim. 1. num. 8. de Reſt. ſpol. & communiter omnes.

Quod adeò verum eſt, vt nec etiam à fure liceat domino rem ſuam propria auctoritate recuperare, poſtquam eam iam penes ſe fur habet, vt dicemus ſub verb. Reſtitutio. Diſ. 24. Faciunt tradita. verb. Iudex. Diff. 9. vbi, quòd nemo poteſt eſſe Iudex in cauſa propria.

2 In Foro verò conſcientię, bene licet domino rem ſuam propria auctoritate recuperare, concurrentibus præcipue tribus. licèt Silu. verb. Furtum. quæſt. 13. ponat ſex, de quibus etiam vide verb. Compenſatio. Differtia 3.

Primò, quòd mediante Iudice non poſsit eam conſequi; vel ex defectu probationis, vel ob potentiam aduerſarii, vel aliàs. ſecundùm gl. in cap. Ius gentium. 1. diſt. & ibi Præpoſi. & DD. probat tex. in cap. 1. in fi. de Milit. vaſſal. qui contumax eſt. in Vſib. Feud. Docent Imol. Abb. & DD. dict. cap. Olim. Idem Abb. in cap. 1. num. 10. de Dolo, & contu. Probus ad Monach. in cap. 2. num. 80. de Conſtit. Feli. in cap. Quoniam. num. 13. de Simo. & in tract. de Conatu. Octaua fallen. Hippol. ſing. 177. incip. Malitiis hominum. Pala. Ruui. in Rep. cap. Per veſtras. notab. 1. num. 13. idem Feli. in cap. 1. num. 14. de Iudi. Caiet. 2.2. quæſt. 66. art. 5. Naua. cap. 17. n. 112.

cum

Digitized by Google

cum ſeq. Cordub. caſu 99. &. 125. & 155. ad finem.

Hinc collige, quòd ſi ob verecundiam, & pudorem nō audet eam petere à Iudice: non ideò poterit propria auctoritate eam capere, ſecundùm Fr. Lud. Lop. poſt Sotum & Medin. 2. p. c. 33. pag. 243. & Fr. Eman. Rodrig. in Expli. Bullę Cōpoſ. n. 32. cōcl. 3.

Secundò quòd ſine ſcandalo id fiat. Nam ſi ex recuperatione propria auctoritate, timetur ſcādalum: nullo modo id licet. argu. c. Ad aures. iuncta ibi glo. verb. Scandalo de Tēpo. ordi. Hinc eſt, quòd cōmuniter permittitur prædicta recuperatio in ſecreto, & occulto; ita vt dominus eius eam ignoret. Cauere tamen debet recuperator, vt res recuperata non poſsit amplius ab hæredibus debitoris recuperari, ſeu euinci. Et etiam, vt debitor aliquo inuolucro, ſeu cautela intelligat; ſe iam amplius non teneri eam reſtituere; vel quia fuit ſibi remiſſa, vel aliàs.

Tertiò requiritur, quòd debitum ſit legale; non tamē morale, ſeu de honeſtate: ideſt vt ſit tale, quòd pro eo habeat actionem in Foro ſeculari, vel Eccleſiaſtico; vel poſsit eam obtinere per officium Iudicis; vel denunciationem Euangelicā; iuxta not. verbo Obligatio. Dif. 1. & in Prælud. n. 22. Ex quo infero ad id quod tradit Couar. in c. Cùm eſſes. n. 10. illatione 7. de Teſta. legatarium qui rem legatam in minus ſolenni teſtamēto conſequi non poteſt, non poſſe eam, ſalua conſcientia, furto ſubtrahere. quia tale legatum nō eſt ſibi debitū, niſi de honeſtate, & debito morali; nō tamen legali. Quod intellige verum, poſt declarationem factā à Iudice, declarando teſtamentū fuiſſe nullum, & inualidum ob defectū ſolennitatis à iure requiſitæ; & non ante; vt diximus verb. Lex. Diff. 8. num. 17. & Dif. 9.

Secundò infertur, nullū poſſe clā ſubtrahere quod ſibi deberi prætendit ob vſuras, dolum, aut aliud delictum: quia talia debita iuſtè peti non poſſunt. & conſequenter non ſunt debita legalia. Ita pulchre Nauar. c. 17. num. 112.

Tertiò infertur, quòd ſi debitum ſit tantū in Foro conſcientię, & nō in Foro iudiciali: (vt habes hic in quamplurimis caſibus, ac differentiis) poterit creditor ſe in occulto recompenſare: dum modò poſsit illud cōſequi per viam denunciationis Euangelicę, prout ſentit Couar. dict. cap. Cùm eſſes. nu. 10 illatione 7. & 8. iunctis iis quæ dicit nu. 9. verſ. Tertium. & tetigimus ſub verb. Cōpenſatio. Dif. 3. num. 2. verſic Primò.

3 Obſerua hic vnum mente tenendum ad primam conditionem ſupra requiſitam, ſcilicet, quòd ſi quis rē propriā propria auctoritate ſine ſcandalo recuperauerit; cùm tamen eam per Iudicem poſſet habere; ſed non curauit: excuſabitur à furto, & à reſtitutione: quamuis peccauerit, ius ſibi dicens. Ita egregiè Iul. Clar. §. Furtum. num. 21. allegat tantùm pro hoc, Cauar. lib. 1. Variar. cap. 2. poſt num. 15. verſic. Quartò. adde idem tenere Inno. dicto cap. Olim. Silueſt. verbo Furtum. §. 13. Soto lib, 3. de Iuſtitia. quæſt. 4. art. 5. §. Nihilominus reſp. Rebel. de Obliga. Iuſt. 1. part. lib. 2. quæſt. 18. num. 7. Faciunt not. verbo Compenſatio. Diff. 5. & verbo Reſtitutio. Differentia 23.

4 Sed quæro de dubio à nemine, quem viderim, tacto; ſcilicet An poſsit quis eamdē compenſationem facere de pœnis ſibi debitis, ad quas debitor in conſcientia non tenetur, donec ad eas per iudicem condemnetur? Videtur quòd ſic, ſi concurrant requiſita, de quibus ſuprà: nam prædictæ pœnæ ſunt debita legalia. Contrarium tamen ſentiunt multi, vt colligitur ex dictis per Rebel. ſup. quæſt. 10. num. 3. vbi agens an pro iniuria illata ſine damno, teneatur quis ad aliquam reſtitutionem, dicit plures tenere, quòd non. Et quòd ex hoc inferūt, nō poſſe facere propria auctoritate compenſationē. At certum eſt, dari in Foro iudiciali pro iniuria accepta actionem iniuriarum; & pro ea deberi aliquam ſatisfactionē. Sed ſi dixeris, in caſibus de quibus loquitur Rebellus, non eſſe debitum liquidū; quod neceſſario requiritur ad compenſationem faciendam; vt ſuprà diximus. Reſpondeo; multa eſſe delicta, quibus iura certas pœnas imponunt: & in his procedit dubium de quo agimus. Nihilominus cùm multa poſsint concurrere ad moderandas pœnas per Iudicem: ſemper tales pœnæ ſunt illiquidæ: & conſequenter non poteſt quis pro eis ſe compenſare. Infer ad notat. verb. Compenſatio. Differentia 6. & verbo Poſſeſsio. Differentia 5. in fine.

PRAESCRIPTIO.

SVMMARIVM.

1 PRæſcriptio immemorialis, an ſemper tribuat ius ſecurum in vtroque Foro.

DIFFERENTIA PRIMA.

1 PRæſcriptio immemorialis, inducit prẹſumptionem iuris, & de iure; ſcilicet quòd præſcribens, ſeu exiſtens in tali poſſeſsione tam antiqua, habuit verũ titulum, bonumq; principium, & iuſtam cauſam præſcribendi. Ita probat tex. in l. Hoc iure. §. Ductus aquæ. ff. de Aqua quotid. c. Super quibuſdã. de Verb. ſignific. Coua. copioſè in c. Cùm in officiis. num. 9. de Teſtam. & lib. 1. Variar. cap. 10. num. 14. Caſſan. in Conſuetud. Burgund. rub. 1. §. 2. in gloſ. Et la prueue. nu. 3. cum ſequẽtib. Hippolyt. ſingul. 80. incip. Tu habes. Loazes in conſi. de Mula. dubitatione 5. à nu. 1. quod verum eſt im Foro exteriori.

In Foro vero interiori, quando ius præſumit cõtra præſcribentem, eſtq; præſumptio violẽta contra ipſum: tunc nõ obſtãte prẹdicta præſcriptione immemoriali, poteſt in conſcientia quiſquã venire contra res præſcriptas; vt verbi gratia, Domini terrarum ſunt à tempore immemoriali in poſſeſsione multorum ſeruitiorum, quæ per vaſſallos ipſis exhibentur: ſanè in conſcientia, vaſſalli non tenẽtur ad ipſa. Ratio eſt, quia præſumuntur per violentiam extorta. Ita egregiè Cordub. q. 112. fol. 315. Pro quo facit c. Quamquam. cum ibi notatis, de Cenſib. lib. 6. quatenus habet exactiones pedagiorum vtroque iure regulariter eſſe damnatas. & Roſſella verb. Pedagium. §. 8. limitans ex hoc, tex. in c. Seruitium. 18. q. 2. & ibi glo. verb. Memorabilem. qui contrarium decidit in ſeruitiis debitis Eccleſiis. Quod tene mente, quia valet ad multa.

Sed hoc verum intelligo, quando ſeruitia ſunt exorbitantia, & ſine ratione. Secùs in ordinariis, & minimè irrationabilibus. Et ratio dictẹ differentiæ eſt; quia vt infrà dicemus Differentia 4. ſub hoc verb. In peccatis non datur præſcriptio. Iura quippe naturæ ſunt immutabilia, §. Naturalia autẽ Inſt. de Rerum diuiſ. & tantò grauiora ſunt peccata, quantò diutiùs detinent animam alligatam; vt dicit tex. in c. fin. de Conſuet. Infer ad not. inf. Dif. 7. & v. Peccatũ. Dif. 29.

SVMMARIVM.

1 *PRæſcriptio rei alienæ, & actionum perſonalium cum mala fide, etiam 30. annorũ; licèt valeat de iure ciuili.*

2 *Non tamen in Foro conſcientiæ, etiam ſi ſit ſtatutaria.*

3 *Fallit in iis quæ præſcribi poſſunt abſque peccato.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 PRAESCRIPTIO rei alienæ cum mala fide, licèt de iure canonico per cap. fin. de Præſcription. ſublata ſit, etiamquoad Forum ciuile, & contentioſum, quia in materia peccati ius Cæſareum iuri Pontificio ſubditur, & ei ſtare debet, iuxta text. cum ibi notatis in dicto c. final. Præſcriptio verò quoad actiones

nes perſonales, ſiue eius quod ego debeo; non eſt ſublata, vt patet toto tit. C. de Præſcript. 30. vel. 40. annorũ. Sunt etiam multa ſtatuta, & leges municipales denegãtes audientiam poſt aliquot annos prætendentibus debita aliqua, de quibus per Bart. in l. Sequitur. §. Si viam. ff. de Vſucapion. & in l. Sicut. in fin. C. de Præſcript. 30. annor. Abb. & Fel. in dict. c. fin. & in Ordin. Portugalliæ lib. 1. tit. 83. §. 30. & tit. 91. §. 18. & lib. 4. tit. 32. Quæ tantũ procedũt in Foro cõtẽtioſo.

2 In Foro verò conſcientiæ, tenentur debitores ſoluere prædicta debita, non obſtãte prædicto curſu temporis, ſeu præſcriptione tẽporali, ſi cum mala fide ea pręſcripſerint; ſecundùm Naua. c. 17. n. 85. cuius meminimus paulò inferiùs ſub hoc verb. in Diſ. 6. Idem docet Gãma deciſ. 334. & Rebel. de Obli. iuſt. 2. p. lib. 14. q. 13. nu. 13. Non enim dicta ſtatuta tollere potuerunt obligationem naturalem; nec talis fuit eorum intentio; ſed tantùm proſpicere quieti Reipub. quoàd Forum exterius, & lites dirimere. Meritò ergo non poteſt quiſquam prædictis legibus ſe iuuare quoàd Forũ conſciẽtiæ; nec eis tutus in Foro animæ eſſe. Faciũt not. in d. Diſſ. 6. Quod intellige ſi cum mala fide præſcripſerint. aliàs ſecùs; vt per Rebel. ſup. num. 10. ad fin.

Et aduerte circa primum dictum, magnã eſſe diſſentionem inter DD. de quibus latè per Ant. Gabr. 3. tom. Cõmu. opin. lib. 5. tit. de Præſcript. concl. 3. & 4. pag. 302. cũ ſeq. Quidam enim tenent quod ſuprà diximus, videlicet, valere præſcriptionem actionum perſonalium, etiam cum mala fide: limitantes textum in dicto c. final. vt ſolùm procedat circa præſcriptiones rerum alienarum; quaſi aliud ſit præſcribere ſciẽter quod tuũ eſt; & aliud quod tibi debetur. argum. text. ſingul. in l. Aurelius. §. Mæuia teſtamẽto. ff. de Liberat. legat. per quem dicit Bal. in l. Cùm neceſſitatem. C. de Fideicom. quòd ſi teſtator legat liberationem omnibus ſuis debitoribus; non intelligitur legata liberatio illius, qui poſſidet res teſtatoris.

Alii autem ſunt tenentes cõtrarium, ſcilicet text. in dict. c. final. etiam procedere circa pręſcriptiones actionum perſonalium. Quia reuera etiam in prædicto caſu daretur pręſcriptio rei alienę cum mala fide, videlicet præſcriptio actionis mei creditoris, cõtra dictum cap. final. anullans, & prohibens omnem præſcriptionem rei alienę cum mala fide, ibi, *Synodali iudicio diffinimus, vt nulla valeat abſque bona fide pręſcriptio, tã canonica, quàm ciuilis.* quod & veriùs credo; & admiſsit Ordinatio Regni Portuga. lib. 4. tit. 79.

3 Prædicta verò intellige in præſcriptionibus earum actionum, ſiue rerum quę fieri nequeunt ſine peccato, quales ſunt debitorũ quę ſine interpellatione ſoluere teneor. ſecùs tamen eſt in aliis, vt in pręſcriptione libertatis aduerſus ſeruitutem ruſticam, ſecundùm Abbatẽ in dicto c. final. n. 13. in fi. quicquid dicat Fel. ibid poſt Imol. n. 3. & in pręſcriptione ſententię iniuſtę, ſecundùm Fel. in dict. cap. final. num. 4. & ſimilibus.

Et ratio diuerſitatis eſt, quia prędictum cap. fin. ſolùm ſe fundat in peccato. vnde, ſublata culpa ex parte præſcribentis, ſtandum erit iuri cõmuni, vel municipali; cùm prædictum caput ſit correctorium. vnde nõ debet extẽdi ad caſum diuerſum, diuerſęq; rationis, & in quo ceſſat ratio legis correctorię. Hinc collige Ordinationem Luſit. lib. 3. tit. 94. §. 3. qua cauetur denegari audientiam domino beſtię deperditę ob euẽtum, & turbinẽ fortunã, poſt quatuor menſes, factis diligentiis, de quibus in dicta Ordinatione, non procedere, nec habere locũ in Foro conſcientię; prout annotauimus verb. Bona. Diſ. 1. verſic. Hinc caueat.

SVMMARIVM.

1 *PRæſcriptio immemorabilis, habet vim priuilegii. ſecus in Foro conſcientiæ, ſi veritas ſit in contrarium.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 PRęſcriptio immemorialis, habet vim priuilegii à Principe ex certa ſcientia conceſſi. Communẽ dicit Bello. conſi. 55. numer. 5. Vnde qui eſt in poſſeſſione alicuius iuris, ſeu iuriſdictionis per tam longinquũ tẽpus, vt eius memoria nõ ſię

ſit in contrarium; ſecurus eſt in Foro externo, etiam ſi ſit tale, vt ſine conceſsione ſeu priuilegio Principis, vel Papę, poſsideri ab eo non poſſet, ſecundùm Bello. conſi. 55. num. 3.

In Foro verò conſcientiæ, non erit ſecurus, ſi certus ſit tale priuilegium numquam fuiſſe obtentum. Et in his verificatur doctrina communis (de qua per Alex. in l. Cùm aliquis. C. de Iure delib.) nimirũ tẽpus immemoriale non ſufragari, ſi conſtet de mala fide pręſcribẽtis. Refert Coua. Reg. Poſſeſſor. 2. p. §. 8. n. 4. Nec mirũ, cùm præſcriptio hęc, ſeu poſſeſsio immemorialis abſq; alio titulo innitatur pręſcriptioni. Deci. cõſ. 85. col. 2. quę locũ nõ habet in Foro animę, cùm aliàs conſtat de veritate in contrariũ. Ex quib. collige vnum mirabile, nimirum pręſcriptioni ordinariæ cũ titulo, & bona fide nõ nocere malã fidẽ ſuperuenientẽ poſt præſcriptionem, vt habes inf. Dif. 6. In hac verò immemoriali, quæ eſt potẽtior, nocet. Facit c. 1. de Preſcri. in 6. vbi data incapacitate, nec præſcriptio immemorialis procedit. Docet Oldra. cõſi. 254. Cõferunt notata inf. Dif. 7.

SVMMARIVM.

1 *PRæſcriptio nulla datur quoàd peccata, in Foro animæ.*

2 *Secùs in Foro contentioſo, vbi diuturnitas temporis ſaltem, minuit pœnam.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 PRæſcriptio nulla datur quoàd peccata; nec diuturnitas tẽporis, etiã millenaria in peccato excuſat in Foro animæ; nec minuit peccatũ, immò ipſum grauat. c. fi. de Cõſuet. vbi inquit tex. *Tantò ſunt grauiora peccata, quãtò diutiùs infelicem animam detinent alligatã.* Ad idẽ tex. in c. Non debet. in fin. de Conſang & affinit. c. Non ſatis. de Simon. gl. verb. Pœnitentia. in c. Admonere. 33. q. 2. quam exaltat Nauar. vbi plures commendantes refert in c. 1. in princip. de Pœnit. diſt. 5. in glo. verb. Perſeuerauerit. nu. 127. Rochus latè in repet. c. final. in 1. notab. de Conſuetu. Abb. in c. Cùm haberet. n. 4. de Eo qui duxit in matrim. & in cap. fin. n. 12. de Præſcription. vbi dicit in Foro pœnitẽtiali, peccata, & crimina tempore non præſcribi, nec remitti, ſeu tolli. Quod cõfirmatur ex notatis per eumdẽ Abb. in c. Licèt cauſam. de Proba. col. 13. vbi dicit quòd vbi ius agendi fundatur ſuper peccato; vt actiones de dolo, numquã præſcribitur. Refert, & ſequitur Fel. in c. fin. n. 2. de Pręſcription. Idẽ dic quoàd actionẽ furti. Et ideò res furto ablata à quocumq; euinci poteſt. nec præſcribi poteſt.

2 At in Foro contentioſo diuturnitas temporis minuit pœnam peccati, ſeu delicti. l. Si diutino. ff. de Pœnis. adeò, vt poſt quinquenniũ, non poſsit quiſquam accuſari de adulterio. l. Adulter. C. Adulter. & generaliter aduerſus quodlibet crimen procedit præſcriptio 20. annorum; ita vt poſt predictum tempus, non poſsit quiſquam accuſari de eo. l. Querelam. C. de Falſis. l. Adulterium. C. de Adulter. etiam ſi delictum fuerit occultum. Communem dicit Gargian. cõſi. 124. nu. 17. qui habetur inter conſilia crim.

Ex prædictis collige vnum ſingulare, videlicet in Foro animę non poſſe quemquã ſe excuſare ob non vſum, vel ex conſuetudine. verbi gratia, Aduocatus negligẽs, vel fouens iniuſtam cauſam, nõ eſt in vſu apud plures Confeſſarios, vt compellatur reſarcire damna, contra notata ſuprà, ſub verbo Obligatio. in Diff. 3. ſed non ideò tutus erit apud Deum; quia in hoc Foro non prodeſt præſcriptio, nec non vſus; immò quod ſemel eſt malum, vel reſtitutione dignum; ſemper eſt malum, & obligat reſtitutio.

SVMMARIVM.

1 *MINOR læſus, poſt quadriennium non reſtituitur, niſi ſit læſio enormis, vel enormiſsima.*

2 *Lædens minorem, tenetur in conſcientia damna reſarcire, etiam ſi minor nihil petierit infrà quadriennium.*

DIF-

Digitized by Google

DIFFERENTIA QVINTA.

1 CONTRAHENS cum minore, vel Eccleſia, & eos lædens: tranſacto quadriennio, ad petendam reſtitutionē læſionis conceſſo, non tenetur in Foro exteriori ad ſatisfactionē, ſiuè refectionem prędictæ læſionis; niſi læſio ſit enormis, vel enormiſsima. Ita notāt DD. præcipue Abb. in c. 1. n. 12. de In integ. reſti. & in c. Cū cauſam. de Empt. Deci. cōſi. 36. nu. 9. dicit communem Iaſ. conſi. 55. nu. 2. vol. 1. Couar. lib. 1. Variar. cap. 3. num. 14. Coſta in l. Gallus. §. Et quid ſi tantum. num. 75. & 80. ff. de Libe. & poſthu.

2 In Foro tamen cōſcientiæ, tenetur ad dāni, & læſionis cōtingentis compenſationē. Ita tradit ſingulariter Couar loco ſup. citato n. 5. Præſcriptio enim illa quadriennalis eſt inſtar illarum, de quibus diximus ſup. Dif. 2. vnde ibi vide rationem diuerſitatis.

SVMMARIVM.

1 *PRæſcriptione completa, ſecurus eſt in cōſcientia poſſeſſor, licèt ſuperueniat mala fides; quicquid alii dicant.*

2 *Dummodo præſcriptio ſit facta cum titulo, & bona fide.*

3 *Præſcribens cū mala fide, & præſcriptione ſtatutaria, non eſt tutus in conſcientia. Vt ſi dominus præſcribat ſalarium famulo. Fallit in triennalli poſſeſſore Beneficii. ibidem.*

4 *Hæredes malæ fidei poſſeſſoris, an prę ſcribant, non obſtante mala fide teſtatorum.*

5 *Dominus naturalis rei præſcriptæ, ſi recuperet rem ſine vi; an teneatur illam reſtituere præſcribenti: vel an poſsit penes ſe retinere.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 POST pręſcriptionem completam, ſi perueniat mala fides, quidam tenent, licèt quoād Forum exterius ſit ſecurus: in Foro tamen conſcientiæ quemquam teneri rem reſtituere. Ita Bart. Ant. de Butr. Ioan. Andr. & Summa Roſella, quos refert Couar. in Regul. Poſſeſſor. 3. par. §. 2. num. 1. Idem tenet Alciat. in l. 3. C. Famil. herciſc. & Addi. Abb. in cap. Quia plerique. ſub numero 25. de Immunit. Eccleſ.

Sed contraria ſententia, ſcilicet in vtroque Foro eſſe ſecurum, eſt omnino tenenda, quam latè defendit Couar. vbi ſuprà, & eam tenet gloſſa in capit. Vigilanti. de Preſcript. alia in Regul. Poſſeſſor. in 6. alia in capit. 1. 14. quæſt. 6. alia in capit. Si virgo. 34. quæſt. 2. alia in capit. 1. de Conceſsione præb. & ſatis probatur per text. in cap. Veniens. de Præſcript. ibi, *Quia ſi conſummata erat, quando ab Alexandro Papa priuilegium impetrauit, iuri præſcriptionis renunciaſſe videtur.* & ſequitur D. Thom. Quodlibeto 12. artic. 21. eſtque communis opinio tam Canoniſtarum, quam Theologorum, teſte Imol. in cap. final. nu. 30. de Prę ſcript. Tiraq. in tract. Ceſſante cauſa. limit. 12. n. 16. Menoc. de Recup. poſſ. remed. 16. nu. 17. Caſtro de Lege pœnali. lib. 2. cap. 5. Couar. vbi ſuprà, Soto lib. 4. de Iuſt. quæſt. 5. art. 4. concluſ. 2. verſ. Et ratio eſt. & quæſt. 7. art. 2. col. 3. §. Quo fit. ad fin.

2 Intellige tamen eſſe verā in præſcriptione per legē canonicam approbata, ſcilicet cùm concurrit cum ea titulus, & bona fides.

3 Nam in aliis pręſcriptionibus quæ ſunt, vel Iuris ciuilis, quibus ſacri Canones non conſentiunt, vel legum particularium Regnorum, vel ſtatutorum ciuitatum, quibus ſtatuitur; ne poſt aliquot annorum decurſus debitum peti poſsit; ſecùs dicendum eſt, teſte Nauar. cap. 17. num. 85. vt & diximus ſuprà Differ. 4. Nec mirum, cùm tales leges, vel ſtatuta loquantur de debitoribus ſcientibus debitum; & ob negligentiam creditorum non ſoluentibus; & ſic de malæ fidei poſſeſſorib. & ideò pręſcriptio eorum non valet in Foro conſcientię. Cōmunē dicit Pariſ. in Rub. de Pręſcrip. n. 32. & alii relati 2. tom. Commu. opin. lib. 7. tit. 2. nu. 38.

Hinc dicit Henriq.de Indulgent.cap.36. §. 6.in glo.H. quòd ſalarium famuli expulſi præſcribit dominus in Foro fori: at in Foro conſcientiæ id non prodeſt. idem Rebel.de Obliga.iuſt.2.p.lib.14. quæſt.13. num. 13. Fallit tamen in Beneficiario triennali, vt diximus, verbo Poſſeſsio. Diff.1.

4 Sed quid dicendum erit de eorum hæredibus, bonam fidem habẽtibus? certe, neq; iſtis proderit vſucapio in Foro canonico, & animæ, teſte Anto. dicto capit. Si diligenti. Palat. Ruuios in Repetit. Rubri. de Donation. inter vir. & vxor. ad fin. iuncto Abbate in cap. De quarta. num. 9. de Præſcript. & in cap. Nihil. nu. 8. eodem tit. & Bero. in dicto cap. De quarta. nu. 15. & Balbo. de Pręſcrip. 2. par. tertiæ principalis, quæſt. 12. num. 11. de quo vide latiſsimè per Anton. Gabri. 3. tom. Commun. opin. lib. 5. tit. de Præſcrip. concluſione 5. per totam pag. 304. Et ratio eſt, quia mala fides auctoris nocet ſucceſſori, tam vniuerſali, quàm etiam ſingulari. Auth. Vt ſponſal. largit. §. Rurſus. Idem probat text. in l. Vitia. C. de Acquir. poſſeſsion. & in l. Cùm hæres. & in l. An vitium. ff. de Diuerſ. & temporal. præſcript. & in l. Nec vſufructuariũ. C. de Vſufruct. & in l. Si ego. §. Partus. ff. de Public. in rem. action. & in l. fin. C. Cõmun. de Vſucapion. & tenet glo. 1. in l. Pomponius. §. 1. ff. de Acquirend. poſſeſsion. communiter approbata teſte Alex. ibidem, numer. 2. & conſil. 72. col. penult. vol. 6. Socin. conſil. 106. num. 6. vbi dicunt ita ſeruari tam de Iure canonico, quàm de Iure ciuili. Idem Balb. vbi ſup. nu. 11. & 12. & ita tenendum.

Quamuis Dynus, & alii relati à Couar. dicta Regul. Poſſeſſor. 2. par. §. 9. nu. 1. poſt princip. & nu. 3. in fin. teneant, Iure canonico poſſe hæredem præſcribere rem, mala fide à defuncto poſſeſſam; modò ipſe hæres nolit vti poſſeſsione ipſius defuncti. Quod in præſcriptione 30. annorum admittit Coua. vbi ſuprà in fine. Quia cùm in ſucceſsione non ſit vera mala fides, ſed à iure ficta, ob repręſentationem defuncti, vel auctoris, & ſic nullum peccatum in ſe contineat; non mirum ſi cum ea, etiam de iure Pontificio præfata trigenaria præſcriptio in tali ſucceſſore admittatur. Quare excepta dicta trigenaria pręſcriptione, nullus ſucceſſor poterit ſe vlla alia præſcriptione tueri; ſi eius auctor rem ipſam cũ mala fide poſſederit; ſed quandocumque, etiam poſt cõpletam præſcriptionem, id reſcierit, tenebitur rem vero domino reſtituere.

Sed contra hæc faciunt notata per Paul. de Caſt. in l. Si quis ſub conditione. in fin. ff. de Cond. inſtit. & conſil. 285. incipit. Hæreditas dictæ puellæ. & Fel. in cap. fin. de Pręſcript. num. 7. §. Secundam ſaluationem. vbi dicunt debitorem, quando ignorat ſe debitorem, puta hęredem primi debitoris, poſſe præſcribere. per cap. Qui in ius. de Regul. iur. in 6. & eſſe tutum in cõſcientia poſt completam præſcriptionem ſtatutariam, licèt oriatur poſtea mala fides. quod libenter ſequor. Cùm enim ſtatutũ poſsit abreuiare iſta tempora; non video rationem differentiæ, quare non poſsit iſte præſcribens eſſe tutus finita præſcriptione; ſicut eſt tutus præſcribens iure communi. Quod tamen intellige verum, dummodo præſcribat rem debitam, non tamen rem alterius. Tunc enim ceſſat ratio malę fidei auctoris, de qua ſuprà; per notata per Ludouic. Rom. conſi. 201. incipit. Pro deciſione. in princip. & Fel. ſupra nu. 6. Adde notata ſuprà ſub hoc verbo in Diff. 2.

5 Iam verò conſurgit hic pulchrum dubiũ, an cùm res pręſcripta deuenit in poſſeſsionẽ prioris domini ſine fraude, & vi; teneatur rem ipſam in Foro conſcientię reſtituere ſecundo domino pręſcribenti. Pro parte affirmatiua facit, quia iam res non eſt eius, ſed alterius; cùm per pręſcriptionem, præſcribens factus ſit dominus illius, authoritate vtriuſque iuris tam ciuilis, quàm canonici. Et licet videatur durum cogere dominum naturalem ad rem aliàs ſuam domino ciuili ſponte reſtituendam, quam forte ſine culpa ſua amiſit, & fuit contra ſe pręſcriptum: quia tamen pręſcriptio, & vſucapio eſt ſecundum ęquitatem naturalem; vt eſt receptum, teſte Conſtan. in Rubr. Inſtit. de Vſucapion. num. 2. & 4. Mencha. de Controuer. illuſt. lib. 2. cap. 52. num. 1. Couar. in Regul. Poſſeſſor. §. vnico. numer. 5. Nauar. cap. 17. nu. 85. Sot. lib. 5. de Iuſt. quęſt. 5. art. 4. Bero. poſt Abb. & Fel. num. 10. in Rub. de Pręſcript. & ibidem Alcia. num. 5. contra gloſſam in cap. Ius generale. 1. diſt. &

gloſſam

Digitized by Google

gloſſam in §. Ius autem ciuile. verb. Ius ciuile. Inſt. de Iure natural. quæ communiter reprobantur, ſecundùm prædictos: & prædicta æquitas ſit ſpecialis, & ſcripta, ac poſterior: procul dubio videtur ei ſtandum, per notata per gloſſam, & Iaſ. ibi num. 3. in l. Placuit. C. de Iud. & per Addit. ad Gozad. l. 2. num. 165. C. de Pact. inter emptor. Corn. conſil. 157. col. 2. verſ. Et licèt gloſſa. vol. 2. Vincent. de Franch. Deciſ. 219. n. 6. & Caual. in Indice Deciſionũ. v. Aequitas. & Deciſ. 44. num. 36. part. 1. vbi dicit æquitatem ſpecialem præferri regulę generali iuris cõmunis. Videtur ergo præferendum eſſe dominum ciuilem domino naturali, etiam in Foro animæ, cùm in hoc caſu non agamus de pręferenda æquitate contra rigorem; ſed de præferenda æquitate ſcripta, & ſpeciali, contra æquitatem in genere, vel ſaltem derogatam in ſpecie, & per conſequens ſtandũ eſſe poſteriori, per c. 1. de Conſtit. lib. 6. & l. Non eſt nouũ. ff. de Legi. Adde cap. 1. de Reſcript. vbi, quòd generi per ſpeciem derogatur.

Pro parte verò negatiua, ſcilicet non teneri reſtituere in Foro conſcientię facit, licet præſcriptio ſit ſecundùm æquitatem, negari tamen non poſſe fuiſſe introductam à iure ciuili contra verum domini conſenſum; nec acquirere rem pręſcriptam ipſum præſcribentem de iure naturali, ſed tantùm de Iure ciuili, & Canonico, abſque verò cõſenſu domini. Quibus ſtantibus, videtur magis æquũ vt iſte dominus naturalis poſſit remanere cum illa re, aliàs ſua, dùm non petitur ab eo, vel compellitur à Iudice eam reſtituere. Aegrum enim, & durum nimis videtur, vt Confeſſarius cogere teneatur pœnitẽtem ad reſtituẽdam rem, cuius ipſe eſt dominus naturalis, nemine ab eo illam petente; & vt ipſe dominus naturalis ſua ſponte ſe ſpoliet re, aliàs ſua, & ad id eum compellamus. Pro quo faciunt notata, ſub verb. Lex. in Differentia 8. & verb. Pœna, Differentia. 20.

SVMMARIVM.

1 D*IVTVRNITAS temporis minuit peccatum in Foro exteriori, & auget in interiori.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 DELICTA antiqua in Foro exteriori mitius puniuntur, quàm recentia, l. Si diutino. ff. de Pœnis. vbi Modeſtinus ait. *Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius ſubleuanda erit.* Et iterum, *Conſtitutum eſt, non eodem modo puniendos eos eſſe qui lõgo tempore in reatu agunt; ſicut eos qui in recenti ſententiam accipiunt.* Hinc dicit Nauar. in cap. 1. in prin. num. 125. de Pœnit. diſt. 5. Eum qui occidit hominem ab hinc decem annis, non eſſe decapitandum; quia pœna ordinaria homicidæ eſt mors. l. 3. C. de Epiſco. audien. ſed ille homicida læuius eſt puniendus, ex dict. l. Si diutino. Ergo non morte. Quod tene mente perpetuo, quia fortaſſe aliquando honorabit te. Et in confirmationem dict. l. Si diutino. obſerua, multa eſſe crimina, quæ tempore præſcribuntur. Nam accuſatio adulterii quinquennio tollitur. l. Adulter. C. de Adulte. & crimen falſi, & alię accuſationes criminales viginti annis tolluntur. l. Querelam. C. de Falſis. non ergo mirum ſi temporis diuturnitas diminuat pœnam delicti.

In Foro verò conſcientiæ, non imponetur minor pœnitentia pro crimine, & peccato antiquo, quàm pro recenti, vt tradit Panor. in cap. Cùm haberet. de Eo qui duxit in matrim. & Nauar. ſup. num. 127.

Denique obſerua, licèt de Iure ciuili temporis diuturnitate crimina præſcribantur; tamen de Iure Canonico crimina non præſcribi, quoàd pœnas ſpirituales. De hoc eſt gl. ſing. in cap. Admonere. verb. Pœnitentia. in fin. 33. quæſt. 2. dicens, poſſe maritum accuſare vxorem de adulterio ad effectum diuortii, etiam vſque ad milleſimum, & quandocumque; quàm gl. exaltat Nauar. plures commendantes referens, in dict. cap. 1. in prin. in gl. Perſeuerauerit. dict. num. 127.

PRO-

Digitized by Google

PROMISSIO.

SVMMARIVM.

1 *POLLICITATIO præſenti, vel abſenti facta, an valeat in vtroque Foro.*

2 *Promiſſum vel determinatio in animo tãtùm facta, dandi aliquid alicui, vel faciendi pro eo, cum intentione ſe obligandi; an obliget in conſcientia.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 POLLICITATIO, ſeu promiſsio ſimplex (quales ſunt quæ fiunt ab aliquo vltrò, & ex ſuo motu, ſine alicuius petitione) ſi fiat homini præſenti, & acceptanti, obligat pollicitantẽ eodem modo quo pactum nudum. Quia eò ipsò quòd acceptatur, tranſit in pactũ. arg. l. Si ſtipuler. §. fin. ff. de Verbo. facit gl. in l. Conſenſu. ff. de Actio. & oblig. docet Barboſ. 3. par. l. 1. num. 14. ff. Solu. matri. & Rebel. de Oblig. iuſt. 2. par. lib. 18. quæſt. 1. num. 1. in fin. Et conſequenter producit actionem in Foro canonico, per not. in cap. 1. de Pact. & verb. Obligatio. in Differentia 10. Dummodò fiat ex cauſa; per ea quæ dicemus infrà Differentia 9.

Si autem non acceptetur expreſsè, ſed taceat: putant quidam; vt Azor loco infrà citando, & Communis teſte Couar. in Rub. de Teſta. num. 13. & Rebel. ſuprà, num. 2. cenſeri acceptatam; quia tacens conſentire videtur in iis quæ ſunt ſibi proficua. Nihilominùs tamen propter inurbanitatem nõ acceptantis expreſsè, nec gratias exhibentis; cenſeo non remanere obligatum promiſſorem in vllo Foro, vt optimè aduertit Rodrig. verb. Promeſas. concluſione 2. & tenet Grego. Lop. ad l. 26. Par. 5. tit. 11. & Gomez lib. 2. Reſolu. cap. 9. num. 2. Si enim acceptaſſet, tenebatur referre gratias. Quod cum non fecerit; tacendo cenſendus eſt non acceptaſſe.

Si verò pollicitatio fiat abſenti. Si quidem mittatur nuntius, vel epiſtola, admonens promiſſarium de ea: in Foro exteriori etiã canonico, donec acceptetur, nullam producit actionem, nec obligationem, & ideò poteſt reuocari. ſecundùm Guid. Pap. (vbi latè) Deciſ. 222. per totam. Ratio eſt, quia abſenti non quæritur, ante acceptationem; ideſt abſens per dictã pollicitationem non acquirit actionem contra pollicitantem. vt l. 2. §. Sed ſi quis donaturus. & l. Abſenti. ff. de Donat. docet Bar. l. Si vnus. §. Pactus. col. 4. ff. de Pact. Feli. cap. Si cautio. col. 6. Fallen. 2. de Fide inſt. poſt Abb. ibi num 6. Couar. in cap. Quamuis pactum. 2. par. §. 4. num. 15. Iul. Clar. §. Donatio. quæſt. 12. num. 1. & 2. Rebel. ſup. lib. 1. quæſt. 3. nu. 15. & lib. 18. quæſt. 2. num. 7. & quæſt. 4. num. 2. Soto lib. 3. quæſt. 5. art. 3. §. de Donatione. & lib. 7. de Iuſt. quæſt. 2. art. 1. Idẽ de legato. l. Si tibi homo. §. Cùm ſeruus. de Lega. 1. Cuia. in l. A Titio. poſt gl. 1. ff. de Fur. Et ratio rationis eſt, quia ante acceptationem non adeſt niſi cõſenſus ſoliùs pollicitantis. At obligatio ciuilis (ex qua oritur actio) non poteſt eſſe, niſi interueniente conſenſu duorum. l. 1. & l. Iuriſgentium. §. Sed cum. & §. Igitur. ff. de Pact. Bar. & Couar. vbi ſup. Ergo &c. Et confirmatur, quia vbi nullus eſt qui accipiat, ibi nullus eſt qui donet; ſiquidem donare reſpectiuè ſe habet ad accipere, vt docet Fr. Ludo. à Beia. 2. par. Caſuum conſci. Caſu 2. ex propoſitis. 26. Maii. 1583. pag. 277.

In Foro verò conſcientiæ, cenſeo non poſſe fieri reuocationem, ſed expectandum eſſe reſponſum promiſſarii, an acceptet, necne. Ratio eſt, quia omne promiſſum de re licita, debitum eſt in ore fideli; eſtq; ad implendum. cap. Qualiter. de Pact. & vt vulgo dicitur: *Quien promete, en deuda ſe mete.* Huc accedit, à Deo non fieri differẽtiam, nec diſcrimen inter iuramentum, & ſimplicem

Digitized by Google

ſimplicem loquelam. cap. Iuramenti. 22. quęſt. 3. & negari nō poteſt promiſſorem, poſtquam miſit epiſtolam, manere obligatum tamquam hominem veracem, fidelem, & honoratum, non retrocedere ab eo quod ſemel alicui promiſit, niſi iam iuſta aliqua cauſa recenter ſuperueniſſet, vt palam eſt, & docet D. Tho. 2. 2. quæſt. 88. art. 3. ad 1. vbi in hac promiſsione ſimplici, quæ ſecundùm nos dicitur pollicitatio, facit differentiam inter Forum iudiciale, & conſcientiæ: nempè in iudiciali, & ciuili, nullam inſurgere ex ea obligationem iuridicam, & ciuilem; benè tamen obligationem naturalem. ſequitur Lopez. 2. par. cap. 30. quæſt. 3. §. At quando. & expreſsiùs Panor. in c. Cùm inter vniuerſas. de Elect. ſentit Rebel. vbi ſuprà, 2. parte lib. 18. quæſt. 2. num. 9. & in ſpecie tenet Azor 3. par. Inſt. mor. lib. 11. tit. de Pollicitationibus. cap. 2. quæſt. 3. §. Si promiſsio fiat quinto modo. Allegat in id l. Qui abſēti. ff. de Acqui. poſ. Facit etiam tex. celebris in cap. Si tibi abſenti. de Præb. lib. 6. & probat gl. memorabilis. in cap. Quoties cordis oculus. verb. Per te. 1. quæſt. 7. de qua facit magnum feſtum, & eam pluribus ornat Feli. dict. cap. Si cautio. col. 6. & etiā Iaſ. in l. Qui Romæ. §. Flauius. num. 24. de Verb. oblig. licèt Rebel. ſuprà, quæſt. 5. num. 7. ad fin. dicat etiam poſt acceptationem non teneri promiſſorem, niſi ex honeſtate: cùm tamen idem in 1. par. lib. 1. quæſt. 4. num. 6. teneat ex ſimplici promiſsione, qua ſe promiſſor ex iuſtitia alteri obligare intendit, naſci obligationem iuſtitiæ commutatiuæ. Sed ipſe ſe declarat dict. quæſt. 4. num. 1. ad fin. in lib. 18. diſtinguendo intentionem promittentis. an ſcilicet ex honeſtate; an ex iuſtitia intenderit ſe obligare. Idem quæſt. 2. ibid. nu 6.

Vnde cauendum eſt à Couar. ſup. quatenus inuehit contra Panor. dict. cap. Cùm inter. ad fin. & eum tamquam contraria aſſerentem reprehendit. Non enim ſunt contraria dicere ex pollicitatione non poſſe agi ad intereſſe, etiam in Foro canonico, ſi promiſſor pænitet, & reuocet pollicitum; benè tamen peccare retrocedendo. Nam reuerà ponit præfatam differētiam, & ſentit ex dicta pollicitatione oriri naturalem obligationem; non tamen iuridicam, ſeu ciuilem; quicquid contra teneat Coua. ſup. Et ex quo naturalis naſcitur, poterit agi cōtra retrocedentem per viam denunciationis Euangelicæ, vt teſtatur Feli. vbi ſuprà. Attamen verum eſt, ſi promiſſor non miſit epiſtolam, nec etiam nuntium: tunc poſſe quandocumque pænitere, & reuocare pollicitationem, vt poſt alios, docet Rebel. ſup. q. 2. n. 6. lib. 18. Adde not. v. Contractus. Differentia 8. Et in hoc caſu procedit opinio Bart. dict. §. Pactus. & Couar. ſup. dicentium ex pollicitatione non produci naturalem obligationem. Nam antè miſſam epiſtolam, vel nuntium, non videtur promiſſor plenè deliberatus ad complēdum promiſſum. Secùs poſt. Nam, & tunc iam videtur ius ad rem quæſitum ipſi promiſſario. arg. dict. cap. Si tibi abſenti. Facit denique quod ipſe met Couar. ibid. ad fin. verſ. 6. principaliter concludit, ſcilicet naturalem obligationem non dependere, niſi à promittente, eiuſque conſenſu, qui perfectiſsimus eſt, etiam antequam promiſſarius acceptet. Cur igitur non orietur ex pollicitatione abſenti facta, naturalis obligatio? Vtique ſanè orietur, modo conſtet animus preſentis ad obligationem; vt & lege lata Caſtellæ decretum eſt. in l. 3. tit. 8. lib. 3. Ordi.

Ex prædictis videtur colligi deciſio illius quæſtionis à DD. paſsim tactę, an ſcilicet quis maneat obligatus in conſcientia ex ſola determinatione animo concepta dandi aliquid alteri, vel faciendi pro eo, etiam cū intentione ſe obligandi. Nam ſi promiſsio verbis expreſſa dependet ex ſolo conſenſu, & hæc obligat, ſi animo ſe obligandi ſit facta (vt proxime diximus) idem dicēdum videtur de promiſsione interna, cum quis apud ſe firmiter ſtatuit dare aliquid. Nam ſi animo ſe obligandi id decreuit apud ſe, manebit obligatus in conſcientia; quamuis nullo exteriori ſigno, vel verbis id exprimat ac declaret. Ita Ang. verb. Pactum. §. 1. Soto lib. 4. de Iuſt. quæſt. 5. art. 1. & lib. 7. quæſt. 2.

Pro quo faciunt quæ diximus ſuprà, in principio. Nam ſi promiſsio facta abſenti obligat. Ergo hæc pariter obligabit; quia tā ignota eſt illa, quàm iſta. Et confirmatur

extra-

Digitized by Google

ex traditis per D. Tho. 2. 2. quæſt. 88. art. 3. ad 5. vbi dicit peccare, & infideliter agere eum qui non adimplet promiſsionem, ſed mutat animum, & pœnitet.

Sed contrarium eſt verius, ſcilicet non teneri in conſcientia illud animo cóceptum, quamuis aliás ſit firmiter, & deliberato animo ſtatutum, adimplere; ſed poſſe mutare voluntatem quandocumque; ex ſuprà traditis. Si enim promiſſum abſenti, & nõ ei ſignificatum literis, aut nuntio, poteſt liberè reuocari, vt ſuprà diximus: quanto magis id ipſum poterit quod ſua tantũ mẽte habet conceptum? Nam lex priuata à ſola, & libera voluntate decreta, poteſt ſemper ab eodem libere reuocari. Ob hanc enim rationẽ teſtamentum viuente teſtatore poteſt quandocumque reuocari. Quæ enim à ſola noſtra voluntate dependent, poſſunt pro libito noſtro mutari, dùm non tranſeunt in aliam obligationem.

Et confirmatur ex not. per D. Tho. 2. 2. quæſt. 88. art. 1. & in 4. diſt. 38. quæſt. 1. art. 1. vbi diſtinguit inter promiſsionem factam Deo, & eam quæ fit homini. Nam inquit, eam quæ fit Deo obligare, quia Deus cor intuetur, & corde cum Deo agimus, & tractamus. At promiſsione interiore non obligamur homini, niſi ipſa exterius declaretur. Hinc dicitur. *Verbis ligari homines.* Et Prov. 6. *Captus eſt propriis verbis, & illaqueatus ſermonibus oris ſui.* Quibus verbis ſatis innuitur hominem non obligari homini, niſi quando illum conſenſum exterius indicat, cum promittendi intẽtione. Ita Caiet. 2. 2. quæſt. 88. art. 1. Thom. de Argentina in ſuo tract. de Matrim. quæſt. 2. Silu. verb. Pollicitatio. Tabiena. verb. Pactum nudum. num. 2. Fr. Ludo. Beia. 2. tom. Caſuum conſci. caſu 2. ex propoſitis. 26. Maii. 1583. pag. 277. cum ſeq. Soto lib. 4. de Iuſti. q. 5. art. 1. Rebel. de Obliga. iuſt. 2. par. lib. 4. quæſt. 1. num. 4. quamuis malè alleget in id. l. 5. ff. de Pact. & D. Tho. 2. 2. quæſt. 82. art. 1.

Sed contra facit, quia vt colligitur ex eodem Beia. pag. 279. omne propoſitum firmum, cum intentione ſe obligandi, habet vim promiſsionis, & obligat.

Sed dic id non ſufficere; quia licèt proponam firmiter cum intentione me obligãdi; nihilominus poſſum pœnitere, dùm non declaro, & palam facio ipſum, & acceptatur ab alio; niſi in voto, & promiſsione Deo facta. quia obligatio non poteſt eſſe niſi inter duos: non enim homo obligatur ſibi ipſi, ſed alii; nec alii poteſt quis ſe obligare, niſi id verbis, vel ſignis manifeſtet: quia per ſolum conceptum interiorem homo non ordinatur ad alium. Id enim ſolùm eſt Angelorum. & ſic non ligatur, etiam ſi promiſsio interna ſit cum intentione ſe obligandi; quia reſoluitur infirmum tãtùm propoſitum. Ita Beia. ſup. pag. 280. verſ. At dubitabis. & hanc partem dicit perquã probabilem Soto ſup. in Reſponſ. ad 1. in fi. Si verò quis ad dict. conceptum addat animum ſe in conſcientia obligandi, tunc tenebitur. Ita Beia. ſup. pag. 280. quia tunc talis promiſsio implicite, & virtualiter fit Deo, & eſt velut quoddam votum.

SVMMARIVM.

1 PROMITTENS *factum alienum, quando teneatur.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 PROMITTENS factum alienum, in Foro exteriori de iure ciuili ad nihil tenetur. Nam talem promiſsionem, ſeu ſtipulationem tamquam inanem, & in poteſtate promittentis minimè poſitam ius ciuile improbat, & ſic ei nec obligationem, nec actionem tribuit, vt probat tex. in l. Stipulatio iſta. in prin. ff. de Verbo. obliga. & in §. Si quis alium. Inſt. de Inutil. ſtipul. docet Iaſ. in l. Quoties. ff. de Verbo. oblig. Deci. conſ. 345. & Curti. Iunior conſ. 124. num. 19.

Fallit tamen in quibuſdam caſibus. Primus eſt, quando quis promittit non ſimpliciter factum alienum, ſed ſe acturum, & curaturum; vt alter illud faciat, vt in dict.

l. Quoties.

Digitized by Google

l. Quoties. ff. de Verborum obligat.

Secundus eſt; quando ſtipulationi fuerit adiecta pœna, vt in dict. l. Stipulatio. verſ. At ſi quis velit.

Tertiùs eſt, quando ſtipulationi adiicitur iuramentum, vt docet Couar. in cap. Quãuis pactum. 2. par. §. 5. num. 2. & ita ſeruatur in practica tam in Foro ciuili, quàm canonico, propter vim, & reuerentiam ac religionem iuramenti.

In Foro verò animæ, ex ſola præfata ſtipulatione, & promiſsione oritur naturalis obligatio, ad hunc effectum. Videlicet vt promiſſor teneatur curare, & facere quòd alter promiſſum opere compleat, & exequatur. ſecundùm Couar. vbi ſup. Conferunt notata in Differentia præced.

Et obſerua, promittentem factum alienum cũ effectu, & nomine proprio adimpleturum, non liberari adhibendo ſummã opem, & diligentiam ad complendum id, quod cum effectu promiſit; niſi id cum effectu fiat. aliàs de proprio tenebitur ſoluere intereſſe. Ita tradit Deci. conſ. 325. n. 1. Paul. Pariſ. conſil. 110. num. 17. cum ſeq. lib. 1. Stepha. Ver. conſ. 162. lib. 1. in prima parte. Ruin. cõſ. 132. lib. 1. Tho. Grãma. deciſ. 102. num. 81. cum ſeq. & Bart. conſ. 236. par. 1. De quo vide latiſ. per Maran. in diſputatione 7. per totam.

Qui verò cum iuramento promittit factũ alienum; in Foro conſcientiæ, & etiam de æquitate canonica ſatisfacit adhibendo omnem diligentiam, vt fiat. Quia hoc ſolùm videtur iuraſſe, ſe facturum, & curaturum, vt docet gl. not. fin. in cap. Ex reſcripto. de Iureiu. Cui eſt ſimil. in cap. Ex literis. 2. de Sponſa. & in cap. Sicut ex literis. in gl. 1. eod. tit. & in cap. Eleutherius. 91. diſt. in gl. 2. & in cap. Tibi domino. 63. diſt. in gl. fin. ſequitur Abb. dict. cap. Ex reſcripto. num. 10. & ibid. Feli. num. 17. Idem Abb. dict. cap. Ex literis. num. 6. Iaſ. dict. l. Stipulatio iſta. in principio. Dicit communem Couar. vbi ſup. num. 1. Anto. Gom. 2. tom. Varia. cap. 10. num. 23. Alex. dict. l. Stipulatio iſta. in principio. num. 5. adde Deci. in l. Impoſsibilium. num. 4. ff. de Reg. iur. & Greg. Lopez in l. 11. tit. 11. Part. 5. Quamuis Deci. dict. cap. Ex literis. num. 6. & Alcia. in l. 4. §. Cato. nu. 139. ff. de Verbo. oblig. contendant hoc iure non probari. Tamen ſatis probatur in dict. l. Quoties. ff. de Verbo. Adde Ange. & eius Addition. in ſumma. verb. Iuramentum. 4. §. 1. col. 3. & 4.

SVMMARIVM.

1 *PROMISSVM ſeruo, vel Religioſo, an debeat ſolui.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 PROMITTENS aliquid ſeruo alicuius, vel Monacho, contemplatione eius, & non domini, vel Monaſterii, in Foro contentioſo non tenetur ad ſoluendum promiſſum. l. Naturaliter. ff. de Condi. indeb. & in reg. Quod attinet. ff. de Regu. iur.

In Foro tamen animę benè tenetur: vnde peccat ſoluere recuſans. ſecundùm Anto. & Abb. poſt Inno. in cap. Quia plerique. de Immun. Eccl. & DD. in l. Penult. §. Illud. C. de Neceſſa. ſeruis inſtit. Ratio eſt, quia naturaliter obligatur. per dict. l. Naturaliter. Adde not. verb. Iuriſdictio. Differentia 15.

Vnde idem dicendum eſt in promiſsione facta per dominum ipſi ſeruo, & de Abbate circa Monachum; quòd ſcilicet obligantur naturaliter: licèt in Foro exteriori non teneantur. l. Interpoſitas. C. de Tranſact. tradit Inno. in cap. Inſinuante. qui Cleri. vel wouen. Ioan. Andr. in regul. Non eſt obligatorium. de Reg. iur. lib. 6. in Mercurialibus. & in cap. Cùm ſingula. de Pręb. eod. lib. Panor. dict. cap. Quia plerique. numero 9. & 11. & Silu. verb. Reſtitutio. 2. quæſtione 14. Idem docet Rebel. de Obligatione iuſtitiæ. 2. part. lib. 1. quæſtione 8. numero 12. & lib. 18. quæſtione 3. numero 3. ad fin.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *SPONSVS promittens ducere aliquam; ſi renuat, compellitur à Confeſſario.*

2 *Non tamen in Foro contentioſo, niſi ſint ſponſalia iurata.*

3 *De rigore tamen iuris compelli poteſt, etiã in Foro contentioſo.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 SPONSVS promittens abſque iuramento accipere aliquam, maximè virginem, in vxorem: compellendus eſt à Confeſſario in Foro pœnitentiali, vt adimpleat promiſſum. Quia etiam nudum pactum de iure canonico parit obligationem naturalem; vt probat tex. in cap. 1. de Pact. & diximus ſuprà, verb. Obligatio. Differentia 10.

2 At in Foro contentioſo non eſt compellendus, ex tex. in cap. Requiſiuit. de Sponſal. & l. 7. tit. 1. Part. 4. vbi Greg. Lop. id notat, & videtur tenere Soto in 4. diſtinct. 27. queſt. 2. art. 3. & dicit communem tam Theologorum, quàm Iuriſperitorum Rebel. de Obliga. iuſt. 2. par. lib. 4. quæſt. 2.

Hinc dicit gloſſa in l. 1. C. de Sponſal. quòd alter ſponſorum poteſt, altero inuito, recedere ab ſponſalibus non iuratis, etiam de iure canonico. Sequitur Cyn. ibi, & Gratian. (licèt ſub dubio.) 27. quæſt. 2. §. Sed aliud. in verſ. final. refert, & ſequitur Silu. verb. Sponſalia. numero 10. poſt caſum 17.

Nec obſtat, quòd eccleſia nudum pactũ compellit obſeruare; vt in dicto cap. 1. de Pact. Quia ſpeciale eſt in matrimonio: tũ, quia matrimonia debent eſſe omnino libera: tùm, quia ex matrimoniis coactis pernicioſus exitus expectatur.

3 Sed obſerua, quòd hoc procedit de æquitate, & miſericordia, & quando renuens eſt obſtinato animo, ad non contrahendum, & probabiliter timentur grauia mala ſi cõpellatur. Nam de rigore etiam compelli poteſt in dicto Foro contentioſo, ex cap. Ex literis. in 2. de Sponſal. & tenet gl. in cap. Sic quippe. in gl. fin. 27. quæſt. 2 dicens, ſemper compellendum, niſi euidentiſsima cauſa ſubſit: idem tenet gl. verb. Compellas. in fin. dict. cap. Ex literis: & ibi Abb. num. 8. & Prępoſ. eod. num. dicens communem. Quod maximè ſeruandum eſt, quando ex diſſolutione ſponſaliũ, altera perſona grauiſsimum ſubit detrimentum; vt ſi puella reputabitur infamis, quòd ab altero fuerit repudiata; vel quando propter cõſuetudinem, & familiaritatem cum dicto ſponſo, non inuenit ſibi æqualem. ex gl. l. 2. ff. de Sponſa. Omni tamen caſu poteſt agi contra renuentem ad intereſſe.

Collige etiam ex hac differentia vnum mirabile: ſcilicet, quòd aliquando obſeruatum in Foro iudiciali ex æquitate; non obſeruatur in Foro pœnitentiali. Nam vt hic vides, ex ęquitate non compellitur ſpõſus inuitus adimplere promiſſum. Et tamen Cõfeſſarius tenetur cogere ipsũ. Vide ſimile verb. Repetitio. in Differentia 10.

SVMMARIVM.

1 *PROMITTENS ducere aliquam, putans eſſe virginem; ſi poſteà eam cognoſcat, & inueniat corruptam: in Foro exteriori compelletur eam ducere.*

2 *Etiam ſi probet fuiſſe corruptum, antequã eam cognouiſſet.*

3 *Sed in Foro animæ, non tenetur eam ducere.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 SPONSVS promittens per verba de futuro ducere aliquam in vxorẽ; credens tamen eſſe virginem; ſi poſteà inueniat eam corruptam non ideò poterit eam dimittere in Foro exteriori; ſed compelletur eã ducere; licet probet fuiſſe corruptam,

Digitized by Google

2 corruptam, ſeu ſtupratam ab alio. Ita probat tex. in cap. Quemadmodum. in princip. de Iureiur. & ibi Panor. & eſt communis opinio, ſecundùm Nauar. conſil. 2. num. 1. de Diuort. & in Man. cap. 16. num. 18. Faciunt notata in ſequenti differẽtia, & quod tradit Sot. in 4. diſtinct. 29. quæſt. 2. art. 3. verſ. Ad illud igitur. vbi inquit quòd error in intellectu, qui non apponitur cõtractui, ſi non ſit de ſubſtantia, ſed de qualitate perſonæ; non vitiat matrimonium. Adde nec etiam ſponſalia.

3 In Foro tamen cõſcientiæ, ſi ſponſus nullo modo cognouiſſet illam; nec ei promiſiſſet eam ducere, ſi ſciuiſſet eſſe ab alio corruptam; non tenetur cum ea matrimonium contrahere. Ita Cordub. caſu 49 & Rebel. de Obliga. iuſt. 2. par. lib. 4. quæſt. 1. nu. 12. ad fin. & ſentit Sot. ſuprà, verſ. His nihilominus. Sicque eſt limitandus, & intelligendus tex. in dicto cap. Quemadmodum. & Nauar. in dicto cap. 16. nu. 18. licèt Cordub. ſuprà falsò putet idem tenere Nauar. in ſæpedicto cap. 16. num. 19. Et eſt ratio huius differẽtiæ eadem cum ſeq. quia ſcilicet ſine conſenſu; nec ſponſalia, nec matrimonia contrahi poſſunt. Quę omnia nota diligenter, & manda memoriç. quia ſunt quotidiana, & bis iam habui in practica. Adde in confirmationem quæ habes verb. Contractus. Differ. 9.

SVMMARIVM.

1 *PRomittens ducere aliquam, ſi corporis ſui copiam faciat, & fuerit virgo: ſi eã cognoſcat, licet inueniat corruptã; tenetur eam ducere in Foro exteriori. Nõ tamẽ in interiori.*

2 *Idem dic, etiam ſi fraude idem promiſerit, nec appoſuerit conditionem virginitatis; ſed animo tantùm eam conceperit.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 PRomittens ſe aliquã ducturum, ſi copiam ſui corporis faciat, fueritq; virgo: ſi eã cognouerit, tenetur eã ducere in vxorẽ in Foro exteriori, licèt virgo non fuerit. Ita tenet gloſ. in terminis in c. Per tuas. verb. Pręſumendũ. de Condit. appoſitis. quã dicit cõmuniter receptã Silu. verb. Matrimoniũ. 3. q. 8. pro qua facit text. in §. Ad hęc. & in §. fin. 29 quęſt. 1. quatenus probat per errorem virginitatis non dirimi matrimonium. Idem de emptione. Nam emens corruptam, putans eſſe virginem; ille error venditionẽ non impedit. l. Alioquin. §. 1. ff. de Cõtrah. empt. Et eſt ratio, quia talis conditio fuit turpis; & ideò habetur pro non adiecta. ad notata in c. 1. & final. de Cõdit. appoſitis. Quod ſi à principio non fuit cõditio turpis, vt quia promiſit ſe eam ducturum, ſi eã matronæ virginẽ inuenerint; ſi poſteà ad eam accedat animo fornicario ad explorandã veritatem: iſto in caſu præſumeretur à conditione receſsiſſe, ſecundùm diſtinctionem cap. Per tuas. de Cõdit. appoſit. Et ideò in Foro exteriori cogeretur eam ducere.

Attamen in Foro interiori non tenetur cũ ea contrahere matrimonium, ſi aliter in eã non conſenſiſſet, niſi virgo extitiſſet. Ratio eſt, quia deficit cõſenſus, ſine quo nec ſponſalia, nec matrimonia contrahi poſſunt, nec valent coram Deo. ad not. in c. Is qui fidem. de Sponſal. & tenet in terminis Sot. in 4. diſt. 29. q. 2. art. 3. Silu. verb. Matrimoniũ. 3. q. 8. vbi dicit benè, ac iuſtũ eſſe vt mulier quæ mentita fuit in fraudem, decepta permaneat, & viro ſubueniatur, qui fortè intendebat vitare bigamiam; vel nulla dote, etiã copioſa, cõtraheret cum corrupta. Idẽ poſt Med. & Specul. Cõiug. tenet Cordub. caſu 48 cum duobus ſequentibus, & Rebel. loco in Differentia præcedẽt. citato.

2 Sed quid dicẽdũ erit ſi dicta conditio nõ fuit ſpecificata; ſed tãtùm animo concepta, vir tamẽ fraude, & dolo promittit eã ducere, vt ſic copiã eius corporis habeat? Certè iſto in caſu, quia eã decipit, cogeretur in Foro exteriori eam ducere, niſi inter eos eſſet magna diſparitas. Pro quo facit l. 1. & l. Ex dolo. ff. de Dolo. & l. In fraudẽ. C de Legib. vbi dicitur fraudem, & dolum non debere

Digitized by Google

alicui prodeſſe; nec nocere ſimplicitati alterius.ad idem cap. Ex tenore. de Reſcript.

Non tamen teneretur in Foro conſcientiæ eam ducere ſi putabat virginem, & poſtea corruptam eſſe cöperit. Non enim tenetur ſtare promiſsioni quam minimè ab initio feciſſet, ſi vitium illud cognoſceret;vt inquit Rebel.vbi ſuprà,niſi caſu,quo eſſet publicè habita pro virgine, & eam diffamaſſet; ſecundùm Nauar. cap. 16. nu. 19. §.7. Conferunt dicta, Differentia ſuprà proxima.

SVMMARIVM.

1 *PROMISSVM, ob actum venereum, mulieri ſolutæ occultè fornicanti, an poſsit peti.*

2 *Et quid in promiſſo coniugatæ?*

3 *Et quid ſi promiſſum ſoluatur, an retineri poſsit.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 PROMISSVM mulieri ſolutę, quæ quæſtum palã non facit, in Foro exteriori non debetur. Ratio eſt, quia leges,& ciuitates,ac iura municipalia ſolùm permittũt eas quę ſunt in lupanaribus,& locis publicis; & nõ aliis pretium taxant..Et ideò ſi poſt fornicationem, promiſſa merces petatur; non cogitur fornicarius ſuam promiſsionem adimplere. Ita tenet Paul.in l.4.§. Sed quod meretrici. ff.de Condict.ob turp.cauſ. Cyn. in l. Cùm te.C.eod. Quod multum notat, & extollit Ange in l.2.C.eod.quos ſequitur Iaſ.dict.l. 4.§.Sed quod.nu.3.& Abb.in cap. Quia plerique.de Immunit. Eccleſ. num. 14. qui omnes tenent prædictas mulieres, ſicut turpiter recipiunt,ita turpiter ſtipulari. Quorũ opinionem propter eorum authoritatem in Foro exteriore frequentiſsimè admitti, & à pleriſque Iudicibus admittendam fore teſtatur Coua.in Regul.Peccatum. 2.par.§. 2.nu.3. & eam dicit communẽ Adria.in 4. in tract.de Reſtitutione. §.Oritur alia quæſtio. per l.Lucius.ff.de Iure fiſci; quatenus probare videtur res datas his occultis fornicariis ad fiſcum pertinere, & eas fiſco adiudicandas fore. Sed loquitur in alia ſpecie diuerſa à noſtro caſu, vt aduertit Couar.ſuprà.Et quomodocumq; loquatur; eius deciſio receſsit ab aula.Nullibi enim vidi,nec vmquam audiui à fiſcalibus repeti data iſtis mulieribus. Vidimus tamen vnum memorabile,Motu proprio factum Romæ,à bonæ memoriæ Xyſto Papa 5. ſcilicet bona meretricum, vulgò *cantoneras*, vel *putane Romane*,ſi per vnum menſem ante obitum non conuerterentur, & deſiſterent à ſtatu illo turpi, & mortifero, confiſcata ipſo facto eſſe pro ſubuentione cuiuſdam hoſpitalis. Quo factum eſt, vt breui tempore dictum hoſpitale fieret ditiſsimum.

In Foro verò interiore & cõſcientię, quidã(vt Soto lib.4.de Iuſt.q.7. art. 1.§.Maius autem.& Coua.ſup.)putant fidem omninò ſeruãdam fore per promittentem mercedẽ præfatæ occultæ meretrici; & ſic ſoluendã eſſe mercedem promiſſam; quia meretur & potuit locare corpus ſuum, & ob actum illum venereũ mercedem ſtipulari. Si enim actus ille venalis eſt (vt in præcedenti Dif. not.) parũ refert veneat publicè, vel ſecretè. Nec item refert venditio fiat ab ea quæ vendendi officium publicè habet; vel ab alia,cùm ex propria natura rei,materia ſit vẽdibilis; nec eius venditio ratione publici officii permittatur; ſed ratione materiæ. Ob quã rationẽ,hanc partem etiã in vtroq; Foro, veriorẽ putat Coua.loco ſup.cit.Sed cõtrarium eſt verius,per ea quæ dicemus Dif. ſequente,& verbo Reſtitutio. Differen 15.

2 Idem etiam dicendum eſſe, à fortiore,de promiſsione facta mulieri non ſolutæ, ſed vxoratæ cenſeo, ſcilicet non teneri in conſcientia promiſſorem, mercedem promiſſam ſoluere. Tum quia mulier nupta nõ eſt domina corporis ſui,ſed eius vir. Vnde nõ poteſt corpus ſuũ locare, nec mercedẽ vllã ob actum illũ turpem ſtipulari, cùm in ea nõ ſit venalis. Tum quia in ea coitus eſt punibilis,& cõſequenter non poteſt mercedẽ promiſſam petere,per l.Mercalẽ.C.de Cõdict.ob turp.cauſ.Nec obſtat ꝙ in prędicto turpi actu, nõ vendit mulier propriè corpus ſuum, ſed voluptatem quam vir captat ex ea.Ita poſt Sot.ſup.docet Rebe.de Obl. iuſt.2.p.lib.18.q.19.nu.5. Pro quibus facit fructus

fructus induſtriales (qualis videtur hic) poſſe quem iuſtè capere ex re aliena, vt tenent communiter DD. & tradit Nauar. cap. 17. num. 25. Quia reſpondeo voluptatem illam veneream eſſe peccatum, nec ſeparari poſſe à coitu mortifero; & conſequenter tamquam nihil, quod eſt peccatum, & dignum punitione æterna, non poſſe venire. Nam contrarium prætendere in Foro animæ, videtur abſurdum, & à viro chriſtiano alienum.

3 Si autem promiſſum prędictis mulieribus (exceptis coniugatis) ſoluatur; vel liberè detur aliquid, etiam ſi plurimum fuerit, per ſuos amaſios; cenſeo, tuta conſcientia poſſe ab illis retineri; dūmodò ceſſet omnis fraus, ſeu quæuis alia extorſio; per notata copiosè ſub verb. Reſtitutio. dict. Diffe. 15. & tenent D. Anto. 2. par. tit. 2. capit. 5. Silueſt. verb. Reſtitutio. 2. nu. 2. Coua. vbi ſup. Soto lib. 4. de Iuſt. dicta quæſt. 7. artic. 1. ad 2. Nauar. cap. 17. num. 31. verſi. Quintò. Toledo lib. 5. cap. 19. numer. 2. Azor. 3. tom. lib. 4. capit. 21. quæſtione 2. licèt Paul. Comitol. in Reſponſ. moral. lib. 3. quæſtione 6. contrarium defendat, dicens communem; ſcilicet teneri reſtituere in conſcientia, quod acceperint. Sed tene vt ſuprà. Quod adeò verum eſt, vt pręfatæ mulieres inſtitui poſſint hæredes per ſuos amaſios, ſeu concubinarios; vt poſt alios tradit Couar. ſup. nu. 2. poſt princip.

4 Dixi, exceptis coniugatis; quia quod datur mulieri nuptæ, non poteſt ipſa in conſcientia retinere, ſed debet ea reſtituere, ſicut qui vendit rem alienam, tenetur pretiū emptori reſtituere; quod eſt contra Couar. Nauar. Sotum. & Toletum ſuprà. Et ratio eſt, quia coniugata adulterans, facit contra iuſtitiā, ſicut homicida, & Iudex accipientes pro homicidio, & iniqua ſententia; vt notat Paul Comitol. ſup. num. 3. Exiſtimo tamen ſi mulier maritata de mariti conſenſu vendat, ſeu locet corpus ſuum; (& faxit Deus pauci ſint qui hoc efficiant) tunc datum tali mulieri non venire reſtituendum, ſed retineri poſſe in coſcientia. Idē videtur in caſū ſuperiori, per not. verb. Reſtitutio. Dif. 14.

SVMMARIVM.

1 *Meretrici debetur merces in Foro exteriori: non tamen in Foro conſcientiæ. & datur ratio diuerſitatis.*

2 *Refellitur contraria opinio communis, tenens, deberi mercedem in conſcientia.*

3 *Datio, & acceptio pro fornicario actu, eſt mala: non tamen contra iuſtitiam: & ideo meretrix poteſt ea retinere.*

4 *Miles ſe locans in bello iniuſto, non poteſt in conſcientia mercedem accipere: non tamen tenetur eam reſtituere.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 HABENS rem cum meretrice, tenetur in Foro exteriori ſoluere ei mercedem conſuetam; ſiue eā promiſerit, ſiue non. Ita tenet expreſſe Coua. in Regula Peccatum. 2. p. §. 2. nu. 1. ad fin. & nu. 4. verſi. Secundò.

Pro quo eſt aptus text. Gen. 38. vbi Iudas mercedem promiſſam Thamar, quæ habitum meretricium aſſumpſerat, eidem miſit poſt ipſam cognitam; tamquam ad hoc obligatus. Et placet Sot. lib. 4. quæſtione 7. art. 1.

In Foro verò cōſcientiæ ad nihil ei tenetur; vt ſentit Ioan. à Medin. in C. de Reſtit. q. 20. Duran. in 3. diſt. 39. quæſt. 4. & docet Naua. cap. 17. nu. 40. in fin. verſ. Quintò infertur. Pro quibus facit tex. in l. Iuriſgentiū. §. Si ob maleficium. ff. de Pact. & in l. Generalitèr. 26. & l. Si plagii. aliàs incipit, Si flagitii. 123. ff. de Verbo. obliga. quibus probatur, promiſsiones ob turpem cauſam, tam de præterito, quam de futuro, eſſe ipſo iure nullas. Idem probatur toto titu. ff. & C. de Condict. ob turp. cauſ. & tenent expreſsè gloſſæ (ita intelligendæ) in l. 4. ff. de Condict. ob turp. cauſ. & in l. 2. C. eodem. & in l. Affectionis. ff. de Dona. vbi dicunt, promiſsionem de dando meretrici ob operam meretriciam, non valere; nec ex ea agi poſſe.

Digitized by Google

Et ratio diuerſitatis inter vtrumque Forum, ea eſt; nempe quòd meretrices in Foro exteriori permittuntur; & habent ſuas operas meretricias in eodem Foro venales. Vnde qui ad eas accedit, eo ipſo obligat ſe ad ſoluendum mercedem, eis ſolui ſolitam. & ſic cogi poteſt per Iudicem, ſi eam ſoluere recuſet. At in Foro conſcientiæ cùm præfatæ operę ſint damnatæ à Deo, ac reprobæ: nullo modo mercedem aliquã merentur; ſed potius punitionem, & ſupplicium ęternum; ne lucrum ex eo conſequãtur, vnde pœnam iure diuino habere merentur.

2 Contrarium tamen tenent Couar. & Soto locis ſuprà citatis, & Cordu. lib. 1. Quæſtio. Theol. quæſt. 32. ar. 2. Caiet. 2. 2. quæſt. 32. art. 7. & Ferd. Rebel. de Obliga. iuſt. 2. par. lib. 18. quæſt. 1. num. 9. & Communis, nempe, deberi meretrici mercedem ex iuſtitia commutatiua, & ſic in vtroque Foro. Quorum precipuum fundamẽtum eſt, quòd licet coitus meretricius ſit dãnatus in vtroq; Foro: promiſsio tamen mercedis, qua parte fit in compenſationem, & pretium vſus corporis, qui vendibilis eſt; pertinet ad iuſtitiam commutatiuam. & conſequenter debetur poſt peccatum, preſertim ad promiſsionem adimplendam, ſeu ad fidem datam liberandam. Hoc enim præcipuè conſiderauit Iudas in promiſsione facta Thamar, de qua ſuprà. Cùm enim miſiſſet per paſtorem hedum quem promiſſerat; & eam non inueniſſet: dixit Iudas, *Habeat ſibi, certè mendacii arguere nos non poteſt.*

Sed certè, ſalua pace tantorum patrum, ſupponunt falſum; nempe vſum corporis meretricis ad actum venereum eſſe in Foro conſcientiæ vendibilem: ipſumque ſeparari poſſe ab ipſo peccato. Nam in primis, in ipſo vſu corporis turpi conſiſtit perfectio, & conſummatio peccati. quomodo igitur poteſt ſeperari in rei veritate ab ipſo peccato? Reuera enim meretrix petit mercedem propter delectationem illam libidinoſam, quam debet exhibere ad ſe accedenti per vſum ſui corporis; & propter eamdem promittit vir mercedem; & ſic propter peccatum.

Deinde falſum eſt, præfatum vſum corporis eſſe materiam vendibilẽ quoàd Deũ, ſeu Forum conſcientię. neque ex eo, quòd ſit vendibilis in Foro exteriori; ſequitur eſſe etiam vendibilem in Foro conſcientiæ. Ratio eſt, quia præfatus coitus, & vſus turpis eſt punibilis quoàd Deum. ac per conſequens non poteſt ex eo manere obligatus in conſcientia, qui habuit copulam cum dicta meretrice; cùm ex vtraque parte verſetur turpitudo, & vterque peccauerit.

Nec valet quod aliqui dicunt, nempe, operas meretricis, aut homicidæ, vt habent rationem boni vtilis, aut delectabilis, eſſe quæ principaliter emuntur. Nam vt diximus, preſatę operę non poſſun ſeparari in opere à peccato: & ideò nullo modo vendi poſſunt. Quod adeò verum eſt, vt in iſto caſu etiam ſi materia eſſet vendibilis: quia tamen ſeparari non poteſt à peccato, non poſſet vendi, vt docet Naua. loco citato. num. 40.

Quæ confirmantur ex eo, quod tradit idem Couar. vbi ſuprà, numer. 2. vbi dicit, quòd quando actus iure humano punitur; nemo poteſt iure quicquam paciſci, nec ſtipulari. per l. Mercalem. C. de Condict. ob turp. cauſam. Etiam ſi ex propria natura, materia vendibilis ſit. Ex quo infert nu. 3. per eamdem. l. Mercalem. ſi coitus fornicarius punibilis foret apud Iudicem exteriorem: tunc planè (inquit) probatiſsimi iuris eſt, non poſſe mercedem promiſſam, non dùm ſolutam, peti. Cùm igitur apud Deum, & eius tribunal conſcientiæ, præfatus vſus corporis ad actum venereum punibilis ſit, vt eſt notiſsimum. Conſequens eſt, promiſſorem mercedis pro illo vſu turpi non teneri in conſcientia illam ſoluere: nec ad id poſſe per Confeſſariũ cogi. Tùm (vt diximus) ne lucrum ipſa capiat ex eo, quod apud Deũ venit punienda. Tùm quia ex prædicta promiſsione tamquam nulla, & à Deo reproba, nulla potuit oriri obligatio naturalis, per quam teneretur promiſſor mercedem ſoluere, & promiſſum adimplere, per dict. l. Mercalem. Et probatur idem optimè arg. c. Debitores. in prin. de Iureiur. vbi promittens ſimpliciter ſoluere vſuras, non poteſt cogi in Foro Dei eas ſoluere: quia talis promiſsio de iure diuino eſt nulla: licèt aliàs vſuræ de iure humano, & in Foro ſeculari permitterentur.

Quare

Digitized by Google

Quare tenenda eſt pręfata differentia inter vtrumque Forum;& non contraria, quã poſt ſup. in princ.citatos, tradit prçcitatus Rebel.vbi ſup. dicens, in Foro conſcientiæ teneri quem ad ſoluendam mercedem meretrici;non tamen in Foro externo, per d.l. Si plagii. quã putat pro Foro externo eſſe factam.Cùm verius ſit;in Foro externo teneri. Non tamen in Foro conſcientię,vt ſuperius reſoluimus. Verum tamen eſt,quòd gloſſæ ſuprà citatæ in verſ.In Foro verò cõſcientiæ. tenent, non habere meretricem actionem ad petendam mercedem: ſed tãtùm exceptionem, ſiue retentionem; ſi ſoluta fuerit, & repetatur. Sed intelligendæ ſunt, vt ſuprà docuimus ex Nauar. qui eas ita intelligit dicto cap.17.numer.40.verſic. Quintò infertur.

3 Et ad ſuprà dicta facit Cardi. Toletus in Summa,lib.5.cap.21.nu.7. vbi dicit, quòd datio, & acceptio pro fornicario actu, eſt mala:quia pro re turpi,& ob peccatum.Sed non contra iuſtitiam.& ideò accipiens meretrix non tenetur reſtituere. Adde,nec qui dedit poterit ea repetere; per ea quæ ibidẽ tradit numer. 8. Per quæ verba ſentit illum actum fornicarium non eſſe venalem in Foro conſcientiæ: quia aliàs non eſſet mala acceptio. In Foro verò externo,non turpiter accipit;vt conſtat ex l.4.§.1.ff.de Cõdict. ob turp. cauſ. Cuius rei ratio eſt: quia nulla eſt lex,quę talem dationem,& acceptionem prohibeat.& de iure naturali tenet: quia nihil tam ęquum, quàm quòd res ſecundùm domini voluntatem transferatur. vt in §.Per traditionem. Inſt. de Rerum diuiſion & docet Silu.verbo Reſtitutio.2.§.2. Reſtat reſpondere exẽplo Iudæ circa Thamar. Et dic illud feciſſe tamquam obligatum in Foro exteriori; & vt recuperaret pignora,quæ eidem dederat, donec hedum ſeu mercedem mitteret: non quia in conſcientia ad eam teneretur.

4 Nec item obſtant inſtantiæ ſeu exempla à Couar. loco citato adducta in ſuę opinionis confirmationem; nempè de militẽ, qui ſe locat in bello iniuſto. Et de eo, qui facit inſtrumentũ prohibitum. Putat enim pręfatos militẽ & fabrũ licitè ob laborẽ poſſe recipere ſuas mercedes: licet aliàs ſint reprobi ipſi actus, in quibus ſuas operas impendunt. Nam reſpondeo,eodem modo repellenda eſſe dicta exempla;ſicut eius opinionem circa operam meretricis repellimus. Negamus enim præfatas operas eſſe licitas,aut mereri quoàd Deum mercedem aliquã; ſed potius punitionẽ; vt melius docet Naua.loco citato,nu.35.& Caiet. etiam vbi ſup. Non tamẽ tenẽtur mercedes acceptas reſtituere: quia nõ eſt contra iuſtitiam earũ acceptio. arg.eorũ quæ diximus de mercede accepta à meretrice. Tenebitur tamen miles ad damna parti aduerſæ illata, ſecundùm quod fuerit cauſa illorũ.per not.à Rebel.de Oblig. iuſt. 1. p.lib. 2.q.15.per totã. & per nos verbo Reſtitutio. Differen. 19. Conferunt ad ſupradicta, ea quæ dicemus eod.verbo Reſtitutio.Differentia 15. ad fi.

SVMMARIVM.

1. *Promiſſum,vt maleficium fiat,debet in Foro conſcientiæ ſolui,ſi fiat.*
2. *Secus in Foro iudiciali.*
3. *Sed contrarium reſoluitur in vtroq; Foro.*

DIFFERENTIA NONA.

1 PROMITTENS v.g.centum aureos;ſi Petrus occidatur; ſi maleficium fiat, tenetur promiſſor in Foro cõſcientiæ ſoluere illos centum. Ita poſt Victoriam,& Sotum tradit Fr. Ludoui.Lopez in ſuo Inſtruct. Confeſſ. 2.par. c.29.§.Et quamuis frater.& Coua.Reg.Peccatum. 2. par.§.2.numer.7.& Valpedro.in Scholiis manu ſcriptis ad Nau.cap.17. nu. 30.& Rebel. de Obliga. iuſt. 2.par. lib.18. quæſt.1.num.9.& quæſt.19.num.4. quamuis enim pręfata conuentio,& pactum,etiã iuratum, nullam pariat obligationem in vtroque Foro,re integra, iuxta regul. Non eſt obligatoriũ.de Regu.iur.in 6. & l. Iuris gẽtiũ.7.§.Si ob maleficiũ.ff.de Pact.Immò tenentur eam reſcindere, cap.In malis. 22. q.4. ſi tamen opere compleatur; tenebitur

Digitized by Google

promittens ſoluere promiſſum. Ratio eſt, quia occiſor non tenebatur gratis id facere. Vnde meritò ei debetur pecunia promiſſa in Foro conſciētiæ, niſi prodiga fuiſſet promiſio, ſecūdū eoſdem DD. Quo in caſu nō ſoluetur exceſſus; ſed tantum id quod arbitrio boni viri merebitur.

2 In Foro verò iudiciali ſecurus eſt promittens; quia (vt diximus) ſimiles pactiones ſunt illicitæ, & à iure reprobatæ, ac punibiles. l. Pacta quæ cōtra. C. de Pact. & §. Quod turpi ex cauſa. Inſtit. de Inutil. ſtipula. docet Coua. c. Quamuis pactum. 2. p. n. 3. de Pact. lib. 6. & communiter omnes.

3 Licèt autem communiter DD. præfatam differentiam aſsignent, & amplexentur: nihilominùs nulla eſt facienda, ex reſolutis verbo Reſtitutio. Diff. 15. in fine. Per quæ conſtat nec in Foro conſcientiæ teneri promiſſorem ſoluere promiſſum.

SVMMARIVM.

1 *SIMPLEX promiſsio ſine cauſæ adiectione, an obliget.*

DIFFERENTIA DECIMA.

1 SIMPLEX promiſsio facta ſine vlla cauſa adiecta: in Foro iudiciali, etiam Canonico, nullam parit actionem, & obligationē; quia præſumitur facta per errorem. Ita poſt Panor. tradit Feli. in cap. Si cautio. nu. 1. de Fide inſtru. vbi hoc ampliat, etiam ſi promiſsio fiat per ſcripturam publicam, vel priuatam; & etiam ſi interueniſſet ſtipulatio. Semper enim requiritur, vt cauſa exprimatur. l. Cū de indebito. in fin. ff. de Proba. dicit communem idem Fel. ibid. num. 3. vbi ponit præfatam regulā cum 16. limitationibus. Sic intellige cap. 1. de Pact. & l. 3. Ordin. Caſtellæ. lib. 3. tit. 8. Idem tradit Couar. cap. Quamuis. 2. parte §. 4. numer. 14. Rebel. de Obliga. iuſt. 2. par. lib. 1. quæſt. 3. num. 16. & lib. 18. quæſt. 5. nu. 5. optimè Azor. 3. par. Inſt. mora. lib. 11. tit. de Pollicit. cap. 1. quæſt. 2.

In Foro verò conſcientiæ, ex ſola promiſſione, animo ſe obligādi facta, manet quis obligatus, etiam ſi nulla cauſa promittendi exprimatur. Quia quoad Deum ſolus conſenſus ſufficit. Ita Silueſt. verb. Pactum. nu. 4. Naua. cap. 18. nu. 6. & Fr. Ludou. Lopez in Inſtruct. Confeſſ. 2. par. cap. 30. concluſ. 1. Rebel. de Oblig. iuſt. 2 p. lib. 18. dicta q. 5. nu. 5. Conferunt dicta ſupra Diff. 2. & verb. Obligatio. Diff. 10. Adde D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 3. ad 1. ſic intelligendum ſecūdùm Soto lib. 7. de Iuſt. quæſt. 2. artic. 1. col. 5. §. Quod ſi verbum.

SVMMARIVM.

2 *PROMISSIO facta de vna re, cum generalitate verborum, nempe,* Et omnia etiam alia quæ volueris, *an obliget in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA VNDECIMA.

2 SOLET ſæpe numero contingere, vt quis petat à Petro rem aliquam, & Petrus reſpondeat; non ſolùm hoc, ſed quicquid etiā præceperis, faciā: vel iſtud quod petis, & omnia quæ habeo ſunt in tua diſpoſitione, & voluntate poſita. Sunt etenim homines hodierna die nimis faciles, & munifici circa promiſsiones verbales quæ in Hiſpania dicuntur, *Offrecimientos, y palabras de cumplimiento, que no cueſtan nada.* de adiuuādo, faciendo, fauendo, eundo, & ſimilibus; ita vt in Foro externo, iā pro nihilo habeantur præfatę promiſsiones ita generaliter factę; iuxta illud poëtę, *Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.* quod ſatis probat textus, & ibi Comunis in c. Cùm veniſſent. de Inſtit. Quęritur igitur an præfata ſtipulatio, & promiſsio circa rē ſpecialiter petitā, & promiſſam, addēdo dictam generalem promiſsionē, pariat aliquam

quam

Digitized by Google

quam obligationem, nec ne. Et reſolutiuè dicendum eſt in Foro iudiciali non poſſe quem vigore dictæ promiſsionis conueniri, ſecundùm Gomez. lib. 2. Reſol. cap. 4. & 9. num. 5. Roma. in Rub.ff.de Arbi.Fel. in cap. Cùm iuramentum. num. 2. de Homi. Bal. in cap. Cùm veniſſent. circa fin. de Inſtit. Iaſ. in l. Dedi. §.Si liber. ff.de Condi. cauſ. data cauſa non ſecuta. Alex. in l. Ita ſtipulatus. col. 1. ff. de Verbo. obliga. & Hippo. ſing. 57. Ratio eſt, quia licèt ſtipulatio facta de illa re ſpeciali ſit efficax de per ſe, & producat actionem: per illa tamē verba adiecta, cenſetur promiſſor reſpondiſſe cauſa complacendi, id eſt adulatoriè; & ſic non animo donandi, vel ſe obligandi. Quod eſt mente tenendum, quia prima facie forſitan quis diceret contrarium, ſecundùm Hippo. ſuprà.

In Foro verò conſcientiæ, vbi locus non eſt præſumptionibus, ſi verè, & ex animo rem illam promiſit, tenebitur ſaltem ſub peccato veniali, adimplere promiſſum, ſecundùm Nauar.in Comment. de Datis, & promiſsis.notab.11.num.20. Quem etiam vide in Man. cap. 18. num. 6. & Rebel. de Obliga. iuſti.2.p. lib.18.quæſt 4 nu.6.& 7. Secùs ſi non intendit ſe obligare, vt docet Caiet. 2. 2. quæſt.88. art. 1. & quæſt. 113. art. 1. dub.4. Soto lib.7. de Iuſti. quæſt. 2. art. 1. & lib. 8. quæſt.1. art. 1.& quæſt. 2. art. 1. Silu. verb. Pactum. quæſt.4. limitatione 1. Cordub. quæſt. 136. Rodrig. in Summa. 2. par. cap.27. de las Promeſas. num. 3. Rebel. ſup. num. 2. Iaſ. dict. l. Ita ſtipulatus. num. 4. & 5. Hippo. ſup. Paul. Granut. Theoremate 9. num.11. & Fr.Ludoui. Beia. 2. parte Caſuum conſcien. caſu 2. ex propoſitis. 26. Maii. 1583. pag.278. Vbi idem dicit de Aſſertionibus factis cauſa affabilitatis, ſeu vrbanitatis, quibus in receſſu amici ſolent vti. nempè, Viſitabo, aut ſalutabo nomine tuo Petrum, vel deprecabor ſemper Deum pro te. Idem notat poſt alios Rodrig. ſup. num. 2. Nam iſtæ, & ſimiles aſſertiones non ſunt promiſsiones, cum non fiant animo ſe ad illa obligandi; ſed magis exprimunt quod in propoſito habēt vt faciant. Vide etiam circa proximè dicta Nauar. in cap. Reuertebatur. num. 1. de Pœnit. diſt. 2.

QVARTVM FRVCTVVM.

SVMMARIVM.

1 *An agricolæ terrarum, ex quibus ſoluitur tertia, aut quarta pars fructuum, poſsint deducere ex ea expenſas, pro rata contingentes.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 DANS terram colendam ad tertium, vel ad quartum, habere debet ſuam quotam cōuentam, nullis deductis expenſis in culturam terræ factis. Ita quotidie practicatur in Foro externo, & ita eſſe ſoluendum videtur probare tex. in cap. Tua nobis. 26. de Decim. vbi Inno. Papa 3. ad probandum decimas prędiales Deo debitas debere integrè ſolui, ſine vlla ſeminis, vel impenſarum deductione, adducit à dominis temporalibus idem obſeruari circa eorū terras quas aliis excollendas ipſi tradunt. vbi Panor. num. 6. poſt Inno. notat à colono partiario deduci non poſſe impenſas in fructus colligendos factas. Idem notat Meno.poſt alios de Arbit. lib. 2. cap. 215. num. 2. & Barboſ. dicens communem in l. Fructus. num. 18. ad fin. ff. Solu. matri. & ibi Iaſ. num. 13.& habetur 1.tom. Commu. opin. lib. 4. tit. 43. num. 57. Et idem ſeruari in gabellis fructuū quæ fauore publico Principi ſoluuntur, docet Bal. in l. Si à domino. §. fin. ff. de Peti. hęred. Tiraquel. de Primogen. quæſt. 74. num. 8. & Auenda. lib. 2. de Exequen. mand.Prin. cap. 14. nu. 15.

Nec

Digitized by Google

Nec non, & in tributis quæ in recognitionem vniuerſalis dominii quod Rex habet circa in totum ſuum regnū, ſoluuntur; docet Rebuf. in tract. de Deci. quæſt. 11. nu. 5. & Barboſ. vbi ſuprà. Et idem ſeruatur in quarto, quod quidam habent in aliquibus terris, quæ ſunt aliorum.

In Foro verò conſcientiæ numquam potui adhærere præfatæ obſeruantię Quinimmo ſemper exiſtimaui (& nūc idem puto) præfatum quartum non teneri agricolas ex conſcientia integrum ſoluere: ſed poſſe tuta conſcientia ex eo ſumptus pro rata deducere.

Quod adeò verum eſt, vt etiam in Foro iudiciali idem generaliter ſeruandum eſſe in omnibus fructibus, etiam Principi, & Eccleſię debitis, præter caſum decimarum, & coloni partiarii, latè defendat Barboſ. dict. l. Fructus. à num. 18. vſque ad nu. 22. per generalitatem, & regulam, dict. l. Fructus. quæ habet fructus eſſe intelligendos deductis expenſis. Et in decima Papali eſt textus expreſſus in Extrauag. vnic. §. In ſoluendo. de Decim. inter commun. ſequitur Rebel. 2. par. de Obliga. iuſti. lib. 7. quæſt. 8. num. 11.

Ratio autem quare in decimis prædialibus Deo debitis non deducantur expenſæ eſt, quia Deus habet dominium Orbis vbique, tam circa vniuerſalia, quàm particularia, vt aduertit Cuman. dict. l. Fructus. nu. 3. Et ſic omnia prædia ſunt ipſius; quia *Domini eſt terra, & plenitudo eius.* Pſal. 23. Vnde homo in terris, quas poſsidet, reſpectu Dei, exiſtimandus, & conſiderandus eſt tamquam colonus partiarius; quia Deus dedit hominibus terras excolendas cum reſeruatione decimæ, retinens penes ſe dominium earum. Et conſequenter homo tāquam colonus partiarius, non poteſt deducere ex parte decimę aliquid ratione ſumptuum.

Colonus verò partiarius eos etiam ſumptus deducere non poteſt, ſecundùm text. dict. cap. Tua nobis. quia inter ipſum, & dominum terræ ſit quædam ſocietas. iuxta l. Si merces. §. Vis maior. in fin. ff. Loca. vt ſcilicet ipſe colonus recipiat partem fructuum conuentam ratione culturæ, & dominus aliam, ratione terræ. Ex quo ſequitur ex tacita conuentione, integram culturam ſpectare ad colonum. Tacitè quippe videtur ſe obligaſſe ad ponendas prædictas operas ſuo ſumptu pro ea parte fructuum quæ ſecundùm conuentionem apud eum remanere debet: vt tradit Bart. dict. l. Fructus. num. 5. & 7. & Barboſ. poſt alios dicens communem. num. 16. Et ſic practicatur. & ſanè iure optimo. Tùm quia ſola opera coloni ſępe non correſpondet parti fructuum, quæ ſecundùm conuentionem apud eum remanere debet: tùm propter exiguam partem quæ plerumque domino redditur. Ob quàm fortè id etiam conſuetudine comprobatum eſt, vt dicit Rebel. de Obligà. iuſt. 2. par. lib. 7. dict. quęſt. 8. nu. 11. verſ. Ceterum. Et facit pro ſupradicta ſocietate. l. Si non fuerint. ff. Pro ſocio. & l. 1. C. eod. vbi valet ſocietas, vt vnus ponat pecuniam, & alius ſolus operam. Sic in prædicta ſocietate vnus ponit terram, loco pecuniæ, nempè dominus terræ; & colonus ponit operam, ſemen, & ſumptus.

At in terris, ex quibus quidā habent quartum, & non ſunt ipſorum, ſed illorum, qui dictum quartum ſoluunt, ceſſat prædicta ratio coloni partiarii. Vnde circa hec quarta eſt diſtinguēdum. Si enim terra eſt illius qui percipit quartum, & per colonos ſoluitur illud, vel alia certa pars fructuum: tunc proculdubio nullæ ſunt deducendæ expenſæ, per dicta ſupra; quia eo in caſu colonus eſt partiarius. & de his terris loquitur dict. cap. Tua nobis. vt deducitur ex illis verbis, ibi, *Dominus temporalis, cuius ſtatutum de terris, quas aliis exhibet excolendas.* Ex quo benè ibi Papa ſumit argumentum à ſimili, & à minore ad maius. Si enim colonus domini temporalis, ſoluit domino ſtatutum, ſiue quotam fructuum abſque deductione ſumptuum: ſimiliter maiore ratione debent homines ſoluere Deo, qui eſt dominus perpetuus, & æternus, decimam ex omnibus fructibus, nulla facta deductio ne ſumptuum, cùm omnes ſint eius coloni partiarii. Et obiter aduerte in dict. cap. Tua nobis. pro domino temporali non ſumi, nec intelligi Regem, aut Principem, ſed quemcumque dominum terrarum: cùm in omnibus ſit verum, & obſeruetur, à colono partiario non deduci impenſas; ſed integre ſolui

Digitized by Google

ſolui domino terræ quotam, ſeu partem conuentam.

Si verò terra ex qua ſoluitur quartum, nō illius fuerit, qui percipit quotam fructuum; ſed particularis domini: tunc ex illa terra deducenda eſt impenſa ex acerbo, & ea deducta, ex reliquo debetur quartum domino ipſius. Ita Barboſa ſuprà. Vnde tam in conſcientia; quàm in Foro iudiciali, ſi ipſi agricolę vellent cum iſtis, dictum quartum exigentibus, in iudicio contendere; non tenerentur ſoluere quartū, niſi deductis ſumptibus, & expenſis.

Nec obſtat ſi dicatur prædictum quartum ſolui ex conuētione facta cum ipſo domino quarti, quando dedit præfatas terras; dediſſeque eas cum præfato onere; ſoluendi ſcilicet integrè quartum abſque deductione expenſarum: maximè quia videtur dictum quartum, quaſi forum, quod integrè ſemper ſoluitur. Sed reſpondeo. Primò, non cōſtare pręfatas terras fuiſſe priùs ipſorum dominorum quarti. Secundò, negando eſſe factam conuentionem, cum expreſſa obligatione ſoluendi integrè quartum: ſed ſimpliciter fuiſſe præfatum onus, & quartum impoſitum. Vnde interpretari debemus ſecundùm iuris interpretationē. dict. l. Fructus. Præterea eſſet irrationabilis dicta conuentio, ſi eam intelligeremus ſine deductione expenſarum; quia ſic dominus terræ non eſſet melioris conditionis, quàm colonus partiarius; quod videtur abſurdum. Deinde, ad quid obſecro emeret quis terras tali oneri ſubiectas, ſi vbique ſine vllo pretio poſsit habere quis terras cum eodem quarto? Ad hæc, eſſet dictum onus graue nimis, & iugum intolerabile, & homine chriſtiano indignum: cùm Rex Pharao, aliàs infidelis, & crudeliſsimus, ſolo quinto contentus fuerit. Geneſ. 47. verſ. 24.

Iam verò non obſtant quæ ſuprà diximus circa tributa, & gabellas Regi debitas. Nā contrarium eſſe verius, & magis receptum; docent plures, quos refert, & ſequitur Barboſ. ſup. num. 20.

Quare intrepidè tenēdum eſt prædictam practicam ſoluendi quartum integrè, magis introductam eſſe ex coactione quorūdam quæſtorum, quàm ex debito. Et ita multi agricolæ occultant quod poſſunt pro expenſis. Vtcumque tamen illud ſit: vera ſunt, quæ ſuprà reſoluimus. Et ita prędicti agricolę licitè poterunt ſe in ſecreto recōpenſare de pręfatis ſumptibus; quandoquidem propter ſuam paupertatem, & impotentiam non poſſunt ius ſuum in Foro conſequi iudiciali, iuxta not. verb. Poſſeſsio. in Differentia 5. Non obſtante præallegata practica, ſeu conſuetudine, tamquam non rationabili, nec cum aliquo titulo iuſto habita, per not. per Balb. in l. Celſus. nu. 23. ff. de Vſucap. & Rip. in cap. Quæ in Eccleſiarum. num. 94. de Conſti. Faciunt not. per Couar. regul. Poſſeſſor. 3. parte §. 2. numero 5.

QVARTA FALCIDIA, ET QVARTA TREBELLIANICA.

Circa hæc verba, vide verb. Hæreditas. Differentia 4. & 5.

REGVLARIS.

SVMMARIVM.

1 *PROFESSIO facta non ſeruata forma tradita in Extrauag. Xyſti. V. an ſit nulla in vtroque Foro.*

DIF-

DIFFERENTIA PRIMA.

1 PROFESSIO nouitii facta non ſeruata forma per Xyſtum quintum tradita in ſua Extrauag. circa receptionem ad habitum nouitiorum edita: (de qua per Fr. Manual. Rodrig. in Summa. verb. Nouicios. cap. 3. vbi ponit, & explicat copioſe, in prædicta forma contenta:) nulla eſt quoàd Forum exterius: vt conſtat per ipſam.

In Foro verò cõſcientię, & quoàd Deum eſt valida; ſi Religioſus habuit conſenſum Conuentus. per gl. 2. in cap. Porrectum. de Regula. & ibi notata per Abb. num. 13. & Feli. in cap. 1. num. 40. de Conſti. vbi dicunt, profeſsionem factam omiſſa forma regulæ, eſſe validam quoàd Deum. Sed obſerua quòd fórma tradita per Regulam, de qua prædicti loquuntur, non eſt ſubſtantialis, vt conſiderat Abb. dicto num. 13. & ideò non mirùm ſi ea omiſſa, teneat profeſſio. At in noſtro caſu forma eſt de ſubſtantia profeſsionis: quippè irritat, & anullat profeſsionem, ſi ea non ſeruetur. Nihilominus veriſsima eſt ſupradicta differentia per tradita. verb. Lex. Differ. 8. num. 16.

SVMMARIVM.

1 *PROFESSVS Religionem per vim, vel metum; ſi non reclamet ſtatim poſt metus ceſſationem; reputatur verè profeſſus quoàd Eccleſiam.*

2 *Non tamen, quoàd Deum, ſi verè numquã conſenſit.*

3 *Cap. 19. Seſsionis 25 Concilii Trid. tantùm procedit in Foro exteriori. Et intellige vt hic.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 PROFESSVS aliquam Religionem, & prætendens ſe per vim, aut metum illam feciſſe: ſi nõ reclamet poſt ceſſationem metus, & impedimentorum: in Foro exteriori non auditur; quia cenſetur ſuam profeſsionẽ ratificaſſe.

2 In Foro verò interiori, profeſsio ſemper eſt nulla, ſi verè numquam conſenſit. Ita Nauar. in cap. Statuimus. 19. quæſt. 3. num. 71. verſ. Secundò.

3 Ex quo infertur cap. 19. Seſsione 25. de Regular. Concil. Trid. dans quinquennium ad reclamandum his qui per vim, aut metum, aut aliàs ſuas anullare profeſsiones prætendunt, tantùm procedere in Foro exteriori, vt aduertit idem Nauar. vbi ſuprà, num. 77. verſ. Super quibus.

Circa quod decretum, eſt valde aduertẽdum, à Gregor. 13. ex ſententia Congregationis eiuſdem Concilii fuiſſe declaratũ poſt quinquennium memoratum, non eſſe ampliùs audiendos; etiam ſi allegarẽt vim, & metum ſemper duraſſe: niſi intra ipſum quinquennium reclamauerint, idque legitimè probauerint. Id aptiſsimum eſſe iudicans pro quiete ac pace ſingulorum Monaſteriorum. Quamuis de iure aliter dicendum eſſet per cap. 1. de His quæ vi. & cap. Ad id. de Sponſa. cum ibi notat. per DD. & per Alex. conſ. 80. num. 6. vol. 7. Coua. in 4. 2. par. cap. 3. §. 6. num. 1. & Nauar. ſup. Vbi declarando præfatum. cap. 19. plura docuerat, quæ ceſſant per dictam declarationem. Dicit tamen vnum ſingulare num. 77. videlicet eum qui ſcit, vel iuſtè credit ſuam profeſsionem coram Deo nullam eſſe; poſſe abſq; peccato, ſaltem mortali, ceſſante ſcandalo, dimittere habitum abſque timore apoſtaſiæ, & fugere à carcere, ſi in ea ſit. Et poſteà reſumpto habitu auditurum fore in Foro exteriori, ſuper ſua nullitate. Intellige, ſi intra quinquennium à die profeſsionis reclamauerit, iuxta dictam declarationem, & probauerit non potuiſſe ire ad reclamandum, niſi dimiſſo habitu. Sed quid ſi non potuit reclamare: vt quia non habuit licentiã eundi ad reclamãdum coram Ordinario, nec permiſſus fuit proponere cauſas vllas coram Prelato? Sane in hoc caſu cenſeo auditurum fore, hoc probato: quia iniquum, & inhumanum eſſet huic oppreſſo audiẽtiam denegare perpetuò, per ea quæ tradit Nauar. ſup. numero 78.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *IVRA loquentia de profeſſionibus tacitis, tantùm procedunt quoàd Forum exterius, ſi Religioſus verè non habuit animum profitendi.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 PER modos tacitos nemo fit verè profeſſus, ſi verè coram Deo ſemper fuit animo contrario ad profeſſionem faciẽdam. Vnde iura loquẽtia de profeſſione tacita (qualia ſunt cap. Vidua. quod cap. loquitur de Nouitia quę ſponte ſe ingerit actibus Profeſſarũ. & cap. Super eo. quod loquitur de Nouitio qui recipit habitum Profeſſorum, vbi diſtincti ſunt habitus. & cap. Ex parte tua. de Regular. quod loquitur de eo qui vltra annum portat habitum Monachalem in Monaſterio, vbi habitus ſunt indiſtincti) habent tãtum locum, & procedunt quoad Forum exterius; vt notat Nauar. Commenta. 4. de Regular. qui eſt ſuper cap. Statuimus. 19. quæſt. 3. numer. 74. verſ. Aduertendum quartò.

Hodie verò ceſſant prædicta duo capitula, ſcilicet cap. Vidua. & cap. Super eo. de Regular. cùm neceſſariò annus integer debeat præcedere ipſam profeſſionem, ſiue tacitam, ſiue expreſſam ex Concil. Trid. Seſſione 25. cap. 15. de Regular.

Nos Cartuſiani nullam habemus profeſſionem tacitam; ſed omnes ſunt, & debent eſſe expreſſæ.

SVMMARIVM.

1 *PROFESSIO facta in manibus priuatæ perſonæ eſt valida quoàd Deum.*

2 *Non tamen quoàd Eccleſiam. Vide ex hoc duos effectus notabiles, qui ſequuntur.*

3 *Profitens non ſolenniter, non transfert ſua in Monaſterium.*

4 *Et ſi matrimonium contrahat; remanet validum.*

5 *Recipere poſſunt profeſſionem ſolennem omnes qui ſequuntur. Primò Epiſcopus de iure communi: ſed hodie ſecùs quoàd Religioſos exemptos. Secundò Prælatus Monaſterii. Tertiò alius de eius licentia.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 PROFESSIO facta in manibus alicuius priuatæ perſonæ, vel alicuius Monachi, Vicarii, vel etiã Pręlati extranei, vel alterius domus, recipientis eam ſine mandato, & licentia Abbatis, valet quoàd Deum, & Forum interius. cap. Vidua. 20. quæſt. 1. cap. Veniens. cap. Inſinuante. Qui Cler. vel vouent.

Ratio eſt, quia talis profeſſio, licèt non ſit ſolennis, nec votum in ea factum ſit ſolenne; cùm non ſit recepta à perſona publica quæ poſſet Monaſterium obligare profitenti, & ſimiliter profeſſum ipſi Monaſterio (prout requiritur; iuxta notata in cap. 1. de Voto. lib. 6.) eſt tamen votum ſimplex, obligans profeſſum Deo, non minùs quàm ſi ſolẽniter profeſſus fuiſſet. iux. cap. Rurſus. Qui Cler. vel vouent.

2 In Foro tamen exteriori prędicta profeſſio non eſt valida, nec eam admittit Eccleſia ex defectu poteſtatis in recipiente, ſecundùm Specul. tit. de Stat. Monach. quęſt. 19. & Hoſt. in Summa. tit. Qui Cler. vel vouen. §. Quis vouens. verſ. Si renunciauerit. cum ſequenti.

3 Effectus huius differentiæ quoàd hanc ſecundam partem eſt maximus. Nam primò, talis profeſſus nõ transfert bona ſua in Monaſterium, vbi profeſſionem fecit; ex eodem Specul. loco ſuperiùs citato. 4 Secundus effectus eſt, quòd ſi contrahat Matrimonium poſt dictam profeſſionem, erit validum; vt probat tex. in dicto cap. Rurſus. Ratio autem huius ſecundi effectus ea eſt,

Digitized by Google

eſt, quia licèt tale votum ſimplex impediat Matrimonium contrahendum; non tamen dirimit iam contractum. Hoc enim vltimū ſolummodò operatur votū ſolenne; ideſt, receptum ab eo qui poterat ipſum recipe-
5 re, & incorporare profeſſum Monaſterio, & Ordini, vbi fit profeſsio; qualis eſt Epiſcopus de iure communi (licèt hodie ſecùs ſit propter exemptionem Religionum ab Ordinariis Epiſcopis) vel Prælatus Monaſterii, vel alius Prelatus de proprii Prælati licentia, ex dicto cap. 1. de Voto. lib. 6. cum ibi notatis.

SVMMARIVM.

1 *MONACHVS factus Epiſcopus an omnino eximatur à iugo ſuæ regulæ.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 MONACHVS ad dignitatatem Epiſcopalem aſſumptus, licèt non eximatur à tribus votis ſubſtantialibus: (vt infrà declarabimus) à regulis tamen, & ſtatutis eximitur, & fit immunis quoàd obligationem legalem, & eius coactionem: non verò quoad morale vinculum ſtatutorū. Ita declarat Caiet. hanc quæſtionem, & materiam in tract. 27. Quæſtionum. cap. 22. Quaſi ex hoc velit dicere; ſecundùm Couar. in c. 1. num. 18. de Teſta. Monachum factum Epiſcopum teneri ex morali vinculo ſeruare ſtatuta Religionis. Intellige quę non impediunt Epiſcopale officium. A pœnis verò ſtatutorum; ac ſubinde a peccato mortali liberum eſſe; cùm coactioni legali non ſit ſubiectus.

Ex quibus verbis videntur iſti Doctores velle Monachum, vbi Epiſcopatus apicem aſſecutus eſt, non teneri magis ad ſtatuta ſui Ordinis, & obſeruantias regulares, quā tenetur Princeps quoàd ſuas leges. Nam (vt vidimus verb. Lex. Differen. 13.) Princeps non tenetur ad eas quoad vim coactiuam, benè tamen quoad vim directiuam, ſeu vinculum morale. Sequitur Soto, loco infrà citando. Rodrig. verb. Obiſpos. cap. 10. concluſione 4. & P. Ioan. à Salas de Legi. quæſt. 96. tract. 14. diſputatione 14. ſectione 2. pag. 310. & 316. ad fi.

Sed contra hoc facit Principem non ſeruantem ſuas leges, peccare grauiter: Monachum autem factum Epiſcopum (exceptis votis) ad nullas obſeruantias, nec ad vllum ſtatutum ſub peccato obligari; ſecūdùm præfatos DD. & And. Victorel. in Additio. ad Summam Tolet. lib. 5. cap. 4. ad fin. verſ. Aduerte tamen. Quamuis videantur ſibi contradicere in hoc quod addunt, poſſe nimirùm ipſum Epiſcopum diſpenſare ſecum in dictis obſeruantiis, & ſtatutis. Si enim ad eas ſub nullo peccato tenetur: ad quid obſecro eſt neceſſaria vlla diſpenſatio quoàd eas? Quòd ſi eſt neceſſaria. Ergo ad eas obligatur, antequam ſecum diſpenſet; nec poterit id facere ſine aliqua iuſta cauſa; vt diximus. verb. Diſpenſatio. Differentia 3.

Deinde cum hæc diſpenſatio non ſe extendat niſi ad ea tantùm, ſuper quibus poteſt Prælatus Religionis diſpenſare cū ſuis ſubditis; ſecundùm eoſdem, & Silu. verb. Religio. 6. quæſt. 10. & Tolet. dict. cap. 4. ſequitur non poſſe ſecum diſpenſare circa eſum carnium, ſi ſit Cartuſianus; nec circa eſum earumdem die veneris ſi dies natalis Domini ea die acciderit, & ſit Franciſcanus; quia ſuper dictis carnibus, ſeu dicta die, nō poſſunt Prælati Religionum, nec ipſe Generalis, diſpenſare. Cùm tamē contrarium teneant præfati. DD. & Soto lib. 10. quæſt. 5. art. 7. poſt gl. cap. de Monachis. 16. quæſt. 1.

Tertiò, ſi Monachus factus Epiſcopus manet obligatus ad ſtatuta, & regulam ex vinculo morali: profectò peccabit, ea non ſeruando, ſi non impediunt officium Epiſcopale. At abſtinentia a carnibus non impedit, immò adiuuat ad ſpiritum, & ad mortificationem.

Quartò, quia tenetur ſeruare ſuum habitum ſub peccato mortali, vt probat tex. in cap. Clerici. de Vita, & honeſt. Cleri. ad fin. facit

Digitized by Google

facit cap. Sāctimonialis.cum gloſſ.ibi, diſt. 23. vbi dicitur habitum Religionis ſemper deferendum eſſe etiam in lecto, & in infirmitate,tradit gloſſ.fin.in capit. In noua. 16. quæſt.7.commendata à Panormit. in capit. Deus qui.numer.1. de Vita, & honeſt.Cleric. Idem notat gloſſ. dict. capit. de Monachis.& Horati.Mandoſ.in tracta. de Priuil. ad inſtar gloſ.3.numer.14.adeò;vt ſi illum dimittat,& aſſumat rochetum,ſiue veſtem illam albam quam deferunt alii Epiſcopi non Religioſi,incidet in excommunicationem, de qua,in cap. 2. ne Cleri. vel Monach. lib. 6. ſecundùm Cardi. in Clem.Ne in agro.in prin. in 3. quæſt. de Vita, & honeſt.Cler. & Iaſ. in Auth.Ne ingreſsi.num. 16. C. de Sacroſan. Eccleſ. Secùs ſi eo nō dimiſſo, illam veſtem aſſumeret; quamuis peccaret mortaliter; ſecundùm Couar.cap. 1. num. 18. de Teſta. Et certè non alia ratione, niſi quia eſt Monachus, & ideò tenetur deferre habitum ſuæ Religionis. Monachatus enim,ſiue Regularitas indelebilis eſt ſecundùm Cardin.in cap. fin. quæſtione 1.de Regula.& Naua.in cap.Nō dicatis.12. quæſtione 1.numer.65. Ergo eadem ratione tenetur ſe abſtinere à carnibus,ſi eſt Cartuſianus; quia hoc eſt proprium Cartuſiani, & ſtatutorum eius. Non enim eſt Cartuſianus ob tria vota quæ ſunt omnibus Religionibus communia; nec ob ſolùm habitum; cùm habitus non faciat Monachum; ſed ob obſeruantiam prædictorum, & aliorum de Regula, & Statutis Ordinis Cartuſien.maximè abſtinentiæ à carnibus. & iſta pars,ſeu opinio,eſt magis conformis menti D.Thom.2.2. quæſt.185.art.8. & in eam inclinat Tolet.dict.cap.4.numer.24. quatenus habet teneri Epiſcopum Cartuſianum veſci piſcibus, niſi cum eo diſpenſetur; & teneri ad alia ſub peccato mortali, ſi in Religione ipſa obligent ad mortale. ſecùs ſi non obligent ad mortale. Diſpenſatio ergo iſta quoàd carnes profectò habenda eſſet à Papa, caſu quo eſſet Epiſcopo ob valetudinem neceſſaria; cùm in ea (vt ſuprà diximus) vllus Prælatus, etiam Generalis, nequeat diſpenſare.

Quare tenendo hanc partem, vt veriorem,& probabiliorem; differentia præſens in hoc aſsignanda eſt, nempe Monachum factum Epiſcopum in Foro exteriori eſſe à Regulis, & Statutis ſui Ordinis immunē, quoàd vim coactiuam,& pœnas ,extra peccatū,in eis impoſitas,vt docet Panorm. in capit.penultimo,numer. 18. de Vita, & honeſtate Cleric.& Cardin.in Clemet. 2.in princip.quæſt. 2.de Cenſi.

In Foro verò conſcientiæ, & ſub peccato tenetur eas ſeruare, quæ non ſunt impedimento ſuo officio ac dignitati; niſi cum eo, per Papam diſpenſetur, circa ea quæ Prælati Religionis diſpenſare nequeunt: vel niſi ſibi indulgeat, & ſecum diſpenſet circa alia.

Circa verò vota, aduertendum eſt, votum obedientiæ commutatum eſſe ad Papam: ſicut etiam in Generali Ordinis idem videmus, qui non eximitur ab obedientia, ſed commutatur ea ad Papam, vel ad Capitulum generale. Circa verò votum paupertatis, quidam putant ad ipſum non teneri, ſed fieri dominum ſuorum redditaum, vt tenet Michaël Medin. de Sacrorum homi contin.cap. 26.& Soto vbi ſuprà, impulſus capit.1.18.quæſt.1. vbi textus dicit, Monachum Epiſcopum, velut legitimum hæredem, poſſe hæreditatem paternam ſibi vendicare. Vnde ſi ſibi vendicat. Ergo eſt dominus illius, & proprium habere poteſt. Sed in contrarium eſt veritas; nempe non poſſe habere proprium, nec fieri dominum vllius rei, cùm id repugnet voto paupertatis. Hinc eſt non poſſe teſtari, etiam ſi ſuccedat hæreditati alicuius; vt docet D.Thom.dict.artic.8. & dicit communem Couar. dicto capit. 1. numer. 18. de Teſtam.Quamuis enim fiat hæres, & vt talis vendicet bona hæreditaria: id facit vt procurator ſuę Eccleſiæ, quia ad eam bona deuoluuntur,& ſpectant, vt docet gloſſ. 1.in capit. Quia tua. per text.ibi 12.quæſt. 1. & ita tenet Silueſt. verbo Religio. 6. quæſtione 10. Toledo ſuprà, & Valentia tom.3.pag.8.& Couar. loco citato, dicentes Epiſcopum Monachum teneri ad votū paupertatis, quod quaſi quidam character hæret animis profeſſorum, vix delebilis etiam per Papam,vt dicit Nauar. dict. capit. Non dicatis. 12. quæſtione 1. numer.66. per capit. Cùm ad Monaſterium. §. fin. de Statu Monach.

Digitized by Google

Vnde non obſtat dict. cap. 1. Nam verba illa (vendicandi ſibi) intelligi debēt (Eccleſiæ ſuæ) vt exponit ibi gl. & D. Tho. 2. 2. quæſt. 88. art. 11. ad 4. & dict. art. 8. ad 3. Quæ interpretatio, & expoſitio ſatis cōſtat, & deducitur ex eodem tex. in fin. quatenus dicit quicquid Monachus Epiſcopus acquirit, debere Eccleſiæ ſuæ reſtituere. Si ergo ea reſtituit: igitur non vindicauit ſibi: quamuis ſatis ſibi vendicat, qui ſuæ ſponſæ Eccleſiæ vendicat, & debet illorum habere in vita liberam adminiſtrationem. Idem probat tex. in cap. Olim. 2. de Priuile. vbi quædā donata à Monacho Epiſcopo Monaſterio eius; mandantur reſtitui Eccleſię eiuſdem. Hodie verò Camera Apoſtolica ſuccedit in locum Eccleſię; per quoſdam Motus proprios quorumdam Summorum Pont. Et ita ceſſat hodie diſpoſitio dict. c. 1. in fine.

Denique pro complemento huius differentię (quando ſuprà tetigimus quàm neceſſaria ſit delatio habitus) volo hic hortari omnes & ſingulos Religioſos, vt omninò caueant, ne cucullam, ſaltem breuem; etiam in cella vmquam dimittant. In ea enim cōſiſtit habitus Religionis. Qui enim propter nimium calorem, & æſtum, eam deponunt; etiam cùm rem ſacram facere volunt, malè faciunt, & peccant grauiter. Cōſulatur Iacob. de Graffis in ſuis aureis deciſionibus. vbi tenet Religioſum ſcienter dormientem in lecto ſine cuculla, peccare mortaliter. Sed hoc nimis ſcrupuloſè dictum puto. Et contrarium, & melius docet Paul. Comitol. par. 1. Reſponſ. moralium lib. 6. quæſtione 8. numer. 7. dicens cùm exuitur habitus, ſeu ad ligna ſcindenda, ſeu ad necandas beſtiolas corpori infeſtas, vel ad lauandum corpus, vel ad commodiorem quietem, & ſomnum; & quoties, vel neceſſaria vitæ cauſa, aut alienę ſalutis, & charitatis chriſtianæ ſuadet depoſitionem habitus: extra culpam, & excommunicationem eſſe qui eum deponit.

SVMMARIVM.

1 *REGVLARIS ſine licentia ſui Superioris poteſt in concernentibus animā ſubiicere ſe ordinario Epiſcopo loci. Quod intellige, ſi non poſsit commodè adire Superiorem ſuum. Ibid.*

2 *Secùs in concernentibus Forum contentioſum. Diſcutitur ratio diuerſitatis.*

3 *Regulares numquam fuerunt Ordinario ſubiecti immediatè; ſed ſuis Prælatis.*

4 *Regularis non poteſt ſe ſubiicere quoàd Sacramentum Pœnitentiæ ipſi Ordinario, ſed tantùm quoàd cenſuras, & irregularitates extra Sacramentum Pœnitentiæ.*

5 *Regularis, quando eſt vtile ſuo Conuentui, poteſt de licentia eiuſdem, vel ſui Superioris, adire Ordinarium in Foro contentioſo. vbi ponitur practica notabilis, quæ circa hoc ſeruatur in Regno, ſeu Principatu Cathaloniæ.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 REGVLARIS etiam ſine licentia ſui Pręlati poteſt ſe ſubiicere Epiſcopo diœceſano pro obtinēda diſpenſatione ab aliqua irregularitate, vel abſolutione ab aliquo caſu occulto reſeruato Sedi Apoſtolicæ, iuxta cap. 6. Concilii Tridentini Seſsione 24. & generaliter in omni caſu ſpectante ad Forum conſcientiæ; ſi ipſe non poſsit commodè adire ſuum Prælatum, vel Prouincialem. Ita tenent Ioan. Andr. in capit. 1. de Priui. lib. 6. Lapus in capit. Cùm nullus. de Tempo. ord. eodem lib. & in Clemen. Attendentes. §. Ceterum. de Stat. Reg. Laud. in Clemen. 1. de Regul. Feder. de Senis conſi. 14. num. 15. Felin capit. Cùm omnes. numer. 8. verſi. Quartò. de Conſtit. Nauar. conſi. 19. num. 4. de Pœnit. & rem. Henriq. latè in Summa tit. de Indulg. cap. 25. §. 2. & Suarez 5. tom. ad 3. part. D. Thom. diſputatione 41. ſect. 2. numer. 12.

At in ſpectantibus ad Forum contentioſum,

Digitized by Google

ſum, vt ſi velit ſe ſubiicere in aliqua cauſa Fori iudicialis pręfato Epiſcopo loci: tunc neceſſaria erit licentia Prælati, quando Clericus indiget eadem licentia ſui Epiſcopi, vt poſsit ſe ſubiicere alieno Ordinario.cap. Significaſti.de Foro cõpe. & diximus verb. Clericus.Different.1. & ita docet Henriq. ſuprà in gloſ.M.

Sed prędictis obſtat gl.fin.in Clem. Cùm ex eo.de Sent.excõ.per quam Feli.in cap.2. ad fin.eod. tit. dicit non poſſe Religioſum ſe ſubiicere Epiſcopo, vt ab eo abſoluatur ab excõmunicatione,eò quòd(vt ait in d.c. Cùm ex eo.iuncta d.glo.fi.) datur ſpecialis poteſtas Epiſcopo diœceſano abſoluendi ab excõmunicatione. de qua ibi. idq; propter exemptionẽ.Ergo regulariter, & ſine illa licentia Papę, nõ poteſt exẽptus ad Epiſcopum accedere.aliàs fruſtra eſſet data prædicta poteſtas.Et reſp.ideò dari in dict. cap.Cùm ex eo. illam poteſtatem, nõ propter exemptionẽ (vt falsò putauit glo.)ſed propter reſeruationẽ quã fecerat ibi tex. de illa exẽptione; vt optimè aduertit Abb. in d.c.Significaſti.n.11.& 12. de Foro cõpet. Quæ ſolutio cõfirmatur ex c. Religioſo.de Sent.excõ.iunct. Ioa.And.& Abb.in d.c.Significaſti.n.12.de Foro cõp. vbi dicitur ne detur materia vagandi, poſſe ab Epiſcopo abſolui Religioſum, etiã exẽptum,ab excõmunicatione ob violationem.c.Si quis ſuadente.12.q.2.Sed quærendum eſt quęnam ſit ratio diuerſitatis inter vtrumque Forum. Profectò difficile videtur poſſe aſsignari; cùm Clerici qui nõ ſunt adeò aſtricti obediẽtię Epiſcopi,ſicut Regulares exẽpti ſunt ſuo Prelato,non poſsint prorogare iuriſdictionem,& conſentire in Iudicẽ non ſuum ſine licẽtia ſui Epiſcopi,vt d.c. Significaſti. Quomodo ergo poterit Regularis ſubiicere ſe Epiſcopo diœceſano ſine licentia ſui Prælati,etiã in concernentibus Forum pœnitẽtiale?preſertim cùm videamus ſpeciale eſſe in ipſis Prelatis vt poſsint confiteri cui voluerint:idq; faciant de licentia Papæ, qui eſt eorũ Superior,& diœceſanus immediatus per c.fin.de Pœnit.& remiſ.Nam regula eſt in contrariũ per c. Omnis vtriſque ſexus. eod. tit. vbi præcipitur nullũ poſſe cõfiteri; niſi ſuo Parocho,aut de eius licentia. Ergo nec Religioſus poterit id facere, nec petere abſolutionem à cenſuris, vel diſpẽſationẽ ab irregularitate, etiã extra Forum pœnitentialẽ,ab Epiſcopo diœceſano,ſine licentia ſui Parochi,& Iudicis ordinarii, qui eſt eiuſdem Pprælatus; vt per dicta iura tenet intrepidè Abb.dict.c.Significaſti.n.11. verſic.His tamẽ nõ obſtãtib. dicẽs, Si poſſet exẽptus prorogare iuriſdictionẽ quoàd abſolutionem,vel ad aliũ articulum contẽtioſum: ita pariter poſſet circa aliũ, & aliũ, & ſic in infinitũ;& ex toto quoq; renunciaret indirectè priuilegio exemptionis.Quod facere non poteſt,vt in c.Cùm tempore. de Arbit.Et allegat in confirmationẽ c.Cũ auctoritate. de Priuile. lib. 6. vbi dicit ſatis apertè colligi Epiſcopũ loci non poſſe autorizare in facto exempti, etiã volentis; & pro re magna haberi Legato Papæ poſſe exemptum ſe ſubiicere, vt not.gloſ.8. dict. c.Auctoritate.& gl.fi.in c.1.de Offi.Lega. quia repręſentat perſonã Papæ cap.Si Abbatem.de Elect.in 6. Quod adhuc reliquit cogitandum Feli.d.c.Significaſti.col.2.in fi. Et in primis aduertendum eſt non ideò poſſe Prælatũ,vel ſubditũ exẽptum ſe ſubiicere diœceſano Epiſcopo in aliquo caſu ſibi ipſis vtili,quia eſt facilis recurſus ad primam naturã,vt quidam dicunt; putãtes(ſed falsò)de iure communi omnia Monaſteria & Monachos, ante conceſſam eis à Sede Apoſtolica, per eorũdẽ priuilegia,exẽptionem,fuiſſe immediatè ſubiectos ipſis diœceſanis,& Prælatis cumulatiuè, per c.Monaſteria. 18. quæſt. 2. num.1. quia ſemper fuerunt ſubiecti ſuis Prelatis priuatiuè; licèt per viam appellationis, vel querelæ, in certis caſibus poterant ad eos recurrere; ſicut faciunt ſubditi Epiſcoporum quantum ad Archiepiſcopum. cap.1.§.1.2.& vltimo. de Offi.ord.lib.6.excepto caſu in quo ageretur de crimine,depoſitione, & degradatione ab Ordinibus digno, vt eſt hæreſis, falſificatio literarum Papæ, & ſimilium; vt tenet gloſſ.verbo Monachum. in capit. de Perſona. 11.quæſt.1. & latè probat Abb. in Repet.capit.Cùm contingat.à num. 21. de Foro competen.& Coſmas in Pragmat. ſanct.tit.de Concubin.§.Quòd ſi hi. in glo. verbo Pertinet. Felin.& ibi Addition. in c. Paſtoralis.nu.4.de Offi.ordi.Bened. Capra reg.84.& Naua.c.Nõ dicatis.n.95. 12.q.1.

alii quos refert,& ſequitur Cened. 2.p.col-lect.87.n.4. Pro quibus eſt bonus tex. in c. Nimis iniqua.& c. Nimis praua. de Exceſ. Præl. & Clem. 1. eod. tit. vbi enumerantur quamplura grauamina quæ Epiſcopi diœceſani inferebant Religioſis. Inter quę hoc quoque erat; nimirum velle eis præficere Prælatos, & illos ſuæ ditioni omnino ſubdere. Quibus nunc præcipitur vt à talibus ſe abſtineant. Ex quo ſatis colligitur non fuiſſe tūc Religioſos dictis Epiſcopis diœceſanis immediatè ſubiectos.

Deinde eſt aduertendū non poſſe admitti præſentē differentiā ita indiſtinctè, & generaliter, ſicut DD. præcitati eam admittunt; ſed cū reſtrictione,de qua ſup.in principio; videlicet tūc poſſe Religioſum ſe ſubiicere Epiſcopo diœceſano,quādo cōmodè pro caſu occurrente nō poteſt adire Superiorē. Profero exemplū quod habui in practica. Quidā Religioſus inciderat in quādā irregularitatē,ſuper qua Prælatus eius non poterat per priuilegia Ordinis ſui diſpenſare ad adminiſtrandū circa altaris miniſteriū; ſed tātùm eiuſdē Prouincialis; qui ignorās ſuam poteſtatem,ſeu veriùs malè eā intelligens, putabat ſe non poſſe diſpēſare in abſentia,nec vices ſuas committere alteri. Et cùm infirmitate eſſet detētus;nec ſine magno ſcandalo poſſet accedere ad cenobiū Religioſi illius,nec fortè Religioſus ad eū: in hoc caſu fuit conſultū prędicto Religioſo,vt ſcriberet ad Epiſcopū loci,rogans vt cum eo,vigore Concilii Trid. Seſſ.24. c.6. diſpenſaret.& ita factum eſt. In his, & ſimilibus caſibus,vbi commodè, & non niſi vrgente difficultate, & periculo in mora, & acceſſu ad Superiorem,qui poteſt accedere ad Superiorem Ordinis;poteſt vtiq; & accedere ad Epiſcopū loci. Et huius opinionis fuit Feli. dict.c.Significaſtis.col.2.in fi. vbi ponit duas limitationes ad dict.glo.fin. Clem.pen.de Sentē.excō. Prima eſt illa de Legato Papæ,quam ſuprà retulimus. Secūda eſt occurrente caſu difficilis, & periculoſi acceſſus ad curiam. intellige vel Superiorem,ſi per priuilegia Ordinis, Superior habeat poteſtatem ad caſum emergentem.

Sic igitur intellecta noſtra Differentia, videndū nunc eſt de ratione diuerſitatis inter vtrumq; Forum. Et ſanè circa ſecūdam partem Fori contentioſi, parum eſt difficultatis ad eā aſsignandā quoàd ſubditum, cùm non poſsit comparere in iudicio ſine mandato Superioris,& Cōuentus;vt palā eſt. & conſequenter non poterit ſe ſubiicere Epiſcopo loci in aliquo caſu Fori contentioſi, ſine licētia ſui Prælati. Et maior difficultas eſt in Pręlato.quomodo poſsit ſe ſubiicere eidē Epiſcopo,vel dare licentiā ſubdito ad idē,cùm id facere nō poſsit,niſi renunciando ſuo Priuilegio exēptionis, ſaltē quoàd illū caſū. Quod videtur facere nō poſſe per d.c.Cū tēpore.de Arbit.& not.per Abb.d.c. Significaſti.n.11.de Foro cōp. Prætereà poterit Prælatus accedere ad Epiſcopū loci, cùm ſubditus nō ſit eius;ſed tantùm Papę, & Superiorū Ordinis. Et quomodo etiā poterit dare licentiā ſubdito Religioſo ad idē faciēdum? Vel ſubditus quomodo poterit id facere ſine licentia ſui Prælati?

Abb. vbi ſup.& etiā in d.cap.Cùm tēpore. n.2.vtrūq; negat ſequendo d.gl.fin. Clem. pen.de Sent.excō. quam ad hoc dicit ſingu. Non enim, inquit, in hac exēptione verſatur dūtaxat fauor exemptorū,ſed etiā fauor ipſius Papę;quia permagni eius intereſt nō perdere iſtā immediatam ſubiectionē. Intereſt etiā eiuſdem ne ſubditus eius iudicetur ab alio,nec etiā abſoluatur; vt ipſe poſſit recognoſcere qualitatem ſubditi ſui.arg. d.c.Omnis vtriuſq; ſexus.& cap. Nimis.de Iure iu.& ideò nō poteſt eidē priuilegio exēptionis renunciare.Idē docet Henriq.tit. de Indulgē.c.25.§.1.poſt eūd. Abb. in cap. fin.n.31.de Foro comp. Quæ rationes etiā faciunt cōtra primā partē noſtrę differētiæ.

Federi.de Senis d.conſ.14. dicit exemptū nō poſſe ſe ſubmittere extraneo Superiori ſine licētia Papę: benè tamē ordinario Epiſcopo loci; quia hoc modo res redit ad ius cōmune.qui recurſus facilè admittitur. Sed hæc reſpōſio reprobatur per ea quæ ſup.diximus verſ.Sed quęrēdū eſt.quia falſum eſt vmquam Regulares habuiſſe de iure communi Epiſcopum loci in ſuperiorē immediatum,ſiue Ordinarium.

Tu dic, primò per recurſum ad Epiſcopū loci in vna vel alia cauſa, non fieri renunciationem priuilegii exemptionis.Secundò recurſum illum, & ſubmiſsionem quoad pręiudiciū recurrentis, valere; nec per hoc præiu-

Digitized by Google

prȩiudicari Superiori quin poſsit prædictũ recurſum impedire, & anullare ſi velit; ex traditis per Inno. dict. cap. Cùm tempore. Dic tertiò (& meliùs) prædicta procedere de iure; ſed de conſuetudine contrarium ſeruari; vt teſtatur Suarez. 4. tomo de Pœnitentia. diſputatione 30. ſectione 2. nu. 3. & 7. in fin. vbi dicit Regulares exemptos poſſe de licẽtia ſuorum Prȩlatorũ ſe ſubiicere Epiſcopo diœceſano, vt eos abſoluat ab aliquo caſu occulto, reſeruato Sedi Apoſtolicæ; iuxta cap.6. Seſsione 24. Concil. Trid. ſi ab eo per ſuos Superiores non poſſint abſolui. Idem docet Henriq. ſup.& tit. de Irregulari. cap. 20.§. 5. Pro qua conſuetudine facit Epiſcopum loci aliquo modo eſſe Superiorem Regulariũ ſuȩ diœceſis; cùm ad eum in multis caſibus hodie per Concil. Trid. recurrere habeant; quos cõgerit Clard. verb. Exemptio. §. 1. Henriq. ſup. cap. 24. §. 2. in gl. Vnde non mirum ſi ad eum etiã poſsint pro vna, aut alia cauſa accedere, ſi ſit id vtile ipſis Regularib. vel Prælato; maximè quia id non faciunt niſi quando aliàs per ſuos Superiores, vel Conſeruatores commodè cõſequi non poſſunt quod eſt ſibi vtile. Facit etiã, quia per hoc, vagatio Religioſorũ prȩpeditur: cuius cauſa cõceditur Epiſcopo loci poteſtas abſoluendi ab excõmunicatione Regularẽ, aliàs non ſubditum, vt dict. c. Religioſo. de Sẽt. excom. Faciunt denique quȩ diximus verb. Clericus. Dif. 1. vbi quoàd Clericos aſsignauimus ſimilem differẽtiam, quam vide. Quapropter praxis admiſit, vt Regulares quoàd caſum concernentem ſalutem animæ ſuæ poſsint ſe ſubiicere Epiſcopo loci, etiam abſque licentia ſuorum Prælatorum, quando per ſuos Superiores eam cõmodè conſequi nequeunt, vt in caſu de quo ſup. & ſimilibus. Faciunt notata verbo Nullitas. Differentia 5. fallen. 5.

Similiter idem Regularis de licentia ſui Prælati; & Conuentus, vel Prælatus ſolus poteſt adire Ordinariũ loci pro aliquo negotio Fori contentioſi, cùm id vtile eſt Cõuentui; vt quotidie fit in Principatu Cathaloniæ, cùm recurritur ad Cancellarium pro aliquo grauamine, vel iudicio alibi malè intentato contra Eccleſiam. Nam firmatur de iure coram Ordinario, petendo ab eo literas inhibitorias contra Iudicem cauſæ; & offerendo ſe reſpondere coram dicto Ordinario, & Iudice contradicente, & defendente cauſam; recurritur ad dict. Cancellarium pro declaratione huius altercati, & dubii. Hæc enim ſi fiant per Iudicem Cõſeruatorẽ Ordinis; difficilius, & carius proceditur in damnum Monaſterii. Nam citatur Conſeruator ad Banchum Regium, ſi cauſa agitetur in Regia audientia, & cõpellitur in aula dicti tribunalis defendere de iure cauſam Monaſterii. Præterea non audet contra Iudices Regios liberè procedere. aliàs temporalia eius auferuntur, & exul mittitur à Regno, ſi nolit relaxare cenſuras, ſi quas contra eos tulerit. Quæ omnia ceſſant cùm proceditur per Ordinarium, & recurritur ad Cancellarium; vt habui in facti contingentia in quadam cauſa graui. Impetrauerant enim Reuerendiſsimus Epiſcopus Illerden. & illius Canonici quoddã Breue à Sede Apoſtolica contra cœnobiũ noſtrum Scalæ Dei ſuper quibuſdam decimis, & fuit directum dictũ Breue ad Officialem, & Vicarium generalem memorati Epiſcopi qui nos citauit, & ex concordia ſolius procuratoris noſtri, & partis aduerſæ fuit delata illa cauſa ad Regiam audientiam Barcinonen. Cùm autem eſſet iam concluſa: perſpectum nobis fuit non expedire, nec quidem de iure poſſe, vt ibi decideretur; potiſsimùm quia cauſa decimalis inter duos Eccleſiaſticos ſpectabat ad Forum Eccleſiaſticũ. Vnde coactus fui (cùm eſsẽ ibi tũc procurator ad hoc electus) ſuprà memoratas ſedulus diligẽtias adhibere coram Illuſtriſsimo Archiepiſcopo Tarraconen. qui eſt diœceſanus illius domus noſtræ, & firmaui contentionem coram Illuſtri Cancelario; qui tulit ſententiã in noſtrũ fauorẽ, reuocando, & anullando quicquid actum prius fuerat in Regia audientia.

Deniq; obſeruandũ eſt circa præfatũ c. 6. Cõcilii Triden. eius facultatẽ extenſam eſſe à Greg. Papa 13. ad Priores Conuentuales & Superiores Ordinis S. Dominici per quẽdã Motũ propriũ, ſeu Priuilegiũ dictis Fratribus conceſſum 21. Iulii. Anno 1571. teſte Rodri. in Expli. Bul. Cruc. pag. 287. & per cõmunicationẽ Priuilegiorũ eãdẽ habẽt facultatẽ alii Superiores aliorũ Ordinũ.

Quare licèt de iure,& vigore Concilii non poſſent diſpēſare cū ſuis ſubditis ſuper irregularitatibus omnibus,& aliis caſibus dict. cap. 6. vt reſpondit Congregatio Concilii, teſte Suarez tomo 5. diſputatione 41. ſectione 2. pag. 746. & Toledo in Summa. lib. 1. cap. 89. numero 7. vigore tamen præfati priuilegii poterunt (vt habetur in Compēd.priuileg.verb.Abſolutio.) quoàd fratres. & verb. Diſpenſatio. & docet Viual. in Candelab. 2. par. num. 326. tit. de Abſolutione quoàd fratres. Quod tene mēte perpetuò. Et cum Prælati poſsint abſolui, & diſpenſari à ſuis Cōfeſſariis in omnibus caſibus, in quibus ipſi poſſunt quoàd ſuos ſubditos,vt eſt ab omnibus receptum; meritò poterūt etiam frui dicto priuilegio in caſibus ſibi occurrentibus.

SVMMARIVM.

1 *REGVLARIS ære alieno grauatus, tutus eſt in Foro exteriori.*

2 *Non tamen in Foro conſcientiæ. Nam tenebitur certis remediis, de quibus hic, ſatiſfacere creditoribus.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 REGVLARIS ære alieno grauatus,in Foro exteriori tutus eſt; ſi nihil tulit in Monaſterium, ob quod teneatur idem Monaſteriū ſoluere pro eo;vt docet Domini. in c. Prætereà.diſt. 51. dicens Monaſterium non teneri ad debita per nouitium contracta, niſi tantumdem,vel plus,tēpore ingreſſus, vel poſteà peruenerit ad illud de bonis eius.ex gloſſ.1.c.Prætereà.diſt.51.Qua ratione bonæ memoriæ Xyſtus Papa 5.per ſuum Motum proprium dat. Romę ſexto Kalē. Decembris, anno 1587.irritauit profeſsiones nouitiorum ingenti ęre alieno vltra vires facultatum ſuarum grauatorum. quia aliàs fraudarentur creditores ſuis debitis; cùm per profeſsionem cenſeantur cedere bonis ſecundùm Palud. ſecutū à Silu. verb. Religio.2.q.4. vel ſaltem creditores impotentes fierent à debitorū ſuorū recuperatione; attento quòd Monaſterium non tenetur, niſi in quantum de bonis nouitii ad ipſum peruenit.

2 At in Foro conſcientiæ,non eſt tutus;quia tenetur ſalua obedientia ſatisfacere, vel laborando manibus, ſi aliquam artē calleat, vel Rem ſacram pro eleemoſyna, ſeu pitancia, celebrando;vel abſolutionem à creditore obtinendo.Ita poſt Innoc. & Panor. docet Nauar.dicens communem,in c.Non dicatis.num.74.12.quæſt.1.idem Feli.poſt alios in cap.Cùm I.& A.nu.10. de Re iudi. facit glo.1.in fin.in d.cap.Prætereà.diſt.51. quæ dicit eū qui iurauit mihi ſcribere librū, teneri poſt ingreſſum Monaſterii,perficere illum;dùm tamen à diuinis non retrahatur. quam ſequuntur Archidiac.& Domin. ibi. Hinc dicit Silu. verbo Reſtitutio.7. quæſt. 1. Dicto 2. Regulares qui recolunt ſe alicuius debitores ex eo quod in ſeculo fecerunt, teneri impetrare a creditoribus dilationem ad ſoluendum, vel abſolutionem à debito.

SVMMARIVM.

1 *NOVITIVS non perſeuerans, an recuperet donata Monaſterio.*

2 *Qui ſe transfert de vna Religione in aliā, relinquit in prima quicquid ei donauerit: præter ſcripta.Quod intellige vt hic.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 NOuitius ingrediens Monaſterium, & in ipſo ingreſſu, vel infra annū nouitiatus donans aliqua ipſi Monaſterio donatione irreuocabili: ſi poſteà non perſeueret, & reuertatur ad ſeculum:in Foro exteriori non tenetur Monaſterium

ſterium ei reſtituere donata.

Benè tamen in Foro conſcientiæ, per not. per gl. fin. cap. Ex tranſmiſſa. de Ren in.& in cap. Quod à te. de Cleri. coniuga. verb. Redire. Sed hodie per Concil. Trid. Seſsione 25. de Regul. cap. 16. ad fin. nouè ſtatuitur, vt abeuntibus nouitiis, omnia eis reſtituantur. & ita ceſſat hodie prędicta differentia à præcitatis glo. tradita. Vide Rodrig. 3. tom. Quæſt. Regul. quæſt. 52. art. 27. vbi copioſè agit circa materiam dict. cap. 16. Conci. Trid.

2 De tranſeuntibus autem de vna Religione ad alteram poſt profeſsionem, non eſt ambigendum circa donata primo Monaſterio; quia omnia remanent penes idem Monaſterium; vt reſpondit Congregatio Concil. Trid. reſponſo mihi. 144 & docet Nauar. conſ. 14. num. 8. & 9. de Voto. vbi num. 10. dicit poſſe ſolùm deferre veſtes quibus indutus eſt, & ſcripta quæ inutilia eſſent ſuæ Religioni priori, & alia etiam quorum delationem probabiliter crederet Prælato ſuo non fore ingratam. Reliqua verò minimè, niſi relictis originalibus, vel eorum copiis, per quas fieret, ne delatio eorum eſſet Religioni damnoſa. Quod tūc credo verum, quando ſcripta ſunt omnino correcta per auctorem, & domus tranſeūtis vult ea typis mandare. Hoc enim tantūmodo caſu eſſet noxia priori Religioni, vel domui ſuæ profeſsionis eorum delatio. aliàs ſecùs. Et ſic omni tempore, ſemperq; poterit ſecum ea deferre, etiam nullis relictis eorum copiis, nec vlla petita licentia: excepto præcitato caſu; qui vix continget, niſi quando tranſiens, alia ſcripta typis iam mandaſſet, & accepta extitiſſent, & ſcit reliqua quæ habet, mandanda fore typis per domum ſuam. Et ſic vidi quemdam Religioſum doctiſsimum ſecum detuliſſe duos libros à ſe compoſitos, nulla ad id licentia à ſuo Prælato petita, qui Religioſus erat ex Societate Ieſu, & tranſitum fecerat ad noſtram. Et ſecūdùm hæc intellige quę dixi. verb. Munera. Differentia 1. ſub nu. fin. Et vide ad idem Rodrig. loco ſuprà citato.

SVMMARIVM.

1 *PECVLIA inter Religioſos habita cum prohibitione ne Prælatus de illis quicquam diſponere poſsit, ſed ſint tantùm pro vſibus deponentium; in Foro conſcientiæ non carent ſcrupulo.*

DIFFERENTIA NONA.

1 DEPOSITA pecuniaria Religioſorum, cum exemptione Prælati diſpoſitionis; licèt in Foro exteriore permittantur: in Foro cōſcientiæ non carent magno ſcrupulo. Religioſo enim nō licet habere quicquam appropriatim, & ſeparatim à bonis totius cōmunitatis; vt probat Concil. Trrid. Seſsione 25. cap. 2. de Regula. Et ratio eſt, quia ſtatus Religioſorum fuit inſtitutus inſtar vitæ communis primitiuę Eccleſiæ, in qua omnia erant communia, & nullus habebat proprium. Et quia Ananias, & Saphira eius vxor ſibi aliqua reſeruauerant; miſerè perierunt, vt conſtat Acto. 5. Meritò igitur nullus Religioſus poteſt ſibi aliqua appropriare, aut ſeparatim tenere, ſed omnia debent incorporari Conuentui, & eſſe communia, & ſubiecta diſpoſitioni Præſidentis, & non inferioris. Eſt & alia ratio, quia omnia quæ quouis modo acquiruntur per Religioſos, ſunt Monaſterii, & Conuentus; quia Religioſi ſunt ſerui Conuentus, & ideò non ſibi, ſed Conuentui acquirunt, inſtar ſeruorum. l. Seruum. ff. de Stipul. ſeruo. & diximus verb. Munera. Differentia 1. num. 31. Si ergo omnia ſunt Monaſterii, & conſequenter omnium Religioſorum Monaſterii: nullo modo poſſunt ſibi aliqua appropriare; ideſt ita habere pro ſuis neceſsitatibus, vt illa nequeat Superior tradere alii Religioſo, vel in neceſſaria Monaſterii impendere. Præterea, vt Religioſus nō incidat in vitium proprietatis, oportet vt ea quæ habet, habeat expoſita, & cum animo parato ad ea dimittenda, ad libitum,

& nutum

Digitized by Google

& nutum Superioris; & totum opponitur præfatis depoſitis. Nempe didici à fide dignis ægre nimis, & quaſi coactos Superiores ordinaſſe, vt circa dicta depoſita nullam Præſidentes haberent poteſtatem; ſed remanerent intacta pro neceſsitatibus deponentium ea. Et meritò quidem dictam ordinationem coacti fecerunt. Quia graue nimis, & à iure alienum eſt, tollere à Prælato ius adminiſtrandi liberè prædicta depoſita, ſicut alia bona Monaſterii. Sed id fecerunt ad obſiſtendum incommodis, & peccatis grauiſsimis contra votum paupertatis. Quòd ſi deponentes fuerint hodie ſine animo parato ad ea dimittenda: quomodo poterunt ſecuri eſſe de ſua conſcientia? certè nullo modo. Quæ probantur per ea quæ diximus, ſub verb. Munera. Differentia 1. numero 54. cum ſeq.

REMISSIO.

SVMMARIVM.

1 *REMISSIO iniuriæ facta in Foro pœnitentiali, non prodeſt in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 REMISSIO iniuriarũ facta per offenſum in Foro cõſcientiæ; nõ operatur, nec prodeſt iniurianti in Foro cõtentioſo. gloſſa in cap. Si quis contriſtatus. 90. diſtinct. & in cap. Quia Præſulatus. 1. quæſt. 4. & in cap. Si is qui. 23. quæſt. 4. Bart. in l. Non ſolùm. §. Iniuriarum. ff. de Iniur. & in l. Si tibi decē. §. 1. ff. de Pact. & ibi optimè Iaſ. num. 2. Fel. in cap. Inter quatuor. num. 4. de Maiorit. & obedient. D. Tho. 22. quæſt. 108. art. 1. idem Fel. latè remiſsiuè in cap. de Cetero. col. 2. verſ. Limita ſeptimò. de Teſtib. Dec. conſil. 130. Silu. verb. Iniuria. §. 5. Cordub. caſu. 58. dicit communem Couar. lib. 2. Variar. cap. 10. num. 7. Iul. Clar. quæſt. 58. num. 39. Cened. 3. part. collect. 12. num. 5. apud quos latè, non obſtante prædicta remiſsione facta quoàd Deum in Foro pœnitentiali, poſſe proſequi ſuam iniuriam in Foro iudiciali, accuſando criminaliter iniuriantem. Adde ſuprà ſub verb. Pœna. Differentia 4. vbi è conuerſo, pœnitentia facta per iniuriantem; non tollit pœnam Fori exterioris.

SVMMARIVM.

1 *INIVRIAM remittere (ideſt odium) tenemur in Foro animæ.*
2 *Non tamen actionem iniuriarum.*
3 *Iniuriã non remittere aliquando conuenit.*
4 *Iniuriam remittens, quoàd Deum, an teneatur inimicum ſalutare, vel familiariter tractare.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 INIVRIAM, quoàd Deum, & Forum pœnitentiale, id eſt odium, & rãcorem neceſſariò tenemur ſtatim remittere, vt docent gloſſa, & Doctores in præcedente Different. citati, & gloſſa, verb. Satisfactionem. in cap. Ad apoſtolicæ. de Re iud. lib. 6. & in cap. 2. verb. Emẽdam. de Homicid. eodem lib. D. Tho. & Caiet. 2. 2. quæſt. 25. art. 8. & 9. Nauar. cap. 14. num. 25. licèt de iure Digeſtorum verecundia ſit remittere iniuriam inultam. l. Miles. §. Socer. ff. de Adulter. quam cõmendat

mendat Iaſ. in l. Si tibi. §. 1. num. 7. de Pact. Vnde cauendum eſt à Bart. in l. Non ſolùm. §. Iniuriarum. ff. de Iniur. vbi vult vt etiam rancorem non teneatur offenſus remittere, niſi petatur. nam fallitur, licèt eum ſimpliciter alleget; & cum eo videatur tranſire Abb. in cap. 1. num. 7. de Iniur. & Cardin. Archiepiſcopus Eboreñ. in ſuo libello memoriarũ Confeſſariorum idem ſentire videatur, dum dicit teneri offenſum offenſori veniam petenti &c. Nam rancor illicitus, & vindicatiuus, & qui eſt peccatum, ſtatim eſt remittendus, ſicut omne peccatum; iux. illud Leui. 19. *Non quæres vltionem, & non eris memor iniuriarum ciuium tuorum.*

2 Non tamen tenemur eũ remittere quoàd Forum contentioſum, etiam ſi offenſor veniam petat, ſecundùm Archiep. Eboreñ. ſuprà. Quia etiam de iure Canonico licitum eſt, authoritate Iudicis, iniuriam vindicare, & agere actione iniuriarum; vt probat tex. in cap. de Cetero. de Teſtib. ibi. *Niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur.* Et ibi notant Ant. Imol. Abb. & Felin. ad idem text. in cap. Olim. de Iniur. Caiet. 2. 2. quęſt. 68. art. 1. Nauar. conſil. 5. num. 2. de Pœnit. & remiſsion. adeò vt licèt ſit Clericus offenſus, poſsit petere æſtimationem iniuriæ; vt probat tex. in dicto cap. Olim. & in cap. Ea noſcitur. de Sentent. excom. vbi Abb. num. 3. id notat, dicens hanc opinionem eſſe veriorem, licèt contrariam. & probatur per not. verb. Accuſatio. Differentia 2. ſcilicet Clericum non debere petere æſtimationem iniuriæ; ſed potiùs propter dignitatem Clericatus debere ignoſcere, vt in l. Si quis in hoc genus. C. de Sacroſanct. Eccleſ. ſit æquior. Pro qua facit quod dicit Gratia. 23. quæſt. 3. in princip. ad fin. nempe bonum non ritè iniuriæ vindictam petere; quia malum pro malo redderet. Item facit quod dicit gl. fin. §. fin. Inſt. de Iniur. ſcilicet remittentem iniuriam tempore mortis, non poſſe poſt conualeſcentiam de ea agere; quia cenſetur in totũ eam remiſiſſe. aliàs non plene pœniteret, nec benè. inſinuans ex hoc, teneri quem in conſcientia iniuriam, etiam quoàd Forum exterius remittere. Et quoàd Religioſos eſt dubiò procul; per illud Paul. ad Coloſſen. 3. 13. *Donantes vobis metipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam.* Cũ enim tendant ad perfectionem, & reputentur vt diſcipuli illi. 72. Chriſti, tenentur ex ſuo ſtatu remittere iniurias quoàd vtrumque Forum. Faciunt not. verb. Vſura. Differ. 7. Vno tamen in caſu tenetur quilibet offenſus actionem iniuriarum remittere, ſcilicet quando experitur ſe adeò à maligno ſpiritu ad odium, & rancorem concipiendum tentari, vt probabiliter credat ſe victum iri à tentatione niſi & actionem etiam remittat in totum. Ita ſingulariter Nauar. cõſil. 5. de Pœnit. num. 5. argum. eorum quę docet D. Tho. receptus. 2. 2. quæſt. 147. art. 3. vbi dicit licèt quis non teneatur ſub præcepto peccati mortalis ieiunare niſi diebus quibus ab Eccleſia pręcipitur: ſi tamen videt ſe victum iri à tentatione carnis niſi ſe ieiunio præmuniat: teneri tunc iure naturali ieiunare.

3 Prędictis adde adeò non teneri, quoàd Forum exterius, remittere iniuriam; vt nõnumquam teneamur (& bene facimus) iniuriam proſequi. cap. Si is qui. cap. Eſt iniuſta miſericordia. cap. Diſplicet. 23. quæſt. 4. Silu. verb. Charitas. quæſt. 4. Nauar. ſuprà; puta quando ad ſalutem ſpiritualem offenſoris, vel ad Dei obſequium, aut ad Reip. vtilitatem conducit. & docent gloſſa 3. in dicto cap. Si is qui. & gloſſa 1. in dicto cap. Quis. 90. diſtinct. & Toledo in Summa lib. 4. cap. 10. num. 7.

4 Manet adhuc proficuũ dubiũ, an remittẽs iniuriam, id eſt rancorem quoàd Deum, teneatur etiam alloqui, ſalutare, reſalutare, familiaritatem cum iniuriante habere, ſi alter procuret; vel alia ſigna amicitiæ ei oſtẽdere. Tu dic reſolutiuè neminem teneri in Foro conſcientiæ inimicum ſuum ſalutare; nec eum inuitare ad negotia peculiaria; nec cum eo loqui; ſed teneri ſolùm eum non excludere ab operibus communibus ſub pœna peccati mortalis: nec teneri ei ſigna amoris oſtendere, niſi tempore neceſsitatis, nec in ſuam conuerſationem, & amicitiam peculiarem admittere. Ita Magiſter in 3. Sententiarum diſt. 30. D. Tho. & Caiet. ſuprà, art. 9. D. Anton. 4. par. tit. 6. cap. 4. §. 2. Cordub. caſu. 58. fol. 146. & Nauar. dicto c. 14. nu. 25. & dicto cõſil. 5. num. 3.

Digitized by Google

num. 3. Optimè Fr. Ludo. Beia. 2. par. caſuum conſcien. caſu. 1. ex propoſ. 27. Iunii. 1582. pag. 300. Ratio eſt, quia extra caſum neceſsitatis, exhibitio prædictorum ſignorum amoris, magis ſpectat ad perfectos, quorum eſt reddere bonum pro malo; quàm ad alios, vt dicit D. Tho. ſuprà. Quin immo per dicta ſigna quis videtur remittere actionem iniuriarum; vt dicemus infrà ſub hoc eodem verb. in Differ. 4. Et ſic ad ea teneri non poteſt, ex quo non tenetur ad dictam actionem remittendam. Si tamen eò quòd eum non alloquatur, oriatur ſcandalum: tenetur eum alloqui. Nauar. dicto conſil. 5. num. 4. & Beia ſup. pag. 303. Quando autem ſit, vel non ſit ſcandalum ex talibus denegatis ſignis: id prudentiæ Confeſſarii relinquitur; vt poſt D. Tho. & Caiet. ſup. docet Silu. verb. Charitas. quæſt. 6. Tabiena eod. verb. quæſt. 15. Nauar. & Beia. ſup. Vidi enim quemdam publicè offenſum, in quo non iudicarem ſcandalum actiuum, ſed paſsiuum, ſi aliqui ſcandalum paterentur eò quòd dictus offenſus non alloqueretur, nec ſalutaret offenſorem. Immò ſi ei ſigna amoris oſtenderet, daret eidē, & aliis occaſionē, ꝙ ipſum offenſum parui penderēt, & in quauis rixa eum offenderent. Nec etiam eſt putandum ſcandalum inter perſonas de quibus non eſt dubitandum, nec ambigendum vtrum ſint animo in aliquem maleuolentiæ ſuffuſo, vt inter patrem, & filium; ſicut cōtigit Dauid qui quinq; annis noluit alloqui, nec videre filium ſuum Abſalom. 2. Reg. 14. Idem putarem inter Prælatum, & ſubditum, & inter Religioſos qui quotidie celebrant, & ſunt exemplares. quicquid dicat Hugo. relatus, & ſecutus à Manipu. Mino. fol. 153. num. 47. vbi excipit Religioſos à regula, & doctrina ſuperiùs tradita. Nam aliquando poteſt quis licitè denegare inimico familiaritatem, & ſalutationem, etiam ſi ſit Religioſus; quando ſcilicet inimicus eſt talis, vt ex eius amicitia potiùs malum, quàm bonū profluere, ſperari poſsit; vt fecit D. Franciſcus cum Elia, aliàs Generali; vt patet in Chronicis eiuſdē Franc. 1. par. lib. 1. cap. 95. Pro quo facit vt conuerſatio familiaris Peccatorum vitāda ſit ab infirmis; iuxta illud. 2. Cor. 6. *Recedite de medio illorū.* Quod habetur in cap. Recedite. 23. quæſt. 4. & cap. Sępe. 28. quęſt. 1. & docet D. Anton. ſup. cap. 4. in fine princip. Adde Prou. cap. 20. verſ. 19. & cap. 24. verſ. 21.

Fui requiſitus dum hęc typis mandabam, vt adderem hic quidnā ſentirē circa ſalutationem honorificam, quæ fit ab aliquibus erga excommunicatos, aſſurgendo illis, aperiendo, vel inclinando caput, eos ſalutādo, vel reſalutando, ſi ab illis priùs ſalutētur; licèt verbis nihil illis dicant.

In hoc dubio DD. ſunt varii, quos citat Silu. verb. Excommunicatio. 5. quæſt. 1. num. 3. Suarez 5. tomo de Cenſur. Diſputatione 15. ſectione 1. num. 3. & 4. Paul. Comitol. lib. 6. Reſpon. Moral. quæſt 31. num. 4. Nam D. Antoni. 3. par. tit. 25. cap. 2. in prin. Ange. Roſel. Tabien. & Soto (tametſi cum ſcrupulo. & meritò) in 4. diſtinct. 22. quæſt. 1. art. 4. Iacob. de Graſſis lib. 4. caſuum Conſcien. cap. 12. num. 5. Suarez, & Comitol. vbi ſup. tenent non peccare, nec incurrere minorem eos qui præmemorata ſalutatione erga excommunicatos vtuntur. Quibus adde Maior. in 4. diſt. 13. quæſt. 2. idem tenentem.

Mouentur primò, quia excommunicatio eſt pœna. & conſequenter eſt reſtringenda. cap. Pœnæ. de Pœnit. diſtinct. 1. reg. Odia. in 6. Vnde cùm iura prohibentia communionem cum excommunicatis, quę habentur in cap. Sicut Apoſtoli. cum 3. ſequen. 11. quæſt. 3. & maximè quatenus prohibent ſalutationē, iuxta illud 2. Ioa. 1. *Neque aue ei dixeritis.* & verſum illum, *Os orare, vale, communio, menſa negatur:* ſolùm videantur prohibere ſalutationem verbalem, & non actualem: non videntur extendi debere ad ſalutationem, quæ fit tantùm opere, & reuerentia. Secundò, quia aliàs ſcandalizarentur nimis præfati excōmunicati; ſi quando ab ipſis ſalutaremur in via, aperiendo caput; nos itidem ſimiliter non faceremus, præſertim ſi eſſet perſona in dignitate conſtituta. At nihil cum ſcandalo faciendum eſt. cap. Ad aures. & ibi gl. 3. de Tempo. Ordi. cap. Nihil. de Præſcrip. Tertiò, quia ita à multis fieri videmus. Vnde videtur conſuetudine contraria derogatum eſſe præfatę humanæ prohibitioni.

Sed

Digitized by Google

Sed contrariũ tenent Paluda. & alii multi quos refert, & ſequitur Silu. vbi ſuprà, Imol. & Card. in Clem. fin. de Sent.excõ. & Armilla. verb. Excommunicatio.nu.41. Quorum opinionem veriorem eſſe cẽſeo, ac tenendam. Quæ probatur primò, quia iura Canonica prohibent ne quouis modo communicemus cum excommunicatis; vt in dict. cap. Sicut Apoſtoli. cum aliis ſupra citatis. & in dict. Clem. fin. vbi glo. verbo Quouis modo.id declarat, dicẽs, Vt in conuiuio, oratione, vel itinerando, vel conſedendo. Si ergo quouis modo, etiam conſedendo, vel itinerando, etiam nihil cum excommunicatis loquendo, prohibemur cum illis cõmunicare: multò magis prohibita cẽſenda eſt dicta ſalutatio reuerentialis. Nam vt inquit idem Suarez vbi ſuprà, Sectione 9. num.4 communicatio non ſolùm in verbis, ſed maximè in factis conſiſtit. Et confirmatur hæc ratio, quia excommunicatio infligitur in pœnam erubeſcentiæ; vt ſic citiùs contumaces reſipiſcant; vt dicit S. Bonauen. in 4. diſt. 18. quæſt. 5. Ergo per conſequens prohibetur dicta ſalutatio. aliàs fruſtra infligeretur dicta pœna, ſi omnibus liceret præfatam reuerentiam illis exhibere; quia nullam haberent excommunicati erubeſcentiam, ſi ita ab omnibus tractarentur; quamuis illis nihil verbo diceretur. Et ſic conſtat dictam ſalutationem eſſe contra mentem, & finem ſacrorum Canonum. Nam perſpicuum eſt, & manifeſtum, ſi excommunicatis ſalutationem negauerimus reuerentialem, & actualem; attendentes quòd nemo publicè eis defert, ipſos citius ab Eccleſia abſolutionẽ eſſe procuraturos, ob id ipſum rubore perfuſos. Secundò negari non poteſt per dictum modum ſalutandi, eſſe veram ſalutationem. Ita quippe eam vocamus communiter. Cum enim v. g. Ioannes amouet pileum Petro, & aperit ei caput; dicimus, Ioannes ſalutauit Petrum. Et ſi non aperuit caput, dicimus, Noluit ſalutare. Tertiò, quãdo quis ſubtrahit ab aliquo loquelam, & ſalutationẽ illam reuerentialem, dicimus, Ille nõ ſe communicat nec tractat cum tali. Igitur ſub verbo (Aue) & ſub verbo (Cõmunicare) includitur dictus modus ſalutandi. Quartò, quia nõ eſt rationi congruũ, nec res digna Chriſtiano, vt exhibeamus reuerentiam illi qui eã denegat ſponſæ Chriſti, quæ eſt Eccleſia, nolẽns obedire illius mandatis; immo docemur illũ pariter irreuerenter tractare. Quid dico tractare? Quin immo ab eo tamquam à peſte, & membro putrido fugere, longeque abeſſe. Denique iis iam ſcriptis inueni textum expreſſum pro hac noſtra opinione in cap. ſi. 11. quæſt. 3. vbi ſpeciatim prohibetur ne ſalutemus excommunicatos. Ergò tam verbalis, quàm actualis prohibetur, cùm vtraq; ſit ſalutatio, ſed potiùs maior eſt illa actualis, quàm verbalis, teſte Palud.ſup.

Vnde non obſtant fundamenta tenentiũ contrarium. Non primum. Quia in primis negamus excommunicationem, & quæ per eam prohibentur eſſe pœnam: immò eſt medicina, cap. 1. de Sent. excom̃. lib. 6. Secundò, quia licèt eſſet pœna: nihilominus cùm ſit fauorabilis animę, non erat reſtringenda, ſed extendenda, per not. verb. Pœna. Differentia 1. in 2. limitatione. Tertiò, quia ſtante dict.cap. fin. fruſtraneũ eſt hoc fundamentum.

Nec etiam obſtat ſecundùm. Quia ſcandalum, eſt dictum, aut factum minùs rectũ, præbens occaſionem ruinæ, vt poſt B.Hierony. ſuper Matthæ. cap. 15.tradit D. Tho. 2.2.quæſt.43. art. 1. in corpo. & refert, & ſequitur Nauar. in cap. 1. §. Animaduertere. num. 4. de Pœnit. diſt. 5. Hoc autem ſcandalum eſt duplex; actiuum ſcilicet, & paſsiuum, ſiue datum, & acceptum. Actiuũ eſt vt ſupra diffinitum eſt. Quia quando quis facit aliquod factum, quod de ſui natura eſt inductiuum ad peccãdum; propriè dicitur dare occaſionem ruinæ, ac per conſequens dicitur actiuum, ſeu datum. Et de iſto intelligitur illud, Nihil cum ſcandalo. Paſsiuum autem ſcandalum, ſeu acceptum dicitur, quando præter intentionem operantis, & conditionem operis, aliquis ex bono opere alterius inducitur ad peccandum; vt docet D.Tho. ſup. art. 1. ad 4. D. Antoni. 2.par. ſuæ Summæ. tit.7. cap. 4.ad fin. Couar. in reg. Peccatum. 1.par. Relect. in prin. num.4. Et de iſto paſsiuo intelligitur regula illa, quæ habet, *Vtilius ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas relinquatur*. De qua in c. 3.de Regul.iuris, in De

cretalib.

Digitized by Google

cretalib. Et illud Domini Matth. 15. *Sinite illos; cæci ſunt, duces cæcorum.* Vbi cum Phariſei ſcandalizati fuiſſent de Chriſti doctrina, reſpondit Dominus non eſſe curandum de illorum ſcandalo paſsiuo. His ſuppoſitis dico, cùm excommunicatus ſcandalum accipit eò quòd illi nõ reſalutetur, nec exhibeatur reuerentia; obediendo potiùs, & reuerendo mandata Eccleſiæ; tale ſcandalum eſt patienter acceptum, & paſſiuum; cùm denegatio illa reuerentialis fiat ob obedientiam debitam mandatis Eccleſiæ & Superiorum. Et ſic de tali ſcandalo non eſt curandum. Quin immo maiorem occaſionem daremus ſcãdalizandi fideles, illum honorando, & caput ei aperiendo: cùm ex hoc contemni poſſet excommunicatio. Et obiter hic aduertendum duxi, grauiter peccare præfatos excommunicatos exeundo domo, & ſalutando venientes eis obuiam; quia dant illis occaſionem violandorum mandatorum Eccleſiæ; & ſi fortè ab illis non reſalutentur, præbetur ſimiliter occaſio inimicitiarum pariendarum inter ipſos. Cõſultè igitur faciẽt dũ reputãtur eſſe excõmunicati, cauere ab egreſſu domus; vel ſi neceſſariò fuerint egreſſuri, ſecretò id faciant, ita vt à nemine cognoſcantur.

Tandem non obſtat vltimum fundamentum; quia falſum eſt, conſuetudinem peſſimam aliquorum, exhibẽtium dictam reuerentiam contra mandata Eccleſię, derogaſſe pręfato cap. fin. ſiue prohibitioni ſupra memoratæ. Tùm quia conſuetudo ſpecialis non tollit legem generalem. l. Conſuetudinis. in fin. C. Quæ ſit longa conſue. Canonizata in cap. Conſuetudinis. 11. diſt. & dicit communem Iaſ. in l. De quibus. nu. 50. ff. de Legi. Tùm quia ad eam introducendam, vel ad derogandum per eam legi generali, requiritur vt vniuerſitas, vel maior pars ſubditorum eam introducat, vel contraueniat; ſecundùm Ioan. de Rip. de Legib. lib. 1. reſpon. 20. Villalob. 1. tom. Commũ. opin. pag. 36. At perpaucíſsimi ſunt, qui dictam ſalutationem reuerentialem exhibeant. Tùm quia debet eſſe rationabilis. cap. fin. de Conſue. At iſta non eſt talis. arg. cap. Cùm inter. eod. tit. vbi habes, non valere conſuetudinem, per quam interdicti ſententia violatur. & conſequenter, nec valere debet præfata allegata conſuetudo, etiam ſi eſſet maioris partis populi, per quàm ſententia excommunicationis violatur.

SVMMARIVM.

1 *OFFENSVS an teneatur in vtroque Foro acceptare ſatisfactionem iniuriæ ſibi ab offenſore oblatam, & ſic remittere iniuriam, & eius accuſationem per ſcripturã publicam.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 OFFENSVS non tenetur in Foro exteriore remittere actionem iniuriarum; tametſi offenſor offerat plenam ſatisfactionem iniuriæ; vt probat text. memorabilis. (de quo infrà latius) in cap. Si illic. 23. quæſt. 4. ibi, *Si verò irremiſsibilis perſtet acerbitas*: ibidem *nihilominus vindicetur, vbi plectibilis orta eſt præſumptio.* vbi gl. verb. Irremiſsibilis. id notat. ex qua, iuncto tex. patet non poſſe offenſum cogi, vt iniuriam remittat, & pacem faciat cum offendente, etiam ſi ei offeratur competens ſatisfactio. Idem docet Bal. in l. 1. §. Si quies. num. 2. ff. de Offi. præfec. vrbis. & communis teſte Hippo. de Marſi. conſ. 98. num. 6. refert, & ſequitur Iul. Clar. quæſt. 58. in fin. vbi reddit huius dicti rationem. Quia, inquit, æquitatis ratio non patitur, vt quis cogatur inuitus offenſam remittere. Melior ratio eſt, nempè quia in vnoquoque delicto regulariter duæ oriuntur actiones; vna criminalis ad vindictam publicam, altera ciuilis ad priuatum cõmodum; vt docet idem Iul. Clar. quæſt. 2. in prin. Et in poteſtate offenſi eſt agere ciuiliter contra iniuriantem pro damnis ſibi illatis; vel criminaliter ad pœnam corporalem, ſi iniuria eam

eam mereatur; vt poſt alios tradit Coua.lib. 2.Variar.cap.10.nu.7. Quod intellige verũ non ſolùm à principio, ſed etiam poſt intẽtatum & abſolutum iudicium ciuile, ſi actio ciuilis, & criminalis tendat ad diuerſa; vt probat text. ſic intelligendus in l.1. C. Quãdo ciuil. actio crim. præiud. & dicit communem poſt Maran. Iul.Clar. ſup. d.q.2, nu.7. Ergo cogi nõ poteſt (nec debet) vt actionẽ criminalem remittat; maximè quia Reipub. intereſt pœnas nõ facilè dimitti; ne ad maleficia temerè quiſquam proſiliat, vt inquit text. in l. Si operis. C. de Pœnis. & gl.3. in c. Si is qui. 23. q.4. & magna ratio ſuadet ob maleficia pœnas ſolui. l. Si à reo. §: illud quod. ff. de Fideiuſſ. & gl. fin. in c. Cùm clamor. 53. extra de Teſti. Alia ratio, & magis genuina, & concludens eſt, quia pœnitentia non tollit actionem. c. Admonere. 33.q. 2. vbi gl. verbo Pœnitentia. id notat; & gl. 1. in fi. in c. De his. de Accuſa. cõmuniter approbata teſte Naua. conſi. 5 nu.8. de Priui. & Iul. Claro q.57. nu.10. & diximus verb. Pœna. Diff.4. & ſic, quod ex lege eſt, non delctur pœnitentia. aliàs qui fuit pœnitens, non eſſet plectendus; contra cap. Miror. & cap. De his. diſt.50. ſed prædicta ſatisfactio oblata ab offenſore, nihil aliud eſt, quã pœnitentia. Ad eam enim obligabit quilibet Confeſſarius. Ergo eius oblatio non ſufficit, ad oblıgãdum offenſum ad remiſsionẽ iniuriæ, & ad dandam ſchedulam, ſeu teſtimonium in ſcriptis de dicta ſatisfactione. Qui enim illud petit, nihil aliud vult, niſi vt nõ plectatur, & ſit liber à pœna legis. quod eſt contra communem doctrinam, & receptiſsimam ab omnibus Doctoribus.

In Foro verò cõſcientiæ, ſi offendens offerat plenã ſatisfactionẽ, tenetur offenſus eã acceptare, & remittere actionẽ criminalẽ; vt tenet Iul. Cla. d.q.58. in fi. Silu. verb. Charitas. q.6. Fumus in ſua Armilla eod. verb. n. 1. & defendit latè Beia 1.p. Caſuũ cõſcien. caſu 10. per totũ. & in hanc partem inclinat Cordub. lib.1. Quæſtio. Theolog. q.27. verſ. Secundũ. ad fi. & in Sũma q.58. §.3. dicens eã eſſe tutiorẽ. Et ſi nolit eã remittere, dareq; in ſcriptis remiſsionẽ; poterit ei Cõfeſſarius denegare abſolutionẽ tamquã impœnitenti, vt fecit quidam Vicarius generalis, de quo per Naua. cõſ.5. de Pœnit. & remiſ. Et ita videtur ſentire Bart. à Medina in Explicatione quinti præcepti Decalogi. in fin. Quã opinionẽ audio cõmuniter amplexari DD. Theologos huius Regni Maioricar. Mouentur præcipuè. Primò, quia vix quidẽ ſine periculo animę, in hominũ genere, poteſt à quoquã, ni ſit valde perfectus, ſyncero animo, & ſine appetitu vindictę iudicialiter agi, & iniurię vindicta produci. Secũdò, quia poſtquam offenſus eſt reconciliatus cũ offenſore, & eſt ſibi ſatisfactũ, videtur iniurius ſi expoſcat amplius, alteri maximè debitum, vt fieri aſſolet in vindicta publica, & pœna corporali; quã non ad eũ, ſed ad Iudicem, & Poteſtatẽ ſpectat infligere. Cũ enim ex quouis delicto in aliquẽ facto offendatur Deus, Reſpublica, & Pars quę iniuriam accepit: ſicut offenſa facta Deo, ſpectat ad Cõfeſſariũ in Foro pœnitentiali: ſic offenſa facta Reipub. ſpectat ad Iudicẽ Fori iudicialis. Et rurſus, ſicut offenſus non curat, nec curare debet de vindicta facienda per Confeſſarium: ſic nec curare debet de vindicta publica facienda per Iudicem. Quòd ſi diffidat eius rectitudini, & executioni in iuſtitia adminiſtranda: profectò ei iniurius eſſet. Quare ſufficit offenſo remittere ad Iudicẽ vindictã publicã; & non eſt cur ipſe ſolicitus ſit de ea. & aliter agẽs, inſinuat ex paſsione, & appetitu vindictę id facere, & nõ ſyncero animo. Vnde meritò videtur denegãda ei abſolutio Sacramẽtalis, ſi nolit deſiſtere ab accuſatione criminali, aut acceptare ſatisfactionẽ ſibi oblatã; aut ſi eã acceptet, vel eã remittat; non tamẽ vult dare in ſcriptis teſtimonium publicum de dicta ſatisfactione, aut remiſsione.

Sed contrariam partem multi tenent; videlicet non teneri offenſum in conſcientia remittere actionem criminalem, ſeu accuſationem; ſed poſſe licitè eam proſequi, quamtumuis ei offeratur plena ſatisfactio quoàd damna ex iniuria illata; dummodò ad id zelo iuſtitiæ, & bona intentione, & non ex appetitu vindictæ moueatur. Nam ita tenent D. Thom. 2. 2. quæſtione 108. artic. 1. Caiet. ibid. quæſtione 68 art. 1. Soto de Secreto. 2. memb. quæſt. 5. Nauar. in cap. Inter verba. Corolla. 60. 11. q.3. Pet. Nauar. lib.2. c.3. n.381. Coua. lib.2. Varia. c.10. n.7. & noſter Dionyſ. in capit. 11. Marci, ſuper

Digitized by Google

illis verbis, *Et cùm ſtatis ad orãdum, dimittite*, &c. & in cap. 17. Luc. circa illa verba, *Dimitte*, &c. & in terminis tradit Naua. cõſ. 5. de Pœnit. & remiſ. Idẽ tenet Toledo lib. 4. capit. 10. num. 7. verſic. Rurſus. cùm ſcilicet offenſor eſt homo iniquus. & ex profeſſo contra Beiam defendit Paul. Comitol. lib. 4. Reſponſ. moral. quæſt. 32. per totam. Et ratio horum eſt, quia vindicatio authoritate publica, eſt actus virtutis, & iuſtitiæ, & nemini prohibitus. Vnde inquit Soto ſuprà pag. 46. conſilium eſſe Euangelicum non accuſare, propter periculum odii: ſi tamen fiat ſine odio, petens vindictam legis; nihil aliud exercere quàm iuſtitiam. Deinde idem probatur ex dicto cap. Si illic. 23. q. 4. vbi apertè dicit Gelaſius Papa quibuſdam Epiſcopis, quibus commiſſa erat cauſa quædam iniuriarum, & criminalis: nẽpe ſi is qui iniuriam acceperat à quodam Stephano, nolit remittere eam, & deſiſtere ab accuſatione; non obſtante compoſitione, & ſatisfactione eidem oblata; ipſum audiant, & ei iuſtitiam faciant. non dicit vt ei denegent Sacramenta; ſed vt vindictam legalẽ in dictũ Stephanum exerceant. Certe hic textus eſt irrefragabilis pro iſta opinione. Pro cuius corroboratione facit, in iure Canonico habere nos titulum de Accuſationibus: & ſic licitum eſſe cuicumque iniuriã paſſo accuſare reum, etiamſi emendam, ſeu ſatisfactionem ei offerat. Quia talis ſatisfactio ſpectat ad actionem ciuilem; vltra quã offenſus habet etiam actionem criminalẽ, vt reus patiatur pœnam mortis, vel carceris, vel exiliũ, vel triremes, ſecundùm quod delictum meruerit; vt cõſtat ex traditis per Couar. ſup. & per Iul. Clar. dicta quæſt. 2. nu. 7. Vnde non poteſt cogi ad renunciandum dictum ius, ſeu querelam quam ei ius concedit. Quippe nemini facit iniuriam, qui iure ſuo vtitur. Nec damnum quis facit, niſi qui id fecit, quod facere ius non habet. Regul. Nemo damnum. ff. de Regl. iur. Quare limitatio quam in effectu tradit Beia ſup. verſ. Nec argumenti. ad fin. circa titulum de Accuſatione, ſcilicet procedere tantùm cõtra impœnitẽtes, & nolẽtes ſatisfacere pro poſſe: eſt falſa, & cõtra d. c. Si illic. & nuſquã per DD. vtriuſq; Iuris, nedũ tradita; ſed neque excogitata. Immò conſtat contra eam. Nam vxor adultera etiã ſi pœniteat, & ſit emendata; ſi fuit à viro dimiſſa, vel ob adulterium notum, vel iudicio Eccleſiæ; non poteſt cogere virum, vt eam recipiat, & ſic remittat pœnam adulterii, vt dicit D. Thom. in 4. diſt. 35. quæſt. 1. artic. 6. ad 2.

Præterea, ſi Iudex gratiſsimum Deo, & Reipublicæ ſeruitium, ſeu obſequium facit, puniendo delinquentes: ſic enim ipſi Rei pœnas debitas luunt; & tam ipſi, quàm alii à ſimilibus delictis perpetrandis coercentur; & in pace & ſecuritate in Republica viuitur: neceſſariò etiam dicendum eſt idem gratum obſequium Deo, & Reipub. fieri ab omnibus adiuuantibus ipſum Iudicem, ſana intentione, & modo debito, & iuridico ad ipſam vindictam exercendam: ſicuti ſunt miniſtri Iuſtitiæ, teſtes, ſcribæ, carnifices, ipſa quoque pars offenſa; cùm in omnibus ſit eadem ratio. Alioquin peccaret etiam mortaliter maritus occidens vxorem adulteram poſt latam ſententiam, & ei à Iudice traditam, ſi vxor ſupplex peteret veniam. nec non, & occidentes bannitos, & alios; de quibus diximus verbo Adulterium. Diff. 1. num. 3. 4. & 6. quod eſt contra omnes DD. Peccaret etiam Clericus conquerens coram Iudice ſeculari contra ſuos malefactores: cùm tamen tex. in c. 2. de Homici. lib. 6. dicat, licitè id facere poſſe, facta ſolita proteſtatione: quãuis certò ſciat, eos pęna ſanguinis per Iudices eſſe plectẽdos.

Denique ponamus parentes, ſeu vxorẽ alicuius occiſi, adeò eſſe vehemẽti paſsione naturali ex homicidio percuſſos, vt veriſsimiliter timeant grauiter Deũ offenſuros, ſi præſentẽ viderint occidentẽ: & quòd ſi ad auertendũ huiuſmodi peccatum, nollẽt remittere actionẽ criminalẽ, nec aliàs habeãt in animo eam intẽtare; ſed ſolùm id faciãt, vt ſic occiſor ſit exul, & expulſus ab vrbe. Sanè hoc in caſu (vt cõmuniter accidit perſonis piis, & pauperibus, quę nolunt mortẽ vindicare, neq; occiſores accuſare; ſed tãtũ videre illos exules, & extorres) negari nõ poteſt, licitè id facere poſſe; vt not. Cordu. d. q. 27. verſ. Ad tertiã dico. Magis enim tenetur quis prouidere animæ ſuæ ſaluti, quã incolumitati corporali proximi: cùm perfecta charitas à ſe ipſo incipiat, & vita animæ meæ, potior ſit corporis vita alterius.

Quare

Quare non obſtát fundamenta partis contrariæ. Non primum, quia licèt verum ſit difficile eſſe nolentem remittere actionem criminalem, liberum eſſe ab omni odio, & rancore: non eſt tamen impoſsibile, nec incompatibile cum gratia Dei; quicquid dicat Medi. & Beia ſup. Nam benè poteſt quis abſque peccato appetere vindictã criminis in ſe commiſsi authoritate publica. Quippe vindicatio authoritate publica eſt actus iuſtitiæ, & virtutis, vt ſuprà dictũ eſt. Ergo appetere illam, eſt appetere actum, & opus virtutis; & ſic eſt licitus ille appetitus, dum modò abſit mala intentio, & fiat ob finem rectum. Et ideò, cùm notiſsimũ ſit in Foro animę ſtãdum eſſe confeſsioni, & Dicto pœnitentis; ſi ipſe dicat ſe remiſsiſſe quoàd Deum omne odium, & rancorẽ malum; velle tamen zelo iuſtitiæ, & ob bonum animæ ſuæ retinere penes ſe ius illud accuſationis; vt ſic, vel occiſſor numquam appareat, vel ſi apparuerit, pœna cõdigna, & emerita certius afficiatur, & condemnetur. (Perſpicuum enim eſt, & experimento quotidiano didicimus, ſi pars offenſa priùs non dimittat, numquam à Rege, nec à Iudice dimitti: at verò ſi pars dimittat, ſtatim à Rege haberi remiſsionem, & condonationem, ſaltem cum cõpoſitione pecuniaria.) ſanè omninò eſt ei credẽdum Sicut enim eſt zelus bonus, & iuſtus; ita eſt rancor, & appetitus iuſtitiæ iuſtus, & bonus; quando ſcilicet deſideratur vindicta zelo iuſtitiæ, & non ex malo animo, & odio; & quæritur per viam iuſtitiæ, ſiue authoritate Iudicis; vt notat Silueſt. verb. Charitas. quæſt. 6. Quare non eſt cur tali denegari poſsit abſolutio ſacramentalis, ſi nolit dimittere actionem criminalem, vel propoſitum accuſandi reum, & vindicandi iniuriam authoritate publica; ſi dicat id velle bona intentione, & ex zelo iuſtitiæ.

Deinde non obſtat ſecundum fundamentum. Nam falsò ſupponit non ſpectare ad offenſum, vt reus puniatur, ſed ad Iudicem tantùm. Nam adeò ſpectat ad eum, vt neq; ipſe Rex poſsit condonare pœnam legis ipſi reo, parte offenſa inſtante. Loquor in Hiſpania. Nã in nõnullis partibus, & Regnis aliud ſeruatur; vt diximus verbo Denunciatio. Differentia 3. Vnde licèt inflictio pœnæ, & eius executio ſpectet ad Iudicem: tamen ius, & actio ad eam infligendam ſpectat ad offenſum, & Iudicem; & principaliter ad partem offenſam. vnde nõ mirum ſi curet de dicta vindicta, quia intereſt eius, vt reus puniatur: ne ex facilitate veniæ, ab ipſo reo & aliis iterum atque iterum iniuria afficiatur: Oderunt quippe peccare mali formidine pœnæ.

Nonnulla alia fundamenta ſolent etiam adducere, vt illud Matth. 5. *Si offers munus tuum*, &c. & illud Luc. 17. *Pænitet me: dimitte illi*, &c. & ſimilia. Quæ quia non ſpectant ad Forum exterius, ſed ad interius; & intelliguntur de condonatione, & indulgentia culpæ, non autem pœnæ; vt exponit noſter Dionyſius ſup. ideò ea referre ibi non curaui. Sunt etiam fundamenta decentia; vt dicit Naua. dict. conſi. 5. vel ſunt Dicta ſpectantia ad conſilia Euangelica, vt inquit Soto ſup. meritò non vrgent, nec faciunt cõtra ſuperius reſoluta. Hinc dicit Medina ſuprà, monendum eſſe offenſum, vt à querela deſiſtat, propter periculum peccãdi: non autem ait, cogendum eſſe. Idem aſſerunt Nauar. dicto conſi. 5. nu. 5. & Soto dicta quæſt. 5. pag. 46.

In vno tamen caſu teneretur in conſcientia deſiſtere offenſus ab accuſatione, vel eam remittere, ſcilicet ſi offenſor vellet ingredi Religionem, ne eſſet ei tunc impedimẽto ad dictum ingreſſum; propter Extrauagantem Xyxti Quinti. Cùm enim tunc temporis conſtet de vera eius pœnitentia; & in Religione moriatur quis ciuiliter; licèt aliquando poſsit ſe præſentare oculis offenſi: nihilo minus eius ſtatus pœnitentialis magis eum laceſſet ad compaſsionem; quàm ad iram, & rancorem. & ſic cenſeo nullam eſſe tunc iuſtam cauſam quin deſiſtat à querella. quamuis in Foro exteriore non poſſet compelli, vt innuit dicta Extrauag.

Adde alium caſum; vt ſi offenſor non per inſidias; ſed caſu, & præter intentionem homicidium perpetraſſet: forte etiam tunc teneretur offenſus ad acceptandam ſatisfactionem, & remittendam iniuriam. Quia dignus videtur venia, ex quo, caſu in rixa, & ex calore iracundiæ; & non ex induſtria delictum commiſit.

Digitized by Google

Sed licèt id decens, & homine Chriſtiano dignum eſſet; ſi tamen nollet remittere accuſationem, ſeu querelam; non ob id deneganda eſſet huic abſolutio Sacramentalis. Quia ſine vrgente, & ſufficiente ratione non eſt à regula, ſuprà fol. 4. tradita, recedendum; per l. 2. ff. Si quis in ius voca. cap. fin. de Reſtit. ſpolia. lib. 6. & not. per Deci. in cap. In præſentia. numer. 55. de Proba.

SVMMARIVM.

1 *OFFENSVS tractans familiariter offenſorem; an cenſeatur remiſsiſſe omnem ſatisfactionem, nec ne, in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 REmittere iniuriam in Foro exteriori videtur offenſus qui familiariter cõuerſatur cum iniuriãte, vel eũ ſalutat. gl. in c. Cùm Adrianus diſt. 63. Bal. in l. 1. in princ. ff. de Liber. & poſth. Addit. Abb. in procemio Decret. ſub num. 6. & ibi Fel. prope fin. D. Ant. 2. part. tit. 2. cap. 2. §. 3. Silu. verb. Iniuria. quæſt. 8. Pedraza præcepto 7. §. 10. Cordub. quæſt. 58. pag. 160. & de Detract. quæſt. 3. concluſ. 11. qui omnes commendant dictam gloſſam in hoc, quòd probatur remiſsio iniuriæ per ſalutationem: ſicut è conuerſo non ſalutans præſumitur inimicus; ſi prius ſolitus erat ſalutare; vel vbi vnus ſalutatur ab alio, & ille non vult reſalutare; vt etiam docet Abb. in capit. Ad hæc. in 1. nu. 3. de Appel. Vide ad prædicta duas fallent. per Silu. ſup. §. 3. nempe cùm ante prædicta ſigna offenſus propoſuit in iudicio actionem iniuriarum; vel exhibet dicta ſigna tempore neceſsitatis; aut talia, quæ & inimicis exhibere tenetur. Adde aliam fallentiam, niſi proteſtatus fuerit, id facere ad ſatisfaciendum Deo; non tamen animo remittendi iniuriam quoàd Forum exterius.

At in Foro conſcientiæ ad excuſandum offenſorem à ſatisfactione, non ſufficiunt prædicta ſigna; niſi aliàs probet; vel quòd ex animo fuit ſibi per iniuriam paſſum, remiſſa iniuria; vel quòd ſibi præbuit expreſſè, & manifeſtè ſigna indubitata remiſſæ iniuriæ; putà, ſi ſpontè iniuriatus fieret ei magnus amicus, & eum tractaret valde familiariter, ac iocosè; vel eum inuitaret ad conuiuiũ, vel aliàs; vt ſingulariter annotauit Pet. à Naua. 1. tom. de Reſtitu. lib. 2. c. 4. nu. 93. Multi enim, vel quia ſimul viuunt cum iniuriatore; vel quia eo indigent; vel vt ſcãdalum vitent, diſsimulãt iniurias ſibi factas; & gauderent valde, vt fama, honor, ſeu damnum ſibi reſtitueretur. Et ideò non debẽt eſſe Confeſſarii faciles in hos abſoluendo: niſi prius ſatisfaciant, aut probẽt vera ſigna remiſſæ ex animo iniuriæ, vel aliàs certiores fiant de eius remiſsione.

SVMMARIVM.

1 *CReditores vbi ſunt multi; ſi maior pars remittat, aut dilationem ad ſoluendum concedat; an præiudicet minori parti, in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 REmiſsio, ſeu dilatio facta alicui debitori per maiorem partem creditorum; in Foro exteriori nocet minori parti. l. Iuriſgentiũ. §. fin ff. & Pact. & ibi gl. verb. Quota. ab omnib. ibi recepta, & in l. Maiorẽ. & in l. Reſcriptũ. ff. eodem. vbi idẽ not. Soci. & Iaſ. n. 3. poſt gl. magnam ibi, communiter receptam, teſte Nauar. conſi. 6. de Pact. Idem tradit Ordin. Luſitan. lib. 3. titul. 78. §. 8.

At in Foro conſcientiæ prædictæ leges non habent locum, nec procedunt quoàd nolentes concedere remiſsionem, vel dilationem. vnde debitor tenebitur ſtatim ſoluere, & reſtituere, ſi poteſt, quãtitatẽ remiſſam ipſis nolentibus, nec cõſentientibus; ſi indigeant, vel fame pereant; vel aliàs habeant æqualẽ neceſsitatem cum debitore.

Quod

Digitized by Google

Quòd ſi non ſit ſoluendo, tenebitur ſoluere cùm ad pinguiorem fortunam peruenerit.ita Silueſt verb. Reſtitutio.6. q.3. in fine.

Sed Nauar. dicto conſil. 6. tenet contrarium, cum ob inopiam, vel aliam iuſtam cauſam, & in vtilitatem creditorum ſit remiſsio. Quod vt charitati, & miſericordiæ in pauperes congruentius; ita & verius, & æquius videtur: dummodò prædicta vtilitas creditorum, etiam contingat præfatos nolentes: aliàs veriorem puto opinionem Silu. in caſibus per eum tactis.

Et aduerte, quòd maior pars creditorum intelligitur, & reputatur, vbi eſt maius, & fortius debitum;etiam ſi vnus ſit, cui plus quàm omnibus aliis debeatur. vt probat text.dictæ l.Maiorem.& l.1.ff.de Ceſsione bonorum.

SVMMARIVM.

1 *MERCATOR fallens & fugiens;ſi ſe conueniat, ſeu componat cum creditoribus: an ſit tutus coram Deo, & in conſcientia?*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 MERCATOR fallens, & fugiens ad Eccleſiã,vel recedẽs à Regno; vt inde ſe componat cũ creditoribus;obtinendo ab eis vel dilationẽ ad ſoluẽdũ, vel remiſsionẽ partis debitorum;ſi id obtineat à creditoribus, tutus omnino eſt in Foro iudiciali,vt palã eſt.

In Foro verò conſcientiæ nequaquam eſt tutus;quia,ſi prædicta fecit;id eſt,ſi fefellit, quia nullo modo habebat vnde ſolueret;licet obtinuerit aliquam remiſsionẽ à creditoribus;& dixerint in ea,ſe ex mera, & libera volũtate remiſsiſſe; nihilo minùs probabilius eſt, teneri ad ſolutionem omniũ debitorum,cùm ad pinguiorem deuenerit fortunam.Quia cõdonatio,& remiſsio nõ fuit vera donatio,ex liberalitate procedens; ſed condeſcenſsio tantùm cũ neceſsitate præſenti. Ita tradit Mercad.de Cõtract.tract.1. cap.12.ad fin.fol.53.Pro quo facit,quòd cedens bonis cum ignominia, tenetur ad reſtitutionem,cùm ad pinguiorẽ deuenerit fortunam.vt diximus ſuprà verb. Ceſsio. Diff. 3.Quantò magis iſte?

Si verò fefellit,quia non poterat ſoluere, niſi cũ magna incõmoditate ſua;remanẽdo ſcilicet,pauper;non tamen omnino, ita vt cõpelleretur ex neceſsitate oſtiatim eleemoſynã petere: tunc dubio procul non eſt tutus in Foro conſcientiæ; licèt aliàs à creditoribus habeat remiſsionem aliquã; & dicant,ex mera,& libera voluntate eã feciſſe: quia immò per vim,& coactionem eam faciunt;vt dicit idem Mercad.ſuprà.ſubdens, prædictos mercatores fugientes,& obtinẽtes dilationem ad ſoluendum, teneri etiam ad recompenſandum dãnum creditoribus datum;& ſic ad intereſſe,quod probabiliter illi poterant lucrari in illo temporis ſpatio dilationis conceſſæ. Quod æquum mihi videtur:intelligendo prędictum intereſſe, ſecundùm notata infrà ſub verb. Vſura.Dif.2. & confirmantur ſup.dicta per not. in ſimili verb.Repetitio.Diff.9.

SVMMARIVM.

1 *INIVRIA in Foro iudiciali eſt pecunia æſtimabilis. Secùs in Foro pœnitentiali. Licèt multi contra.*

2 *Irrogans iniuriam poteſt licitè mutuare pecuniam offenſo,vt illi remittat eam. Etiam cum pacto; vt numero 4.*

3 *Iniuriã paſſus poteſt licitè expetere,& accipere ab offenſore pecuniã pro offenſa ſibi facta.*

5 *Non poteſt iniuriatus recompenſare ſe de debito, cum iniuria ſibi facta.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 INiuria in Foro exteriori eſt pecunia æſtimabilis.Et ſic pro ea in d. Foro debetur ſatisfactio pecuniaria,ſi ab offenſo petatur; etiamſi aliàs nullũ dãmnũ circa bona,vel famã illius cũ ea datũ ſit. Et ita quotidie practicatur,eſtimãdo iniuriã in certa quantitate;quæ poſteà à Iudice taxatur, medio iuramento offenſi.

Digitized by Google

In Foro verò cõſcientię, & pœnitentiali, nulla debetur ſatisfactio pecuniaria; ſed tãtùm venia illius eſt humiliter poſtulanda; ſi aliàs Confeſſario ita expedire videatur.

Hanc differentiam tradit Inno. in c. Sicut dignũ. de Homicid. explicatus à Deci. n. 3. & à Beroio nu. 224. in c. Quoniam contra. de Proba. Eamdem ponit Nauar. in cap. 17. num. 237.

Et obſerua hic me agere de iniuria in gènere, & conſiderata de per ſe, & ſine damno in bonis, vel fama (vt ſuprà diximus) & ſic pręcipue de illata ſecretò. In Differentia verò. 45. infra verbo Reſtitutio. agam de iniuria ſpeciali; ſcilicet quæ fit alicui, auferendo ei vitam, vel membrum, vel inferendo cicatricẽ faciei eius, ita vt deformis remaneat. Quæ, quia habet alia fundamẽta quibus innititur, ideò ponitur diſtinctè in alia differentia, pro clariore intelligẽtia materiæ,

Sed antequàm eam declaremus, ingenuè fateor me diu ſuſpenſum manſiſſe circa veritatem, & reſolutionem ipſius. Nam video D. Tho. 2. 2. quæſt. 62. art. 3. ad 1. & artic. 6. in corpore, obligare offenſorem, ſeu iniuriam inferentem ad aliquam ſatisfactionẽ arbitrio prudentis viri, in Foro conſcientiæ. Idem tenet Scotus in 4. diſt. 15. q. 3. Soto lib. 4. de Iuſti. quæſt. 6. artic. 3. col. 12. verſ. Secundò præter damna. & ita obſeruant Patres Societatis Ieſu, per cẽſuram quamdam datam Romæ eiſdem, vt teſtatur Rebel. de Oblig. iuſt. 1. p. lib. 2. q. 10. ſect. 2. nu. 3. addens Doctores ita cõmuniter tenere.

E contrario video legem latam fuiſſe à Deo populo ſuo Iſraëlitico per os Moyſis Exodi 21. verſ. 16. ita dicens, *Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximum ſuũ lapide, vel pugno: & iſte mortuus non fuerit; ſed iacuerit in lecto: ſi ſurrexerit & ambulauerit foris ſuper baculum ſuum; innocẽs erit qui percuſſerit. ita tamen, vt operas eius & impenſas in medicos reſtituat.* Eamdem legem eſt Ius Canonicum amplexum, & refertur in cap. 1. de Iniuriis. in qua nullum eſt verbũ de reſtitutione, ſeu ſatisfactione aliqua pro iniuria illata. immò innuit nullã deberi pro ea. Quia dicit, ſolutis expenſis operarum, & medici, remanere innocentẽ. Et perſpicuum eſt, hunc text. loqui in Foro conſcientię. Nam quoàd Forum exterius non remanet innocens, cùm poſsit, & debeat puniri, & imponi ſatisfactio pro iniuria; vt habetur in cap. fin. eod. tit. de Iniur.

Dico igitur pro iniuria alicui illata, in Foro contentioſo, deberi ſatisfactionem. Hoc probat text. in c. Olim. & in dict. c. fin. de Iniuriis. Quem textum procedere tantũ in Foro iudiciali, docet expreſse Inno. dict. cap. Sicut dignum. de Homici. Contra iniuriam namque inferentem, in Foro iudiciali datur actio iniuriarum, per quam offenſus agit, vel ciuiliter ad æſtimationem iniuriæ, dicendo in libello v. g. ſe potius voluiſſe centum de ſuo perdidiſſe: quàm illam iniuriam pati; iuxta glo. verb. Damnis. in cap. Si Canonici de Offi. ordi. lib. 6. commẽdatam à Panor. in d. cap. 1. de Iniuriis. à Fabro in §. Non ſolum. Inſtit. eod. tit. & à Maranta 4. par. in princ. nu. 6. & aliis. Quæ æſtimatio poſteà, medio iuramento partis, taxatur à Iudice, ſecundùm formam præſcriptam in dict. cap. Olim. de Iniuriis. & in l. Conſtitutionibus. §. 1. ff. eod. & in §. Pœna. Inſt. eod. tit. Vel agit criminaliter ad vindictam; vt l. Prætor. §. 1. & ibi Bar. ff. de Iniuriis. & l. 1. C. Quando ciuil. actio crim. præiud. & §. In ſumma. Inſti. de Iniuriis. Et vtroque in caſu iniuriam inferens condemnatur per Iudicẽ ad aliquam ſatisfactionem, ſeu compenſationem faciendam pro iniuria illata, vltra damna. Itaque ratione ſolius iniuriæ obligatur iniurians in Foro iudiciali ad aliquam ſatisfactionem, & compellitur eam prędare. Nec tũc habetur ratio damnorum, aliàs ex iniuria ſubſecutorum, niſi petantur; quia ad tale damnum reſarciendum poſteà agi poteſt. vt per Cepolã Cautela 33. & Afflic. in §. Iniuria. punitur n. 5. de Pace iura. firmã. vbi communem dicit. & tradunt DD. per tex. ibi. in d. l. Prætor. §. 1. & in l. 1. C. Quando ciuil. actio crim. pręiu. & per Iul. Clar. q. 2. num. 7.

Eſt tamen magnum dubium, in quo tota difficultas conſiſtit, an teneatur Confeſſarius obligare Pœnitentem, ſi iniuriam alicui intulit, vel contumeliam dixerit, etiã ſecretò; vt ſi cognouit vxorem alterius, vel alapã alicui dedit, vel percuſſerit aruntine; & alias huius generis fecerit; vt vltra dãna, ſi quæ paſſus fuerit offenſus, faciat aliquam ſatisfa-

ſatisfactionē quā ipſe Cófeſſarius iudicabit ratione ſolius iniuriæ. Et teneri eam facere; docet D. Tho. Soto, & Scotus, ſup. & alii communiter, teſte Rebel. vbi ſup. dict. nu. 3. vbi reddit rationem huius opinionis; quia, inquit, regulariter omnis iniuria illata, etiam ſublato omni damno pecuniariò, & famæ; cedit in contemptū, & ignominiam offenſi, cùm deroget honori, & reuerentiæ illi debitæ. Tùm etiam quia affert communiter iram, vexationem, & perturbationem animi; & ex illis nonnumquā ægritudinem: quæ interdum pluris æſtimātur, quàm nonnulla alia damna corporis, vel pecuniæ.

Secundò, pro eadem opinione facit, ab iniuria recipi æſtimationē in pecunia, quādo pars offenſa nō vult agere de ea criminaliter, ſed ciuiliter (vt ſuprà diximus.) Et conſequenter videtur inferre damnum pecunia æſtimabile, per not. infra d. Differentia 45. Ergo ſicut inferens damnum bonis alicuius, tenetur in conſcientia, ad illius ſatisfactionem, & æſtimationem: ſic etiam videtur idem dicendum de inferente iniuriam.

Sed in Foro conſcientiæ nullam deberi ſatisfactionem pro iniuria ſola, ſine damno in bonis, vel fama; tenent Inno. & Nauar. vbi ſup. & Pet. Tolet. lib. 2. c. 3. nu. 438. vbi dicit iniuriam non ſpectare ad ſpecialē iniuſtitiam commutatiuam, ſed ad communem, ſiue legalem; cui reſtitutio non debetur. idem ſentit Panor. cap. Olim. & Silu. verb. Iniuria. quæſt. 8. verſ. Quintò. quatenus dicūt mortuo iniuriato, vbi lis non fuerat conteſtata ſuper actione iniuriarum, nō teneri iniuriantem, niſi ad damna, & expenſas.

Et probatur. Primò, quia actio iniuriarū eſt prodita ad vindictam. §. Non autem omnes. Inſt. de Perpetuis, & tempo. actio. l. Iniuriarum. 1. & 3. ff. de Iniuriis. Hoſtien. in ſumma. eodem titulo. num. 8. gl. 1. in §. In ſumma. Inſt. eod. tit. & in dict. l. Prætor. §. 1. verb. Principaliter. ff. eod. At vindicta ſpectat ad Iudicem, & donec ab eo fiat, ſecurus eſt reus; quia nullus debet eſſe executor illius contra ſe; per notat. verb. Pœna. Differentia 20. num. 2. verſ. Quin immò non ſolùm. Et confirmatur; quia id quod debetur ratione ſolius iniuriæ eſt pœna, Iudicis arbitrio inferenda. §. Pœnæ Inſt. de Iniur. Et ſic non obligat in conſcientia. per gl. vulgarem, & receptam. in cap Fraternitas. 12. quæſt. 2. Secundò, quia ſi iniuria vindicetur per Iudicem, cenſetur omnino remiſſa; ita vt aliam ſatisfactionem pro ea iniuriatus petere non poſsit; vt eſt textus expreſſus, & ibi Bart. in l. Sed ſi vnus. 17. §. Si ante Iudicem. ff. de Iniur. quod eſt ſignum, & argumentum, nullum aliud intereſſe ratione ſolius iniuriæ prætendi poſſe extra vel vltra vindictam. aliàs poſſet; ſicut poteſt petere damna, & expenſas (vt ſuprà diximus.) Ad idem facit, actionem iniuriarum non tranſire ad heredes, nec cōtra hæredes. l. Si eum. §. Qui iniuriarum. ff. Si quis cautio. niſi lis fuerit conteſtata. l. fi. C. de Præſcrip. 30. vel 40. Anno. gl. verb. Iniuriarum. dict. §. Non autem omnes. Inſti. de Perpet. & tempo. actio. Et extinguitur per annum. l. Si non conuitii. C. de Iniur. & ibi gl. Quam dicit communiter approbatam Plaza lib. 1. Delictorum. cap. 6. in fin. At ſi ex iniuria aliquod intereſſe pecuniarium, vel ſatisfactio deberetur; non vtique extingueretur. Quia cùm de ea agitur ciuiliter, eſt perpetua, ſecundùm Balb. de Præſcriptio. 4. par. quartæ quæſtio. princip. quæſt. 1. num. 3. vbi de communi teſtatur; quem refert Rolan. conſ. 39. nu. 15. lib. 2. Tertiò, quia ſatisfactio, & reſtitutio ſupponunt aliquid eſſe ab alio abſtractum, ac ſublatum. At per iniuriam illatam nihil iniuriato de patrimonio abeſt, nec reo adeſt. l. Cùm emancipati. §. Emancipatus. ff. de Colla. bono. gl. dict. §. Non autem. verb. Iniuriarum actione. & in dict. l. Prætor. §. 1. verb. Principaliter. Quartò, quia ſi alicui palam iniuriam aliquam ſine damno, & falſitate inferam, ſufficit mihi in Foro conſcientiæ petere veniam ipſius ab offenſo per me, vel per alium; nec teneor ad aliā ſatisfactionem, etiam ſi iniuriatus veniam deneget. Nec Confeſſarii aliam ſatisfactionem iniungunt. & ita communiter practicatur in Foro pœnitentiali, teſte Rebel. ſup. Satisfactio quippe, ſi aliqua pro iniuria debetur, non ſpectat ad hunc Forum conſcientiæ, ſeu pœnitentiali; ſed ad Iudicem, quia infertur loco pœnæ, ſeu vindi-

Digitized by Google

ctæ illius. Quin immò ipſamet ſatisfactio eſt pœna (vt ſup. diximus.)

2 Prædicta confirmantur ex iis quæ tradit Nauar. capit. 17. numero 237. poſt D. Antoni. & Silu. verb. Vſura. quæſt. 11. vbi dicit ſi irrogans iniuriam mutuet iniuriato, etiam cum intentione, vt ratione mutui ſibi iniuriam remittat; non eſſe vſuram. Quia iniuriator nihil aliud conſequitur in rei veritate, quàm remiſsionem iniuriæ &c. Quæ in Foro Dei non eſt pecunia æſtimabilis, ſed eſt tantùm opus charitatis; quicquid dicat in contrarium Fr. Ioſephus in ſuis Floribus agens de vſura.

Eſt, & alia ratio; quia prędicto caſu offenſor nihil quærit: ſed ſolùm liberat ſe à pœna pro iniuria debita: quam in Foro conſcientiæ ante condemnationem minime debet.

Quæ quidem ratio verior eſt, illa, quam adducunt D. Anto. & Silueſt. ſuprà: dicentes ideò licere offenſori dare mutuo ipſi offenſo abſque labe vſuræ; etiam cum hac intentione, vt ſic ſibi iniuriam remittat; quia ſic offenſor redimebat ſuam vexationem: quod ſibi licèt; per cap. Dilectus. de Simo. Quaſi malè faceret offenſus pretendens punitionem iniuriæ per viam iuſtitiæ. Quod eſt contra reſoluta. ſup. eodem verb. Differentia 2. & not. per Couar. lib. 2. var. cap. 10. num. 7. & Pet. Naua. lib. 2. cap. 3. n. 381. Vnde meritò in hoc impugnantur à Naua. loco ſuperiùs citato.

3 Eadem ratione conſtat; prolapſum fuiſſe Fr. Lodou. Lopez tomo 2. Inſtruct. Confeſ. cap. 56. quæſt. 4. & alios quos ibi citat; dùm aſſeuerat ab offenſo non poſſe licitè expeti pecuniam pro offenſa ſibi facta, loco pœnæ. Contra quos eſt Ioan. à Medina. de Contract. quæſt. 29. & Couar. lib. 2. var. cap. 10. num. 7. verſ. Secundùm. Sicut enim poteſt offenſus optare, vt offenſor puniatur aliqua pœna carceris, exilii, vel alterius huiuſmodi; vt ſic cohibeatur, ac emendetur offenſoris ſuperbia, temeritas, & audacia. Ita poteſt per eũdem deſiderari; vt pœna ſit pecuniaria; quia ſępe plus ea timetur, & per eam nonnulli magis puniũtur. Et confirmantur prædicta per ea quæ diximus ſuprà dicta Differentia 2. videlicet, iniuriam paſſum in Foro interiori non teneri actionem iniuriarum remittere; per gloſſam receptam in capit. Si quis contriſtatus. 90. diſtinct. Secùs dicerem, ſi animo vindicandi ſe, expeteret pecuniam. In quo caſu debent intelligi DD. ſupracitati.

4 Sed eſt dubium non contemnendum, an poſsit offenſor ſub pacto, & obligatione ciuili obligare offenſum propter mutuum; vt remittat ſibi iniuriam? Et quidem Fr. Ludo. Lopez. loco ſuperiùs citato, quæſt. 4. verſ. vltimo. cenſet non poſſe, nec licere; quia, inquit, illa actio iniuriarum, ſeu ciuilis obligatio, eſt pecunia æſtimabilis in Foro exteriori: & ſic conſequeretur lucrum ex ſuo mutuo: quod non licèt iuxta illud Euangelii. *Mutuum dantes, & nihil inde ſperantes.* Sed debet eſſe remiſsio gratis facta; quamuis cum pacto nudo ſit ab offenſo obtenta.

Sed contrarium puto verius: cum Silu. & Nauar. ſuprà; quia etſi illa ciuilis obligatio ſit pretio æſtimabilis; id eſt verum in Foro exteriori. Non tamen in Foro interiori, vt ſuprà in principio diximus; quia reuerà quod remittitur per illam actionem, non eſt debitum ante condemnationem. Vnde vere nihil acquirit offenſor in remiſsione illa; ſed tantummodo ſe à damno pœnæ liberat. Quare exiſtimo, præfatum mutuum 5
fieri poſſe nedùm præcedente pacto; ſed etiam mediante ſcriptura publica.

Hinc cauendum eſt à Rebel. de Obliga. iuſt. 1. par. lib. 2. quæſt. 18. num. 9. & lib. 4. quæſt. 13. num. 5. dicente, ſi debens Titio centum aureos, & ipſe tibi infamiam, vel cõtumeliam æqualis æſtimationis irroget, rectè te compenſationem facere poſſe, nihil illi reſtituendo, ſi reſtituere non vult. Nõ enim poteſt compenſari debitũ, quod eſt in potentia, quale eſt quod debetur ratione pœnæ, ſeu iniuriæ illatæ; vt diximus verb. Compenſatio. Differentia 3. num. 2. verſ. Tertiò. & verb. Poſſeſsio. Differentia 5. num. 3. quamuis excuſandus ſit præfatus Doctor; quia ſi vera eſſet communis, quam defendit, quamq; ſuprà vidiſti; benè ex illa ſequeretur hoc vltimum Dictum.

Reſtat reſpondere iis quæ pro contraria opinione ſup. adduximus. Non igitur obſtat primum. Nam omnia illa damna, quæ

offenſus

Digitized by Google

offenſus ſuſtinet, patitur occaſione iniuriæ ſibi illatæ, veniunt ei per accidens, & propriam culpam, & defectum mortificationis, & ideò ſunt illi imputanda. Quia tenebatur iniuriam ſtatim remittere quoad rancorem, & eius obliuiſci, & diligere inimicum; iuxta illud Chriſti Saluatoris noſtri Matth. 18. in fin. *Sic, & pater meus cæleſtis faciet vobis; ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.* Et diximus ſup. Differ. 2.

Præterea irreuerentia illa, ſeu contemptus perſonæ, quem conſiderat præfatus Rebel. eſt ipſa iniuria, quæ iam ſatisfieri iubebitur per Iudicem, ſi offenſus eam petierit, intentans actionem iniuriarum ciuiliter (vt ſup. diximus.)

Ad ſecundum reſpondeo verum eſſe ab iniuria recipi æſtimationem in pecunia, tãquam damnum per eam illatum. Id tamen fieri in Foro contentioſo: quia ad dictum Forum ſpectat actio iniuriarum, & eius æſtimatio, ſiue pœna: non tamen ad pœnitentiale, ſiue conſcientiæ (vt ſup. ſæpe diximus.)

Ad D.Tho. reſpondeo, vt infrà verb. Reſtitutio. Differentia 45. ad fin. verſ. Ad tertium.

Denique obſerua ſatisfactionem illam quam quidam ex parte aduerſa fieri, & imponi debere putant: nempe vt vel oret pro iniuriam paſſo, vel honoret eum in abſentia, loquendo bene de illo, & huiuſmodi: magis eſſe de conſilio, quàm ex obligatione; ſecundùm Soto ſup. col. 4. in prin. poſt verſ. Quando verò. De venia tamen ſecùs dicendum puto in multis caſibus. Sed illa petitur ob reconciliationem, & charitatem violatam (vt etiam aduertimus dict. Differentia 45. in fin.) Vnde quando ignoratur iniuria, vt in adulterio, & ſimilibus, nullo modo eſt petenda, cùm charitas non ſit violata: immo violaretur, ſi iniuria detegeretur.

REPETITIO.

SVMMARIVM.

1 *EMENS rem alterius, vt domino ſuo reſtituat; poteſt in Foro iudiciali repetere à domino pretium, & expenſas in illam factas, ſi obſeruet quæ hic annotantur.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 EMENS rem furtiuam à fure, vel alio quocumque, non vt ſibi retineat (quia id non licèt, cap. Rapinam. 14. quæſt. 5.) ſed animo, & intentione, vt eam vero domino reſtituat; vel quia, eam aliter non erat ampliùs habiturus; aut non tali pretio (vt ſæpe contingit in robariis factis per milites iniuſtè, & per fures, & latrones viarum, & in bellis iniuſtis, & aliàs.) In his, & ſimilibus caſibus talis emptor repetere poteſt à domino pretium quod dedit, & etiam expenſas moderatas, ſi quas fecit, & intereſſe ſuum; quia vtiliter geſsit negotium domini. Hæc omnia conſequeretur in Foro iudiciali, ſecundùm Hoſt. in Summa. tit. de Pœnit. verſ. Quid de prædam ementibus. Anchar. regul. Peccatum. col. 13. Angel. verb. Reſtitutio. 1. nu. 5. Maior. in 4. diſt. 15. quæſt. 26. ad fin. Cepol. cautel. 10. Ioan. Lup. in Rub. de Donation. §. 65. num. 57. & magis communem opinionem, teſte Couar. infrà in fine; dummodò publicè proteſtetur ſe ea intentione (de qua ſuprà) emere: aliàs ei nõ crederetur, argum. l. Neſennius. ff. de Negot. geſt. & l. 2. C. de Furt. & cap. vnici. Vt Eccleſ. Benefic. & docet Silu. verb. Reſtitutio. 3. quæſt. 7. Dicto. 4. & Iacob. de Graff. lib. 2. cap. 93. num. 48. & Boſsi. tit. de Furt. num. 50. quicquid in cõtrarium dicat Natta. conſil. 436. cuius meminit Clar. §. Furtum. num. 27.

Sed

Digitized by Google

Sed Couar. in regul. Peccatum. 3.part.in princip. num. 5. aliter putat dicendum; videlicet tunc demum poſſe prædictum emptorem agere ad pretium contra dominũ; ſi dominus emptionem ratam habuerit, ex Bal. & Paul.in l.1.ff.de Negot. geſt.eſſetq; pretium datum, modicum; ac eſſet probabilis coniectura, quòd dominus rem illam nuſquam habuiſſet; niſi emptor eam à fure emiſſet. alias non, & eſt de mente Silu. ſuprà.

Sed certè facta prædicta proteſtatione, non eſt dubium, quin dominus cogeretur ad pretium, actione negotiorũ geſtorum, concurrente paruitate pretii, & probabili coniectura, quòd ſcilicet aliàs non eſſet eam dominus habiturus; licèt emptionem ratam minimè habuiſſet. Quod ſanè etiam eſt de mente Couar. ſuprà. quem etiam vide in dicta regul. Peccatum.2. part.§.11. num. 7. in princip. vbi dicit quoties non virtute bellica; ſed commercio,res aliena ab hoſtibus pretio redimitur; dominus prior eam petere poterit, ſoluto redẽptionis pretio, allegat l. Ab hoſtibus. in 2. C. de Captiu.l. In bello.§. Si quis ſeruum.ff. eodem. quod cenſeo indubitatum.

In Foro verò conſcientiæ, & pœnitentiali, nulla requiritur proteſtatio, ad conſequendum à domino rei pretium: cum in eo Foro ſuo ſimplici verbo credatur; iuxta not. verb.Pœnitentia. Differentia 5.

SVMMARIVM.

1 *SOLVTVM, vel promiſſum ex cauſa, quæ per inficiationem creſcit: an repeti poſsit; vel reſcindi.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 SOLVTVM, vel promiſſum ex cauſa quæ per inficiationem creſcit, non repetitur. Textus eſt expreſſus in l. Ea quæ. C. de Condict. indeb. Exẽplis hoc declaremus: vt ſi quis ſoluat damnum ab alio datum; ſcilicet, animal ab alio occiſum. Vel legatum Eccleſię per errorem; quia re verà non erat relictum. Vel ſi filius tuus dedit aliquod damnum, & tu credens te teneri noxaliter; promiſiſti, vel ſoluiſti; cùm reuerà non tenereris; vt in fi. Inſt.de Noxal. Vel ſi mandaſti procuratori tuo,vt daret Petro damnum,quod non dedit, ſed alius; & tu credens datum à procuratore tuo;ſoluiſti. In his, & ſimilibus caſibus qui creſcũt per inficiationẽ:ideſt,ſoluitur duplum ſi negetur; vt Inſt. de Obligat. quæ ex contract. naſc. §. fin. & ſi ſoluitur, quod non debetur; ſiue per errorem iuris, ſiue facti; non repetitur.

Sed prædicta lex eſt contra naturalem æquitatem; vt dicit Bal. ibidem; nec habet locum in Foro conſcientiæ; quia non innititur veritati, ſed præſumptioni. Præſumit enim lex ſoluentem damnum, non debitũ; id facere per virtualem quamdam tranſactionem, nè litiget.

Vbi nota, quàm iura abhorreant lites, & foueant pacem: vt etiam, licèt tranſactio fiat ſuper lite ficta, & non vera: nihilominus foueatur à iure talis tranſactio: ita vt quod eius ratione ſoluitur, non recuperetur; ſed denegetur repetitio.

SVMMARIVM.

1 *FIDEIVSSOR ſimpliciter datus, non tenetur ad intereſſe.*

2 *Fideiuſſor ſoluens quod nudo tantùm pacto à principali promiſſum eſt, repetere poteſt ſolutum.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 FIDEIVSSOR ſimpliciter datus, nõ tenetur ad intereſſe, ſecundùm gloſſam 2. in cap. 3. de Fideiuſſor. niſi quando datur in omnem cauſam &c. vt ibi. Vnde ſi ſoluat intereſſe; de iure Fori, & in iudicio exteriori, non repetit ſolutum à debitore:

Digitized by Google

bitore: quamuis ipſe principalis debitor ad ipſum teneretur. quia ſibi imputandum; quoniam ſoluit quod ſoluere non tenebatur.

In Foro verò poli, & conſcientiæ per viã denunciationis Euãgelicę poterit recuperare à debitore id quod ſoluit; dummodò ipſe debitor ad ea ſoluenda teneretur, ſecundùm Silu. verb. Fideiuſſor. quæſt. 13. Conferunt quæ dicemus in ſeq. differentia, quæ eſt ſimilis.

2 Faciunt etiam quę habentur in Indice Cõmun. opin. ſub verb. Fideiuſſor. in medio, & ſe refert ad 1. tom. pag. 467. A. (quem locum inuenire non potui.) vbi dicitur, fideiuſſorem ſoluentem quod nudo pacto tantùm promiſſum erat à principali, repetere poſſe ſolutum.

SVMMARIVM.

1 *F*IDEIVSSOR *ſimpliciter datus; ſi ſoluat vſuras; an repetere eas poſſit.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 FIDEIVSSOR obligans ſe ſimpliciter ſine iuramento, pro aliquo recipiente pecunias; ſi fortè vſuras ſoluerit vna cum debito principali: nõ poterit poſteà in Foro iudiciali à principali debitore eas repetere; quia erant indebitæ; per tex. in cap. Debitores. de Iureiur. Vnde cogi non poterat eas ſoluere, ſi excepiſſet contra vſurarium. per tex. in l. Exceptionem. ff. de Fideiuſſor. l. Si per imprudentiam. ff. de Euiction. Vnde ſibi imputet, ſi ſoluit quod non erat obligatus. Ita gloſſa, verb. Indemnem. in cap. Peruenit. de Fideiuſſor. & ibi Abb. num. 10. vbi ſecùs dicunt, quando iurauit eas ſoluere.

In Foro verò conſcientię tenetur debitor principalis dictas vſuras ſoluere; quia debentur fideiuſſori, vt intereſſe damni emergentis, quod paſſus eſt fideiuſſor cauſa eius. Ita ſingulariter Pet. à Nauar. tom. 2. lib. 3. cap. 4. num. 164. Sed cum culpa ſua inciderit in prædictum damnum: dubia mihi redditur huiuſmodi opinio. Ideò dic meliùs cum Silu. verb. Fideiuſſor. quæſt. 13. ad fin. nimirum prædicto in caſu, ſi fideiuſſor promiſit ſoluere vſuras ſciente, & conſentiente debitore, eò ipsò intelligi debitorẽ mandaſſe vt ſoluat, per l. Si procurator. ff. de Condict. indeb. & ideò poteſt fideiuſſor in conſcientia, ſecundùm Theologos, eas repetere. quod intellige, ſcilicet per viam denunciationis Euãgelicæ, vt in ſupra proxima differentia diximus. Secùs ſi non promiſit, & eas ſoluit.

SVMMARIVM.

1 *E*MENS *rem furtiuam mala fide, non poteſt eam reddere furi, vt pretium recuperet, in Foro iudiciali.*

2 *Secùs in Foro conſcientiæ: etiam ſi ſciat domino non redditurum; licèt multi contra.*

3 *Emens rem furtiuam ſcienter, an poſſit eam alteri vendere.*

4 *Statuta, vt emens publice rem, etiam furtiuam, non teneatur eam reddere domino, niſi pretio ſoluto; ſunt in Foro cõſciẽtiæ irrita.*

5 *Emens publice rem vigore dict. ſtatuti, & eam vendens, ad quid teneatur domino.*

6 *Vitium furti non purgatur, licèt res furto ſubtracta per multas manus tranſeat.*

7 *Priuilegium, vulgo dictum,* Cognouerũt proceres, *quod habet Cathalonia, non habet locum in Foro conſcientiæ.*

8 *Secretum quod quis ſcit, non poteſt alicui manifeſtare ſi eſt alicui iniurioſum.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 EMENS rem quam ſciebat, vel probabiliter credebat, aut credere debebat eſſe furtiuam: in Foro exteriori non poteſt eam reſtituere furi venditori, vt pretium ab eo recuperet; quia eſſet contrectare rem alienam inuito domino; quod

Digitized by Google

quod eſt à iure prohibitum. l. 1. §. Furtum. ff. de Furt. l. In re furtiua. ff. de Condict. furti. l. Sed & ſi. 25. §. Si ante. ff. de Peti. hæred. l. Si liberam. C. Quod cum eo. Sicut enim non potuit emere à fure; quia ſic contrectaret rem alienam inuito domino: ſic eadem ratione nō poteſt eam eidem furi reuendere; ſed tenetur eam domino reddere; etiam nullo ſibi reddito pretio; iuxta l. Si mancipium. C. de Rei vendi. & l. Inciuilem. C. de furt. tradit Iul. Clar. in §. Furtum. num. 27. Soto lib. 4. de Iuſti. quæſt. 7. art. 2. col. 4. §. Contra hanc.

2 In Foro verò conſcientię poteſt rem eidem furi reſtituere, & ab eo pretium recuperare, ſi poſsit; cùm ſibi potius, quàm alteri conſulere teneatur; ſecundùm Silu. verb. Reſtitutio. 3. quęſt. 7. Dicto. 1. verſ. 3. Ange. eod. verb. in 1. num. 1. Nauar. cap. 17. num. 84.

Quamuis contrarium teneant Medi. de Contract. quæſt. 10. Mercad. tract. 4. de Reſtitutione. cap. 14. fol. 209. col. 2. & quidam. P. Fernan. Perez Societatis Ieſu, quem refert, & ſequitur P. Fern. Rebel. de Obliga. iuſt. lib. 2. quæſt. 9. num. 6. & q. 14. num. 45. & Soto vbi ſup. Sed tene primum.

Et ratio diuerſitatis in vtroque Foro eſt; quia hic emptor, quamuis mala fide emerit, & conſequenter teneatur domino ad rem reſtituendam, tam ratione iniquæ acceptionis; quàm ratione rei acceptæ. Si tamen eam furi reſtituat; iam non tenetur niſi ratione iniquæ acceptionis: hæc autem in pœnam criminis ſtatuta eſt. Et ideò nō obligat in conſcientia. Manet igitur ſecurus in conſcientia reſtituēdo rem furi; quia ſic remanet deobligatus à rei reſtitutione, tametſi poſsit conueniri à domino in Foro contentioſo ad pretium recuperandum, ratione prædictæ iniquæ acceptionis, & criminis commiſsi; ſi res non compareat; nec fur, à quo valor rei condicatur, vt docet Mercado vbi ſup. & probatur optimè arg. l. fin. §. 1. ff. Quæ in fraud. vbi gener tenetur creditoribus ad reſtituendum valorē dotis, ſi ſciens fuiſſe datam à ſocero in fraudem dictorum creditorum; eam reſtituerit vxori, ſeu ſocero. Et ſic intellige quæ circa hoc tradunt Nauar. conſ. 7. de Furt. & Soto lib. 4. de Iuſt. quæſt. 7. art. 1.

Videtur autem peccare reſtituendo furī quem ſcit domino non redditurum per dicta ſup. num. 1. Sed tu tene contra; dummodò inducat illum ad rem domino reſtituendam; vt eſt de mente Doctorum ſuperiùs citatorum. Licèt enim peccauerim rē à fure emendo: non tamen iniquè ago, nec pecco, conſulendo potiùs mihi, quàm domino rei. Charitas quippe benè ordinata incipit à ſe ipſo, & vnuſquiſque arctius eſt ſibi obligatus, quàm alteri. Faciunt not. verb. Reſtitutio. Differentia 22.

Sed obſeruandum eſt, dubium ſupra tactum, an ſcilicet poſsit res empta à fure, reſtitui eidem, nec ne; eſſe vix practicabile. Vnde miror Doctores grauiſsimos ſuper eo diu deſſudaſſe. Videmus enim, ductrice experientia, prædictos fures ſtatim, re vendita, vel fieri inuiſibiles; vel pretium continuò expendere; ita vt emptor vix habere poſsit ſpem ipſius pretii ab eis recuperandi. Et ſic fruſtra quæritur de eo, quod vix in practica contingit.

3 Magis dubitandum erit, an præfatus emptor malæ fidei, vel etiam bonæ fidei; vbi ſciuerit rem eſſe alienam; poſsit illam alteri vendere pro pretio recuperando; vel an teneatur eam ſtatim domino reddere, & ſic amittere pretium, ſi à fure ipſum recuperare non poſsit.

4 Et augendo difficultatem addo alicubi eſſe conſuetudines, vel ſtatuta, per quæ ſi res veneat in publico incātu, vel publicè in mercato; vel per curſorem publicum, & publicè; emptores ſunt ſecuri quoàd pretiū. Nā ſi poſteà appareat quòd ſit furtiua, & à domino petatur: non tenentur eam ei reddere, niſi ſoluto pretio. De prædictis ſtatutis, & conſuetudinibus agit Paul. de Caſt. conſ. 424. incip. Ad primum. vol. 2. Silu. vbi ſup. verſ. Primo. Cancer. 2. par. Var. cap. 1. num. 16. Micha. Ferrer. 3. par. Obſerua. cap. 518. ad fin. Quid igitur dicendum ſi emptor vendat rem alicui, modo ſupradicto? Erit ne ſecurus?

5 Et pro clariore intelligentia ſubiiciam caſum, ſuper quo fui conſultus. Quidam emerat aſinum a quodam viatore bona fide (puto nihilominus ex pretio potuiſſe dubitare, & ſuſpicari eſſe furtiuum) poſt paucos tamen dies intellexit dominū aſini

Digitized by Google

quærere ipſum. Vnde emptor ſtatim vendidit illum alteri, in oppido propinquo, vbi conſuetudo erat vt recuperaretur pars pretii à dominis. Requiſitus igitur an ille venditor teneretur ad reſtituẽdum totum pretium. Reſpondi affirmatiuè. Nam nec ille ſecundus emptor potuit vigore dictæ conſuetudinis recuperare partẽ pretii à domino, (quia tales cõſuetudines, & ſtatuta ſunt contra bonos mores, ſecundùm Silu. ſuprà, & fundatæ in auaritia & cupiditate, cum magno damno & præiudicio tertii) nec iſte vẽditor potuit vti dicta cautela; quia vt cognouit aſinum eſſe furtiuũ, nõ potuit ipſum vendere; ſed reſtituere domino eius, & patienter ſuſtinere iacturam pretii quod ſoluerat furi; ſicque teneri reſtituere ſecundo emptori pretium quod ab eo habuit, ſi nihil detraxerat à domino. aliàs ipſi domino debebat reliquum reddere, per notata verbo Emptio. Differentia 7.

Ex quibus patet reſponſio ad dubium ſuprà adductum, nempe non poſſe quemquam vendere alteri rem furtiuam (etiam vigore dict. ſtatutorũ) pro recuperãdo ſuo pretio; ſed teneri rem domino reſtituere. Quia aliàs eſſet cõtrectatio rei alienæ inuito domino, & ſic committeret furtum, vt in §. Furtum. Inſtitu. de Obligat. quæ ex delict. naſcuntur. Nec poſſet emptor à domino petere pretium vigore dictorum ſtatutorum in Foro conſcientiæ; licèt in Foro contentioſo cenſeantur vtilia, & ideò defendantur à prędictis Doctoribus, excepto Silue. Nã (vt dicũt) ſunt facta fauore publici cõmercii, vt homines inuitẽtur ad vẽdẽdũ, & emendũ, certi quòd ita ementes, ſaltẽ in pretio ſeruabuntur indemnes. Sed hoc non attenditur in Foro animæ, maximè cũ damno veri domini rei; niſi vt reddatur cuique quod ſuum eſt; præſertim cùm rem

6 per iniuriam amiſerint. Furtum enim non purgatur, etiamſi per plures manus, & diuerſas perſonas quoquo modo res furto ſublata tranſeat. l. Sed vbi. ff. de Mino l. Sed et ſi lege. §. Si ante. ff. de Peti. hæred. & diximus verbo Peccatum. Differentia 29. n. 2. Conducunt que diximus verbo Bona. Diff. 6. vbi nec pro inuentione rei perditę poteſt aliquid peti à domino. Quanto minus peti poterit à prædonibus, ſeu furibus; quales ſunt omnes qui inuitis dominis, ſcienter, res alienas cõtrectant? Agat igitur emptor contra venditorem de euictione; iuxta notata ſub verbo Emptio. dicta Differentia 7. & ſic ex eo conſequetur pretium, quod à domino rei petere in conſcientia non potuit, non obſtantib. præfatis ſtatutis. Vide ſimile verbo Contractus. Differentia 11.

7 Ex quibus etiam conſtat priuilegium, vulgò dictũ, *Recognouerũt Proceres* (quod eſt in 2. volumine Conſtitut. Cathaloniæ) quo cauetur vt nemo poſſit repetere rem aliquam ab illo qui emit eam publicè, & per curſorem publicum; niſi refuſo pretio: non habere locum in Foro conſcientiæ, ſed tantum in Foro contentioſo.

8 Volo hic obiter quiddam valde quotidianum aduertere, nimirùm ſicut non licet furi, nec aliis in infinitum qui ſciunt rem eſſe furtiuam, eamdem alienare, nec contrectare inuito domino; nec purgarẽ furtum, tametſi per plures manus ſcienter tranſeat: nihilò minus poſſe eam à domino euinci, & agi actione furtiua in eam; vt docet Silueſt. verb. Reſtitutio. 3. quæſtione 7. in primo Dicto, in principio; per iura ſuprà proximè citata. Sic ſi quis aperuerit literas alicuius, ex quibus aliquod ſecretum intellexit, obligans ſub peccato mortali ad ipſum tacendum, & occultandum: vel ſi ei reuelaui aliquid ſimile; teneri tam ipſum, quàm alios qui ab ipſo id cognouerint, ſeruare illud ſub ſecreto; & non manifeſtarẽ aliis ſub pœna peccati mortalis. Quod dolenter referimus, quia multi in hoc peccant.

SVMMARIVM.

1 *FILIVSFAMILIAS ſeruiens patri, & eius bona augens: an poſſit poſt mortem patris, recuperare ab hæreditate, & fratribus mercedem: nec ne.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 FILIVSFAM. ſeruiens patri ſuo, & ſuo labore augens eius bona, & hæreditatem ex bonis eiuſdem, nulla facta proteſtatione, nec conuentione cum ipſo: in Foro exteriori non poterit à cohæredibus fratribus petere mercedem ſuorum laborum, quam quiuis alius famulus extraneus lucratus fuiſſet. Quia cenſetur feciſſe ſeruitia amore filiali, & non propter mercedem. argum. l. Neſennius. ff. de Negot. geſt. & l. 1. & l. Alimenta. C. eod. docet Nauar. cap. 17. num. 144. 145. & 148. Bal. in l. Cùm oportet, num. 10. C. de Bon. quæ liber. Paul. in l. Diuortio. nu. 10. ff. Solut. matrim. ſequitur Valaſc. de Partition. cap. 13. num. 182. dicens, propter ſimultaneam cohabitationem, & ſuſtentationem, deberi patri operas, ſi quas filius in rem ſui patris impenderit.

In Foro verò cõſcientiæ, ſi verè fecit prædicta ſeruitia ſperãs à patre propter ipſa aliquam remuneratione͂; verbi gratia quòd melioraret eũ in tertio, & quinto; vel quòd aliquam donationem ei faceret; aliàs non ita laboraſſet: videtur ſecretò poſſe ſibi ſatisfacere de prædictis ſeruitiis, ſi alii fratres & cohęredes non collaborarunt. Ratio eſt, quia quod filius ſuo labore, & induſtria, ſeu arte in vita patris acquirit, illius eſt quoàd proprietatem; licèt vſusfructus ſit patris; vt diximus ſuprà ſub verbo Bona. Differen. 2. dummodò pater habeat vnde ſe alat. l. Si quis à liberis. §. Idem. ff. de Liber. agnoſcẽ. & dict. l. Neſennius. cum aliis citatis à Nauar dict. num. 144. Ergo poterit illud recuperare, & ſecretò accipere, quando nequibit ex defectu probationum aliter illud obtinere; per notata ſub verbo Poſſeſsio. Differen. 5. Non enim tenetur filius ſeruire patri in prædictis laboribus, quando habet pater vnde alatur; per iura ſuprà proximè relata. Quò fit, vt tantò plus, quàm ceteri fratres debeat habere de bonis paternis, quantò pluſquàm illi in eis quærendis, & augendis, laborauit; aut certè tantũ, quantũ mercedis ſolui deberet alii extraneo, qui tantumdẽ laboraret. vt notat Naua. in dicto num. 144. Quod eſt memoria retinendum; quia quotidianum.

Intellige tamen prædicta vera eſſe, cùm filiusfam. fecit patri in bonis eiuſdẽ aliqua ſeruitia ſpecialia, talis conditionis, vt pater in iudicio cõueniri poſſet ad remunerationem; vt notat Coua. in c. Cùm in officiis nu. 11. de Teſta. Nam pro adminiſtratione ordinaria, nullum ſtipendium, etiam in conſcientia, debetur ei; tametſi multa lucratus fuerit; quia omne lucrum ex bonis patris conſecutum ſpectat ad patrem. glo. recepta verb. Ex eius. in l. Cùm oportet. C. de Bonis quæ libe. & cùm filiusfam. ſit in patris poteſtate; & ab eo alatur; tenetur ei deſeruire gratis; vt poſt Valaſcum ſup. docet Rebel. de Obliga. iuſti. 2. par. lib. 1. quæſtione 8. numer. 36. iuncto numer. 48. Vide ad ſuprà dicta Anto. Gom. ad l. 29. Tauri. numer. 23. & conducunt tradita verbo Obligatio. Differentia 4.

SVMMARIVM.

1 *Emens cum pacto de retrouendendo; an poſsit recuperare tempore reemptionis impenſas factas in ſcriptura tabellionis; & ſiſa, ſeu gabella.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 IN contractibus emptionis, & venditionis cum pacto de retrouendendo; communiter ſolet apponi per tabelliones, vt in caſu reemptionis, ipſe primus venditor ſoluat emptori impenſas, tàm pro gabella; quàm pro inſtrumento, factas. & ita vidi practicari in Regno Portugallię.

Quod certè nullo modo licitum eſt in Foro conſciẽtiæ. quin immò tenetur emptor ad reſtitutionẽ prædictarum impenſarum. Ratio eſt, quia pręfatæ impẽſæ, per empto-

rem

rem factæ fuerũt pro ſua vtilitate & cõmodo. vnde ratio poſtulat, vt nõ teneatur venditor ad eas ſoluendas: quia qui ſentit commodũ, ſentire debet & damnum. Reg. Qui ſentit. de Regu. iur. lib. 6. l. Secundum naturam. ff. eod. & habetur in l. Eum qui. in prin. ff. de Iureiu. Nec ferendũ eſt, vt quis lucrũ velit amplecti; & onus penitus ſubire recuſet. l. vnic. §. Pro ſecundo. de Caduc. tollẽ. Et ita contra prædictam practicam, ſeu veriùs abuſum, tenet Albe. de Roſa. l. Diſſolute. C. de Condict. ex lege. Bal. & Saly. in rub. C. de Rebus cred. Idẽ Bal. in l. Si prædiũ. C. de Aedilit. actio. Cepol. in tract. de Simula cõtra. n. 42. & Cagnol. in l. 2. n. 144. cũ ſequẽt. C. de Pact. inter empto. & vendi. & not. in l. Debet. ff. de Aedili. edicto.

Nec obſtat dict. l. Debet. (quæ forſan dedit cauſam præfato abuſui) quatenus vult; quòd reẽptor teneatur primo emptori reſtituere illud, quod ſoluerat pro gabella & proxenetis. Nam illud ideò fuit, quia contractus fuerat reſolutus ex culpa vẽditoris; quia res vendita, erat morboſa, vel aliàs vitioſa. At in noſtro caſu contractus reſoluitur, non ex culpa venditoris; ſed ex pacto & voluntate vtriuſque contrahentis.

Cùm ergo omnes impenſæ in prædicto primo contractu factæ, ſpectarẽt ad ipſum emptorem; vt notat Cepol. dict. tracta. nu. 41. & fuerint factæ pro vtilitate & commodo eiuſdem: & ex eo contractu lucratus ſit penſiones, ſeu fructus rei emptæ: reſque nõ fuerit empta pro illo iuſto pretio, quod res valebat; ſi aliàs ſine illo pacto de retrouẽdendo fuiſſet vendita: nulla ſubeſt ratio ad obligandum reemptorem ad ſoluẽdas prefatas impenſas. & ita indubitanter teneo. Quod tene mente, quia quotidianum. Verùm ignorantia, quam hactenus habuerunt, qui prædicta obſeruarunt; & conſuetudo, & obſeruantia Regni, eos excuſat à peccato: vt in ſimili diximus verbo Peccatum. Differ. 30. verſi. Quòd ſi negetur. quamuis non à reſtitutione. Faciunt notata per Rodrig. verbo Vſura. cap. 105. concluſione 8. ex Naua. Conſi. 20. de Vſur.

SVMMARIVM.

1 *POSSESSOR bonæ fidei impenſas vtiles non recuperat à domino rei impotente, & paupere.*

2 *Benè tamen in Foro conſcientiæ, ſi ad pinguiorem fortunã deuenerit. quo in caſu, etiã in Foro iudiciali condemnabitur.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 POSSESSOR bonæ fidei, impenſas vtiles in re aliena factas recuperat à domino in tribus caſibus, de quibus in l. In fundo. ff. de Rei vendi. nẽpe quando dominus eas eſſet facturus: vel rem mox eſſet venditurus: vel eſt potens ad dictas impenſas, ſeu melioramenta ſoluẽda. Secùs verò ſi eſt pauper. Itaque ſi dominus rei eſt pauper, & impotens ad melioramẽta ſoluenda, non cogitur in Foro iudiciali ea ſatiſfacere: quia ad nullam præfatarum impẽſarum refectionem tenetur: & ſic poſſeſſor quantumuis bonæ fidei eas amittit. ſolùm ei datur poteſtas ſeu facultas eas abradendi, ſi ſine præiudicio rei tolli poſſunt; & dummodo abſtractę, ſint ſibi vtiles, aliàs non. hæc omnia probantur in d. l. In fundo. 38. ff. de Rei vendic. datque text. rationem huius vltimi Dicti; nẽpe, *Ne alioquin ſi ſoluere cogatur; laribus, ſepulchriſq; auitis illi carendum ſit.* Idem probat text. in l. Vtiliũ. ff. de Impenſis. *Iniquum enim* (inquit) *eſt, cõpelli mulierẽ rẽ vendere, vt impenſas in eam factas ſolueret, ſi aliunde ſoluere non poteſt.* Quod ſummam habet æquitatis rationem. & docet Bart. & Bal. dict. l. In fundo. dicitq; communem Anto. Gom. ad l. 46. Tauri. nu. 2. ſubſcribit Barbo. l. Diuortio. §. fin. ff. Solut. matrim. in 1. p. n. 67. vbi allegat aliam l. concordantẽ ad predictas, nẽpe l. Si ſeruos. ff. de Pigno. actio. & latius num. 100. cum ſequentib. vbi tradit aliam rationem, nẽpe quia talis impẽſa reſpectu iſtius domini, vtilis cenſeri non debet. per d. l. Si ſeruos. & l. 3. §. Sed ſi mutua ff. de In rem. verſ. l. Impenſæ. 78. ff. de Verbo ſig. & d. l. Vtilium.

In Foro verò conſcientię contrarium te-
1 net Rebel. de Obligat. iuſti. 2. part. lib. 7. quæſt. 2. num. 3. ad fin. & num. 4. in hoc ſenſu, ſcilicet vt teneatur pauper pręfatas expẽſas reficere, cùm ad pinguiorẽ fortunam deuenerit. Nã idem in meliorationibus iure emphyteotico ſine dolo factis, tenet Vala ſ. quæſt. 25. de Emphyteuſi. num. 10. quod credo eſſe ſine dubio, quia iura præcitata fundant ſe in paupertate; qua ceſſante, ſicut contrarium ſtatuitur in potente, & diuite tempore traditionis rei; ne ex iactura aliena diteſcat: idẽ ſtatuendũ eſſe in paupere poſteà potente, eadẽ ęquitatis ratio ſuadet. quo in caſu etiam in Foro iudiciali condemnandum fore cenſeo.

SVMMARIVM.

1 C*REDITOR remittens debitori partem debiti, vt reliquum ſtatim ſoluat; an poſsit nihilominus remiſſum repetere.*

DIFFERENTIA NONA.

1 SAEPE in facto contingit, vt creditor; vel quia habet malum debitorẽ; vel ob aliquam neceſsitatem præſentem, qua premitur; vel rogatu ipſius debitoris; ſoleat facere aliquã remiſsionẽ, vt reliquum ſibi ſtatim ſoluatur. In his, & ſimilibus caſibus, non eſt tutus in conſcientia pręfatus debitor; tum quia d. remiſsio non fit ex mera liberalitate. tùm quia ſi fiat ob ſolam ſolutionis anticipationem, eſt vſura, ſecundùm D. Thom. & alios relatos à Naua. c. 17. num. 230. & à Rebel. de Oblig. iuſt. 2. par. lib. 9. quæſt. 13. concluſ. 1. tùm quia fit ob turpem cauſam.

Vnde ſecundùm Iacob. de Aret. Ludou. Roma. Alex. & Iaſ. in l. fin. ff. de Condict. ob turp. cauſ. quos refert & ſequitur Hyppol. Singu. 432. etiam in Foro iudiciali non eſt tutus dictus debitor; quia poteſt creditor repetere illud quod remiſsit, per cõdictionem ob turpem cauſam.

Sed quicquid iſti dicant, nunquam vidi nec audiui, poſt factam dictam remiſsionẽ, debitorem conueniri ad reliquum remiſſum. Vnde puto in hoc faciendam eſſe differentiam inter vtrumque Forum, ſaltem ex communi vſu, & obſeruantia. Confirmantur hæc per not. verbo Remiſsio iniuriæ. Differentia 6.

SVMMARIVM.

1 M*INOR in ſpiritualibus, ſi lædatur; an reſtituatur.*

DIFFERENTIA DECIMA.

1 TITVLI, de Reſtitutione in integrum. ff. C. & Decretal. locum tãtùm habent in Foro iudiciali: non tamen quoàd ea quæ ſpectant ad animam, & ad Forum pœnitentiale, in quo non datur reſtitutio in integrum, licèt fauore animæ quis renunciauerit omnibus quæ poſsidet, & renunciando ſeculo; vt fit per ingredientes Religionem. ad not. per Silueſt. verbo. Minor. & per Rebel. de Obliga. iuſti. 2. par. lib. 1. quæſtione 8. numer. 50. vbi quòd poſt tempus probationis in Religione non reſtituitur: quia in ſpiritualibus tamquam maior admittitur; iuxta glo. in l. Ait Prætor. verbo Quid aliud. ff. de Mino. melius probat text. in capit. 2. de Iudi. lib. 6. Sed quòd in aliis, extra caſum ingreſſus Religionis, reſtituatur ſi lædatur; docet poſt alios Panor. in cap. fin. num. 8. ad fin. de Confeſ. & latius in capit. Ex parte. num. 12. cum ſequentib. de Reſtitutione ſpoliat.

SVMMA-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 MAIOR *20. annis, ſed minor 25. ſi ſe in ſeruitutem venire patiatur, & in eo circumueniatur; an reſtitui poſsit in integrum.*

DIFFERENTIA VNDECIMA.

1 MAIOR viginti annis, ſi minor ſit 25.annis, & ſe ipſum venire patiatur;non reſtituitur in integrũ. Text.eſt ſing.& vnicus in iure in l.Si ex cauſa.9.§.Papinianus.ff.de Minorib. cuius verba ſunt, *Papinianus ait, Si maior annis viginti, minor autem 25. ſe in ſeruitutem venire patiatur, id eſt ſi pretium participatus eſt, non ſolere reſtitui. Et hoc meritò, quoniam res nõ capit reſtitutionem, cùm ſtatum mutat.* Vbi text.iuncta ibi glo. inſinuat rationẽ huius admirabilis deciſionis. Quia nimirùm qui fit ſeruus, non ſolum mutat, ſed conſumit ſuum ſtatum l.Cognitionum. 9.ff.de Variis & extraord.cogni.Adeò vt iã de iure pro nihilo reputetur.l.Quod attinet. ff.de Regul.iur. & not.glo. in §. Seruitus. Inſt.de Iure perſona. & ibi Aldobrandi. Ad idem vide l.Et ſeruorum.ff.de Statu hom.l. Si miniſteriũ.l. Non ideò.C.de Liber. au. l.Liberis.§.Si quis ſciens.ff.eod.l.Si quis filio.§.Irritum.ff.de Iniuſt.rup.l.1. ff. Qui ad liber.l.1.tit.21.Part.4.Gregor.Lop. in l. 5. tit.19.Part.6.in gloſ.1. Mauri. in tractat.de Reſti.in integr.cap.242. Caldas Pereyra in l.Si curatorem habens. verb. Hunc contractum.num.29.C.de In integ.reſti. Sfortius Oddo de In integ.reſti. quæſt.58. art.5. nu. 38.quos refert Balthaſ.Gomez in tracta.de Poteſta.in ſe ipſum.lib.2.cap.17.num.7. & ſic nullã habet perſonã in iudicio, vt dictã reſtitutionem in integrum intentare poſsit. Quod eſt certè mirabile, ſecundùm Bal.& Ange.in d.l.Et ſeruorum.ff.de Statu homi. vt faciliùs quis alienet ſe ipſum, quàm ſua; & vt poſsit quis bona ſua reuocare;non autem ſe ipſum. Quod etiam tã mirabile dicit Mencha.lib.1.Controu.illuſt. cap.9.nu. 11. vt monſtruo ſimile ſibi videatur. Refert Gom. ſup.lib.1.cap.2.num.7.

In Foro verò conſcientiæ, ſecùs dicendum eſt.Nam nulla patitur æquitas, nec etiam ratio, vt detur reſtitutio in integrum prædicto minori aduerſus adoptionem de ſe factam, ſi in ea circumuẽtus ſit; vt in l.3. §.Si quis minor.ff.de Mino. vbi de minori præiudicio agitur; & ea denegetur ſi venũ ſe dari patiatur;& in ea læſus ſit. Et ita contra Papinianum tenet Rebuf.tit. de Reſtit. & releuam. art.1.gloſſ.2.num.19.in 2.tom. ad leges Gallicas, quem ſequitur Gomez ſup.in fin. Nec enim iura ciuilia in his Regnis iuriſdictione,& authoritate quemquã conſtringunt; ſed tantùm quatenus rationi conſentanea ſunt, illis in vim rationis vtimur, vt poſt Bald.in cap. fin. numer. 25. de Conſue.& alios, docet Afflict. in Prælud. conſtit. quæſt.2.num.4. & quæſt. 20. num. 5. Pala. Ruui. in Introductione ad rub. de Donat.inter vir.n.16. Plaça de Delict.cap. 1.num.24.Burgos de Paz in l.1. Taur.num. 513.& 543. Pinel.2.par.Rub. C. de Bonis matern.num.12.Balthaſ.Gom. ſup. numer. 8. Qua ratione cenſeo in vtroque Foro tenendum eſſe contra ſententiam Papiniani.

SVMMARIVM.

1 QVI *ſe venire paſſus eſt, & pretium domino reddit; an poſsit compellere illum, vt ipſum recipiat, & eum liberet.*

DIFFERENTIA DVODECIMA.

1 PAtiens ſe venire, vt pretium participet,& cum eo negotietur (quod in hoc caſu facere poſſe tenet Portius numer.7.& Aldobrandi.in §. Serui. Inſt. de Iure perſona. limitantes in eo regulam l. Placet.ff.de Acqui.hæred.&.§.1.Inſt.de His

qui ſunt ſui.) in Foro externo, ſi pretium domino reddat, cogere non poterit dominum, vt illud recipiat, & libertate eum donet. Ita tenet Iaſ. in Addit. ad Portium in dicto §.Serui. litera L. & ibid. Aldobrandi. numer.17. Ratio eſt, quia iam eſt effectus emptoris, & ſine eius voluntate auferri ab eo non debet.l. Id quod noſtrum. ff.de Regul. iur. præſertim quia non meretur iuuari, qui exigui lucri cauſa, venire ſe paſſus eſt. Item quia nemo compellitur vendere. l.Nec emere.C.de Iure delibera.

In Foro verò conſcientiæ tenetur dominus ipſum pretium recipere, & ſeruum liberare; quia æquitas id ſuadet: per quam, etiam in Foro externo, exemplo diui Hadriani in l. 2. ff.Si libert. ingenu. Iudicē debere permittere, pretiū reſtitui, & emptorē cogere recipere. tenet Balthaſ. Gomez de Poteſt.in ſe ipſum.lib.2.c.17.nu.18.in fin.

REPRAESALIA.

SVMMARIVM.

1 REPRAESALIA *an ſint licita in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA PRIMA.

2 CONSEQVENS debitum per repręſalia, ab eo qui non erat obligatus; in Foro exteriori ſecurus eſt, dum non fit ſibi iuſtitia contra verum debitorem ſuum.argu. capit.Dominus.23.quæſt.2.ibi, *Sic gens, vel ciuitas plectenda eſt, quæ vindicare neglexerit quod à ſuis improbè factum eſt.* Idem habetur in l. 4.tit.7.Partit.5. & ita ſępe practicatur. Permitti quippe non debet, vt vlli denegetur iuſtitia ſua; nec vt quis retineat alienum, inuito domino.

In Foro verò conſcientiæ non eſt tutus ſecundùm Guidon. quem refert & ſequitur D. Antonin.3.part.tit.4.§.1. Nam quid debent mea bona debitis Petri, vel Ioannis? Item quia præfatæ repręſaliæ, ſeu pignorationes, ſunt contra ęquitatem naturalem, vt dicit text.in capit.1. de Iniur. lib. 6. Eſt enim iniquum nimis, vt quis grauetur odio alterius. contra regul. Non debet. de Regul.iur.lib.6.& vt quis locupletetur cum iactura aliena. contra regul. Locupletari. eodem tit.& lib. Ad hæc ſunt contra regu. *Quod tibi non vis, alteri ne feceris.* de qua in capit.Dilecti. de Maioritate & obedientia.

Sed eſſe licitas præfatas repręſalias, etiam in Foro conſcientiæ, probant plures citati à Couar. in Regul. Peccatum. 2. par. §. 9. numer. 4. verſic. Hinc denique. Requiritur tamen vt in eis ſeruentur quæ ad bellum iuſtum deſiderantur; nimirùm vt ab eo Principe indicentur, qui bellum indicere poteſt. Secundò, vt interueniat cauſa iuſta; puta illam Reſpublicam aduerſus quam indicuntur, neglexiſſe vindicare quod à ſuis improbè factum fuerit. His ſeruatis, in vtroque Foro licitæ ſunt.

Denique circa prædictas repręſalias, ſeu pignorationes, vide optimè per Iacobum à Canibus in tractatu de Repreſaliis, qui eſt in 17. volumi. Tractat. fol. 16. colu.3. vbi in 1.parte à numer.20. ponit ſex caſus, in quibus iuſtè poſſunt repręſalia concedi. & 34.caſus, in quibus non poſſunt iuſtè concedi. Vide etiam latè de iſta materia per Guido.Papam quæſtione 32. cum duabus ſequentibus.& conſ.175.& conſi. 209. & per D.Antoni.loco ſuperius citato.

RESTITV-

RESTITVTIO.

SVMMARIVM.

1 *DEBITVM ex ſola charitate non obligat ad reſtitutionẽ; vt per exempla hic videbis: ſed tantùm debitum ex lege, & præcepto iuſtitiæ.*

2 *Ad Forum conſcientiæ ſpectat debitum, nõ ſolùm ex æquitate, ſed etiã ex lege iuſtitię.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 OBLIGATVS ex ſola charitate, quæ tantùm reſpicit Forum interius (vt diximus verb. Debitum. Differentia 1.) ad nullam tenetur reſtitutionem. Solummodò quippe inducit reſtitutionis neceſsitatem obligatio qua quis lege, & præcepto iuſtitiæ aſtringitur, vt docet D.Tho.2.2. quæſt. 62. artic. 1. iuncto. artic. 7. Caiet. dict. artic. 1. Adrian. quodlib. 11. quæſt. 1. & in 4. in tract. de Reſtit. quæſt. 1. ad fin. Silu. verb. Reſtitutio. 3. quæſt. 5. Sot. lib. 4. de Iuſt. quæſt. 7. art. 3. Paul. Comitol. lib. 1. reſp. Moral. quæſt. 85. num. 4. Dicit communem Theologorum Couar. in regul. Peccatum. 2. par. §. 3. num. 5.

Hinc collige ad nullam teneri reſtitutionem qui cùm poſſet illæſum aliquem à damno ſeruare, id omiſit; niſi eſſet officialis publicus; vt ſunt Iudex, Alguazilii, & alii miniſtri Iuſtitiæ qui tenentur crimina, & iniurias auertere. Conſcius item furti, ſi eſt perſona particularis; licèt peccet non manifeſtando furem; non tamen tenetur ad furti reſtitutionem; niſi habeat officium publicum cuius ratione ad id teneatur, vt docet idem D.Thom. dict. art. 7. vel niſi omittat ſine iuſta cauſa parere monitorio publicato ad reuelandum aliquod furtum. Nam qui ſciuerit illud, & ſine ſuo damno potens illud manifeſtare Iudici, omittat; ſi ob eius ſilentium dominus rerum furto ablatarum, eas minime recuperauerit: iſto in caſu teneretur de ſuo reſtituere valorem furti. Ita ſing. Gutierrez in quæſt. Canoni. lib. 1. cap. 11. num. 21. circa med. Pedraza in 7. præcepto Decalogi. §. 15. quos refert, & ſequitur Anto. Lazarius in tract. Canonica. quæſtio. ſectione 1. quæſt. 14. num. 5. Et ratio eſt, quia tunc eſt obligatus ex iuſtitia manifeſtare furtum propter mandatum Superioris. Et confirmantur ſupradicta per ea quæ dicit Rebel. de Oblig. iuſt. 1. par. lib. 2. quæſt. 14. num. 13. & 56. vbi dicit, Quamuis ſcias nomine tuo damnum inferendum, nec tamẽ impedias, eſto commodè poſsis; peccabis quidem contra charitatem; non tamen contra iuſtitiam: ac proinde ad reſtitutionem non teneberis; niſi ex officio damnum impedire tenearis. Idem docet Azor par. 3. lib. 4. cap. 16. quæſt. 2. Adde not. infr. Diff. 38.

Sed cõtra regulam ſupra in principio poſitam faciunt quæ diximus verb. Obligatio. Differentia 2. vbi filiusfam. non obligatur patri ex furto per legem iuſtitiæ, & tamen tenetur in conſcientia reſtituere. faciunt item multæ aliæ differentiæ, quales ſunt ſub verb. Damnum. Differentia 6. & ſub verb. Iudex. Differentia 4. & infrra hoc verb. Differen. 16. & ſub verb. Vſura. Differentia 7. & aliæ multæ, quibus tenetur quis ad reſtitutionem in Foro conſcientiæ;

2 non tamen de lege iuſtitię. Niſi dicas per legem iuſtitiæ non intelligi tantùm illam quæ ſpectat ad Forum iudiciale; ſed etiam illam quæ ſpectat ad Forum conſcientiæ: ad quem nedum pertinet id quod æquum eſt; ſed etiam id quod iuſtum. vt verb. Locatio. Differentia 8. & conſtat ex Soto lib. 7. de Iuſt. quæſt. 2. art. 1. col. 5. §. Quòd ſi verbum. Vbi agens an ſimplex promiſsio obliget ad mortale in re graui, & tenens quòd ſic: opponit contra, D.Thom. dicere non obligare, niſi de honeſtate. Cui reſpõdet non accipi ab eo honeſtatem, vt excludat iuſtitiam; ſed vt excludat ciuile Forum; id eſt non negare quin ſit obligatio iuſtitiæ; ſed

ſed tantùm non poſſe quem per eam in Foro iudiciali conueniri. Ex quibus verbis collige obligationem in conſcientia quæ oritur ex ſimplici promiſsione, eſſe etiam obligationem iuſtitiæ. Et ſic aliud eſt quem eſſe obligatum in conſcientia, & aliud eſſe tantum obligatum ex ſola charitate.

SVMMARIVM.

1 *RES aliena ſi ſubtrahatur à iuſto poſſeſſore; in Foro exteriori reſtituenda eſt eidem, & non vero domino.*

2 *Secùs in Foro conſcientiæ, in quo poteſt reſtitui domino. Sed contrarium reſoluitur.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 RES aliena poſſeſſa à creditore, depoſitario, commodatario, conductore, cuſtode, & ſimilibus: ſi furto auferatur ab eiſdem; reſtitutio ipſis facienda eſt in Foro exteriori. l. Si quis conductionis C. Locat. l. Bona fides. ff. Depoſiti. l. Cuius. l. Sui. l. Itaque fullo. §. Sed ſi res pignori. ff. de Furt. Ratio eſt, quia intereſt prædictorum, ex cauſa honeſta rem non eſſe ſurreptam.

2 In Foro verò conſcientiæ, veris dominis reſtitui poteſt, ſecundùm Nauar. cap. 17. num. 28. dicit communem Rebel. de Obligat. iuſt. 1. par. lib. 2. quæſt. 11. num 4. Quinimmò ſecundùm Soto lib. 4. de Iuſt. quæſt. 7. art. 1. col. 3. verſ. Antea tamen. nedum poteſt; ſed etiam debet.

Sed contrarium meliori iudicio poſt Medin. & Angles, & Silu. verb. Reſtitutio. 4. quæſt. 1. tenet P. à Nauar. 2. part. lib. 3. cap. 2. num. 5. Negari enim non poteſt fieri iniuriam iuſto poſſeſſori, priuando eum iniuſtè iuſta poſſeſsione eius. Præterea poteſt ei eſſe vtilis prædicta poſſeſsio; vt ſi depoſitarius negotietur cum dicta pecunia. vt ſunt Bancharii, ſiue Tabularii. Quo in caſu fur tenetur ad rem, & ad intereſſe veriſimile; vt idem Pet. à Nauar. docet ibidem numer. 6. & Rebel ſupra. Quare nulla eſt facienda in hoc differentia inter vtrumque Forum. Quidam tamen putant tunc demũ poſſe dominis reſtitui, cùm aliquis ſupradictorum fuerit ſuſpectus ſe rem domino non reſtituturũ; vt tãgit Rebel. ſuprà, poſt alios. Sed in hoc caſu de quo agimus, nullo modo admittendum hoc cenſeo, cùm ſint iuſti poſſeſſores. Secùs ſi eſſent iniuſti; vt infra Differentia 22. Faciunt notat. per Nauar. cap. 17. num. 29. vbi docet poſſe reſtitui Prælato, etiam diſsipatori, quæ ſub eius adminiſtratione conſiſtunt: dùm ab ea non eſt ſuſpenſus; nec ei eſt datus coadiutor. Quod veriſsimum puto; quicquid alii dicant, quos refert, & ſequitur Rebel. ſuprà, num. 7.

SVMMARIVM.

1 *CREDITOR in Foro exteriore poteſt validã facere executionẽ in inſtrumentis artis ſui debitoris, ſi non habeat alia bona, in quibus executio fieri poſsit.*

2 *In Foro verò conſcientiæ id non licet. ſed tenetur expectare quouſque poſsit ſoluere. Quod verũ eſt, non ſolùm cùm executio ſit ob debita ex contractu vel quaſi; ſed etiam ex maleficio; licèt quidam contra.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 CREDITOR faciens executionem pro ſuo debito contra pauperem non habentem niſi inſtrumenta ſuæ artis, quibus neceſſaria vitę pro ſe, & familia ſua quęrit: in Foro exteriori nõ peccat ea vendẽdo. Ita practicatur quotidie nulla habita ratione ſi ſic executus remaneat in magna neceſsitate

conſtitutus

Digitized by Google

conſtitutus; & ſic an mendicare cogatur; aut alii famulari, ſeu deſeruire. Et licèt in humana, & rigida nimis videatur talis executio: nihilominus in Foro iudiciali hoc iure vtimur. Noluit enim lex eſſe liberalis, & munifica ſuper bonis alienis; ſed relinquere id curialitati, & arbitrio cuiuſque creditoris. Maximè cùm aliàs eidem pauperi de beneficio ceſsionis bonorum prouiderit. Vnde imputandum eſt eidem, ſi noluerit dicto beneficio frui.

2 In Foro verò conſcientiæ non eſt tutus quoàd Deum præfatus creditor; niſi eadem neceſsitate premeretur. Ratio eſt, quia tenetur ex charitate cum aliquo ſui incommodo differre exactionem ſui debiti, donec debitor ſine tanto ſui incommodo illud reddere poſsit. Paupertas enim eſt vna ex iuſtis cauſis, quę excuſant debitorem à reſtitutione ſtatim facienda; vt latè trademus infrà Differentia 36. Et perſpicuum eſt debitorē venditis inſtrumētis ſuæ artis, remanere in maxima paupertate poſitum. Quod confirmatur ex verbis illis Domini Iſaię. 58. *Solue faſciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti ſunt liberos, & omne onus dirumpe.* Et Ezechiel 18. *Et hominem non contriſtauerit, pignus debitori reddiderit.* Quibus verbis oſtendit Dominus ingratum ſibi eſſe, vt creditores ſint rigidi exactores ſuorum debitorum. Et ita in terminis docent Archid. in cap. Si res. 14. quæſt. 6. D. Anton. 2. par. tit. 2. cap. 8. Pala. Ruui. in Rep. rub. col. 338. Scotus in 4. diſt. 15. Ange. v. Reſtitutio. 3. numer. 4. Roſella eod. verbo in 1. num. 2. Silu. eod. verb. in 5. quæſt. 3. ad fin. Armilla. eod. verb. num. 33. Nauar. cap. 17. num. 59. Fr. Ludoui. Grana. in concio. 4. de Pœnitentia. in explanatione 7. præcepti, in fin. Paul. Comitol. lib. 4. Reſpon. moral. quæſt. 31. nu. 3. & alii plures quos refert, & ſequitur Rebel. de Obliga. iuſti. 1. par. lib. 2. quęſt. 17. Et cōmuniter Doctores. Pro quibus eſt gl. 1. in cap. Quicumque. 1. 16. quæſt. 7.

Quidam putant, vt Geminia. in cap. Quāquam. de Vſur. & Silueſt. verb. Reſtitutio. 7. quæſt. 6. Dicto. 2. in fin. prædicta eſſe vera, cum executio fit ob debita ex contractu, vel quaſi contractu. Secùs cum debitum eſt ex maleficio, vel quaſi. Tunc videtur tuta conſcientia poſſe creditorem ſe habere ita crudeliter, & inhumaniter; vt ita dicam: & conſequenter vſurarios, fures, latrones, & ſimiles, debentes ex maleficio, teneri in vtroque Foro ad reſtitutionē totalem; nec habendam eſſe rationem cum ipſis, ne mendicent.

Sed veriùs eſt contrarium; per not. verb. Ceſsio bonorum. Differentia 4. Et hoc in Foro interiore. Secùs in exteriore. Et ratio diuerſitatis eſt; quia in interiore æquitas, charitas, & humanitas ſuadent ne ſimus ita rigidi exactores cōtra egeſtate oppreſſos: licèt alias in odium ſuorum maleficiorum mereantur ita inhumaniter tractari: ſed id fit in pœnam, quæ non obligat reum in cōſcientia, neque ſpectat ad Forum pœnitentiale, vt imponatur. Pro quo faciunt notat. verb. Ceſsio. Differentia 5. vbi etiam vſurario conceditur beneficium ceſsionis bonorum, ſi egeat. In Foro verò exteriori pœna illa conuenit imponi, vt malefactores aliquo modo à malefaciendo compeſcantur.

SVMMARIVM.

1 *VIOLANS Eccleſiæ immunitatem, extrahendo aliquem ab ea; ad quid teneatur, tam Eccleſiæ, quàm reo extracto.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 EXTRAHENS quem ab Eccleſia, cùm aliàs eius immunitate gauderet; in vtroque Foro tenetur aliquid reſtituere Eccleſię, propter iniuriam ei irrogatā, eius auferēdo priuilegium, & violando eiuſdem immunitatem.

Reo verò extracto, non tenetur in Foro exteriori ad vllam ſatisfactionem, ſaltem de conſuetudine. Nullus enim Iudex extrahens reos ab Eccleſia compellitur aliquid

memo-

memoratis reis reſtituere; vt palàm eſt. Immò putant Iudices in hoc facto magnam conſequi gloriam, magnumque feciſſe facinus, prœmio dignum; maximè quando aliqua fraude, vel cautela reum extrahunt.

In Foro tamen conſcientię aliter ſe res habet. Nam Iudices extrahentes, vltra peccatum mortale quod incurrunt, tenentur ad damna quæ ex tali iniuſta extractione, ac violentia reus paſſus fuerit. Fecerunt enim ei iniuriam, violando eius priuilegiũ; vt probat tex. in cap. Si quis. 4. 17. quæſt. 4. in fin. & docet Salon. de Iuſtu. & iure. quæſt. 60. art. 6. col. 280.

De pœna autem extrahentis aliquem ab Eccleſia; vide Iul. Clar. quęſt. 30. nu. 1. & quæſt. 68. verſ. Extrahens. nu. 11.

SVMMARIVM.

FVRTVM committens tempore neceſsitatis, an teneatur ad reſtitutionem, ſi poſteà ad pinguiorem fortunam deuenerit.

DIFFERENTIA QVINTA.

ACCIPIENS aliena tempore neceſsitatis extremæ, etiam ſi ad pinguiorem fortunã peruenerit; non tenetur in Foro contentioſo ad eius reſtitutionem. Cùm enim id fecerit iure permittente; non eſt vlterius de reſtitutione tractandum. Ita docet Iul. Clar. dicens communem. in §. Furtum. num. 26. verſ. Sed vidi dubitari. poſt Marian. in cap. Si quis propter. de Furt. & Benincaſ. de Pauperta. num. 37.

Vbi tamen dicit contrarium in Foro animæ, & ſic teneri ad reſtitutionem. Quam opinionem quoàd hanc ſecundam partem defendit Couar. dicens eſſe communem, in reg. Peccatum. 2. par. §. 1. num. 4. ex ea præcipua ratione, quòd is, qui extrema laborat neceſsitate non habeat maius ius ad rem alienam; quàm quod dominus in eum transferre tenetur: ſed dominus non tenetur rem inopi donare. quia ſatis eſt, quòd eam mutuet: ſic enim prouidet eius neceſſitati; vt diximus verb. Peccatum. Differentia 22. Ergo non poterit qui eam furatur, eam tamquam ſuam accipere; ita vt numquam ad eius reſtitutionem teneatur, licèt ad pinguiorem fortunam peruenerit. Nec obſtat; inquit, illud axioma, ſeu vulgare; nempe, quòd, *Tempore neceſsitatis extremę omnia ſunt communia.* Nam intelligitur, ſecundùm rectam rationem; ſcilicet ad ſubleuandam neceſsitatem: quæ tamen tollitur, & ſubleuatur, accipiendo illud tunc; cùm intentione tamen reſtituendi, cum ad pinguiorem fortunã deuenerit. ſicut dicitur de victualibus, quòd tempore cariſtiæ omnia debent eſſe communia: nam intelligitur quòd debent eſſe communia ad vendendum iuſto pretio; vt conſtat ex Silu. verb. Emptio. quæſt. 5. Itaque tempore neceſsitatis omnia ſunt communia, quoàd hoc, quòd poteſt tunc ea laborans accipere, etiam inuito domino, id quod ad eam ſubleuandam habebit neceſſe. non tamen ex hoc infertur, quòd nuſquam tenebitur illud reſtituere. Quod confirmatur ex hiis, quæ diximus. verb. Ceſsio. Differentia 3. quòd cedens bonis, etiam cum ignominia, non liberatur in totum à reſtitutione; niſi donec ad pinguiorẽ fortunã deuenerit. Et conſtat, quòd ea quæ ſibi retinet, ſunt ſibi neceſſariſsima.

Sed remanet mihi ſcrupulus; ſcilicet quòd ſecundùm ſupradicta videtur ſequi abſurdum; nempè quòd forus contentioſus, ſeu iudicialis, aliàs rigidus; ſit in pręſenti ſpecie magis pius; quam Forus Dei. Si enim in iudiciali furans tempore neceſſitatis non compellitur ad reſtitutionem, tametſi ad pinguiorem fortunam deuenerit: multò magis id fatendum videtur in Foro Dei. Præſertim quòd ratio illa Iulii Clari, nempe, quia ex quo lege permittẽte id fecit, non eſt vlterius de reſtitutione tractãdũ; militat in vtroq; Foro. Vnde ſi in Foro denunciationis Euangelicæ côueniatur: proculdubio ex dicta ratione non cogetur ad reſtitutionẽ. Ergo ſecurus eſt corũ Deo.

Quare

Quare contrariam, vt veriorem opinionem tenet Silu. verb. Furtum. quæſt. 5. Et ſic nullam dari in hoc caſu differentiam inter vtrumque Forum. Et opinionem Silu. ſequitur Armil. num. 10. Roſel. num. 5. Ange. quæſt. 37. eod. verb Furtum. & Tabiena. verb. Reſtitutio. quæſt. 4. & nouiſſime Azor. 3. tom. lib. 4. cap. 39. §. Altera difficultas eſt. Pro quibus videtur illa firma ratio, ſecundùm eum, ſcilicet quòd obligatio reſtituendi conſurgit ex duplici capite, nempè vel ratione rei acceptæ, vel ratione acceptionis iniuſtæ; vt diximus verb. Repetitio. Differentia 6. At in præſenti ſpecie ceſſat vtrumque caput: nam ratione rei acceptæ non tenetur, cùm iam ſit res conſumpta, & non extet. Nec ratione iniuſtæ acceptionis; cùm ſit citra controuerſiam, quòd tunc is non peccauit accipiendo, vel ſurripiendo pro ſubleuanda ſua extrema neceſsitate. Vnde concludit dictus P. Azor, eo ipſo quòd extremè indigens habuit ius accipiendi rem alienam, & eam conſumẽdi; liberatum fuiſſe ab omni obligatione reſtituendi.

Sed fallitur quoàd primum caput: nam licèt res ſit conſumpta; nihilominus tenetur ex ea, quia eſt verſa in ſubſtantiam accipientis, & ſic virtualiter extat. Vnde teneo cum Couar. ſuprà, nimirum teneri ad reſtitutionem cùm ad pinguiorem fortunam deuenerit. & hoc in vtroque Foro. Et prędicta procedunt in vero paupere tempore acceptionis. Nam ſi erat diues, vel potens; & propter aliquem ſuperuenientem caſum, vſus eſt re aliena ad ſe, liberandum à periculo mortis; vt ſi Petrus diues in itinere depredatus ac denudatus ſit à latronibus. Profectò ſi is accederet ad proximiorem domum ruralem, vt illi darent quo ſe operiret, & cibaria pro ſuſtentatione. In hac ſpecie licet dictus Petrus ius haberet capiendi ea quæ ſibi neceſſaria forent ad ſubleuandam dictam ſuam extremam neceſſitatem: teneretur tamen proculdubio ad reſtitutionem æſtimationis veſtium, & ad cibaria miniſtrata, ſi ob temporis neceſsitatem per aliquot dies ibi ſteriſſet. Quia illa neceſsitas extrema, non erat extrema ſimpliciter; ſed ſecundùm quid.

Pone etiam (vt accidit cuidam viatori) quòd Ioannes tempore hyemis tranſiens per loca niue, & gelu plena, ita frigore arctaretur, quòd niſi mulam, quam geſtabat conductam, interficeret & ſe intus eam poneret; non poſſet viuus euadere. Si illo caſu oppreſſus extrema neceſsitate mulam interficiat; certè teneretur poſteà domino mulę valorem ipſius reſtituere. In his ergo & ſimilibus caſibus quamuis quis ius habeat rem alienam accipiendi, & eam conſumendi: nihilominus tenebitur poſteà valorem rei domino reſtituere: quia illud ius habuit caſualiter, & non vt verus pauper. Dubium ergo inter DD. ſolùm eſt in vero paupere, cũ reuera qui accipit nõ habet aliũ de vnde ſubueniat neceſsitati extremæ.

Nec prædictis obſtat, cap. Si quis propter neceſsitatem. de Furt. vbi textus videtur innuere, facientem furtum in extrema neceſsitate, non teneri ad reſtitutionẽ. In cuius textus intellectu ipſemet Couar. laborat loco ſuperiùs citato, aſsignans plures intellectus, nec in nullo firmat pedes. Sed intellige textum illum loqui de eo, qui furtum facit in caſu, in quo non erat vrgens neceſsitas; ſecundùm D. Tho. 2. 2. quæſt. 66. art. 7. ad 1. Nec habebat, niſi neceſſaria ad ſuum ſtatum; in quo, reſtitutio eſt de conſilio, & non de præcepto; per not. per Nauar. cap. 17. numer. 63. Intelligendo vt infrà, Differentia 36. in fin. Vnde textus dat optionem, vt reſtituat, ſi velit. aliàs ieiunet propter culpam, quam commiſit ſurripiendo aliena extra extremam. a quo ieiunio eum eximit, ſi reſtituat; patiendo aliquid in neceſſariis ſuo ſtatui; in quo recompenſatur pœnitentia ieiunii. Et de materia illius textus vide Feli. in cap. Quærellam. de Iureiur. & Hyppo. ſing. 101. & 670. & in pract. §. Conſtante. numer. 9. & 10. & Abb. in cap. Sacris. Quod met. cau. Et aduerte, quòd cùm de rarò contingentibus ſit, vt quis in extrema neceſsitate ſit; adeò vt verificari in eo poſsit memoratum ſupra adagiũ; nimirũ, tempore neceſsitatis extremæ omnia eſſe cõmunia: ſed a communiter accidẽtibus ſunt neceſsitates quæ occurũt, magnæ, & vrgẽtes, in quibus nemo excuſatur a reſtitutione, ſi ad pinguiorẽ fortunam deuenerit, vt omniũ cõſenſu cõſtat; cenſeo ſup. d. differentiã vix in practica euẽturam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 STABVLARII, *nautę, & caupones depoſitarii, ad quam culpam teneantur in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 STABVLARII, nautæ, & caupones, qui depoſito pro ſolita mercede res alienas recipiunt; in Foro iudiciali, & externo, peculiariter de omni culpa, etiam leuiſsima, tenentur. l. Et ita. §. At hoc. ff. Nautæ caupo. & ibi Bar. & omnes. Et hoc, ne oſtium fraudibus pateretur.

In Foro verò conſcientię, ſolùm de dolo, lata, & leui culpa, ratione contractus, vel quaſi contractus tenetur; iuxta Summiſtas. verb. Nauta. & docet in terminis Rebel. de Obliga. iuſt. 2. par. lib. 1. de Contract. quæſt. 10. num. 11. adde Grego. Lop. l. 26. tit. 8. Parti. 5. & Ordin. Luſit. lib. 5. tit. 64. vbi datur forma circa diligentias, quas ſtabularii facere debēt, ne teneantur de furtis, hoſpitibus factis. aliàs ad ea tenentur.

SVMMARIVM.

1 PROXENETA, *cui datur res ad vendendum pro certo pretio; ſi pluris eam vendat: an poſsit ſibi illud plus retinere in conſcientia.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 PROXENETA, cui datur res aliqua ad vendēdum pro tali pretio: ſi pluris eam vendiderit; in Foro exteriori poteſt ſibi illud plus retinere. maximè ſi dominus rei ei dixerit, vt ſibi fuiſſet, ſi maiori pretio eam vēdere poſſet. Contractus enim ex conuentione partium legem accipiunt. l. 1. §. Si conuenerit. ff. Depoſi. At vbi datur res pro tali pretio vēdenda; tacitè videtur dominus donare proxenetæ exceſſum.

In Foro verò conſcientię, ſecùs dicendū eſt, ſi periculum rei vendendæ ſit penes dominum, vt communiter eſt. Itaque ad hoc vt proxeneta poſsit in cōſcientia illud plus penes ſe retinere, oportet vt ipſe in ſe ſuſcipiat periculum rei. aliàs illud plus tenebitur reſtituere domino rei, cùm eum ſequantur commoda, quem ſequuntur incommoda. l. Secundùm naturam. ff. de Regul. iur. Ita diſtinguit Ioan. Fab. & Ioan. de Platea. in §. Actionum. Inſt. de Actio. latè Iaſ. in l. 1. col. pen. ff. de Extima. actio. de quo facit feſtum Hippo. ſing. 632. dicens eſſe mente tenendum; quia quilibet diceret contrarium. Et licèt ex dicta ratione putent idem ſeruandum in Foro externo: nihilominus videtur in eo Foro cogi non poſſe proxenetam, obſtante præfata donatione tacita vel expreſſa, facta à domino; quia quæ ab initio ſunt voluntatis; ex poſt facto, ſunt neceſsitatis. l. Sicut. C. de Actio. & obliga. l. 2. C. Quando liceat ab emptio. diſced. Et contractus ex conuentione partium legem accipiunt; vt ſuprà diximus. Hoc tamen non obſtante, puto verius teneri proxenetā illud plus reſtituere in vtroque Foro: niſi in caſu quo in ſe periculum rei ſuſcipiat.

SVMMARIVM.

1 INTERFICIENS *hominem non habentem filios, aut alios cognatos, intra tertium gradum; an teneatur ad aliquam ſatisfactionem damnorum, vltra pœnam corporalem.*

DIF-

Digitized by Google

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 INterficiens aliquem, non habentem filios, aut fratres hæredes; ſed alios nõ ita coniunctos; ſecurus eſt, ac tutus in Foro conſcientię circa reſtitutionem damni, per homicidium illati, vel eius cauſa debiti. Quia in conſcientia ad nullã præfatis hæredibus reſtitutionem tenetur, ſecundùm Mercad. in tract. 4. de Reſtit. cap. 6. fol. 181. col. 2. Adde Sot. lib. 4. de Iuſt. q 6. art. 3. ad tertium. verſ. Reſtat. vbi nec fratribus dicit deberi aliquid in conſcientia. in quo verum dicit, vt habes verb. Hæreditas. Differentia 9.

In Foro verò exteriore nõ eſt tutus. Quia quilibet hæres poterit eum accuſare, & petere ab eo ſatisfactionem homicidii, vt docet idem Mercad. ſup. Et ſic videmus quotidie fieri compoſitiones inter hæredes etiam extraneos, & ipſos homicidas. Pro cuius rei confirmatione vide tradita ſub verb. Hæreditas. in dicta Differentia 9.

Sed quærenda eſt ratio diuerſitatis inter vtrumque Forum. Et videtur eſſe, nimirum quia circa extraneos hæredes nullũ damnũ cõſiderari poteſt, vigore cuius teneatur homicida in conſcientia ad aliquam reſtitutionem, cùm defunctus ſi adhuc in viuis eſſet, non teneretur eis alimenta præſtare, nec quid aliud ratione ſanguinis eis dare, vt palam eſt; & docet Soto ſuprà. Vnde ſatisfactio, quam ob homicidium commiſſum petere poſſunt, ſolùm eſt loco pœnæ corporalis; quando, ſcilicet agunt criminaliter, & volunt deſiſtere ab accuſatione, dato eis aliquo munere, ſeu compoſitione. At pœna in Foro interiori non debetur; per gloſſam vulgarem in cap. Fraternitas. 12. quæſtione 2. & ſic non mirùm, ſi quoàd Forum interius ſit ſecurus. Vide quæ dicemus infrà Differentia 45.

SVMMARIVM.

1 *STVPRANS virginem vltrò ſe offerentem, vel leuiter rogatam: ad quid teneatur.*

DIFFERENTIA NONA.

1 STVPRANS virginem, vltrò ſe offerentem, & pellicientem; vel leuiter rogatam; in Foro interiori ad nihil tenetur. Nauar. conſ. 1. de Spõſal. num. 4. & 6. & c. 16. n. 16. Specul. coniuga. 2. par. art. 19 ad fin. Silu. verbo Luxuria. quæſt. 5. Ledeſ. 2. 2. quæſt. 18. art. 2. Pet. à Nauar. 1. tom. lib. 2. cap. 3. num. 434. Rebel. 1. par. de Oblig. iuſt. lib. 3. quæſt. 8. nu. 1. Pet. Toleta. lib. 2. cap. 3. num. 438. Lopez par. 1. cap. 76. poſt princip. Salzedo vbi infr. in additione litera C. verſ. At ſi à parentum. vbi cum cõmuni hoc intelligit, vbi puella libera eſſet à parentum, & tutorum poteſtate. Cancer. 3. tom. Var. cap. 11. nu. 46. Contra Medin. lib. 1. capit. 14. & Cordub. lib. 1. quæſtione 13. Dicto 15. quibus videtur, teneri etiam in Foro interiore, quando ſecutum eſt damnum virgini in nuptiis, & fama: ſed non teneri ad totam dotem; ſed ad aliquid arbitrio Confeſſarii. Idem Soto lib. 4. de Iuſti. quæſtione 7. artic. 1. ad ſecundum. licèt id dicat debere fieri ex æquitate honeſtatis. Corduba verò caſu 192. §. 2. putat ad id teneri propter iniuriam parentum. Attamen omnes concordant, quando peccatum eſt ſecretum, (vt eſt communiter) ad nihil teneri in conſcientia ſtupratorem conſentienti. Ratio eſt, quia puella eſt domina ſui corporis, etiam ad ſcindenda clauſtra virginitatis. licèt enim peccet libidine; non tamen iniuſtitia. Ita Soto in 4. diſtinct. 18. quæſtione 2. artic. 4. colu. 13. Gutierrez in Quæſton. Canonicar. capit. 17. numer. 22. Salzedo ad Bernard. Diaz. cap. 83. lit. C. Micha. Salon 2. 2. quæſtione 62. art. 2. controuerſ. 5. concluſione 1. & Baltha. Gomez in tractatu de Poteſtate in ſe ipſum. lib. 2. capit. 16. numer. 5. quamuis contra teneat Caietan. ſecunda. 2. quæſtione 154. artic. 2. cui ſatisfacit dict. Baltha. Gomez vbi ſuprà.

Digitized by Google

In Foro tamen exteriore taliter ſtuprans
2 de iure communi tenetur eam dotare, & eamdem ducere; quia præſumitur decepta, & coacta l. Vnica. C. de Rapt. virg. Et ſi eam ducere renuat, fuſtibus eſt cędendus cap. 1. & 2. de Adulter. & ibi Doctores. Silu. verb. Luxuria. nu. 5. Iaſ. in §. Omnes. nu. 25. Inſtitu. de Action. Cancer. 3. tom. Variar. c. 11. num. 47. Cordub. dict. quæſt. 13. Petr. à Nauar. 1. tom. lib. 2. cap. 3. num. 439. ad fin. cum ſeq. vbi expreſsè tenet prædicta duo cap. 1. & 2. de Adulte. loqui tantùm pro Foro exteriori; eſſeque iura pœnalia. & ſic nõ obligare in Foro animæ ante ſententiam, iuxta not. verbo Pœna. Differ. 20. ſequitur Ludoui Meſsia poſt plures à ſe citatos in Pragmatica Panis. conclu. 6. num. 117. cum ſequenti. Vide ad idem Bernar. Diaz ſic intelligendum in Pract. cap. 67. verb. Stupri. & Silua Nupt. fol. 96. col. 3. Nauar. cap. 16. nu. 16. vbi nu. 18. poſt D. Anton. 2. par. tit. 5. cap. 6. §. 1. Et Sil. id limitat, niſi eſſent valde inæquales genere, vel diuitiis: putà ſi vir eſſet nobilis, & illa eſſet filia alicuius agricolæ, vel officiarii mechanici. Iſto enim in caſu, licèt teneatur in Foro exteriore eam dotare; non tamen eam ducere, etiam ſi id (fictè tamẽ) promiſiſſet. Quia non dicitur decepta, ſed fingere ſe deceptam. argu. cap. Requiſiuit. de Sponſal. ſequitur Petr. à Nauar. ſup. n. 442. In Foro tamen conſcientiæ, ſi puella aliter non conſenſiſſet, ni credidiſſet à prefato inęquali ducendam fore; teneretur eam ſtuprans ad damnorum reſtitutionem; & ad eam ducendã. Quod eſt notandum. Idem in effectu tenet Nauar. d. nu. 18. Pet. Tolet. d. cap. 3. num. 442. Rebel. ſup. nu. 12. contra Cord. & Spec. coniug. ibi nu. 11. citatos. Tunc enim in fauorem decepti, contra decipientem meritò fieri debet interpretatio, dummodò per nimiam ſtultitiam id credidiſſe nõ appareat. aliàs ſecùs, ſecundùm eumdem Rebel. ibid. numer. 13. argu. l. vlt. §. fin. ff. ad Velleia. ibi, *Non ſtultis, ſed errãtibus, iura ſuccurrũt.* Si verò promiſſioni, etiam fictæ, additum eſſet iuſiurandum: ſine dubio teneretur eam ducere. Rebel. ſup. num. 14. Aduerte tamen ad dicta ſuprà num. 2. non ſatis inter Doctores conuenire, an de iure Canonico per d. c. 1. de Adulte. requirantur illa duo copulatiuè præcisè, vt nubat, & dotet. Nam aliqui tenent requiri, vt ibi per Inno. Hoſt. Ioa. And. Anto. & Card. quos refert & ſequitur Don Ludo. à Peguera deciſ. 42. nu. 3. lib. 1. Alii verò tenent contrarium, nempe dict. cap. 1. non inducere coactionẽ præciſam, ſed cauſatiuam, ſi recuſet ſtuprator dotare. Ita poſt Abb. & alios reſoluit Ioan. Gutierrez in Canonic. quæſt. lib. 1. c. 36. nu. 7. vbi ſubdit c. 2. eiuſdem tit. id declarare. ſequitur poſt alios Meno. in Addit. ad lib. 2. de Arbit. caſu 288. n. 15. Ruin. conſ. 189. n. 8. vol. 2. Ant. Gom. l. 80. Tau. n. 8. Theſau. deciſ. 3. quos refert, & ſequitur, dicens hanc veriorẽ, & receptiorẽ ſententiã Iaco. Cancer. d. c. 11. n. 26. ſequitur Clarus §. Stuprũ. n. 3. & Balt. Gom. in tract. de Poteſtate in ſe ipſum. lib. 2. c. 16. nu. 4. dicens hodie pro ſimplici ſtupro ſine violentia, nullã aliã pęnã imponi, quàm vt nubat, aut dotet; etiamſi precibus, aut blanditiis feminam ſeduxerit.

Prædictis adde ſtandũ eſſe dictis puellæ, nimirũ fuiſſe virginẽ tẽpore quo fuit cognita. Franc. in cap. vnico num. 2. de Cler. non reſid. lib. 6. Silua Nup. fol. 95. col. 4.

SVMMARIVM.

1 *STuprans virginem importunis precibus, aut muneribus; ad quid teneatur.*

2 *Virgo deflorata etiam ſi nubat alteri ęquę digno, & pater eam dotet: poteſt nihilo minùs petere dotem competentem à defloratore. Et an patri debeatur aliquid pro iniuria.*

DIFFERENTIA DECIMA.

1 CVM quis importunis precibus, aut muneribus aſsiduis, & ſuaſionibus vehemẽtibus, ſecluſo omni dolo, & metu etiã reuerẽtiali, virginẽ cognoſcit, & deflorat: tenetur in Foro conſciẽtiæ, non quidẽ ad eã ducendã, ſi nolit; ſed tantũ ad reſtitutionẽ damnorũ ei illatorũ. Quia tales preces, & ſuaſiones, reſpectu leuiũ puellarũ habẽt rationẽ coactionis. Ita Nau. c. 16. n. 17. Abul. ſup. Exo. 22. q. 12.

Digitized by Google

Nicol. de Lyra ibidem Silu. verb. Luxuria. quæſt. 5. Caiet. 2. 2. quæſt. 54. art. 6. Angles in Florib. Theol. quarti ſententiarum, queſtione de Reſtit. bonor. corpor. dub. 7. concluſ. 4. Barth. à Medin. in Summa, lib. 1. cap. 14. Cordub lib. 1. Quæſtionũ. quæſt. 13. Dicto 4. & 7. Rebel. 1. p. de Obli. iuſt. lib. 3. q. 9. nu. 1. & alii quos refert Pet. à Nauar. 1. tom. lib. 2. capit. 3. num. 443. ad fin. vbi num. ſequenti defendit contrarium, ſcilicet non teneri ad aliquid qui ſolũ importunis precibus, ſecluſo omni dolo, minis, & metu, etiã reuerentiali, & mendacibus promiſsionibus cognoſcit virginẽ. Nam, inquit, preces, & ſuaſiones potiùs augent, quàm minuunt voluntarium; vt poſt D. Thom. ſentit Silueſt. ſup. & docet Ledeſm. 2. 2. quæſt. 18. art. 2. Nec obſtat ſecundùm eum, non aliter conſenſiſſe. Fateor, inquit, ſed ſponte conſenſit. Multi enim multa non facerent, niſi rogati: & tamen nõ ob id dicemus iniurioſè ab eis eſſe illud extortum. Dictum eſt autem, *Secluſo omni dolo, & minis, &c.* quia tũc conſtat de virtuali coactione, & de inuolũtario. Vnde ſi preces eſſent factæ à perſona cui deberet puella reuerentiam, nec ei obſiſtere ſine incõmodo poſſet, ſed ſuum aſſenſum prębere; vt ſi eſſet eius dominus à quo beneficia ſperaret; vel Princeps cuius fauore niteretur, vel illi animo aut ſpe incubaret: tunc etiã reputaretur virtualiter coacta; ſeu inuoluntariè conſenſiſſe. Preces enim Principis, vel Superioris inducunt metum, iuxta illud poëtæ, *Eſt rogare Ducũ ſpes violenta iubendi.* Et probatur in l. 1. §. Quæ honorandę. ff. Quar. rer. act. & ibi Bart. latè Fel. in cap. 2. num. 8. de Sponſal. Addi. Abb. in cap. Cùm inter R. ſub num. 8. de Elect. docet Innoc. in cap. Petitio de Iureiur. non tamen preces hominum particularium; niſi ruborem afferrent, & cauſarentur. In his, & ſimilibus procedere poteſt communis ſuprà citata. Ita Pet. à Nauar. ſuprà, & num. 448.

His tamen non obſtãtibus dico propter rationem tam leuem Pet. à Nauar. non eſſe vllo modo recedendum à prædicta communi, ſcilicet taliter ſtupratorem importunis precibus, &c. teneri in Foro conſcientię ante ſententiam, damnum reſarcire, eique ſatisfacere, vel ducendo puellam, vel dotando mediocriter, non totaliter. Quia licèt verum ſit conſenſiſſe puellam, quamuis importunis precibus id faciat; nihilominùs negari non poteſt, nõ feciſſe omnino ſpõtè, id eſt non liberè; ſicut videre eſt in tentationibus carnis valde importunis. Quia licèt peccet mortaliter, ſi illis quis conſentiat, non obſtante illa importunitate, quia verè conſentit: meretur tamen ob id aliquã remiſsionem pœnæ. Quia quodammodò victus, & oppreſſus vi tentationum, peccato conſentit. Sic dicendum eſt nunc, nimirũ ratione illius, qualiſcumque ſit, conſenſus puellæ, non teneri ſtupratorem ad totam dotem, & ad totalem refectionem damnorum in conſcientia. Quia id pœna eſt ſecundùm Naua. ſup. ſed ad eam quam prudens Confeſſarius, vel eruditus cõſultor arbitraretur. Ita D. Anto. 2. par. tit. 5. ca 6. §. 1. Veracruz in Specul. 3. par. art. 9. Cordub. ſup. & alii quos refert Pet. à Nauar. ſup. nu. 440. & 449. & Naua. dicto nu. 17.

2 Tenebitur igitur eam dotare modo predicto, ſi eam non ducat. Quòd ſi duxerit, & pater quia ignorans ſtuprum, vel aliàs filiam dotauerit: non puto tunc teneri defloratorem aliquid addere doti, niſi donationẽ illam propter nuptias, vulgò *Screix*, quæ alicubi cẽſetur dimidia pars dotis; alibi multò minus. Quòd ſi virgo deflorata alteri nupſerit, etiã ęquè bonó: nihilo minùs tenebitur ei reſarcire damnũ dictæ donationis propter nuptias; quia illa donatio ſoluitur pro vita vxoris, propter virginitatis florẽ ereptum; quẽ cùm ipſe deflorator eripuerit, tenebitur ipſe, & non alius qui eam duxit, ſoluere dictam donationem propter nuptias. Nam reuerà vllo pacto non poterit virgo capere eam à ſuo viro; licèt eam putauerit virginem, & non defloratam. Ita tenendum eſt cum Victo. Barth. à Medin. & Gom. quos refert, & ſequitur Pet. à Nauar. ſuprà. num. 450. & Rebel. ſuprà num. 1; quicquid in contrarium dicat Nauar. ſuprà n. 19. Cordub. d. q. 13. Dicto 4. & Perez lib. 8. Ordin. tit. 15. putantes ad nihilum teneri ſtupratorẽ, cùm maritus non deprehendit ſtuprũ, ſed putauit inueniſſe virginẽ. Nõ enim conſiderarunt rationem illam viuã, ac ineuitabilem donationis propter nuptias. Vbi verò non eſſet conſuetudo ſoluendi

aliquid pro dicto flore: tūc putarem veram opinionem Nauar.ſubrà.

In Foro tamē exteriore compelletur ſtuprator ad ducendam puellam,niſi ſint multum diſpares; & etiam ad eam dotandā integraliter; iuxta cap. 1. de Adulte.& ea quæ in præcedente Differentia diximus.& tenēt Anto.Gom.l.80.Taur.nu.11. Gutierrez in Canon.quæſt.cap.37.num.23.Clarus §.Raptus.num.3.Maſcard.concluſ.1409. nu.28. Mattheſil.notab.99. Angreſola cōſ.33.Salon 2.2·quæ.62.art.2.controuerſ.5.concluſ. 3.Grego.de Valētia tom.3.diſpu.9.quæſt.3 punct.3.Balthaſ. Gomez de Poteſtate in ſe ipſum.lib.2.cap.16.num. 1. Cancer.3.tom. Varia.à n.28. Semper enim intereſt mulieris habere maiorē dotem, vt meliùs à viro tractetur,magiſq; ab eo ametur. Tùm etiā quia aliàs ſtuprū maneret impunitum.quicquid in cōtrariū teneat Diaz in Pract.rub. Stupri.c.76.& Salzedo ibid.ad c.83. lit.D.

An autem in Foro conſcientiæ ſufficiat remiſsio ſolius puellæ ſine patre, vt eximatur ſtuprator ex omni obligatione ſatisfaciendi pro damno illato ob ſtuprum, dicemus in ſequenti.

Prædictis adde nedū puellæ ſtupratæ, ſed etiā eius patri,& iuxta cuiuſq; gradū,tutori, ſiue tutrici; ſi puella ſub eorū cuſtodia exiſtēs,paſſa fuerit ſtuprum; necnon & domino cui ſeruit faciendam eſſe aliquā ſatisfactionem, propter iniuriam illis irrogatam, & propter detrimentū honoris, quod inde hauddubiè patiūtur. Ita Naua. d.c.16. n.19. & alii quos citat Rebel.loco ſup.cit.num.4. Quod intellige in Foro exteriori; non autē in cōſcientia;vt in ſeq.Dif.patebit.Addit etiam n.6. contra Cordub. quando puella liberè conſentit:tunc non teneri vitiatorem ad alia detrimenta patri compēſanda, etiāſi ipſa maritum non inueniat; & propterea pater augeat dotem. Ratio eſt, quia puella ſpōte ſua ſe expoſuit periculo non nubēdi, & habet liberum dominiū ſui corporis ad vſum venereū;nō minus quā ad vſum oculorum,vel aliorū membrorū, quantūuis in vſu peccet;vt contra Caiet.rectè docet Sot. in 4.diſt.18.q.2.art.4. & Toleta. ſup. & alii citati in preced.Diff.

Quod de virgine dictum eſt, extende ad viduā,aut aliàs defloratam; quando poſteà ſub honeſta parentū, vel tutorum cuſtodia viueret,quamuis minor ſatisfactio tunc deberetur.Ita pulchrè Rebel.ſup.in fin.

SVMMARIVM.

1 *STuprans virginem, & ab ea remiſsionem obtinens; an ſit tutus.*

2 *Et an requiratur vt etiam à patre ipſius obtineatur.*

DIFFERENTIA VNDECIMA.

1 STuprator virginis, ſi obtineat ab ea remiſsionem damnorum, eidem ratione ſtupri illatorum; ſiue ſtuprum ſit violentia cōmiſſum, ſiue importunis precibus,ſiue dolo, ſiue alio quocumq; modo per quem teneatur ad reſarciendum dicta damna,tutus eſt in conſcientia. Ita tenet Cordub.lib.1.Quæſt.q.13.Dicto.5. ſed cum limitatione,ſcilicet ſi nullum eſt datū detrimētum circa nuptias,vel famam. Allegat pro ſe D.Tho.& Caiet. 2.2.q.154.art.6. ſed malè,vt infrà probabimus.Nauar.verò in Man.cap.16.num.17. ſentit indiſtinctè ſufficere remiſsionem puellæ. Nam dicit ſtupratorem teneri in Foro interiore ad ducendam puelam, vel ad faciendum vt illa maneat ſatisfacta.Ergo ſufficit eius remiſſio.Idē ſentit Pet.à Naua.lib.2.c.3.nu.436. & 438.& Ludo.Lop.in ſuo Inſt. cōſcientiæ p.1.c.76.Cancer.3.tom.Var.c.11.nu.39.

2 Sed contra prædicta facit in ſtupro fieri iniuriam nonſolùm puellæ; ſed etiam patri eius;vt docet D.Thom.ſuprà in corpore,& ad tertium.& diximus in fin. præced.Differ. Ergo nō debet ſufficere ſola remiſsio puellæ,niſi etiam habeatur remiſsio patris; aut aliàs ei ſatisfiat; vt tenet Bernard. Diaz in Pract. in rub.Stupri.c.77. Cācer. 3.p.Var.c. 11.n.129.Hinc Nau.d.c.16.n.19.verſ.Quintò.addit ad dicta. d. n. 17. ſcilicet obligari defloratorē ad placandum patrem puellæ; & ad ſatisfaciendum ei pro iniuria illata. Allegat D.Tho.& Caie.ſup.ſed ipſi nihil dicūt de ſatiſfactione;vt benē notauit Pet à

Naua.

Digitized by Google

Nauar.num.438.ſed id dicit D.Anton.2.p. tit.5.cap.6.§.1.

His tamen non obſtantibus,dico in Foro conſcientię ſufficere habere remiſsionem à virgine deflorata. Ratio eſt, quia licet ex ſtupro irrogetur iniuria tam patri, quàm puellæ;tamen intereſt multum inter vtramque iniuriam. Nam iniuria patris,quatenus ad ipſum tantùm ſpectat, reſpicit Forum exterius, ita vt ſi eam non reuocet ad animum;vel agat actione iniuriarũ in Foro iudiciali; nulla ei ſatisfactio in Foro conſciẽtiæ debetur. At iniuria quæ fit puellæ,reſpicit vtrumque Forum. Nam includit damna quæ ex ſtupro contrahit; videlicet ereptionem virginitatis; ob quem virginitatis florem pretioſiſsimum,& irrecuperabilem,in multis partibus ſoluitur per maritos dimidium dotis,& in aliis certum quid. Item impeditur à legitimo matrimonio obtinẽdo.Nam hæ, vbi hoc detegitur, communiter recuſantur, & reiiciuntur, vt inhoneſtæ mulieres;vt dicit D.Anto.ſup.poſt D. Tho. Quòd ſi non impediantur à matrimonio; ſaltem non inueniunt maritum, qualem ſi manerent virgines conſequerentur. Item tota vita ſua paſſuræ ſunt verecundiam, & contumelias, quas ob id à ſuis maritis accepturæ ſunt; vt dicit Naua. ſuprà num.17. Tandem ponuntur in via meretricandi, à qua retrahebantur, ne ſignaculum virginitatis amitterent. Ob quæ omnia damna, & iniurias, meritò deflorator tenetur in conſcientia ad reſtitutionem, & refectionẽ eorum.Quin etiam poteſt in iudicio exteriore conueniri actione iniuriarum ad pœnam; ſi eas nolint ducere mariti; iuxt.c.2.de Adult.

Quam quidem differentiã inter vtramq; iniuriam ſatis innuit D.Tho.dict.art.6. ad 3. Nam agens de iniuria puellæ, dicit, Quam etſi non vi corrumpat: tamen eam ſeducit; & ſic tenetur ei ſatisfacere; allegat Exod. 22. Agens verò de patre,inquit, Aliam verò iniuriam facit patri puellæ. vnde & ei ſecundùm legem tenetur ad pœnam; allegat Deuter.22. Ecce quomodo ſecundùm D.Tho. iniuria puellæ meretur ſatisfactionem in Foro animæ: iniuria verò patri illata meretur tantùm pœnam. Idem poſt Tolet.tenet Rebel.1.p.de Oblig. iuſt. lib.3. q. 9.num.6.& 3.in fin. (licet nu. 4. diſſentiat, pro vt etiam Bernar. Diaz in Pract. in Rub.Stupri.c.77.&Brixi.in Reper.ad deciſ. Caualc.verb.Matrimonium.n.3 qui tenent poſſe patrem,aut alium qui tenetur mulierem dotare, agere pro eorum intereſſe ad dotem,& ſeu dotis augmentum; & actione iniuriarum; quia mulier conſentiendo, vel remittendo nõ potuit eis præiudicare, propter onus dotandi, & ſanguinis cõiunctionem. quod nõ negamus in Foro exteriore) Pœna autem cùm in Foro conſcientiæ non debeatur ante ſententiam, iuxta gl. receptã finalem in cap.Fraternitas.12. q.2. infertur ad nullam ei faciendam reſtitutionẽ teneri inForo interiore. Malè ergo citatur D.Tho. à Naua.& Cordub. pro ſuis opinionibus.

Secũdò probatur idem. Quia ſi virgo cõſentit liberè ante ſtuprũ, nulla ei reſtitutio, aut ſatisfactio debetur; quia volẽti,& conſentiẽti nulla fit iniuria.Ita notat Sot. lib. 4. de iuſt.quæſt.7.art. 1.ad 2.verſ.An verò viceuerſa.Specul.coniug.3.p.art.19.ad fi.Pet. à Nauar.ſup.dict.nu.438.Ergo ſimiliter, ſi cõſentiat poſt ſtuprũ cõmiſſum, remittẽdo dãna ſibi illata, nulla ei reſtitutio debetur.

Tertiò,idẽ probatur; quia aliàs inferretur filiã recipientem pecuniã à ſtupratore pro dote,& aliis damnis,teneri eas, vel partem earum reſtituere patri;& ſe prodere,contra cap.Quis aliquando.§.Item illud Ioãnis. de Pœni.tdiſt.1.& l.Alias.ff.de Iureiur.D.Tho. 2.2.q.69.art.2. Quin immò non teneri eas patri reddere,etiam ſaluo pudore,ſed poſſe apud ſe retinere,& in ſuos vſus vertere, docet Sot.ſup. verſ. Vtrum autẽ maritata. Sed hæc ratio non vrget, ex dictis in fine Diff. præced. quia vltra dãna puellę;debetur patri aliqua ſatisfactio pro iniuria ei irrogata.

Deniq; cùm filia ſit principalis in iniuriis, & damnis illatis;& pater ſecundarius: quia ratione iniuriæ filię,fit ei iniuria;nulla eſt ratio quæ poſsit cogere ſtupratorem, vt non poſsit ſecretò exonerare animã ſuã ab obligatione reſtitutionis,componendo ſe cum ſtuprata,& ſic cũ principaliter damnificata: immò id fatẽtur D.Anto.& Naua.ſup.Præterea, cùm talia peccata cõmuniter cõmittantur ſummo ſecretò; eo durante nulla conſiderari poteſt iniuria ex parte patris; quippe tunc ipſe pater iniuriam prætendere poteſt, quando manifeſtatur, & publi-

publicatur ſtuprum; & ſic patitur infamiã, ſuſtinetque ruborem, & impeditur quin collocet filiam in matrimonio (hę enim ſunt iniurię, quę ipſi irrogantur, & nullę aliç.) Quæ omnia ceſſant cùm factum eſt ſecretum,& occultum.

Quare ſine hæſitatione dicendũ eſt,in Foro animæ ſufficere ſolã remiſsionẽ, & cõpoſitionem cum filia; nullãque rationẽ habendam eſſe in eo Foro de iniuria patris.

Quod ſecùs eſt in Foro exteriori, in quo neceſſariũ eſt vt vterque, tam pater,quàm filia concurrant, & conſentiant circa remiſſionẽ,vel cõpoſitionem faciendam; ex traditis per Iul.Clar.q.58.nu.22. quia, inquit, ex iniuria facta filio, magis videtur offendi pater,quàm filius.Et nota ibi loqui, quãdo filius exiſtẽs in poteſtate patris cæditur, vel vulneratur. Nam ſi eſt tantùm iniuria verbalis, vel alia leuis:ſolus pater ſine filio ſolet in eo Foro exteriori facere remiſsiones, ſecundùm eumdem ibidem.

Aduerte tamen ſi ſtuprum publicetur; & ex hoc pater defloratæ, damnum in bonis ſuis patiatur;vt quia non potuit inuenire generum niſi datis v. g. mille ſcutis pro dote filiæ:cùm tamen ſine eo poſſet illã cũ 500. collocare: tunc proculdubio teneri ſtupratorem ad illa 500.in Foro conſciẽtiæ reſartienda. Ratio eſt quia iſto in caſu pœna venit loco intereſſe. Et ſic pœna debetur in Foro cõſcientiæ; vt per Silu.v.Pœna.q.25. Dicto 2.Sentit Cãcer.3.tõ.Vari.c.11.n.37. Et iſto in caſu intellige Rebel.ſup. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *INFAMANS falsò mulierem vilem;ad quid teneatur.*

DIFFERENTIA DVODECIMA.

1 INFAMANS (etiam falsò) mulierem cõmunem, & nullius exiſtimationis, putà habuiſſe rem cum Petro: in Foro conſcientiæ,ad nullam famę, vel alterius rei reſtitutionem tenetur; ſecundùm Mercad.tractat.4. de Reſtitutione. capit.9. fol.191. Intellige vt per Naua.c.18.nu.50.

In Foro verò exteriori, tenetur; quia ſi cõtra eum agat mulier ciuiliter, compelletur ad ſatisfactionem iniuriæ. Quòd ſi criminaliter agat, & falſum impinxit; arbitrio Iudicis punietur. Adde dicta ſuprà ſub verbo Peccatum.Differentia 6.

SVMMARIVM.

1 *CONSILIVM dans ad damnum faciẽdum; ad quid teneatur.*

2 *Conſilium dans frigidum, quod non fuit cauſa efficax; ad quid teneatur.*

DIFFERENTIA DECIMATERTIA.

1 CONSILIVM dans ad damnum alicui inferendum, in Foro contentioſo non tenetur ad reſtitutionẽ damnorum,niſi in ſubſidium.Ideſt tunc quãdo ſcilicet nõ poteſt agi cõtra principalẽ,& nõ aliàs;argu.l. Ex hoc edicto. ff. de Eo per quẽ fact.erit. per quẽ text.ita tenẽt Innoc.& Abb.n.15. in c. Sicut dignum. de Homic. & facit ad idem, argum. text. in l.1.ff.de Dolo.

In Foro tamen pœnitentiæ, tenetur indiſtinctè ad emendationẽ totius damni, ſiue reperiatur principalis, ſiue non reperiatur; ſiue ex iuſta cauſa, ſiue ex iniuſta noluerit dãnũ paſſus agere contra principalẽ. Omni enim in caſu tenetur cõſulẽs ad ſatisfactionem integrã omniũ damnorũ;dũmodò cõſilium fuerit cauſa efficiens,ſine qua damnũ aliàs nõ fuiſſet illatũ.Ita poſt Innoc.& Abb. vbi ſup.docet D.Tho.2.2.q.62.art.7.in fin. corp.articuli.& ibi Caie. Silu.verb.Reſtitutio.3.§.9.Naua.c.27.n.51.Couar. dicẽs cõmunem in Reg.Peccatum.2.p.§.12.num.1. Hinc dicit Felin.in dict.cap.Sicut dignum. num.13.

Digitized by Google

num. 13. in Foro Canonico, & conſcientiæ, (vult dicere, per denunciationẽ Euangelicam) poſſe damnum paſſum agere cõtra conſulentem efficaciter per actionem de dolo ad emendationem totius damni; ſiue omittat agere contra principalem; quia potens eſt; ſiue ex arbitrio voluntatis.

Rationem diuerſitatis inter vtrumque Forum tradit Abbas loco ſuperiùs citato; quia, inquit, in Foro animæ non curamus diſtricto modo intentare actionem; ſed attenditur ipſum factum purũ. Vnde ex quo dedit cauſam damni, tenetur ad emendam damni. Nam qui cauſam damni dat, damnũ dediſſe videtur. cap. fin. de Iniur. cap. Suſcepimus. cap. de Cetero. de Homicid. l. Nihil intereſt. ff. de Sicar. Quod dicit notandum; quia quotidianum, & practicabile.

2 Vbi verò conſilium non fuit efficax, nec cauſa efficiens; ſed ſolùm excitans animũ iam paratum; vel adeò ſimplex, & frigidũ, vt ſine illo tam certo, & iniquo animo fuiſſet admiſſum furtum, vel damnum datum, ac cum illo: tunc conſulens non tenetur; vt probat tex. iuncta ibi gloſſa, verb. Simplici. in cap. Felicis. §. Illud de pœnis. lib. 6. Quam gloſſam dicit ſingul. & receptam Nauar. conſil. 6. num. 2. de Homicid. Pro quibus facit gloſſa 1. in dicto cap. De cetero. de Homicid. quæ dicit tunc dici quem dediſſe cauſam damni, ſi propinquam cauſam dedit. Secùs, ſi remotam; qualis eſt mouens tantùm per ſuum conſilium, ſine quo alias res efficeretur. Quam gloſſam dicit celebrem Nauar. in cap. Si quando. de Reſcript. except. 14. & ſing. & receptam conſil. 13. & 29. num. 4. de Homicid. cui ſimilis in cap. Studeat. 50. diſt. alia in cap. Hi quoſcumque. 1. quæſt. 1. ſequitur Abb. in cap. Quia diuerſitatem. col. 4. de Conceſſion. præb. & Rom. in l. Alia. §. Eleganter. col. 7. ff. Solut. matrim. Adde ad ſupradicta Rebel. de Obliga. iuſt. 1. par. lib. 2. quæſt. 14. ſectione 4. à num. 17. vbi vſque ad num. 25. agit de conſulentibus ad delicta vel damna inferenda; de quibus hactenus diximus.

Quid autem dicendum eſt de aliis conſulentibus, ſeu conſiliariis ad contractus, & alia negotia? Et quidem ſi conſilium fuit datum ab idiota, vel alio quocumque bona fide, ſine dolo, aut fraude; non tenetur in vllo Foro; vt reg. Nullus ex conſilio. 62. de Reg. iur. lib. 6. Silu. verb. Conſilium. quæſt. 7. Fallit ſi haberet officium conſultoris; vt in Aduocato. vt. v. Obligatio. Dif. 3. & aliis. vt per Rebel. 1. par. de Obliga. iuſt. lib. 2. d. quæſt. 14. num. 25. dummodò recipiant ſalarium: aliàs non puto teneri ex ſimplici cõſilio. Per quod excuſantur in Religionibus Monachi antiqui, qui deputantur ad conſilia Prioribus in tractatibus danda, & ſimiles: quamuis ex ſuis imperitis conſiliis aliqua mala eueniant; quales ſunt poſt Aduocatos Conſiliarii Principis, ex quorum conſenſu dependet belli indictio. Rebel. ſuprà numer. 28. Item qui in Capitulum conueniunt ad ſuffragium ex officio ferendum.

SVMMARIVM.

1 *ACCIPIENS mercedem pro eo quod gratis facere tenetur; an reſtituere eam debeat.*

DIFFERENTIA DECIMA QVARTA.

1 ACCIPIENS pecuniam, ne maleficium committat; vt ne furetur, ne Petrum occidat, ne fornicetur, ne peieret, ne vanè iuret, ne murmuret, ne ſit tam loquax, aut ne ludat tã frequenter ac vitioſe, teſtis vt verum dicat, & Iudex, vt iuſtitiam miniſtret, & ſimilia: in Foro iudiciali tenetur eam reſtituere, domino, ſi ab eo repetatur. Ita probat tex. in l. 1. in fin. & in l. ſeq. & in l. 4. in principio. & §. Quotiens. ff. de Condict. ob turp. cauſ. & in l. Iuriſgentium. §. Si ob maleficium. ff. de Pact. & vtrobique communiter DD. vt teſtatur Eman. Suarez. 1. tom. Commu. opin. pag. 325. & docet Couar. reg. Peccatum. 2. par. §. 3. num. 1. poſt medium. cum ſeq. maximè nu. 6. ad fin. verſ. Deducitur etiam. & Tolet. lib. 5. cap. 21. numero

in accipientem transſlatum: non tamen irreuocabiliter; cùm dans poſsit eam repetere. Cùm ergo non repetitur; tuta conſciẽtia eam retinere poteſt. Nam etiamſi non eſſet illius pecuniæ tranſlatum dominium in accipientem; (quod fortè eſt verius in hoc ſecundo caſu, cùm in eo, in vtroq; Foro habeat repetitionẽ. Pro quo facit. l. fin. C. eodem. Ibi, *Reſtituere debere conuenit*, &c. Nota verbum *Reſtituere*. & loquitur de eo qui ob reſtituenda quæ abegerat pecora, pecuniam acceptat.) nihilominus poſſet eam in conſcientia retinere, dùm nõ repetitur, in iudicio, vel extra iudicium, per not. in Differentia ſeq. vbi etiam turpiter datum, & acceptum, poteſt retineri dùm nõ repetitur, & per not. ſub verb. Donatio. Differentia 8. & 9. vbi donatarius omnium bonorum, vel vltra 500. aureos ſine inſinuatione, non tenetur ea reſtituere, donec ab eo repetantur. Non enim intrudendum eſt in os dantis quod ipſe non vult accipere, licèt iure poſsit. & per not. verb. Debitum. Differentia 3. vbi quando creditor ſcit debitum; ſi ipſum non petat; probabiliter credere poteſt debitor, ſibi ab eo dilationem dari: & ſic excuſatur à reſtitutione, & per verb. Hæreditas. Differentia 5. Et in hac ſpecie nulla eſt conſtituenda differentia inter vtrumque Forũ; cùm in vtroque teneatur ad reſtitutionem, ſi repetatur.

Vnde cauendum eſt à Rebel. dict. quæſt. 20. num. 1. vbi poſt alios non fideliter pro ſe citatos indiſtinctè obligat recipientem ad reſtitutionem danti; eò quòd dictis caſibus magis detur pecunia ad redimendã propriam, vel alterius iniuſtam vexationẽ; quàm animo liberali. Quæ ratio non eſt generalis pro omnibus caſibus ſuperiùs citatis. Ideò diſtingue vt ſuprà. Et ſecundùm dictam diſtinctionẽ intellige Hadria. in 4. in tract. de Reſtitutione. quæſtione quæ incipit, Reſtat inquirere an extorta Medin. C. de Reſtitut. quæſt. 20. & Paul. Comitol. lib. 3. Reſpon. moral. quæſt. 6. num. 9. qui etiam indiſtinctè obligant recipientem ad reſtitutionem danti. Addit tamen Comit. (& benè) in prædictis caſibus poſſe munera capi non tamquam pretia neceſſarii officii; ſed tamquam inuitamenta, & ad illud illicẽtia. Idem Rodrig. in Explicatione Bullæ Compoſitio. num. 33.

SVMMARIVM.

1 D*ATVM turpiter pro maleficio perpetrando; an ſit reſtituendum, & cui.*

DIFFERENTIA DECIMA QVINTA.

1 TVRPITER datum, & acquiſitum, ita vt turpitudo verſetur tam in dante, quàm in accipiente; (vt, quia datur aliquid Iudici, tabellioni, vel teſti ad eos corrumpendos; vt in cap. Non ſanè. 14. quæſt. 1. Vel Aduocato, vt iniuſtã tueatur cauſam. de quo per D. Aug. Epiſt. 34. ad Macedonum, vel cuſtodi publico, vt non manifeſtet defraudantem vectigalia. De quibus infr. Differentia 39. & per Nauar. cap. 25. num. 34. vel alicui vt homicidium, vel ſacrilegium committat. vt in l. Veluti. 27. ff. de Verbo. obliga. vel marito cauſa lenocinii vxoris; vt in l. Mercalem. C. de Condict. ob turp. cauſ. In his, & ſimilibus caſibus in Foro exteriori eſt reſtituendum fiſco. l. Mulcta. C. de Modo mulct. l. Lucius. ff. de Iure fiſci. vel Parti, in cuius iniuriam data fuerat pecunia. l. In hæredem. ff. de Calumnia. l. Et generaliter. §. Illud. ff. eod. Et hoc in pœnam taliter delinquentium. Vnde apud accipientem remanere non debet; vt etiam notat gl. In. l. 3. ff. de Condict. ob turp. cauſ.

In Foro verò conſcientiæ reſtituendum eſt danti, ſi crimen erat iniurioſum; ſecundùm Soto. lib. 4. de Iuſt. quæſt. 7. art. 1. col. 10. §. Secundus ergo modus. & lib. 6. q. 1. art. 4. §. Ad hæc. Cordub. in ſuo Quæſtion. quæſt. 32. lib. 1. & alios quos refert, & ſequitur Fr. Lop. in ſuo Inſtruct. 1. par. cap. 106. quæſt. 2. quia dicunt dantem non amiſiſſe dominiũ illius; eò quòd tales cõuentiones ſunt nullius momenti; ex l. Generaliter. 16. ff. de Verbo. oblig. Hadria.

Digitized by Google

verò in 4. de Reſtitutione. cap. Reſtat inquirere. hoc relinquit arbitrio accipientis, vt det danti, vel pauperibus. Idem Silu. v.Reſtitutio 4.§.1. Secundũ verò. D. Tho. 2. 2. quæſt. 32. art. 7. & quæſt. 62. artic. 5. ad Secundũ, reſtituẽdum eſt pauperibus, & non danti; eò quòd meretur dictã pecuniã amittere. Idem Medin. C. de Reſtitutione. quæſt. 2. Et fortè ob hæc verba deduxit Soto ſuam opinionem ſupra, proximè citatã. Quia ſi dans meretur eam amittere. Ergo adhuc eſt dominus illius, donec per ſententiam ea priuetur. & ſic non tranſtulit dominium illius in accipientem. Sed ſi hoc ſentiret D. Tho. non diceret dandam eſſe pauperibus. Fundamentum. D. Tho. eſt, quia vterque egit contra legem, & iuſtitiam.

At ſecundùm Nauar. poſt alios quos refert cap. 17. num. 30. & 112. §. 21. & Couar. vbi infrà, & Toletum lib. 5. cap. 59. num. 6. non eſt vlli reſtituendum, excepto ſimoniacè accepto. De quo verb. Simonia. Differentia 1. ſed poteſt accipiens penes ſe retinere, ſi delictum, ob quod fuit data pecunia, fuit iam perpetratum. Nam ſi adhuc non eſt perpetratum, tenetur accipiens illam reſtituere danti, & conuentionem reſcindere. ex Couar. in reg. Peccatum. 2. par. §. 2. numer. 7. vt eſt magis receptum inter DD. & tenet etiam Nauar. cap. 17. num. 40. verſ. Quintò. Fundamenta Nauar. nolo hic tranſcribere, cùm ea poſſit lector apud ipſum legere. Sed præcipuum eſt, taliter datum, & acceptum, nulli eſſe de præcepto reſtituendum. Eum ſecutus eſt Valped. in manuſcriptis ſcholiis ad dict. cap. 17. num. 30. & ſequitur Rebel. de Obliga. iuſt. 1. par. lib. 2. quæſt. 14. num. 64. Et eius opinionem dicit probabilem Fr. Lop. vbi ſupr. licèt illam Soti dicat communem, & probabiliorem. Quin immò & iſtam Nauar. & Couar. dicit communem Rebel. vbi ſup. par. 2. lib. 18. quæſt. 19. num. 4. & eam ſequitur Rodrig. in Summa. verb. Reſtitutio. cap. 40. numer. 2. verſ. Ni obſta. Ego verò in hac diuerſitate opinionum, hęc quę ſequuntur apud me probabilia reputo.

Primum, Iura præfatas pactiones irritas feciſſe, ne quis teneatur illas ſeruare; vt in l. Generaliter. de Verbor. oblig. & ideò nullam ex eis concedunt actionem, nec exceptionem aut retentionem; ſecundùm gl. verb. Nulla. in l. Iuris gentium. §. Si ob maleficium. de Pact. nec repetitionem; vt in l. Mercalem. C. de Condict. ob turp. cauſ. Neque ex eis vlla naturalis obligatio naſcitur, quando ex natura rei ſunt irritę, & non in pœnam. Coua. ſup. num. 6. verſ. Tertia Suar. de Legi. lib. 5. cap. 28. num. 12.

Secundum, Vbi quis promittit aliquid turpe faciendum quod ex materia ſua eſt vendibile, vt vſus corporis tam a femina, quã à viro lenone, vt l. 4. §. Sed quod meretrici. ff. de Condict. ob turp. cauſ. & dict. l. Mercalem. adde l. 53. tit. 14. Par. 3. quæ dicit idem quod dict. §. Sed quod meretrici. vel requirit humanum laborem, ſeu induſtriam. In his, & ſimilibus caſibus, ſi fiat delictum: in Foro conſcientiæ poterit datum retineri. Et ſi non eſt ſolutũ; tenebitur promiſſor pecuniæ in conſcientia illam ſoluere. Quia licèt conuentio fuerit illicita: tamen quia prædicta nemo tenetur gratis facere: poteſt licitè promiſſum exigi extraiudicialiter, vt in caſu de quo per Nauar. cap. 17. num. 41. verſ. Sextò infertur. & retineri, ſi fuerit prius datum, ex Couar. ſupr. & Rebel. dict. quæſt. 19. num. 4. vbi addit etiã de rigore iuris deberi promiſſum poſt factum delictum, ſi adhuc non fuit ſolutũ. Et Soto etiã vbi ſup. fatetur actiones ipſas, puta occidere hominem, eſſe vendibiles. Vbi verò nullus eſt labor, vt in ſententia ferenda: non poteſt datum retineri, ſed pauperibus eſt erogandũ; vel etiam dãti reſtituendum.

Verũtamen contra hoc obſtat plurimum videri abſurdum vt quis conſequatur mercedem coram Deo ex peccato quod aliàs meretur coram eodem æternum ſuppliciũ. Vnde magis videntur dictæ actiones eſſe vendibiles, ſecundùm leges Mundi, quàm ſecundùm Deum.

Sed poteſt reſponderi non recipi mercedem ob maleficium perpetratum; ſed ob laborem, vel induſtriam impenſam, quod eſt quid ſeparatum à peccato. vnde licitè poteſt recipi, & retineri. Vel dic veriùs ſecundùm Nauar. dict. cap. 17. num. 36. quod in Foro conſcientiæ licitè non recipitur, tamquam ſibi debitum ob dictam pactionem, ſeu maleficium: poteſt tamen ſi detur retineri;

retineri; quia taliter datum, & receptum nulli eſt de præcepto reſtituendum. Vnde falſum eſt prædictas actiones eſſe coram Deo vendibiles, cùm ſint à Deo punibiles & reprobæ. Nec valet illa ratio corã Deo, illas videlicet nullum teneri facere gratis; quia nec etiã conductus facere poteſt. Quare tam in his quæ fiunt contra iuſtitiam, quã in meretricio, &aliis, non licèt in Foro cõſcientiæ quicquam tamquam debitum recipere; quamuis in Foro exteriori aliquando liceat; quicquid teneat communis in cõtrarium. Vnde verba illa Iuriſconſulti dict. §. Sed quod meretrici. ſcilicet, *Non turpiter accipere, cùm ſit meretrix*: intellige quoàd Forum iudiciale,& exterius. Ita Areti. in l. 1. in fin. ff. de Condict. ob turp. cauſ. Fulgoſ. in l. 2. num. 4. C. eod. Cuman. in l. Affectionis. ff. de Donatio. Sarmien. lib. 6. Selecta. interpret. cap. 8. Molina de Iuſti. & iur. tract. 2. diſputatione 94. concl. 3. & Nauar. ſup. quos refert Balthaſ. Gomez. de Poteſt. in ſe ipſum. lib. 2. cap. 15. num. 6. verſ. Secundo. (vbi num. 10. poſt Bal. dict. §. Sed quod meretrici. dicit ſpeciale eſſe in meretrice, & in materia hac venerea, in qua omni iure permittitur feminis, vt ſuæ turpitudinis pretium accipiãt; neque teneantur reſtituere. Et reddit rationem ſpecialitatis; nempè, vel quia tales feminæ in amiſsione pudoris amittunt honorem,& nimis vileſcunt, adeò vt niſi eis ſuccurratur, nequeant viuere: vel ob fragilitatem earum; vel quia in hoc vitium carnale proni nimis ſunt homines, & hoc veluti freno retinentur, ob pretiũ ab ipſis eis ſoluendum.) nõ tamẽ intellige d. §. quoad Forũ interius. Nam in hoc turpiter accipit. Sicut miles, qui ſe ipſum conducit ad iniuſtũ bellum: & faber qui cõductus facit aliquid à Deo reprobum; nihil poſſunt licitè recipere: quia non poſſunt ſe conducere pro his à Deo reprobis. Si tamen eis ſoluatur; non tenentur ad illius reſtitutionem; quia à dãtibus ſponte acceperunt. Et ideò illud non eſt dantibus neceſſariò reſtituendum; nec pauperibus de præcepto. Quare apud ipſoſmet accipientes remanere poſſunt. Non enim eſt vlla lex naturalis, diuina, nec humana, quæ præcipiat vt reſtituam, vel diſtribuam pauperibus id quod aliquis mihi dederit voluntariè, & ſponte; licèt ob turpem,& à Deo,& lege humana reprobatam cauſam. Vnde cùm non tenear illud alicui in conſcientia reſtituere; remanet vel vt vagum, & in nullius bonis; & ſic vt tale, primò occupantis ſit; vel tamquam donatum, vel derelictum ab eo, qui dedit; vt dicit Ant. in cap. Quia plerique. de Immun. Eccleſ. & Nauar. ſup. num. 40. verſ. Tertiò infertur. in fin. Et ſic non mirum ſi poſsit retineri ab accipiente. Prætereà ſi leges humanæ tollunt omnem actionem, exceptionem, retentionem, & repetitionem in his conuentionibus ex vtraque parte turpibus, atque prohibitis: & id iuſtiſsimè,& prudentiſsimè, vt ſic homines à talibus arceantur, & retrahantur: profectò idem expediebat vt faceret Deus in ſuo tribunali, quod Forus eſt conſcientiæ. Et ſic nullo modo dici nec excogitari poteſt ex his conuentionibus, etiam ipſis opere completis, oririi aliquam obligationem naturalem, quę obliget ad aliquid coram Deo; vt copioſè probat Paul. Comitol. lib. 3. Reſpon. moral. quæſt. 5. per totam. à pag. 363. poſt Naua. conſ. 51. numer. 5. de Sent. excom. Alex. Paul. & Bal. in l. Si plagii. ff. de Verbor. obliga. Duran. in 3. Sent. diſt. 39. quęſt. 4. Medin. in C. de Reſtit. quæſt. 20. & 28. & Couar. reg. Peccatum. 2. par. §. 7. & diximus etiam. verb. Promiſsio. Dif. 8.

Sed conſidet in me quidam ſcrupulus; nimirum ſecundùm præfatam reſolutionem non poſſe peti à meretrice pretiũ ſibi promiſſum, ſaltẽ in conſcientia; quod eſt contra omnes. Ob quàm cauſam cenſet Balthaſ. Gom. ſup. num. 9. eſſe hanc Nauar. opinionem falſam. Sed Nauar. ſup. nu. 41. verſ. Quintò. & verſ. Sextò. id concedit: nempe non poſſe exigi tanquam debitum in conſcientia. & dat cautelam quo modo peti poſsit licitè. dict. verſ. Sextò & ita poſt alios reſoluimus. dict. Differentia 8.

SVMMARIVM.

1 *IMPEDIENS alium à conſecutione alicuius boni, quando teneatur ad reſtitutionem illius.*

DIFFE-

Digitized by Google

DIFFERENTIA DECIMA SEXTA.

IMPEDIENS aliquem odio, vel vindicta à conſecutione alicuius boni; puta, hæreditatis, legati, donationis, Beneficii, Officii, Cathedrę, & huiuſmodi; non ſolùm peccat in Foro externo: ſed etiam tenetur ad reſtitutionem illius boni, ſeu eius valoris; ſi aliàs ſupra dictus impeditus, erat illud certò habiturus. Hoc videtur probari arg. l. 1. §. Iidem aiunt. verſ. Denique Marcellus. ff. de Aqua pluuia arcen. iuncta ibi gl. verb. Habere. vbi dicitur licere cuique in ſuo, facere quod vult. Si tamen dolo malo; ideſt animo nocendi, foderit in ſuo puteum, vel aliud opus fecerit, vnde damnum vicinus accipiat; vt ſi fontem eius auertat, incidendo eius venas, per quas fluebat ad eius fundum; teneri de damno, & ſic ad reſtitutionem. Idē probat l. Fluminum. §. fin. ff. de Damno infect. iuncta ibi gl. verb. Non teneri. Sic in præſentiarum. Quamuis liceat vnicuique ſibi ipſi, vel amico prouidere, alio neglecto, vt inquit Scotus in 4. diſt. 15. quęſt. 3. art. 2. non tamē id facere poteſt per fraudem, vel ex odio alterius. aliàs tenetur ad reſtitutionem, per leges citatas. Dicetur autem malo animo, inuidia, odio, maleuolentia, vel vindicta quicquam facere; quando ex opere recenter facto in ſuo, vel ex eo quod iam fecit, nullam vtilitatem conſequitur, & nocet alteri. Et ſic videtur intelligendus D. Tho. 2. 2. quæſt. 62. art. 2. ad 4. vbi dicit impedientem ex odio, vel vindicta ne præbenda detur digno, teneri ad reſtitutionem valoris illius, ſi de certo erat ei conferenda. aliàs ſi erat dubium, teneri ad aliquam recompenſationem. Idem tenent Ricard. Paludan. Antonin. Angel. & alii quamplurimi citati à Pet. Nauar. lib. 3. cap. 5. num. 4. Et hanc eſſe magis communem ſententiam antiquorum Theologorum teſtatur Hadria. in 4. in tract. de Reſtitutione. in quęſt. quę incipit, Conſequenter quæritur vtrum impediens alium ab officio &c. §. vltimò. & Paul. Comitol. lib. 1. Reſpon. moral. quæſt. 85. num. 4.

In Foro verò conſcientiæ non tenetur ad vllam reſtitutionem, ſecundùm Caiet. dict. quæſt. 62. art. 2. in Reſpon. ad 6. argum. Sotū lib. 4. de Iuſt. quæſt. 6. art. 3. col. 23. Naua. cap. 17. num. 69. vſque ad 74. Pet. à Nauar. vbi ſup. à num. 4. vſque ad num. 17. & alios recentiores: nec non & Toletum lib. 5. cap. 19. numer. 4. vbi dicit tria requiri vt impediens teneatur in conſcientia ad reſtitutionem. Primùm, vt non ſolū id faciat aliqua via mala; nimirum odio: ſed quæ ſit contra iuſtitiam; puta ſi vis, dolus, aut fraus intercedat: vt ſi Epiſcopus vult dare digno Beneficiū, & quis id impediat, imponendo ei falſum teſtimonium, vel detegendo crimen omnino occultum, licèt verum; vel cogendo eum, aut decipiendo ne compareat: nam aliàs non faceret, niſi contra charitatem, & conſequenter ad nullā teneretur reſtitutionē; per not. verb. Peccatum. Differentia 7. Secundùm, vt impeditus poſsit iuſtè habere rem, à cuius conſecutione impeditur. Nam aliàs nullum ab eo ius aufert; vt ſi ſit indignus ad Beneficium; vel ſpurius ſit, & ſic incapax hæreditatis paternæ. Tertiùm, vt impeditus fuiſſet habiturus rem illam, niſi ille impediuiſſet: aliàs non dicitur verè impedimentum. Adde quartum, ex Nauar. ſup. & Couar. in reg. Peccatum. 2. par. §. 7. num. 8. concluſione 3. & 4. vt impeditus habeat aliquod ius in re, vel ad rem, à cuius conſecutione fuit impeditus; aut ſaltem officium Iudicis. alias nulla ei iniuſtitia fit, ob quam teneatur impediens ad vllam illi ſatisfactionem faciendam.

Quibus requiſitis attentis, videtur nullā aſsignandam fore differentiam inter vtrūque Forum in caſu, de quo hic agimus. Nā ſi impediens ſolùm peccat contra charitatem, faciendo aliquid malo animo, ſiue odio; & impedito nullam fecit iniuſtitiam, eò quod nullū ius habebat ad rem illam, à cuius conſecutione fuit impeditus; conſequenter nulla ei debetur reſtitutio, ſeu ſatisfactio: aliàs ſecùs. Et hoc tam in Foro interiori, quàm exteriori. Quod ex ſequentibus concluſionibus clarius apparebit.

Vnde leges illæ ſuprà citatę non obſtant, immò confirmant proximè dicta, & habēt locum in vtroque Foro. Ratio eſt, quia in illas vltra malam intentionem impedietis, concur-

concurrunt iniuſtitia, & læſio ex parte impediti. Quippe in d.§. Denique. impeditus fruebatur quadam aqua, quę effluebat à prædio vicini; quæ ab eo auferri nequaquã potuit à domino prædii ex ſola mala volũtate, ſeu odio; niſi faciendo aliquod opus ei neceſſarium, vel vtile. Non enim mihi liberum eſt cum damno, vel iniuria alterius præcidere venas aquæ, quæ eſt in meo fundo, & tendit in fundum vicini: niſi ob neceſſitatem vel vtilitatem meam. aliàs videor dolo malo facere. Et ideò tenebor ad damnum vicino illatum.

In dicta vero. l. Fluminum. §. fin. dominus domus tam altè fodiebat in ſua, vt paries vicini periclitaretur, & ſtare non poſſet: & ideò tamquam damnum inferens tenetur de damno.

Vt autem hæc melius intelligantur, quibuſdam concluſionibus ea perſtringam.

Sit prima, Impediens aliquem ab hæreditate, legato, ſeu donatione merè gratuitis, quocumque id maleuolo animo faciat; dũmodò nulla vis, vel fraus inferatur, immunis eſt à reſtitutione, quamuis nõ à peccato; vt habes verbo Munera. Diff. 1. n. 68. & docet Couar. d. nu. 8. conclu. 5. Non enim intentio ſola nocendi, quæ manet in mente nocentis; ſed opus externum nociuum, damnificat, & reſtituendi onus parit; vt poſt Hadria. docet Coua. ſup. in 2. conclu. & Pet. à Naua. 2. p. lib. 3. cap. 5. n. 9. in fin. & communiter omnes. Faciũt not. verb. Peccatũ. Diff. 7. à n. 8. Quod verum eſt in extraneo. Nã ſi impeditus, fuiſſet proximior cõſanguineus alicui; vel ex teſtamento, vel ab inteſtato aliàs deueniſſet; certè ſi quis alienaret animum teſtatoris ab illo, & faceret hæreditatem relinquere alii extraneo, vel remotiori in gradu; ad reſtitutionẽ eum adſtringerẽ; quia iniuſtitiã ei fecit. Quippe hæreditatẽ, ad quam ius aliàs habebat, quãque teſtator cõfirmato animo relinquere decreuerat abſtulit, quod idem fuit ac ſi iam habitam auferret. argu. eorum quę docet Couar. ſuprà concluſ. 3.

Secũda concluſio, Impediens aliquẽ ab aliquo officio, vel Beneficio, etiam malo animo; & etiam ſi impeditus eſſet dignior altero, cui datũ eſt, dum modo ſit dignus; ad nullã tenetur ſatisfactionẽ dicto expulſo; ſi ille nullũ ius ad rem, vel in re aliàs ad illud habebat. Ratio eſt, quia iſto in caſu ſolũm læditur iuſtitia diſtributiua, quæ nullam parit obligationẽ reſtituendi; vt eſt cõmunis omniũ opinio, de qua per Sot. ſup. art. 3. ad 6. Naua. c. 17. n. 69. & Rebel. de Oblig. iuſt. 1. p. lib. 3 q. 3. n. 1. & Pet. à Naua. 1. p. lib. 2. c. 2. nu. 143. Reſtitutio enim eſt actus iuſtitiæ cõmutatiuæ, quia ſupponit aliquid ablatũ. Quod amplia, etiam ſi dignior excluſus expectaret certiſsimè ipſum officium, vel Beneficiũ. Quod eſt contra D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 2. ad 4. quẽ Rebel. ſup. q. 1. n. 5. & q. 5. n. 5. nititur excuſare. Et ratio eſt, quia licèt collator decreuiſſet certò ipſum officiũ, vel Beneficiũ ei conferre: nullũ tamen ius ex hoc ille acquiſiuerat; cùm in voluntate libera ſit dicti Collatoris mutare propoſitũ, abſq; vlla illius iniuria, ſicut diximus de teſtatore in præcedente concluſione. & ita tenet Couar. ſup. n. 6. Sot. d. art. 3. ad 6. Naua. c. 17. nu. 72. & Rebel. ſup. latiſsimè q. 2. per totam. quãuis contrariã (& malè) defendat Pet. à Naua. ſup. n. 140. cũ ſeq. poſt Caiet. & Medin. quos citat nu. 144.

Tertia cõcluſio, Impediens quoquomodo aliquẽ à cõſecutione Cathedrę, vel Beneficii Curati, cùm dãtur per oppoſitionẽ, & cõcurſum; tenetur ad reſtitutionẽ, ſi impeditus erat planè dignior. Quia eo in caſu dignior habebat ius ad rẽ ad illã Cathedrã, vel Curatũ, & fuit illi ablatũ per impedientẽ; vt docet latè Rebel. ſup. q. 5. per tot. Faciunt notata ſup. Diff. 2. num. 4.

Quarta concluſio, Impediens alium ab ingreſſu Religionis, vel amouẽs iã ingreſsũ, etiã animo nocendi Religioni; licèt peccet mortaliter contra charitatẽ; non tamẽ contra iuſtitiã: cùm ante ingreſſum, & poſt ingreſſum poſsit liberè Nouitius mutare voluntatẽ: nec Monaſteriũ habeat vllũ ius in eum, acquiſitũ per ingreſſum; & cõſequenter nulla iniuria, ſeu iniuſtitia illata eſt Monaſterio, ob quã teneatur ad aliquã ſatisfactionem. Ita docet Petr. à Nauar. ſuprà numer. 15. & Sot. lib. 4. de Iuſtitia. quæſtione 6. artic. 3. Silueſt. & Ricard. quos refert, & ſequitur Rebel. ſuprà 1. par. lib. 4. quæſt. 15. per totam. dum modò abſit vis, dolus, vel fraus; vt per eoſdem contra Hadrian. Palud. D. Antoni. & alios.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *FV·RANS minutatim in parua quantitate; an teneatur ad reſtitutionem, ſi ad notabilem quantitatem perueniat.*

DIFFERENTIA DECIMA SEPTIMA.

1 FVRANS minutatim minima,ſiue ab eodem,ſiue à diuerſis (vt faciunt quamplurimi vendentes panem, vinum,oleum,carnes,& alias merces: item famuli emptores, vulgo *deſpenſeros*: item paſtores ouium, filii, vxores, & alii, de quibus verbo Damnum. Diffe.1. in fin.) dubitatur nimis inter Doctores an peccet mortaliter, poſtquam illæ paruæ quãtitates perueniunt ſimul iunctę ad notabilẽ quantitatem; teneaturque ad reſtitutionem.

Inuenio in hoc varias fuiſſe opiniones Doctorum. ideò per concluſiones procedam, vt clariùs, & apertiùs hæc quotidiana materia intelligatur.

Circa primum dubium, an ſcilicet furans multa minima peccet mortaliter; ſit vnica concluſio negatiua; exceptis duobus caſibus. Primus eſt, quando is qui minutatim furatur minima, habet intentionem furandi plurima minima, attingentia ad notabilem quantitatem,ſecundùm D.Thom.2.2. quæſt.66.art.6.ad tertium.& Communem. Ex quo collige peccare mortaliter, eſſeque in ſtatu damnationis omnes illos ſuprà relatos qui habent publicas tabernas ad omnes ad ſe venientes, cum intentione furandi ab omnibus parum. Nam eorum intentio ſe extendit, etiam ſi illa minima ad notabilem quantitatem perueniat. Non enim habẽt limitatam intentionem; ſed expoſitam ad lucrandum ſic minutatim quidquid potuerint. quod dolenter referimus propter multitudinem eorum, qui in hoc malo ſtatu iacent;parum de hoc curantes. Ideò Confeſſarii alligent hoc digito.Itaque in Foro exteriori non fit ſcrupulus ex furtis minimis, tametſi ſimul iuncta ſint notabilia. Secùs in Foro Dei in caſu præcedenti, & ſequenti.

Secundus caſus eſt, quando quis aduertens furatur minima ab vna ſeu diuerſis perſonis, poſt conflatam ab vnaquaque notabilem quantitatem; ſecundùm Soto lib. 5.de Iuſti.quæſt.3.artic.3.ad tertium.& Rebel. de Obliga.iuſt.1.par. lib.3. quæſt.15. num.32. dicens communem. Idem Maior in 4.diſt.15. quæſt.25. Vega lib.14. ſuper Concil.Trid.capit.11. ad fin. Pet. à Nauar. lib.3.capit.1.num.50. qui omnes hoc limitant, non procedere, ſi furans minima non aduertat ad præcedentia furta, nec ſit paratus ad furandum alia. ſequitur Caiet. verbo Furtum. Cordub. quæſt. 70. puncto 2. Iacob.à Graffis lib.2. cap.93.num. 18.& 19. Nauar.ſic intelligendus cap.17.num. 140. Adde alias duas limitationes, ſcilicet niſi furans habeat intentionem reſtituendi furta præterita. Ita Rebel. ſuprà numer.33.verſi. Ex altero capite. quod intellige, dummodo ſit tunc impotens ad reſtituendum ea, nam hoc modo eſt tunc inculpabilis retentio præteritorum furtorum: & conſequenter furtum minimum de nouo factum non iungitur cum præcedentibus inculpabilibus, ſeu purgatis, ad faciendam vnam retentionem lethaliter culpabilem. Tertia limitatio eſt,niſi dominus cui debentur reſtitui ſurrepta,ſit talis,vt veriſimiliter non curet de illis (vt ſunt parentes, amici, & domini munifici) hoc enim in caſu, cùm cenſeatur remiſiſſe præterita furta; non eſt cur iungenda ſint furta minima ſequentia, cum præteritis iam remiſsis, ad faciendam notabilem quantitatem. Ita Rebel.ſup.nu.36. verſic. Obiicies.

Circa ſecundum dubium, an teneatur ad reſtitutionem totius quantitatis furto ſublatæ, in ſupradictis primis duobus caſibus? Sit altera cõcluſio. Furãs plurima minima minutatim, & perueniens ad notabilem quantitatem,tenetur in cõſcientia ſub p.m. reſtituere omnem illã quantitatẽ. Aduerte tamẽ ſi aliqua ex illis reſtituãtur; iam tũc quod ſupereſt, ſi nõ eſt in notabili quãtitate;nõ obligare ſub p. m. cũ ſupponamus non conficere quod ſupereſt notabilẽ quãtitatem. Ita Rebel.ſup.n.39. contra Medin.

Digitized by Google

Cordub.& Lop. Et ratio eſt, quia aliud iudicium ferendum eſt de quantitate notabili, & aliud de ea quæ non eſt talis: cùm autem omnia furta minima perueniunt ad notabilem quantitatem, tunc notabilis quantitas obligat ad peccatum mortale, & ad reſtitutionem. Cùm verò ſit nõ notabilis per ſubtractionem alicuius partis; iam tunc paruitas materiæ, & quantitatis excuſat ſub peccato mortali à reſtitutione: & ſic non tenetur tunc fur ad eius reſtitutionem ſub mortali.

SVMMARIVM.

1 *FILIVSFAMILIAS accipiens mutuo pecunias; quomodo ſit à reſtitutione immunis.*

DIFFERENTIA DECIMA OCTAVA.

1 FILIVSFAM. accipiens mutuo pecuniam; in Foro exteriori non tenetur ad eius reſtitutionem, iuxta tex. in l. 1. ff. Ad Maced. quia mutuans tali filiofam. ex beneficio Maced. introducto in odium creditorum, & in fauorem parẽtum; & ad delicta coërcẽda (ſcilicet ne filii, ſi nõ habeãt vnde mutuum ſoluant, vitæ parentũ inſidientur; neve alia ſcelera perpetrent, habentes pecuniam; cùm illa ætas ſit ad vitia procliuior) amittit in pęnam mutuum; vt in l. Qui exceptionem. ff. de Condict. indeb. & d. l. 1. & l. Sed ſi pater. §. fin. ff. Ad Macedon.

In Foro verò animæ tenetur prædictus filiusfam. reſtituere mutuũ, ſecundũ Bart. in l. Si pœnæ cauſa. n. 2. ff. de Cõdict. indeb. quia naturaliter manet obligatus. l. Quia naturalis. ff. Ad Maced. & l. Sed ſi pater. 9. §. fin. ad fin. ff. eod. & d. l. Si pœnæ. ff. de Condict. indeb. iuncta ibi gl. ad fin.

Sed contra Bart. tenet Innoc. in c. Quia plerique. de Immunit. Eccl. Panor. in c. Nouit. n. 33. de Iud. Paul. in d. l. Si pœnæ cauſa. in fi. (licèt dicat, tutiorem eſſe opinionẽ Bart.) ſentit Bal. in c. 1. §. Si quis per triginta. ſi de feudd. fuer. controu. Colla. 10. & docet idẽ Bart. ſibi contrarius in Extrauag. Ad reprimendum. n. 12. addens adeò eſſe tutum in conſcientia, vt nec per viam denũciationis iudicialis poſsit filiusfam. conueniri. Vide Abb. dict. c. Quia plerique. nu. 26. vbi idem docet. Et ſi conueniatur, poterit opponere cõtra creditorem prædictam exceptionem beneficii Macedoniani. ſequitur Panor. vbi ſuprà, vbi dicit, licèt obligatio naturalis teneat filiumfam. tamẽ huic obligationi pręiudicare prædictum beneficium Macedonianũ, cõcedens legitimam exceptionem. Eſt enim eliſa eius efficacia propter authoritatẽ legis ex iuſta, & honeſta cauſa diſponentis. Et ſic eo in caſu nihil operatur. vndè cũ nihil ſit apud filiumſam. cuius dominium non habeat: nam rei ſibi mutuatæ dominiũ in eum tranſiit; iuxt. l. 2. ff. Si cert. pet. Et cõtra actionem, quæ contra eum intentari poteſt, habet legitimam exceptionẽ, quæ ſibi data eſt ab eo qui actionẽ dedit; liquet tutũ eſſe in vtroque Foro, ſecundũ Inno. & Abb. ſup. (ſed hoc non benè infertur, cùm exceptio illa ſolùm ſpectet ad Forum iudiciale) Et cõfirmatur; quia non ſemper obligatio naturalis obligat in conſcientia; vt patet in eo qui ex maleficio obligatur ad pœnã; per notata infrà Diff. 45. Et in hærede, quoàd Falcidiam, & Trebellianicã; vt in c. Raynũcius. & cap. Rainaldus. de Teſtam. vbi Papa pronunciauit has quartas poſſe retineri in conſciẽtia; licèt aliàs hæres ad integra legata ſoluenda, & totã hæreditatẽ fideicõmiſſario reſtituendam naturaliter teneatur. De his vide verb. Hęreditas. Diff. 5. Facit etiam liberatum ex pœnali diſpoſitione, tutũ eſſe in Foro conſcientiæ; licèt aliàs teneatur naturaliter; vt dictum eſt verb. Debitũ. Diff. 6.

His tamen nõ obſtãtibus, verior eſt prior ſentẽtia Bar. d. l. Si pœnæ. quam tuetur Couar. in c. Quamuis pactũ. 2. p. §. 3. nu. 4. dicit communem poſt alios Padilla in l. Cùm quis. n. 31. C. de Iuris & fact. igno. & Rebel. de Obliga. ius. 2. par. lib. 8. quæſt. 2. nu. 16. quam ſatis probat d. l. Sed ſi. §. fi. ibi, *Quia bidemũ ſolutum nõ repetunt, qui ob pœnam creditorum actione liberantur: non quia exonerare eos lex voluerit.* Intellige tamẽ prædicta, prout reſoluimus verbo Hęreditas, dicta Diff. 5.

Et obſerua ſi creditor mutuans filiofam. non fuit in culpa mutuando: quia ſcilicet id fecit

id fecit ex charitate, vel ignorans eſſe filiũ fam.vel aliter: tunc ſine cõtrouerſia tenebitur filiusfam.reſtituere id quod mutuo accepit, in conſcientia; vt habetur 1.tom.Communium opinion. lib. 4. tit. 18. numer. 2. pag.592.& docet Anton.de Butrio in cap. Quæ in Eclleſiarum.numer.7.& 8. de Immunitat.Eccleſ.Iacob.de Graffis lib.2. cap. 10.num.33.facit gloſſ.l.Tamen.11.ff. Ad Macedo.

SVMMARIVM.

1 *SERVVS, minor, Regularis, & ſimiles ludentes cum maiore, & lucrantes; an teneantur ad aliquam reſtitutionem.*

DIFFERENTIA DECIMA NONA.

1 MINOR filiusfamil. Regularis; coniugata, ſeruus, & quiuis alius non habens adminiſtrationem liberam rerum, ſi ludat cum aliquo maiore libero, & illius ſtatum ſciente, ſi lucretur; nõ tenetur ad reſtitutionem eorum.Ita Nauar.cap.19.num.14. Henriq. de Indulgent.cap.35.§.6.Ratio eſt, quia imputãdum eſt maiori ſcienter cum tali, non domino, ludere voluiſſe. & præſumendum eſt inſuper voluiſſe eidem donare lucra. Sed Couar. in regul.Peccatum.2.part.§.4. nu. 4. tenet contrarium, nempe præfatum minorem teneri ad reſtitutionem; quemadmodum & maiorem cum eo ludẽtem, ſi lucraretur; vt ſeruetur æqualitas in tali actione, & conditionali cõtractu. Idem tenet Alph. à Caſtro lib.2.de Lege pœn.cap.2.corol.2. & Sot.lib.4.de Iuſt.quæſt.5.art.2.

Sed poſſunt cõcordari d.opiniones, videlicet primã Naua. eſſe intelligẽdam in Foro exteriore, ſi repetantur: quia imputandũ eſt maiori cum tali ludere voluiſſe: ob quã culpam condemnabitur ad eorum amiſsionem, & abſoluetur minor. Secundam verò Soti, & Coua.in Foro interiore. Et ratio eſt quoàd hunc Forum animæ. Quia licèt maior ſciat ſtatum colludentis: putat tamen poſſe à colludente illas pecunias perdi; & hac fide ludit cum eo. Non enim eſt credibile maiorem ludere cępiſſe animo donandi lucra; cùm nihil tam alienum, & procul à ludentibus ſit, quàm donare, quæ ludendo amittent; cùm cupiditate multa appetant ſępe etiam aliena. Porrò, licet prudenter faceret maior ſi ſtatim interrogaret colludentem, an poſsit alienare, & ludere, quæ habet: id tamen nemo interrogare audet; maximè ſi perſona ſit honorata, ne infamet eum de furto. Deinde licèt maior mereatur propter ſuam culpam, amittere quæ ludendo perdidit: id tamen requirit ſententiam iudicis, quam ipſe contra ſe ferre minimè tenetur. Cùm igitur minor nõ poſſit lucra retinere vigore dictæ tacitę donationis; ſequitur teneri in Foro animæ ea reſtituere; ſicut omnes ſine hęſitatione concedunt quando mentitur, & dicit ſe poſſe ludere, & alienare quæ habet. Idem dicendum puto quando ingerit ſe ludo: quia ſic decipit colludentem, putantem poſſe alienare quæ amittat: qui contrarium non tenetur credere; ne in iudicium deflexum temerè incidat. Vno tamen in caſu non tenebitur reſtituere; quando conſtat habere pecunias ad ludendum, permiſſu Superiorum. Multi enim ex prædictis habent pecunias cum volũtate, & aſſenſu ſuorum maiorum, qui eas tribuunt, vt poſsint recreari, & ipſis frui, & expẽdere in res ipſis benè viſas. Cõſtito igitur de veritate in Foro pœnitentiali, nimirùm non eſſe minoris quæ ludit; meritò debet compelli ad lucra reſtituenda; licèt in Foro iudiciali ſecùs eſſet, propter rationes ſuprà relatas.

SVMMARIVM.

1 *LVdo prohibito quæſita, an debeãt reſtitui.*
2 *Vel poſsint repeti.*
3 *Lucrata, pecunia credita, an debeantur. Et an poſsint retineri ſi ſoluantur.*
4 *Inducens importunis precibus alium ad ludendum; ad quid teneatur.*

DIF-

Digitized by Google

DIFFERENTIA VIGESIMA.

1 QVAESITA in ludo, etiam prohibito, non ſunt reſtituẽda in Foro interiori; ſed poteſt quis tuta conſcientia ea penes ſe retinere. Ita poſt alios tenet Rodrig. in Explica. Bullæ Compoſit. num. 31. Rebel. de Obligat. iuſti. 2. par. lib. 12. quæſt. 2. num. 2. & alii plurimi relati 1. tom. Commun. opin. lib. 3. tit. 29. de Relig. & ſump. fu. num. 4. pag. 431. Ratio eſt, quia leges ludos prohibentes nõ impediunt dominium acquirendorum, ſeu translationẽ dominii quàd Forum conſciẽtiæ; nec incapaces reddũt ipſos ludentes ad talia lucra acquirenda; ſed tantùm in pœnã id ſtatuunt. vt in Auth. Alearum vſus. C. de Religioſ. & ſump. fun. & l. 1. ff. de Aleæ vſu & aleat. c. Inter dilectos. de Exceſ. Prælat. idq; meritò ſtatuerunt propter multa mala quæ ex ipſis ludis proueniunt. At pœna in Foro conſcientię non debetur, glo. in c. Fraternitas. 12. q. 2. Et faciunt dicta verbo Lex. Diff. 8. & verbo Pœna. Dif. 4. & ita tenet (vbi eſt conſuetudo non reſtituendi, vt eſt vbique) D. Tho. 2. 2. q. 32. art. 7. ad ſecũdum. Soto lib. 4. de Iuſti. q. 5. art. 2. in 4. concluſ. & Coua. poſt plures à ſe citatos in regul. Peccatum. 2. par. §. 4. num. 2. & 8. Salon 2. 2. q. 61. in tracta. de Dominio. quæſt. 5. Henriq. tit. de Indulg. c. 35. §. 6. Quicquid dicat Sot. poſt Hadria. lib. 1. de Iuſt. q. 6. ar. 6. in 8. arg. ad fi. putans legem ludorum non eſſe pœnalẽ, ſed impedire dominii tranſlationẽ. Idẽ Silu. verb. Ludus. q. 13. & alii citati ab Azor 1. p. lib. 2. c. 12. col. 146. in princip.

Quod procedit etiam in Clericis: nã cùm ſint domini fructuum ſuorum Beneficiorũ; licèt peccent conterendo malè tempus, & profundẽdo in luxus eoſdem fructus; poſſunt ludentes cum eis, tuta cõſcientia retinere quæ ab eis lucrati fuerint. Ita Couar. ſuprà num. 3. Rebel. vbi infr. quæſt. 1. num. 10. & Henriq. dict. §. 6. Et licèt ibi nullum verbum ſit de Clericis, ſeu Beneficiatis; tamen in Indice verb. Ludus. allegat dictum locũ pro Beneficiatis. Sed intellige hoc ſecũdũ ea quæ reſoluimus v. Beneficiũ. Dif. 6.

At in Foro contentioſo veniunt prædicta lucra de iure reſtituenda, ſi repetãtur; vt cõſtat ex dictis iuribus ſup. allegatis; in pęnã, vt dictum eſt, talis turpis quæſtus. Quia licèt ex ſe, & ex natura ſua ludus nõ ſit actus iniquus, & prauus; aliàs in nullo caſu eſſet licitus; cùm tamen poſsit eſſe actus meritorius; vt docet D. Tho. 2. 2. q. 168. art. 2. & Fr. Ludouic. Lop. 2. par. c. 31. propoſitione 1. Sot. lib. 4. de Iuſt. quæſt. 5. art. 2. nihilo minùs, quia eſt occaſio multorum peccatorũ, vt experientia rerum magiſtra nos docet: ideò meritò lege humana eſt prohibitus, maximè alearum ludus; vt habetur etiam in l. 3. de Ludo. Nouæ recopil. & tradit Sot. vbi ſuprà quæſt. 1. art. 2. Nauar. cap. 19. num. 3. Medin. in ſuo Inſtruct. Confeſſar. §. 29. de Reſtit. Lopez vbi ſuprà cap. 33. vbi dicit, Qui in ludo alearum pecuniam amiſerit, poteſt eam intra octo dies iudicio exteriori repetere; & lucrans tenebitur eamdem in Foro conſcientiæ reſtituere, poſtquàm per ſententiam Iudicis iuſſus fuerit eam reſtituere; per dictam l. 3. Nouæ recopi.

2 Aduerte tamen, quòd licèt de iure, & per varias leges municipales nedũ ludus alearum, ſed etiam quorũdam aliorum ſit prohibitus; concedãtque repetitionem deperditorum in ipſis, vt hactenus diximus: de conſuetudine tamen vniuerſali totius Orbis prædicta repetitio receſsit ab aula; & ſic quo ad reſtitutionem lucratorum in prędictis ludis prohibitis prædictæ leges ſunt abrogatæ. quicquid dicat Rebel. ſup. q. 1. n. 7. verſ. Hic obiter. Nec Panor. in cap. penul. de Vita, & honeſt. Cleric. dicit id ad quod ipſum allegat. Quæ quidem conſuetudo iure optimo obligationem reſtituendi ludo quęſita tollere potuit; cùm lege humana inducta ſit. vt docet D. Thom. dicto art. 7. ad ſecundũ, & dicit cõmunem Coua. ſup. nu. 3. Vnde hodie, ſtãte dicta cõſuetudine, tutus eſt in vtroq; Foro omnis ludens quoàd ludo quęſita. Adde Nauar. conſ. 1. quæſt. 6. de Conſtit.

Ex quo ſequitur, ceſſare hodie dubium, de quo per Sot. Naua. Medi. & Lop. locis ſup. citatis, videlicet an amiſſam in ludo pecuniam poſsit quis ſecretò ſibi recõpenſare; cùm præ pudore non audet eam repetere. Si enim in vtoque Foro eſt tutus, qui dictam pecuniã lucratus eſt; fruſtra quæritur, an amit-

an amittens poſsit pro ea ſibi recompenſationem in occulto facere. Poſſunt tamen habere locum, cùm quis tractus inuoluntariè per preces vehementes, vel opprobria, cõuitia & huiuſmodi, amiſit pecuniam. Nam in prædictis caſibus non amiſit dominium earum; & colluſor tenetur ad reſtitutionẽ: vt infrà videbis.

3 Præterea idem quod diximus quoàd ludo quæſita, pecunia præſenti; dicendum eſt quoàd quæſita eodem ludo, pecunia credita: nam licet in vtroque Foro non debeantur, vt docent poſt Hadrian. Couar. vbi ſup. & Sot. dicto lib. 4. de Iuſt. quæſt. 5. art. 2. & Cordub. caſu 94. ſi tamen ſoluantur; poterunt in conſcientia retineri; quia cenſetur ſoluens renuntiare priuilegio legis circa hoc ſtatuentis; iuri, ſcilicet & actioni, quam ad irritandum contractum concedit, vt docet idem Couar. ſup. num. 8. in fin. & Henriq. dicto §. 6. in text. & litera M. quod facere poſſe, cõſtat ex traditis per Bar. l. Si quis pro eo. num. 10. ff. de Fideiuſſo. Panor. cap. 1. num. 12. de Iureiu. Couar. cap. Quamuis pactum. 2. par. §. 3. num. 2. Barbo. l. Alia. 15. §. Eleganter. num. 32. ff. Solut. matrim.

4 Sed eſt pulchrum dubium, quid dicendum ſit de eo, qui precib. & perſuaſionibus vehemẽtibus traxit alium ad ſecum ludendũ; an ſcilicet teneatur ad reſtitutionem eorum, quę ab iſto attracto lucratus fuerit. In hoc dubio ſunt variæ Doctorũ opiniones. Quidam enim tenent partem affirmatiuam, vt Hadria. in 4. de Ludo. Cordub. lib. 1. Quæſt. q. 13. Dicto 4. Ioan. Medin. quæſt. 22. ad fin. Alii verò tenent negatiuã; niſi quando preces importunæ ſunt tales; vt pudore, aut cõuitiis quis omnino nolens trahatur. Itaq; quando quis ita traxit vi, vel precibus importunis, ruborem cauſantibus; vt ſi alius nõ luderet; inurbanus, & ignobilis haberetur: tunc attractor tenetur ad reſtitutionem. Et ita procedat opinio contraria, tenens partem affirmatiuam: aliàs ſecùs. Quia non aliter prædictæ preces inducunt metum; nec tollunt voluntatẽ, ſeu faciunt inuoluntarium. vt poſt Caiet. explicat Couar. ſup. n. 7. Silu. verb. Ludus. q. 11. Dicto 3. Sot. dicta quæſt. 5. art. 2. ad fin. verſ. De illo autem. Pet. à Nauar. 1. tom. lib. 2. cap. 3. num. 447. quod puto verius. Idem tenet Rebel. de Obliga. iuſt. 2. p. lib. 1. q. 5. nu. 15. Adde ad prædicta Frã. Viui. lib. 2. Cõmu. opin. opinione 163. & habetur 1. tom. Commu. opin. pag. 456.

SVMMARIVM.

1 *PAVPERES hypocritæ ſtipem ſic extrahentes: an teneantur ad reſtitutionem.*

2 *Et quibus reſtituere debeant.*

DIFFERENTIA VIGESIMA PRIMA.

1 HYpocritæ pauperes, ſimulantes ſe ſanctos, aut religioſos, aut infirmos, vt hac ſimulatione eleemoſynas à fidelibus expiſcẽt, & extorqueant; in Foro interiori non tenentur eas reſtituere ipſis dominis, qui eas fecerũt. in hoc omnes cõueniũt. Nã ita tenet Inno. & Panor in c. Quia plerique. nu. 36. de Immunit. Eccl. Sot. lib. 9. de Iuſt. q 7. art. 3. Nauar. c. 17. n. 107. §. 18. Silu. verb. Reſtitutio. 3. quæſt. 10. §. 2. & alii paſsim. Ratio eſt, quia ſtatim quòd domini eas fecerunt, receperunt à Deo mercedem, & multò maiorem, quàm valeant temporales, atque caducæ pecuniæ. Et ideò eis nulla reſtitutio debetur. Quæ ratio ita militat in eleemoſynis quotidianis, & paruis; ſicut in magnis. & ideò tenenda non eſt diſtinctio Soti loco ſupra cit. quam meritò impugnat Naua. ſup. benè tamen admittẽda eſt limitatio, quam tradit Silu. & Nauar. ſup. videlicet, quòd ſi ob aliquã cauſam finalẽ, & non impulſiuã ex ſuprà dictis feciſſet quis eleemoſynas; tunc patefacta falſitate, & ſimulatione; eſſent eleemoſynæ reſtituendæ ipſis dominis. Ratio eſt, quia tunc non recipiunt à Deo mercedem; cùm non fiant propter ipſum principalitèr. Et ideò nil mirùm, ſi debeât eis reſtitui, cùm non habuerint animum donandi; niſi ob dictam cauſam, quam putabant veram: & ſi ſciuiſſent fuiſſe falſam, numquã eas feciſſent. Sed hic caſus

eſt d

Digitized by Google

eſt de rarò contingentibus. Quia cõmuniter eleemoſynæ fiũt principaliter propter Deum: licèt aliquando moueantur domini ex aliqua cauſa ſecundariò, quę non impedit tranſlationem dominii; licèt ſit falſa.

2 Viſo, quòd prædictæ elemoſynæ non ſunt reſtituendæ his qui eas fecerunt: videamus nunc quibus ſint reſtituendæ. Et quamuis communiter teneatur, quòd ſunt reſtituendæ pauperibus; vt tradunt ſuprà citati authores. Mihi tamen videtur, nulli eſſe reſtituendas. Sed, quòd poſſunt ipſi hypocritæ penes ſe retinere. Et moueor primò. Quia verè, & abſolutè ipſi domini eas faciũt ſine vlla cõditione, & cõſequenter transferunt dominium earum in ipſos recipientes. Et quidem de paruis, & quotidianis, id fatetur Sot. Nec minùs fatendum eſt de magnis. Quia etiam in ipſis nullam apponunt conditionem: & conditio illa in mente retenta, quam aliqui opinantur, non obligat in conſcientia; neque qualificat datum; nec facit ipſum conditionale, ex l. Si repetẽdi. C. de Cond. ob cauſ. dat. Prætereà, præſumptio illa, quòd non habuerunt animum donandi, quæ inſurgit ex magnis eleemoſynis, data falſitate ex parte recipientium eas, non eſt pro Foro interiori; ſed exteriori; vt dicit Nauar ſuprà. Nec aliquam veram fraudem prætendere poſſunt domini in hoc facto, ex quo coram Deo conſecuti ſunt tam amplam mercedẽ. Quare non video rationem concludẽtem, per quam teneantur dicti hypocritæ reſtituere prædictas eleemõſynas, antequàm per ſententiam ad id compellantur.

In Foro tamen exteriori ob fraudem cõmiſſam ex parte ipſorum, non ſolùm compellentur in pœnam eas reſtituere; ſed etiã fuſtibus cædentur, vel aliis pœnis plectẽtur.

Sed, ne videar nouas introducere opiniones, à communi diſcedendum non puto; & ſic, quòd prædictæ eleemoſynæ in Foro interiori ſunt pauperibus reſtituendæ. Maximè, quòd fraus per eos adhibita non excuſatur, ex eo, quòd dantes pecunias lucrati ſunt in anima, ex tex. ſingul. in cap. Conſtituit. 20. quæſt. 3. vbi bona illius, qui per fraudem, & auaritiam Abbatis, fit religioſus, nõ remanent penes Monaſterium; ſed reſtituuntur hæredibus ingreſſi; quem ad hoc dicit ſingul. Panor. in cap. Cùm dilectus. ad fin. de His quæ vi. Nauar. comment. 2. de Regul. num. 31. Viui. lib. 1. deciſ. 160. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *PRAEDO ſi ſpolietur, à tertio; an ſit reſtituendus: vel poſſit res domino tradi.*

DIFFERENTIA VIGESIMA SECVNDA.

1 REGVLA iuris eſt, quòd prædo ſi ſpolietur, reſtituendus eſt; vt l. 1. §. Qui à me. ff. de Vi. & vi arm. cap. In literis. de Reſtit. ſpol. Etiam ſi in iudicio conſtet, eſſe prædonem; vt poſt Bart. & Ioan. Andr. tradit Iaſ. in l. Cùm filio familias. num. 129. de Lega. 1. Panor. dict. cap. In literis. num. 9. ad fin. & ibid. Beroi. num. 71. Hyppo. ſing. 11. Nauar. cap. 17. num. 29. verſ. Quintò. Ant. Rube. in l. Naturaliter. §. Nihil commune. numer. 177. ff. de Acq. poſ. Quod verùm, vbi ſpolium factum fuit à tertio. ex gl. 3. cap. Ad decimas. de Reſt. ſpol. in 6. Quicquid in cõtrarium teneat communis, de qua per Meno. de Recupe. remed. 1. quæſt. 11. num. 113. Beroi. ſup. num. 68. & Staphil. de Liter. gratiæ. ſub rub. de Signatura literarum iuſtitiæ. §. Vtrum autem. num. 13. & tenent Inno. Imol. & Corſe. citati à Couar. in 4. 2. part. capit. 7. §. 5. numer. 10.

Et eſt ratio, quia quando prędo agit de ſpolio contra tertium; intereſt ei, vt res ſibi reſtituatur, & non maneat in poſſe alterius; quippe qui tenetur domino rei tam ratione rei acceptæ, quàm ratiõne iniquę acceptionis. Et non eſt rationi congruum, quòd in pari iniquitate, prædonis ſcilicet, & ſpoliantis; faueatur potius ſpolianti, quia aliàs daretur occaſio faciendi infinitas ſpoliationes, & remaneret ſpolium (quod iura nis

Digitized by Google

mis odiunt) impunitum. Nec obſtat,quòd etiam tũc prędo remanet impunitus, & res ei reſtituitur, cuius eſt iniquus detentor: & ſic videtur Iudex cooperari in eius peccato, reſtituendo ei rem, quam ipſe ſine peccato detinere non poteſt. Nam reſpondetur, Iudicem non debere eſſe vllius procuratorẽ: hoc enim eſt quod dicitur; Iudicem non teneri, nec debere impertiri officium ſuum in vtilitatem priuatam; niſi requiratur à parte. Dùm ergo non apparet in iudicio dominus, rem a ſe deprędatam petens: non eſt cur Iudex deneget prędoni reſtitutionẽ. immò nec poteſt; cùm ab eo requiratur quod iuſtum eſt; nempè, quòd ſpoliator ex ſua malitia, & ſpolio commodum non reportet: ſed rem reſtituat,quę eſt alterius, & quam propria auctoritate, & per vim male abſtulit.

De ſpolio autem facto à domino, in ſequenti differentia dicemus.

Nec obſtat,dolo facere qui petit quod ſtatim reſtituere debet. l.Dolo. ff. de Doli except. Nã dicta regula fallit in interdicto vnde vi;ſecundùm communem in dict. cap.In literis, & probatur in l. 1.§.Si quis. ff.Quorum lega.

In Foro verò conſcientiæ nõ tenetur ſpoliator præcisè reſtituere rem prędoni: ſed poteſt eam reſtituere domino; ſecundùm Silu. verb. Reſtitutio. 4. quæſt. 1. ad fin. & quæſt. 3. Caiet. eod verb. Rip. reſponſo 26. numer. 20. Panor. dict. cap. In literis. Nauar. cap. 17. num. 28. cum ſeq. Alcocer in tract. del Iuego.cap. 18.& cap. 57. & Rebel. de Obliga. iuſt. 1. par. lib. 2. quæſt. 9. numer. 7. Maxime vbi veriſimiliter timeri poteſt (vt contingit vt plurimum) quòd ſi furi res reſtituatur; ipſe eam domino minime reddet. Rem enim furto ſublatã ſi quis reſtituat furi, cùm deberet eã domino reddere; ſi fur non reſtituat; tenebitur valorem eius domino reſtituere; ſecundùm Nauar. conſ. 7. de Furt.& Soto lib. 4. de Iuſt.quęſt. 7. art. 1. arg. l.fin. §. 1. ff. Quæ in fraud. Et meritò, quia tã ſpoliator, quam fur æqualiter tenentur actione furti ipſi domino. §. Furtum. Inſt.de Obligat.quæ ex delic.naſc. Ideò magna cautela in hac reſtitutione adhibenda eſt. Cautela quidem videtur optima, ſi res penes Iudicem deponatur; vel apud alium. Quando verò timeret ſpoliator aliquod damnum honoris, perſonæ,aut aliam moleſtiam ex parte prędonis; excuſaretur quoad Deum ſi ipſi,& non domino reſtitueret; vt not. Nauar. vbi ſup.

Tãdẽ circa dict. regulã vide latiſsimè per Gabriel. 3.tom. commun opin. lib. 5. tit. de Reſtitutione. ſpol.concluſione 1.& per Iaſ. dict. §. Nihil commune. & per Soci. reg. Spoliatus. quibus in locis ponuntur. 300. limit. & 50. ampl. ad eam.

Et caſu, quo ſpoliator rem verò domino reſtituat;oportebit de hoc facere certiorem ipſum prędonem;vt ſic ſciat, ſe iam à reſtitutione illius immunem eſſe. Quòd ſi re domino reſtituta, agat prędo de ſpolio; cenſeo tunc Iudicem non teneri, nec poſſe cõdemnare ſpoliatorem ad eam reſtituendã; cõſtito quòd res ſit vero domino reſtituta; cùm tunc ceſſent rationes,de quibus ſuprà. Conducunt not. verb. Contractus. Differentia 11.

DIFFERENTIA VIGESIMA TERTIA.

ORDINATIO Luſitan. lib. 3. tit. 17. §. 6. quatenus habet, Arbitramentum ſemel factum, & ſignatum, retractari non poſſe occaſione deceptionis infrà ſextam partem iuſti pretii; procedit tantùm quoàd Forum exterius.

Et non quoàd interius; per not.verb.Cõtractus. Different. 2. Adde Pinel. 2.par.cap. 1. num. 3. C.de Reſcin.vendi. Vnde is cuius fauore factum eſt arbitramentum, ſi intelligat deceptionem; tenebitur in conſcientia reſtituere alteri parti id, in quo facta fuit deceptio: quamuis quoàd Forum iudiciale ſecurus ſit.

SVMMARIVM.

1 PRAEDO, *ſi à domino ſpolietur; an ſit reſtituendus.*

Digitized by Google

DIFFERENTIA VIGESIMA QVARTA.

1 DOMINVS ſpolians latronem re ſua; in Foro exteriore compellitur eam reſtituere prædoni, in odium ſui ſpolii; quantumuis dicat, ſe eſſe eius rei dominum: niſi id in continenti probaret per aliqua indubitata inſtrumenta. Secùs ſi per teſtes. ita probat tex. & ibi communis in cap. In literis. de Reſt. ſpol. docet Couar. in 4. 2. par. cap. 7. §. 5. num. 10. & in regula Peccatum. 2. parte. §. 4. num. 8. verſ. Sed & ſemota. in fin. vbi dicit. *Secùs eſſe in Foro interiore, & conſciẽtiæ.* Idem tenet Soto lib. 3. de Iuſti. quæſt. 4. art. 5. §. Nihilominus. Ratio eſt, quia licèt ſpolians malè fecerit, ius ſibi dicendo; & ob id ſit pœnitentia dignus. D. Tho. 2. 2. quæſt. 66. art. 5. ad Tertium. Soto ſup. q. 3. art. 1. & 3. ad Tertium. Mercado tract. 4. de Reſtit. cap. 15. fol. 222. Non tamen tenetur eam reſtituere. Nã vbi quis habet repetitionem, vt in iſto caſu; non eſt cur reſtituat, & poſtea repetat; vt ſic euitetur circuitus, aliàs inutilis; ſaltem in Foro animæ. Eſt etiam iuri, ac rationi magis conſentaneum vt ipſe dominus remaneat cum ſuâ re, quàm vt prędoni reſtituatur, quam ſine peccato tenere non poteſt.

Qua ratione etiam in Foro iudiciali ſi notoriè conſtet in iudicio, ſeu proceſſu, & in actis, ſimul ſpoliantem in re ius habere, ad ſpoliatum verò minimè eamdem rẽ pertinere: erit reſtitutio dicto ſpoliato deneganda. ex gl. 3. in cap. Ad decimas. de Reſt. ſpol. lib. 6. Anto. Abb. & Imol. dict. cap. In literis. & communi, ſecundùm Couar. dict. cap. 7. §. 5. num. 10.

Conferunt dicta verb. Compenſatio. in Differentia 5.

SVMMARIVM.

1 *DAMNVM datum in re acquirenda: an ſit in conſideratione, ſicut in re acquiſita.*

2 *Prælatus an poſſit repudiare legatum, vel hæreditatem Monaſterio relictam.*

DIFFERENTIA VIGESIMA QVINTA.

1 MAGNVM eſt diſcrimen in iure, & Foro exteriori, inter iacturam, & lucrum; ſiue inter damnum rei acquiſitæ, & rei acquirendæ. vt l. 2. §. Si nauis. Ibi, *Quoniam detrimenti, non lucri ſit præſtatio.* ff. de Lege Rhod. de Iactu. docet Iaſ. l. 1. §. Si hæres. n. 12. ad Trebel. & Nauar. cap. Non in inferenda. 23. quæſt. 3. num. 8. 28. & 39. Vide exemplum verb. Debitum. Differentia 4. vbi non permittitur aliquibus perſonis dãnum dare ſuis bonis: benè tamen nõ lucrari. Vide aliud, quia ſeruus poteſt nocere in quærendis, & non in quæſitis, l. Seruus. cũ gl. C. de Pact. Item aliud per gl. fin. in cap. fin. 16. quæſt. 6. vbi Prælatus poteſt præiudicare in quærendis, & non in quæſitis; quam gl. ſequitur Pala. Ruui. in rep. Rub. de Dona. inter vir. §. 47. num. 5. Rip. Reſpon. 62. incip. In cauſa. num. 8. & in l. Legatum. num. 9. ff. de Lega. 1. vbi dicit communem, & Iaſ. ibid. num. 19. cum ſeq. Pute. deciſ. 519. lib. 2. Decius conſ. 588. incip. Viſo puncto. num. 15. & ibi bona additio, & conſ. 624. incip. Copioſè. nu. 9. Nauar. conſ. 3. de Accuſa. nu. 1. Ange. verb. Emphyteoſis. num. 21. & eſt ſimil. gl. in §. Sed notandum eſt. 17. quæſt. 4. & gl. 3. in cap. 2. de Dona.

2 Et per illam gloſ. dicit Abb. in cap. Tuã. num. 9. de his quæ fiunt à Præla. poſt Card. & Imol. ibi. & fuit originale Dictũ Federi. conſ. 24. ſolum Prælatum poſſe repudiare legatum relictum ſuæ Eccleſiæ; per tex. in l. Qui autem. ff. Quæ in fraud. cred. vbi repudiare legatum, non eſt illud alienare. Et hanc opinionem dicit communem Corſetus. in Reperto. ad Abb. verb. Prælatus. verſ. 47. Idem tenet Abb. conſ. 31. num. 1. vol. 1. vbi dicit ſolum Prælatum ſine alia ſolennitate poſſe repudiare longam hæreditatem, etiam rei immobilis, Eccleſię relictam.

Digitized by Google

liſtam. Idem docet in legato Federi. conſ. 9. Quamuis opinio contraria ſit magis cōmunis ſecundùm Alex. dict.l.Legatum.nu. 2. & ibi Paul. & Anchar. & Imol. in cap. 1. de Rebus Eccle. non alie. & Felin. in cap. Contingit. num. 5. de Sentent. excom. & Veral. deciſ. 359. par. 2. quorum fundamentis reſpondet Alex. vbi ſup. defendens priorem opinioné. Sed dic tunc poſſe Prælatum, Epiſcopum, & Capitulum repudiare legatum, ſeu hæreditatem ſine ſolennitate, & ſine metu Paulinæ, quando non eſt acceptata; vel quando acceptatur, non ad retinendum; ſed ad ſtatim renunciandum in fauorem alterius. Ita colligitur ex Puteo vbi ſup. adde Feli. in cap. Quæ in Eccleſiarum. numero 50. de Conſtitu.

Et in confirmatione opinionis dict. gl. ſi. facit; quòd ſi Prelatus eſt Religioſus, videtur æquum è paupertati quam profitetur conſonum (cùm vita Religioſorum ſit vita Apoſtolica, & vita Chriſti Saluatoris noſtri) poſſit repudiare quoduis legatum, & hæreditatem, & donationem: ne occaſione eorum, in lites Religioſi proſiliant, & cogantur per tribunalia ſecularia vagari.

Sed in Foro animæ nullum eſt diſcrimen: quia tam tenetur quis ad reſtitutioné lucri impediti, quàm damni dati: vt tradit Cordub. lib. 1. Quæſt. quæſt. 26. pag. 224. verſ. Et quamuis.

SVMMARIVM.

1 *EMENS ſcienter à fure rem furtiuam, quę vſu conſumitur, & recipit functionem in genere ſuo; an teneatur ad reſtitutionem æſtimationis, etiam ſi fur habeat aliàs vnde reſtituat.*

DIFFERENTIA VIGESIMA SEXTA.

1 EMENS vel quocumque alio titulo recipiens ſcienter à fure rem furto ablatam, quæ vſu cōſumitur, functionemque recipit in genere ſuo; vt eſt pecunia, frumentum, vinum, oleum, & ſimilia; ſi fur aliàs habeat vnde valorem rei reſtituat: in Foro interiore non tenetur ad eam reſtituendam, ſi extet; nec eius æſtimationem, ſi eam conſumpſit: licèt ſecùs ſi in Foro exteriore; per l. Si in emptione. §. Item ſi. ff. de Contrah. empt. Ita tradit Ioan. à Medin. in C. de Reſtit. quæſt. 10. ſic limitans l. Eos. C. de Furt. & l. Seruus. ff. de Condict. indeb. & cap. Qui cum fure. de Furt. quibus probatur habentem à fure rem furtiuam quocumque titulo id ſit, teneri ad eius reſtitutionem, ſi extet. Si verò ſit cōſumpta, ad eius æſtimationem; vt ſcilicet procedant in his rebus quæ vſu non conſumuntur, nec recipiunt functionem in genere ſuo, in quibus in vtroque Foro eſt facienda reſtitutio. In aliis autem rebus, quæ recipiunt functionem in genere ſuo, intelligendas eſſe in Foro tantùm exteriori, non tamen in interiori. Mouetur, quia in prædictis rebus quæ vſu conſumuntur eo ipſo quòd fur eas alienat, deſinunt eſſe alienæ, & transferuntur ad dominium recipientis, ſi alias fur per hanc tranſlationē non fiat impotens ad ęſtimationem rei ſoluendam priori domino.

Sed ſalua pace tanti viri prædicta limitatio, & diſtinctio nullo iure probatur: immò eſt contra iura expreſſa; vt eſt tex. in l. Rogaſti. §. vlt. ff. Si cert. petat. ex quo conſtat etiam in iis rebus, quę functionem recipiunt, conſumptione transferri dominiū earū, cùm facta fuerit bona fide. Alioquin ſi mala fide facta ſit, (vt eſt noſter caſus) poſſe rem apud quemcumque extantem, à domino vendicari. ſi verò conſumpta ſit; contra dolo conſumentem, dominum agere actione ad exhibendum, quę dominium agentis ſupponit, & realis eſt. Idem probatur in l. Nam & ſi fur. ff. eodem tit. vbi conſtat tunc demum pecuniam furto ablatam effici recipientis à fure, cùm eam is bona fide conſumpſerit. Et ita prædicta iura Doctores communiter interpretantur. Vnde meritò dictam opinionem Medinę, vti falſam, & contra iura, reprobat & impugnat Couar. in regul. Peccatum. 3. part. in initio,

Digitized by Google

in initio, num. 2. Adde ad prædicta quę diximus verb. Repetitio. in Differentia 5.

Sed Rebel. de Obliga. iuſt. 2. par. lib. 1. quæſt. 7. n. 8. nititur ſaluare dictã opinionẽ Medinæ cum certis conditionibus: vult enim, ꝙ ſi emptor rei furtiuæ ſibi veriſimiliter perſuadeat, furem ęſtimationem ſoluturum ſine vlla moleſtia, vel damno domini; habeatque firmum propoſitum reſtituẽdi eam, ſi extet; vel eius æſtimationem ſoluendi, ſi fortè fur tempore debito non perſoluerit: eo in caſu, licitè eam emere poſſe, & retinere atque conſumere: alioquin accipiendo peccaturũ. Sed miror tales cõditiones exigere ab emptoribus malæ fidei, & à latronibus, & furibus alienantibus: cùm tales nihil minus in animo habeant, quam dictarum rerum reſtitutionem. Quare ſimpliciter tene illicitam eſſe in vtroque Foro venditionem, & emptionem quarumcunque rerum furto ablatarum ſcienter factas: niſi in caſu, de quo verb. Repetitio. Differentia 1. cum ſemper extra illum cõtrectatio fiat inuito domino. Adde notat. verb. Venditio. Differentia 9.

SVMMARIVM.

1 *FVR vendens rem furtiuam ſcienti; an teneatur pretium reſtituere.*

DIFFERENTIA VIGESIMA SEPTIMA.

1 FVR vendens rem furtiuam ſcienti, tutus eſt in Foro exteriori ſuper pretium. Quia etiam ſi res euincatur ab emente; non poterit agi contra eum de pretio per ipſum emptorem; cùm eidem obſtet turpitudo ipſius, niſi expreſsè cauerit de euictione, l. Si fundum. 27. C. de Euict. cap. Ea enim. §. Qui verò. in fin. 10. quæſt. 2. cap. Iubemus. §. Vniuerſas. 16. quęſt. 3. Et tenent alii, quorum meminit gl. verb. Meliùs. dict. §. Qui vero. quãuis ipſa teneat contrarium; & male, vt conſtat ex iuribus citatis, & ex alia gl. ſibi contraria in cap. Vulteranæ. verb. Emptoribus. 12. quæſt. 2. & ex gl. cap. Imperialem. in prin. verb. Ex empto. de Prohibi. feud. alie. & ex Nauar. conſ. 5. de Emptio. nu. 18.

In Foro verò interiori, & conſcientiæ, nõ eſt tutus. Quia tenetur ad pretii reſtitutionem emptori, ſi ab eo res euincatur; vt palam eſt. Quin etiam, ſi emens antequàm à domino conueniatur, & ab eo res euincatur, eidem furi rem reſtituat: tenebitur fur ei in conſcientia pretium reddere; licèt in Foro exteriori ad id compelli non poſſet; per dict. l. Si fundum. & diximus verb. Repetitio. in Differentia 5.

Hinc collige vnum mente tenendum; videlicet ſi ad notitiam ementis ſcienter rem furtiuam peruenerit (vt quotidie contingit in rebus emptis ab iſtis Egiptiis, vulgò *Gitanos*, vel ab aliis de quibus ex vilitate pretii ſit certa præſumptio rem fuiſſe furatam) quis nam ſit dominus rei; & timeat à ſe, ipſam euicturum: poſſe ſibi tuta conſciẽtia conſulere, reſtituẽdo rem ipſi venditori, & ab eo pretium recuperare. Ita pulchrè poſt Alex. de Ales, Silu. verb. Reſtitutio. 3. quæſt. 7. Dicto 1. verſ. Quartò. & habes dicta, Differentia 5.

SVMMARIVM.

1 *EMENS bona fide rem furtiuam, & iuſſu Iudicis eam domino reſtituens; an agere poſſit de euictione contra venditorem.*

DIFFERENTIA VIGESIMA OCTAVA.

1 EMENS rem furtiuam bona fide, ſi condemnetur per Iudicem Fori exterioris ad rem domino reſtituẽdam: agere poterit poſteà de pretio contra venditorem. l. Si fundum. 27. C. de Euictio. cap. Vulteranæ 12. quæſt. 2. & ſi per plures emptores

Digitized by Google

emptores res tranſierit, vnus poteſt contra alium agere. l. Sed vbi. ff. de Minor. Silu. verb. Reſtitutio. 3. quæſt. 7. Dicto. 3 ad fi. Sed cedendo actionem euictionis, liberatur côuentus, l. In creditore ff. de Euictio. Nauar. cap. 17. num. 8. Vide de hoc late verb. Emptio. Differentia 7.

Si verò condemnetur per Iudicem Fori interioris, id eſt per Confeſſarium, & ad eius imperium reſtituat: non poterit agere de pretio contra venditorē, per textum notabilem in l. Rem hæreditariam. 65. ff. de Euiction. quatenus habet pro eo quod quis ſoluit nomine proprio, non cedi actionem contra alterum. per quem textum, ita tenet Silu. vbi ſupra.

Quare conſulendum eſt prædicto emptori per ipſum Confeſſarium, vt antequàm rem reſtituat, ſe faciat à domino iudicialiter citari, & denunciet venditori vt eum defendat, & ſeruet indemnem.

SVMMARIVM.

1 *VNO ex pluribus delinquentibus, vel damnificantibus, ſoluente, & ſatisfaciente; læſus ſatisfactus non tenetur illi cedere actionem ad recuperandum ab aliis eorum partes, in Foro exteriore. Secus in interiore.*

2 *Cùm plures in vno delicto concurrunt, ſi fiſcus vel pars læſa agat contra vnum; ſolutione iſtius non liberantur alii.*

3 *Principalis in facto, v. g. præcipiens, ſi ſoluerit integraliter; alii ad nihil tenentur.*

4 *Fallit in furtis, quoàd partes furto per alios ſublatas.*

5 *Qui dicantur principales.*

6 *In damnis illatis, omnes tenentur pro ſua parte.*

7 *In damnis datis per multos diuerſorum graduum: ſi minùs principalis ſoluat; cæteri inferiores manent liberi in Foro animæ: ſed non in exteriore. Sed illi qui ſunt ſuperiorū graduum tenentur ſoluenti in ſolidum.*

DIFFERENTIA VIGESIMA NONA.

1 CVM plures tenentur in ſolidum ex maleficio ad aliquā ſatisfactionem: ſi vnus ſoluerit, vel ſatisfecerit integraliter læſo; omnes alii remanent liberati in Foro exteriori, l. 1. C. de Condict. furti. Idem dic, ſi vni fiat remiſſio. Nam omnes manent liberi; quia non eſt in poteſtate creditoris vni facere gratiā cum iniuria alterius. Ita egregiè Caiet. 2. 2. quæſt. 62. art. 6. ad fin. Soto lib 4. quæſt. 7. art. 3. poſt ſolutionem. ad 2. Nec læſus ſatisfactus cedere poteſt actionem ei, qui totum ſoluit. l. Si plures. in 2. ff. de Admin. tutor. l. 1. §. Planè. ff. de Tutel. & ratio. diſt. Nec is qui ſoluit repetere poteſt ab aliis partem pro rata; quia obſtat ei eiuſdēmet turpitudo. Qua enim fronte petere poteſt ceſsionem, aut repetitionem partiū aliorum qui ex culpa ipſius damnatur? Ita ſtatuunt leges prædictæ, & gloſſa in l. Si quis. §. Is quoque. verb. Agendum. ff. de Action. & Bart. in l. 1. §. Si plures. in fine ff. de Eo per quem. facit gloſſa, & ibi Bart. in l. Quoniam. C. Ad l. Iul. de vi pub. vbi habes adunatum ad maleficium, ſi ibi perdat aliquas res, non recuperare à coadunatore; licèt ſecùs ſit in quaſi delicto, vt eſt tex. in l. Perceptione. 4. ff. de His qui effud. qui ita ſumatur per Bal. videlicet Nota quòd quando plures tenentur ex quaſi delicto, vnus ſoluens repetit partem ab alio. & not. Bart. ſuprà in fin. & Bal. in l. 1. C. de Cond. furt. ad fin. Ang. in §. Ex huiuſmodi. ad fin. Inſt. de Duob. reis ſtip.

At in Foro animæ tenetur læſus cedere; & is qui totum ſoluit, repetere poteſt ab aliis partes, ipſos contingentes. Ita D. Anton. poſt alios 2. part. tit. 1. cap. 12. §. 14. Silu. verb. Reſtitutio. 3. quæſt. 6. numer. 5. Rebel. de Obliga. iuſt. 1. par. lib. 2. quæſt. 15. numer. 5. & alii quos poſteà allegabimus. Ratio eſt, quia aliàs eſſet deterioris cōditionis ſoluēs, & pœnitēs, quā non ſoluēs, & rebellis. quod eſt abſurdū. & alii ex ſua malitia, & inobedientia cōmodū reportarēt, cōtra l. Non debet. in fin. ff. de Dolo.

Hæc

Digitized by Google

Hæc differẽtia,quia eſt notabilis, & multum practicabilis, indiget maiore explanatione. Quare pro clariore ipſius intelligentia; notandum eſt,duo præcipuè, vel tria in ipſa includi. Primum eſt,vno reſtituente, & ſatisfaciente læſo,ceteros qui in ſolidum etiam ipſi læſo tenebantur, manere liberos ab eo, ita vt nihil amplius reſtituere teneãtur. Quod probat text.notabilis in l.Et quidem.3.ff. De his qui effud.vel deiec. l.1. §. Si apud duos.ff. Depoſiti. & l.1.& ibi Bal. C.de Condict. furt. & l.Si plures.17.ff. de Dolo.& docet D. Thom.2.2.quæſt.62.art. 6.ad tertium.& artic.7.ad ſecundum. & eſt communis opinio, & ſine hæſitatione apud omnes. Ratio eſt, quia bona fides non patitur, vt idem debitum bis exigatur, l. Bona fides.ff.de Regul.iur.Item,quia rei reſtitutio non recipit pluralitatem.argum.l. Lucius.§.Impuberem.ff.de Legat.2. Idem docent Caiet.dicto art.6.Couar.in regul. Peccatum.2.par.§.12.num.3. D.Anton. 2.par. tit.1.capit.12.§.14.Mercad.cap.7.§.La primera es.Silu.vbi ſup.quæſt.6. Dicto 6.Ang. verb. Furtum.quæſt.16.Sot.in 4.lib.de Iuſt. & iur.quæſt.7.art.3.& alii quos citat Petr.à Nauar.tom.2.lib.3.capit.4.num.84.

2 Solùm hic eſt aduertendum, ſi ageretur per fiſcum contra iſtos delinquentes, vel per alios ad publicam vindictam, vel ad pœnam parti applicandam: ſolutione vnius non liberari alios, ſed vnumquemque teneri ad integram pœnam; vt in l. Item Mela.§.Si plures.& in l. Ita vulneratus.in fi. ff.Ad l.Aquil.& in l.1.C.de Condict.furt.& in l.Vulgaris.ad fin. verſ.Si duo. ff.de Furt. vbi gloſſa alia iura refert. & dicit communem Iul.Clar.in §.Furtum. num. fin. Ratio eſt, quia aliàs alii remanerent impuniti,contra dict.l. Ita vulneratus.& docet poſt Bart. Ang.& Fulgo.Iaſ.in l.Si quis id quod.n.39. & in l.Si familia.n.6.ff.de Iuriſdi omn.iudi.

Secundum eſt circa ceſſionem, nempe læſum cui totum ſoluitur, non debere, nec poſſe in Foro exteriore cedere actionem ſuam ipſi ſatisfacienti; & ſic à ſoluente non poſſe cogi damnificatum, vt ſibi cedat actiones ſuas. Ratio eſt quia nemo de improbitate ſua conſequitur actionem. l. Itaque.12.ff.de Furt. & hoc in pœnam proprii maleficii; vt dicit text. in allegata ſuperius l. Si plures. ff. de Dolo. Vnde meritò hæc priuatio ceſſionis, cùm ſit pœnalis,locum non habet in Foro conſcientiæ. & conſequenter tenebitur læſus cedere actionem ſuam dicto ſatisfacienti in totum; vt poſsit is coram Iudice Eccleſiaſtico per viam denunciationis Euangelicæ recuperare ab aliis partes ſuas; vt docent præcitati Doctores, & Petr.à Nauar.ſuprà num.85.

Tertium eſt circa reſtitutionem faciendam à ceteris ei qui totum ſoluit. In hoc ſunt multi modi dicendi, variæque traduntur diſtinctiones per Doctores, vt refert copioſè Petrus à Nauar. ſuprà à numero 86. vſque ad numerum 112. Et ne eos trãſcribere videar, dicam breui, quod circa hoc tenendum eſt, per ſequentes concluſiones.

3 Prima eſt,principales in facto; putà præcipientes, & quorum cauſa fit maleficium; ſi ſoluerint, vel ſatisfecerint integrè; nullus aliorum qui fuerunt ſocii ipſius, vel executores facti, tenetur eis aliquid reſtituere. Ita D.Thom.Secunda 2. quæſtione 62. art. 7.ad ſecundum.& in 4.diſtinct.15. quæſt.1. artic. vltim. quæſtiuncula 3. in fin. Silueſt. ſuprà,Dicto 5. Mercad.dicto cap.7. verſic. La primera regla.2.& 3. Ioan. à Medin. in C.de Reſtitut.quæſtione 8. §. Præſuppoſito.Cordub.quæſtione 131. D. Antonin. 2. part. tit. 1. capit.12.§. 14. Barth.Medin. in Summa, lib.1.cap.14.§.30. regul. 5. De la primera cabeça. Alcocer in Summa, capit. 21. & dicit probabiliorem Petr.à Nauar. ſuprà,numer. 97. Ratio eſt, quia principalis eſt cauſa totius damni; & ipſe prior omnibus tenetur in conſcientia ad damna illata per alios, eius contemplatione; & alii non,niſi ſecundariò, & in defectum ipſius. Hoc enim ſignificat, & comprehendit verbum, *Principalis*. & in hoc diſtinguitur ab aliis minus principalibus, ſeu ſecundariis.& conſequenter, ipſo ſoluente integraliter, nõ eſt cur alii ei reſtituant aliquid; quoniam ſi alii ſoluerent, ipſe teneretur in conſcientia eis omnia reſtituere; vt dicit D. Thom.ſuprà.

4 Secunda concluſio. In furtis omnes illi ad quos res furto ſublatæ perueniunt, dicuntur etiam principales quoad ſingulorũ

partes, ita vt vnuſquiſque teneatur illas reſtituere ei qui totum ſoluit, etiam ſi principalis, vel aliquis ex ſociis in totum ſatisfeciſſet. Ita D. Tho. ſuprà. vbi dicit illos qui ſunt principales in facto, & ad quos res per uenit, teneri aliis reſtituere qui reſtituerũt. Vbi æquiparat principalibus eos ad quos res perueniunt. Idem tenet artic.6. ad tertium. ſequitur Silueſt. verbo Reſtitutio. 3. quæſt.6. Dicto 7. vbi ex hoc loco D.Thom. (licèt corruptè allegato) infert eum qui rem habet, numquam eſſe liberum à reſtitutione, etiam ſi principalis ſatisfeciſſet; immò ſemper eſſe principalem quantum ad reſtitutionem, licèt non fuerit principalis in perpetratione delicti, vt probat text. in l. Item ſi. 14.§.Pędius. ff.Quod met.cauſ. Dictum D. Thom. ſuprà citatũ ſequuntur etiam Caietan.Secunda 2. quæſtione 62. 62.art.6. Sot.lib.4.de Iuſt.quæſt. 7. artic.3. in ſolutione ad ſecundum. Rodrig. verbo Hurto. capit. 152.num.12. ad fin. & Petr. à Nauar.ſuprà num. 88. dicens veriſsimum, omniumque ſententia receptiſsimum. Et in noſtro caſu tenetur ſatisfactus in Foro animæ cedere actionem ei qui totũ ſoluit, vt petat à ſingulis partem ſuam. Quin immo ſiue cedat, ſiue non cedat, tenentur alii in conſcientia ei qui totum ſoluit, ſuas partes reſtituere. Ratio eſt, quia vtiliter geſsit negotium eorum; & ideò tenentur habere ratum. l.Cũ pecunia. l.Soluendo. de Negot. geſt. optimè Couar. ſuprà num.4. Non autẽ tenentur in Foro iudiciali, vt poſt Summ. Confeſ. tenet Silu. ſuprà, Dicto. 6.

5 Ex his colligitur quinam dicantur principales. In primis, qui rem habet. Secũdo loco, qui iuſsit. Tertio loco, qui executus eſt, demptis his partibus quæ ad alios perueniunt. Nam in illis quilibet eſt principalis partis ſuæ, vt proximè diximus. Ita Siluest ſuprà. Adde quarto loco eum qui omnino induxit alios, ſecundùm Caiet. Sot. & Rodrig. ſuprà; quicquid dicat, ſeu inuoluat Pet. à Nauar. dict. cap.4. num.92. cum tribus ſequentibus. Quia talis inductor non minùs principalis eſt, quàm iuſſor; nec minùs operatur, & eſt cauſa totius damni illati, quàm iuſſor, vt palam eſt. Idem cum Caiet. tenet Angles in Florib. quarti lib. Senten. quæſt. incip. Quis teneatur reſtituere. dub. 1. concl. 1. & .3. & Bart. Medin. in Summa lib. 1. cap. 14. §. 30. Couar. in regul. Peccatum. 2. par. §. 12. nu. 2. adeò vt eo inductore reſtituente, ceteri inducti ad nihil ei teneantur; vt poſt Silueſt. Sot. & Cou. docet Rodriguez ſuprà.

6 Tertia concluſio. In damnis illatis (putà in combuſtione domus, vel ſegetum; & ſeminum conculcatione, in cuiuſuis occiſſione, in ſuffragiis pro indigno, in electionibus, & ſimilibus;) de communi conſenſu, & conſilio multorum: omnes tenentur pro æqualibus partibus & vno ſoluente pro omnibus, ceteri tenentur eidem reſtituere ſuas partes, & portiones. Ratio eſt, quia cùm pares ſint, ſeu in pari gradu reſpectu actionis iniuſtæ: par etiam debet eſſe portio ab vno quoq; reſtituenda ei qui pro omnibus ſatisfecit. Ita Couar. ſup. & Petr. à Nauar nu.96. Nec curandum eſt in hoc caſu de diſtinctione Caiet. ſup. de qua per eũdem Naua. num.90. an ſcilicet is qui pro omnibus ſoluit, iuſſet ad maleficium perpetrandũ ſine aliis, an non iuiſſet. Quia vtroq; caſu tenẽtur alii ſuas partes eidem reſtituere. Non enim intentio cauſat, vel tollit obligationem reſtitutionis; ſed iniuſtitia eſt cauſa ipſius. Qua exiſtente, & commiſſa æqualiter per multos; per conſequẽs omnes eos impingit, & conſequitur obligatio reſtitutionis, ſeu ſatisfactionis. præſertim quando in prædicta ſpecie, & caſu, non minùs eſt principalis quiſque in parte damni quod intulit, & ad eum ſpectat; quã is qui furatur cum aliis, & accipit partem ex furto. Quem teneri ad reſtitutionem, quãtumuis aliquis ſatisfecerit plenè pro omnibus, diximus in ſecunda concluſione.

Sed contra prædicta facit quando omnes cõcurrunt ad vnum, & idem factum, quẽlibet teneri in ſolidum; & vno ſoluente, omnes liberari; vt in l.1.C. de Condict. furt. & probat melior text. in l.Item Mela. §. 1. verſic. Si plures. & in l. Ita vulneratus. ad fin. (in exẽplo de trabe furata.) ff. ad l. Aquil. & dicemus copioſiùs in Differentia ſequenti. Sed dic ceteros liberari à læſo, & damnificato; non tamen à ſua obligatione quoàd ſoluentẽ; niſi ſolueret potiſsimus coadunator. & hoc in dãnis, iuxta primam concluſionẽ, in quibus ipſa procedit. ſecùs in furtis, vt in ſecunda.

Digitized by Google

7 Quarta concluſio. In damnis datis per multos diuerſorum graduum; puta quia vnus eſt iuſſor, alius executor, alius officialis qui ſciuit delictum antequàm fieret, & cùm poſſet ipſum impedire, non curauit; alius conſilium efficax præbens ſine quo aliàs damnum non fuiſſet factum, & alius opem ferens; ſoluente minùs principali, ceteri inferiorum graduum reſpectu illius, manent liberi. Qui autem in ſuperiore gradu ſunt, tenentur illi in ſolidum. Hanc concluſionem ponit Petr. à Nauar. ſuprà num. 97. & dicit eſſe Alcocer in Summa in dicto cap. 21. & Couar. dicto §. 12. num. 3. & in 3. regul. & Mercad. dicto cap. 7. verſic. La 1. regla 2. & 3. Ioan. à Medin. in C. de Reſtitut. quæſt. 8. §. Præſuppoſito. & alii citati in 1. concluſ. Hæc concluſio eſt valde notabilis, habetque duas partes. Prima eſt circa obligationem principalium quoàd minus principales. Altera de obligatione minùs principalium, quoàd inferiores. Prima itaque continet, minùs principale ſoluente totum, teneri ei principalem totum reſtituere. Quod probat text. notab. in l. 2. §. Doli mali. verſic. Si quis non homines. ff. de Vi bon. rapt. & ibi notat Bart. Idem docet (licèt ſub dubio) D. Anton. dicto cap. 12. §. 14 & Silueſt. ſuprà, Dicto 5. Couar. vbi ſuprà, licèt per viam vrbanitatis ſecundùm leges Mũdi. Dicit enim in dicta 3. regula, ſi plures vt ſocii, ab vno tamen ducti fuerint, teneri primo loco executorem. Quo reſtituente, ceteri ſunt liberi; neque illi ad aliquid tenentur: quamuis, Mundi legibus, magnæ ruſticitati daretur ſi Princeps in damno miſerum occiſorem non liberaret ab omni debito, ne ſua ſola cauſa totum ſolueret. Huius concluſionis rationem reddit Medin. Quia is (inquit) qui principalis eſt, tenetur in conſcientia primus ſoluere in totum; & alios indemnes reddere, non obſtante illorum turpitudine. Vnde ſi aliquis ex concurrentibus ſoluit in integrum quod principalis debebat: certè pro ipſo principali reſtituiſſe videtur. atque ita illi tenebitur principalis in integrum reſtituere. Faciunt & aliæ rationes per nos ſuprà traditæ pro prima concluſione, numer. 3. Facit etiam, ex omnium ſententia (vt docet Silueſt. ſuprà, Dicto 6. & Petr. à Nauar. nu. 99. ad fin) ſi remittat damnificatus damnũ minus principali, adhuc teneri principalem ei inſolidum. At ſi remittat principalis ad nihil tenetur minùs principalis. Et id ideo, quia minùs principalis ſubrogatur in locũ principalis, quaſi eius perſonam repræſentans. Non mirum ergo ſi minùs principali ſoluente in totum, teneatur principalis ſoluere integrè.

Prædicta omnia ſunt in confirmationem, & probationem vltimæ partis concluſionis, ſcilicet minùs principali ſoluẽte, teneri eidem eos in ſolidum, qui ſunt ſuperioris gradus.

Verumtamen quoàd primam partem, quæ habet, ſoluente minùs principali, ceteros inferioris gradus reſpectu illius manere liberos, nihil afferunt ad eius comprobationem. Et ſanè in ea non eſt parua difficultas in reddenda ratione. Sed dic tu ideò id eſſe quia in prædicto caſu, ceteri inferioris gradus habent minùs principalem, vt principalem. Et ſic cùm ſit ipſe reſpectu eorum, vt principalis: non mirandum ſi remaneant ceteri inferioris gradus liberi, ſoluente in totum dicto minùs principali. Poteſt etiam eſſe ratio, quia reuerà alii non tenentur niſi in ſubſidium, & in defectum, quando ſuperiores aliorum graduum (quorum eſt proprior obligatio, & ad quos propriùs ſpectat) non ſatisfeciſſent. Præterea cùm illi medii gradus ſoluerint quod debebant: non eſt cur velint (immo nec poſſunt licèt vellent,) aliquid recuperare ab aliis inferioris gradus, quos minùs reſtitutio tangebat. Quamuis quoàd Forum exterius omnes æqualiter conueniri poſſent in ſolidum, quia tenentur in ſolidũ, per iura ſuprà citata.

Et ita tenẽdum eſt, & iuxta hæc ſunt intelligendi Scotus in 4. diſtinct. 15. quæſtione 2. §. Et quartò. & Gabr. dub. illo 2. Palud. diſt. 15. quæſtione 2. artic. 5. verſic. Sic contra. Pedraza, precepto 7. §. 1. fol. 69. & alii quos refert, & ſequitur Petr. à Nauar. dicto capit. 4. numer. 107. quatenus dicunt vno ſoluente, ceteros manere obligatos illi pro parte quæ eos contingit. Intelligẽdi, inquã, ſunt dũ modo ſint omnes ęquales in gradu, aliàs ſecùs, quicquid in cõtrarium conetur probare Petr. à Nauar. ſuprà, cuius rationes

ſunt leues,& parui momenti. Nam primæ, ſcilicet eò quòd omnes verè damnum dederunt, debere etiam concurrere in eius ſatisfactionem, ſicut in actionem concurrerunt. Reſpond. ex natura cooperationis diuerſorum graduum intelligi teneri inferiores ſub tacita conditione;dum modò ſuperiores non ſoluerint, pro quibus ſponte ſe obſtrinxerunt ad reſtituendum. ſicut cùm famulus iuſſus à domino aſſociat dominū, & vterque dat ſimul damnum: perſpicuum eſt,licèt verè concurrerit cum domino; nulla ratione teneri domino, ſi ipſum totum ſoluerit dominus,vt tenebatur. Secunda ratio eſt friuola, modicique momenti; Sicut (inquit) quando ſunt pares in cooperatione, tenentur æquis partibus: ſic teneri debere inæqualibus, cùm ſunt inæquales in cooperatione. Nam primo in caſu omnes ſunt ęquè pręcipui, non ſecundo. Tertia ratio arguit à pacto,ad non pactum: & ſic à ſeparatis. Si conuenirent ſcilicet de ſoluendo vnoquoque ſuam partem, tenerentur. Ergo idem cenſendum erit ſi non conuenirent. Pactum enim facit legem; & de libero, obligatorium. Vnde primo in caſu,quādo præceſsit pactum; ratione pacti tenerētur, licèt aliàs de iure non tenerentur; vt in ſecundo caſu, de quo hic loquimur. Nec obſtat ſic(vt ipſe vult)reprimi tales lęſores. Quia ſatis reprimuntur à iure. Quandoquidem omnes obligat in ſolidum quoàd reſtitutionem læſo faciendam; & quoad pœnam ſimiliter corporalem, vel pecuniariā, arbitrio Iudicis imponendam.

SVMMARIVM.

1 *PLVRIBVS de cōmuni cōſilio homicidiū, vel aliud delictū collectiuè cōmittentib. omnes in ſolidū tenentur ad ſatisfactionem.*

2 *Secùs in furtis diſtributiuè factis.*

DIFFERENTIA TRIGESIMA.

1 CVM plures de communi conſilio, & aſſenſu ſe coadunant ad perpetrandum aliquod facinus;puta homicidium, furtum, combuſtionē domus,& ſimilia, & collectiue illud committunt: tunc (vt in præcedenti Differ. nu. 6. ad fin.diximus) omnes tenentur in ſolidum quoàd vtrumque Forum. Quia quilibet eſt cauſa totius damni; vt in l.Item Mela.§.Si plures.ff.Ad l.Aquil.& l.Vulgaris.§. vlt.ff.de Furt.Bart.in l. Qui ſeruo.§.Si duo. numer. 1. ff.eodem, vbi dicit, eo in caſu omnes teneri vt principales. Idem Bal.conſil.27.quæſt.2.vol.4.

Si verò diſtributiuè plura furta, vel damna faciunt;licèt in Foro exteriori fortè vnus cōpelleretur ſoluere pro omnibus: ſecùs in Foro animæ. niſi eſſet dux,ſiue præcipuus,& coadunator, ſiue conductor aliorum. ita ſingul.Bart.in l.2. §. Si quis homines.ff.de Vi bon. rapt. ſic intelligendus ſecundū Bal.d.conſil.27.quęſt.2.Adde Alex. conſ.103.col.2.vol.1.

Quod nota pro robariis, quæ fiunt per iſtos partiarios, ſiue *Bandoleros*,cùm vadūt ad villas,& domos rurales ad deprædandū. Nam tunc qui eſt caput factionis, & eos coadunat;tenetur ad omnia furta, & dāna: reliqui verò coadunati tantùm pro ſe ipſis, & partibus ſuis.quia non collectiuè,ſed diſtributiuè furantur: aliàs omnes tenerentur in ſolidum,ſecundùm Bal.ſup.& Naua. cap.17.nu.130.& Coua.lib.1.Varia.cap.3. num.12.

Et ſic intellige quod dicit idem Nauar. cap.17.num.19.nempe non teneri quem, niſi de eo,cuius eſt cauſa,vel cōcauſa. Nam in furtis, vel damnis vnius rei;vt bouis, trabis,combuſtionis domus,occiſionis hominis;quilibet eſt cauſa, & concauſa totius furti,& damni: & ſic quilibet tenetur in totum. At in furtis, & dānis diuerſarum rerū, licèt fiāt de cōmuni cōſilio,& cōſenſu plurimorū,nemo eſt cauſa omniū furtorū,& dānorū;ſed vnuſquiſq; eſt cauſa ſui furti tātū; & ſic quilibet tenetur tātū pro ſe ipſo. Excepto,ſi eſt aliquis inter eos iubēs,& Caporalis, cuius iuſſu vadunt ad dicta mala perpetranda: quia talis tenetur pro ſe, & pro aliis, & ſic in ſolidū. Excepto etiam quādo quilibet

Digitized by Google

quilibet ex coadunatis non fuiſſet ſuum facinus abſque aliis aggreſſurus: quia tunc vnuſquiſque eſt cõcauſa aliorum facinorum; & ſic tenebitur in ſolidum; vt ſingul. limitat Caiet. 2. 2. quæſt. 62. art. 6. Quã limitationem intellige veram in furtis, & damnis diuerſis, diſtributiuè factis. Nam in factis de vna re per omnes collectiuè; non eſt attendendum, an foret quiſque aggreſſurus facinus abſque aliis; nec ne. Nam, etſi foret ſolus aggreſſurus facinus abſque aliis, tenebitur quiſque de facto ſuo, & aliorum; vt docet egregiè Couar. im regul. Peccatum. 2. par. §. 12. nu. 4. Cuius ſublimitationis aſſignat rationem: quia ſcilicet; cùm omnes conueniunt ad facinus, quilibet eſt cauſa totius damni ſeu furti: & ſic quilibet teneri debet in ſolidum; vt probat text. in dicta l. vulgaris. §. Si duo. ff. de Furt.

SVMMARIVM.

1 *Comedens ſcienter cum Fure rem furto ablatam, in ſolidum tenetur in Foro iudiciali.*

2 *Non tamen in Foro conſcientiæ; niſi pro parte tantùm quam comedit: vel ſumptui ſuo domeſtico ſubtraxit.*

DIFFERENTIA TRIGESIMA PRIMA.

1 COMEDENS ſcienter rem furtiuam ſimul cum fure; in Foro iudiciali condemnari debet in ſolidum; idque in pœnam illius criminis quod commiſit ex illa furis in re furtiua ſocietate; vt probat text. in l. Eos. C. de Furt.

2 At in Foro animę, nõ tenetur niſi ad æſtimationem illius partis cuius particeps fuit, & comedit; quia ſolùm in illa parte contrectauit rem alienam, & particeps illius criminis fuit. & quoad reliquum quod venit in pœnam, non tenetur in Foro conſcientiæ ante condemnationem; iuxta ſæpe allegatã glo. receptam in c. Fraternitas. 12. q. 2. & ita notat Coua. in regula Peccatum. 3. p. in initio nu. 2. in fin. & Naua. c. 17. nu. 9. addens, ſi bona fide comedit; ſolum teneri ad illud, quod ob illum eſum domeſtico ſumptui ſubtraxit. & ſi nihil ſubtraxit, ad nihil teneri. Idem tradit Iacob. de Graffis in ſuis Deciſionibus caſuum conſcientiæ. lib. 2. c. 127. nu. 20. poſt Silu. verb. Furtum. q. 20. & Caiet. verb. Reſtitutio. 1. verſ. Tertiò.

SVMMARIVM.

1 *Differentes reſtitutionem ad tempus mortis, per hæredes faciendam, quam per ſe facere poterant, an ſint tuti in conſcientia.*

DIFFERENTIA TRIGESIMA SECVNDA.

1 FREQVENTER ſolet in praxi contingere, quòd reſtitutiones remittunt teſtatores ad hæredes ſuos, etiam ſi ipſi per ſe eas facere poſſint. durum enim, & perdifficile eſt pleriſque ſpoliare ſe in vita bonis quæ poſſident. Sed durius erit perferre in alia vita perpetuas inferni pœnas, quales præfati patientur; teſte Angel. verb. Reſtitutio. 3. quæſt. 2. Nauar. cap. 17. num. 64. Toledo lib. 5. capit. 24. num. 4. niſi ex aliqua iuſta cauſa excuſentur à reſtitutione per ſeipſos facienda; vt ſi per hæredem melius facienda erit. quod vix continget. Solum ergo remitti poſſunt ad hæredes illæ reſtitutiones, quæ per ipſoſmet teſtatores fieri nequeũt; vt quia vẽdi debẽt inſtrumẽta artis; vel caderet teſtator notabiliter à ſtatu ſuo; vel in omnibus aliis caſibus, in quibus quis deobligatus eſt à reſtitutione de præſenti: quos congerit Rebel. 1. par. lib. 2. quæſt. 17. cum ſeq. & Ang. ſup. & Leon. Læſsi. lib. 2. de Iuſti. capit. 16. per totum. Vide ad idem Silueſt. verbo Reſtitutio. 5. quæſtione 7. vbi duobus in caſibus excuſat teſtatorem, ſcilicet cùm certus eſt, retentionem non eſſe contra voluntatem domini. Secundò, quando irrationabiliter vellet ſtatim tradi, puta cum paruo damno ſuo, & magno debitoris. Vide latè per D. Anton. 2. par. tit. 2. c. 14. §. 25. & melius c. 8.

SVMMARIVM.

1 *SCHOLARES extorquentes Patentes à recenter venientibus ad Pupillaria; an teneantur eas reſtituere.*

DIFFERENTIA TRIGESIMA TERTIA.

1 SALMANTICAE eſt conſuetudo, à ſcholaribus qui ſimul in Pupillagiis viuũt, recepta; vt cùm aliquis ad eos recenter venit; ratione noui aduentus, faciant ei ſoluere vnum ientaculum, aut prandium, vulgò, *Patente*. Quæ conſuetudo quamuis in Foro exteriore reprobetur, ac per ſtatuta Vniuerſitatis puniatur;

In Foro tamen conſcientiæ valida eſt; ſecundùm Cordub. caſu 160. & Rodriguez verb. Hurto. cap. 144. num. 10. & ſic comedentes patentem illam, ad nullam tenentur reſtitutionem.

Nec obſtat, ſecundùm eos, illud ientaculum, vel prandium, per vim obtineri, contra voluntatem ſcilicet dantis illud: quia velit, nolit, cogũt eum vt illud ſoluat. Vnde videntur teneri ad reſtitutionem; per notata verbo Metus. Differ. 3. Nam reſpondent metum illum illatum, purgari poſteà; quia in aduentu aliorum recente, gaudent primi illi qui Patentes ſoluerant, de ſua Patente ſoluta.

Sed certè iſta ratio, & exce ... io nimis eſt debilis. Ponamus ſcholares vim inferentes confiteri voluiſſe, antequam alius nouitius veniat; vel eum cui vis fuit illata, quia eſt timoratæ conſcientiæ, non gaudere, vt ſimiles violentiæ, & extorſiones cuiquam fiant. Certè his in caſibus ceſſat prædicta ratio. Quamobrem ego ſemper obligarem, & adſtringerem vim inferentes ad reſtitutionem: niſi certior redderer de remiſsione facta per nouitium, nempe gaudentem, & ſine vi ſoluiſſe Patentem; vel poſteà expreſsè, vel tacitè; comedendo ſcilicet in aduentu alterius nouitii, debitum remiſiſſe. Et confirmantur prædicta per text, (qui de ſimili fermè caſu loquitur) in capit. Iacobus. de Simo. vbi prætextu conſuetudinis non poteſt exigi prãdium à Canonico recenter recepto.

SVMMARIVM.

1 *FEMINAE accipientes munera à ſuis amatoribus; an teneantur ea reſtituere, ſi eis non conſentiant.*

DIFFERENTIA TRIGESIMA QVARTA.

1 FEMINAE accipientes munera à ſuis amatoribus, ac ſeruitoribus, ſpe conſequendi ab ipſis, quod praùe concupiſcunt: ſi non conſentiant diſtortis eorum deſideriis, tenentur ad reſtitutionem eorum in Foro conſcientiæ, ſecundùm Fr. Ludouic. Lopez 2. par. capit. 29. fol. 167. Ratio eſt, quia deficit conſenſus illorum; cùm non liberè, & gratuitò, ſed ob peruerſum ſuum deſiderium conſequendum prædicta munera mittant. Vnde non ſatisfacientes ipſæ feminę eorum deſiderꝭ ſiis; tuta conſcientia non poterunt penes ſe dicta munera retinere. Conferunt not. verbo Simonia. Differ. 8. num. 3. & meliùs ſup. Diff. 15.

In Foro verò contentioſo, numquam vidi; neque audiui talia munera repeti. Nec puto verum eſſe, teneri feminas ad dictorũ munerũ reſtitutionem in Foro conſciẽtiæ. Quia nullus eſt amator, etiam iniquus, & carnalis, qui non verecundaretur, & erubeſceret, ſi præfata munera ſibi remitterentur. Verè enim ea donant, licèt ob deflexũ finem; turpem nimirum ſpem. Et ita répeꝭ ri, his iam ſcriptis, tenere Rebel. 1. part. de Oblig. iuſt. lib. 3. quæſt. 7. num. 6. Ea ratione. Quia non recipiunt ea ſub pacto, ſiue

tamquam

Digitized by Google

tamquam pretium impudicitiæ, ſed tamquam incitamentũ. Attamen verũ eſt, melius illas facere, ſi talia munera non reciperent; quia eò ipsò quòd ea recipiunt, obligare ſe videntur ad cõſentiendum turpibus deſideriis ea mittentium. Et conſulo eiſdem vt ea illico remittant; vt ſic intelligant amatores fruſtra laborare, & ſic deſiſtent.

SVMMARIVM.

1 *DOS promiſſa, & ſoluta in fraudem creditorum; an reſtituenda ſit in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA TRIGESIMA QVINTA.

1 DOS ſoluta genero in fraudẽ creditorum, reſtituenda eſt in Foro iudiciali; non quidem à genero, ſi eiuſmodi fraudis conſcius non fuit; per tradita verb. Emptio. Differentia 6. quia eam non accepit titulo lucratiuo; ſed oneroſo. ſed à filia poſt mortem mariti eius, etiam ſi ipſa inſcia fraudis fuerit; per textum expreſſum in l. fin. §. 1. ff. Quæ in fraud. credit. Ratio eſt, quia quoàd ipſam eſt quaſi donatio; vt dicit idem tex. & ſic titulo lucratiuo eam acquirit. At in titulo lucratiuo ſufficit ſoliùs dantis conſilium, cũ fraudis euentu. l. Ignoti iuris. C. eod. tit.

In Foro verò conſcientiæ, poſt ſolutum matrimonium, dum ab ea non petitur, non tenetur ad dictæ dotis reſtitutionem; niſi poſt ſententiam contra eam latam. Ita Rebel. (licèt trepidus) de Obliga. iuſti. 2. part. lib. 5. quæſt. 1. nu. 14. & ſic quoàd Forum conſcientiæ non eſt facienda illa differentia, de qua dict. l. Ignoti iuris. an ſcilicet titulo oneroſo, vel lucratiuo &c. quia vtrobique bona fides recipientis excuſat. Si verò eſſet conſcia fraudis: tunc profectò etiã ſi ab ea nõ peteretur, teneretur in conſcientia, totum quod accepit reſtituere; ex eodẽ Rebel. ibid. Et benè quidẽ, meo iudicio. Tũ quia mala fides inficit, & irritat donationem. Tùm quia ratione iniuſtæ acceptionis, & rei acceptæ tenetur ad eius reſtitutionem. Tùm quia actio iſta reuocatoria rei reſtituendæ gratia, non pœnæ nomine datur; vt dicit text. dict. §. 1.

SVMMARIVM.

1 *PAVPERTAS, ſeu egeſtas, non excuſat in Foro exteriori à reſtitutione rei alienæ; vel debiti.*

2 *Secùs in Foro pœnitentiali, & conſcientiæ.*

3 *Inſtrumenta artis quis vendere non tenetur in conſcientia, pro reſtituendo debito.*

4 *Creditore, & debitore in pari neceſſitate conſtitutis, tenetur debitor reſtituere etiam ſi egeat; ſi dominium rei reſtituendę ſemper remanſit penes creditorem.*

5 *Debitor incarceratus pro debito ciuili; ſi non habet vnde ſe alat; debet ali ab eo qui eum fecit incarcerari.*

6 *Debitor, an teneatur reſtituere quod debet cum diminutione ſtatus.*

DIFFERENTIA TRIGESIMA SEXTA.

1 PAVPERTAS, ſeu egeſtas non excuſat in Foro iudiciali à reſtitutione rei alienæ; vel à debiti ſolutione; ſecundùm Abb. in cap. Cùm homines. numer. 5. de Deci. Hinc eſt condemnatos, & confeſſos ſi ſatisfacere non poſſint, in carcerem detrudi; vt arg. l. 1. & fin. C. Qui bonis cede. poſ. tradit gl. In rub. ff. eod. Quo timore bonis cedunt, vt à præfato onere, & labore liberentur. Hinc etiã eſt in executionibus ſententiarum, nullis bonis, aut rebus debitoris parci, quin ea pignorentur, & poſteà ablata pignora veneant, iuxta tradita in l. A diuo Pio. §. 1. ff. de Re iudi. Hinc tandem eſt vt regulariter quilibet conueniatur in ſolidum, exceptis

ptis quibuſdam perſonis, quæ non conueniuntur; niſi in quantum facere poſſunt, deducto, ne egeant; de quibus in l. Sunt qui. 16. cum ſeq. ff. de Re iudi. & §. Sunt præterea. cum ſeq. Inſt. de Actio. & in reg. In condemnatione. ff. de Regul. iur. Vnde de iure Regni Caſtellæ ſi debitor eſt adeò inops, vt nihil habeat, vnde ſoluat; traditur à Iudice creditori, vt tamquam ſeruus eius, illi ſeruiat; donec ſatisfaciat. Ex quibus ſatis colligitur in Foro iudiciali non habendam eſſe rationem debitoris, ne egeat: niſi ſit ex perſonis exceptis; vel gaudeat beneficio ceſsionis bonorum. Nec id abſque ratione, & cauſa: periniquum enim videtur, vt quis retineat bona mea, & eis fruatur, me inuito, & à reſtitutione ſe immunē reddat; eò quòd iis opus habet. Vnde meritò compellūtur debitores ad ſolutionem, vel reſtitutionem, non obſtante dicta paupertate: aliàs daretur occaſio multis, ſurripiēdi bona aliorum.

2 At in Foro pœnitentiali ſecùs eſt; vbi ſola paupertas eſt ſufficiens cauſa, vt quis à reſtitutionis obligatione liber ſit: donec ad pinguiorem fortunam deuenerit; vt docent omnes Summiſtæ, & not. Nauar. cap.
3 17. num. 59. & 61. Adeò, vt qui non poteſt reſtituere; niſi vendendo inſtrumenta artis, quibus victum ſibi, & familiæ acquirit; non teneatur cum tanto damno debitum reſtituere, vt poſt D. Anton. & communem tradit Nauar. dict. num. 59. & Palac. Ruui. in Rep. Rub. col. 338. poſt Scotum in 4. diſt. 15. vbi hoc extendunt ad libros, vel capitale, ex quibus victus lucratur. Idem docet Fr. Ludo à Grana. in Concio. 4. de Pœnitentia in explanatione ſept. præcepti in fin. & Rebel. vbi infr. num. 26. & confirmatur ex traditis ſuprà, verb. Ceſsio. Differentia 4. num. 4. & per gl. 1. cap. Quicumque. 1. 16. quæſt. 7. quam ſequitur Hoſt. in Summa. tit. de Decim. quæſt. 8. Abb. cap. Cùm homines. num. 5. eod. tit. & Floren. 2. par. tit. 2. cap. 8. in prin. & diximus Differentia 3. ſup. eod. verb.

4 Quæ omnia limita non procedere, quando is cui facienda eſt reſtitutio, eadem premitur neceſsitate. Tùm quia duobus concurrentibus, præualet quod eſt potius. arg. l. Quæritur. ff. de Stat. homi. Tùm quia nō licet cum alieno incommodo, meum commodū facere de alieno; & ita tradunt Scot. & Palud. vbi ſuprà, & Medina in ſuo Cōfeſsion. 1. par. c. 14. §. 33. en la ſexta cabeça. & Tabien. verb. Reſtitutio. §. 4. Armilla. eod. verb. num. 27. ad fin. & Paul. Comitol. lib. 4. Reſp. moral. quæſt. 31. num. 3. & Ang. vbi infrà. Quamuis contrarium teneat Nauar. dict. cap. 17. nu. 61. & Grana. loco ſupra citato. Niſi quando dominium eius, quod reſtituendum eſt, ſemper penes creditorē remāſit; vt eſt in furtis, & vſuris. De quibus diximus verb. Ceſsio. Differentia 5. Quorum opinionem veriorem puto. Nam rationes & fundamenta contrarium tenentium, tantū militant in prædictis furtis, & aliis, quorum dominium penes creditorem remanſit.

5 Prędictis adde; vbi ob impotentiam, & paupertatem quis non ſoluens ciuile debitum, incarceratur: debere ali ab eo, qui eū fecit incarcerari, ſecundùm gl. in l. fin. verb. Agnoſcere. C. de Eroga. mili. anno. lib. 12. quam ibi approbat Bart. & in l. Sanctum. ff. de Rerum diui. Et ſi creditor ei alimenta non præbeat: Iudex debet eum carcere relaxare; ſecundùm Ang. & Fab. in §. fin. Inſt. de Actio. Iaſ. l. Si victum. num. 2. & 3. ff. de Re iudi. Boëri. deciſ. 303.

6 Tandem aduertendum eſt, pauperem ęre alieno grauatum ſi nō poteſt ſoluere totū, teneri partem quam poteſt reſtituere. Qua ratione cauere debet ne faciat, niſi impenſas neceſſarias in victu, & veſtitu, & famulis. Non enim licet cum bonis alienis, maximè ſi per iniuriam, & vitioſos contractus ea acquiſiuit; laute, & pompoſe viuere; vt optimè docet Soto in 4. diſt. 22. quæſt. 1. art. 2. verſ. Secundò ſi feratur. Idem poſt Ricard. & Palud. tenet Palac. Ruui. in Repet. Rub. de Dona. inter vir. & vxo. ad fin. col. 338. & Armilla. verb. Reſtitutio. num. 28. & Paul. Comitol. lib. 4. Reſpon. moral. d. quęſt. 31. num. 3. in fi. Sed pro dolor, quòd hodie conſeruatio ſtatus conſiſtit in ſuperfluitatibus circa victum, veſtitum, & copiam famulorum. Vnde vix poterunt excuſari à reſtitutione: Quāuis Naua. poſt D. Anton. teneat contrarium. cap. 17. nu. 63. nempe, non teneri minuere ſtatum. Quod verum intellige quoàd diminutionem

nem

Digitized by Google

nem notabilem, & neceſſariam: non verò quoàd ſuperfluam. Item intellige verum, ſi ſtatus erat iuſtè quæſitus; & illud, quod reſtituendum erat, erat debitum ex contractu vel quaſi contractu, aut vltima voluntate; non tamen ex furto, vel vſura, vel huiuſmodi vbi dominium rei eſt penes creditorem. Aliàs secùs; vt docet præclare Angel. verb. Reſtitutio. 3. num. 4. & Silu. eod. verbo. in 5. quæſt. 4. Henrri. tit. de Excõmunicatione. cap. 28. §. 2. in fin. poſt Caiet. 2. 2. quæſt. 62. art. fin. & Soto vbi ſupra. Durum enim, & à ratione alienum mihi videtur, vt quis furtis, & rapinis, & cum bonis, aliàs alienis, ſtatum ſuum conſeruare licitè poſsit. Et ſic intellige tradita per Rebel. de Obliga. iuſti. 1. par. lib. 2. quæſt. 17. num. 22.

SVMMARIVM.

1 *CONTRA furantem in domo, in qua luditur; non datur actio furti ad pœnam, nec ad rem furto ſubtractam.*

DIFFERENTIA TRIGESIMA SEPTIMA.

1 FVRANS in domo, vbi alea publicè luditur; tutus eſt in Foro iudiciali. Nam in pœnam quia luſores receptat, & in deteſtationem talis domus; nõ datur præfato domino furti actio. vt probat tex. in l. 1. ff. de Aleato. nec vlli alii datur, vt docent Gramma. deciſ. 40. num. 6. Barba. in cap. 1. de Sortile. Corſet. Sing. incip. Furtum. Caccialup. in tract. de Ludo. fol. 6. verſ. Præterea. & alii relati 2. tom. Commu. opin. lib. 6. tit. 2. num. 18. vbi recitantur alii caſus, in quibus furtum non eſt punibile. Vide vnum infr. Differ. 41.

At in Foro conſcientiæ tenetur domino rem furto ablatam reſtituere; vt palam eſt, & docet Soto lib. 1. de Iuſti. quæſt. 6. art. 6. in 8. argum.

SVMMARIVM.

1 *RATVM habens maleficium nomine ipſius factum; an teneatur ad reſtitutionem.*

DIFFERENTIA TRIGESIMA OCTAVA.

1 MALEFICIVM nomine alicuius commiſſum; ſi is cuius nomine factum fuit, ratum habeat; in Foro iudiciali punietur, ac ſi illud mandaſſet fieri; quia in eo Foro ratihabitio, retrotrahitur, & mandato comparatur. Regula. Ratihabitio. de Regul. iur. lib. 6. adde not. ſub verb. Mandatum. Differentia 5.

At in Foro pœnitentiali, & conſcientiæ; licèt peccauerit ratum habens: non tamen tenebitur ad reſtitutionem dãni illati. Ratio eſt, quia vt aliquis ad reſtitutionem teneatur; oportet vt ſit cauſa, vel concauſa efficax damni, vel acceptionis iniuſtæ; ſecundùm DD. in cap. Cùm quis. de Sent. excom. lib. 6. Sed præfatus ratum habens non fuit, nec cauſa, nec concauſa. Igitur non tenetur. Ita Medi. C. de Reſti. quæſt. 7. verſ. Ad quartũ. & Iacob. de Graff. in ſuis Deciſio. caſuum conſcientiæ. lib. 2. c. 127. num. 7. & Pet. à Nauar. lib. 3. c. 4. num. 69. contra Caiet. verb. Reſtitutio. 3. quæſt. 6. Nauar. cap. 17. num. 133. & conſ. 30. de Sent. excom. Vide Rebel. de Obliga. iuſt. 1. par. lib. 2. quæſt. 14. num. 12. vbi tenet cum Medina. Addens etiam in Foro externo ratihabitionem non comparari mandato quoàd effectum reſtituendi; ſed tantum quoàd iudicialem punitionem. Et ſic nulla eſt differentia inter vtrumque Forum.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *CVSTODES confinium Regnorum an teneantur reſtituere pœnas quas remittunt.*

DIFFERENTIA TRIGESIMA NONA.

1 CVSTODES Generalitatum qui ponuntur in cõfinibus Regnorũ, & in portis ciuitatum pro recuperandis tributis, & vectigalibus, mercium quæ extra exportantur, & ad prohibendum exportari prohibitas, & ad denunciandum illos qui illas exportant: hi cuſtodes qui præficiuntur ad prædicta, & iurant denunciare omnia quæ inuenerint cum fraude, non eſt dubium quin peccent mortaliter, & ſint periuri, ſi contra fecerint; vt tradit Nauar. cap. 25. num. 34. Totum dubium conſiſtit circa obligationẽ reſtituẽdi pœnas, quas ſoluiſſent trãſgreſſores, ſi denunciati fuiſſent. Nam video in Foro exteriori nullum de hoc fieri ſcrupulum. Immò ſępiùs ipſi accipiunt aliquid à viatoribus, & mulionibus, vt eos non recognoſcant; vel accuſent. Et reperi Nauar. dict. cap. 25. num. 34. eos excuſare à reſtitutione poſt Silu. verb. Reſtitutio. 3. quæſt. 5. verſ. 7. qui loquitur de cuſtodibus, ſeu vigilibus ciuitatum non accuſantibus quos inueniunt euntes poſt ſonũ campanæ; contra quos eſt certa pœna impoſita. Quam ideò inquit Silu. non tenentur præfati cuſtodes ſoluere; quia illi nondùm fuerant accuſati. Nau. verò alio modo id dicit, nẽpe quia cùm ſit pœna, non debetur in Foro conſcientiæ ante condemnationem; vt diximus verb. Pœna. Differentia 2. Et ſolùm eos obligat ad reſtitutionem vectigalis: Et alios cuſtodes paſcuorum &c. ad reſtitutionem damnorum, vt cap. 17. nu. 123. Idem quod Naua. tenet Cordu. caſu 66. Vaſquez. diſput. 173. cap. 1. Salas de Legi. quęſt. 96. diſputatione 15. num. 98. 99. & 100. & Fr. Lop. 1. par. cap. 106. ad fin. §. Vnde opinio.

Sed prædictæ rationes planè non mihi ſatiſfaciunt. Quia licèt pœna non debeatur ante accuſationem; immò neque ante condemnationem; hoc eſt verum quoàd incurſores pœnarum. At in cuſtodibus, qui ex officio tenentur manifeſtare tranſgreſſores legum ſeu ſtatutorum circa aſportationem mercium, defraudantes vectigalia; alia eſt ratio, quæ eos adſtringit ad reſtitutionem; vel ad pœnam ſeu damnum, ex omiſsione debiti officii contra iuſtitiam illatum; ſecũdùm Rebel. vbi infrà. Nam perſpicuum eſt prædictos dominos vectigalium, cùm quis ea defraudat, habere ius quæſitũ cõtra eũ, tã circa vectigal, quàm circa pœnã: nõ cumulatiuè, ſed diſiunctiuè; ſcilicet ad alterum eorum tantum, ſcilicet ad vectigal, & partem pœnæ; vel ad pœnam tantùm; in qua ſolet includi tributum. At impediẽs alicui ius quod habet in re, vel ad rem, vel officium Iudicis, ad petendum aliquid; tenetur ad ipſius reſtitutionem; non in totũ, ſed quantum iudicio boni viri æſtimabitur, ſecundùm eumdem Nauar. in cap. 17. nu. 69. & 73. in fin. & Menoch. quem refert, & ſequitur Graff. vbi infrà, & not. ſup. Differentia 16. Et conſequenter prædicti cuſtodes tamquam impedientes ſua occultatione dominos vectigalium, ne poſsint exigere pręfata iura, tenentur ad eorum reſtitutionẽ. Vnde meritò tenet contra ipſos Pet. à Nauar. poſt alios. 2. tomo de Reſti. cap. 4. num. 142. cum ſeq. & cap. 5. nu. 2. & Barth. à Medin. in ſuo Confeſ. 1. par. cap. 14. §. 30. & Ioan. à Medi. C. de Reſtitut. quæſt. 15. ad fin. Soto lib. 6. de Iuſti. quęſt. 6. art. 6. & dicit communẽ Iacob. à Graff. lib. 2. cap. 127. num. 41. latè Rebel. de Obliga. iuſt. lib. 2. quæſt. 16. num. 2. Molin. de Iuſt. tom. 3. diſputatione 739. num. 5. Et (quod mirũ eſt) idem Silu. ſibi contrarius. verb. Pœna. quęſt. vlt. impulſus auctoritate D. Tho. 2. 2. quæſt. 67. art. 4. vbi querit an Iudex licitè poſsit relaxare pœnam. Et concludit (maximè in Reſpon. ad tertiũ) non licere. Tùm propter detrimentum quod inferret communitati, cuius intereſt vt maleficia puniantur, vt ſic peccata vitentur. Tùm propter damnum quod fieret perſonæ cui illata eſt iniuria, non recompenſando eam per prædictam pœnã.

Adde

Adde Cened. 1.par.Collect.56.num.13.

Hinc caueāt Aediles ne remittant partes pœnarum quæ non ſpectant ad eos, ſed ad alios; licèt ipſi, quoàd ſuam partem, id facere poſsint. Nec putent omnem miſericordiam eſſe Deo gratam. Cùm enim agitur de intereſſe, & remiſsione iuris alterius, eſt à Deo auerſa, & odibilis. Habemus circa hoc exemplum miraculo cōprobatum in noſtra Cartuſia Scalæ Dei. Vbi cùm quidam S. Monachus nomine domnus Ioannes Fort (cuius ibi aſſeruatur grandis liber de Reuelationibus ipſi factis) miſericordia motus erga quemdam vaſſallum pauperem qui litem non iuſtam cum alio diuite gerebat; faueret pauperi: quadam die tranſiens iuxta quemdam Crucifixum magnum, & inſignem, qui eſt in quodam ſacello; dixit illi idem Crucifixus. *Frater Fort, non placet mihi hæc tua charitas.* Et ab illo die habemus dictum Crucifixum in magna veneratione. Itaque charitas, & miſericordia, cū præiudicio iuris alterius, Deo non placent.

Circa cuſtodes autem vinearum, ſiluarū, cæduarum, paſcuorum, & ſimilium; vide Lop. in ſuo Inſt. confeſ. 1. par. cap. 14?. Nauar. cap. 17. num. 123. Ioan. à Medin. C. de Reſtit. quæſt. 12. §. antepen. & vlti. & Molin. ſupr. num. 3. Nam hi omnes tenentur ad damna per alios ex ſua culpa illata: ſed non niſi in ſubſidium, ſeu defectū principalium, qui ea intulerunt.

Aduertāt tamen Confeſſarii Gubernatorum, & conductorum horum tributorum, ſeu munerum publicorum, vt illis iniungāt ne ita ſtrictè obligent cuſtodes (aliàs parum timoratos) ſub iuramento, ad reuelationem prędictorum; ne dent illis tam patentem occaſionem peierandi, & reſtituendi tam vectigalia, quàm pœnas; præſertim cum ad dictam reſtitutionem palam ſit eſſe impotentes; ſed ſuas leges, & conditiones accommodent fragilitati humanæ, ita vt facile per eos obſeruari poſsint; vt benè admonet, & precatur Molina ſup. numer. 2. ad fin.

SVMMARIVM.

1\. *VENDENS triticum pretio currente, ſciens ſtatim eſſe per pragmaticam pretium minuendum; an teneatur ad aliquā reſtitutionem. Idem de expendente monetā, quæ breui eſt minùs valitura.*

DIFFERENTIA QVADRAGESIMA.

1 MERCATOR vendens magnam frumenti copiam pretio currente, aliàs non venditurus; quia occultè, & ſecretè intellexit ſtatim promulgandam eſſe pragmaticam quæ pretium eius diminuit: in Foro externo tenetur emptori id ignoranti, ad omne illud quod eius interſit, frumentum illo pretio emiſſe. Et hoc, ob fraudem, & doloſam taciturnitatem ipſius. Ita Bart. in l. Quæro. ff. de Actio. emp. quem refert, & ſequitur Couar. in reg. Peccatum. 2. par. §. 4. num. 6. Valaſ. conſultatio. 64. num. 8. Molina de Iuſt. & iur. diſputatione 354. §. Dubium eſt. Pro quibus facit l. Si vina. 15. ff. de Peric. & commo. rei vend. vbi venditor vini tenetur emptori ad intereſſe damni dati, ſi ſciens breui vinum eſſe corrumpendum, de hoc non admonuit emptorem.

In Foro verò conſcientiæ nō teneri dict. vēditorem ad reſtitutionem damni, quamuis male fecerit, & ob id poſsit aliqua pœna puniri, docet Cou. vbi ſup. ex D. Tho. 2.2. quæſt. 77. art. 3. ad 4. dicente quòd mercator deferens triticum ad vendendū in loco vbi adeſt caritas frumenti; poteſt illud vendere ſecundùm pretium quod inuenit; nec tenetur admonere emptores; licèt ſciat ſtatim aduenturos alios cum magna copia tritici; & ob id viliore pretio triticum eſſe venditurū. Quod ſi ſciuiſſent emptores, non ita carè à venditore emiſſent. Quod Dictum ſequitur ibi Caie. Silu. verb. Emptio quæſt. 15. Tabien. §. 11. Angel. §. 26. Armil. num. 21. eod. verb. Soto lib. 6. de Iuſt. quæſt. 3. art. 3. ad tertium. Pinel. vbi infra,

Digitized by Google

infra, & Molina poſt alios ſup. num. 1. & 2. vbi dicit eſſe opus ſupererogationis certiores facere mercatores; non tamen ad id teneri vlla lege, manifeſtare ſcilicet abundantiam futuram, ex D. Tho. ſuprà.

Sed contrarium, nempè quòd non ſolùm in Foro externo; ſed etiam in interno, ſiue conſcientiæ, teneatur ad intereſſe emptori, in caſu, de quo loquimur; meliùs tenet Cōrad. de Contract. quæſt. 62. Ioan. à Medin. de Reſtitutione. quæſt. 35. Pinel. in l. 2. C. de Reſcin. vend. 3. par. cap. 2. num. 22. & Rebel. de Obliga. iuſt. 2. par. lib. 9. quæſt. 6. num. 8. & Molin. ſup. num. 3. Ratio eſt, quia non minore odio Deus fraudulentos; quam ius externum proſequitur; iuxta illud Pſal. 5. *Virum ſanguinum, & doloſum abominabitur Dominus.* Et prouerb. 3. *Abominatio Domini eſt omnis illuſor.*

Et quod diximus de vendente frumentū: idem eadem ratione dicendum eſt de habente magnam copiā marauetinorū ereorum, & eam diſtrahente poſtquam occulte de certo ſciuit propediem diminuendum valorem eorum per Regiam pragmaticam ſtatim promulgandam; ſecundùm Pinel. & Rebel. ſup.

Idem etiam dic in habente copiam regalium ſimpliciū Caſtellæ, ſi ea diſtrahit poſt ſcientiam certam in ſecreto, quòd ſtatim ſint prohibitura; vt his proximè diebus cōtigit Vlyſsiponæ. In his enim, & ſimilibus caſibus, ſi venditor vel diſtractor damnum intulit alicui notabile: tenebitur in vtroque Foro, propter dolum adhibitum, ſcienter damnificans proximum, & lucrum captans fraudulenter cum damno alterius.

Nec obſtat Dictum D. Tho. ſup. nam in ea ſpecie, de qua loquitur, nulla interuenit fraus ex parte mercatoris: ſed totum id ad diligentiam negotiatiuam, non deceptiuā pertinet; & ad aleam, vel ſortem mercaturæ; vt benè aduertit Pinel. & Rebel. ſup. Quare in hoc nulla eſt aſsignāda differentia inter vtrumque Forum.

SVMMARIVM.

1 *FVRANS bona meretricis, in Foro iudiciali non punitur. Secùs in Foro pœnitentiali.*

2 *Furtum in multis caſibus non eſt punibile, remiſsiue.*

DIFFERENTIA QVADRAGESIMA PRIMA.

1 QVI furatur bona meretricis, in Foro iudiciali nō punitur, vt voluit Hyppoli. Marſil. in Rep. l. vnicæ. C. de Raptu. virg. nu. 52. & 88. & habetur in 2. tom. Commun. opin. lib. 6. tit. 2. num. 18. Adde Folleri. in Pragma. de Cenſibus. in Rub. Nicol. nu. 211. & Viui. opin. 246. incip. Furans, ac ſurripiens.

At in Foro conſcientiæ, & pœnitentiali ſemper eſt punibile, ſecundùm ſeptimum
2 præceptum Decalogi. Niſi quando fit de volūtate domini; vel aliis caſibus exceptis, de quibus per Silu. verb. Furtum. num. 10. & 16. & alios Summiſtas; maximè Naua. cap. 17. num. 4. & 75. & in Foro iudiciali etiam ſunt multi alii caſus, in quibus furtū non eſt punibile; vt per Foller. ſup. & alium habes ſup. Differentia 37.

SVMMARIVM.

1 *TRanſmittens rem alterius cum perſona habita pro fideli; excuſatur in Foro conſcientiæ.*

2 *Sed an ſit idem, etiam ſi eſſet pecunia, vel res alia in genere debita, vide hic.*

DIFFERENTIA QVADRAGESIMA SECVNDA.

1 HABVI in facto dubium, quod ſequitur. Debebam cuidam amico certam pecuniæ quantitatem. Reſcripſit mihi (erat enim procul abſens a me) vt ex illis emerem ſibi quoſdā libros, & eos ad eum remitterem. Dedi ego eos

cuidam

Digitized by Google

cuidam Sacerdoti amico, vt eos ad illum remitteret, qui factus infidelis, eoſdem vendidit; & ſibi pretium illorum retinuit. Dubitaui an eſſem ego excuſatus à reſtitutione, ſeu ſolutione debiti; vel an tenerer alios libros emere; vel debitum iterum ſoluere. & cùm de eo conſulerem doctiſsimũ virum, nempe domnum Franciſcum Duarte profeſſum domus Vallis Chriſti, quid mihi faciendum eſſe cenſeret. Reſpondit me liberũ iã eſſe à prædicto debito, ex quo miſeram libros cum perſona fideli, & cui poteram inculpabiliter fidere; per l. Argentum. ff. Commo. Bart. l. Eum qui. ff. eod. Pro quo adduco Anto. Gom. de Contract. cap. 6. num. 3. relatũ à Suarez 2. tom. Commu. opin. lib. 6. cap. 2. num. 49. vbi dicit, Si furtum ab eo famulo, vel ſeruo fiat qui rem deferendam ad aliquem ſuſcepit: (ſiue prędictus famulus, vel ſeruus ſit mittentis, vel eius qui rem erat accepturus) & eius fuit conditionis, vt ſimilia negotia ei committerentur, vel cõmitti poſſent: tunc furti damnum illum pati, ad quem res mittebatur: non verò eum qui rem mittebat. Et ſic cõſtat quando non interfuit culpa in committendo rem alicuius deferendam ad ipſum; quia ea perſona erat, cui talia committebãtur; vel poterant iuſtè committi: tunc furtum cenſeri caſum fortuitum, & imputari domino illi cui res mittebatur. Ita Rebel. vbi infrà n. 14. Nec mirũ in noſtro pręfato caſu; cũ libri de eius mãdato, & eius nomine empti, iã eſsẽt illius, licèt ad eũ nõ perue miſſent; & ea quæ pereunt, regulariter ſuo domino pereant.

2 Hoc limitant DD. & in hoc eſt differẽtia inter vtrũque Forum. nẽpe niſi res illa quæ reportanda committitur, ac furto intercipitur; pecunia ſit, aut res alia, quam mittens in genere deberet. Ita Paul. & Alex. ad Bart. in d. l. Argentũ. ff. Cõmoda. Bal. & Salic. in l. Si is cui. C. de Furt. Iaſ. in l. 1. ff. De eo per quẽ fact. erit. Ant. Gom. loco ſup. cit. Naua. c. 17. n. 67. & 186. Rebel. de Obliga. iuſt. lib. 2. q. 13. ſect. 3. num. 11. & 13.

Sed certè præfata limitatio in Foro conſcientię non videtur admittenda. Tùm propter rationem initio traditam. Quia ſi inculpabiliter rem cõmiſit: non eſt cur ei imponamus obligationem reſtitutionis. Faciunt not. verbo Damnũ. Diſ. 1. Tùm quia prædicta limitatio magis fundatur in ſubtilitate iuris, quæ in Foro conſcientiæ ceſſat, vt diximus verb. Iudiciũ. Diff. 4. & ita ſentit Suar. dicens æquitatem refragari præfatæ limitationi. Tùm quia nõ videtur facienda vis in prędicta diſtinctione, an ſcilicet dominium rei quæ mittitur, ſit eius cui mittitur, an nõ: ſed an adfuerit culpa in electione nũtii, necnè, vt d. l. Argentũ. iũcta l. Si mei. 12. ff. Cõmoda. Nihilo minùs tenẽda eſt dicta diſtinctio. Nam ſolùm quando res debetur in indiuiduo, requiritur culpa in mittẽte: nõ autem quando res debetur in genere, vt docet Rebel. ſup. n. 13. poſt Gom. lib. 2. Varia. cap. 7. nu. 3. & ſic nulla eſt aſsignanda differẽtia in prædictis inter vtrumq; Forum.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus ad pœnam pecuniariam, an teneatur vltra illã ſoluere dãna illata.*

2 *Idem ſi puniatur quis criminaliter.*

DIFFERENTIA QVADRAGESIMA TERTIA.

1 Solet in multis Partibus prohiberi ſub certis pęnis pecuniariis, ne quiſquã ingrediatur ſiluã, vel nemus, vel hortos, vineas, & ſimilia. Dubitatur inter DD. an ſi dominus agat contra ingredientẽ ad pœnam ſoluendã; & ea ſoluatur; teneatur ingrediens vltra eam ſoluere, vel ſatisfacere damnis irrogatis. Hanc quęſtionẽ, & dubiũ tetigimus verbo Peccatũ. Diff. 21. & eam etiã affert Lopez. in ſuo Inſtruc. Confeſ. 1. p. c. 149. verſ. Sed quia hoc eſt. Et pro parte affirmatiua, quòd ſcilicet teneatur, facit. Nam magnum eſt diſcrimen inter pœnam, & damnum. Illa enim imponitur, & irrogatur in vindictam publicam, eſtque compenſatio iniuriæ Reipublicæ illatæ. argumen. l. Item vulneratus. ff. Ad l. Aquil. & capit. Vt famæ. de Sentent. excommunicat. quę non liberat à debito, quo quis Parti tenetur; cũ qui duobus

 diuerſas

Digitized by Google

diuerſas res debet, non liberatur ſoluendo vni quod ei debet; nec ſoluendo vni, quod alteri debet. c. Ea te. de Iureiuran. cap. Sicut dignum. §.Eos. de Homicid. Et conſequenter qui pœnam Reipub. debitam ſoluit, nihilominus ſi habeat vnde dãna illata ſoluat, tenebitur ſoluere: vt in ſimili, ex Innoc. in cap. Odoardus. de Solutio. docet Nauar. cap. 15. num. 22. verſ. Interrogatus. Quod verum crederem ſi pœna ſit applicanda fiſco, & Pars inſtet ad eam, vt ſic puniatur lędens, ſeu damna inferens. Nam tunc videtur Pars læſa ſeu damnificata ſatisfieri cum dicta pœna. Et ita videtur praxi hoc admiſſum fuiſſe; ſecundùm Lopez ſup. Nã aliàs poſſet dãnificato imputari, quòd non egit ſimul ad pœnam, & ſuum intereſſe, ſeu damna. Et ſic intellige notat. in dict. Differentia 21. in fin. Si verò pœna ſoluatur Parti; tunc proculdubio non videtur vt damnificãs teneatur ad aliud; quia illa pœna compenſatur cum damno; niſi eſſet damnum valde excedens pœnam. Tunc enim putarem teneri ad illud ſatisfaciendum, ſi Pars illud petat. aliàs credendum eſt, vel non eſſe damnum notabile, quandoquidem Pars illud non petiit vnà cum pœna: vel plane ſatisfactam fuiſſe cum ſola pœna. Puto etiam poſſe ſeorſum illud petere, ſi velit de rigore iuris, per notata à Nauar. ſuprà, & per nos verbo Remiſsio iniuriæ. Differentia 3. & per Iul. Clar. quæſt. 2. num. 3. 4. & 5.

2 Et in confirmationem ſuperius notatorum vide Couar. libro 2. Variar. cap. 10. numero 7. verſ. Tertiò. Ant. Gomez. tomo 3. cap. 3. num. 37. & Rebel. de Obliga. iuſt. 1. par. lib. 3. quæſt. 13. numero 3. vbi poſt alios docet percuſſorem etiam occiſum, vel aliter punitum teneri in conſcientia ad reſtitutionem damnorum. Allegat optimã legem Luſitanam. lib. 5. Ordin. tit. 35. numero 7. diſponentem per pœnas vbicumque ſancitas nõ tolli quin Partibus offenſis ſatisfactio debita adiudicetur. Quia, inquit, per iudicialem punitionem fit ſatisfactio duntaxat iuſtitiæ vindicatiuæ, & legali in bonum commune. Ergo adhuc ſupereſt ea quæ ex iuſtitia commutatiua offenſo debetur pro damno in fortunæ bonis ſubſecuto. In quo omnes conueniunt.

SVMMARIVM.

1 *RES debita Religioſo, vel filiofamilias, vel minori, cui ſit reſtituenda.*

DIFFERENTIA QVADRAGESIMA QVARTA.

1 RES debita Religioſo, vel filiofamilias, vel minori, non eidem, ſed Prælato, ſiue Monaſterio, patri, tutori, curatorivè reſpectiuè, reſtituenda eſt in Foro iudiciali; vt l. 1. & per totum. ff. Ad Macedon. Silueſt. verbo Solutio. quæſt. 4. verſic. Aduertendum eſt. Ange. & Communis relata à Rebel. de Obliga. iuſti. 1. par. lib. 2. quæſt. 11. num. 8. alioquin iterum eam reſtituere cogeris, niſi probes rem conuerſam fuiſſe in vtilitatem prænominatorum; per l. Pupillus. ff. de Actionib. & obligationib.

In Foro verò conſcientiæ poteſt reſtitui Religioſo, filio, ac minori, quando re malè non præſumuntur vſuri, vel exiſtunt in loco remoto à ſuis maioribus. Tunc enim vt fiat eis reſtitutio, ſuos maiores contentos eſſe credendum eſt, immò & eſſe debent. Secùs verò ſi rem à te reſtituendam in vſibus illicitis conſumpturi forent. Ita Rebel. Suprà. Quod videtur æquitati conſonum.

SVMMARIVM.

1 *INTERFICIENS, vel mutilans hominẽ, an præter emendam damnorum ex occiſione, vel mutilatione ſubſecutorum, teneatur in conſcientia, ad aliquam ſatisfactionem pro mutilatione, vel vitę ſublatione; tametſi iudicialiter puniatur.*

DIF-

Digitized by Google

DIFFERENTIA QVADRIGESIMA QVINTA.

INTERFICIENS, vel mutilans hominem liberum, in Foro iudiciali tenetur ad pœnam mortis, vel amputationis membri, iuxta illud Saluatoris, Matt.26.verſ.51. *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt.* & l.1. ff. de Sicariis. cum not.per Iul.Clar.quæſt.69.num.1.& 6. Neque ab eo in dicto Foro exigitur alia ſatisfactio pecuniaria, vel alterius generis pro vita, vel mẽbro ſublato. Ratio eſt, quia vita, & corpus hominis liberi nullam recipit æſtimationem. tex.eſt quoàd hoc ſingu. in l. fin. ff. de His qui effude. cuius verba ſunt, *Cùm liberi hominis corpus, ex eo quòd deiectum, effuſumvè quid erit, læſum fuerit; Iudex computat mercedes medicis præſtitas, ceteraque impendia quæ in curatione facta ſunt; præterea operarum quibus caruit, aut cariturus eſt ob id quòd inutilis factus eſt. Cicatricum autem, aut deformitatis nulla fit æſtimatio; quia liberum corpus nullã recipit æſtimationem.* Idem notat gloſ. in c.1. de iniuriis.& tenent communiter DD. vtriuſque iuris. Quamuis in Ordinat.Luſita. tit. 35.num.7. pro iniuria cicatricis in facie remanẽtis ſatisfactio imponatur decem millium quadrantium, qui valent 25.ſcutis. Et de communi obſeruãtia in multis partibus datur cõpoſitio pecuniaria pro homicidiis, & mutilationibus mẽbrorum, & ſimilibus caſibus criminalibus, cùm Partes ita ſe cõponũt. Sed id obſeruatur in Foro exteriore.

An autem in conſcientia teneatur occiſor, vel mutilans ſoluere aliquid Parti læſę, vel eius hæredibus, pro vita, vel membro ſublatis; eſt magna inter Doctores diſsẽſio. Nam quidam tenent faciendam eſſe aliquã ſatisfactionem arbitrio prudentis viri. Ita D.Thom.2.2.quæſt.62.art.2 ad 1. Hadria. in 4.de Reſtit. Scotus, & Ricard. ibid. diſt. 15.Ille, quęſt.3. & hic, art.5. Silu.verb.Reſtitutio.3.q.2. Caiet. 2.2. quæſt.72. artic. 3. Soto, lib.4.de Iuſti.quęſt.6.art. 3.ad 3. Cordub.lib.1. Quæſtio.Theolog. quæſt. 21.ad fin.quos refert, & ſequitur dicens communem Rebel. 1.par.de Iuſti.& iu. lib.3.quæſt. 13.num.1. Putãt autem ſufficere petere veniam, vel orare pro iniuriam paſſo, vel aliã arbitrariam pœnitentiam; eſſeque neceſſariam etiam ſi reus iudicialiter puniatur; & ſic deberi tamquam intereſſe, vltra damna illata. Idem docet Iul.Clar. §.Homicidium. num. 18.

Mouentur primò, quia videtur ipſis abſurdum, vt occidens, vel mutilans animal brutum, vel ſeruum, teneatur ad aliquid pro vita, vel membro ſublatis: & non ſi occidat, vel mutilet hominẽ liberũ qui plus valet.

Secundo, quia ex contraria opinione inferretur plus teneri occiſorem, vel mutilatorem alicuius fabrilis, & hominis infimi; quàm ſi occideret vel mutilaret illuſtrem, ac nobilem.

Tertiò, quia tametſi præfatus occiſor vel mutilator nequeat omnino ſatisfacere; & liber homo, corpuſque humanum nulla valeant æſtimatione appẽdi: nihilò minùs tenebitur ad id quod vir prudens arbitrabitur.

Quartò, quia ſi ad aliquam ſatisfactionem non teneretur: nec ad veniam petendam obligatus eſſet. Et contrarium diximus verbo Remiſsio iniuriæ. Diffe.7. Ergo, &c. Et aduerte eſſe maximam ſatisfactionem humiliare ſe ad eam petendam. Et plus æſtimarent homines diuites ſoluere magnam ſummam pecuniæ, quàm eam petere.

Alii verò putant nullam deberi ſatisfactionem, ſaltem pecuniariam, in conſcientia, & Foro pœnitentiali Parti lęſæ, vel eius hæredibus, pro vita, vel membro ſublatis; ſi aliàs nulla dãna ex illo homicidio, vel mutilatione ſubſecuta ſunt; exceptis etiã impẽſis factis in medicos, & curationem, ſi quæ ſint factæ per offenſum. Ita defendunt Nauar.cap.15.nu.20. Couar. lib.2. Variar. cap. 10.num.7. Panor.in cap.1.de Iniuriis. Anto. Gomez 3.tom.Var.cap.6.nu.20. Ledeſma, in 4.diſt.24.art.2.quæſt.25. Pet à Naua. lib. 4.cap.1.num.80. Leonar. Leſsius de Iuſti.& iure.lib.2.cap.9 dubitatione 23.à nu. 141. quorum opinionem communiorem, & veriorem cenſeo.

Et probatur primò, quia ſatisfactio quæ debetur pro homicidio perpetrato, vel membro abciſſo, & ſimilibus; eſt illa pęna, quæ à iure eſt impoſita pro ipſo delicto,

ſolùm enim iura mētionem faciunt de pœna pro talibus delictis imponenda, & nullum aliud verbum in ipſis iuribus habetur de alia ſatisfactione pecuniaria, vel alterius generis, vt conſtat ex toto tit. ff. Ad leg. Cornel. de Sicariis. & l. 1. ff. Ad l. Pompei. de Parricid. Et ratio eſt, quia in criminibus ſeruatur illa regula, de qua (Leuit. 21.) habetur vt malefactor eadem pœna puniatur quā in alterū irrogauit, vt ſcilicet amittat oculum pro oculo, dentem pro dente, vitā pro vita. Et pœna ordinaria, & quę communiter irrogatur pro homicidiis, eſt ſola mortis inflictio; vt l. 3. §. fin. & l. pen. ff. de Sicariis. & gloſ. fin. in l. Is qui telo. C. eod. & per illam pœnam ſatisfacit occidens pro damno vitæ, vt eſt praxis omnium tribunalium, teſte Leonar. Lęſsio vbi ſup. nu. 143. & nullam aliam ſatisfactionem imponunt iudices pro vita. Ergo ſignum euidens eſt non teneri ad aliam ipſum occidentem. At huiuſmodi pœnæ non debentur in Foro conſcientię, donec per Iudicem infligantur; per notata verbo Pœna. Differentia 2. Ergo, &c.

Secundò, licèt iniuria verbalis de communi practica à partibus læſis æſtimetur, vt diximus verbo Remiſsio iniuriæ. Differ. 7. pro homicidio verò, vel membro abſciſſo, vel cicatrice in faciem inflicta, nemo poteſt petere in iudicio pecuniariam, vel alterius generis ſatisfactionem; quia eſſet contra dict. l. fin. ff. de His qui effud. Nam pręfata damna nulla re, aut ſatisfactione ſatiſfieri poſſunt, immo nec veniūt in pretium, & æſtimationem, vt notat gloſſ. 1. in cap. 1. de Iniuriis. Et ſi quando ex concordia, & compoſitione facta inter partes refunditur aliqua pecuniaria ſatisfactio; id fit de conſenſu Iudicis, & ad effectum vt pars offenſa deſiſtat ab accuſatione; & eſt quędam commutatio pœnæ de corporali in pecuniariā: non tamen pro aliquo debito in conſcientia.

Tertiò, fauet huic opinioni nuſquam apud ſacras literas inueniri vllā ſatisfactionem fuiſſe à Dauide ſuper occiſione Vriæ factam.

Quartò, faciunt etiam pro confirmatione huius noſtrę opinionis quę diximus verbo Remiſsio iniuriæ. Differen. 7. vbi probauimus nullam deberi ſatisfactionem pro iniuria verbali, vel alia quacumque. Et ibidem dictis adde ſi quis per violentiam auferat rem alicuius, iuxta l. Si quis in tantam. C. Vnde vi. certè is non modicam iniuriam faceret domino rei. & tamen nuſquam legimus dictum raptorem obligatum eſſe ob illam iniuriam ad aliquam aliam ſatisfactionem, niſi ad pœnam dict. l. Si quis. quę ſolummodò ſpectat ad Forum iudiciale.

Quintò, ſatisfactio eſt compenſatio damni per redditionem rei æquiualētis, vt docet Rebel. de Obligat. iuſti. prima par. lib. 2. quæſt. 1. num. 3. At ſatisfactis damnis ex iniuria homicidii, vel mutilationis, ſubſecutis; & accepta morte, vel membro amputato per Iudicem, non reſtat aliud damnum cui ſatisfieri debeat.

Sextò, facit quod tradit Scotus relatus à Leonardo Læſsio ſup. num. 142. verſ. Probatur ſecundò. vbi dicit hæredes occiſoris non teneri compenſare damnum vitæ, aut iniuriam illatam. Ergo nec ipſe occiſor. Si enim hic teneretur ex iuſtitia: profectò & eius hæredes, cùm ſuccedant in eius obligationes, ſicut & in iura; cap. fin. de Sepultu. & ibi optimè gloſ. fin. c. In literis. de Rapto. c. Tua nos. de Vſur. reg. Ex qua perſona. ff. de Reg. iur.

Vnde non obſtant fundamenta contrarie opinionis. Non primum. Quia negamus eſſe abſurdum teneri quē plus ſoluere pro animali, vel ſeruo occiſo, aut mutilato, quā pro homine libero. Nam in ſatisfactione quæ fit pro animali, vel ſeruo, ſolùm ſoluitur damnum paſſum à domino illorum, & eſt in illis æſtimabile: nihil autem ſoluitur pro iniuria, cuius ſunt incapaces. At in occiſione, vel mutilatione liberi hominis, cadit iniuria, & cadit damnum, ſi quod illatum eſt, in res ipſius. Et dānum iam fatemur ſatisfaciendum eſſe, non tamen iniuriam quę non ſpectat ad Forum intrinſecum, ſed ad externū, & iudiciale. Et multò minùs ſpectat ad idē Forum conſcientiæ, ſeu pœnitētiale compenſatio damni illati ob vitam, vel membra ſublata, quia vita hominis liberi, eſt ſupra omne pretium humanum pecunia nuſquam æſtimabile; ſed tantū pro illis debetur vindicatio in Foro externo, à Iudice faciēda, ſecūdū quod leges diſponūt.

Et ſic

Digitized by Google

Et ſic non eſt ſimilis,ſed diſsimilis comparatio.

Ad ſecundum ſimiliter reſpondetur in homine fabrili, & opifice dari dãnum circa illos qui eius opera ſeu arte ſuſtentantur; nõ tamen in nobili.Item in fabrili non ſatisfieri aliquid pro iniuria, ſed tantùm pro damnis.

Ad tertiũ reſpondetur ſatisfactionẽ faciẽdam pro vita, vel membro ſublatis, nõ eſſe poſitam in arbitrio hominis; quia facienda eſt in corpore,iuxta illud Saluatoris,Matth. 26.51.*Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt.*& iuxta diſpoſita per iura,& leges municipales.Quæ quidẽ ſatisfactio corporalis, ſi infligatur: ſatis erit ſic parti læſæ ſat sfactũ fuiſſe pro delicto cõmiſſo.Vnde non eſt cur alia irrogetur per Confeſſariũ, ne bis quis pro eodẽ crimine puniatur,contra id quod habetur in c. De his. de Accuſa. & per Ange.in l.Cùm idẽ.ff.de Peti.hæred. & glo.in cap.Habet.2. q.5. & Couar. lib.2. Variar.c.10.nu. 6.facit l. Bona fides. ff. de Reg. iur. vbi habes bonam fidem non pati vt idem debitũ bis exigatur. Et ad D. Tho. reſpondeo deberi aliquam ſatisfactionem parti læſæ, arbitrio boni viri,quando illã ea voluerit;ſed tunc iam remiſsam fuiſſe eius actionẽ criminalem, & conſequenter non poſſe ab ipſa agi criminaliter ad pœnã contra offenſorẽ ; quia illa ſatisfactio pecuniaria quæ vulgò dicitur *Compoſicion*, eſt loco pœnæ.Si verò pars læſa noluerit dimittere actionẽcriminalẽ;nulla tũc debetur ſatisfactio pecuniaria extra pœnam corporalem, quam pars læſa prætendit per ſuam accuſationem.

Ad quartum reſpondeo veniam non peti niſi ob reconciliationem,& charitatem violatam;non autem ob aliquam ſatisfactionẽ debitam,pretio æſtimabilem; nec ob violatam iuſtitiam.Quod ſatis cõſtat ex eo, quia ſufficit eam petere;licèt denegetur.

Sed adhuc manet ſcrupulus, nimirum videri abſurdum vt quis teneatur in conſcientia ſecundùm iuſtitiam commutatiuam ad reſarciendum damnum illatum alicui in bona, vel famam, ſeu honorem; & non teneri ad damna corporis;puta ſi abſcidit vnũ brachium, vel eruit oculum, aut aliud ſimile membrum præcidit;cùm hæc damna ſint multo pretioſiora, & magis ab hominibus æſtimabilia; quàm præfata, circa bona, vel famam. Et augetur. Nam ſi dicas præfatum damnum non poſſe ad æquiualens reſarciri.Reſpondet D.Thom. ſup.ſaltem eſſe reſarciendum in eo quod poſsibile eſt, vel in pecunia,vel honore.

Reſpondeo damnum præfatum illatum in perſonam, & corpus ſatis recompenſari per iuſtitiam vindicatiuam, quæ eſt ſpecies commutatiuę,ſecundùm eumdem D.Tho. 2.2.quæſt.80.artic. 1. ad 1.cùm ſit ſatisfactio per æquiualens, ſeu talionem vbi auffertur oculus pro oculo, vita pro vita, manus pro manu. Præterea illa punitio cùm fiat per iudicem, ſolùm ſpectat ad Forum iudiciale criminale, & non ad Forum pœnitentiæ,ſeu conſcientiæ. Non mirum igitur ſi ad præfatum damnum illatum in corpus quis non teneatur in Foro conſcientiæ, quamuis ſit grauius, & æſtimabilius, quàm alia damna paſſa ſuper bonis, vel fama.

Hinc eſt compoſitiones quæ fiunt à partibus læſis circa præfata delicta, non eſſe ſecundùm ius; immò contra. Quia Reipublicæ intereſt ne crimina remaneant impunita.l.Ita vulneratus.ff.Ad l.Aquil. C. Vt famæ. de Sentent. excommunic. Manent autem impunita per memoratas compoſitiones, vt palam eſt. Pro quibus faciunt not.verbo Hæreditas. Differentia 8. & per gloſſ. verbo Supplicatione. in capit. Si illic.23.quæſt.4. quatenus habet remittentem iniuriam propter peccuniam, niſi fiat authoritate iudicis, eſſe infamem ; per l. Furtum.§.Pactum ff.De his qui not.infam. docet Hippol.in Pract. §. Diligenter.num. 179. Cùm ergo damnum illatum in corpus,non ſit æſtimabile, nec poſsit reſarciri de iure per aliam viam quàm per punitionem corporalem ; & hæc non ſpectet ad partem offendentem, ſeu iniuriantem; ſed ad iudicem; nec ſatisfactio fiat propriè parti lęſę,ſed Reipublicę,vt dict. l. Ita vulneratus: meritò non tenetur quis in conſcientia ad aliquam ſatisfactionem, ſeu compenſationem præfati damni ex delicto in lęſum illati, donec per iudicem condemnetur, per notata verbo Pœna. Differen. 2.& verb. Damnum. Differentia 8.

Digitized by Google

Hinc infertur, Primò reum condemnatũ iudicialiter, vltra pœnam ſibi impoſitam, non teneri ad aliquam aliam reſtitutionem, ſeu ſatisfactionem pro iniuria corporali illata; ſed tantùm pro aliis dãnis, ſi quę recepta fuerint, vt docent Couar. Nauar. & Anto. Gom. ſuprà, & ita habet communis praxis omnium tribunalium, teſte Læſsio ſup. num. 143. quicquid in contrarium teneat Rebel. ſup. nu. 3.

Secundò infertur ſi ſeruus occideretur, præter valorem ipſius domino reſtituendum, propter damnum ei illatum: non deberi aliam reſtitutionem, qua homo eſt, pro priuatione vitæ; quicquid contradicat Rebel. ſup. num. 2. in fin.

Tertiò infertur, ſi pars lęſa agat primò criminaliter tantùm contra reum, nec contenta ſit vt per pœnam tãtùm corporalem ſibi ſatisfiat: quamuis poſteà agere poſsit ciuiliter ad intereſſe, & damna quæ paſſus eſt; vt per Iul. Clar. quæſt. 95. num. 5. non tamen poſſe aliquid petere pro iniuria, ſeu vulnere corporali, cùm iam illa ſit per ſententiam criminalem ſatisfacta. Communiter autem inter nobiles, & aliquando inter alios inferiores, non prætenditur alia ſatiſfactio, quàm quæ fit per pœnam corporalem. & ideò nec ipſe delinquens, nec eius hæredes, ad aliam compelli poterunt per Confeſſarios. Vide ad hoc eumdem Rebel. ſup. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Colũbaria an ſint licita, vel teneatur dominus ad reſtitutionem alienigrani, & fructuum quibus columbæ veſcuntur.*

2 *Venatores columbarum an peccent eas interficiendo, ſintque obnoxii reſtitutioni.*

DIFFERENTIA QVADRAGESIMA SEXTA.

1 COLVMBARIA in Foro externo paſsim permittuntur; maximè in Corona Aragonię, in qua vnicuique ſine vlla prohibitione licet ea habere in ſuis domibus ruralibus. & in Caſtella ſolùm eſt præſcriptum ſpatiũ leucæ, intra quod nullus poteſt eas aucupari; liberè tamen extra ipſum. & in Luſitania approbantur de conſuetudine, teſte Rebel. de Obliga. iuſti. in Prælud. lib. 1. quæſt. 14. nu. 21.

In Foro verò conſcientiæ non caret hoc ſcrupulo, vt dicit Molin de Iuſt. & iur. 1. par. tract. 2. diſput. 48. Nam eſſe illicita, & obligari dominos ad reſtitutionem dãnorum, tenent Paluda. in 4. diſt. 15. q. 2. concluſ. 5. & Maior ibid. q. 28. poſt D. Anto. 2. p. tit. 2. c. 1. Idem Caiet. verb. Columbariũ. & Rodrig. in Explicatione Bullæ Compoſ. n. 56. Angles & alii. Quorum ratio eſt, quia nocumentum præſtãt vicinis in eorũ granis, & fructibus. ideò in aliquibus Regnis ſunt prohibita, lege ad hoc lata.

Sed multi tenent, vbi talis lex non eſt, vel recepta conſuetudo ea prohibentia; eſſe licita: quia nocumentum eſt paruum, & recompenſatur cum ſtercore columbarum. Præſertim ſi dominus eis pabulum opportunis tẽporibus ſubminiſtret. Ita Silu. verbo Reſtitutio. 3. q. 4. Dicto 3. Naua. cap. 17. nu. 126. Soto lib. 4. de Iuſt. q. 6. art. 4. ad fin. Tabiena, Armilla, Lopez, Ledeſma, & alii quos refert, & ſequitur Molina ſup. & Rebel. dict. n. 21. & ita teneo. vnde nulla eſt in hoc aſsignanda differentia.

2 Quæ hactenus dicta ſunt ſpectant ad dominos columbarũ. videamus nunc an venatores dictarũ columbarũ, peccent eas interficiendo, & teneãtur ad earum reſtitutionẽ.

Huiuſmodi quæſtio, ſeu dubium depẽdet ab alio, an dominium dictarum columbarũ ſit domini colũbarii, necne. Nam ſi ſint domini columbarii, earũ interfectores perſpicuum eſt peccare, ſi in loco prohibito eas interfecerint; teneriq; ad reſtitutionem earum. aliàs ſecùs.

Quare petẽdum eſt hoc vltimum dubiũ à Iuriſprudentia, nẽpe ex §. Pauonum. Inſt. de Rerũ diuiſ. & ex l. Naturaliter. ff. de Acquir. rerũ domi. vbi dicitur tãdiu præfata animalia domini colũbarii eſſe, quamdiu retinent conſuetudinẽ eundi, & redeundi. Quam cõſuetudinem amiſiſſe cenſendæ ſunt, ſi bis

non

non redeant diebus, & horis conſuetis; ſecundùm Nauar.cap.17.nu.128.Silu. verb. Inuentum. quæſt.2.Maior.in 4.diſtinct.15. quæſt. 10. Quamuis Molina ſup. diſputatione 41.col.196.ad fin. cenſeat id arbitrio prudentis relinquendum eſſe.

In Regno Luſitaniæ putat Molin. ſup. diſputatione 50. ſemper dominium earum eſſe domini columbarii,in quo præfatæ columbæ habent domicilium: nec eſſe loco circumſcriptas ipſas columbas,quia nullibi licet eas interficere.Quod intellige vt proximè dictum eſt: nimirum retinere domicilium, quandiu non amittunt conſuetudinem eundi, & redeundi ad certum columbarium.

In Regno verò Caſtellæ, putant Couar. in regul. Peccatum. 2. par.§.8. num. 14.& Cordub.quæſt. 121. poſſe venatorem impunè eas interficere ſi extra leucā eas inueniat: in Foro verò conſcientiæ, non poſſe, & ideò teneri eas reſtituere. Itaque volunt vt lex quæ ſtatuit vt extra leucam poſſint capi, ſit tantum permiſſiua. Quod impugnat Moli. (& meritò) ſup. dict. diſputatione 50.verſ.Verum.ad fin. dicens iniquā eſſe illam legem, indignamque legiſlatore Chriſtiano, quæ ſine vllo prorſus emolumento, præter commune ius permitteret vt impunè caperentur; dominoque earum denegaret actionem aduerſus venatorem: & nihilominus relinqueret venatorem obnoxium, vt illas in Foro conſcientię perinde reſtitueret, ac ſi talis lex lata non eſſet. Quare cenſet ad nullam reſtitutionem teneri, cū Reſpublica potuerit illud abſolute ſtatuere, vt ſcilicet cum eo onere dominus columbarii dominiū illarum retineat, ſi extra locum leucæ non exeant. Secùs ſi extra. Quod etiam nobis placet.

SVMMARIVM.

1 *HAERES non tenetur ex delicto defuncti in Foro exteriori; niſi quatenus ad eum peruenit: vel niſi lis ſit cum defuncto conteſtata. Secùs in Foro conſcientiæ, & Foro Canonico.*

DIFFERENTIA QVADRAGESIMA SEPTIMA.

1 HAERES de iure Ciuili non tenetur regulariter ex delicto defuncti.l. vnica. C. Ex delict. defunct. in quantum hæredes conueniantur. vbi dicit textus, ſolùm in duobus caſibus teneri: nimirùm ſi ad eum aliquid ex ipſo delicto peruenerit; quia tunc in tantum tenetur, & non in plus. Vel niſi lis fuerit conteſtata cum defuncto ſuper dicto crimine: quia in iudicio quaſi contrahimus.l. 3. §.Idem ſcribit.ff.de Pecul. ideoq; per conteſtationem litis, videtur cōtractus initus cum defuncto. Itaque ſi defunctus fuit vſurarius, raptor, latro, vel incenderit domum alicuius, vel ſimile quid fecerit; non poterit conueniri eius hæres in Foro iudiciali ciuili ad reſtitutionem vſurarum, furti, vel rapinę, ſi ex his delictis nihil ad eum peruenerit; licèt habeat alia bona ex hæreditate: vel niſi viuente teſtatore fuerit cum eo lis conteſtata ſuper ipſis delictis. Ita conſtat ex dict. l. vnica. & ex gl. in cap. fin. de Sepult. & in cap. Eccleſia. §. Item peccato. 1. quæſt. 4. verb. Conquiſita. & ex Couar. poſt alios lib.3. var. cap. 3. num. 7. dicit communem Iul. Clar. quæſt. 51. num. 16. Et probat late Iaſ. in l. Si quis. §. Quod autem. ff. Quod quiſque iur. eamdē dicit communem Benedict. Capra reg. 67. num. 1. & 2. & habetur 1. tom. Commun. opin.pag.500.Et poteſt eſſe ratio,quia crimina morte extinguntur. l. 1. & per totum tit. C. Si reus vel accuſat. mortui fuerint. l. Defuncto. ff. de Publi.iudi. cap. Quorumdam. 24. diſt. & eſt communis opinio. vt per Iul. Clar.dict. quæſt. 51.num. 12. & ſic nullus poteſt poſt mortem accuſari.l.fin.ff. de Bonis eorum. qui ante ſent. mort. ſibi conſci. cap.1.24. quæſt.2. cap. Admonere. 33. quæſt. 2. Niſi in certis criminibus exceptis; de quibus per eumd.Clar.ibid.num. 13. vnde cum de dictis maleficiis agi non poſſit mortuo iam principali; meritò nōn poteſt peti ab hærede aliqua reſtitutio, vel

ſatisfactio

Digitized by Google

ſatisfactio vigore eorumdem; quia aliàs neceſſariò agi deberet de illis. maximè quia forſan ipſe defunctus habebat aliquas iuſtas exceptiones ad ſe defendendũ; quas cum ignoret eius hæres, poſſet facile ſuccumbere in magnam defuncti infamiam; cuius honor, & bona fama, ſeu opinio, ſpectat ad hæredẽ; vt eam nimirũ totis viribus tueatur. Vnde in effectu, propter honorem defuncti, iura ciuilia actionem contra hæredes, etiam perſecutoriam, ratione damni illati ex delicto defuncti, concedere noluerunt. Non verò agunt ſuprà memoratę leges de actione pœnali; vt ſcilicet hæres pœnam criminis quam merebatur defunctus, minimè ſoluat, vt malè putauit Coua. loco ſuperiùs citato. verſ. Nam & iura Cæſarum. Nam contra talem intellectum eſt. dict.l. vnica. C. Ex delict. defunct. Ibi, *Alioquin in quantum ad eos peruenit.* &, *Ne alieno ſcelere ditentur.* Ex quibus verbis colligitur non agere ibi legem de pœna criminis, ſed de actione perſecutoria circa damnum illatum, vt ſcilicet hęres teneatur illud reſarcire in quantum ad eum de illo peruenerit, ſi lis cum defuncto conteſtata non fuit. Et dat rationem. nempe ne alieno ſcelere ditetur. Vbi golſ. hanc rationem confirmat. nimirùm quia turpia lucra ab hærede ſunt extorquenda. vt l. In hæredem. ff. de Calumnia.

In Foro verò conſcientię (& etiam Canonico vbi principaliter attenditur peccatũ, magis quàm honor defuncti; cùm peccatum dimitti nequeat niſi reſtituatur ablatũ. reg. Peccatum. extra de Reg. iur. ne anima dicti defuncti, ſecundùm aliquos, in purgatorio, ob retardatam ab hærede ſatisfactionem damni per defunctum illati detineatur. vel veriùs propter vitandum peccatum hæredum, vt infrà latiùs) hęres tenetur ex delicto defuncti, omni caſu, vſque ad vires hæreditarias. & ſic ſiue lis ſit conteſtata cũ defuncto, ſiue non; ſiue ad hæredẽ aliquid de delicto peruenerit, ſiue non· ſiue fecerit inuentarium, ſiue non. Et eſt communis opinio; vt per Couar. ſup. numer. 7. & 8. & Clar. numer. 16. & 17. Et probatur in cap. fin. de Sepult. & in cap. Tua nos. de Vſur. & in cap. In literis. de Rapto. vbi text. agit de incendio facto per defunctum, & dicit, *Et hæredes eius moneas, & compellas, vt his quibus ille per incendium, vel alio modo damna contra iuſtitiam irrogauerat, iuxta facultates ſuas condignè ſatiſfaciant; vt ſic à peccato valeat liberari.* Quod verbum *valeat* (vt hoc obiter dicam) etiam habetur in Decretalibus à Gregorio Papa. 13. correctis. Quod non parum miratus ſum; cùm communiter DD. teneant dictum verbum eſſe mẽdoſum. Quia negligẽtia, & retardatio ſatisfactionis, nõ obſunt animę defuncti; ſed tantùm ipſis hæredibus, & executoribus teſtamẽtorum. Et ideò dicendum, *valeant.* in plurali; vt ſic referatur ad hæredes, & executores; vt docet Ioan. And dict. cap. In literis. & Hadria. quodlibe. 11. ſub litera T. Quamuis enim Pala. Ruui. in Rep. rub. de Donatio. inter vir. & vxor. §. 65. numer. 19. tenuerit animam defuncti detineri in purgatorio dum voluntas eius per hæredes, & executores teſtamentorum nõ mandatur executioni. & ſic defendat verbũ *valeat* in ſingulari. ſed eius opinio communiter reprobatur. Nam ſi defunctus bona fide, confiſus de hæredibus, & executoribus, iuſsit vt reſtitutionem facerent ad quam ipſe tenebatur: (ſi per ſe ſtatim eam facere non poteſt) per hoc liberatur à peccato; neque detinebitur in purgatorio propter culpam, & negligentiam hæredum, & executorum, vt declarat B. Tho. quodlibe. 3. art. 13. & 14. Soto in 4. diſt. 45. quæſt. 2. art. 3. Silu. verb. Teſtamentum. 2. quæſt. 9. Cardinalis ſancti Xyſti. in cap. Qui oblationes. 2. 13. quæſt. 2. Nauar. cap. 17. nu. 68. & Pet. à Nauar. de Reſti. lib. 3. cap. 4. Dubio. 7. num. 165. cum ſeq. & Lælius Zechius de Caſib. Epiſcopo reſerua. caſu 6. de Lega. ſoluen. pagina 585. immò ipſi hæredes, & executores peccant mortaliter retardantes ſine iuſta cauſa executionem teſtamentorum, vt tradunt Ricard. in 4. diſt. 45. queſt. 4. art. 5. Gabriel in Canone Miſſæ. lectione 23. col. 3. Nauar. cap. 25. num. 65. & DD. ſuprà citati.

Et redeundo vnde digreſsi ſumus; idem quod præcitata iura probant, nimirũ heredem teneri ex delicto defuncti in cõſcientia, & Foro Canonico, docent gl. in cap. Si Epiſcopum. verb. Reddantur. 16. queſt. 6. & in cap. Epiſcopus. verb. Ab hęredibus. ad fin.

Digitized by Google

ad fin. 12. quæſt. 2. & in cap. Eccleſia. §. Itē peccato. verb. Conquiſita. 1. quæſt. 4. & dict. cap. fin. de Sepultu. Ioan. Fab. in §. Pœnales. Inſt. de Perpet. & tempor. act. Areti. in rub. ff. de Acqui. hæredi. col. 3. Hadrian. quodlib. 11. art. 1. & Couar. ſup. Viui. deciſ. 6. lib. 1. & 1. tom. Commu. opin. dict. pag. 500. Bart. in l. 1. ff. de Priua. delict. & dicit communem Silu. verb. Hæreditas. 3. quæſt. 4. Angel. & Tabien. verb. Hæres. numer. 4. & Paul. Comitol. lib. 4. Reſpon. moral. quæſt. 42. & ibi ex hoc dicit vbi defunctus alicuius famam, & exiſtimationem violauerit; poſſe infamatum agere contra illius hæredes, non actione pœnoſa, ſed perſecutoria ad damni dati ſatisfactionem, & famę reſtitutionem. Quod eſt notandum.

SVMMARIVM.

1 *SERVVS ſi iniuria afficiatur, & aliquid pro iniuria capiat; non tenetur illud domino reſtituere; ſed poteſt penes ſe retinere.*

DIFFERENTIA QVADRAGESIMA OCTAVA.

1 SERVO, de iure, in Foro externo nulla fit iniuria, quamuis ei aliquod conuicium dicatur, vel percutiatur pugno, vel alio modo leui. Ita habetur in §. Seruis. Inſt. de Iniuriis. Quando verò fit ei aliqua iniuria atrox, vt quia verberatur ab aliquo; tunc non ei, ſed domino competit actio iniuriæ; vt habetur ibid. & in l. Item apud. §. Prætor ait. ff. eod. not. Silu. verb. Iniuria. quæſt. 6. ad fin.

In Foro verò conſcientiæ, quatenus homo eſt, fit ei iniuria, vt ſentit gl. 1. in dict. §. Seruis. per iura quæ citat. Et ideò iniuriator, is nimirum qui corpus pulſatione, aut conuicio aures, aut aliqua turpitudine vitam cuiuſpiam violat, tenetur eidē in conſcientia ſatisfacere. Intellige, vt reſoluimus. verb. Remiſsio iniuriæ. Differentia 7. Et quod ob iniuriā irrogatam ſeruo datum fuerit, non tenetur ſeruus domino reſtituere, vt tenet expreſsè Molina de Iuſti. & iure. tom. 1. tract. 2. Diſputatio. 38. col. 185.

SVMMARIVM.

1 *REVS legitimè interrogatus à Iudice, ſi neget crimen, an teneatur in conſcientia reſtituere bona ipſi fiſco.*

DIFFERENTIA QVADRAGESIMA NONA.

1 REVS legitimè interrogatus, ſi neget delictum; liberatur à pœna, & cōfiſcatione bonorū in Foro iudiciali, ſi non ſint aliàs ſufficientes probationes ad eum condemnandum. l. Qui ſententiam. C. de Pœnis.

An verò in Foro conſcientiæ teneatur reſtituere fiſco bona, valde dubitatur inter DD. Nam Soto lib. 1. de Iuſti. quæſt. 6. art. 6. cōcluſione 4. ad fin. tenet affirmatiuam; ea ratione, quia negando, iudicium impediuit; cùm tamen fateri teneretur. Quaſi diceret, Qui impedit alium, ne rem aliquam conſequatur, ad quam ius in re, vel ad rem habebat: tenetur ad reſtitutionem dictę rei, vel valoris eius (vt diximus ſup. Differentia 16.) Sed in hoc caſu fiſcus habebat ius ad bona huius delinquentis vigore criminis commiſsi. Ergo tenebitur reus negans ad eorum reſtitutionem; maximè quia fecit contra iuſtitiam, negando delictum, cùm aliàs teneretur illud confiteri, quādo Iudex legitimè eum interrogauerat, vt ſupponimus. Faciunt not. ſup. Differ. 39.

Alii verò, vt Micha. Salon. 2. 2. quæſt. 62. art. 3. controu. 2. Azor. 1. tom. Inſti. moral. lib. 5. cap. 8. col. 485. (vbi etiam allegat Nauar. cap. 25. num. 51. ſed erroneè.) putant non

Digitized by Google

tant non teneri reſtituere bona. Ea ratione, quia pœna numquam debetur in conſcientia; iuxta glo. receptam in cap. Fraternitas. 12. quæſt. 2. Secundò, quia fiſcus ante Iudicis condẽnationem, non habet ius quęſitum in bonis criminoſi. Quorum opinionem veriorem puto. Pro qua eſt alia ratio optima, nimirùm quia reus quamdiu eſt ſpes euadendi, ideſt dum Iudex non habet ſufficientes probationes, poteſt crimen negare, etiam ſi legitimè interrogetur; vt tenet Pet. Nauar. lib. 2. cap. 4. num. 136. & Emmanuel Sa verb. Reus. & Leonard. Lęſsius de Iuſt. & iu. lib. 2. cap. 31. Dubitatione 3. num. 16. pag. 397. Idque propter difficultatem præcepti, & ob ſummum ius vitæ ſuæ tuendæ. Per quam rationem ſoluitur fundamentũ Soti. Nec eſt verum, fiſcũ habere ius ad bona criminoſi; maximè ſi careat ſufficiente probatione. Solùm enim habet ius ad accuſandum, & in carcerem mittendum reum, & ad torquendum eumdem, ſi habeat ſemi plenam probationem. non tamen ad bona, donec ſententia feratur contra reum.

SENTENTIA.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX Fori iudicialis non poteſt ferre ſententiam extra territorium ſuum. Secùs in Parocho.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 IVDEX ferens ſententiam extra locum conſuetum, & territorium proprium, nulliter agit. l. 5. ff. de Offic. Præſid. l. Obſeruare. §. Ingreſſus. ff. de Offic. Proconſul. l. Cùm ſententiam. C. de Sentent. l. fin. (vbi omnes.) ff. de Iuſt. & iur. docet Vant. in tract. de Nullit. tit. de Nullit. ex defectu iuriſdict. num. 107. & 110. fol. 99.

At Parochus vbicumque locorum, & terrarum, poteſt audire confeſsiones ſuorum parochianorum, & eos abſoluere; vt diximus verb. Iuriſdictio. Differentia 10. nu. 6. & tenet gl. pen. in cap. 1. 16. quæſt. 1. commendata à Corſeto in Repert. ad Abb. verb. Iudicis incompetentia. Fallen. 32. & eam ſequitur poſt alios Rip. de Peſte. cap. fin. num. 47. Nauar. cap. 27. num. 255. Silueſt. verb. Confeſſor. 1. quæſt. 13. Iul. Clar. quæſt. 38. num. 4. & Couar. poſt alios in Pract. cap. 11. num. 4.

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 SENTENTIA lata ab vno Iudice, ſi ab ea non fuit appellatum, non poteſt ab illius Superiore in Foro exteriori relaxari, nec commutari. cap. Cùm ab Eccleſiarum. de Offic. ordin.

At in Foro animæ, ſententia, ſeu pœnitẽtia data ab vno Cõfeſſario poteſt per quẽcumque Superiorem; immò, & æqualem relaxari; vt docet Borgaſ. de Irregul. pag. 87. num. 2. & diximus verb. Diſpenſatio. in Differentia 5. & verb. Iuriſdictio. Differentia 1. Et ratio eſt, quia ſententia in Foro animæ numquam tranſit in rem iudicatam. vt infr. Differ. 5.

SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA iniuſta, ſi ab ea non appelletur; quod ius tribuat Parti.*

2 *Excommunicatio iniuſta quid operetur.*

3 *Prior electus, & confirmatus à Superiore, ſi aliàs*

Digitized by Google

ſi aliàs ſciat ſuam electionem fuiſſe inualidam; an ſit tutus, ob prędictam confirmationem.

4 *Sententia abſolutoria dicẽs, Abſoluo reũ, eò quòd nullo modo eſt debitum; ſi ab ea non appelletur, tribuit ius Parti, ita vt naturalem obligationem auferat.*

5 *Res iudicata retractari non poteſt, niſi per confeſsionem Partis conſtaret de eius iniuſtitia.*

6 *Contra præſumptionem iuris, & de iure, non admittitur probatio: niſi per confeſsionẽ Partis.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 SENTENTIA iniuſta, & iniqua ex defectu iuſtitiæ; cùm nimirum innocens condemnatur: ſi ab ea non appelletur, quamuis in Foro contentioſo tribuat ius Parti in cuius fauorem lata eſt (quia ſcilicet venit executioni mandanda, & condemnatus ampliùs ſuper ea non auditur, iux. cap. Cùm inter. de Re iud. & l. Ab eo. C. Quomodo, & quando Iudex. l. Herennius. §. Caia. ff. de Euict. cap. In præſentia. de Renun. Feli. cap. 1. num. 40. de Conſtit.) non tamen tribuit ius aliquod victori in Foro conſcientię. Vnde ſciens iniquitatem ſententiæ; non poterit ea vti tuta conſcientia, non magis, quàm ſi eam non obtinuiſſet. Ita poſt Innoc. docet Panor. in cap. Quia plerique. num. 19. de Immunit. Eccleſ. Hadrian. quodlibet. 6. art. 1. verſ. Ex quo infero. Sot. lib. 3. de Iuſt. quæſt. 4. art. 5. & in 4. diſt. 22. quæſt. 1. art. 3. concluſione 4. Salon. de Iuſt. & iur. quæſt. 60. art. 5. pag. 256. & dicit communem Couar. in 4. 2. par. cap. 8. §. vlt. num. 19. & Emmanuel Soarez 1. tom. Commun. opin. pag. 328. Similiter tenebitur reſtituere quicquid habuit cognita iniuſtitia; Panor. in cap. 1. de Conceſsion. præb. Silu. verb. Sententia. quæſt. 11. Pro practica verò, & intellectu huius concluſionis, & differentię, cõſule Abbatem conſil. 60. incipit, In cauſa. & quæſtione. vol. 2. per totum. Adde ad prædicta quæ habentur 1. tom. Commun. opin. lib. 1. tit. 11. num. 20.

Ratio huius differentiæ eſt, quia ſententia iniuſta, & iniqua (licèt pro ea in Foro exteriori præſumatur, maximè vbi ab ea non appellatur. cap. Sicut. de Re iud. niſi quando iniquitatem continet manifeſtam. cap. Inter. eodem tit. faciatquè ius inter ipſos litigãtes, vt in dicto cap. Cùm inter.) nullo modo tollit obligationẽ naturalem, vt probat tex. in l. Iulianus. 60. ff. de Condict. indeb. *Licèt enim* (inquit Paulus.) *Abſolutus ſit; natura tamen debitor permanet.* Idem notat Panor. in dicto cap. Quia plerique. num. 19. & 20. & in cap. Quoàd conſultationem. num. 7. de Re iud. vbi ex hoc infert ad quæſtionem, de qua per Bar. in dicta l. Ab eo. C. Quomodo. & quando Iud. videlicet an ex ſententia condemnatoria iniuſta oriatur obligatio naturalis. Et concludit cum eodem Bart. quòd non; quia ſi ſententia non tollit obligationem naturalem, vt in dicta l. Iulianus. Ergo non inducit; quia faciliùs tollitur, quàm inducatur. l. Si vnus. §. Pactus. ff. de Pact. ſequitur Felin. dicto cap. Quoàd conſultationem. col. 4. dicens communem, ſcilicet quòd ſicut abſolutoria iniuſta non tollit naturalem obligationem: ita condemnatoria iniuſta eam non inducit. Idem not. in cap. Nihil. in princip. de Præſcript. & ſic tuta conſcientia poteſt condemnatus, ſecluſo ſcandalo ſubterfugere ſolutionem condemnationis; quia Iudex non poteſt iuſtificare cõſcientiam victoris; vt conſtat ex dict. l. Iulianus. iuncta ibi. gloſ.

Nec obſtat, tranſactis decem diebus ad appellandum, ſentẽtiam aſſumere ex tacito conſenſu condemnati vires rei iudicatæ, qui appellationem omittens conſentire videtur; vt in dicto cap. Quoàd conſultationem. & in dicta l. Ab eo. & in gloſſa fin. in fin. in cap. 1. de Conceſsion. præb. Nam ille conſenſus non eſt verus, ſed fictus, & præſumptus. Præſumit enim ius iam condemnatum conſentire ex quo non appellauit. Vnde propter bonum publicum, vt ſic tandem aliquando litibus finis imponatur, præcludit viam ampliùs cognoſcendi de cauſa. At in Foro animæ ſtatur veritati, & non præſumptioni, cap. Is qui fidé. de

Sponſal.

Digitized by Google

Sponſal. Quare ſi reuerà reus non deſiit, ſeu omiſit appellare animo confirmandi ſententiam, ſeu donandi id in quo fuit condemnatus, ſi ſententia fuit condemnatoria; vel animo remittendi debitum, ſi fuit abſolutoria ex parte actoris; ſed vt euitaret iudiciales moleſtias, iux. tex. in l. Item ſi res. in fin.ff. de Alien.iud. mutan.cau.ſa. (quod in dubio eſt pręſumendum. argum. l. Cùm de indebito. ff.de Probation.) non prodeſt actori prædictus conſenſus præſumptus; nec vigore eius poterit victor tuta conſciẽtia exequi ſententiam quam ſcit aliàs iniuſtam, & iniquam. Idem docet Nauar. cap. 25. num. 12. verſ. Secundò.

Quod adeò verum eſt, vt licèt reus offerat ſponte victori rem ad quam reſtituendam fuerat iniquè condemnatus; vel ſoluat pecuniam condemnatoriæ ſententiæ, vt ſe eximat ab expenſis executionis ſententiæ, & ab aliis vexationibus iudiciorum: (Hac enim ratione licitè id facere poterit. nec ex hoc peccatum victoris fouere dicẽdus eſt, vt putauit Panor. poſt Innoc. ibidem poſt princip. in dicto cap. Quia plerique. num. 24. per cap. Negligere. 2. quæſt. 7. Cùm condemnatus tantummodo à proſequenda lite, & ab appellando deſiſtit; eius pertęſus. Victor ſiquidem ex hac condemnati voluntaria paritione ſententiæ non inducitur ad vllum peccatum, cùm iam aliàs paratus ſit ad rem, ſeu pecuniam recipiẽdam. ſicut dicimus de ſoluente vſuras, & eaſdem promittente vſurario parato eas recipere, qui ideò non peccat, vt notant omnes in cap. Debitores. & in cap. 1. de iureiur.) nõ poterit victor in conſcientia prædictam rẽ, ſeu pecuniam recipere. Adhuc quippe inuitus ſoluit reus. Quod verum eſt, cùm vitiũ ſententię non eſt remiſsibile per partes; vel ſi ſit remiſsibile, conſtat eum inuitum ſoluiſſe ad redimendas vexationes litis, & facti. aliàs ſecùs; vt in l. Ad ſolutionem. C. de Re iud. Abb. pulchrè dict. conſil. 60. num. 2. & 3. vol. 2. Gom. in regul. de Triennali. quæſt. 42. ad fin.

Nec admittenda eſt limitatio ad prædictam differentiam quam ponit Salon de Iuſt. & iure, dicta quæſt. 60. art. 5. §. 3. qui vult ſi ſententia ſit iuſtè lata ſecundum allegata, & probata (licèt aliàs ſit iniuſta, & iniqua: puta quia per falſos teſtes, vel aliàs fuit contra reum probatum) teneri tũc reũ in Foro animæ ad obſeruationem ſententiæ; parereque ei præiudicium talem ſententiam, & victori titulum. Quod certè nullo iure, nec ratione defendi poteſt, quia nulli dolus ſuus, & malitia patrocinari debet, nec prodeſſe. l. 1. & l. Ex dolo. ff. de Dolo. l. Si in fraudem. C. de Legi. l. In fundo. ff. de Rei vend. cap. Sedes. de Reſcript. Nec ex dolo ſuo debet quis lucrari. l. Non debet in fin ff. de Dolo malo. maximè quia licèt ſententia lata ſecundùm allegata, & probata iuſtificetur quoàd Forum exterius; non tamen quoàd Forum interius, conſtito poſteà de veritate in contrarium. Ex præſumptione enim ſtamus prædictæ ſententiæ. cap. In præſentia. de Renunciat. l. Herennius. §. Caia. ff. de Euiction. Quæ præſumptio in iudicio interiori ceſſat, cùm veritas ſe habet in contrarium.

Quare concludendum eſt, ſicut victor nõ poteſt vti in conſcientia prædicta ſententia iniuſta; ſic nec victum teneri ad eius obſeruationem, quomodocumque ſit iniuſta ex defectu iuſtitiæ à parte rei. Vnde meritò inquit Sot. in 4. diſt. 22. quæſt. 1. art. 3. concluſ. 4. poſſe talem condemnatum ſubterfugere, & non ſoluere id ad quod condemnatus eſt, dummodò non inferat vim miniſtris iuſtitiæ, idque ſine ſcandalo facere poſsit.

Nec minus admittenda eſt alia limitatio, ſeu diſtinctio, quam tradit Panor. in dicto cap. 1. de Conceſsion. præb. num. 4. Marc. deciſ. 470. part. 1. & Silu. verb. Sententia. quæſt. vltim. videlicet prædictam differentiam eſſe intelligendam de ſentẽtia declaratoria tam in cauſa profana, quàm in beneficiali; qualis eſt quando Iudex inter litigantes ſententiat ad iſtum, vel illum rem pertinere, ſiue dari debere. Secùs in priuatiua beneficiali. Quia tunc, ſi Beneficium alteri conferatur, in vtroque Foro ſecurus is erit. Huiuſce diſtinctionis poteſt aſsignari hæc diuerſitatis ratio, nimirùm quia is pro quo data eſt ſententia declaratoria iniuſta, nullum ius habet, niſi illud quod immediatè ſibi cauſatur ſentẽtiã. At talis ſententia declaratoria non tribuit titulum. l. Sicut. §. Hoc ſiquidem. ff. Si ſeruit. vendic.

cap.

cap Forus. de Verb.ſignific. cùm is qui declarat, nihil det de nouo.l. Palàm. §. Si tantùm.ff.de Teſtam.At ſentẽtia priuatiua Beneficialis à qua non fuit appellatum, facit Beneficium vacare;cap.Propoſuit.de Conceſsion.Præb.vbi Abb. num.21.id notat,& in dicto cap.1.num.4.Vnde cùm tamquam vacans, alteri conferatur; non patet iſtum teneri ad eius reſignationem, licèt poſteà ſciat iniuſtè fuiſſe latam ſententiam,ſi aliàs ipſe non fuit cauſa iniuſtitiæ: cùm ius illius non accipiat vim, nec fundetur immediatè in ipſa ſentẽtia, ſed in collatione ipſi facta poſt ſententiam priuatiuam.Sed certè (quod pace tantorum virorum ſalua dixerim)falluntur,putantes per ſententiam priuatiuam iniuſtam, etiam ſi ab ea non fuerit appellatum, vacare verè Beneficium corã Deo, & in Foro animę, dequo loquimur, tamquam tacitè renũciatum per condẽnatum. Nam id tantùm verum eſt quoàd Forum contentioſum,& præſumptiuè;non tamen quoàd Forum conſcientiæ, ſi condemnatus, ac priuatus iniuſtè,omiſit appellare,non quidem animo renunciandi Beneficio, ſed ad euitandas moleſtias litis. Tunc enim ex omiſsione appellationis,non amittit titulum Beneficii. Et eſt ratio,quia in eo militat eadem ratio quæ militat in condemnato declaratiuè; cùm vtraque ſententia nitatur tacita renunciatione præſumpta, quę ceſſat in Foro animæ. vnde meritò hãc partem defendit Salon dicto artic. 5. col. 269.§.1.dicens opinionem illam Canoniſtarum, quæ habet; ſententiam priuatiuam in Beneficialibus,etſi iniuſtam, habere vim in Foro animę,& transferre ius, ſi priuatus non appellet; eſſe omnino reiiciendam. Quòd ſi dixeris ius eius cui confertur in prædicto caſu Beneficium, non tam fundari in renunciatione, ſeu ceſsione condemnati non appellantis, quàm in collatione ipſi facta à Superiore: fateor quidem. attamen collatio illa fuit inualida quoàd Forum interius; cùm ſit facta de Beneficio viuentis,non vacantis coram Deo.capit.1.de Conceſsion.pręb.

Quare tam in Beneficialibus, quàm in profanis;& tam in ſententiis priuatiuis,quã declaratiuis, manet firma noſtra differentia, ſcilicet ſententiam iniuſtam, qua innocens condemnatur, licèt præiudicet deuicto quoàd Forum exterius,ſi ab ea non appellet non tamen præiudicare quoàd Forum inerius; ſi id fecit ob euitandas moleſtias litis; & conſequenter victorem non poſſe ſalua conſcientia prædicta ſententia vti,poſquam de eius iniuſtitia, & iniquitate, certior factus fuerit.

2 Ex qua reſolutione infero primò, idem dicendum fore de ſententia excommunicationis iniuſta ex defectu iuſtæ cauſæ. quia ſcilicet talis ſententia licèt præiudicet quoàd Forum exterius.cap.1.11.q.3.non tamẽ quoàd Forũ interius;vt diximus verb. Excommunicatio. Differentia 9. & docet Paluda.in 4.diſt.18.quæſt.4. verſic.Tertius effectus.Soto ibidem diſt.22.quæſt.1.artic. 3.concluſ.4.Nauar. cap.27.numer.3. & 38. vbi ex hoc infert, taliter iniuſtè excommunicatum non priuari communione interiori ſanctorũ,neq; ſuffragiis generalibus,quę Eccleſia, ſiue eius miniſtri quotidie faciunt.

3 Secundò infero idem dicendum fore de electo in Priorem, ſciente electionem ſuam fuiſſe inualidam ex aliquo impedimento occulto; (ſi ſit verbi gratia illegitimus, vel non poſsit aſcendere ad capitulum ex aliquo morbo ſecreto; vel aliàs, iuxta noſtra ſtatuta) Nam ſi nihilo minùs confirmetur à Superiore; non obſtante dicta confirmatione quæ habet vim ſententiæ ſecundùm Innoc. & Abb.numer.9. in cap.Cùm olim.de Dolo & contuma. tenetur in Foro conſcientiæ ſe abſtinere à Prioratu. Ita Silueſt.verbo Beneficium.3.poſt principium, tamquam nullum ius in eo habens, vigore dictæ confirmationis. Quippe nihil iuris noui addit l. Et quia. ff. de Iuriſdictio. omnium Iudicum. l. Authoritatem. & ibi Bart.C.Vnde vi. gloſſa in l. 2. verbo Profeſsio. C. de Fund.& Sal.rei domin. lib.11. Ripp. reſponſ.21. numer.12. vbi dicit, per nullam confirmationem cenſeri confirmari Beneficium quod illicitè retinetur. Facit pro prædictis quod Rodriguez tradit in Explicatione Motus Prop. Pii Quinti Pontificis Maximi circa ingreſſum mulierum in Monaſteria, poſiti in calce voluminis Bullæ Cruciatæ, numero 32. vbi dicit,ſi quis incurrit crimẽ inhabilitatis ſecretò,nõ poſſe acceptare Prælaturam, etiam ſi ei præ-

ei præcipiatur à Superiore, vt eã acceptet. Quod idem tenet Palud. in 4. diſt. 19. quæſt. 1. art. 1. ad fin. Et confirmantur ſupradicta per cap. Poſtulaſtis. de Cler. excom. min. ibi. *Nec illi valent ea retinere licitè; niſi forſitan cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum; cùm ea non fuerint canonicè conſecuti.* vbi collatio Beneficii facta excommunicato eſt nulla, & conſequenter tenetur ſe ab illo abſtinere. Faciunt ad hæc notata ſub verb. Pœna. in Differentia 20. num. 5. verſ. Eſt tamen prædicta concluſio.

4 Obſerua tamen hic vnum notatu dignũ, quòd ſi quis abſoluatur, & dicat Iudex in ſententia, ſe eũ abſoluere, quia nullo modo eſt debitum quod ab eo petitur: ſi Pars cõtraria non appellet; non poterit de cetero, etiam per viam denunciationis Euãgelicæ, allegare naturalem obligationem contra abſolutum. Idem ſi Iudex abſoluiſſet tamquam debitum non eſſet contractum. argu. l. fin. ff. de Iureiur. & l. Si duo. §. Si quis iurauerit. ff. eodẽ, & docet Bart. in l. Cùm quis. num. 16. C. de Iur. & facti ignor. vbi reddit rationem, ſcilicet quia, licet Iudex per ſuã ſententiam non potuerit tollere naturalem obligationem, vt §. Naturaliter. Inſt. de Iur. nat. Res tamẽ iudicata inter Partes habetur pro veritate. l. Res iudicata. ff. de Regul. iur. Ideo non poteſt ampliùs de ea querelari, etiam ſi vellet per viam denunciationis Euangelicæ; cùm ſemel ſit cognitum. l. Si quis cùm totum. §. Plenè. & §. Si ancillam. ff. de Except. rei iud. & l. Poſt rem iudicatã. ff. de Re iud. Bart. in Extrauag. Ad reprimẽdum. verb. Denunciationem. nu. 15. fol. 78. licèt contrarium teneat Hoſt. in cap. Nouit. de Iud. vbi Abb. num. 18. ipſum citat, & numero 20. conatur eos reducere ad concordiam.

5 Limita verò proximè dicta, niſi Pars abſoluta confeſſa fuiſſet coram teſtibus ſe reuera debere debitum: tunc enim retractabitur ſententia, non obſtante re iudicata. Hoc eſt Dictum aureum, & ſingul. Innoc. in dict. cap. Quia plerique. num. 3. de quo faciunt magnum feſtum Doctores, & ipſum allegant pro ſingulari plures relati per Addit. Abb. ibidem, ſub numer. 21. litera F. & Abb. conſil. 89. num. 5. vol. 1. & in cap. Nouit. nu. 20 de Iud. Fel. in cap. Inter Monaſterium. num. 23. de Re iud. vbi dicit Dictum aureũ. & in cap. Qualiter. in 1. num. 32. de Accuſat. Dec. in dict. cap. Nouit. num. 9. cum ſeq. & in Rubr. de Probat. num. 8. & in cap. 1. num. 3. & in capit. Iurauit. numer. 6. eodem tit. Iaſ. in Repet. l. Admonendi. num. 46. cum ſequent. ff. de Iure iur. Hippol. in l. Eos qui diuerſa. num. 19. cum ſequenti. ff. de Falſ. vbi dat rationem, & plura infert ſingularia. Idem Abb. in cap. 2. num. 5. de Purga. vulg. & pro memorato Dicto Innoc. eſt glo. ſingul. in l. In contractibus. verb. Nullo modo. C. de Non num. pecun. Facit etiam Bart. in

6 d. l. Iulianus verum. num. 2. ff. de Cõdict. indebiti. vbi dicit contra præſumptionem iuris & de iure, non admitti probationem, niſi per confeſſionem Partis; vt in Auth. Sed iam neceſſe. C. de Donation. ante nupt. & in corpore, vnde ſumitur, cum ſua gloſſa. In prædicto ergo caſu poſſet etiam in Foro iudiciali retractari ſententia, etiam ſi eſſet tranſacta in rem iudicatam: quia conſtat de iniuſtitia illius per confeſſionem Partis.

SVMMARIVM.

1 RES iudicata retractari non poteſt prætextu calculi malè facti.

DIFFERENTIA QVARTA.

1 RATIONE, & prætextu calculi malè facti, ſeu ſummati, poſt ſententiam in rem iudicatam tranſactam, non poteſt cui in Foro exteriori ampliùs moleſtia exhiberi; nec tenetur de errore. l. 2. C. de Re iud. Nã vt ibi dicit tex. ſi res iudicatæ ſub prætextu cõputationis inſtaurentur, nullus eſſet litiũ finis.

In Foro tamen animæ, & pœnitentiali aliud eſt iudicium. Nam, ſi poſteà appareat de errore: tenetur in conſcientia reſtituere id omne, in quo factus fuit, atq; commiſſus error,

error, non obſtante re iudicata. Ratio eſt, quia prædicta lex fundat ſe in præſumptione, quæ in Foro animæ locum non habet. c.Is qui fidem. cum ibi notatis de Sponſal.

SVMMARIVM.

1 *A Sententia, vel quocumq; alio grauamine iudiciario eſt appellandũ intra decẽ dies, vel aliud tempus à ſtatuto præfixum. aliàs ſententia tranſit in rem iudicatam, niſi in caſibus exceptis, de quibus hic.*

2 *In Foro verò animæ numquam pœnitentiá ita trãſit in rem iudicatam; quin poſsit mutari ex cauſa.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 SEntentia, ſi ab ea intra decẽ dies non appelletur; in Foro iudiciali tranſit in rẽ iudicatã.c. Quoàd cõſultationem. de Re iudi. capit. Significauerunt.de Teſti.c.Bonę.de Confirm.vtili.c.Concertationi.de Appel.lib.6. Auth.Hodie. C. eod. tit. Quod procedit tam in ſententia diffinitiua, quàm interlocutoria, & quocumq; iudiciorum grauamine.l. 1.§.Quod in ſententiis. ff.Quando appel.ſit. c. Cùm dilecti.de Electio.gloſ.d.c.Significauerũt. verb.Dies. & etiam vbi cuipiam aliquod munus; vt pote tutelæ, vel aliud ſimile iniungeretur; & ſe excuſaret, nec eius excuſatio admitteretur: tunc tenetur intra decem dies appellare. aliàs non audietur; vt d.l.1.§.Si quis tutor. l. Quinquaginta.C de Excuſat. tuto.c.Biduũ. §.Quod autẽ.2.q.6. & currunt dicti dies de momento in momentum contra præſentẽ, vel verum contumacẽ. aliàs eſt vtile in initio. Nec poteſt à Iudice, vel Parte dictum tempus prorogari, vel minui, etiam iuſta ſuadente cauſa. Cõmunem dicit Grauati. in Annota.ad Pract.Octau. Veſtrii.lib.7.c.3.n. 51.licèt ſic contrario iure, ſtatuto, vel conſuetudine loci; ſecundùm glo.ſing.in Auth. Offeratur.C.de Litis cõteſt.& in l.Præſcriptione.C.Si cõtra ius. de Iure Regio Caſtellæ ſolùm dantur quinque dies ad appellàndum, vt in l.1.tit.16.lib.3.Ordina.

Et dicta intellige in grauamine nõ ſucceſſiuo. aliàs ſecùs; quia ad grauamen ſucceſsiuum non currit tempus ad appellandum; vt docet Guido Pap.q.236.

Aliquãdo tamẽ fallit ſuprà dicta regula; vt in caſib.notatis per Octau.Veſtri.ſup.n. 23. & 24.& vide vnã fallentiã ſing.nẽpe quãdo poſt 10.dies obtulit ſe reus in cõtinẽti probaturũ iniquitatẽ ſententiæ. Ita Auguſt. ad Ange.de Malefi in parte, Præſente Caio, & nõ appellãte. §.Sin autẽ nõ appellauerit.& Hippo.ſing.614.incip. Vulgaris eſt regula. quod cõfirmatur per tradita per Pala.Ruui. in l.49. Tauri, in fi.vbi dicit, licèt cõtra contractũ guarẽtigiũ nõ admittãtur exceptiones de quibus in l.4.tit.De las exceptiones. lib.3. Ordinat.tamen admitti omnem exceptionem in continenti probaturam.

2 In Foro verò cõſcientiæ ſentẽtia numquã tranſit in rẽ iudicatã.c.Lator. & ibi Hoſt. & Panor.de Re iud.gl.fin.poſt princip. in cap. Inter Monaſteriũ.eod. tit. Balb. deciſ. 149. Conſt.in tract.de Cauſ.iudi.1.par.quęſt.18.

Vide alios 16.caſus, in quibus ſentẽtia nõ trãſit in rem iudicatã, etiã ſi ab ea nõ ſit appellatũ, per Hippo.in Rep.l.vni. C. de Raptu virgi.n.144. Et 24. caſus per Maran.in Pract.pag.534.cũ ſeq. Vide alios per Iaſ.in Rep. l. Admonẽdi.n.45.cũ ſeq.ff.de Iureiu. Vide vnũ in d.c.Lator.& cap. Cõſanguinei. de Re iudi.ſcilicet in ſentẽtia lata cõtra matrimonium. Vide aliũ in cap.Ad noſtram.de Appel. vbi à correctione non appellatur. Nec etiã admittitur recuſatio. c.Cum ſpeciali.in fi.eod.tit.gl.2.d.c.Ad noſtrã.Specul. titu.de Inquiſitio.§.fin.de Expẽſis.verſ.Ego diſtinguo.fol.356.Ex quo collige in viſitationibus Religioſorũ, maximè in noſtris, cũ ſolùm fiant ad pœnitentiã, & extra formã iudicii; non poſſe Monachos recuſare Viſitatores. & ita per ſtatuta noſtra præceptum eſt.2.par.cap.23.num.6. quamuis ibi addatur, *Niſi ex cauſa rationabili, quæ iudicio Capituli Generalis, vel Reuerendi Patris talis viſa fuerit.* Quod vtinã nõ fuiſſet adiectum, ne aliquando præberet ocaſionẽ inquietudinis. Cùm enim per miſericordiam Dei omnia noſtra correctione digna

ſint peccata venialia, circa obſeruantiam ſilentii, & ſimilium, non deceret noſtrum habitum, ſentire ſe quemquam grauatum ex quauis viſitatione; etiam ſi Viſitatores procederent ad abſolutionem obedientiarum, & emiſsionem à domo profeſsionis ad aliam. Quarum prima, habenda eſt pro magna Dei miſericordia. ſecũdam verò, multi libenter ſuſcipiunt, & eam procurant à Viſitatoribus obtinere.

SIMONIA.

SVMMARIVM.

1 *QVAESITVM per ſimoniam conuentionalẽ, & realẽ; cui ſit reſtituendũ.*

2 *Redditus Beneficii per ſimoniam quæſiti, cui ſint reſtituendi.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 QVAESITVM per ſimoniam cõmiſſam in Beneficio, pacto pręcedente; (vt quãdo quis pro præſentatione; vel collatione Beneficii accipit aliquam pecuniæ quantitatẽ) non poteſt licitè in vtroque Foro retineri. cap. De hoc. de Simo. Cui autem ſit reſtituendum, eſt differẽtia inter vtrumq; Forum. Nam in Foro iudiciali is qui dedit pecuniã, non poteſt eam repetere; immo ſi repetat, mulctatur ea, propter crimen commiſſum. & ideo ei in Foro exteriori non eſt reſtituenda. & is qui pecuniam recepit, non poteſt eam retinere; quia dominium non acquirit; eò quòd ius impedit eius tranſlationem. Hæc probantur in cap. Si quis Epiſcopus. cap. Presbyter. 1. quæſt. 1. cap. Si quis dator. cap. Si quis Epiſcopus. 1. quæſt. 3. d. cap. De hoc. de Simon. & in Extrauag. Cùm deteſtabile. eodem tit. Docẽt Sot. lib. 9. de Iuſt. q. 8. artic. 1. poſt D. Thom. 2. 2. quęſt. 62. art. 5. ad ſecundùm. & quæſt. 32. art. 7. in corpore, & ad ſecundùm. & q. 100. art. 6. ad 1. gloſſa in cap. Nõ eſt. 1. quæſt. 1. in gloſ. 1. cum qua tranſit Abb. in cap. Ex tranſmiſſa. num. 4. de Decim. & ſic reprobabis gloſſam 1. in dicto cap. Ex tranſmiſſa. quatenus voluit dantem ſimoniacè transferre dominium in accipiẽtem. Debet ergo reſtitui in Foro exteriori Eccleſiæ cui facta eſt iniuria; iuxta text in Auth. de Sanctiſsimis Epiſcopis. §. 2. verſic. Præ omnibus. & in d. cap. De hoc. de Simo. quem dicit ad hoc ſingul. Nauar. conſil. 47. num. 2. de Simon. & ſequitur Guid. Papa q. 581. num. 4. Ita tamen debet illi Eccleſiæ reſtitui, ne quicquam cedat delinquenti. Quod ſi ita fieri nõ poſsit; debet reſtitui alteri Eccleſiæ, vel pauperibus cum authoritate Superioris, ſecundùm D. Thom. 2. 2. quæſt. 100. art. 6. ad quartum, & communẽ, teſte Nauar. capit. 25. numer. 115.

In Foro tamẽ conſcientiæ, & pœnitẽtiali, prędicta authoritas Superioris non eſt neceſſaria, ſecundùm eumdem Nauar. dict. nu. 115. Quin immò in prædicto Foro cõſciẽtię poteſt fieri reſtitutio ei qui dedit dictã pecuniam. Ita docet Silu. verb. Reſtitutio. 4. quæſt. 1. poſt princip. Soto vbi ſup. fol. 303. poſt princip. Angel. & Hadrian. quos refert & ſequitur Nauar. cap. 17. num. 31. & dicto conſil. 47. nu. 3. de Simon. & Viuald. in ſuo Candel. aur. in Appen. cap. 1. nu. 29. ad fin. dicens multos Neotericos tenere hanc ſententiam; & eam dicere probabilem Victor. Et ratio eſt, quia is qui dedit pecuniã pro obtinendo Beneficio, non amittit ius in ea; nec abdicat à ſe dominium ipſius; ſed ſolùm in pœnam delicti venit mulctandus eadẽ, per iura ſup. cit. & ſentit D. Tho. d. q. 62. art. 5. ad 2. dum dicit eum qui ſimoniacè aliquid dat, mereri illud amittere. Ergo nõ amiſit, donec per ſententiã condẽnetur, & mulctetur pretio. Idẽ docet Sot. ſup. Si ergo in pœnam venit mulctandus; conſequenter nõ eſt priuatus dominio pecuniæ, donec (vt dictum eſt) per ſententiam mulctetur,

& conde-

& condẽnetur in ea; quia pœna in conſcientia nõ debetur (vt diximus verb. Pœna. Dif. 2.) Ergo poteſt, & debet ei reſtitui in Foro animę. Idem docet Naua. c. 17. n. 31. Vnde quod dicit D. Thom. pręfata quęſt. 32. art. 7. in corpore, & quæſt. 62. art. 5. ad ſecundũ; nimirum non debere fieri reſtitutionem ei qui dedit: intellige in Foro exteriori. Nam in Foro animæ debet ei reſtitutio fieri: non enim poteſt altera pars quę accepit, priuare dantem, rei ſuæ dominio, ſiue pretio; quia id ſpectat ad Iudicem. Et ita ſing. tenet Sot. ſup. in reſpõſione ad quartũ. & ante Ad primũ. verſic. Verumtamen. cui libenter aſſentior: licèt Naua. cum Hadria. & Ange. ſuprà citatis teneat non eſſe neceſsitatis, ſed voluntatis, reſtituere pretium danti. Dicunt enim ſufficere reſtituere, vel ipſi, vel pauperibus.

Sed cõtra ſupradictam reſolutionem obſtat nimis tex. in dict. c. De hoc. in fin. de Simonia. vbi Papa agẽs de ſimonia in Beneficio cõmiſſa, obligat in Foro conſcientiæ recipientes pecuniam, vt eam reſtituant, nõ ei qui dedit; ſed Eccleſiæ in cuius iniuriam data fuit. & ſic cõſtat ex illo tex. à dãte fuiſſe dominiũ eius amiſſum, nulla expectata ſentẽtia condẽnatoria. Verba ſunt huiuſmodi, *Regem autem, & Principes eius debes inducere, vt ſi qua receperint à præfato Epiſcopo, vt eius electioni præſtarent aſſenſum; Eccleſię Exonien. ſine diminutione reſtituant. cùm ea ſine graui ſuę ſalutis periculo retinere non poſſunt.* ecce quomodo accipientes, in conſciẽtia retinere non poſſunt acceptũ; nec ei qui dedit reſtituitur; ſed Eccleſiæ iniuriam paſſæ. Idem tradit D. Thom. ſuprà locis iam citatis. & licèt in intellectu dict. cap. valde laboret Nauar. dict. cap. 17. num. 32. §. Non obſtat 3. in nullo tamen firmat pedes. Et ratio illius text. eſt, quia cùm dãs pecuniam, ſpontè & non coactè eam dederit; non eſt cur ei reſtituatur. Simile videmus in accipiente ad vſuras; quia ſi gratis, & ratione amicitiæ aliquid det mutuanti; non ei reſtituitur; vt dicemus verbo Vſura. Differentia 2. Prætereà accipiens tenetur dare gratis Beneficium, & ideò non poteſt retinere acceptum. Si autem detur Eccleſię iniuriam paſſæ; poteſt dici, fuiſſe tunc hoc ex arbitrio Papæ, & ſic placuiſſe eidem. Nõ quòd neceſſarium eſſet pro ſubſtãtia illius reſtitutionis; cùm aliàs poſsit fieri cum aliis piis operibus, vt omnes fatentur, & docet Naua. cum aliis ſuprà. Poteſt etiam dici poſſe etiam reſtitui danti, quia hoc non negat Papa, & graues Doctores id concedunt. melius tamen eſt vt detur pauperibus, vel Eccleſiæ iniuriam paſſæ, vel in alia pia opera impendatur. Et ita intellige hic dicta, & adde cap. Veniens. de Simo. vbi acceptũ ſimoniacè, reſtituitur danti; quia non ſponte dederat. Ex quo colligitur ratio quare d. c. De hoc. nõ reſtituitur datum eidem danti; quia ſcilicet ſpõte dederat. Ratio autẽ quare non poſsit retineri ab accipiente contra reſoluta ſup. verb. Reſtitutio. Dif. 15. ea eſt ſecundũ Naua. d. c. 17. nu. 32. quia eſt pro re ſpirituali, quę nullam ęſtimationem habet, quamque tenebatur dare gratis.

SVMMARIVM.

1 *BENEFICIVM per ſimoniam obtẽtum quomodo ſit dimittendum.*

2 *Cautela ad Beneficium ſimoniacè obtentum non dimittendum.*

3 *Epiſcopus poteſt diſpenſare, & reualidare titulum Beneficii per ſimoniã occultã obtenti.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 DIXIMVS in præcedẽte different. de pecunia data pro Beneficio obtinendo quomodo, & cui reſtituenda ſit. Videamus nũc de Beneficio per eamdem ſimoniam obtento quando, & quomodo ſit dimittendum. Et quidem quoàd Forum interius dicendum eſt ſtatim eſſe dimittendum, nulla expectata ſententia declaratoria. Ita expreſsè cauetur in Extrau. Cũ deteſtabile. Pauli 2. de Simon. cõfirmata, & pęnis addita per Piũ. 5. in ſua 6. Extrau. & docent D. Tho. 2. 2. q. 100.

 art. 5.

artic.5 Silueſt.verbo Simonia.§. 13. Caſſad. deciſ.5.ſub tit. de Conſt. nu.1. Gom.regul. de Trien.quęſt.12.Couar.regul.Peccatum. 2.par.§.8.num.7. Nauar.in cap. Si quando. de Reſcript.pag.12.in præfat.& in cap. fin. de Simon. num. 28. & in Manual. cap. 23. num.111.§.9.Soto lib.9.de Iuſt. quæſtione 8.artic.1. verſic. Sed eſt aduertendum. & plures alii citati per Henriq. tit.de Excommunicat.capit.37.§.3. & dicit communem Iul.Clar.in §.Simonia.num.10.Adde notata verbo Pœna.Differentia 20.num 5.verſ. Eſt tamen prædicta concluſio.

Quoàd Forum verò exterius dicit Rodriguez verbo Simonia.cap.56. concluſ.6. §.9.in fin.non teneri ſimoniacum dimittere Beneficium ante ſententiam declaratoriam propter poſſeſsionem obtentam. De quo nullus hæſitat.

Ratio autem quare in Foro interiori ſtatim Beneficium ſit dimittendum, eſt; quia per ſimoniam fuit factus inhabilis, & incapax tam dicti Beneficii, quàm aliorũ quorumcumque acquirendorum,vt ſtatuit Pius Quintus in dicta ſua Extrauag. & tradunt relati à Viualdo in Appẽd.Candel.aur. cap. 1.nu.22.in fin.pag.48. (Hos vide ſedulus. Reor enim illos minimè fateri id pro quo ipſe eos allegat. Gomez enim in regul. de Trien.q.12. ante verſic.Secũdò princip.loquitur de Simonia occulta impropabili, & quoàd Forum tantùm exterius) Docet etiam Soto.dicto artic.1.fol.303.& Rodrig. dicto §.9.Item impeditur per dictam Extrauagan.ne acquirat aliquod dominium erga Beneficium ſic obtentum. Ibi, *Aut aliquo eorũ cuique ius nullatenus acquiratur*.Adeò vt ad reſtitutionem omnium fructuum obliget in animæ iudicio. Et ſic cùm impediatur dominii tranſlatio; meritò tenetur illud ſtatim dimittere. ſicut dicimus de fure,& vſurario qui eadem ratione tenentur ſtatim ad eorum reſtitutionem; quicquid in contrarium ſentiat Henriq.de Excommunicat. cap.37.§.1.in glo.C. ni iam intelligas illum loqui non de Beneficio ſimoniacè quęſito, ſed de aliis ante ipſum licitè quæſitis. At de his nõ loquitur Extrau.Paul.2.& ideò fruſtra per eũ ad hęc allegatur,& limitatur.De aliis autẽ Beneficiis ante dictã ſimoniã obtẽtis aliter dicendum eſt. Quia donec per ſententiam quis ipſis priuetur, licitè ea retinet;quia quoàd ea eſt pœnalis dicta prohibitio;& ſic nõ obligat ante ſententiã;Boẽr. deciſ.117.n.3.Rodrig.ſupr.& Communis. Aliud eſt enim lege anullari iura iam quęſita licitè, & ſic titulos pariter Beneficiorum licitè obtentorũ: & aliud anullari titulũ antequam acquiratur; & ſic impediri eius ingreſſum,& poſſeſsionem.Quia in primo agitur de ſpoliatione veſtis qua quis iure eſt indutus;quod requirit ſentẽtiam, & actum Iudicis: at in ſecundo ſolùm inhabilitatur perſona, & impeditur ne poſsit extendere manus ad ius ſibi nõ debitum, nec ad veſtẽ induendam;quod nullum Iudicis actum requirit, ſecundùm doctrinam,ac theoricam, quam habes verb.Pœna.dicta D.f. 20.n. 5. d.verſ.Eſt tamen prædicta. Vnde hucvſque dicta, ſunt illatio dictæ theoricæ.

2 Eſt tamen obſeruandum, à Soto ſuprà dari vnam cautelã ad retinendũ Beneficiũ ſimoniacè obtentum, videlicet ſi Beneficiũ fuerit priùs per Prælatum venditorem collatum,v.g.Petro,poſſe ab eodem iterũ conferri poſt impetratam à Papa diſpenſationem ſuper inhabilitate, ſeu irregularitate, facta reſignatione priùs illius per emptorẽ in manibus dicti Epiſcopi:vel à Papa obtineri poſſe dictam diſpenſationem,& reualidationem tituli.Sed hæc cautela non ſatisfacit;quia non declarat quid agendum ſit de ipſo Beneficio,& eius fructibus, dum non impetratur dicta diſpenſatio. Nec dictum remedium primum de reſignatione coram Ordinario, eſt tutũ;ſed periculoſũm,& infamiã importãs. Ideò dic meliùs cũ Henriq. de Excõmunic.c.14.§.2. propter euitandũ ſcandalum,& ne peccatum occultum detegatur,(maximè ſi illud non poſsit dimittere;vt ſi fuerit initiatus ad eius titulũ) poſſe ſi ſit Beneficium curatum, interim ſeruire per vicarium ab Epiſcopo cautè nominatũ. Aliàs ſi poſsit ſe abſentare à ſeruitio Beneficii,curet abeſſe: ſi verò non poſsit, licebit ſeruire Beneficio, & retinere eius fructus tamquam depoſitarius, donec impetret reualidationem tituli, & compoſitionem circa fructus per Reuerẽdiſsimum Datarium. Quod confirmat Viuald. vbi ſup. num. 27. tribus exẽplis, & caſibus ſimilib. Vide ibi; & ſentit Naua.c.27.n.194.verſ.Ad quęſitũ.

de quo

Digitized by Google

de quo etiã per eumdẽ Hẽriq. de Indulgẽt. c.34.§.7.Dũ enim facit diligẽtias,vel ſperat in breui remediũ, non eſt in mora. Quòd ſi crimẽ ita fuerit occultum, vt probari minime valeat: ſufficiet impetrare à Pœnitentiaria reualidationem tituli,& ſe componere hic cum Subcollectore; quamuis iſto in caſu vbi debetur compoſitio circa fructus; fortè Pœnitentiaria nollet reualidare, ne preiudicet Datariæ in expeditione Bullarũ.
3 Meliùs eſt vt ab Ordinario id impetret vigore cap.6.Seſsion.24.Concil.Trid.ſi pauper ſit. Nam tunc cum eo poterit Epiſcopus quoàd Forum conſcientiæ diſpenſare ſuper irregularitate, ſeu inhabilitate, & reualidare titulum,cõferendo ei de nouo idem Beneficium propter paupertatem,ſecundùm Henriq. ſuprà, maximè §. 3. & cap. 37. §. 5. in gloſſa dicta. Quod eſt magnum verbum, & numquam obliuioni tradendum. Sed caueant Epiſcopi ne paſsim, & indiſtinctè cum quolibet ſimoniaco diſpenſent, niſi cum his qui inculpati probãtur, vt pote quia commiſſa eſt ab aliis,ipſis ignorantibus. Vnde per ſuprà notata, poteris limitare dicta per gloſſam, verb. Reprobanda. in cap. Nobis. de Simonia. & Silu. verb. Suſpenſio. quæſt.7. §.4. quatenus habent Epiſcopum non poſſe diſpenſare ſuper Beneficio ſimoniacè obtẽto; niſi ſolum Papã. Nam id verum eſt quoàd Forum exterius. Secùs in Foro conſcientiæ, ſi caſus fuerit occultus. Adde etiam poſſe diſpenſare Epiſcopum ad ſimplex Beneficium cum ſimoniaco occulto; vt poſt multos tradit Henriq. de Excommunicat. cap. 37. in fin. & D. Tho. 2.2. quæſt. 100. art. 6. ad Septimum.

Et aduerte quando crimen eſt occultum, & nullo teſte probari poteſt, tenere multos quos refert Caſtro. de Lege pœnal. lib. 2. cap. fin. & Viualdus in append. cand. aurei ſui. cap. 1. num. 22. in fin. quoàd Eccleſiam non eſſe neceſſariam diſpenſationem; quia tale crimen non facit quem
4 irregularem, vel inhabilem ad Beneficium; quia paria ſunt non eſſe, & non apparere. l. Duo ſunt Titii. ff. de Teſtam. tutel. l. Si fuerit. ff. de Reb. dub. l. Cùm ex pluribus. ff. de Manum. teſt. & ſic in eo non erit neceſſaria compoſitio circa fructus cũ Camera Apoſtolica. Contrarium tene; vt habes verb. Irregularitas. Differentia 7. Quoàd Forum etiam conſcientiæ non eſt tutus, ſecundùm Gomez in regul. de Trien. quæſt. 12. ante verſ. Secundò principaliter, vt patet per Extrauag. Martini Quinti, relatam ab Angelo, verb. Simonia. 6. num. 4. & per illam Pauli ſecundi ſupra relatam, ibi, *Tam manifeſtum, quàm occultum.* Idem defendit Cordub. contra Caſt. & Nauar. lib. 1. Quæſtion. quæſt. 3. & Rodrig. in Mot. prop. cõtra admitten. mulie. ad Mon. num. 31. dicens hanc opinionem approbaſſe Concil. Trid. Seſsione 24. cap. 6. quatenus concedit Epiſcopis vt poſsint diſpenſare ſuper irregularitate, & ſuſpenſione ex delicto occulto prouenientibus. De hoc vide verb. Abſolutio. Differentia 4. & dict. Differentia 7.

SVMMARIVM.

1 *BENEFICIVM obtẽtũ per ſimoniã realem ab alio commiſſam, ignorante Beneficiato; ſtatim eſt renunciandum.*

2 *Fructus ſimoniacè percepti durante ignorantia, an ſint reſtituendi.*

3 *Beneficiatus obtinens Beneficium cum ſimonia alterius: ſi ſtatim poſt ſciẽtiam ipſum non dimittat; ratam eam habere cenſetur.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 OBTINENS Beneficium per ſimoniam realẽ ab alio, eo ignorante, comiſſam; tenetur illud in vtroque Foro ſtatim vt dictam ſimoniam cognitã habuerit, dimittere, nulla ſuper dicta ſimonia expectata ſententia declaratoria. De hoc nulla eſt dubitatio inter Doctores; quia ſunt iura expreſſa. cap. 1. 1. quæſt. 5. cap. de Regularibus. cap. Ex inſinuatione. cap. Nobis. de Simon. cap. penult. de Elect. gloſſa in ſumma 1. quæſt. 4. communiter approbata, ſecundùm Nauar.

Digitized by Google

uar. conſil. 65. num. 2. de Simon. & docet Innoc. & Abb. in dicto cap. penult. num. 5. & in cap. De ſimoniacè. numer. 6. & 7. de Simon. & idem Nauar. cap. 25. num. 113. §. 2. D. Tho. 2.2. quæſt. 100. art. 6. ad Tertium. Couar. in regul. Peccatum. 2. part. §. 8. num. 7. Silu. verb. Simonia. quæſt. 13. num. 8. & alii citati ab Henriq. de Excommunicat. cap. 37. §. 5. in gloſſa Q.

Tota difficultas conſiſtit circa reſtitutionem fructuum ante ſcientiam, ſeu durante ignorantia ſimoniæ, perceptorum; an teneatur etiam eos reſtituere vnà cum Beneficio. Quod quidem dubium dependet ab alio circa collationem, prædicto ignoranti factam; an ſcilicet, fuerit valida ipſo iure, nec ne. Nam qui tenent fuiſſe nullam ipſo iure, videntur conſequenter tenere eſſe reſtituendos. Pro qua opinione allegatur D. Tho. 2.2. quæſt. 100. dicto art. 6. ad Tertium, vbi dicit talem ignorantem teneri ad reſtituendos fructus extantes. Sequitur Sot. lib. 9. de Iuſt. quæſt. 7. art. 3. Cordub. quæſt. 28. Henriq. ſuprà. Pet. à Nauar. lib. 2. de Reſtit. capite 2. numero 429. Rip. reſponſ. 21. numero 9. Panor. dict. capite penult. numero 2. approbatus in hoc per Rot. teſte Gomez in regul. de Trien. quæſt. 12. docet Caſſad. deciſ. 3. nu. 3. de Sequeſtrat. poſſeſsion. & videtur probari per dictum cap. Nobis. ibi, *Eſt penitus reprobanda*. Quod verbum, *Penitus*, ſignificat nullitatem ipſo iure. gl. in l. Si quis aduocatorum. C. de Poſtul. commendata à Corſet. in Singular. ſuis, verb. Penitus. Item negari non poteſt, quin dicta collatio fuerit in ſe vitioſa, & ſimoniaca. Quia re verà interuenit pecunia, & fuit obtenta, mediante pretio, vnde ignorantia iſtius, cui fuit Beneficium collatum, non poteſt illam validam reddere; ſed ſolùm poteſt ipſum excuſare à dimiſsione Beneficii, & reſtitutione fructuum durante ignorantia. At crimen ſimoniæ ipſo facto afficit collationem, & eam reddit nullam. Quia impedit dominii tranſlationem, vt diximus differentia præcedente, in verſ. Ratio autem. Ergo meritò eſt iudicanda nulla, licet fuerit facta ignoranti eam. Tertiò, quia aliàs ſi eſſet valida vſque ad tempus notionis (vt vult altera opinio cõtraria) inferretur illam collationem eſſe in pendenti, aut tacita conditione factam, contra notata per Nauar. cap. 23. num. 103. aut ſaltem ſi ſit temporalis, teneretur is cui fuit Beneficium collatum, poſt habitam notitiam de ſimonia cõmiſſa, eſſe executor contra ſe de crimine alterius; contra notata verb. Pœna. in Differentia 20. Quin immò (& eſt quarta ratio) ex eo quòd iſte ignorans tenetur renunciare, ſeu dimittere Beneficium ſtatim vt ſibi innotuit ſimonia, nulla expectata ſententia; vt fatentur omnes, & diximus in principio; profectò patet fuiſſe nullam collationem. aliàs ſi fuiſſet valida, non teneretur Beneficium dimittere, niſi poſt ſententiam latã, per notata in Differentia præcedente, & in d. Differentia 20. Vltimò, quia aliàs ſi eſſet valida, & cõſequenter poſſet obtinẽs eã, facere fructus ſuos durante ignorantia, daretur magna occaſio parentibus, & cognatis prouiſi perpetrãdi huiuſmodi ſimonias ſecretò, confiſis, quòd durante ignorantia filii, vel cognati, faceret fructus ſuos.

Et not. quòd prædicta intelligũtur, quãdo ſimonia commiſſa eſt cum patronis, vel collatoribus, vel mediatoribus, vacante Beneficio per obitum. nam ſi ſimonia cõmiſſa fuerit cum aliquo Beneficiario; vt dato pretio reſignaret: tunc non eſt dubium collationem factam ex cauſa reſignationis ſimoniacæ, eſſe nullam. Quia renunciatio eſt inualida; nec per eam renuncians abdicat à ſe titulum; ex gloſſa. verb. Pecunię. in cap. Super hoc. de Renunciat. Innoc. in cap. Cùm vniuerſorum. in fin. per tex. ibi de Rerũ permut. communiter approbato, teſte Nauar. cap. 23. num. 105. in fin. Rota 7. de Renunciat. in antiq. Gom. regul. de Trien. quæſt. 12. Abb. & Fel. in cap. Dilectus. 1. de Simon. Archid. in cap. Decimas. in 2. 16. quæſt. 7. Nauar. conſil. 65. num. 3. de Simon. vbi allegat ad hoc cap. Si Beneficia. de Præb. lib. 6.

Non deſunt alii qui teneant collationem illius ignorantis fuiſſe validam, & conſequenter nõ teneri ad reſtitutionem fructuũ perceptorum, durante ignorantia. Huius opinionis author eſt Nauar. pluribus eam comprobans conſil. 60. per totum, & conſil. 61. num. 7. de Simon. & Couar. tandem videtur idẽ tenere vbi ſuprà verſ. Quòd ſi conten-

Digitized by Google

contendat. in fine; licèt confusè loquatur. Nam dicit collationem illam, ignoranti factam ex ſua natura fuiſſe nullam; ſed per iura humana fieri nouam, & abſque ſimonia ad tempus vſque ſcientiæ, & malæ fidei; & ad effectum vt percipere valeat eiuſdē Beneficii fructus, eoſque abſque fraude conſumere. Quæ diſtinctio (vt verum fatear) videtur magis ex eius capite ficta, quàm ſuper iure aliquo fundata. Nam debebat oſtendere iura antiqua anullantia dictam collationem; & iura noua ipſam reualidantia. Et (vt vides) in effectu vult eſſe validam durante ignorantia. Et ita eum intelligit Pet. à Nauar. lib. 2. cap. 2. num. 430. & ſic facere fructus ſuos; eſſe autem inualidam, adueniente ſcientia ſimoniæ. licèt Nauar. dicto conſil. 60. num. 2. ipſum alleget pro contraria ſententia.

Potiſsima fundamina huius opinionis ſunt, primò tex. in dicto cap. Nobis. de Simon. & dicto cap. penult. de Elect quatenus diſponunt talem electionē poſt ſententiam reprobandam, & ſic videntur ſignificare fuiſſe antea validam.

Secundò, tex in cap. De Regularibus. de Simon: qui idē ſignificat: quia cogitur talis ſimoniacus renunciare. & nihil additur de fructibus; quaſi non ſit neceſſaria eorum reſtitutio.

Tertiò, quia annullatio collationis ſimoniacæ eſt inducta in odiū peccati ſimoniæ, vt omnes fatentur. At prædictus ignorans nullum commiſit peccatum. Ergo &c.

Quartò, quia nullus tex. eſt vbi decernatur nulla, dicta collatio. Ergo non eſt inducenda, per reg. gloſſę recept. in cap. penult. de Iure patron.

His forſan rationibus adductus Petrus à Nauar. dicto lib. 2. cap. 2. num. 430. conatur has in ſe contrarias opiniones fœdere diſtinctionis conciliare. Ait enim primam opinionem D. Tho. procedere in Foro interiori; & ſic in conſcientia eſſe nullam talem collationem: ideòque reſtituendos eſſe fructus extantes: quia aliàs ſuos feciſſet, & reſtituendi non eſſent: hanc autem ſecundam opinionem Nauar. & Couar. procedere in Foro exteriori.

Sed certè non video rationem diſcriminis. Immò, ſi in Foro interiori nulla eſt, & tenetur Beneficiarius ignorans poſt ſcientiam reſtituere fructus extātes: multò magis tenebitur in Foro exteriori, per l. Certum. C. de Reiuend. quæ expreſsè obligat poſſeſſores bonę fidei ad reſtituendos fructus extantes.

Dic ergo nullo modo ponendam eſſe differentiam inter vtrumque Forum in caſu de quo loquimur; ſed tenendum eſſe cum D. Tho. & cum aliis primæ opinionis, per rationes ſupra aſsignatas, quæ ſunt probabiliores, & fortiores; licèt ipſi dictas rationes non allegent.

Vnde nō obſtant in contrarium adducta. Nam ad primum reſpondetur intelligi de reuocatione, ſeu reprobatione facti, quæ potius eſt quædam declaratio, quàm reuocatio iuris: vt fit ſæpe in iure, teſte Couar. ſuprà. Et idem dic de renunciatione quæ pręcipitur dict. cap. De Regularibus. Quātumuis enim quis ſit intruſus, & ſimoniacus, etiam ignorās tenetur dimittere Beneficium, mediante renunciatione in manibus Superioris, vt docent Innoc. in cap. Niſi cùm pridem. num. 1. de Renunciat. Caſſad. dicta deciſ. 3. num. 1. de Sequeſtr. poſſeſsion. Idem Innoc. in dict. cap. De Regularibus. & ibidem Abb. num. 2. Nec ibi fit mentio de reſtitutione aliqua fructuum. Quia de ea non fuit facta conſultatio Et in prima parte tex. quæ agit de ſimoniacis ſcientibus, etiam nihil dicitur de ipſis fructibus, & nihilominus debentur ab ipſis. Quare taciturnitas fructuum, nullum ibi myſterium continet.

Ad tertium reſpondetur, licèt ipſe ignorans non peccauerit; peccauiſſe tamen eum qui pecuniam dedit pro eo; in cuius peccati odium, meritò impetratio illa Beneficii fuit nulla. Sæpe enim in iure quis patitur pœnam ſine culpa; non tamen ſine cauſa: & punitur vnus pro alio; vt in terminis noſtris docet gloſſa Summæ in fin. 1. quæſt. 4. quam dicit communiter receptam Nauar. conſil. 65. num. 2. de Simon.

Ad quartum dico ſatis exprimi nullitatē dictæ collationis ex eo quòd præcipitur vt ſtatim dimittat Beneficium, vbi ignorans intellexerit ſibi fuiſſe ſimoniacè collatum; vt in dicto cap. 1. 1. quæſt. 5. cum communi ſupra relata. Non enim aliàs teneretur id fa-

id facere abſque ſentētia; ſi primus ingreſſus fuiſſet validus, & ius circa Beneficium acquiſiuiſſet; per not. v. Pœna. Differ. 20.

Præterea circa reſtitutionem fructuum tantùm extantium, aduertendum eſt, non eſſe hoc mirum; licèt collatio fuerit nulla à principio. Quia regulare eſt, ad fructus bona fide conſumptos nullum teneri; ex dicta l. Certum. C. de Reiuend. & gloſſa, verb. Sciētes. in l. 1. C. de His quib. vt indig. & in cap. Grauis. in gloſſa final. de Reſtit. ſpol. Maximè quia in iſto caſu recipiens ignoranter Beneficium mediante ſimonia alterius; cùm non ſit ſimoniacus, habet titulum coloratum, vigore cuius tenetur regula de Triennali; ſecundùm Gomez in dicta reg. de Trien. quæſt. 12. & agit ſpolio; vt concluſit Rota, teſte eodem Gomez ibidem. Vide alios duos effectus dicti tituli colorati per Fel. in cap. Inſinuatum. nu. 5. de Simon. Non mirum ergo ſi faciat fructus ſuos, quos bona fide conſumpſit. & facit Couar. lib. Variar. cap. 3. numero 8. vbi docet errantem in iure bona fide in cōtractu, ab eodem iure reprobato, acquirere fructus, propter dictam bonam fidē. Vnde reprehendendus eſt Cordub. dicta quæſt. 28. quatenus voluit, teneri hunc ignorantem poſt ſcientiam reſtituere omnes fructus, etiam conſumptos.

3 Tandem aduertendum eſt prædictum ignorantē ſi non dimittat Beneficia ſtatim vt perſpecta ſibi fuerit ſimonia admiſſa; videri ratam eam habere; & ſic teneri tunc ad reſtitutionem omnium fructuum, etiam conſumptorum; vt docet Silu. verb. Simonia quæſt. 13. num. 8. Attamen verum eſt, ſi diſtulerit renunciationem vſque ad ſententiam, donec per eam certior redderetur de ſimonia; quia fortè dubitabat de ea; tūc non eſſe cur huic nota culpę inuratur, ſecundùm Panor. in dicto cap. De ſimoniacè. num. 7. de Simon. Secùs vbi certior eſt factus de dicta ſimonia. argum. cap. Si Beneficia. de Præb. lib. 6. Tenebitur etiam ad reſtitutionem fructuum conſumptorum, quando ſimonia eſſet commiſſa ab eodem; ſed ignorantia iuris; putans aliquo caſu ſe non malè agere dando pecuniam; vt docet Cordub. dicta quæſt. 28. & Pet. a Nauar. dicto num. 430. in fin.

SVMMARIVM.

5 BENEFICIATVS *ſimoniacus an ſit ſuſpenſus etiam ab aliis Beneficiis ritè obtentis.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 SIMONIACVS realis in Beneficio, fit ipſo iure ſuſpenſus in Foro exteriori, non ſolùm à Beneficio in quo commiſit ſimoniam, ſed etiam ab omnibus aliis anteà ritè obtentis, per Extrauag. Pii Quinti, ſextam in ordine, vbi etiam habes, ſimoniam realem inhabilitare quoàd Beneficia obtinenda, & obtenta; licèt ante dictā Extrauag. ſecùs eſſet, vt per Paleot. deciſ. 57.

Sed in Foro conſcientię, dimiſſo Beneficio ſimoniaco, & abſolutus ab excommunicatione poteſt frui primis Beneficiis ritè ſuſceptis. Ita docet Henriq. de Excommunicat. cap. 37. §. 5. ad fin. iuncta gloſſa B. C. vbi allegat ad id Nauar. cap. 23. num. 111. §. 11. ſed ibi non agit de omnibus ſimoniacis, ſed tantùm de confidentiariis. Eſt tamen veriſsima ſupradicta limitatio, quam tenet Boër. deciſ. 117. numero 3. & Rodrig. verb. Simonia. capite 56. concluſione 6. notab. 9. Ratio eſt, quia quoàd Beneficia ritè ſuſcepta requiritur declaratio criminis; per ea quæ latè, & copioſè reſoluimus verb. Pœna. Differentia 20.

Sed obſerua circa inhabilitatem contractam, quoàd obtinenda poſtmodùm Beneficia, poſſe Epiſcopum, quoàd Forum interius diſpenſare cum paupere, & etiam cum aliis, ad ſimplex, ſi crimen ſit occultū. Ita poſt alios docet Henriq. ſuprà, & in cap. 14. §. 3.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Beneficium pecunia obtentum, ſi ea non fuit cauſa quærendi illud; non obſtat in Foro interiori.*

2 *Beneficium pecunia obtentum ſine vllo pacto, non inficit collationem.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 OBTINENS Beneficium, pecunia interueniente; ſi ea nõ fuit cauſa quærendi illud, quia etiam ſine dicta pecunia illud obtinuiſſet; vt ſi fuit data pecunia vni ex pluribus patronis, quorũ maior pars volebat ipſum præſentare; vel ſi collator Beneficii recipiens pecuniam ſibi oblatam, non fuit ea potiſsimum motus; quia is in quem fuit collatum, erat dignus. His, & ſimilibus caſibus emergentibus obtinens Beneficium, licèt pecunia eſſet data per eum, non tenetur in Foro conſcientię renunciare Beneficio; quia non fuit electio, ſeu collatio ſimoniaca. Ita tenet gloſſa 2. in princip. in cap. Nobis. de Simonia. alia in cap. fin. in gloſſa fin. in ſi. 1. quæſt. 6. per tex. ibi. ſequitur Innoc. in cap. Tuam. nu. 2. de Aetat. & qualit. Sot. lib. 9. de Iuſt. quæſt. 7. art. 3. col. 2. pag. 300. & Nauar. cap. 25. nu. 113. Henriq. de Excommunicat. cap. 37. §. 5. Rodrig. verb. Simonia. cap. 59. numer. 6. Caiet. eodem verb. & communiter Doctores. Et ratio eſt, quia nihil intereſt ſi in rebus ſpiritualibus interueniat pecunia, ſi aliàs propter eam principaliter non fiant: vt videmus in eunte ad horas canonicas, & percipiente diſtributiones, potiſsimum propter Deum iux. gloſſam recept. in cap. 1. de Cler. non reſid. lib. 6. in gloſſa penult. ad fin. commendatam à Nauar. conſil. 23. num. 4. de Simon. & Felin. in cap. Suam. num. 2. eodem tit. & in ſeruiente Epiſcopo, gloſſa in cap. Cùm eſſent. de Simon. Eſt, & alia ratio, quia talis ſimonia non eſt, niſi cõuentionalis eo quòd nõ eſt ex vtraque parte completa, ſecundùm Nauar. cap. 23. num. 103. in princip. & ſic non plectitur pœnis Extrauag. Paul. & Pii Quinti. ex traditis Different. ſequenti.

At in Foro iudiciali, licèt aliàs conſtaret de prædicta bona mente, & intentione; nihilominus iudicaretur talis electio, vel collatio ſimoniaca, & conſequenter compelleretur taliter obtinẽs Beneficium, vt illud dimitteret. Ita docet prædicta gloſſa 2. in dicto cap. Nobis. de Simon ad fin. & Petr. à Nauar. tom. 1. lib. 2. cap. 2. numer. 413. Panor. in dicto cap. Nobis. notab. 1. & nu. 5. ad fin per tex. ibi, quem dicit mirabilem ad hoc, videlicet quòd electio dicitur ſimoniaca ex ſola pecunia data, vel promiſſa vni ex electoribus; & conſequenter prauitas vnius, inficit totum actum. Et ratio dictæ gloſſæ eſt, quia pro iure ſpeciali quærendo, non debet aliquid dari, qualiſcumque ſit intentio dantis, & recipientis; ad not. in cap. Ad aures. de Simon. Et hoc, quia quę gratis acceperũt, gratis dare debent. Math. 10. Item, quia ſpiritualia non ſunt vendibilia, vllo modo; quippe non ſunt in commercio hominum. Item, quia ab omni ſpecie mala abſtinendum eſt. Denique ob iniuriam apparentem, & alia crimina quæ cum talibus miſcentur. Vnde meritò debet puniri vt ſimoniacus, dans pecuniam, non obſtante bona intẽtione accipientium. Quia aliàs facilè eſſet illudere iura vetantia dictas dationes, & promiſsiones. Propter quas rationes meritò in Foro exteriori non eſt attendẽda diſtinctio quam Doctores in principio adducti tradunt, videlicet ſi principaliter, vel minùs principaliter datur, vel accipitur munus à manu, ſiue pecunia; vel quicquid aliud pecunia æſtimabile fuerit. Faciunt pro iſta parte quæ diximus in Differentia 3. ſub hoc eodem verb.

2 Sed obſerua proximè dicta procedere cùm, pacto præcedente, data pecunia, obtinetur Beneficium. Nam ſi quis recipit Beneficium dato pretio abſque pacto, & ſic per ſimoniam mentalẽ: tunc licèt peccet mortaliter, poterit, hoc non obſtante, Beneficium retinere, & fructus eius percipere. Ita D. Tho. 2. 2. quæſt. 100. art. 6. ad Sextum. Nauar. cap. 23. num. 103. & in relict. de Simon.

Digitized by Google

Simon. num. 11. & 28. Couar. in Clement. Si furioſus. 1. part. §. 1. num. 7. & 2. part. §. 3. num. 4. & in regul. Peccatum. 2. part. §. 8. num. 7.

SVMMARIVM.

1 *SIMONIACVS conuentionalis tantùm, non incurrit pœnas contra ſimoniacos latas.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 SIMONIACVS conuentionalis recipiens Beneficium, ſed non tradens pecuniam promiſſam, nec aliquid aliud pretio æſtimabile; ſiquidem nullam habuit intentioné adimplendi promiſſum; eſt quoad Forum exterius ſimoniacus, & vt talis pœnas luere debet, atque plecti.

In Foro tamen conſcientiæ non eſt ſimoniacus; & ſic non tenetur Beneficium dimittere, ſeu reſignare. Ita Caiet. Quodlib. 1. quæſt. 10. Sot. lib. 9. de Iuſt. quæſt. 8. art. 1. fol. 302. Pet. Arag. 2.2. quæſt. 32. art. 7. pag. 758.

Sed obſerua, à Nauar. cap. 23. num. 106. §. Ad tertium. in princip. teneri contrarium, nempè eſſe prędictam promiſsionem ſimoniam conuentionalem, etiam ſi promittens nullum animum habuerit emendi Beneficium, nec ſoluendi promiſſum. Quia inquit, ad eſſentiam ſimonię non eſt neceſſaria vera voluntas; ſed ſufficit voluntas faciendi, vel dandi aliquid pro ſpirituali conſequendo, ex gloſſa Summę 1. quæſt. 1. communiter recepta. Sed certè negatur in prædicto caſu adeſſe voluntatem emendi; vt optimè impugnat Pet. à Nauar. lib. 2. de Reſtit. cap. 2. num. 413. ſequens Caiet. & Sot. ſuprà. addens in fine, quòd ab Eccleſia punietur vtique prædictus impoſtor, licèt non eſſet ſimoniacus. Quia Eccleſia, iuxta verba, cenſeret dictum impoſtorem ita in animo habuiſſe voluntaté dandi promiſſum pro Beneficio conſequédo. Immò etiam ſi conſtaret de animo à ſimonia alieno, nihilominus ob iniuriam, & alia quæ ibi miſcentur crimina, puniretur vt ſimoniacus; argum. gloſſę ſing. 2. in cap. Nobis. de Simon. & eorum quæ diximus in præced. Different.

Si verò habuit intentionem adimplendi promiſſum; verus erit ſimoniacus, & Iudex poterit, & debebit in pœnam priuare ipſum dicto Beneficio, vt obſeruat Prętorium Rotę Romanę, teſte Naua. dicto c. 23. num. 103.

Nihilominus in Foro conſcientiæ verè recipit titulum Beneficii; nec incurrit pœnam excommunicationis, nec aliàs pœnas contra ſimoniacos editas. Ratio eſt, quia pœnæ Extrauag. Cũ deteſtabile. de Simo. & alię Pii Quinti, tantùm ſunt cõtra ſimoniacos reales ex vtraque parte; & ſic contra ſimoniam completam; vt eſt communis opinio, teſte Caſſad. deciſ. 5. de Conſtit. num. 9. dicente ita benignè fuiſſe temporis decurſu interpretatam dictã Extrauag. Pauli ſecundi per omnes maiores; & forſan à tempore quo fuit emiſſa. Sequitur Naua. ſuprà. num. 103. & 106. & in cap. Si quando. de Reſcript. pag. 12. in præfat. & in cap. fin. de Simon. num. 28. Couar. in regul. Peccatum. 2. par. §. 8. num. 7. Gomez in regul. de Trien. quæſt. 12. Pariſ. dicens communem conſil. 29. num. 19. vol. 4. Iul. Clar. Recept. ſent. §. Simonia. verſ. Item Clericus, & Henriq. poſt alios tit. de Excommunicat. cap. 37. §. 3. in gloſſa R. Et ita eſt tenẽdum, quicquid falsò fingat Cordub. caſu 32. in fin. fol. 85. vbi putat hodie ſecùs eſſe per Extrauag. 6. Pii Quinti. Sed toto cœlo aberrat, quia dicta Extrauagans ſolùm addidit pœnas priuationis Beneficiorum obtentorum ad dictam Extrauag. Pauli Secundi; non tamen ſe extendit vltra caſus in ea contentos, ſcilicet vltra ſimoniacos reales, & completam ex vtraque parte ſimoniam in ordinibus & Beneficiis; vt docet Viualdus. in Append. Cãdelabri aur. capite 1. numero 29. & dicemus infra Differentia 8.

Itaque ſimoniacus tantùm cõuentionalis recipiens Beneficium, verum recipit titulum; validaque eſt collatio illius; quia purè, & gratis

Digitized by Google

& gratis eſt facta; nec tenetur illud reſignare in Foro conſcientię; licèt per ſententiam in Foro iudiciali poſsit eo priuari propter pactum, & promiſsionem, ac crimen ſimonię commiſſum. quicquid in contrariũ teneat Abbas, & Felin. in cap. Tua nos. in fin. de Simon. quos refert, & ſequitur Gomez regul. de Trien. quęſt. 12. verſic. Quid dicendum. qui dicunt illum qui per ſolam promiſsionem de dando, Beneficium conſecutus eſt, teneri dimittere Beneficium, ſicut ille teneretur qui acquiſiuiſſet illud per ſimoniam realem. Sed falluntur per ſuprà dicta; licèt ſi benè perpendantur verba Abbatis, non loquitur de ſimonia conuentionali, quatenus diſtinguitur à reali; ſed de conuentionali quatenus diſtinguitur à mentali. Et vt cumque ſit, concluſio communis ſuprà relata eſt veriſsima, & iuxta eam ſunt intelligendi prędicti Doctores. aliàs malè dicunt, & errant. Et mentem Abbatis eſſe eam quam diximus cõſtat ex alio loco quẽ etiam citat Gomez. ſuprà, ſcilicet in capit. Cùm ad noſtram. num. 3. de Elect. ibi, Secùs dic vbi pręceſsiſſet pactum. Vbi agit de conuentionali reali. Nec etiam eſt credendum de doctiſsimo Gomezio, ſenſiſſe aliud; cùm paulò ante tenuerit pœnas Extrauagant. Pauli Secundi ſolùm habere locum in ſimonia reali.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarivs cum confidentia, nihil iuris quærit in Beneficio.*

2 *Beneficiarius confidentiarius, dimiſſo Beneficio confidentiario, vti poteſt aliis, dum non priuatur ipſis.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 Obtinens Beneficium per confidentiam, & ſic ſimoniacus, etiam tantùm conuentionalis ob confidentiam, nihil iuris quærit in Beneficio per eam obtento, & ipſo iure excommunicatur, & perdit alia Beneficia benè quæſita, & fit inhabilis ad omnia.

Hæc probantur in Extrauang. Pii Quinti edita contra confidentiarios, quam refert Nauar. & ſuis Scholiis ornauit in Manua. capit. 23. à numer. 110. vbi numer. ſequenti §. 11. colligit, & notat omnia ſuprà dicta. Quæ quoàd Beneficia iam quæſita, intellige iuxta theoricam in Differentia 2. ſup. eod. verb. traditã, ſcilicet procedere quoàd Forum exterius.

2 At in Foro conſcientiæ, dimiſſo Beneficio confidentiali, & abſolutus ab excommunicatione, poteſt frui primis Beneficiis ritè ſuſceptis, dum per ſententiam non priuatur eiſdem. Ita notat Henriq. de Excommunicat. capit. 37. §. 5. ad finem, & in gloſſa B.C.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacvs mentalis in Foro exteriori non eſt excommunicatus, nec cogitur fructus reſtituere.*

2 *Secùs in vſurario mentali.*

3 *Accipiens pecuniam pro Beneficio dando, ſi non adimplet promiſſum, tenetur pecuniam reſtituere.*

4 *Recipiens Beneficium, promiſſa certa pecunia Epiſcopo; ſi eam non dederit, non tenetur Beneficio renunciare.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 Simoniacvs mentalis in Foro animæ punitur; quia peccat mortaliter. In Foro verò iudiciali, in nihilo punitur; quia nec eſt excõmunicatus, nec fit inhabilis ad Beneficia, nec tenetur reſtituere quod accepit: ſcilicet nec pecuniam Collator Beneficii, ſeu elector, vel Patronus; nec Beneficiũ Beneficiarius.

Hanc differentiam probat text. famoſus in cap.fin.de Simon. D.Tho.2.2.q.100.art.6. Victor.latè in Relect.de Simon. 2.p.nu.3. Nauar.cap.23.nu.103. Silueſt. verb Simonia.q.20.Ricar.in 4.diſt 25.quæſt.5.art.3. in fin.Paluda.quæſt.5.Maior. quæſt.5. Gabriel quæſt.11.dub.penult.Armil.verbo Simonia,& verb.Dolus. Et dicit communem tam Theologorum, quàm Iuriſperitorum Viuald.in ſuo Candelabr.in Append.cap.1. num.23. Idem docet Abb.in cap. Ex parte. in 1.num.4.de Offic.deleg.& ibi Imol. nu. 3.Idem Abb.in c.Tua nos. nu.5.de Simon. Pet.à Nauar.latiſsimè tom.1.lib.2.cap.2. à nu.387.& Pet.ab Aragon 2.2.quęſt.32.art. 7.pag.758.

Ratio eſt,quia nullo iure naturali,vel Diuino tenetur quis reſtituere id quod ſibi datur à domino libera voluntate; ſiue fiat ob turpem cauſam, ſiue non. ſed tantùm iure poſitiuo id pręcipitur,cùm turpiter datur,& accipitur; vt in Auth. de Sanctiſsimis Epiſcopis.§.2.verſ. Præ omnibus. cap. De hoc de Simo. l.fin ff.de Action.& obligat. iuncta ibi gloſſa penult. regul. In pari. de Regul. iur. in 6.& in l. Vbi.ff. de Condict. ob turpem cauſam cum ſimilibus. At lex humana de interioribus non diſponit.Et ideo nihil decreuit in dicto c.fi.de Simon. circa reſtitutionem ſimonia mentali acquiſitorum. Et conſequenter ad eorum reſtitutionem quis non tenetur; vt optimè tradit Silu. & Pet.à Naua.ſup.num.391.Adde not. verbo Peccatum.Diff.8.

2 Nec obſtat cap.Cóſuluit.de Vſur.(de quo verb.Vſura.Diff.12.) vbi Vſurarius mentalis pręcipitur reſtituere quod vſura ſola mẽtali acquirit.Circa cuius text.& dict.cap.fin. rationem diuerſitatis Doctores digladiantur.Sed certè non eſt cur ita laborent. Longum enim diſcrimen eſt inter vtrumque datum.Quia quamuis de Iure Diuino teneatur quis gratis mutuum dare, & nihil recipere. & ſimiliter miniſtri Eccleſiæ teneantur gratis dare quę gratis acceperũt. In reſtitutione tamen accepti,eſt diuerſa ratio in vſurario,quàm in Simoniaco. Quia vſurarius accipit à domino coacto,inuito, & neceſsitate opreſſo.Et ideò de Iure Diuino,naturali, & poſitiuo, tenetur rẽ per vſuram acceptã domino reſtituere.Ita poſt Caiet.docet Nauar.in c.23.n.102.§.5.Et in hoc actu dandi non ſpontaneo eſſe fundatam reſtitutionẽ conſtat. Quia ſi vſurarius eſſet certus de libera voluntate dantis, non teneretur; quia non prohibetur dominus dare aliquid ſpõtanea donatione cuilibet, etiam ei qui mutuo aliquid dedit, vt conſtat ex Nauar. cap. 27.nu.209.verſ.Neque etiam. & verſ. Addidimus.& melius per gl.& Dyn. in regul. Peccatum.de Regul.iur.lib 6.Feder.conſil. 18.Ioan.And.ad Specul.tit. de Vſur. col. 3. Abb.coſil.70.nu.2.vol.2.Qui omnes docẽt à debitore poſſe remitti vſuras creditori. Et nu.5.dicit Abb.poſt Ioan.And.d.regul.Peccatum. in mercatore,quicquid ſoluitur, vel datur à debitore, ceſſante pacto, gratis, & amore; poſſe licitè à creditore recipi. Allegat bonum text.in cap.Sicut Epiſcopum.1. quæſt.2.& cap.Tua de Simon.& docet Soto libr. 6. de Iuſt.quæſt.1.artic.4.colu.12.§. Quartò modo.

At ſimoniacus dat libera voluntate. Nec mirum;quia plus recipit,quam dat, abſque vlla comparatione. Item nõ committit quis ſimoniam neceſsitate oppreſſus,ſed ex cupiditate; & ſic ex vtraque ratione ſemper dat ſpontanea, & libera voluntate. Vnde meritò is qui accipit non tenetur reſtituere, niſi quando pacto præcedente id accepit. Quia tunc ius humanum id reſtituendum præcipit, vt diximus ſuprà in Differẽtia 1. Item in vſura benè ſoluitur, & malè recipitur.In ſimonia verò ex vtraque parte verſatur turpitudo.Et ſic non mirum ſi mutuatario redditur ſuum; cùm in nihilo peccauerit.Non ſic in ſimonia.maximè quia in pari turpitudinis cauſa, potior eſt conditio poſsidentis. Item ſimoniacus habet concãbium,& rem maioris valoris, quàm peccuniam à ſe datam. Quid ergo erat ei reſtituendum?

Sed dices non ſatisfieri hac reſponſione. Quia ſi de Iure Diuino eſt reſtitutio vſuræ ex illa authoritate, *Mutuum date, nihil inde ſperantes.* etiam erit ex Iure Diuino reſtitutio ſimoniacè accepti, ex illa authoritate Chriſti Matth. 10. *Gratis accepiſtis, gratis date.* Et conſequenter obligabit eius reſtitutio; licèt ſola voluntate, & mente Simonia commiſſa ſit. Certè vrget hæc obiectio, & eſt fortius argumentum Soti

lib.9.

Digitized by Google

ſib.9.de Iuſt.quæſt.8.art.1.fol.304. contrarium tenentis. Et fortè eius vi coacti quidam dixerunt dictum capit.final.procedere tantùm in ſimonia iure humano prohibita. ſecùs in prohibita,quia ſimoniaca; & ſic in ea quæ eſt de Iure Diuino.

Sed decepti fuerunt, cùm dictum capit. final. loquatur de ſimonia commiſſa pro ingreſſu Religionis,que eſt de Iure Diuino ſecundùm Silueſt.Imol.Vict.& Pet. à Nauar. ſuprà,& Caiet.2.2. quæſt. 100.artic.6. Couar.in regul.Peccatum.2.par.§.1.& Nauar.in dicto cap.fin.notab.3.num.22. Abb. in capit.Tua nos.in fin. de Simon. & Soto lib.9.de Iuſt.quæſt.8.artic.1.§. Sextum denique argumentum. Reſpondeo ſatis eſſe ſatisfactum ex dictis ſuprà. quia reſtitutio vſuræ non prouenit ex illa ſola authoritate, ſed etiam ex inuoluntate mutuatarii. Quod inuoluntarium ceſſat in ſimonia. Itaque licèt Deus præcipiat miniſtris ſuis Eccleſiaſticis ne aliquid recipiant pro adminiſtratione,& collatione Diuinorum:ſi tamen libera voluntate recipientes ſpiritualia aliquid dederint; idque nullo pacto interueniente,ſed ex ſeipſis moti,ad meliùs, & faciliùs obtinendum ſpirituale: non eſt ratio ob quam ſit facienda reſtitutio; cùm omnis reſtitutio cõſiſtat in reddendo rem alterius quam quis inuito domino habet. Et ſic nec ex Iure Diuino ob dictã rationem, ſcilicet quia præcipit dari talia gratis. Nec ex humano, propter factum mẽtale quod ad ipſum non ſpectat; tenetur ſimoniacus mentalis ad aliquam reſtitutionem. Vnde malè dicit Cordub.quęſt.32.ſtatutum in dicto cap.fin. eſſe hodie correctum per Extrauag. Pii 5. cùm dicta Extrauagans ſecundùm communem nihil decernat, niſi contra ſimoniacos reales, non autem contra conuentionales; & multò minùs contra mentales, vt patet ex illis verbis, *Quicumque igitur deteſtabile crimen ſimoniacæ prauitatis commiſiſſe conuictus fuerit.*& docet Nauar.cap.23.nu. 110.§.6.

3 Hinc eſt in ſimoniaco conuentionali tantùm, qui recepit pecuniam, & non dedit Beneficium, contrarium ſtatui, ſcilicet teneri reſtituere acceptũ,vt docet Nauar.c. 23.numer.103.& dicit magis communem Viualdus in ſui Candelabr. Aur. Append. capit.1. num. 29. vbi malè allegat Nauar. pro contraria opinione. Ratio eſt,quia iſto in caſu non dedit pecuniam libere, qui ex conuentione ſperans Beneficium accipere, eam dedit; ſed cum tacita conditione, ſi ei Beneficiũ daretur. Qua ratione idem arbitror dicendũ in daſo per ſimoniam mentalem, ſi dans non fuit conſecutus Beneficium. Verbi gratia, Vacat Canonicatus ad collationem Epiſcopi prouidendus. & Petrus, vt illum ſibi conferat Epiſcopus, mittit ad eum dono quingenta ſcuta, reticendo quare ea donet, ſed tantùm rogat vt accipiat illa dominatio Epiſcopi ob amorẽ quẽ erga eum habet. Certè ſi Epiſcopus non contulerit ei Canonicatum, tenebitur in conſciẽtia Epiſcopus reſtituere dicta 500. ſcuta, poſtquam ſibi innotuerit prauus animus dantis. Quia illa donatio non fuit pura,ſed ſub conditione tacita. Et licèt datum per ſimoniam mentalem non obliget ad eius reſtitutionem; per dictum capit.final. id intelligitur quando ex vtraque parte fuit obtenta, & completa intentio ob quam fuit aliquid datum. Quia tunc eſt voluntaria,& libera donatio. Ob quam rationem ceſſat reſtitutio in dicto capit. fin. vt ſuprà reſoluimus. At ſecùs eſt dicendum cùm altera tantùm Pars dat aliquid ſpe accipiendi aliud; & non recipit.

4 Et licèt ex prædicta ratione videatur idem dicendum fore circa reſtitutionem, ſeu renunciationem Beneficii, ſcilicet ſi Epiſcopus dederit Beneficium ſperans recipere pecuniam pro eo, & non recipiat; teneri Beneficiarium in conſcientia reddere Beneficium ipſimet Epiſcopo decepto. Tamen cõtrarium eſt tenendum. Et eſt ratio, quia collatio Beneficii non poteſt eſſe conditionalis, maximè ex turpi cauſa. Et ſic dicta collatio fuit valida; quia purè facta ab eo qui poterat eam facere. Vnde cùm Beneficiarius habeat titulum, & ipſi non poſſit renunciare ſine licentia, & authoritate Superioris, & id faciendum ſit in pœnam commiſſæ ſimoniæ. meritò illa renunciatio tamquã pœnalis indiget cõpulſione,& ſentẽtia Iudicis. Et ſic ad eam non eſt obligatus in conſcientia Beneficiarius ante ſententiam, ex traditis verbo Pœna. in Differentia 20.

Adde cap.Si quis neque.1.quæſt.1. allegatum per Sot. ſuprà pro fundanda ſua opinione variè intelligi, vt per gloſſam ibi verb. Fraudulento. Et licèt primus intellectus videatur fauere opinioni Soti: tamen hodie circa pœnas ſimoniacorum ſtandum eſt dictæ Extrauag. Pauli 2. & Pii Quinti. Quin immò per eaſdem Extrauag. ex eò quod confirment, & innouent alias pœnas prædeceſſorum Pont.intelliguntur alia iura de quibus caſibus loquantur; de caſibus nimirùm ſimoniæ completæ, & non de aliis; vt intelligunt omnes prædictas duas Extrauag. vt diximus ſuprà ſub hoc verb. in Differentia 6. in verſ.Nihilominus. Quod confirmatur per illud quod tradit Pariſ. de Reſignat. Benefic. lib. 7. quæſt. 2.num.12. vbi dicit per ſimoniam de iure non induci priuationem ipſo iure. cap. Inſinuatum. de Simon. cap. 2. de Cenſib. Sed dictam priuationem inductam eſſe per dictam Extrauag. Cum deteſtabile Pauli 2. quæ non punit niſi ſimoniacos reales. Et ſic intellige Abbatem in cap.Cùm ad noſtram. num. 3. ad fin. de Elect. vbi contrarium voluit attẽtare.

SVMMARIVM.

1 *Simonia ab obſequio, an ſit punibilis.*

2 *Ad chorum ire propter lucrum non principaliter, ſed ſecundariò: licitum eſt.*

3 *Mutuare potiſſimùm propter Deum, & ſecundariò propter lucrum ſperatum, licitum eſt.*

DIFFERENTIA NONA.

1 SIMONIA ab obſequio; vt quando quis ſeruit Epiſcopo potiſſimùm ea intentione, vt ab eo conſequatur vel Ordines ſacros, vel Beneficium aliquod; talis ſimonia in Foro exteriore nõ eſt punibilis, modò abſit omnis pactio, & non ſeruiatur pro Beneficio certo, ſed incerto,& in genere. Hanc concluſionem ſic limitatam,& intellectam adſcribit Silueſt. Hoſt. & Ant.in verbo Simonia. quæſt.16. quæ ſic intellecta, eſt indubitabilis, per ea quæ reſoluimus in Differentia proximè ſequente. Eſt enim in rei veritate ſimonia tantùm mentalis. Et ideò non mirum ſi in Foro exteriore non ſit punibilis. Attamen prædicti Patres aliud voluerunt, ac tenuerunt; videlicet etiam ſi intentione principali prætendat famulus Beneficium ob ſeruitium; nihilò minùs non eſſe ſimoniam; modò ceſſet pactio,& non ſeruiat pro Beneficio certo, ſed incerto, & in genere. Ecce verba Hoſt.& Ant.

Quæ concluſio, prout iacet, nullo modo poteſt ſuſtineri, nec ſaluari.Nam quamuis ſeruire Prælato abſque mercede pro Beneficio conſequendo, non principaliter hac intentione, ſed liberaliter ad conciliandam eius amicitiam; & ſecundariò ad Ordines, vel Beneficium obtinendum; cum ſpe quòd id conſequetur ſi apud eum dignus inueniatur: hoc inquam non ſit ſimonia, ſed licitum,vt tenet gloſſa in cap. Quid proderit.61.diſt. alia in capit. Sunt nonnulli. verb.Ab obſequio. 1.quæſt.1.alia in cap. Cùm ad noſtram.de Elect. alia in cap.Cùm eſſent.de Simon.Abb.ibidem.nu.4. Paluda. in 4 diſt.25.quæſt.5.art.3.in fin.Soto lib.9. de Iuſt.quæſt.7.art.3 & quæſt. 8. art. 1. fol. 302. col. 2. Silueſt. ſupra. Nauar. conſil.9. num.4 de Simon. & conſil.23. num.4. poſt Hadrian. quodlibe.9.art.2.ſub literis L. M. N.O.Rodrig.verbo Simonia.cap.59. n.10.

2 Pro quibus facit gloſſa ſingul. & recepta in cap.vnic.in gloſſa penult. de Cleric. non reſiden. lib. 6. quatenus habet non eſſe ſimoniam, ſed licitum ire Canonicum ad horas pro denario, non principaliter, ſed ſecundariò, & minus principaliter. Quam gloſſam dicit ſingul.Abb. in cap. Significatum.nu.8.de Pręb.& celeberrimam Nauar. cõſ.23.n.4.de Simo.& eã ſequitur Prępoſ. in Sũma.1.q.1.col.3.Maior.in 4.diſt.25.q.2 col.3.Sil.verb.Simonia.q. 9.§.2.& verb.Locatio.quæſt.2.art.4. Dec.vbi optimè in cap. Ex parte.numer.6. de Offic. deleg. Nicol. Boër.de Poteſta.leg.num. 120. & Lancel. §. 1. in gloſſa verbo. Eccleſias. Inſtit Can. de Cler. non reſid. & communiter omnes, & videbis

Digitized by Google

& videbis inf. Diſ.ſeq. Facit etiã glo. in cap. Cõſuluit. de Vſur. recepta cõmuniter, & cõfirmata multis per Nauar. c. 17. n. 209. quatenus habet, licèt peccet qui mutuat principaliter ob lucrum; nõ peccare qui principaliter id facit vt iuuet proximũ, quãuis minus principaliter, & ſecũdariò id ſperet. Refert idem Naua. dicto conſil. 23. num. 4. in fine.

Non tamẽ eſt licitum, ſed ſimoniacũ, ſeruire eidem Epiſcopo, principali intentione pro conſequendo Beneficio, aut vt ordinetur; prout docẽt omnes Doctores, & gloſſæ ſup. cit. maximè gloſſa dicti c. Cũ eſſent. & dicti c. Sunt nõnulli. Quare meritò Abb. in dict. c. Cùm eſſent. n. 4. impugnat opinionem præfatam Hoſt. & Ant.

Poſſet tamen ſuſtineri, ſi cum dicta intentione, etiã principali, concurrant aliæ cauſæ mouentes tam famulos, quàm Epiſcopos ad id faciendum.

Et primò quoàd Prælatos poſſet eos mouere dignitas perſonæ: ſi enim ſunt habiles, & literati, & bonis moribus præditi, ſanctiſsimè eos poteſt recipere Prælatus in domũ ſuã abſq; vlla mercede cũ intentione eos collocandi in Beneficiis vacaturis. ad hoc quippe inſtituta ſunt Beneficia vt ſint præmia literarũ, & virtutũ, & ſtipendia bonorũ miniſtrorũ; vt miniſteriis eorũ Eccleſia optimè, & cum honore vti poſsit. Hinc Vrbanus Papa in c. Si officia 59. diſt. & Celeſtinus in d. c. Quid proderit. 61. diſt. ſtatuerunt licere Clericis ſeruire Deo in Eccleſiis, ob ſpem aſcendendi ad dignitates illarũ. Immò Gelaſius in c. Conſuluit. 74. diſt. dixit eos ad hunc aſcenſum ſpe maioris cõmodi compellendos.

Secundò, eos mouere poteſt paupertas ipſorum famulorũ quę cõmuniter comitatur omnes aulicos, & famulos Prælatorum, & Principũ. Suppoſita enim paupertate, opus eſt charitatis, & nullius ſimoniæ, recipere memoratos in propriũ obſequiũ: non tam propter eorumdẽ ſeruitium quo egent, maximè quia fortè ſunt ſuperflui; & ſine ipſis viuere poſſent; ſed propter Deũ; vt eis alimẽta in perpetuũ, mediantib. Beneficiis vacaturis miniſtrẽt. Quãdoquidẽ Beneficia vacantia omnino debent prouideri, atq; conferri.

Tertiò, poteſt eos mouere, vt experiãtur mores eorum; an videlicet hi ſint vt meritò poſsint illis cõmitere curã animarũ, vel alia onera Beneficiorũ. Nã ſi inſtituta ſunt per Concil. Trid. Seminaria, vt inde cũ certitudine, & experientia, extrahãtur Benemeriti ad Beneficia: quare Epiſcopus non poterit facere de Palatio ſuo Seminariũ, vt ibi in literas incumbãt famuli ſui, vel aliàs de eorũ aptitudine, & bonitate experimẽtum capiat; vt cùm viderit eos benemeritos, ipſis Beneficia vacantia conferat?

His in caſibus, & ſimilibus poterunt Prælati recipere famulos abſque mercede; animo, & intentione dandi eis Beneficia vacãtia. Quia tunc non videtur ſimoniaca receptio, ſed licita, dummodo nullũ pactum interueniat. Ratio eſt, quia tunc temporis nõ tã conferunt ea pro pretio, & mercede non ſoluta; quàm propter merita, vel paupertatẽ eorũ, vel alias cauſas ſuprà relatas. Quin immò ad tollendam illã obligationem antidoralẽ ſeruitiorũ ſibi gratis exhibitorum poſſunt dare Beneficia, abſq; vlla ſimonia; quia nõ dantur tunc pro pretio legali: quod ſolùm inducit Simoniã, ſed pro illa antidorali. Ita ſingul. Naua. c. 23. n. 106. §. Ad quartum. in fin. & conſil. 9. & 42. n. 2 de Simon.

Similiter & famuli, licèt ad ſeruiendum Prælatis moueantur potiſsimùm propter obtinendum Beneficium: nihilò minùs poterit ſaluari eorum intentio, ſi ea ſeruitia etiam exhibeant ob captandam Prelatorum amicitiam, & fauorem; vt illis obtentis poſſint poſteà ſi digni ſint, aliquod Beneficiũ ab eis obtinere; vel ob paupertatem, vt ſic habeant, dum ſeruiunt ipſis, vitę neceſſaria cum honore. Debet tamen adhiberi actualiter aliqua ex his intentionibus. Nec ſufficit vt, ſi interrogarẽtur an id faciant principaliter propter Deum, reſponderent affirmatiuè; ſi aliàs nihil cogitent de Deo, nec moueantur propter ipſum; vt colligitur ex exemplo adducto per Maiorem in 4. diſt. 25. de quo per Nauar. dicto conſil. 50. numer. 5. ad fin. Non enim video quomodo dici poſsit vt quis moueatur principaliter propter Deum, cùm vadit verbi gratia ad Matutinas, nulla cogitatione habita de Deo, nec de eo curet; ſed tantùm habeat in mente lucrum diſtributionum, inſtar mercenarii.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *BENEFICIARIVS vadens ad chorum principaliter ob diſtributiones lucrandas, an ſecurus ſit in conſcientia, commitatque ſimoniam.*

2 *Aſsiſtens in choro, & non cantans partem ſuam altè; ſed ſubmiſsè, ita vt ab aliis non audiatur; an ſatiſfaciat; poſsitque lucrari diſtributiones quotidianas in conſcientia.*

3 *Non cantans in choro, licèt aſsiſtat, & extra chorum horas dicat, non poteſt lucrari diſtributiones.*

DIFFERENTIA DECIMA

1 CAnonici, & Beneficiati, qui vadunt ad chorū, & in mente gerunt perceptionem diſtributionum, aliàs non cantaturi, nec ituri ad ipſum; ſimoniam mentalem incurrunt, atque committunt, ſecundùm gloſſam ſingul. in capit. 1. de Cleric. non reſident. lib. 6. in fin. Card. in Clement. 1. not. 6. de Celebr. Miſſar. Archid. in cap. Odi. 24. quæſt. 1. Abb. in cap. Ex parte. in 1. de Offic. deleg. Ioan. Anan. in cap. 1. col. 3. de Colluſion. quos refert & ſequitur Fel. in cap. Suam. num. 2. de Simon. & alios in præced. differentia nu. 2. relatos.

At in Foro exteriori nullū circa hoc faciūt ſcrupulum. quod valde deplorādum eſt. Et licèt à prædicta ſimonia excuſentur, qui principaliter propter Deum vadunt ad canēdum in choro; quamuis minus principaliter, & ſecundariò propter deſtributiones lucrandas id faciāt, ſecundùm eamdē gloſſ. & Nau. c. 23. n. 100. verſ. Quintò. & Communem. Verumtamen perpauci ſunt, qui cum tali intentione ad chorum accedant.

2 An autē ſatiſfaciat obligationi cātandi in choro, qui partē dimidiam audit, & alteram ſibi contingentem ſolùm ſubmiſsè dicit? Reſp. cū Caiet. lib. 17. Reſpō. reſpōſo 8. nō ſatisfacere. refert, & ſequitur Beia 1. p. Caſuum conſcien. caſu 55. Ratio eſt, quia ratio chori conſiſtit in cōmunicatione vnius cū alio, ita vt quicquid diuini officii ibi dicitur, ſit cōmune alteri: quod nequaquā fieri poteſt, niſi cōmunicando alternatiuo modo vnus chorus alteri quod ſibi contingit. Quod ſi dixeris, iā cōmunicari per reliquos qui altè canunt. Reſp. hoc te non eximere à tua obligatione, cū omnes ad canendū teneantur, & ad cōmunicandum alteri choro quod canūt. quemadmodū ſi plures teneātur in ſolidum reſtituere aliquid, nō eximitur quis à ſua obligatione, eo quòd alii ſuas partes reſtituerint.

3 Hinc probat idem Beia ſup. non ſatisfacere Canonicos pro lucrandis diſtributionibus chori, ſi in choro non cantent; licèt horas canonicas priuatim recitent, & habeant cantores in choro ad canendū. Quod & nobis placet per ſupra dicta.

SVMMARIVM.

1 *CAVSA ſine qua, non coram Deo non eſt cauſa principalis.*

DIFFERENTIA VNDECIMA.

1 CAuſa, ſine qua nō, licèt in Foro interiori ad conſtituendū quē ſimoniacum, vel vſurarium, non iudicetur cauſa principalis corā Deo; vt pluribus probat Naua. c. 17. n. 209. & c. 23. n. 100. verſ. Quintò. contra Bar. in l. 2. §. fin. ff. de Dona.

Quoad Forum tamē exterius ſecus eſt, vt conſtat ex eodem Naua. conſil. 72. nu. 1. de Simon. quia in prædicto Foro ſemper præſumitur prædicta cauſa principalis. in quo Foro loquitur Bar. ſi benè aduertatur. Vnde non benè in hoc à Nauar. impugnatur.

Ex qua reſolutione, & differentia poſſunt defendi multi in pluribus caſibus, & excuſari in Foro conſcientiæ; prout facit Nauar in multis ſuis conciliis, maximè ſub titulo de Simonia. & è contrario, poſſunt cō-

demnari

Digitized by Google

demnari multi quoàd Forum exterius, facientes quædá prohibita, moti aliqua cauſa, ſine qua ea minimè perpetraſſent: licèt in animo, & mente coram Deo prædicta cauſa non fuiſſet principalis: non enim ob hoc ſe excuſari poſſunt. Actus namque cogitationis non ſpectant ad Forum exterius; iuxta tradita verb. Peccatum. Differentia 8.

SVMMARIVM.

1 *SIMONIAE crimen non habet locum in Romana Curia in Foro externo. Secùs in interno.*

2 *Crimen ambitionis non punitur in Curia Principis: benè tamen in Foro animæ.*

DIFFERENTIA DVODECIMA.

1 CRIMEN ſimoniæ non habet locum in Romana Curia quoàd Forum exterius; ſecundùm Abb. in cap. 1. num 5. de Simon. communem dicit Iul. Clar. Recept. ſent. §. Simonia. num. 6.

Secùs eſt in Foro interiori. Nam, vt idem Clarus loco citato dicit, non apparet de ſcientia Papæ, & eius tolerantia. Immò Summi Pont. ſolent ſemper in ſuis Bullis, & conſtitutionibus hoc crimen grauiſsimè execrari. Vnde idem Abb. in cap. Cùm eſſent. numer 3. de Simon. inquit, curiales recipientes aliquid pro obtinenda gratia à Sede Apoſtolica, eſſe ipſo iure excommunicatos, vt in Extrauag. Bonifacii, quæ incipit. Excommunicatus. Et quòd hodie multi incidunt in eam excommunicationē. Et dicto cap. 1. limitat illud de Romana Curia ad ſimoniaca, quia prohibita.

Quare intellige prædictam communem veram eſſe; ſi in Supplica narrentur omnia pacta, & promiſſa inter partes contrahentes: tunc enim ceſſat ſimonia. aliàs non excuſantur in Foro interiori; licèt prædicta pacta in Curia Romana fiát; vel ibi aliquid detur, ſecundùm Angel. expreſsè, verb. Simonia. 5. §. 7. in fin. Item poteſt intelligi prædicta communis quoàd punitionem, ſcilicet, in Curia Romana ſimoniam non eſſe punibilem; ſi eſt tantùm de iure humano prohibita. aliàs ſecùs, ſecundùm Abb. in dicto cap. 1.

2 Similis differentia facienda eſt in crimine ambitus, quod ſcilicet, non dicitur committi in Curia Principis, ex Abb. & Iul. Clar. ſuprà. Quod verum, quoàd Forum exterius. Benè tamen committitur, quoàd Forum conſciētię. Quod intellige vt verb. Electio. in Different. 6.

SVMMARIVM.

1 *EPISCOPVS ſimoniacus an teneatur renunciare Epiſcopatui, etiam ſine licentia Papæ.*

DIFFERENTIA DECIMA TERTIA.

1 EPISCOPVS ſimoniacus poteſt; immò, & tenetur in Foro conſciētiæ Epiſcopatui renunciare, etiam abſque licentia Papæ. cap. Si quis neque. 1. quæſt. 1. gloſſa, & Abb. ibi, in cap. Niſi. verb. Dumtaxat. de Renunciat. quam dicit communiter approbatam. Flamin. Pariſ. de Reſignat. Benefic. lib. 7. q. 1. num. 107.

In Foro tamen exteriori id non licèt; nec poteſt facere abſque licentia Papæ; vt conſtat ex eadem gloſſa in princip. quam ad hoc dicit communiter receptá idem Pariſ. ſupra, quæſt. 2. num. 3. vbi num. 7. addit, ſufficere Epiſcopo pro exoneratione ſuæ conſcientię promittere Confeſſario, quòd dimittet Epiſcopatum, quàm primùm poterit; licèt non actu tunc dimittat. Et num. 8. putat, prefatam gloſſæ opinionem non habere locum in Epiſcopis; ſed in aliis ſimoniacis non Epiſcopis. de quo dubito, cùm in vtriſque ſit eadem ratio.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 LITIGANTI *iuſtè, an licitum ſit ad redimendam vexationem, dare aliquid Iudici.*

DIFFERENTIA DECIMA QVARTA.

1 AD redimendam vexationem licitum eſt, in Foro conſcientiæ, litiganti, bonamque cauſam ſecundùm relationem ſuorum aduocatorum defendenti, dare aliquid Iudici vt pro eo ſententiam ferat. Ita poſt Cordub. tenet Rodrig. verb. Reſtitutio. cap. 40. nu. 7. contra Sotum. lib. 4. de Iuſti. quæſt. 7. art. 1. ad 2. §. Sed numquid. vide ad idem gl. verb. Reſtituat. in cap. Nullus. 31. quæſt. 1. & in cap. Quæſitum. 1. quæſt. 3. & in cap. Qui rectè. 11. quæſt. 3. Vide etiam textus in cap. Dilectus. 1. de Simon. vbi qui dat Prælato pecuniam, ne ipſum in iure ſuo de facto moleſtet, poteſt illam repetere impune; quia turpitudo ſolùm fuit ex parte recipientis. Similè habes in dict. l. Quòd euitandi. & dict. l. Serui. & not. gl. D. nullus, & Oldra. conſ. 280. & Feli. dict. cap Dilectus. in prin. Et quoàd litigantes ſuper Beneficio Eccleſiaſtico, etiam in Foro externo licitum eſſe cuique redimere pecunia vexationem iniuſtam, & de facto; dummodo vexatus ſit in poſſeſsione Beneficii; vel ſi non poſsideat, ſit propter potentiam aduerſarii. tradit gl. in cap. Decimas. 3. 16. quæſt. 7. Abb. num. 4. alias 8. Felin. nu. 2. Anania. num. 4. alias 8. in dict. cap. Dilectus. Anto. de Petrucia. in rep. l. 1. ff. de Iureiur. num. 420. remed. 6. Ioan. Licerier. in tract. de Primogenitura. lib. 3. quæſt. 8. Rebuf. in praxi Benefic. cap. de Simonia. num. 20. Nauar. in Man. cap. 25. num. 114. & conſ. 17 de Simon. Hiero. Paul. in pract. Cancel. pag. 154. cum ſeq. Et Cenedo poſt alios. Collect. 174. ad Decretales.

In Foro verò exteriori tam Pars dans, quàm Iudex recipiens punientur: niſi dans probaret manifeſtè, iniuſte vexari; vel timere iniuſtitiam ſibi faciendam. l. Quod euitandi. C. de Condic. ob turp. cau. l. Serui. 23. C. de Adulte. Primò, quia Iudex non poterat illud recipere; quippe tenebatur adminiſtrare gratis iuſtitiam, ſi aliàs habebat à Rege iuſtum ſalarium. l. 2. ff. de Condic. ob turp. cauſ. dict. cap. Qui rectè. 11. quæſt. 3. cap. Non ſanè. 14. quæſt. 5. Nauar. cap. 17. num. 33. Medin. in Inſtruct. Confeſ. fol. 169. Rodrig. ſuprà. numer. 6. Præterea quia pars litigans in dubio præſumetur in illo Foro illud feciſſe animo ſubornandi Iudicem; iuxt. gl. 1. cap. Cùm ab omni. de Vita, & hon. Et quantumuis hoc non præſumeretur, ob l. Meritò. ff. Pro ſocio. tamen conſtat oportere id in dicto Foro prohiberi, ne detur occaſio ſubornandi Iudices. Omnes enim putant, ſe iuſtas cauſas fouere, dicerentque ſe id feciſſe animo redimendi vexationem. Nec deſunt aduocati, qui dicāt clientulis omnibus ſe iuſtas cauſas tueri; licèt veritas ſit aperta in contrarium, pro vt vidi in facto Olyſsipone. Ob memoratam enim occaſionem Pars litigans dedit Iudici centum ducatos pro obtinenda ſententia in ſuum fauorem, pro vt obtinuit; ſed ſtatim fuit reuocata à ſenatu, quia erat notoriè iniuſta. Ecce quàm periculoſa res eſt, exercere, & in praxim deducere opinionem ſuprà relatam Cordubæ, & aliorum.

Quamuis enim vera in ſe ſit, ſi de Iuſtitia ſua certus omnino eſſet litigans: quia tamen id vix ſcire poteſt; præfatumque datum eſt res ſcandaloſa, ſi detegeretur, & ſub illo palliamento multæ fieri poſſent corruptiones: meritò, in dubio, videtur verior opinio contraria. Bart. in Auth. Sed nouo iure. C. de Pœn. iud. qui malè iud. Soto ſup. Couar. regul. Peccatum. 2. par. §. 3. num. 1. Hippo. ſing. 190. Pet. ab Aragon. 2. 2. quæſt. 32. art. 7. & aliorum, & ſic tenenda, atque conſulenda. Qua coactus ratione quidam Religioſus valde timoratæ conſcientiæ numquam voluit vti præfato remedio in quadam cauſa, quam ideò perdidit, & maluit eam non lucrari: quàm tale factū de ſe ſcrupuloſum, ac verecundū, & viro iuſto indignum, perpetrare. Nec propriè conuenire, nec verè applicari poteſt huic caſui doctrina illa de redimenda ve-

Digitized by Google

da vexatione, de qua in cap. Dilectus. 1. de Simon. & ibi DD. & l. Serui. 23. C. Ad leg. Iul. de Adult. & ibi Bal. quia ante ſententiam Iudex non vexat, & ignoratur quomodo ſententiam ferat. Et debet manifeſtè conſtare eum daturum eſſe ſententiam contra iuſtitiam indubitatam; vt dans pecuniam poſsit ſe excuſare coram Deo; vt tradit gl. 1. diſt. cap. Cùm ab omni. quàm ad hoc notat Panor. ibid. num. 8. quo caſu forſan admitterē opinionem Cordubæ; licèt (vt verum fatear) vix auderem eam practicare: etiam in præfato caſu, niſi cauſa eſſet grauis momenti, & certus eſſem tā de mea iuſtitia, quàm de iniquitate, & venalitate Iudicis, & quòd meum ius ita ſeruaret. Sed prohdolor; cùm Iudices ſunt taliter venales; ferunt ſententias pro iis qui plus eis donant; vnde quomodò poterit mihi certum eſſe, dando ei munus aliquod, meum ius fore ſeruaturum, cùm neſciam, an pars altera dederit maius donū, vt Vlyſſipone præteritis diebus contigit? Quidam enim Iudex acceperat priùs ab vna Partiū munus quoddam. quo detecto, Pars altera dedit maius munus. Tunc Iudex adiuit ſuā vxorem, petens ab ea conſilium, pro quo ferret ſententiam. At illa incunctanter reſpondit: pro quo rogas? Pro eo, qui maius munus obtulit, & ita fecit. Ex his videat lector in quas miſerias deuenerimus, & quam incertum ſit vti talis mediis.

SVMMARIVM.

1 *RESIGNANS Beneficium coram Ordinario, non poteſt nec ante reſignationem, nec tempore reſignationis nominare perſonam cui vult vt Beneficium conferatur. aliàs eſt ſimoniaca reſignatio.*

2 *In Foro verò conſcientiæ licèt; dummodò perſona ſit digna.*

DIFFERENTIA DECIMA QVINTA.

1 RESIGNATIO Beneficii, ſi fiat coram Ordinario; non poteſt nominari perſona, in cuius fauorem fit; nec poteſt ante reſignationē ſupplicari Epiſcopo, vt dignetur conferre. v. g. Petro Beneficium reſignandum; ſed debet fieri purè, & liberè; ita vt ſit in manibus Epiſcopi conferre illud, cui voluerit: aliàs eſt ſimoniaca in Foro exteriori. cap. Ordinationes. 1. quæſt. 1. cap. Tua. de Simo. gl. 1. cap. Dilecto. de Præb. aliàs in cap. Ex parte. 1. verb Dimittere. de Offic. deleg. communiter recepta teſte Rodrig. verb. Simonia. cap. 60. numer. 1. & docet Nauar. cap. 23. num. 107. verſ. Ad 10. & num. 110. vbi refert ad id duas Extrauag. Pii 5. vnam, quæ incipit. Quanta. & alteram quæ incipit. Intolerabilis.

2 At in Foro animæ, etiam poſt dictas Extrauag. licita eſt, & à ſimonia immunis reſignatio facta cum deſignatione perſonæ, in cuius gratiam, & fauorem fit; dummodò perſona ſit digna, & Epiſcopus ſuam fidem expreſsè non dederit de conferendo illi, pro quo ſibi ſupplicatum fuit, licèt poſtea illi conferat Beneficium reſignatum. Ratio eſt tùm, quia obtentio Beneficii ad preces alicuius, tunc eſt ſimoniaca, cùm ex illis precibus aliquod commodum pecuniarium, vel pecunia æſtimabile prætenditur; vt pulchrè reſoluit D. Tho. 2. 2. q. 100. art. 5. Victor. de Simon. numer. 30. Vel cùm fiunt, vt apertè indignus admittatur, & excludatur dignus. Vt declarat Gom dicens communem reg. de Trien. q. 12. & Iul. Clar. §. Simonia. in princip. Quæ omnia hic ceſſant. Tùm quia talis reſignatio non deſinit eſſe libera ob dictā nominationem perſonæ, & ſupplicationem factam collatori, & ita tenet gl. fin. dict. cap. Ordinationes. dicens, non eſſe ſimoniam, abrenunciare Beneficio; vt alteri detur; niſi deducatur in pactum. Sequitur Soto lib. 9. de Iuſt. quæſt. 7. art. 1. Couar. lib. 1. Variar. cap. 5 num 5. Et à reſignante Beneficium coram Ordinario poſſe ſignificari ſucceſſorem, modo non ille reſignet ſub conditione, docet optimè Caſſado. deciſ. 5. de Simo. num. 2. Staphil. de Lite. gratię. tit. Reſignationis modus. num. 7. Rodean. de Simon.

de Simon. mental. 1. par. cap. 9. num. 4. & cap. 25. num. 4. & 12.

Ex quibus colligitur ſing. declaratio ad prædictas Extrauag. Pii 5. videlicet (cùm ſignificatio voluntatis facta ſine conditione, & pacto, ſit licita, nec ex ea obligetur Epiſcopus ad cõferendum Beneficium illi de quo eſt ſibi ſupplicatum, vel ſignificatũ) inferri non fuiſſe de mente Pii 5. in prædictis Extrauag. hanc reſignationem, ſaltem in Foro conſcientiæ, reprobari; ſed tantùm illicitas, & ſub pacto tacito, vel expreſſo, fidei alicuius commiſſas. (vt de hęreditate danda incapaci fidei alicuius relicta diximus verb. Hęreditas. Differentia 10) Quæ tene mente, quia propter eorum ignorantiam vidi quemdam Epiſcopum pium nolentem nullo modo cõferre Beneficia coram ſe renunciata, ſi quo modo pro aliquo ei ſignificabatur anteà, vel tempore renunciationis.

Vltimò obſerua poſt dictas Extrauag. de ſtylo Curiæ Romanę, cùm reſignatio fit in manibus Papæ, in Supplica fieri liberam reſignationem ſine vlla conditione, & pacto. Et ad finem eius, vel cum altera Supplica ſupplicari vt dignetur illud Beneficiũ reſignatum conferre tali; licèt ante dictas Extrauag. id fieret cum pacto, & conditione vt conferretur nimirum tali, & non intẽdere aliter, nec alio modo reſignantẽ renũciare, niſi in fauorẽ illius. Et in effectu idẽ hodie obtinetur. Quandoquidem numquã alii confertur, quàm illi quem nominat, & cui vult reſignans. Sed fit plus caſte ac integre, eſtque iuri magis conſonum quod hodie obſeruatur, pro vt ſuprà dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *PENSIONES an poſsint redimi præſenti pecunia in vtroque Foro abſque facultate Papæ.*

2 *Penſio an poſsit venire, & emi à tertio.*

DIFFERENTIA DECIMA SEXTA.

1 PENSIONES in Foro exteriori non redimuntur niſi authoritate Papæ, vt eſt praxis communis, & recepta; cuius meminit Tolet. lib. 5. cap. 92. num. 2.

In Foro verò conſcientiæ redimi, & extingui poſſunt ex ſolo conſenſu Penſionariorum abſque alia facultate Papæ, dummodò ſint ipſis aſsignatæ, vel ob paupertatem ad ſuſtentationem, vel alimenta illorum; vt ſunt illæ quæ dantur famulis Papę, vel Cardinalium, & ſimilium; vel ob reſignationem Beneficii, vel ob litem componendam. Tales enim penſiones non ſunt ſpirituales, nec annexæ ſpiritualibus; quia non dantur propter officium ſpirituale; ſed ſunt tantùm onus temporale; ſcilicet ad debitum ſoluendum quotannis, certam nimirum ſummam, ob cauſas ſuperiùs memoratas. Ita tenet Toletus ſup. Caiet. tomo. 1. Opuſcul. 31. reſponſo. 10 & dicit communiter tenere DD. in Clem. vni. §. Eadem quoque auctoritate. de Supplend. negl. Præla. Leonar. Leſsius de Iuſti. & iur. lib. 2. cap. 35. dubitatione 22. numer. 124. & Sotus lib 9. de Iuſti. quæſt. 7. art. 2. Et confirmatur ex cap. Ad quæſtiones. de Rerum permu. vbi poſſeſsiones, ideſt iura poſſeſſionum ſeparatim ab officiis ſpiritualibus permittuntur redimi.

Nec obſtat requiri Clericatum. Nam titulus Clericalis ſolùm requiritur cõcomitanter tamquam diſpoſitio ſubiecti. ſicut cùm quis relinquit legatũ pauperibus Clericis; ius ad illud legatum non efficitur ſpiritale ratione Clericatus. Hinc communiter obſeruatur Romæ imponi eam perſonæ alicuius Clerici, & illam capi à famulo, vel Papę, vel alicuius Cardinalis, mere laico. Itaque ſolùm requirit ſubiectum ad eius impoſitionem; non tamen ad eius ſubſtantiam, ſeu validitatem, vt ea quis frui poſsit.

Sed obſtat valde Bulla Pii Quinti de Pẽſionibus, per quam tenentur hodie omnes Penſionarii recitare horas Beatæ Mariæ, & ſic factæ ſunt omnes ſpiritales, & reuerà Beneficia Eccleſiaſtica. Qua ratione poſſunt

ſunt permutari cũ aliis Beneficiis, vt obſeruant multi; teſte Leſsi. ſup. numer. 127. ad fin.

Ad hoc reſpondet Leſsius ſup. num. 129. in multis partibus dictam Bullam nõ fuiſſe receptam. Et in illis procedit præſens differẽtia. Vbi verò eſt recepta, penſio eſt res ſpiritualis, & quoddã Beneficium. & ideò requiritur facultas Papæ ad eam redimendam. aliàs erit ſimonia.

2 Vbi verò dict. Extrauag. Pii 5. non eſt recepta, eſt pulchrum dubium an ſicut poteſt penſio redimi ſolo cõſenſu Penſionarii, vt ſup. reſoluimus: poſsit etiam venire ab eodem Penſionario alicui. Toletus ſup. num. 3. fatetur de iure id non prohiberi, ſed tãtùm de communi ſtylo Curię. Nam puniuntur vt ſimoniaci, vendentes penſiones abſque facultate Papæ. ſequitur Soto vbi ſup. & Victoria de Simõ. num. 49. de penſione ſcilicet data Parocho ſeni, non valenti ampliùs deſeruire, vt ſe ſuſtentet, Beneficio in alium collato. Quia talis penſio eſt loco Beneficii reſignati.

Leſsius tamen poſt Caieta. & DD. dict. Clem. vni. tenet eſſe probabilius ſi ius antiquum ſpectemus, poſſe etiam venire dictam penſionem Parocho ſeni conceſſam. Et de aliis indubitanter tenet cum Soto. Quia ſi poteſt redimi; cur non venire? Sed non auderem practicare. maximè cùm de ſtylo Curię veniat puniẽdus qui talia exercere audeat.

SOLVTIO.

SVMMARIVM.

1 *ALIVD pro alio, etiam ſi ſit melius, non poteſt ſolui inuito creditore.*

2 *Debitum Deo, vt votum; poteſt quis ſoluere, & mutare in melius, niſi in iis quę ſunt ex obedientia quoàd me, & Deum. Secùs ſi in vtilitatem alicuius fuerit.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 ALIVD pro alio in Foro exteriori, inuito creditore, ſoluere non poſſum. l. Mutuum. 2. §. 1. ff. Si cert. petat. vbi gl. & DD. latè, & per nos ſup. verb. Debitum. Differentia 8. etiã ſi ſit melius; ſecundùm Soto vbi infrà.

In Foro verò interiori, id eſt ipſi Deo, poſſum aliud pro alio ſoluere, ſi fuerit melius, vt etiam dicemus verb. Votum. in Differentia 1. vbi habes poſſe quempiã votum ſuum propria authoritate cõmutare in melius, & docet Sot. lib. 7. de Iuſt. quæſt. 4. art. 3. poſt Caiet. contra Silu. verb. Votum. 4. quæſt. 7. & probat text. in cap. Scripturis. de Voto. & in cap. Peruenit. in 2. de Iureiur. Quinimmò & in æquè bonum poſſum commutare quando eſt aperte tale, ſecundùm Henriq. de Indulgent. cap. 30. §. 5. etiam ſine cauſa, ſecundùm Cordub. quęſt. 149. in fin. Rodri. in Bulla. §. 9. num. 106. maximè quia ſufficit pro cauſa vt vouens faciliùs, & hilariùs, ac ſuauiùs faciat id quod eſt æquè bonum, ſecundùm Henriq. ſuprà. Sed iſto in caſu requiritur authoritas Superioris, vel Confeſſarii, ſecundùm Suarez tom. 4. diſput. 27. ſect. 4. num. 6. Sot. ſuprà, & etiam Cordub. & Rodrig. vbi ſuprà. Quod putat verum Henriq. ſuprà. cùm votum eſt factũ in vtilitatẽ determinati loci, aut perſonæ. Tũc enim dicit requiri authoritatem Superioris ad commutandum votum in alium locum, vel perſonam. aliàs ſecùs. Sed primum verius, ſcilicet in omni caſu eſſe neceſſariam authoritatem Superioris, vel Confeſſarii, cùm votum commutatur in æquè bonum. Ratio eſt propter incertitudinem quæ habetur, an ſit æquè bonum id in quod votum commutatur; vt docet Rodrig. vbi ſuprà. Eſt & alia ratio, quia ſcilicet nullus poteſt ſoluere ſeipſum, vt opti-

Digitized by Google

vt optimè aduertit Silu. ſup.§. Secundum.

Ratio diuerſitatis inter vtrumque Forum eſt, quia inter homines non quicquid melius eſt, ſtatim conſtat eſſe, ſeu fore gratius, & iucundius creditori. Quia fortè id quod eſt melius, non eſt illi tam vtile, vel ex alia aliqua cauſa non eſt illi grata prædicta cômutatio. & conſequenter eſſet illi noxia; ſecundùm gl. 1. in l. Paulus reſpondit. l. 99. ff. de Solutio. Quod reſpectu Dei contingere non poteſt. quippe rem meliorem ſemper habet magis acceptam. Vnde certum ſemper eſt in talem ſolutionem, vel ſatisfactionem conſentire. Ita Sot. ſupra.

2 Vide tamen vnam ſingularem fallentiam ad hoc quod modo diximus ſuper cômutatione rei in melius quoàd Deum: nimirum in pręceptis obedientię non poſſe me aliud pro alio ſoluere, etiam ſi fuerit melius. Vnde ſi mihi ex obedientia iniungatur vt dicam officium Mortuorum pro aliquo defuncto: non potero propria authoritate dicere vnam Miſſam pro eodem officio, licèt Miſſa ſit abſque dubio maius, ac melius ſuffragium, quàm prædictum officium. Ratio eſt, quia facta per obedientiam ſunt ſemper meliora, & vtiliora, quantumuis minima; vt conſtat 1. Reg. 15. Sed poteſt dici id eſſe verum habito reſpectu de me ad Deum. Tunc enim reſpectu mei (de quo loquitur dictum cap. 15.) melior eſt obedientia, quàm victima. At cùm id quod præcipitur eſt in fauorem alicuius, videtur ex tacita, & coniecturata mente, & voluntate eiuſdem, poſſe rem dicendam, vel reddendam pro eo, commutari propria authoritate in melius, quando id eſt certiſſimum; vt in prędicto caſu de officio defuncti ad Miſſam. Nec eo in caſu dicerem me facere contra obedientiam. immò eam meliùs adimplerem. Adde hic Cenedo in Collect. ad Decretum. Collect 40. pag. 58. num. 1. vbi agit an pœnitentiæ poſsint mutari, & per quem. Super hoc vide not. ſup. verb. Iudex. Differentia 13. num. 5.

Ex dictis infertur, ſuper defectibus commiſsis in Diuino officio; cùm quis aliquot verſus, & dictiones nonnullorū pſalmorū omittit ex defectu memorię, vel diſtractionis, etiam data opera: non teneri quempiā eos repetere; ſed ſufficere vt aliquem aliū pſalmū dicat, vel pſalmos alios pro dictis defectibus. Quia Dei nihil intereſt ſi hoc, aut illud reddatur, cùm poſsit quis ei (vt diximus) aliud pro alio ſoluere; dummodò ſit meliùs, vel æque bonum. Adde not. verb. Debitum. dict. Differ. 8.

SVMMARIVM.

1 *VNVS pro alio, etiam inuito, ſoluere poteſt.*

2 *Fallit in pœnitentiis à Confeſſario impoſitis, niſi in caſibus hic notatis.*

3 *Committens in articulo mortis pœnitentiā ſibi iniunctam, non euolabit ad cælum donec per acceptantem eam ſit adimpleta. Licèt ſecùs ſit in reſtitutione alteri commiſſa.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 VNVS pro alio in Foro exteriori ſoluere poteſt; & illum, etiam inuitum, ab obligatione liberare. l. Manifeſti. C. de Solution. l. Qui decem. §. 1. ff. eodem. l. Soluendo. ff. de Negot. geſt.

Quod ſecùs eſt in Foro interiori, ſeu pœnitentiali. Nam pœnitentia alicui impoſita non poteſt per alium impleri. Ita tenent ferè omnes Theologi in 4. diſtinct. 20. teſte Suarez 4. tom. ad tertiam partem. D. Tho. diſput. 38. ſectio. 9. & docet D. Anton. 3. part. tit. 14. cap. 20. §. 1. Caiet. in Summa. verb. Satisfactio. § Poteſt. Ang. & Silu. eod. verb. quæſt. 3. Sot. in 4. diſt. 19. quæſt. 2. art. 4. Ledeſ. quæſt. 14. art. 4. Cordub. lib. 5. de Indulgent. quæſt. 5. ad octauum.

2 Quod intellige verū in pœnitentia impoſita, nedū in ſatisfactionē pręteritorū criminum, ſed multò magis in remedium, & medicinam ipſius pœnitentis; vt ſunt ieiunia, diſciplinæ, orationes, eleemoſynæ, peregrinationes, ſilentium, & iniuncta ad macerandum, & caſtigandum corpus, vel coercen-

coërcendam auaritiam,ſeu tenacitatem, vel aliud quoduis vitium. Hæ ſiquidem pœnitentiæ,ſiue ſatisfactiones ſunt omnino perſonales, eò quòd dentur in remedium, & medicinam ipſius pœnitentis. Non mirum ergo ſi per alium fieri nequeant. Quia ieiunium vnius non mortificat corpus alterius; nec ei prodeſt,vt caſtè viuat. vt dicit Ange. verbo Satisfactio. num. 3. licèt ad ſatisfactionem pœnarum, pro peccatis debitarũ, & ad augmentum gratię,& impetrationem bonorum multũ valeant, & proſint orationes, ieiunia, & cetera ſuperiùs enumerata; quæ quis in gratia exiſtens facit pro alio.

Ceterum ſi pœnitentia à Confeſſario iniuncta ſit pecuniaria,vt eleemoſyna;& non ad cohibendam pœnitentis auaritiam, ſed vt ex ea conſequatur remiſsionem pœnarũ pro peccatis cõfeſsis debitarũ; cenſeo poſſe adimpleri per aliũ;quia tũc parũ intereſt ſi fiat à pœnitente, vel ab alio pro eo: ſicut idem dicimus de reſtitutione debita à pœnitente; quæ poteſt ſimiliter fieri ab alio quocumque pro eo,vt tradunt Armil.verb. Satisfactio.num.6. & communiter omnes.

Præterea omnis pœnitentia poteſt fieri per alium,ſi in id conſentiat Cõfeſſarius,vt ſi dicat poſſe illam adimplere per ſe ipſum, vel per alium,vt docet Ange.vbi ſup.& Vival.de Satisfactione.nu.12. verſic.Secunda quando,&c.

Idem dicendum ſi pœnitens fiat impotens ad eam adimplendam, vt poſt Angel. ſup.& alios infrà citandos docet Viual.ſup. verſ.Tertia. Vnde in articulo mortis conſtitutus poteſt cuicumque ſuam committere ſatisfactionem,& erit ab ea abſolutus,ſi acceptans eam adimpleat in gratia, vt tenent communiter DD. maxime D.Thom.lib.4. Contra gentes.cap 55.Soto in 4.diſt.19.q. 2.artic.4. concluſ. 2. Silueſt. Victor. & alii quos refert, & ſequitur Viuald. ſuprà, propoſitione 1.

3 Donec autem hæc ſatisfactio ſeu pœnitentia adimpleta ſit per acceptantem eam, anima detinebitur in purgatorio, vt poſt D.Thom. receptum docet Silueſt.verb. Satisfactio. num.4.& Viual.ſup. verſic. Quarta. vbi aliud dicit dicendum in reſtitutione cõmiſſa.Et diximus v.Reſtitutio. Diff.47.

SVMMARIVM.

1 D*ECIMAE ex quibuſdam fructibus numquam ſolutæ: an poſsint peti.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 DECIMAE, ſi ex conſuetudine aliquarum prouinciarum, vel locorum de aliquibus fructibus nõ ſoluantur, poſſunt quoàd Forum exterius peti;quia debentur, non obſtante prædicta cõſuetudine non ſoluendi. c.Cùm in tua.& ibi Abb.notat num. 3. de Decim.

Licèt quoàd Forum interius,propter ſcãdalum,non liceat eas exigere. Ita colligitur ex traditis per D.Tho.2.2. quæſt. 87. art.1. ad Quintũ.in fin. Puto tamẽ non eſſe plus quã veniale,ſi nõ obſtãte ſcandalo,petãtur.

Vnde obiter nota immunitatẽ,ſeu libertatem non ſoluendi Decimas, præſcribi aut conſuetudine acquiri non poſſe; vt per Fel. poſt alios à ſe citatos in c. Cauſam in prin. de Præſcription.Qod eſt contra Couar.lib. 1.Variar.capit.17. num.10. tenentem contrarium quoàd illam partem decimæ quæ eſt de iure humano,vt pote quæ excedit vltra congruam,& non deſeruit pro ſuſtentatione Clericorum,ſed pro rebus non neceſſariis.vel pro eleemoſynis erogandis; quẽ ſequitur Naua.c.21.n.29. & Henriq.in Sũma tit.de Indulgent.c.27. §.2. Sed talis diſtinctio,licèt videatur æqua, non tamen eſt Iuri communi conſona,immò contraria,cũ iura generaliter loquantur de omnibus decimis, ſaltem prædialibus; & ęquè obligent omnes ad integram ſolutionem earũ. & ita fuerũt latæ multæ ſententiæ,tã in Regno Caſtellæ,quàm Cathalonię, & in aliis Regnis. Et ego quãdam obtinui in fauorẽ domus Scalę Dei cõtra vaſallos illius Prioratus, qui vigore dictę conſuetudinis immemorialis ſe defendebant à ſolutione decimę fructuum aridorũ, videlicet amigdalarum, auellanarum, ficuum, & nucum,

Digitized by Google

nec in practica poterat obſeruari prædicta diſtinctio Couar. Quis enim iudex auderet examinare in quos vſus quiſque Eccleſiaſticus, vel domus Religioſorum expenderet decimas; & taxare, ac diuidere eaſdem, partim in ſuſtentationem, partim in eleemoſynas; & ſuper hoc contendere cum iiſdem: præſertim quia ferè omnibus communiter non ſufficiunt hodie decimæ, nec alii redditus ad ſolam ſuſtentationem?

Præterea obſerua, ſi fortè ſit aliqua lex impediens exactionem illarum decimarũ quæ per conſuetudinem patriç nõ ſunt ſolitæ ſolui (vt de multis Regnis meminit Couar. ſuprà, num.8.verſ. Ergo.) eam certè in nullo Foro obſeruandam eſſe tamquã Iuri Canonico contrariam, cui ſtandum eſt circa decimas: vel ſaltem per denunciationem Euangelicam conueniri poſſe detentores earum coram iudice Eccleſiaſtico, & compelli ad earum reſtitutionem propter peccatum quo inuoluuntur qui eas nõ ſoluunt. Vide ad idem D. Tho. quodlib. 2.art. 10. & facit cap. Prohibemus. de Decimis.

SVMMARIVM.

1 *CREDITORES perſonales eiuſdem rationis, in Foro externo nullam habent prioritatem ratione prioritatis temporis.*

2 *Secùs in Foro conſcientiæ, ſecundùm aliquos. Sed contrarium reſoluitur.*

3 *Debita perſonalia ex delicto, an ſint priùs ſoluenda, quàm ex licito contractu.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 INTER creditores perſonales eiuſdẽ ordinis, ſeu rationis, & chirographarios, in Foro externo nulla habetur ratio prioritatis temporis; ſed debent omnes pariter venire, & recuperare ſua credita pro rata; cùm bona debitoris non ſunt ſufficientia omnibus, & authoritate Iudicis poſſidentur. Nam aliàs ſi poſteriores tempore, recuperauerint ſua debita à debitoribus ſpõtaneis, prius quàm alii priores, non reuocatur ſolutum, vt inter omnes pro rata diuidatur, ſed manet apud illos. Ita probat text. iuncta glo. pen. in l. Pupillus. 24. ff. Quæ in frau.credit. & l. Quod autẽ. §. Sciendũ. eod. tit. & l. Si mulier. ff. de Mino. Et not. gl. fin. in l. Tutores. 61. ff. de Cõdict. indebi. & Naua. c. 17. n. 52. quamuis Ordinatio Luſitana lib. 2. tit. 91. contrariũ diſponat, nẽpe ſeruandam eſſe prærogatiuam temporis, etiã quoàd actiones perſonales, ſequẽs çquitatem Fori interioris. Sed eã intelligo prout ſupra, quando ſcilicet bona ſunt penes aliquẽ authoritate Iudicis. aliàs ſi ſint penes debitorẽ, & poſterior tempore ſit diligens ad petendum ſuum debitum, tenebit recuperatio, nec retractabitur.

2 In Foro verò conſcientiæ habetur ratio prioritatis temporis; & ſic prius debet ſolui prioribus tempore, quàm poſterioribus, iuxta reg. *Qui prior eſt tẽpore, potior eſt iure.* Ita tenet Gabriel in 4. diſt. 15. quæſt. 2. Medina. C. de Reſtit. q. 2. dub. 5. Salon quæſt. 62. art. 8. in fi. Valentia diſput. 5. quæſt. 10. puncto 10. Tolet. lib. 5. cap. 25. num. 3. in fin. Emman. Sa verbo Reſtitutio. num. 63. Per. Naua. lib. 4. c. fi. n. 40. Et ratio eſt, tum quia tempore priorum creditorum ſemper eſt debitor magis ſoluendo. Vnde çquum videtur, vt primus non defraudetur propter debita poſteriora. Tum quia priores magis paſſi ſunt in detẽtione ſuorum debitorum. Vnde etiã çquum videtur vt prius ipſis ſatisfiat. Idem poſt Viguerium, & Barthol. Medin. in ſua Inſtruct. §. 33. tenet Rebel. de Obligat. Iuſti. 1. par. lib. 2. quæſtione 19. num. 11.

Sed contrarium, ſcilicet non eſſe habendam rationem prioritatis temporis in dictis creditoribus tenet D. Antonin. 2. par. tit. 2. capit. 7. §. 3. poſt Bal. in l. Pro debito. C. de Bonis autho. Iud. poſſid. Idem Silueſt. verbo Reſtitutio. 6. quæſtione 5. Angel. verbo Reſtitutio. 2. numer. 16. Lopez 1. part. capit. 100. ad fin. Petrus Toletan. 2. lib. cap. 4. nu. 395. & Nauar. ſup. & Leonar. Leſsi. de Iuſti. & iur. lib. 2. cap. 15. nu. 44. vbi ſentit communem. Pro quibus eſt bonus tex. in l. 1. §. Ex cõtrario. ff. de Separatio. ibi,

Nam

Nam licet alicui adijciendo ſibi creditorem, creditoris ſui facere deteriorem cōditionem. Ex quibus verbis conſtat licitum eſſe debitori noua debita cumulare, & deteriorem conditionem priorum creditorum facere. Vnde non poteſt prior creditor tempore iniuriam aliquam prætendere. Faciunt not. verb. Emptio. Differentia 6. Quare videtur nullam eſſe aſsignandam in hoc Differentiam. Sed in vtroque Foro nullam habendam eſſe rationem prioritatis temporis quoàd creditores tantùm perſonales eiuſdem rationis; non habentes hypothecam, nec ius Prælationis vigore alicuius priuilegii perſonalis.

3 Quando verò debita perſonalia ſunt diuerſę rationis; vt ex furto, contractu, vſura, mutuo, & ſimilibus: ſimiliter in Foro exteriore nō erūt prius reſtituenda quę ex delicto; quā quæ ex licito cōtractu debētur; cū omnes hæ actiones ſint perſonales, nullū habētes ius Prælationis. Et ſic pro rata erūt ſoluēda debita, ſi bona debitoris authoritate Iudicis poſsideātur, niſi anteà aliquis vigil, & diligens fuerit, in petēdo creditū ſuū, iuxta d.l. Pupillus. & ita ſeruat cōmunis practica forenſis omniū tribunalium, vt teſtatur Pet. Naua. dict. cap. fin. num. 41.

In Foro verò conſcientiæ non benè conveniunt DD. Nam quidam tenent priùs ſoluenda eſſe quæ ex delicto debentur, quàm quę ex contractu; cùm magis cōſtet in illis de inuoluntario animo, & diſſenſu creditoris, quā in iſtis. Et etiā, quia in illis fuit facta iniuria proximo, ob quā, & ob diſſenſum obligatur debitor ad promptiorē eorū reſtitutionem, quàm in debitis ex contractu. Ita D. Thom. Opuſculo 73. aliàs 63. c. 18. D. Bonauent. quem referendo ſequitur Ioa. Medina q. 2. de Reſtitutione dubio 5. Michaël Salon 2. 2. q. 62. artic. 8. in fin. Angel. ver. Reſtitutio. 2. §. 16. Angles, & alii, quos refert, & ſequitur Rebel. de Obliga. Iuſti. p. 1. lib. 2. q. 19. nu. 8. Et hæc ſententia non eſt improbabilis, ſecundū Leona. Leſsi. de Iuſt. & iur. lib. 2. cap. 15. dubitatione 3. num. 14. in fin.

Alii verò tenent priùs eſſe ſoluenda debita ex contractu iuſto oneroſo, non gratuito, quàm ex delicto, niſi fortè res ex delicto parta in ſpecie ſit aliena. Ita D. Anton. 2. par. tit. 2. cap. 7. §. 1. & 2. Caieta. verb. Reſtitutio. cap. 8. Naua. c. 17. num 52. Barthol. Medina lib. 1. Summę cap. 14. §. 33. Armilla & alii, quorum ſententiam Leſsi ſup. num. 15. dicit tantùm probabilem, ſi res ex contractu accepta extet apud debitorē, de quo dicemus verbo Venditio. Diff. 11. aliàs cenſet eſſe improbabilē. Quod verū eſt, niſi aliqua cauſa rationabilis ſeſe offerret, ob quam prę̈ferendus eſſet, arbitrio prudentis, & docti viri, aliquis ex dictis creditoribus perſonalibus, vt docet Rebel. ſuprà ad fin. verſ. Poſſumus tamen.

Alii denique mediam ſecuti ſunt viam, nimirùm vt pro rata vnicuique fiat ſolutio. & ſic nullam eſſe aſsignandam differētiam in hac ſpecie inter vtrumque Forum. Ita Silueſt. verb. Reſtitutio. 6. quęſt. 5. puncto 5. Pet. Nauar. ſup. num. 41. Leſsi. dicto cap. 15. num. 16. & alii recentiores, quorum opinionem cenſeo veriorem, cùm à regula, de qua ſuprà fol. 4. non liceat recedere, ſine efficaci ratione. Cùm ergo in Foro externo nulla fiat differentia inter dictos creditores perſonales, ſed omnes æqualiter admittantur pro rata ad ſuorum creditorum recuperationem, niſi ſit aliquis diligentior alio in petendo ſuum creditum: non eſt cur in Foro conſcientię ab hac regula diuertamur; ſicut reſoluimus in præcedente dubio.

SVMMARIVM.

1. *Confitenti debitum in iudicio datur terminus ad ſoluendum, etiam ſi potens ſit ad ſoluendum. Secùs in Foro pœnitentiali.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 Condēnatis, & cōfeſsis in Foro iudiciali datur terminus ad ſoluendum. l. Debitoribus. (quæ ita ſumatur) ff. de Re iudi. l. Si debitori. 21. ff. de Iudi.

Secùs eſt in Foro pœnitentiali, vbi agnoſcenti debitum, ſi habeat vnde ſtatim ſoluat, non datur vllus terminus, ſeu dilatio; ſed fit præceptum de ſtatim ſoluendo. per not. verb. Debitum. Differ. 3.

Et ratio diuerſitatis eſt; quia in Foro iudiciali neſcit Iudex an reus debitor habeat pecunias ad manum. quippe non debet venire cum ſacco paratus. Et ideò vtitur hac vrbanitate, & æquitate, dando ei aliquem terminum arbitrio ſuo ad ſoluendum, aliquãdo decem dierum; pro vt eſt de conſuetudine; iuxta gl. fin. dict. l. Si debitori. & Couar. in regul. Peccatum. 1. par. numero 1. aliquando lõgioris temporis. vt l. 2. & 3. C. de Vſur. rei iudi. Et ſi ex cauſa Iudici viſum fuerit æquum eſſe vt ſtatim ſoluat: confeſtim compellit condemnatum ad ſoluendum; vt forenſi praxi receptum eſſe teſtatur Couar. ſuprà.

At in Foro pœnitentiali ſcit Confeſſarius manifeſtè ex confeſsione pœnitentis, vtrum poſsit ſtatim ſoluere, vel reſtituere quod debet, an non. Et ideò non mirum ſi ibi non detur dilatio; quia nulla dari poteſt inuito domino; niſi quando debitor non poteſt commodè ſtatim ſoluere, vt diximus verb. Debitum. dicta Differentia 3. & verb. Reſtitutio. Diff. 32.

SVBMISSIO.

SVMMARIVM.

1 *AN liceat in vtroque Foro iniurianti, ſe ſubmittere voluntati offenſi circa pœnam, ſeu ſatisfactionem ei imponendam.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 IN aliquibus partibus, ſiue Regnis, eſt ſtatutum, ſiue conſuetudo vt offendens offerat ſe voluntati offenſi, vt ipſe poſsit ſumere de eo vindictam, quam voluerit. Quã eſſe Piſis teſtatur Bar. in l. 1. §. Vſque adeò. num. 4. ff. de Iniuriis. Et eſſe conſuetudinem Romanorum dicit idem Bart. in l. Sed ſi vnius. 17. §. Prætor ait. ff. eod. tit. & Angel. ibid. Eſſe etiam Longobardorum tradit Boëri. deciſ. 262. numer. 4. Et nobilium adducit Tiber. Decia. lib. 9. tract. Crim. cap. 1. num. 31. Et apud Abiſſinos moris eſſe homicidam tradere propinquis interfecti, vt pro arbitrio, ſanguinis ſui iniuriam vindicent: (qui ſi cupidiſsimi pecuniæ ſunt, illum mercatoribus vendunt, aut exquiſitis tormentis enecant;) vt teſtatur Baeça de Inope debitore. capit. 1. numer. 68. & 69. ex Iouio lib. 18. Hiſtoriarum. Et apud nos Hiſpanos eſt l. 3. tit. 20. lib. 8. Recopila. quæ iubet, legitimè probato adulterio apud Iudicem, ipſos adulteros in manibus, & voluntate mariti reponi, vt de eis, & eorum bonis pro libito faciat. Qua nihil iuſtius, & æquius. Nã ſi lex. Quãuis. C. de Adulte. pœnam mortis adulteris imponens iuſta eſt: quid refert ſi carnifex, aut maritus occidat? Immo benignior eſt lex quæ marito eos tradit, vt ſi velit, eis ignoſcat; vt ait Couar. 2. par. de Sponſa. cap. 7. §. 7. numer. 18. & Balthaſ. Gom. de Poteſtate in ſe ipſum. lib. 1. capit. 13. ad fin. Et prædictam conſuetudinem, ſiue ſtatutum valere (etiam ſi hæc poteſtas ſe extendat vt liceat offenſo vulnerare offendentem) volunt Bal. & Saly. in l. Is penes. C. Depoſi. Idem voluit Menoch. de Arbitr. libr. 1. quæſtione 7. numer. 11. & 12. Quia, inquit, lege, & moribus effici poteſt, vt liceat ſe corporali pœnæ alligare; ſecundùm gloſſam in capit. Cùm homo. 23. quæſtione 5.

Pro

Pro quibus facit frequenter in iure reperiri aliquem ſubiicere ſe voluntati offenſi, vt in capit. Sanè. capit. Veniens. de Renun. vbi quidam Canonici ſubiecerũt ſe gratiæ, & miſericordiæ Capituli. & in c. Contingit. 36. de Sent. excomunic. vbi refertur ſecundùm morem Bracharen. Diœceſis, ofendentes aliquem, ſponte ſe ſolitos ſubiicere triginta, ſeu pluribus, aut paucioribus percuſsionibus fuſtium. Et ea conſuetudo inter laicos non damnatur; ſed ſolùm inter Clericos, propter decus Ordinis Clericalis. Facit ad idem text. in cap. Veniens & in c. Quintavallis. de Iureiur. vbi offendens iurauit obedire mandatis offenſi, & valuit iuramentũ; teneretúrq; obſeruare illud, ſi ille iuſta, & licita iuſsiſſet, vt innuit text. & notant ibid. DD. Quòd ſi hoc licet per pactũ: multò magis licere debet per ſtatutum, & conſuetudinem, vt dicit Balth. Gom. de poteſtate in ſe ipſum. lib. 1. cap. 13. num. 11. Nam multa fieri poſſunt per ſtatutũ, quę non poſſunt fieri per pactum, etiam contra ius publicum; pro vtilitate tamen publica, vt not. Bart. in l. Alia. §. Eleganter. ff. Solu. matri. Deci. & Cagnol. in l. Nec ex prætorio. ff. de Regul. iur.

In Foro verò conſcientiæ prędictam cõſuetudinem eſſe iniquam, & iuri contrariã dicit Bart. ſup. & Ange. dict. §. Vſque adeò. num. 1. & Fran. Curti. in Addit. ad Ang. ibid. & Iacob. Boulen. in repet. l. Capitaliũ. §. Famoſos. num. 86. ff. de Pœnis. Abb. d. cap. Contingit. num. 2. de Senten. excõmu. & Iaſ. in l. Pacta quæ contra. num. 5. C. de Pact. Ea ratione. Quia videtur abſurdũ cõmittere inimico iudicium. Item nemo poteſt conſtitui arbiter in re propria. l. Si de re ſua. 56. ff. de Arbit. nec Iudex. l. Iulianus. ff. de Iudi. Nec vt alter de corpore ſuo diſponat; cùm nemo ſit dominus membrorum ſuorum l. Liber homo. ff. de Statu homin.

Sed pro defenſione dictæ conſuetudinis, conſiderandum eſt non conſtitui quem iudicem, nec arbitrum in præfato caſu, ſed tãtùm arbitratorem. At arbitrator quilibet conſtitui poteſt in cauſa propria, vt docet d. Balth. Gom. ſup. num. 2. Ad hęc, In prędicta ſubmiſsione videtur conceſſum arbitriũ tamquam bono viro; tametſi dicatur ſubieciſſe ſe eius voluntati. l. Tais. §. Sorore. ff. de Fideicom. liber. l. Si libertus. ff. de Operis libert. l. In perſonam. §. Generaliter. ff. de Regul. iur. Vnde is iubere debet quod bonus vir in eo caſu iuberet, neque poterit aliquid graue, aut inhoneſtum, aut nimis præiudiciale decernere. Alioquin ſi quid tale voluerit, ad arbitrium boni viri erit per Iudicem reducendum, vt voluit Bar. num. 1. & Ang. nu. 2. in l. Sed ſi vnus. 17. §. Prætor ait. ff. de Iniuriis. gl. & DD. in l. 3. C. de Dotis promiſ. & in l. Si ſic. de Lega. 1. gl. in l. penult. ff. de Arbit. & ibi Bal. & Alberi. nu. 2. Guid. Pap. deciſ. 495. Inno. in dict. c. Veniens. de Renun. in fi. & ibi Abb. num. 5. Ioa. And. nu. 9. & Anani. numer. 6. Alexand. in l. Centeſimis. 46. §. Si ita ſtipulatus. numer. 9. de Verbor. obliga. Iaſ. in l. 2. §. Voluntatem. num. 9. ff. Solut. matri. & alii quos refert, & ſequitur Baltha. Gom. ſuprà num. 3. Idem not. Bal. in dicto cap. Quintavallis. & Menoch. de Arbitr. dicta quæſt. 7. num. 4.

Ad quod viri boni arbitrium illud veniet, videlicet ne membrum abſcindatur, vel vulneretur, nec vlla alia pœna corporalis, vel quaſi corporalis veniet; vt ne exeat de ciuitate, vel ne accedat ad aliquem locum, nec alia pœna inhoneſta, aut nimis præiudicialis, vt latè proſequitur dict. Gom. ſup. à numer. 5. Cum his igitur reſtrictionibus non eſt cur dicta conſuetudo, vel ſtatutum iniquum iudicãdum ſit. Secùs eſſet, ſi abſolutè, & liberè vellent offendentem committi volũtati offenſi, vt ipſe quicquid vellet pœnarum, imponeret; etiam vſque ad vulnus, vel mẽbri mutilationem, ſiue plus, vel etiam minùs.

Similiter ſi ſtatutum, vel conſuetudo inducat, vt iudex cognita prius iniuria, & decreta iuſta pœna illius delicti; remittat arbitrio, & voluntati offenſi, vt ipſe illam imponat; ea tamen lege, ne maiorem imponere poſsit; mitiorem liceat ſi, velit. Hoc caſu erit iuſtiſsimum, & vtile offenſori tale ſtatutum. Quia obligatur offenſus, ſi ſit curialis, vt vtatur miſericordia cum eo. Ita optimè d. Gom. ſup. ad finem.

Vide ad hoc verbum, ſub verbo Regularis. Differentia 6.

Digitized by Google

SVFFRAGIVM.

SVMMARIVM.

1 *SVFFRAGIO ſuo an poſſit quis licitè renunciare.*

DIFFERENTIA PRIMA.

SVFFRAGIVM ſuum, & votum in Foro exteriori poteſt quis de communitate liberè omittere; ipſiq; renunciare non veniēdo ad conclaue, capitulum, & congregationem; vel ab ea recedendo; vel ſchedulam albam mittendo in vas, ſeu ſaccum tempore electionis, & ſuffragiorum, vel clara voce renūciando; vt probat tex. in cap. Cùm nobis. cap. Quod ſicut. & c. Quia propter. (& ibi gl. verb. Volût. alia iura allegat) de Elect. & in cap. Vbi periculū. §. 1. verſ. Sanè. eod. tit. lib. 6. Hinc eſt non poſſe quem cogi ad ſuffragiū ſuum dandum; vt probat text. per argum. ab ſpeciali in Clement. Ne Romani. §. Porro. de Elect. niſi interſit Eccleſiæ. vt ibid.

Et ratio eſt, quia iuri ſuo poteſt quis liberè renunciare l. Si quis in conſcribendo. C. de Pact. Tum quia iam remanet tota poteſtas Capituli in aliis, ad negotium peragēdum. Qua ratione alii Capitulares communiter lætantur de talibus renunciationibus. Quia faciliùs negotium cum paucis, quàm cum multis expeditur. Tum quia nemo tenetur dare rationem ſui ſuffragii, nec ad id cogi poteſt. Et ideò parū curatur vtrum iſte, vel ille nolit, aut velit votum omittere, vel eo frui; quia parum, aut nihil intereſt communitatis, cùm (ſicut prædiximus) maneat tota Capituli poteſtas penes alios. Et ita tenet gl d. c. Vbi periculum. §. 1. verſ. Sanitatem. Hoſt. in Summa tit. de Elect. nu. 11. Lap. allegat. 131. nu. 4. Panor. in dict. c. Quia propter. nu. 4. Sil. verb. Electio. 1. q. 5. nu. 3. & 5. Rodrig. in Summa. tit. de Elect. c. 102. nu. 7. & tom. 2. Regul. q. 11. artic. 13.

In Foro verò conſcientiæ quidam tenent non poſſe quem ſuo voto renunciare, ſed teneri ipſum dare, & rationem etiam ipſius reddere, ſi aliquam habeat bonam, & vtilē; vt ſic coadiuuet alios. Allegatur pro hoc Fel. in cap. Si diligenti. nu. 16. & 20. de Foro compet. vbi dicit non poſſe quem renūciare iuri ſuo, quando ipſius vtilitas priuata, eſt inſeparabilis à publica. Sed hac ſolùm ratione attenta, nec in Foro exteriori poſſet quis ſuo ſuffragio rènunciare; cùm contrarium ſuprà probatum ſit. Allegatur etiam pro hoc Panor. loco ſuprà citato. Sed nihil facit pro Foro conſcientiæ. Allegatur denique Pet. Morla in ſuo Emporio iuris. tit. 1. num. 19 quem non vidi.

Sed ſanè non video rationem diuerſitatis in vtroq; Foro. Nā ſi votū daturus ſit perſona ſapiens, & erudita, & ſuffragiū eius vtile ſit cōmunitati ad alios imbuendos, & erudiēdos in rebus proponēdis: is talis etiā in Foro exteriori cogi poterit ad votū ſuum emittendum; & ad id tenebitur in vtroque Foro. Si verò non ſit talis, in neutro facit alicui iniuriā ex voti ſui renunciatione; & ſic poterit abſque ſcrupulo, & vllo peccato renunciare, etiam in Foro conſcientiæ.

Quod intellige verum quando negotium propoſitū non eſt magni momēti, nec graue. Secùs in aliis. Quia ſæpe ex tali ſuffragiorum renunciatione concluditur negotium propoſitum in damnum, & pręiudiciū non modicum totius communitatis; preſertim cùm intercedit, & immiſcetur paſsio aliquorum, vel ſubornationes adſunt. Itaq; in negotiis grauibus peccat grauiter qui ſuffragium ſuum denegat communitati. Et ita intellige Silu. verb. Cōſenſus. q. 3. in fin. vbi reprehendit Religioſos voci ſuę renunciātes, quādo vidēt authoritatē prouidēdi remanere penes eos qui zelo carent. ſequitur Graff. lib. 2. ſuarū Deciſ. c. 127. n. 18. Adde Rebel. 1. p. de Obli. iuſt. lib. 3. q. 7. n. 9. & 10. vbi idem in effectu tenet.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *CONCLVSVM à maiori parte Conuentus, vel Capituli; an debeant diſſidentes, & diſcordes ſubſcribere, nec ne.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 CANONICVS, vel Monachus, ſiue alius de communitate, ſi diſſentiat à maiori parte Capituli: nihilominus in Foro exteriori tenetur ſubſcribere quod maior pars ſubſcripſerit. Quod enim decernit maior pars cēſetur de iure ab omnibus factum. quippe trahit ad ſe alios omnes. Quia in dicta maiori parte ſtat, & conſiſtit omnis communitas, & eam repręſentat. Vnde alii, etiam ſi diſſentiant, tenentur ſaltem ſe ſubſcribere, & firmare quod maior pars ſubſcribit; quia aliàs poſsēt multa incōueniētia inde euenire. Nam qui ſunt extra capitulum, facilè ſcirēt vota quorumcumque; qui nimirum cōſenſiſſent, & qui diſſenſiſſent. Propter hęc, & ſimilia inconuenientia vitanda, & quia iuri conſentaneum erat: in quodam Concilio prouinciali Tarraconēſi de Recollectis per Ant Aug. tit. Capitulū vnic. præceptū, & ſtatutū eſt vt in omnibus actionibus Capituli omnium Canonicorum nomina ſcribantur, quamuis aliqui ex eis contradixerint iis quæ maiori parti placuerint. Idem docet Cardin. Paleot. in lib. de Conſiſtorio Papæ. & ſeruatur quotidie in practica in ferēdis, & ſubſcribēdis ſententiis Regiæ Audientiæ Valentinæ. Et in capitulo Sedis eiuſdem ciuitatis eſt Statutum idem præcipiens.

Attamen verum eſt, ſi contradictorum interſit vt de eorum diſſenſione conſtet, poſſe fieri vt in fine inſtrumenti capitularis apponatur eorumdem contradictio, ſeù diſſenſio; vel ſeorſum (& hoc meliùs) recipiatur inſtrumentum de illorum contradictione. Et ita practicatur in prædicto capitulo Valentino.

Et intellige prædicta eſſe vera, & procedere, quando maior pars collegialiter conſentit. Secùs ſi ſeparatim, & ſigillatim accipiendo ſubſcriptiones cuiuſque in ſingulorum domibus, vel cellis. Tunc enim non tenetur quis ſe ſubſcribere; licèt maior pars conuentus ſe ſubſcripſerit.

In Foro verò interiori non tenetur quis ſubſcribere id quod contradicit. Quia dura res eſt cogere quē ad ſubſcribendum quod impugnat; quia talis ſubſcriptio eſt quædā approbatio, ſaltē præſumpta quoàd ignorantes eius contradictionem. Præterea in prædicto Foro animæ ceſſant incōuenientia ſuperiùs tacta.

Vnde niſi requiratur à Notario recipiētē inſtrumentum, vel alias, vt ſubſcribat quod fuerit decretū à maiori parte: nō tenetur ſe offerre. immò poteſt tutè ſe eximere, ſi commodè poſsit, vel non aſsiſtendo illa die in capitulo, vel à domo, vel capitulo diſcedendo tempore propoſitionis faciendæ, vel rogando Pręſidem vt ipſum ad ſubſcriptionem non cogat.

SVMMARIVM.

1 *CARDINALIS vocatus ad Conſiſtorium, & ſine cauſa non veniens; qualiter peccet.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 CARDINALIS non veniēs ad Cōſiſtorium vocatus, nullo iuſto impedimento detentus; in Foro Fori nulla nota ob id impingitur, nec vlla mulcta coercetur.

In Foro verò Poli ſecùs eſt; quia etiam vnius diei abſentiæ rationem Deo redditurum eſſe teſtatur Cardin. Paleottus de ſacri Conſiſtorii conſultatione. parte 5. quæſt. 8. pag. 285. vbi hanc differentiam tradit. Ibique pag. ſeq. dicit aliter dicendum eſſe de abſentiis Canonicorum ab eorū capitulis; dummo-

quummodo breui tantùm tempore abſint, vt probat text. in cap. Quia propter. 42. de Elect. ibi, *Et volunt, & poſſunt commode intereſſe.* vbi gl. verb. Qui volunt. hoc notat. Ad idem opt. tex. in Clem. ne Romani. §. Porro. eod. tit. Faciunt ad ſupradicta quæ diximus ſup. Differ. præced.

SVMMARIVM.

1 *OBTINENS Abbatiam, Prioratum, vel Cathedram votis, vel ſuffragiis inhabilibus, ad quid teneatur.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 OBTINENS Abbatiam, Prioratum, vel Cathedrã mediis muneribus, & ſubornationibus, vel mediantibus votis in albo ſcholarium non ſcriptis; ideſt, *No matriculados.* Si talia ſuffragia per ſtatuta inhabilitentur: licèt in Foro exteriori ſecurus ſit electus ad prædicta munera, donec declaretur iudicialiter eius electio nulla.

In Foro tamen conſcientiæ tenetur reſignare Abbatiam, Prioratũ, & Cathedram, ſecundùm Medinam 1.2. quæſt. de Legib. quem refert, & ſequitur Lop. 1. par. cap. 122. concluſione 8. pag. 520. contra Sotum.

Ratio eſt, quia illa inhabilitas, & priuatio votorum, non indiget in Foro conſcientiæ vlla declaratione. Non enim eſt pęna, ſed qualitas requiſita ad validitatem electionis. Quod cõfirmatur ex traditis verb. Pœna. Differentia 20. numer. 5. & 6. & verb. Nullitas. Differentia 7. & verb. Hæreditas. Differentia 11. num. 5. & 6.

SVRREPTIO.

SVMMARIVM.

1 *RENVNCIATIO Beneficii, facta coram Papa, ad quod fuit quis ordinatus, non valet in Foro iudiciali, niſi fiat mentio ad eius titulum fuiſſe ordinatum. Secùs in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 ORDINATVS ad titulum Beneficii; ſi poſteà habeat aliàs vnde viuat, & velit illi Beneficio in fauorem alicuius in manibus Papę renunciare: tenetur in Supplica facere mentionem ad titulum Beneficii illius fuiſſe ordinatum, & habere iam aliàs vnde viuat. Aliàs nulla eſt renunciatio in Foro exteriori; licèt quoàd Forum conſcientiæ valeat, ſecundùm Nauar. conſil. 23. de Præb. in fi. & Flamin. Pariſ. de Reſignat. Benefic. lib. 2. quæſt. 6. num. 41.

SVMMARIVM.

1 *IMPETRANS à Papa Beneficium iuriſpatronatus laici: tenetur facere mentionem de eo in Foro exteriori, aliàs eſt nulla impetratio. Secùs in Foró conſcientiæ.*

DIFFE-

Digitized by Google

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 IMPETRANS à Papa Beneficium iuris patronatus laici,tenetur in Supplica facere mẽtionem dicti iuris patronatus.Si tamẽ id reticeat,non ideò tales literæ ſunt nullæ; ſed valent mero iure in Foro cõtẽtioſo. Quod eſt magni effectus. Nam ſi patronus laicus intra quatuor menſes negligat contradicere, & ſe opponere contra prefatam impetrationẽ: omnino prædictæ literæ conualidantur, & nequibit patronus ampliùs ſe opponere. Hoc eſt dictum ſingulare Fel. in tractatu Quando literę Apoſtolicæ. limit. 10. de quo ipſe facit magnum feſtum, dicens eſſe deciſionem auream,& ſe eam plurimi facere; quia ſæpius ſecundùm eam conſuluit, & obtinuit.

Ego verò prædictam deciſionem, & doctrinam non plurimi facio, cùm in Foro conſcientię tutam eſſe non cenſeam. Licèt enim prædicta impetratio valeat mero iure, & teneat, & fieri poſsit, & fiat quotidie in Foro exteriori: negari tamen non poteſt quin impetrator grauiter peccet quoàd Deum, & Forum interius. Ratio eſt, quia Beneficia iuriſpatronatus laici impetrari non poſſunt ſine conſenſu patronorum. c. Decernimus. 16. quæſt. 7. cap. Illud. de Iurepatron. Nec ſolet Papa tali iuriſpatronatui derogare, ne retrahãtur homines à fundationibus Beneficiorum,vt latè docet ibidem Fel. Et quamuis per talem impetrationem, ſuppreſſo dicto iure, non derogetur iuri ipſius patroni, ſed ſaluum maneat: tamen obligat patronum ad contradicẽdum prædictis literis, & facere aliquas expenſas, & non paucas coram executore literarum, vel aliis iudicibus. Et ſępe, ob paupertatem, vel ob timorem, & execrationẽ litium deſinit patronus nõ ſponte, ſed coactus, & inuitus prædictis literis contradicere. Et ſic impetrator, aliàs ambitioſus, & auarus tollit indirectè ius alterius indebito modo. Quod eſſe peccatum, ac iniquè factum, nemo eſt qui dubitet. Vnde aduocatus, & doctor ſuper hoc conſultus, meliùs faciet ſi agat cum impetratore vt renunciet prædictis literis tamquàm malè impetratis in damnũ tertii; vel vt obtineat à Patrono eius conſenſum, ſi fieri poſsit. aliàs eſſe in peccato mortali, quandiu ſuam impetrationẽ proſequetur. Prædicta enim doctrina fundat ſe in pręſumpto tacito patroni conſenſu, quæ præſumptio locum nõ habet in Foro conſcientiæ, quando conſtat de contraria voluntate patroni. cap. Is qui fidem. cum ibi notatis de Sponſal. & diximus ſuprà. verb. Lex. Differ. 11.

SVMMARIVM.

1 *VALOR verus Canonicatus, & Beneficii, an debeat in conſcientia exprimi.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 IMPETRANTI Benefium,ſeu Canonicatum ſufficit in Foro exteriori exprimere valorem eius taxatum, non obſtãte regula Cancellariæ de Exprimendo vero valore. quæ intelligenda eſt quando non eſt Beneficium taxatum. aliàs ſecùs. Et ſic videmus omnes Epiſcopatus, & Abbatias impetrari, ſeu eorum Bullas expediri ſecundùm antiquum valorem illorum, & non ſecundùm verum valorem eorum.

Si verò quis percepit malè aliquot annis fructus alicuius Beneficii, vel Canonicatus qui communiter eſt taxatus ad rationẽ 24. ducatorũ auri de Camera, & vult impetrare condonationem dictorum fructuum, & ſe componere cum Camera Apoſtolica: licèt quoàd Forum exterius ei videatur ſufficere declarare valorem, & ſummam illorũ fructuum ſecundùm taxam Beneficii, computando ſingulos annos ad rationem dictę taxæ: non tamen id ſufficit coram Deo, & ſic nec in Foro interiori. Ita pulchrè Nauar. conſil. 73. de Simon. verſ. Tertio. Quod videtur mirabile, nempe vt ſufficiat ſoluere mediam annatam, ſecundùm taxã tempore impetra-

impetrationis. Et ꝙ poſteà ad cōpoſitionem fructuū malè perceptorum ſit neceſſaria vera fructuum æſtimatio, & computátio.

Sed ratio diuerſitatis hæc eſt, quia tempore impetrationis, eſt neceſſaria valoris expreſsio, per dictam regulam Cācellariæ. Quæ cū ſit pro Foro exteriori, & ſic interpretata, ſit vſu recepta, vt videlicet ſufficiat expreſsio valoris taxati: ideò ſufficit memorato tempore impetrationis, exprimere valorem, ſecundùm taxam. Attamen cùm poſtmodùm obtinere quis vult compoſitionem fructuum malè perceptorum, agit de aſſecuranda conſcientia, & pro Foro interiori, in quo ſola veritas attenditur: ideò tunc ſecundùm verum valorem, expreſsio eſt facienda.

Vide tamen Gomez. dicta regul. de Exprimendo vero valore. quæſt. 10. vbi reſoluit etiā in Foro exteriori requiri vt exprimatur verus valor tempore impetrationis, ſecundùm communem æſtimationem in Beneficiis non conſiſtorialibus. Secùs in conſiſtorialibus, qualia ſunt Epiſcopatus, & Abbatiæ Sed (vt prædixi) in Canonicatibus cōtrarium ſeruatur, niſi iam ſuper ipſis imponatur penſio. Tunc enim informantur de vero valore, vt non excedat pēſio tertiam partem fructuum, iuxta ſtylum Romanæ Curiæ.

TESTAMENTVM.

SVMMARIVM.

1 *TESTAMENTVM propria manu teſtatoris factum, vt fidem faciat, in iudicio, oportet vt duobus ſaltem teſtibus corā Iudice iuſtificetur, ac probetur.*

2 *In Foro verò conſcientiæ, ſufficit hæredi vt ei ſoli conſtet eſſe literam teſtatoris.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 TESTAMENTVM propria manu, & litera teſtatoris factum: licèt aliàs ſit nota eius manus, ſeu litera: nihilominus vt in iudicio contentioſo fidem faciat, oportet vt duobus ſaltem teſtibus iuſtificetur coram Iudice; ac probetur prędictum teſtamentum fuiſſe ab ipſomet teſtatore conſcriptum, eſſeque literam, & ſubſignationem illius, propriam ſcilicet dicti teſtatoris. Vide Valaſ. conſul. 67. num. 14.

Ratio eſt, quia illa ſcientia quæ exſurgit ex notorietate literę teſtatoris, eſt ſcientia priuata aliquorum, non tamen publica, donec de ea iudicialiter conſtet. At iudex indiget ſcientia publica, vt ſecundùm eam pronuntiare poſsit; iux. not. verb. Iudex. Differentia 1.

2 In Foro verò conſcientiæ, ſufficit hæredi habere prædictam ſcientiam priuatam, vt in conſcientia teneatur adimplere voluntatem teſtatoris. Et conſequenter tenebitur executioni mandare quicquid ſibi cōſtiterit per literā, & papyros teſtatoris manu eius conſcriptas velle fieri. Adde verb. Venditio. Differentia 7.

Hinc collige vnum notabile; videlicet cùm quis ingreditur Religionem, & vult vt hæres inſtituatur Monaſterium, non indigere tabellione pro teſtamento conficiēdo. Sufficit enim ei vt manu ſua propria illud conſcribat; etiam ſi velit aliqua legata extraneis facere. Nam ſine vlla alia iuſtificatione valebit, & tenebit, eritque ſecurum Monaſterium cum prædicto illo teſtāmento priuato. Ratio eſt, quia quamuis in Foro exteriori fidem non faceret; nihilominus cùm Monaſterium loco filii habeatur. cap. In præſentia. de Probat. ſuccedatque Nouitio poſt profeſsionem ab inteſtato, etiam excluſis Parentibus, ſalua eorum legitima, iuxta cap. fin. 19. quæſt. 3. cum ibi notatis, nihil

nihil eius intereſt ſi fidem publicam faciat, nec ne.

Et etiam ſunt ſecuri legatarii; cùm Monaſterium teneatur in cõſcientia adimplere voluntatem Nouitii teſtantis, nec requirat ſcientiam publicam, ſed tantùm priuatam; ni iam aliàs timeret Nouitius de infidelitate Monaſterii.

Obſerua etiam Nouitium non teneri ſeruare in ſuo teſtamento ſolennitates quas ſeruare tenentur ſeculares; cùm ſit iam perſona Eccleſiaſtica. Et ſic eius teſtamentum factum coram duobus tantùm teſtibus, & Parocho valebit etiã in Foro externo vbique terrarum; iuxta cap. Cùm eſſes. de Teſtam. & dicenda in ſeq. Differentia.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentvm coram Parocho, & duobus teſtibus factum, extra terras Eccleſiæ non valet in Foro exteriore. Secùs in interiore.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 Teſtamentvm factum corã Parocho, & duobus teſtibus valet, & tenet de Iure Canonico, & in terris Eccleſiæ. Ita probat tex. in cap. Cùm eſſes. de Teſtam. Et dicit cõmunem poſt plures à ſe relatos Couar. ibidem. num. 12. ſubdens deceptum fuiſſe in hoc Alciatum in cap. Nouit. col. penult. de Iud. putantem id tantùm eſſe verum in Foro conſcientię, non verò in iudiciali. Nã prædictum textum procedere, etiam in Foro contentioſo in terris Eccleſiæ, eſt in cõfeſſo apud omnes. Ratio eſt, quia Ius Canonicum in prouinciis Eccleſiæ ſeruãdum eſt, ne dùm in Foro conſcientiæ, & Eccleſiaſtico, ſed etiam in Foro iudiciali, inter ſeculares; vt tradunt multi citati ab Ant. Mariæ in tract. de Commun. opin. lib. 2. caſu 30. num. 155. qui habetur in 3. tom. Commu. opin. pag. 207. & tetigimus verb. Homicidium. Differentia 1. in fin.

Eſt tamen in hoc differentia inter vtrumque Forum. Quia videlicet in Foro contẽtioſo ſeculari extra terras Eccleſiæ non valet prędictum teſtamentum; vt eſt communis opinio, & conſtat ex eodem tex. quatenus facit differentiam inter Ius Canonicũ, & leges humanas, ſeu ciuiles, circa valorẽ dicti teſtamenti.

In Foro verò conſcientiæ, vbique terrarum valet præfatum teſtamentum; cùm de Iure Diuino in ore duorum, vel trium teſtiũ idoneorum, ſtet omne verbum; vt in Euangel. Matth. 18. & cap. 1. 2. quæſt. 4. cap. In omni negotio. de Teſtib. & atteſtat. & faciunt notata verb. Abſolutio. in Differ. 1. Probat latè Paul. Comitol. lib. 7. quæſt. 1. à numer. 5. (etiam ſine præſentia Parochi.) Et docet D. Ant. 3. part. tit. 10. cap. 3. §. 14. Silueſt. verb. Teſtamentum. 1. quæſt. 5. notab. 4. & verb. Alienatio. §. 13. & verb. Reſtitutio. 5. §. 8. Hadria. Quodlibe. 6. art. 1. concluſione 2. vbi optime. Angel. verb. Teſtamentum. §. 5. & verb. Alienatio. §. 14. Tabien. eod. verb. §. 15. Armil. verb. Legatum. §. 51. Et dicunt communem Couar. dict. cap. Cùm eſſes. & Soto relatus à Comitol. ſup. num. 9. quamuis idem Couar. teneat contrarium. Sed eum ſalua, & intellige prout reſoluimus. verb. Lex. Differ. 8. numer. 17. videlicet eſſe nullum tale teſtamentum etiam in Foro animæ, poſtquàm Iudex ad inſtantiam hæredis legitimi, ſeu veniẽtis ab inteſtato, declarauerit eſſe nullum.

Sed remanet mihi hic ſcrupulus, Si teſtamentum manu teſtatoris factum præualet alio etiam ſolenniter prius facto, & valet in vtroque Foro (vt in præced. Differ. diximus. & etiam dict. Differentia 8. verb. Lex. num. 17.) Et hoc potiſsimùm, quia conſtat de contraria voluntate teſtatoris: quare nõ idem dicemus de teſtamento facto ab aliquo coram duobus teſtibus; quandoquidẽ tam probant voluntatem teſtatoris teſtes, quàm litera, & ſubſcriptio eiuſdem teſtatoris? l. In exercendis. C. de Fide. inſt. & cap. 2. eod. tit. vbi quòd tã probãt teſtes, quàm inſtrumenta. Ad idem l. Scripturas. C. Qui potio. in pign. hab. docet Bart. in l. Nuda. ff. de

ff. de Dona. Et ſicut teſtamentum poteſt probari per inſtrumentum à teſtatore ſubſcriptum. l. Hac conſultiſsima. C. de Teſta. Ita per teſtes. l. 1. C. eod. Et amiſſo teſtamẽto proditum eſt, poſſe teſtatoris voluntatẽ ſolis teſtibus probari. l. Teſtium. C. de Teſti. & habetur in Enchirid. parium. verb. Cõſtare. in 1. tom. commun. opin. pag. 357. Sed reſpondetur, paria eſſe teſtes, & inſtrumenta in hoc ſenſu, quia res poteſt probari vel teſtibus, vel inſtrumentis. Et ſi res requirat ſcripturam, & fuerit amiſſa: poteſt nihilominus probari per teſtes. Sed requiruntur quinque, vt diſponit dict. l. Teſtium. Pręterea aliud eſt cõſtare de volũtate teſtatoris per eius literam, & manum: & aliud per teſtes. Nam ſolemnitates requiſitæ à iure in teſtamentis, intelliguntur, & loquũtur de teſtamentis receptis per Notarios; non de factis per ipſoſmet teſtatores; quãuis alicubi etiam requirantur tres teſtes ad teſtamenta facta per teſtatores cum ſcilicet traduntur per eoſdem alicui tabellioni clauſi; & nos loquimur de teſtamentis inuẽtis tempore mortis, manu defuncti ſcriptis. Item dic in probatione per teſtes poſſe eſſe fraudem, & ſubornationem; non ſic in teſtamento manu teſtatoris ſcripto. Ideò non mirum, ſi teſtamentum vltimum manu teſtatoris factum præualeat primo, etiã ſolenni. Secùs ſi ſecundũm ſit imperfectũ ex defectu teſtium, & factum coram tabellione, vel verbo coram teſtibus. Nam tale teſtamentum irritatur iure; non autem quæ fiunt manu teſtatorum, ſi alias probentur ab ipſis fuiſſe facta. Denique paria ſunt ſcriptura priuata manu propria, & ſcriptura manu tabellionis, ex Hippo. in Rep. rub. C. de Proba. numer. 275. Quare non mirum, ſi valeat magis teſtamentum manu teſtatoris factũ, quàm imperfectũ per tabellionẽ receptum. Vnum tamen mirabile volo tibi dicere, nimirùm, in principatu Cathaloniæ tantã fide tribui tabellionibus, vt teſtamentum à ſolo notario coram teſtatore receptum probet, & fidem faciat etiam in Foro iudiciali, ſine vllis teſtibus.

SVMMARIVM.

1 *PATER habens filios, an poſſit inter eos diſponere de bonis ad libitum in Foro animę, nulla ratione habita Tertii vel Quinti à lege Regni præſcripti.*

2 *Filii an teneantur ſtare in cõſcientia diſpoſitis à patre; non obſtante quòd à ſtatuto ligentur manus patris.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 PATER in Foro conſcientię poteſt de bonis ſuis inter filios, ſiue in vita, ſiue in morte, tam per contractũ, quàm ex teſtamẽto pro vt libuerit, diſponere; vt colligitur ex Auth. Si quã mulier. C. de Sacroſ. Eccl. Canonizata. 19. q. 3. quia in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter. Quod adeò verum eſt, vt in Regno noſtro Valentino ſit Forus concedens patri liberam de rebus ſuis diſponendi facultatem, & relinquendo filiis ſingulis, titulo inſtitutionis quinque ſolidos monetæ illius Regni; ſatisfacit ſuæ paternæ obligationi; vt dicemus infr. Different. 12. Idemque obſeruatur in hoc Regno Maioricarum.

In Foro verò exteriori in Regno Portugaliæ nõ poteſt pater vltra tertiam partem bonorũ ad libitũ diſponere; nec in Regno Caſtellæ, niſi in Tertio, & Quinto; quia reliquæ duæ partes ſunt legitima filiorum; de quibus pater nihil diſponere poteſt. Hanc differentiam tradit Cordub. quæſt. 124. in fin. in qua quæſt. late agit de prædictis Tertio, & Quinto.

Ex quo collige, prædictas leges tantùm eſſe pro Foro exteriori; non tamen obligare in cõſcientia ad earum obſeruationem. Quod eſt ſummè notandum.

Sed optaram vt rationem tradidiſſet quare prædictæ leges in Foro animæ non obligent, cum ſint iuſtis de cauſis, & ob publicam vtilitatem conditæ: ob quam poſſunt Principes, quoàd vtrumque Forũ annullare contra-

contractus, & teſtamenta, ſi in eis formę ab eis traditæ non ſeruentur, poſsintque coarctare liberas hominum voluntates ad ſic, & non aliter contrahendum; vt patet in Cōci. Triden. Seſſ. 24. de Reformatione Matrim. cap. 1. & diximus verbo Lex. Diff. 8. vbi nu. 17. in prima concluſione aſſeruimus teneri teſtatorē in cōſcientia ſeruare dictas leges.

2 Secundò collige ex dicta Diff. teneri etiam filios in cōſcientia ſtare diſpoſitis per patrem, etiam in dictis Regnis Caſtellę, & Portugaliæ. Et hoc eſt quod voluit Corduba ſup. Et intellige teneri filios in cōſcientia ſe cōformare volūtati patris ſui in diſpoſitione bonorum eiuſdem; ſi aliàs habeant dicti filii vnde ſe alāt. Nam ſi non haberēt; tenetur pater ipſis prouidere, niſi aliàs haberet iuſtam cauſam eos exhæredādi. Extra quam prouiſionē, quę eſſet loco legitimę, tenerentur filii in aliis ſtare in conſcientia ordinationi patris.

Sed contrariū puto verius, videlicet nec patrem poſſe in cōſcientia diſponere de omnibus ſuis bonis ad libitum, niſi ſecundū leges: nec filios teneri in conſcientia ſtare diſpoſitioni patris contra leges factę; per not. dicta Differentia 8.

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris ſubſtitutio expreſſa excludit matrē à legitima eius in Foro exteriori.*

2 *Secùs in Foro interiori. quicquid alii dicāt.*

3 *Mater pauper poteſt petere alimenta à ſubſtituto pupillariter expreſsè.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 PVPILLARIS ſubſtitutio expreſſa, in Foro exteriori hunc magnum operatur effectum; excludere nimirum matrem à portione eius legitima, quam in bonis filii pupilli de iure naturę habet; vt probat text. inſignis in l. Papinianus. §. 1 ff. de Inoffic. teſtamen. Et in cap. Si pater. de Teſtament. lib. 6. docet Bart. & Communis in l. 2. numer. 31. ff. de Vulg. & Doctores in prædictis iuribus.

Ratio huius conſtitutionis ea fuit, quia cùm pater expreſsè ſubſtituit aliquem filio impuberi; & decedit ex vita filius in prædicta pupillari ætate: tunc ſubſtitutus accipit hæreditatem non ab impubere, cùm teſtandi facultatem non habeat, nec moriatur inteſtatus, cùm pater ei teſtamentum fecerit: ſed accipit ab eodem patre, & eſt hæres eiuſdem. At mater non habebat legitimam in bonis mariti, ſed in bonis tantùm filii, cuius per dictam ſubſtitutionem nulla bona ſunt in quibus, vel ex quibus poſſet mater dictam ſuam legitimam detrahere. Et ideo illa in ſpecie excluditur ab ea, & eam capere non poteſt. Hanc rationem præſenſit Summus Pontifex in dicto capit. Si pater. in fine. Sed non eſt ſufficiens, cùm tantùm vendicet ſibi locum in bonis patris. At prædicta ſubſtitutio etiam excludit matrem à bonis filii quæ aliunde quàm à patre obuenerunt eidem filio.

2 Ob quam cauſam, & aliam infra allegandam in Foro interiori prædicta iura locum non habent. Et ſic in conſcientia teneri ſubſtitutum ſoluere matri pupilli legitimam eius portionem (non obſtante ꝙ ſubſtitutio ipſius fuerit pupillaris expreſſa) tenent ſingulariter Archidiac. & Domin. in dicto capit. Si pater. Deci. in l. Precibus. col. 4. & ibi Coraſ. num. 29. C. de Impub. & aliis ſubſtit. Cepol. Cautel. 19. fol. 92. idem Deci. conſ. 211. ſubtilis eſt caſus. Et dicit communem M. Chæria in 2. tom. Commu. opinion. lib. 6. tit. 16. numer. 68. & Gom. in capit. 2. de Conſtit. lib. 6. numer. 19. vbi hanc etiam dicit eſſe magis communem opinionem.

Sed cōtrariam, poſt plures à ſe relatos, defendit Couar. in cap. Cum eſſes. num. 11. de Teſtam. & in capit. Raynuntius. §. 5. nu. 6. eod. tit. dicens tam in Foro exteriori, quā in interiori, veriſsimum eſſe per pupillarē expreſſam excludi matrē à portione legitima, tā bonorū patris, quàm etiā pupilli. Et hanc fatetur communem opinionem, & negat contrariam eſſe magis communem.

Digitized by Google

Ratio iſtorum eſt, quia cùm ius ciuile approbetur in hoc per Canonicum quod ſemper ſequitur æquitatem; non eſt cur prædictum cap. Si pater. limitetur, vt non procedat in Foro interiori. Sed hæc ratio meo iudicio non eſt ſufficiens, neque concludens. Tunc etenim Ius Canonicũ æquitatem complectitur, cùm iuris communis rigorem temperat, vel ſubtilitatem eius nõ curat, adhærens æquitati. ſecùs vbi eamdẽ iuris ciuilis ſubtilitatem ſequitur, vt in caſu præſenti.

Quare veriorem arbitror opinionem Archid. In Foro quippe animę locum non habent ſubtilitates, & apices iuris ciuilis, maximè in præiudicium iuris tertii vt diximus ſub verb. Iudicium. Different. 4.

3 Hoc tamen eſt citra controuerſiam, per matrẽ nimirum pupilli, ſi pauper fuerit, & inops, poſſe alimenta peti à ſubſtituto; ex l. Si quis à liberis. §. Idem reſcriptum. ff. de Liber. agnoſcend. & tradit poſt Rip. & Zazium, Couar. ſup. dicto num. 11. in fine.

SVMMARIVM.

1 *EXECVTORES teſtamentarii, quam poteſtatem habeant in vtroque Foro ad exequendam voluntatem teſtatoris.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 EXECVTORES nudi teſtamẽtorum ſuper his quæ non ſunt ad pias cauſas contra hæredem, actionem non habent. Text. eſt expreſſus qui ita ſumatur in l. Lucius. 78. §. 1. incip. Mæuia. ff. ad Trebel. Itaque quando quis eſt merus executor teſtamenti, & nihil ei eſt relictum in eo in vim legati, vel prẹmii, ſeu laboris; non poteſt agere aduerſus heredes, aut poſſeſſores bonorum defuncti, vt ea quæ ibi diſpoſita ſunt, ſi non ſint pia, per eos compleantur. Idem diſponitur l. 4. tit. 10 Partit. 6. & docet poſt Panor. Silueſt. verbo Teſtamentum. 2. quæſt. 5. Dicto 2. Couar. in capit. Ioannes. numer. 5. de Teſta. Ratio eſt, quia in præcitato caſu nihil ad ipſos ſpectat, vt res in teſtamento ordinatæ executioni mandentur. At ſine actione, & intereſſe, nemo in iudicio experitur; nec auditur. Vnde Iudex poteſt repellere illum, cui nulla competit actio. Felin. in capit. Ad aures. verſic. Stantibus iſtis. de Præſcript. relatus à Damhode. in Enchirid. Parium. verbo Actio inualida. qui habetur 1. tom. Commun. opin. pag. 345.

In Foro verò conſcientiæ poteſtatem habet quilibet executor teſtamentarius exequẽdi ea quæ in teſtamento relicta ſunt, & accipere bona defuncti, & ea vendere ad ſolutionem, & executionẽ eorum. & ſic peccabit mortaliter hæres reſiſtens, ſi ipſe non exequatur. Vnde ſi hæres reſiſtat, poterit executor per viam denunciationis Euangelicæ, vel per officium Iudicis obtinere mandatum à Iudice contra hæredem, vel poſſeſſorem bonorum, vt tradat ſibi quę neceſſaria ſunt, vt defuncti voluntas executioni mandetur; per text. in l. Quintus Mutius. in fin ff. de Annuis lega. & in l. Hęreditas. ff. de Petitio. hæredi. & docẽt Doctores ſuprà allegati, & Molina de Iuſti. & iur. 1. tom. tract. 2. diſputatione 248. verſic. Quando executio. Inno. in capit. Nos quidem. de Teſtam. Archidiac. in capit. Silueſter. 12. quæſtione 1. & Speculat. tit. de Iudi. §. 1. verſic. Item imploratur contra hæredem.

SVMMARIVM.

1 *TESTAMENTVM poteſt ſemper reuocari in Foro exteriore; etiam ſi teſtator iurauerit ſe illud non reuocaturum. Non tamẽ poteſt id fieri in Foro conſcientiæ abſq; periurio.*

2 *Promittens certũ Beneficium vacaturum, vel præſentationem ad illud; peccat mortaliter, & non tenetur promiſſionem adimplere.*

DIF-

DIFFERENTIA SEXTA.

IVRANS non reuocare teſtamentũ; nihilominus poteſt illud reuocare in Foro externo. Ita docet gloſ. memorabilis in cap. Vltima volũtas. 13. quæſt. 2. quam communiter ſecuntur Doctores vt refert Loazes in conſilio pro oppido de Mula. num. 160. pag. 383. vbi infinitos citat. & Anto. Gabriel. 2. tomo Commun. opin. tit. de Iureiuran. concluſ. 1. num. 8. pag. 115. Idem tenet glo. in cap. 1. §. Item Sacramenta. verb. Super contractibus. poſt medium. verſ. Quid ſi iurauerit quis. de Pace tenenda. In vſibus feudo. Quod adeò verũ eſt, vt multi cenſeant licitè fieri poſſe dictã reuocationem abſque vllo peccato. Ita Bar. in l. Si quis in principio. 22. ff. de Lega. 3. Bal. conſ. 22. vol. 1. Abb. conſ. 41. vol. 2. & alii quamplurimi citati à Couar. in repet. rubr. de Teſtam. 2. par. num. 9. & à Gabriele ſup. Quod probant, primò quia nemo poteſt ſibi indicere legem, vt non liceat ſibi recedere à priore voluntate, vt dicta l. Si quis. in prin. Secundò, quia libertatem ſupremi iudicii, ſeu teſtamẽti faciendi, nemo poteſt conſtringere, & ſibi auferre. l. Cùm duobus. §. Papinianus. ff. Pro ſocio. l. Pactũ quod dotali. C. de Pact. Tertiò, quia teſtamenti factio eſt iuris publici. l. 3. ff. de Teſtamen. quod pactis priuatorum tolli non poteſt. l. Ius publicum. ff. de Pact. Quartò, quia iuramentum ſortitur naturam illius actus cui adhæret. cap. Quemadmodum. de Iureiuran. l. fin ff. de Libera. cauſ. At teſtamẽtum ex ſui natura eſt reuocabile vſque ad vltimum extremũ vitæ. Morte enim cõfirmatur, vt inquit Apoſto. ad Hæbre. cap. 9. e. Ergo non obſtante iuramento, poterit reuocari. Intelligitur quippe iuraſſe non reuocaturũ, niſi aliud ſibi viſum fuerit. Vel (vt alii volunt) poteſt reuocari non obſtante iuramento; quia tale iuramentum non tenuit, tamquam interpoſitum contra naturam actus; tollendo ſcilicet libertatem mutandi teſtamentum, & dando occaſionem captãdi mortem teſtatoris. Iura quippe abhorrent nimis vt quis ſolicitus ſit in vita alicuius de bonis illius, vt docet Couar. ſuprà, & gloſſ. dict. §. Item ſacramenta.

2 Hinc eſt promiſsiones de Beneficiis viuentium nullas eſſe, & improbas capit. 2. de Conceſ. præbend. c. 2. eod. tit. lib. 6. *Ne* inquit text. *deſiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum, & Beneficium ſe crediderit ſucceſſurum.* De quo latè per Rebuf. in proęmio concord. pagin. 31. Socin. conſi. 53. numer. 4. volum. 3. Bal. in cap. 1. §. 1. de Feudo dato in vicem legis commiſſo. adeò vt tam promittens Beneficium in ſpecie, vacaturum; vel præſentationem ad ipſum; quàm acceptans, vel procurans, pecet mortaliter; vt probat textus dicti capit. 2. de Conceſ. prębend. lib. 6. & ibi notant Ioan. Andr. Domin. & Peruſi. & Rochus de Curte. de Iure patron. verbo Honorificum. quæſtione 9. & 12. & verbo Ipſe vel is. quæſtione 19. & Alciat. in l. fin. C. de Pact. in verbo Certus. Iaſ. ibidem numer. 15. & Deci. numer. 3. Caſſado. deciſ. 3. de Prębend. Paul. de Caſtro conſi. 57. part. 1. & Hieron. Cagnol. in repeti. dictæ l. fin. C. de Pact. numer. 67. Corraſi. in Paraphraſi Sacerdot. 2. part. capit. 1. numer. 14. gloſſ. Reg. Cancel. 19. & ibidem Gomez quæſtione 1.

Non mirum ergo ſi iuramentum prętitum à teſtatore, inſtante, & procurante hærede (pro vt ſemper ita fit) non reuocaturum teſtamentum; non teneat in Foro externo. Peccauit enim hæres grauiter illud procurando, & ſimiliter teſtator inutiliter illud præſtando; non tamen tenetur illud obſeruare in Foro externo; quia eo non obſtante poterit teſtamentum reuocare.

In Foro verò conſcientiæ tenuit præfatum iuramentum. Et ſic in conſcientia non poterit teſtator teſtamentum reuocare. aliàs erit periurus. Ita tenent Ioan. Andr. in regul. Quod ſemel. de Regul. iur. lib. 6 Pet. Anchar. in capit. Sicut. de Sponſa. Boëri. deciſ. 204. numer. 17. Imola in capit. Cùm contingat. de Iure iurand. & alii multi citati à Couar. ſup. numer. 15. verſic. Tertia igitur. & ab Anton. Gabriel. dicto numer. 8. & defendit Leonard. Leſsius de Iuſtitia & iur. lib. 2. capit. 19. numer. 95. vbi reddit rationẽ, nẽpe quia iuramentũ quod abſque peccato ſeruari poteſt, adimplendum eſt,

cap. Quamuis pactũ. de Pact. lib.6. at hoc iuramentum eſt tale. Nam nõ reuocare teſtamentum, & relinquere talem capacem hæredem, res eſt licita. Immo fieri poteſt vt ſit multò melior quàm oppoſita; vt ſi teſtamentum factum ſit ad piam cauſam.

Nec obſtat teſtamentum natura ſua eſſe reuocabile. Nam intelligitur de ſe, & nudè conſiderato. ſecùs ſi addatur iuramentum de non reuocando. Sicut donatio inter coniuges: & donatio cauſa mortis, eſt reuocabilis per ſe conſiderata. Si tamen confirmẽtur iuramento, non poſſunt abſque peccato mortifero reuocari.

Nec obſtat gl. dict. §. Item ſacramenta. quę dicit non tenere tale iuramentum. Nã cõtra eam eſt regula. dict. cap. Quamuis pactum. & quæ tradidimus. verb. Iuramentũ. Differentia 9. numer. 2. & 3. & not. in cap. Debitores. de Iureiu. Nam promiſsio vſurarum cum iuramento, ſeruanda eſt; tametſi d. iuramentum poſitum ſit in re, iure naturali, & poſitiuo prohibita. Et promiſsio facta cum iuramento ab vxore de non veniendo cõtra alienationem factam de fundo dotali, (quę iure ciuili eſt irrita) valet, & tenet; vt in cap. Licèt mulieres. de Iureiur. lib. 6.

Item non obſtat ſimile de promiſsione Beneficii certi vacaturi. Quia Beneficia nõ negotiatione, ſed meritis ſunt procuranda, & acquirenda.

Denique illud de occaſione captandæ mortis, non putat Couar. ſup. plurimùm attendẽdum, maximè inter Chriſtianos: cùm hoc modo inſtitutiones maioratuum, & fideicommiſſa in quibus certi vocantur, deficiente viuente; eſſent prohibita, & illicita. Quia etiam in illis poſſet ſucceſſor ſperans aliquod fideicommiſſum, deſiderare mortem poſsidentis illud: cùm tamen ſint ea permiſſa, & licita.

SVMMARIVM.

1 *Ondemnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem, non poteſt condere teſtamentum in Foro iudiciali; & ſi teſtetur, erit nullum.*
2 *Secùs in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 CONDEMNATVS ad mortem naturalem, vel ciuilem, ob homicidium qualificatum; non poteſt teſtari. l. Deportati. l. In metallum. Auth Bona damnatorum. C. de Bonis proſcripto. l. Quidam ſunt. 17. alias incip. Sunt quidam. & l. Qui vltimo. & ibi Bart. ff. de Pœnis. Ioa. And. in c. Quamquam. de Vſur. lib.6. Imola in c. Filius. de Teſta. dicit communem Benedict. Cap. in l. 1. nu. 109. cum ſeq. C de Sacroſan. Eccle. & habetur 1. tom. Cõmu. opin. pag. 523. & hoc de iure communi Romanorum. Ea nimirũ ratione, quia tales per præfatam ſententiam perdunt ea quæ ſunt iuris ciuilis, vt d. l. Quidam. Et cõſequenter amittunt teſtamenti factionem, quæ eſt iuris ciuilis. l. Teſtamenti. ff. de Teſtam.

2 In Foro verò conſcientiæ, ſi teſtetur corã duobus teſtibus, validum erit teſtamẽtum; id eſt tuta conſcientia poterit hæres bona retinere, dum non compellitur per Iudicẽ bona Fiſco tradere, per ea quæ reſoluimus verb. Lex. Diff. 8. Sufficit enim hæredi in Foro conſcientiæ habere voluntatem teſtatoris; quia ea quę ſunt iuris gentiũ non amiſit, vt dicit d. l. Quidam. & ſic valebit dictũ teſtamentũ naturaliter, ſiue de iure gentiũ. Sicut eodem iure valebit ſi teſtetur ad pias cauſas, vt tradunt Bart. & Bal. d. l. 1. C. de Sacroſan. Eccleſ. ex c. Cùm eſſes. & cap. Relatum. de Teſta. Et dicit communem Bened. Cap. ſup. num. 122.

Aduertendum tamẽ eſt pœnã legis Corneliç de Sicariis, quæ eſt bonorũ omnium confiſcatio, vt l. 3. §. Legis Corneliæ. ff. de Sicariis. hodie nõ eſſe in vſu, vt dicit Ange. d. §. Legis Corneliæ. nu. 1. Plaça poſt alios lib. 1. Delictorum c. 10. nu. 2. & Iul. Clar. §. Homicidium. numer. 14. & quæſt. 67. verſ. Deportatio. Et ideo poterunt teſtari, pro vt teſtantur quotidie, niſi condemnentur pro crimine lęſæ Maieſtatis Diuinæ, & humanæ, & aliis caſibus exceptis.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *TESTAMENTVM ad pias cauſas manu teſtatoris factum ſine teſtibus; an ſit validum.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 TESTAMENTVM ad pias cauſas, nullis adhibitis teſtibus, ab aliquo propria manu factum, vel à ſe ipſo ſubſignatum; in Foro exteriori communiter iudicatur inualidum. Ita deducitur ex cap. Relatum. 1. de Teſtam. vbi textus ſaltē duos teſtes in teſtamento ad pias cauſas requirit. Idem probat Paul. Caſtren. per tex. ibi in l. Papinianus. §. Quarta autem. ff. de Inoffi. teſta. & Alex. conſ. 76. nu. 15. parte per tex. in Auth. de Teſtam. imperfect. §. Nos igitur. Colla. 8. Iaſ. conſ. 184. lib. 2. Soci. iuni. cōſ. 189. à nu. 66. lib. 2. vbi latiſsimè, dicens hanc opinionem magis communiter probari, & in iudicando ab ea recedendum non eſſe. Refert alios Valaſ. conſultatione 67. numer. 5.

2 In Foro verò cōſcientię contraria opinio, tamquam ſecurior ſeruanda eſt, ſecundùm Iul. Clar. verb. Teſtamentū. q. 7. n. 2. Guillel. in cap. Raynuntius. verb. Teſtamētum. 1. n. 87. Gomez. l. 3. Tauri. nu. 108. & Valaſ. ſup. ſed ſub certis conditionibus, & declarationibus, de quibus per eum ibi. Adde ad idem Couar. d. c. Relatum. nu. 12. In dubiis enim controuerſiis ſequi debemus opinionem quæ pro anima facit, ſecūdùm Anchar. cōſ. 46. & Tiraq. de Priuile. piæ cauſæ. Conferūt notata verbo Lex. in D. ff. 9.

Et obſerua in Regno Valentiæ teſtamentum validum in Foro conſcientiæ, valere etiam in Foro iudiciali. Nā in dicto Regno quoàd Teſtamenta, præualet Forus conſcientię. Solēt quippe tabelliones in omnibus teſtamentis ad finem hāc clauſulam apponere, nēpe *For de anima benignamēt obſeruat.* Per quę verba vult teſtator ſeruandum eſſe Forum conſcientiæ, caſu quo de iure non valeret in Foro iudiciali.

SVMMARIVM.

1 *EPiſcopus obtinēs licentiā teſtandi à Papa, vtilitate tantùm priuata; non poteſt in cōſcientia ea liberè vti: niſi ad pias cauſas.*

2 *Epiſcopi impetrantes tales licentias, & facultates teſtandi, minimè prudenter agunt.*

DIFFERENTIA NONA.

1 EPISCOPVS diſpenſatus à Papa, vtilitate tantùm priuata ſuadente, vt poſſit teſtari de intuitu Eccleſiæ quęſitis; licèt quoàd Forum exterius ſit tutus; non tamen quoàd Forum animę. Ita Panor. in c. Extirpandæ. §. Qui verò. nu. 46. in fin. de Preb. Rationem aſsignauimus verb. Beneficium. Diff. 1. n. 3. Quia ſcilicet non poteſt Papa in conſcientia dare licentiam alicui iniuſtè diſpergēdi patrimonium Ieſu Chriſti.

Qua ratione attenta, colligitur prędictum Dictum intelligi debere; quando Papa per ſuam diſpenſationem dediſſet liberā facultatem Epiſcopo teſtandi, etiā iniuſtè de dictis bonis. Quod nullo modo in prędictis diſpenſationibus eſt de mēte Papæ. ſed potiùs; vt iuſtè, & piè de dictis bonis Epiſcopi diſponant.

2 Quare Epiſcopus habens dictā facultatē, caueat ne de dictis bonis extra pia opera aliquid teſtetur. Quia vigore dictæ diſpenſationis non erit tutus in conſcientia; vt patet ex iis quæ diximus verb. Beneficiū. d. Dif. 1. nu. 1. & 2. & notat etiam in ſpecie Fr. Ludo. à Beia caſu propoſito 29. Octobr. Anno 1583. in 2. p. pag. 433. vbi dicit numquam Beneficiatum, quāuis ſit Cardinalis, habentem facultatem teſtandi, poſſe diſponere, vel legare in alios, quàm in vſus pios. aliàs ille damnatur, & hæredes ſi diuites ſint, non debent abſolui, niſi reſtituant.

Digitized by Google

Quod vtinam attenderent omnes Prælati. Quia forſan non impenderent tot pecuniæ quantitates in obtinendas prædictas facultates ad teſtandum. Si enim non poſſunt vigore earum teſtari, niſi ad opera pia: ad quid eas impetrant? Ad quid impendunt in compoſitionem tantundem, quantum importat facultas teſtandi, cùm in opera pia ſine vlla diſpẽſatione poſsint quicquid eis libuerit diſtribuere, ac diſponere? Intellige cùm ſunt ſani, vel ſaltem ante viginti dies mortis. Quin etiam, & proximi morti, & quãdocumque, poſſunt donare irreuocabiliter. Et ſic donatione inter viuos; vt docet Henriq. de Indulg. cap. 30. §. 7. in gloſſa N. & diximus verb. Donatio. Different. 6.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator an poſsit expreſsè excludere Monaſterium à legato, fideicommiſſo, & hæreditate alicui relicta, ſub conditione ſi fiat Monachus. Et ſic an peccet mortaliter id faciendo, & ſit irrita dicta diſpoſitio, nec ne. Excutitur hoc copiosè, & declaratur tex. in §. Sed & hoc præſenti. Authent. de Sanctiſsi. Epiſcop. Collatio. nona.*

2 *Inſtituens Maioratum pro conſeruando ſuo caſali, poteſt excludere Monaſterium poſt vitam poſsidentis Maioratum; non tamen durante illius vita. aliàs peccabit mortaliter.*

DIFFERENTIA DECIMA

1 TESTATOR poteſt in Foro exteriori expreſsè excludere Monaſterium à legato, fideicommiſſo, ſeu hæreditate; ita vt legatario, fideicommiſſario, vel hærede Religionem ingrediente, & in ea profitente, omnino excludatur Monaſterium à legato, fideicommiſſo, vel hæreditate. Ita tenet Paul. de Caſtro in l. Titio centum. §. 1. ff. de Condi. & demõſt. dicens ita ſeruari per totum Mũdum. Idem dicit Iaſ. conſ. 44. vol. 3. Et hanc opinionem vſu, & conſuetudine communi eſſe approbatam teſtatur Bal. in l. Cùm ita legatum. ff. de Condi. & demonſt. & in l. Deo nobis. C. de Epiſcop. & Cleric. Eamdem tuetur Deci. in cap. In præſentia. num. 58. de Proba. & copioſiùs Couar. lib. 1. Variar. capit. 19. numer. 10. Molina de Iuſti. & iur. tom. 1. tracta. 2. diſputatione 207. & Leonard. Galganet. in tract. de Cõditio. & demonſt. part. 1. cap. 8. à num. 36.

Mouentur præcipuè, primò quia periniquùm videtur admitti quempiam ad bona teſtatoris contra eius beneplacitum. Quia vnuſquiſque rei ſuæ eſt moderator, & arbiter. l. In re mãdata. C. Manda. l. Sed & ſi hoc. §. Cõſuluit. ff. de Peti. hæred. Secundò quia in conditionibus, primò, & ante omnia voluntas teſtatoris attendenda eſt. l. In conditionibus primum locum. ff. de Condit. & demonſt. Adducunt etiam alia fundamenta magis congruentia, quàm vrgentia. & ideo ea conſultò omitto.

Nec obſtat, inquiunt, ꝙ per dictã conditionẽ, ſeu diſpoſitionẽ quodãmodo pateat teſtatorẽ remouere voluiſſe legatariũ, fideicõmiſſariũ, vel hęredẽ ab ingreſſu Religionis, & ſic tamquã impeditiuã maioris boni, nullam eſſe; ad not. in c. fin. de Cõdi. appo. Quia reſpondent non eſſe veriſimile quẽ retardari à Religionis ſtatu ſuſcipiendo, ob amiſsionem legati, fideicõmiſsi, vel hęreditatis; cùm notiſsimum ſit, omnibus bonis illum debere renunciare, ſi fieri velit Religioſus. Prætereà conditio illa non apponitur, vt à Religione quis auertatur; ſed ne bona illa extra familiam alienentur, effundantur, ſeu diuidantur.

In Foro verò conſcientiæ non poteſt teſtator tales apponere conditiones. Primò quia tenetur in conſcientia legũ diſpoſitiones obſeruare, per not. ſup. v. Lex. Dif. 8. n. 6. ſed per Auth. de Sanctiſ. Epiſ. §. Sed & hoc pręſenti. colla. 9. præfatæ conditiones in fauorẽ Religionis irritantur. Ideq; ſtatuerunt ſacri Canones in dicto capit. fin. Ergo, &c. Et ad probandum minorem ſubiiciam verba text. dict. §. Sed & hoc, præſenti, vt faciliùs lector dignoſcere poſsit veritatem, *Sed & hoc, præſenti addimus ſanctioni, Si fortè*

Digitized by Google

Si fortè quis ſub conditione nuptiarum, ſiue liberorum, ſiue dotis cauſa, ſiue ante nuptialis donationis, donauerit, ſiue reliquerit ſuis liberis, ſiue alii cuicumque perſonæ hæreditatem, ſiue legatum; aut ab initio purè relinquens eis, oneret eos ſubſtitutione, aut reſtitutione, aut ſub vna prædictarum conditionum reliquerit, vel donauerit; ſubſtitutiones verò, vel reſtitutiones eis fecerit, adiectis conditionibus quibuſcumque ex iis quæ ſuperiùs enumeratæ ſunt: ſancimus ſi perſonæ talibus conditionibus ſubiectæ, ſiue maſculi, ſiue feminæ, Monaſteria ingrediãtur; aut Clerici, aut Diaconiſſæ, aut Aſcetriæ fiãt: tales cõditiones inualidas, & pro nõ ſcriptis eſſe. Hactenus Imperator Iuſtinianus. Ex memoratis verbis apertè conſtat ſub illis conditionibus, *nuptiarum, ſiue liberorum, ſiue dotis cauſa, ſiue antenuptialis donationis,* intellexiſſe teſtatorem, vel donatorem matrimonium carnale tantùm. Et nihilominus vult Imperator vt illis non obſtantibus; ſi donatarius, hæres vel legatarius ingrediatur Religionẽ, retineat bona donata, vel relicta. Et hoc, fauore Religionis, ne eſſet peioris conditionis, quàm ſtatus coniugalis. Qua ratione illas irritat, & tamquam nõ ſcriptas haberi vult. Quòd ſi dicas, Benè quidem ita eſſe. Scilicet teſtatorem tantummodo intellexiſſe ſub illis conditionibus matrimonium carnale, non tamen meminiſſe ſpiritualis. Nam ſi meminiſſet, credendum eſt nolle excludere Monaſterium, & retrahere legatarium, aut fideicommiſſarium ab eius ingreſſu; ab illoque ſtatu perfectiore. & pariter hoc eſſe quod interpretatur ibi Imperator, addens id quod oblitus fuerat teſtator, vel donator. Sed contra hanc interpretationem, ſiue intellectum eſt contextura dict. §. Sed & hoc. Nam conſtat ſub illis conditionibus donatorem, vel teſtatorem nõ ſolùm intellexiſſe de Matrimonio tantùm carnali; ſed etiã excluſiſſe tacitè matrimonium ſpirituale. Nam aliàs fruſtra Imperator illas irritaſſet tamquam Religioni contrarias, vel impeditiuas; ſed ſuffeciſſet eas extẽdere ad Matrimonium ſpirituale ex coniecturata mẽte teſtatoris, vel donatoris. Vnde falſum puto quod dicit Leonar. Galga. ſup. nu. 51. poſt alios, nempe non reiici præfatas conditiones, nec haberi pro non ſcriptis, fauore Religionis, quia retrahunt ab eius propoſito; ſed quia non cenſetur teſtator cogitaſſe de ingreſſu Monaſterii. Nam contrarium eſt verius per ſupra dicta. Similiter falſum arbitror quod dicit Couar. ſup. numer. 11. ſcilicet prædictas conditiones non haberi pro non ſcriptis. Quia, inquit, ſi ita eſſet, fideicommiſſum ſubſtituto poſt mortem inſtituti deberetur, excluſo Monaſterio. Nã vltra quòd loquitur cõtra verba expreſſa dict. §. Sed & hoc. non ſequeretur quod ipſe dicit; immò contrarium; vt patet ex dict. §. Non enim alia ratione Imperator eas irritat, & pro non ſcriptis haberi vult; niſi vt ſubſtitutus excludatur poſt mortem inſtituti, & remaneant bona penes Monaſterium. Quòd ſi prædicta ratione illas irritauit: quantò magis irritaret, ſi expreſsè teſtator, vel donator excluſiſſet Monaſteria? Immò manent irritæ per illum textum cùm tacitè, & expreſsi idem ſit iudicium. Nullo igitur modo poterit teſtator tuta cõſcientia excludere expreſsè Monaſteria contra diſpoſitionem dict. §. Sed & ſi. Et ſi de facto Religionem à ſuis bonis excludat; tamquam nulliter, & impiè diſponens, non ſolùm peccabit mortaliter ipſe teſtator; ſed & accerſitus ad bona, in caſu ingreſſus onerati, nequibit in conſcientia illa bona exigere, ſeu retinere.

Secundò idem probatur, per l. Quoties. 22. ff. de Conditio. & demonſt. Cuius verba ſunt, *Quoties ſub conditione mulieri legatur, ſi non nupſerit, & eiuſdem fideicommiſſum ſit vt Titio reſtituat, ſi nubat; commodè ſtatuitur, & ſi nupſerit, legatum eam petere poſſe, & non eſſe cogendam fideicommiſſum præſtare.* Ex quibus verbis conſtat cõditionem expreſſam, impedientem matrimonium carnale, nullam eſſe, & reiici à tabulis, & not. Felin. in dict. cap. In præſentia. num. 42. nec eſſe in poteſtate teſtatoris relinquere ſua bona cum conditione excluſiua Matrimonii carnalis. Quomodo igitur poterit ſuſtineri conditio expreſſa excludens Matrimonium ſpirituale; maximè inter Chriſtianos, cùm ſtatus cælibatus, & multo magis ſtatus Religionis ſit fauorabilior, & melior ſtatu coniugali carnali, teſte Apoſtolo. 1. Cor. 7? Certe nullo modo; ſed

Digitized by Google

ſed reiicięda erit à tabulis per arg. à maiori; quod eſt validum in iure. gl. in l. Quidam. verb. Cùm tanta. C. de Neceſſa. ſeruis hæred. inſti.

Tertiò, quia impium eſt, & viro Catholico indignum, & grauiſsimum peccatum, auertere quemquam quoquo modo à ſtatu Religionis, vt notat Panor. numer. 42. & Deci. num. 53. in dict. cap. In præſentia. Couar. loco ſuperiùs citato. num. 10. circa fin. & Paul. Comitol. vbi infrà. num. 7. Et quãuis hoc intelligant præcitati DD. eſſe verũ quando principaliter id intẽderet teſtator; vt accidit hic Maioricę. Nã quidam pater reliquit totam hæreditatem filio, ſi exiret de familia Societatis Ieſu, vbi tempore teſtamenti erat, & fuit declarata dicta inſtitutio nulla, & impia. Nihilominus cũ in Matrimonio carnali ſufficiat, etiãſi indirecte, & in quamdam conſequentiam auferatur libertas, ſeu libera voluntas ad contrahendum; vt in l. Cùm tale. 72. §. Si arbitratu. ff. de Condit. & demonſt. vbi non valet conditio appoſita legato, ſi arbitratu Titii Seia nupſerit. Quia ea nõ obſtante, etiam ſi ſine arbitrio Titii nubat, conſequetur legatum. Per quã idem fuit deciſum in ſupremo Senatu Luſitano in quodam legato facto à matre filio, ſub conditione, ſi de conſenſu patris contraheret, teſte Gãma. deciſ. 314. & Rebel. de Obliga. iuſt. 2. par. lib. 18. q. 16. num. 2. Idem videtur dicendũ de Matrimonio ſpirituali; cùm valeat argumentum de Matrimonio carnali ad ſpirituale, ſecundùm Euerard. in loco, A matrimonio carnali ad ſpirituale; & docet Acoſta. in dict. §. Si arbitratu. Amplia. 11. Rolan. conſ. 55. numer. 29. Medin. C. de Reſtitu. quæſt. 23. §. Itaque quatuor conditiones. Quòd autem impediatur libertas ingrediẽdi Religionem, & profitendi eius ſtatum per dictas conditiones, patebit manifeſtè ex ſequentibus. Primò, quia experientia teſte, multę ſunt virgines quæ ſi haberent dotem competentem ad ſuſcipiendum habitum Monialium, ingrederentur Monaſterium. Deinde quàm plures ſunt viri qui ſi haberent bonum patrimonium quod poſſent ſecum in Monaſterium deferre, reciperentur ab aliquibus Monaſteriis libenti, & hilari animo, & ſine eo non admiterentur, vel propter aliquot defectus illorum; aut quia Monaſterium non habet cellas, aut bona ſufficientia ad ſuſtentandos alios, præter receptos. Si ergo iſti ingrediendo Monaſterium, debent amittere legatum, vel hæreditatem: certũ eſt quòd non fient Religioſi. Et ſic nedum retraherẽtur à Religione; ſed omnino impedirentur. Nec dicas eſſe plures Religiones in Eccleſia Dei: & ſi non recipiantur ab iſta, recipientur ab alia; maximè ſi vellent profiteri aliquam ex Mendicantibus. Reſpondeo quamplures eſſe viros qui nullo modo fierent Religioſi, niſi in certa Religione. Et ſæpe, niſi à certo Monaſterio recipiantur, propter affectionem quam habent erga illam Religionẽ, vel Monaſteriũ. Ego id de me ipſo ingenuè fateor, & teſtificor, Nũquam fuiſſem factus Religioſus niſi in vna ſola Cartuſia. Præterea ſunt aliquæ Religiones, qualis eſt Societatis Ieſu, à qua poſt multos annos profeſsionis votorum ſimpliciũ, poſſunt Religioſi expelli. Et in Luſitania eſt alia. Sancti Aloii, in qua ſimiliter poſt multos annos poſſunt ipſi Religioſi dimittere habitum, & ad ſua redire. Et in illa Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Commendatarii non dimittunt bona patrimonialia; in quibus citra dubium retraherentur ab ingreſſu earum, ſi ob dictas conditiones excluderentur à legatis, fideicommiſsis, vel hæreditate.

Ad hæc, teſtator excludens Monaſterium à bonis legatis, vel fideicommiſsis, caſu quo legatarius, vel eius hęres Religionem profiteatur, magnum animæ ſuæ præiudicium infert; quia priuat eam orationibus, ſuffragiis, & pœnitentiis Religioſorum, & præcipuè legatarii, ſeu hæredis, & etiam fructu eleemoſynæ. Meritò igitur talis diſpoſitio tamquam contraria vero Chriſtiano, & homini prudenti, reiicienda venit, & contemnenda. Et hoc eſt quod prouidit Imperator Iuſtinianus in dict. §. Sed & preſenti. Et ita hanc partẽ latè defendit Bart. conſ. 1. per totum. quem refert, & ſequitur D. Antoni. 3. par. tit. 10. cap. 3. §. 10. Idem Bart. in l. Si ita. §. fi. ff. de Lega. 2. & in Auth. Niſi rogati. C. Ad Trebel. vbi eam dicit eſſe æquam. Idem tenet Iuno. num. 8. Ioan. And. poſt Hoſt. & Goffred. num. 35. Anton. de

Butrio.

Digitized by Google

Butrio. col. 19. Panor. num. 42. in dict. cap. In præſentia. vbi teſtatur hanc eſſe communem. Et Feli. ibid. col. 13. dicit ita ſeruari, & conſuetudine irritari conditiones teſtamentarias quæ ius ſuccedendi adimunt Monaſteriis. ſequitur latè ibid. Fran. Areti. col. 19. vbi reſpondet argumentis Bal. cōtrarium tenentis. Idem tenent Summiſtæ, videlicet Ange. verb. Hęres. nu. 21. Silueſt. verb. Legatum. 1. quæſt. 9. & latiùs verb. Hæreditas. 4. quæſt. 8. Roſela. verb Legare. §. 24. Tabiena. verb. Hæres. §. 26. Paul. Comitol. lib. 7. Reſponſ. moral. quæſt. 27. per totam. & Fr. Ludou. Beia. 1. par. Reſpō. caſuum conſcien. caſu. 44. & caſu. 67. vbi dicit communem. Qui omnes non ſolum hanc opinionē verā eſſe profitentur quoàd Forum conſcientiæ; ſed etiam in Foro iudiciali, & ſic in iudicando ſeruandam eſſe. Vnde cùm hęc opinio ſit tā fautrix, & propitia animæ teſtatoris, & etiam Religioni, habeatque tot, & tam graues Doctores tā Theologos, quàm Canoniſtas, & lucernā, aurigam, ſeu anteſignanum Legiſtarum qui eam tuentur: proculdubio tamquam veriorem, & communiorem ſequi debemus, & amplecti in vtroque Foro.

Vnde non obſtant fundamenta contrariæ opinionis. Non primum, quia (vt ſupra docuimus) non eſt in poteſtate teſtatoris diſponere contra diſpoſita à iure. l. Nemo poteſt ff. de Legi. l. Teſtandi cauſa. C. de Teſtam. Hinc videmus quem non poſſe relinquere ſua bona filio ſpurio. vt diximus. verbo Hęreditas. Different. 10. & 11. nec poſſe facere legatum, nec donationem mulieri ſub conditione numquam nubendi; per dictam l. Quoties. nec poſſe donare vltra certam quantitatem ſine inſinuatione. l. In hac. 30 & l. Secundùm. 32. C. de Donatio. & diximus verb. Donatio. Differentia 8. niſi in certis caſibus, de quibus in l. Si quis. 36. C. eod. tit. nec facere donationem omnium bonorum, præſentium, & futurorum, vt habes verb. Donatio. Differentia 9. & in multis aliis caſibus. nec apponere conditionem animo retrahēdi, aut auocandi aliquem à ſtatu Religionis vt vidiſti in exemplo ſup. memorato. verſ. Tertio quia. Nec vulgare illud. d. l. In re mandata. procedit in Foro interiori indiſtinctè, vt annotauimus. verb. Peccatum. Differentia 10. Nec ſimiliter procedit vbiq. in Foro exteriori; vt patet in inſtantiis, & caſibus proximè relatis Non enim ſeruanda eſt voluntas hominis particularis contra voluntatem legis iuſtæ. arg. cap. Qui peccat. 23. quæſt. 4. Nec fit teſtatori iniuria, ſi contra eius voluntatem, ſeu beneplacitum capiat Monaſterium eius bona. Quia bonum commune legis; præſertim in tanta animæ illius vtilitate, & lucro, præferendum eſt carnali beneplacito eiuſdem. Et imputet ſibi ſi non diſpoſuit prudentiùs, & rectiùs.

Non item obſtat ſecundum fundamentum. Quia tunc primò in conditionibus voluntas teſtatoris attendenda eſt, ſi non repugnet, nec ſit contraria legum diſpoſitionibus. alias non eſt curanda, vt probatur apertè in l. Titiæ ſi non nupſerit. 100 ff. de Conditio. & demonſt. vbi ſi Titiæ quis legauerit ducenta ſi nubſerit, & ducenta ſi non nubſerit. Ea nubente, capit ducenta, non obſtante prædicta conditione, quæ tāquam impeditiua vel retrahens à nuptiis carnalibus, exploditur ac reiicitur. Quam legem procedere, etiam in legato, facto cū conditione, vt ſi ingrediatur Religionem capiat minùs, & magis ſi non ingrediatur. docet Feli. dict. cap. In præſentia. num. 42. Acoſta poſt alios in dict. §. Si arbitratu. Ampliatione. 11. Silu. verb. Hæreditas. 4. quæſt. 8. num. 6. D. Antoni. vbi ſup. ad fin. Et dicit communem Rebel. dict. quæſt. 16. num. 3. verſ. Si item Titiæ. Quicquid in contrarium teneant Couar. & alii ſup. & doctiſsimus Paulus Durán in ſuo perito tractatu de Conditio. & modis impoſsib. 2. par. cap. 3. num. 36. cum 3. ſeq. dicens diſpoſitionem dict. l. Titiæ. locum non habere in Matrimonio ſpirituali. ex Paul. in l. Titio centū. §. 1. ff. de Conditio. & demonſt. & Iaſ. conſ. 44. vol. 3. & Menoch. de Præſump. lib. 4. præſumptione 83. num. 26. & conſ. 164. lib. 2. vbi dicit hanc veriorem, & communiorem. Quia inquiunt, forſan teſtator plus relinquit in caſu nuptiarum, quàm Religionis, ob familiæ, & poſteritatis augmētum, quoàd opes, & conſeruationem bonorum in ea. Sed hæc ratio non eſt ſufficiens ad hęrendum dictę opinioni generaliter, & indiſtinctè, & excludendum legatarium à legato.

Digitized by Google

gato,ſi Religionem ingrediatur. Tum, quia in feminis locum non habet, cùm poſteritas, & familia in eis finiatur. Tum, quia cõmuniter non ponitur dicta conditio ob prę citatum finem; ſed vel ad inducendum legatarium vt in ſeculo remaneat, & matrimonium contrahat; vel quia leganti videatur plus requiri ad nuptias carnales, quàm ad ſpirituales. Tum, quia dicta conſideratio non poteſt haberi, niſi in legatis valdè pinguibus. Tùm etiam ex aliis quæ ex infra dicendis patebunt. Adde non ſat eſſe à patre relictam fuiſſe competentem dotem filiæ pro ingreſſu Religionis, ad hoc vt poſſit eam excludere à maiore legato, poſito caſu quo carnaliter nubat; quia non eſt æquum, nec viro Chriſtiano dignum, vt illa quæ per profeſsionem nubit Deo, ſit ob id deterioris conditionis, quàm ſi homini nuberet. Quare intrepidè tenendum eſt, non obſtante dicta conditione, habituram filiã maius legatum, licèt Religionem ingrediatur, & non nubat carnaliter, niſi in caſu de quo infra in calce. Quod extendit Hippol. in rub. ff. de Fide inſtrum. num. 127. dicens cõmunem; ad legatum factum Sempronio ſi duxerit vxorem in mille: & ſi Ordinem Eccleſiaſticum receperit, in centum. Quia ſi efficiatur Clericus, nihilo minus habebit mille, vt probatur dict. §. Sed & hoc præſenti. Refert, & ſequitur Villalob. vt habetur 1. tom. Commun. opinion. lib. 10. pag. 123. ſub verb. Legatum. Vnde ſi alicubi eſt conſuetudo in cõtrarium, potiùs dicenda eſt corruptela, & abuſus; vt tradit Iaſ. in l. De quibus. num. 89. ff. de Legi.

Deinde non obſtat aliud fundamentum deductum à reſponſione obiectionis ſupra in prin. poſita. verſ. Nec obſtat. præfatas conditiones non eſſe impeditiuas, nec retrahentes quem à Religione. Quia non eſt veriſimile &c. Quia reſpondeo primò, in multis caſibus eſſe neceſſarias diuitias pro ingredi volẽtibus Religionem, vt in tertio fundamento pro noſtra parte facto, probauimus. Conſtat etiam ſemper eſſe vtiles. Quia meliùs tractantur, & honorantur in Religione ij qui ſecum magnas opes portant; quàm ij qui nullas. Et licèt ob metum prædictorum, non debeat vir prudens, & fortis ab ingreſſu Religionis retrocedere: quia tamen huiuſmodi metus cadere poterat in mulierem fragilem, & etiam in aliquot adoleſcentulos, & pueros; videntes ſine dictis diuitiis non eſſe in Religione ita habendos, & honorandos, nec poſſe multis neceſſariis prouidere, ob paupertatem. & penuriam domus, vel Religionis: huic metui voluit etiam Imperator occurrere, ac ipsũ tollere in fauorẽ Religionis, ne ob id, aliqui ab ea retraherentur, ſtatuẽdo in dict. §. Sed & hoc. vt tales conditiones ſint irritæ, & nullæ, & pro non ſcriptis habeantur. Et ſic vt illis nõ obſtantibus, poſsint vti ac frui legato, vel hæreditate, ſi ingredi velint Religionem: concedens hoc priuilegium Religioni, ne poſsit quis illam priuare dictis bonis, ſi aliàs remanente legatario, vel hærede in ſeculo, poterat ea obtinere, & illis frui. Negari enim nõ poteſt multos non fuiſſe factos Religioſos ob diuitias quas poſsidebant; non habentes animum, nec fortitudinem ad eas dimittendas, vt patet in illo diuite Euangelii. Marci. 10. 21. Qui ſi poſſent ſecum illas ad Religionem adducere, in ea remãſiſſent; præſertim quia poteſt quis in ingreſſu, de licentia Superioris, aliqua ſibi retinere ad vſum ſimplicem pro neceſsitatibus tantùm ſibi occurrentibus; vt docet Nauar. in cap. Non dicatis. num. 46. & 47. 12. quæſt. 1.

2 In vno tamen caſu crederem tenendam eſſe voluntatem expreſſam teſtatoris excludentis Monaſterium a ſucceſsione bonorum in perpetuum; nempe cùm inſtituit aliquod primogenium, ſeu maioratum. Tunc enim cùm illud faciat pro conſeruandis inſigniis Maiorum ſuorum, nomine ſuo, familia, & caſali. & hoc ſit iure permiſſum (vt diximus. verb. Maioratus. Different. 1.) & prædicta ceſſarent, ingrediente poſſeſſore Maioratus Religionẽ: meritò eo in caſu poſſet excludi Monaſteriũ. Si autem onera Maioratus poſsit Monaſterium, vel Religioſus ſupplere; vt ſi nulla habeat, præter nomen, & arma: impium videtur priuare Monaſterium vſufructu bonorum Maioratus, durãte vita Religioſi. Quia ſic retrahere poſſet poſsidentẽ Maioratũ ab ingreſſu Religionis, ob cauſas ſuperiùs memoratas. Pro quo faciunt quæ tradunt Molina de Primoge. lib. 1. cap. 13. num. 76. & 84.

Iuli.

Digitized by Google

Iul.Clar.§.Feudū.q.78.Molin.poſt Caldas, de Iuſti. 1.par.tract. 2.diſput. 140.col.476. vbi idem dicunt de Feudo inferiori, nō habente dignitatem Ducatus, Comitatus &c. Nā tranſit cum Religioſo ad Monaſteriū, durante illius vita. Et ſic intellige quæ diximus verb. Legatum. Differentia 4.in fin.

Idem crederem vbicumque ex iuſta cauſa, & intuitu alicuius boni finis apponeretur conditio excludens à legato, ſeu donatione Monaſterium; vt in exemplo quod ponit Molina ſup. in ſecunda concluſ. quando ſcilicet filia indigeret magna dote, vt pro ſui ſtatus conditione nuberet; vt ſi eſſet filia Comitis, vel Ducis. Túc ſane ſi pro ingreſſu Religionis aſsignaretur dos valde, & ſufficienter competens, caſu quo nubere nollet; nullam in tali legato turpitudinē, nec peccatum agnoſcerem. Et ſic eo in caſu Monaſterium non careret; niſi relictum pro ingreſſu. Quia in iſtis euentis ceſſant rationes ſupra allegatæ in fauorem Religionis, & nulla datur occaſio retrahendi quem à ſtatu Religionis.

SVMMARIVM.

1 *CLERICI Beneficiati an poſsint liberè diſponere, & teſtari de fructibus Beneficiorum ſuorum. & an teneantur eorum hæredes ad eorumdem reſtitutionem.*

DIFFERENTIA VNDECIMA.

1 CLERICI Beneficiati in Foro exteriori poſſunt liberè diſponere, atque teſtari de fructibus Beneficiorum; & hæredibus, etiam extraneis, & aliàs diuitibus, eos relinquere; tamquam ſi eſſent bona patrimonialia; vt communiter in toto Mundo practicatur. Quam cōſuetudinem validam eſſe, probat Bellame. in cap. Cùm venerabilis. nu. 47. de Except. Bello. conſ.3. à num. 9. Burſa. conſ.178.nu. 2.& 5.lib.2. Cardi.conſ.110. num.2. Faber in §. Is verò. num. 2.Inſt de Rerum diuiſ. Couar.in cap.Cùm in officiis. num.9. de Teſta. & lib.1.Varia.cap.15.nu. 12. Coſmas in Pragm. ſanct. tit. de Anna. §.Item quòd ſi Eccleſia. verb. Acquiſitos. ad fin.Perez. tit.3. lib.1.Ordi pag.67. Pelaez 1.par.quæſt.1.num. 15. And. Sicul. de Præſtan. Card. 4.par. princip. Sarmien. de Redditib. Eccleſ.4.par. cap.1. à numer. 8. Ioſeph.deciſ. Peruſ. 33. num. 1. & 15. & ante omnes gl.verb. Reſeruari. in cap. fin. de Offi. ord.lib.6.& Molina latè de Iuſt & iur. 1.parte tract. 2. diſputatione 144. per totam.

Intellige tamen præfatam conſuetudinē validam eſſe quoàd Forum exterius; vt prędixi, & not. Gabri. in 4. diſt. 15. quæſt. 8. dubio 6. Et ſic in eo Foro tuti ſunt hęredes ab omni lite, & moleſtia. Quamuis enim ſecundùm Canones de prædictis fructibus nō poſsint Clerici teſtari, niſi ad opera pia; cap.Relatū.2.de Teſtam.ad fin. quia tamen de bonis propriis, & de intuitu perſonæ quæſitis poſſunt licitè diſpónere, & teſtari: vt in cap. Quia nos. & dict. cap. Relatum. de Teſta.cap.Cùm ſecundùm, de Præb.cap. 1.ad fin. de Cleri.non reſid. lib.6.cap. Epiſcopi. 12. quæſt. 1. & de iis quæ ſumptibus neceſſariis parcunt; & aliis caſibus quos latè colligit, & declarat Pet.Barboſ.loco inferius citando. à numer. 66. & Fr. Ludoui. Lop. in ſuo Inſtruct. Cōfeſ.1.par.cap.140. Profectò ſi prædicta conſuetudo admiſſa non fuiſſet, frequenter ſuſcitarentur lites, & Reſpublica Chriſtiana eiſdem quotidie perturbaretur. Vt igitur tot lites, & Reipublicę perturbationes auerterentur, permiſſa eſt ab Eccleſia præfata conſuetudo. Qua ratione attenta, conſtat prędictam conſuetudinem eſſe tantùm pro Foro exteriori.

At in Foro conſcientiæ, & coram Deo, aliud iudicium ferendum eſt. Nam ſi Clericus tempore mortis de prædictis fructibus non diſponit in opera pia; peccat mortaliter, vt efficaciter probat dict.cap.Relatum. ſecundo, ad fin. Vbi admittendo conſuetudinem diſponendi de prædictis bonis in opera pia, & in ſatisfactionem ſeruitiorum; tacitè reprobat ſupradictam conſuetudinē diſponendi ad alia, non pia Et reſoluit Nauar. de Reddit.Eccleſ.quæſt.3.nu. 10. & in

Apologia

Digitized by Google

Apologia de Redditib. quæſt. 1. monitu 50.& ſeq. & quæſt. 3.monitu 2.& 17.Portius conſ.104.à num.5. Corraſ. in l. Ex diuortio. num. 5. ff. Solu. matri. Greg. Lop. in l.53.tit.6.Partit. 1.gl.2.& meliùs in l.40. tit.5.Partit.1.in gl.*Que los dieſſen.* Auédaño reſpon.19.num.8. verſ.2. Couar. dict. cap. Cùm in officiis.num.3.Sarmien.in Defenſio.tract. de Reddit.1.par.monitu 40.num. 1.& facit elegans l.12.tit.28.Partit.3.Et in hoc omnes conuenire aſſerit Greg. Lop. dict. gl. *Que los dieſſen.* col.fin. Rebuf. in praxi Benefic.tit.de Diſpenſa.ratione ętat. §. Nec non debitis. pag. 403. Coſmas vbi ſupra.in fin.Refert,& ſequitur Pet. Barboſ. 2.par. l.Diuortio. in prin. num.61.Adde gl. verb.Fruatur.in cap.fin.de Pigno. & noſtrũ D. Ant. Molinam in ſuo aureo lib. Inſtruccion de Sacerd.tract. 2. c.15.§.2. cum ſeq. & Fr.Ludo. de Beia.2.par.Caſuũ conſcien. caſu 1. ex vltimis propoſitis 29. Octobris 1583.pag. 436.

2 Pro quibus facit quòd Clerici præceteris tenentur de ſuperfluis facere eleemoſynas ſub pœna peccati mortalis; iuxta illud Domini Luc. 11. *Veruntamen quod ſupereſt, date eleemoſynam.* Et docet poſt D. Tho. 2. 2. quæſt. 119. art. 3. ad primum; Soto lib.10. de Iuſti.& iur. quæſt.4. art.3.& 4. & Silu.verb.Clericus.4.quæſt. 16. numer. 12. Sarmien.de Reddi. Eccl. par.4.cap.5. nu.1. Ant. Molina vbi ſupra Cord. lib. 1. quæſt. Theol. quæſt. 18.Bañez 2.2. quæſt.23. art. 6.dubio vlt.Nauar.cap.23.num 75. D.Anton.3.par.tit.15.c. 1.§.19.& diximus verb. Beneficiatus. Different.4. quamuis Toled. in tract. De 7.pecca.mortalib.cap.35. contrarium teneat, & dicat omnes DD. ſcholaſticos vnanimiter ita etiam tenere: Doctores verò ſanctos non ita, ſed condemnare ſub p.m. Vide not.verb.Eleemoſyna. Differentia 1. Et conſequenter de prædictis fructibus, tempore mortis diſponendo: de ipſis tenentur vel in pauperes, vel in alia opera pia diſtribuere, vt ſentit glo. ſing.in Extrauagant.Suſcepti regiminis.de Elect.Ioan.22.verb. Defuncto.

Quod adeò verum eſt, vt aliter diſponẽtes teneri ad reſtitutionem videatur probare tex. in Auth.Vt determinatus ſit num. Cleri. §.fin.Colla.1.iuncto.cap. Epiſcopus. 12.queſt.1.& eſſe magis receptam ſententiam aſſerat Nauar. dict. Apolog. de Reddit. quæſt.2.monitu 7. Probus in cap. Nemo. num.44. de Elect. lib.6.& nouiſsimè Cæſar Coſta lib.1.Varia. dubit. iur.cap.40. & egregiè Fr. Salon. in vita D. Fr.Thomę à Villanoua. cap. 12. & 13. & Fr. Ludo. de Beia.2.par.Caſuũ cõſcien.d.caſu 1.propoſito. 29.Octob.1583.à pag.415.

Quamuis contrarium teneat Cardi. in Clem. gratiæ. col. pen. ad fin. de Reſcript. Couar.dict cap.Cùm in officiis. num.9. & alii quos refert Sarmien.de Reddit. 2. par. cap. 2. & latè Soto in loco ſuperiùs citato, & Barbo. dict. n. 61. ad fi. noſter Domnus Ant. Molin.in Inſtruct. Sacerd.tract.2. d.c. 15. §.2. & cap. 16.§.2. & Rebel. de Oblig. iuſt.2.par.lib.12.quæſt.1.num.10. vbi dicit opinionem contrariam Nauar. nec à praxi, nec à communi ſententia hoc tempore admitti. Qui omnes liberant Beneficiarios à reſtitutionis obligatione. Et videtur ſentire D.Tho.2.2.quæſt.185.art.7. in corpore. vbi huiuſmodi fructus qui ſunt vſui Clericorum diſtincti,& deſtinati, æquiparat aliis bonis propriis, & patrimonialibus eorumdem Clericorum, & ait peccare mortaliter contra præceptum charitatis, ſi malè ſe gerant notabiliter in ipſis, non benè eos expendendo in pauperum ſubuentionem. Sed obſerua loqui ibi, D.Tho.caſu quo pauperes habent ſuam partem diſtinctam. At hodie dicta pars pauperum nuſquam apparet. Preterea idem Doctor ibid. quæſt. 87. art. 3. ad primum, apertè dicit in lege noua dari Clericis decimas non ſolum ad eorum ſuſtentationem; ſed etiam vt ex eis ſubueniant pauperibus. Et loquitur poſt diuiſionem.

Nihilominus non poſſum non adhærere opinioni Nauar.& aliorum tenentium non ſolùm peccare mortaliter; ſed etiam ad reſtitutionem teneri Beneficiatum, ſi habeat de patrimonio, vel aliunde vnde reſtituat: & etiam conſanguineos, ſi ſint diuites: & hæredes teneri ad eamdem reſtitutionem, per ea quæ diximus verb. Donatio. Differentia 7. coactus per illum canonẽ Concilii Trid.Seſsione 25.cap.1. de Reformatione. ibi, *Omnino verò eis interdicit ne ex redditibus Eccleſ. cõſanguineos, familiareſuè ſuos*

augere

Digitized by Google

augere ſtudeant: cùm & Apoſtolorū Canones prohibeant ne res Eccleſiaſticas, quæ Dei ſunt, conſanguineis donent. Sed ſi pauperes ſint; vt pauperibus diſtribuant. Eas autem non diſtrahant, nec diſsipent illorum cauſa. Hactenus Concilium. Per quæ verba clarè conſtat non eſſe iudicandum de fructibus Beneficiorum, ſicut de bonis patrimonialibus. Quia in iſtis habet Clericus liberā poteſtatem diſponendi; & tam in vita, quàm in morte ea dandi conſanguineis, etiam vltra ſtatum habentibus, & ſic diuitibus. In illis verò Eccleſiaſticis non ſic, vt patet ex dicto Concilio. Vide Nauar. dict. Apolog. monito. 38. num. 14. & moni. 17. num. 1. & moni. 21. num. 1. & in Man. cap. 25. nu. 124. Et obſerua per illa verba, *Omnino eis interdicit*, non ſolùm prohiberi donationem, ſed etiam eam irritari. Hoc enim importat verbum illud, *Omnino*. gl. verb. Vacuamus. cap. 1. De his quæ vi, metus ve cauſ. lib. 6. & gloſ. verbo Vacuetur omnino. in capit. Si Religioſus. de Elect. eod. lib. & glo. in l. Si pecuniam. & ibi Bal. ff de Condict. indebit. Iaſ. in l. 2. col. 6. C. de Iure emphyt, Feli poſt alios in cap. Rodulphus. nu. 34. de Reſcrip. & probat in ſpecie text. not. in c. Quiſquis Epiſcopus. 12. q. 2. vnde ſumptus eſt prædictus Canō Concilii. Et ideò non mirum ſi tam Clericus, quàm eius hæres teneatur ad reſtitutionem, ſi non fuit factum teſtamentum ſecundùm quod Canones diſponunt, ſed cōtra ipſos, vanè, inhoneſtè, prophanè, vel ſuperfluè diſponēdo de ipſis. Quod nō ſine magno dolore referimus, cū videā ſuper hoc quàmplures à recto tramite deflectere, quorum animæ in ſummo diſcrimine conſtituuntur.

Nec mireris ſi ſtante prçallegata conſuetudine, animæ periclitētur. Tū quia prædicta conſuetudo generalis, vt irrationabilis non excuſat corā Deo; per not. ſup. verb. Lex. Diſ. 10. Eſt autē contra omnē rationē dare Clericis liberā teſtādi facultatē, etiam in res vanas, & ſuperfluas, de redditib. Eccleſiaſticis quorū nō ſunt domini abſoluti, ſed in effectu fideles tantū diſpenſatores. c. fin. 12. q. 1. c. Quod autē. 23. q. 7. c. 1. 14. q. 1. ibi, *Canonici non poſſident ſua Quia res Deo oblatæ non ſunt alicuius. Vtūtur enim rebus Eccleſiæ, non vt ſuis, ſed tanquā ad diſpenſandū ſibi creditis.* Quē text. ad hoc allegat Coua. in c. Cùm in officiis. n. 6. de Teſta. Ad idē vide c. 2. de Donat. & docet D. Tho. vbi ſup. Maior. in 4. diſt. 24. q. 17. Greg. Lop. d. gl. Que los dieſſē. Barbo. loco ſup. cit. n. 53. adde l. 12. tit. 28. p. 3. Nau. in Propugnaculo Apologię. n. 9. & in Apolog. monit 24. per tot. maximè nu. 14. Tū quia quoàd peccatū mortale omnes cōueniūt. Quomodo igitur non verſabitur in periculo anima illius qui cū tali teſtamēto vitā cū morte cōmutauit? Et quomodo potuit à Confeſſario abſolui, niſi priùs reuocato eodē teſtamēto? Præterea dominiū horū redditeū, & aliorū bonorū Eccleſiaſticorū eſt penes Deū, iuxta Cōciliū ſupra. & d. c. Quiſquis. Et ideò Clerici dicuntur à Cleros græcè. quod Latinè dicitur ſors, vel hæreditas; quia in hęrditatem Domini ſunt vocati, vt habetur in c. Cleros. 21. diſt. Ergo Clerici nō poſſūt de ipſis ad libitū diſponere, niſi iuxta voluntatē Domini. At alienū valde eſt à Deo (vt omnes fatentur) vt Clericus de prædictis redditibus augeat ſtatū ſuorū cognatorū, eis dando ſuperflua in vita; vel eos inſtituendo hæredes in morte, etiā ſi aliàs ſint diuites. & multo magis ſi inſtituant Maioratus. A quo Deus nos liberet per ſuā piiſsimā miſericordiam. Amen. Quāuis non deſint qui poſſe inſtitui contendāt, quos refert, & ſequitur Molina de Iuſti. tom. 1. tract. 2. diſpu. 146. Adde not. verb. Donatio. Diſ. 7. Deniq; ſicut nulla cōſuetudo valeret vt quis de bonis alienis diſponere poſſet, ſicut de ſuis: ita nec iſta Clericorum, quam praxis admittit.

Nec obſtat argumentū principale Couar. ſup. prohibitionem nimirùm teſtandi Clericis eſſe iure humano inductam, &c. Nam licèt id cōcedamus: conſequenter contraria conſuetudine tolli potuit. c. fin. de Cōſue. l. Non dubium. C. de Legi. Pro qua facit optimè tex. d. Extrauag. Suſcepti. vbi valet conſuetudo qua inductum fuit vt fructus Beneficii vacantis per aliquod tempus ad defunctum pertineāt. Si ergo ad ipſum etiā poſt mortē ex conſuetudine pertinent: potuit vtique de ipſis in teſtamento diſponere vigore eiuſdem conſuetudinis. Cui rationi dicit Couar. non exactè ſatisfeciſſe Panormit. ibid. Non inquam hoc obſtat, quia non ſequitur, Poteſt teſtari vigore

Digitized by Google

conſuetudinis. Ergo poteſt de ipſis diſponere prophanè, vanè, & contra Canones. Nam hæc conſequentia ſine vlla controuerſia reiicitur ab omnibus. Itaque vigore dictę conſuetudinis poteſt teſtari, & diſponere de ipſis poſt mortem. quod de iure non poterat. Et ſic eam poteſtatem, & adminiſtrationem quam habebat in vita conſuetudo extendit ad tempus mortis, etiam teſtando de ipſis. At dicta adminiſtratio in vita non eſt ita libera, vt poſsit diſponere de bonis, intuitu Eccleſiæ acquiſitis, eadem libertate qua ſeculares; ſed tantùm ad ſumenda neceſſaria, & reliqua in pias largitiones diſtribuēda, vt dicit idem Coua. ſup. Ergo idē facere tenetur tempore mortis, cùm teſtatur de ipſis, prout notat gloſ. memorabilis, quę non eſt alibi in dicta Extrauagan. Suſcepti, verb. Defuncto. Et ad hunc ſenſum eſt interpretanda dicta conſuetudo, & lex item Regia Caroli Imperatoris, quæ eſt. 1. tit 8. lib. 5. Recopil. dictam conſuetudinem approbantis, vt ſic ſint rationabiles, nec ſint contra Canones Apoſtolorum. Quos per dict. conſuetudinem nō eſſe abrogatos conſtat ex eodem Concilio. aliàs eos innouaret. Quin immò referendo ſe ſimpliciter ad ipſos, tamquam etiam nūc obligantes, & vimſuam retinētes (non obſtante d. conſuetudine in contrarium, quam Concilium non ignorauit) innuit diſpoſitum, ſeu contentū in ipſis, eſſe iuris naturalis, & Diuini. Aliàs ſi eſſet iuris humani ab Apoſtolis conditi: ſanè ſicut Papa poteſt diſpēſare in ipſis (ſolū enim in iis quæ ſunt fidei, vel iuris naturalis, & Diuini diſpenſare non poteſt, vt docet D. Tho. 1. 2. q. 103. art. 4. Soto lib. 5. de Iuſt. quæſt. 1. art. 4. Feli. cap. Ex parte. 1. n. 56. de Reſcri. Turrecrem. in c. Si quis carnē. 30. diſt. Couar. in Clem. Si furioſus. 2. par. §. 3. nu. 3. Bertachi. in tract. de Epiſcopo. 1. par. lib. 2. q. 25. Ioa. Monta. in tract. de Bigam. q. fin. Gomez in tract. de Breuibus. num. 20. Veracru. in Specu. coniug. 2. par. art. 27. pag. 473.) ita quoque cōſuetudo poſſet ipſis derogare; cùm multi Canones Apoſtolorū iuris humani in diſſuetudinē abierint, vt teſtatur gl. in cap. Placuit. 16. diſt. & hoc quantum ad peccatum.

Veniamus nunc quantum ad reſtitutionem. Certè ſi conſuetudine non potuit introduci vt Clericus de bonis, intuitu Eccleſiæ quæſitis, poſſet liberè ad vſus etiam vanos, & prophanos, vel in conſanguineos, aliàs non pauperes diſponere, eò quòd talia bona ſunt patrimonium Ieſu Chriſti, & ei oblata; ac deſtinata ad miniſtrorum eius ſuſtentationem, & opera Deo grata: non video quomodo poſsint ſe excuſare à reſtitutione talium bonorum, ſi aliter expendātur, cùm notiſsimum ſit bona aliena, inuito domino retenta, eſſe reſtituenda. Inquit enim Canon 37. aliàs 39. quem etiā refert D. Ant. Moli. in Inſtr. Sacer. tract. 2. c. 15. §. 3. Apoſtolorum, quē Cōcilium vbi ſup. citat, *Omnium rerum Eccleſiaſticarum curā Epiſcopus gerito, & eas diſpenſato, quaſi inſpectante Deo. Non licitum autē ei eſt, quippiā ex iis ſibi tanquam proprium aſſumere, aut cognatis ſuis elargiri, quę Deo dedicata ſunt. Quòd ſi pauperes illi ſint; vt pauperibus ſubminiſtrato. non tamen horū prætextu res Eccleſiæ venundato.* Et iterum Canon. 75. *Item nō oportet Epiſcopum fratri, aut filio, aut alteri cognato, humano gratificari affectu.* Quos Canones intelligit Concilium etiam in redditibus, ex bonis, & iuribus Eccleſiæ acquiſitis, vt patet in illis verbis, *Ne ex redditibus Eccleſiæ, &c.* vbi nota verba illa, *Quippiam ex iis ſibi tanquam propriū aſſumere.* Quæ verba nota contra eos qui putant hodie poſt diuiſionem factam fructuum poſſe Epiſcopos diſponere de iis quæ ſpectant ad ſuam quartā partem, ſicut de bonis patrimonialibus. Quippe vides hic ſe fundare Cōciliū in hoc Canone Apoſtolorum, innuens ex hoc, per d. diuiſionem non fuiſſe mutatā naturam redditeū Beneficiorū, nec habere hodie Epiſcopos plus iuris in ipſis, quàm ante diuiſionē; & denique nō poſſe quippiā ex illis ſibi tāquā propriū aſſumere. Si ergo in ipſis nō poſsūt acquirere dominiū: quomodo poterūt in aliū illud transferre? & quomodo poterunt à reſtitutione excuſari? Certè non video. quidquid alii dicant, magis ſe fundantes in turba Doctorū, & praxi cōtraria, (quaſi non ſoleant vmquam errare; nec Eccleſia vmquā ſoleat aliqua peccata diſsimulare) quàm in ſolido aliquo fundamento.

Et obſerua præfatā diuiſionem non fuiſſe factam à Summis Pontificibus Simplicio, &

tio, & Gelaſio, nec confirmatam à Gregorio magno, nimirū in fauorē Epiſcoporū & Cleri, & ad eos faciendos dominos redituū Eccleſiaſticorū, ac diuites, & opulentos; nec ad priuandum Eccleſiā, & Chriſtū Redemptorē noſtrum eius ſpōſum dominio eorumdem; vt benè annotauit Salon d. cap. 13. pag. 319. cùm nec poteſtas Papę ad hoc ſe extēdere potuerit; ſed tātùm ad tollendas querimonias, quæ erant contra Epiſcopos malè adminiſtrātes dicta bona, ſeu redditus Eccleſiaſticos, concedentes eiſdē eorū partes pro ipſorū neceſſaria, ac decēti ſuſtētatione: quo tempore redditus Eccleſiaſtici erant tenues, vix ſufficientes ad honeſtā ſuſtentationē eorumdem. Hodie autem cùm valde creuerint; dēpta decēti eorum ſuſtentatione, reliqua debent conuerti in eos vſus in quos conuertenda erant ante diuiſionē; cùm nō mutauerint ſuam naturā; & ſic diſtribui debent in fabricā, & pauperes Chriſti, tāquā in filios Chriſti, cuius ſunt illa bona; vel in alia opera pia Deo grata.

Nec dicas, Si pauperes facti fuerunt tunc domini ſuæ partis, & nūc fiūt eleemoſynarum quæ illis dātur à Prælatis, & Fidelibus: quare non etiā fuerunt facti domini ſuarum partiū Epiſcopi, & eorum Clerici? Ad hoc reſpondeo, nēpe quod datur, & diſtribuitur ſingulis pauperibus, eſſe quid tenue, & neceſſariū ad eorū ſuſtentationē: quod autem percipiunt Epiſcopi, & Beneficiati eſſe pingue, excedēs neceſſaria ad eorū ſuſtentationem. Nā de his diuitibus loquimur habētibus ſuperflua vltra decentē, & honeſtā eorum ſuſtēationem. Si enim nō habeant niſi tantū ea quę ipſis ſunt neceſſaria ad ſuum ſtatū conſeruandum, ceſſat obligatio. Quin immò ſi de ipſis neceſſariis aliqua ſibi ſubtraxerint; poterunt de illis liberè teſtari, quemadmodū, & pauperes. Non itaq; fuerunt facti pauperes melioris conditionis, quàm Epiſcopi, & Beneficiati tempore diuiſionis, ſed ęquales.

Pręterea percontor, Quis Epiſcopus auderet redditus fabricę Eccleſiarum quę hodie retinēt ſuas partes, ipſum tēpore diuiſionis contingentes, impendere in res profanas, vel donare alicui diuiti? Certè ſi id faceret, dubio procul teneretur ad eorū reſtitutionē. Et nulla alia ratione, niſi quia illa bona ſunt Eccleſiaſtica, ac deputata ornamentis, & aliis neceſſariis Eccleſiis, quę dùm vrgent, oportet in ea impendi. Si tamen ſint ſuperflua, oportebit eadem in alios pios vſus inſumi. Eodem modo dicendum arbitror circa partes Epiſcopos, & Clerum cōtingētes. Sūt enim dictę partes deſtinatę ad eorum honeſtam ſuſtentationem extra quam nullū habent dominiū in bonis illis: quia ſunt bona Eccleſiaſtica. aliàs deputata ad neceſſaria tā Eccleſiis, quam miniſtris, ac pauperibus; vt dicit expreſsè Gratian. in cap. penul. 12. q. 1. & Abb. in c. Accedentes. n. 5. de Preſcriptio. & Feli. in c. Poſtulaſti. n. 6. ad fin. de Reſcript. Sed debēt impēdi in alia opera pia, ſiue Eccleſiarum, & fabricę, ſiue pauperum, & ſimilium.

Confirmantur prædicta, quia nullus Epiſcopus poteſt teſtari de acquiſitis intuitu Eccleſiæ, & cum quidam Epiſcopus ea reliquiſſet cuidam affini, fuerūt ab eo ablata. vt conſtat ex c. 1 de Teſta. Quin immò nec ipſe Papa poteſt teſtari de redditibus Eccleſiæ, niſi in opera pia. aliàs nō valet teſtamētum; vt ſeruat ſtylus antiquiſsimus Romanę Curiæ; teſte Salon dict. c. 13. pag. 325.

Vltimò obſerua, idem dicendū eſſe de habentibus ſuperflua ex pēſionibus, quod diximus, & reſoluimus de habentibus ſuperflua ex fructibus Beneficiorum, vt in terminis docet Paulus Comitolus lib. 1. Reſpon. moral. quæſt. 86. per totam. poſt Nauar. in Apolo. de Redditib. quæſt. 1. monito 80. Et ratio eſt, quia res trāſeunt cum oneribus ſuis. l. Si debitor. C. de Diſtract. pignō. l. 2. & 3. C. Quib. mod. pign. taci. contrah. c. Ex literis. de Pigno. At bona Eccleſiaſtica hoc onus habent annexùm, vt ſi ſuperſint habenti, cum pauperibus communicentur; vt conſtat ex ſuprà dictis.

SVMMARIVM.

1 *Pater in Regno Valētiæ poteſt in Foro exteriore ad libitum de bonis ſuis diſponere, & teſtari, relictis filiis quinque tantùm ſolidis. Secùs in interiori.*

 2 *Decla-*

2 *Declaratur præfatum ſtatutum qualiter intelligatur.* 3 *In Regnis Caſtellæ,& Portugaliæ duæ partes bonorum ſunt legitima filiorum.*

DIFFERENTIA DVODECIMA

1 IN Regno Valentię eſt quidam Forus, ſeu ſtatutum,concedens patri liberam teſtandi facultatem; ita vt nõ teneatur relinquere filiis loco legitimę, niſi quinq; ſolidos monetę illius Regni;qui valent duo Regalia cum dimidio. Et hoc fuit diſpoſitum;vt ſic parentes haberent filios magis ſibi ſubiectos,& obedientes. Confidit enim lex à patre non exhæredandũ fore filium, niſi ex magna cauſa. Vnde conſtat prædictum ius municipale locum tantũ habere in Foro exteriori. Nã fundatur in pręſumptione, & confidentia quam habet de patre. Et ſic virtute illius non poſſunt Parentes in Foro conſcientiæ ad libitum priuare filios paterna hęreditate;per not.verb. Lex.Diff.12.niſi ex cauſis notatis in Auth. Non licet.C.de Liber. preter. vel aliis grauioribus.vel æquipollentib. vt eſt communis opinio ſecundùm Iaſ.in dict.Auth.

2 Collige obiter ex d.ſtatuto verã eſſe illorum ſententiã qui aſſerũt lege municipali, aut cõſuetudine, legitimã in bonis Parentũ filiis iure debitã,tolli poſſe.De qua per Couar.in 4. 2.p. c.8.§.6.n.4. vbi eam intelligit verã, dummodò legitima nõ ſit ad alimẽta neceſſaria;vt pote, quia filius habet aliunde bona,vel artẽ aliquam decentẽ ſecundùm ſuum ſtatũ, vnde poſsit optimè ſeipſum alere.Aliàs nequaquã eã tollere poteſt.Itaq; pater vigore dicti ſtatuti, licet poſsit filios paterna hæreditate priuare, & eorũ legitimam,iure aliàs debitã, in totũ etiã tollere, ſi aliunde alimenta ſufficientia habeant, vel commode habere poſsint: non tamen poterit eos alimentis neceſſariis priuare; quia hæc iure naturali debentur, ex Bal. in l.1.§. Ius naturale.col.fin.ff.de Iuſti.& iure.& Couar.poſt alios vbi ſup. & hoc etiam quoàd Forum exterius.

3 In Regnis verò Caſtellæ,& Luſitaniæ ceſſat huiuſmodi ordinatio; cũ in illis Parẽtes ſolutas non habeant manus quoàd diſpoſitionẽ ſuorum bonorum. In Regno quippe Caſtellæ ſolùm in quinta parte bonorũ habent liberã teſtãdi poteſtatẽ; & in tertia; eã relinquẽdo vni ex filiis. Et in Luſitano per tit.82.lib.4 habent Parentes ſolùm tertiam partẽ liberã. Reliquæ duæ ſunt legitima filiorum;ſiue ſit vnus tantùm,ſiue plures.

SVMMARIVM.

1 HAERETICVS *ſi fiat hærès,an in vtroq; Foro teneatur reſtituere hæreditatem hæredibus ab inteſtato venientibus.*

DIFFERENTIA DECIMATERTIA.

1 HAERETICVS ſi inſtituatur heres ab aliquo,in Foro iudiciali cõpelletur reſtituere hęreditatẽ venientibus ab inteſtato. Ratio eſt, quia hæreticus non poteſt fieri hæres, nec ei aliquid relinqui, l.Manicheos.& l. fin. C. de Hæreti.

In Foro verò conſcientiæ poteſt retinere dicta bona ante ſententiam, vel antequam Catholici hæredes legitimi ſeſe opponant. Probabilẽ dicit Leonar.Leſs.de Iuſti. & iur. lib.2.c.19.dubit.5.nu.52.addens, contrariũ non eſſe vſu receptum.

Sed certè fallitur. Nã nec de iure, nec de conſuetudine præfatus hæreticus poteſt in conſcientia bona hæreditaria retinere. Nã primò de iure id cõſtat per d.l.Manicheos. idq; fatetur idẽ Leſsi.ſup. Secundò nec de præfato vſu contrario conſtat; cùm nullum Doctorẽ,vel Summiſtam ad id alleget; nec poteſt ipſe teſtificari de iis, quæ apud Confeſſarios,& pœnitẽtes in ſigillo illo omniũ ſecretiſsimo aguntur.

Et cõtra ipſum eſt doctrina illa trita,& veriſsima,quam tradidimus verb. Hæreditas. Differen.11.nu 5.& 6.& locis ibi,videlicet leges pœnales prohibitorias, & impedientes acquiſitionem bonorum, & efficientes aliquos indignos ſucceſsionis bonorum, obligare in cõſcientia ante ſententiã, & conſe-

& conſequenter teneri dictos incapaces, & indignos reſtituere in conſcientia bona ante vllã ſententiã. At tales ſunt prædicti hæretici, vt cõſtat ex d.l. Manicheos. ibi, *Ipſos quoq; volumus amoueri ab omni liberalitate, & ſucceſſione quolibet titulo veniente.*

TESTIS.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS non poteſt ſe offerre ad teſtificandum.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 TESTIS in Foro contentioſo nõ tenetur ſe offerre ad teſtificandũ. Quinimmò ſi ſe offerat, eſt ſuſpectus, & repelli debet. Bar. in l. Poſt legatum. §. Is verò. ff. De his quib. vt indig. & in l. Vxori. in 1. ff. de Falſ. Fel. latè in c. In nomine Domini. n. 23. de Teſtib. & probatur in l. Per omnia. ff. de Procurator. Quia ſe offerendo videtur nimium affectus ad id ſuper quo deponere debet. Hinc praxi receptũ eſt, vt omnes teſtes citentur per Nũciũ, ſeu Curſorem publicum. aliàs non probát.
In Foro verò cõſcientię tenetur etiam nõ requiſitus ferre teſtimoniũ, & ſe offerre ex lege charitatis ad liberãdum proximum ab iniquo damno, per text. in c. Nolite timere. 11. q. 3. quẽ ad hoc dicit ſingularẽ Couar. in regul. Peccatũ. 2. p. §. 3. nu. 2. Tenetur etiã ſe offerre ſi agatur de peccato euitando, ſecundùm Imol. per text. ibi, in cap. Iurauit. de Probation. & Fel. ſuprà, in fine.

SVMMARIVM.

1 *MVLTI in Foro iudiciali à teſtimonio repelluntur. Secùs in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 MVLTI in Foro cõtentioſo, & iudiciali à teſtimonio repelluntur; vt excommunicatus, & mater in cauſa filię, infames, & ceteri; de quib. latiſsimè 2. q. 7. & 4. q. 2. & 3. per totas.
At in Foro conſcientiæ teſtis aliàs de iure non legitimus eſt habilis, & admittẽdus. Ita pulchrè tenet Barth. Medin. in tertiã partẽ D. Tho. q. 45. art. 5. Quod eſt valde notandũ pro teſtamentis in quibus mandantur ſolui debita quæ probabũtur deberi, Foro animæ benignè obſeruato. Propter quæ verba poterit fieri probatio per teſtes, aliàs iure reprobatos, extra iudicium.

SVMMARIVM.

1 *TEſtis cauſam Dicti non reddens, quia non interogatus; an teneatur ad damna Parti ex hoc ſubſecuta.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 TESTIS qui cauſam ſui Dicti, etiam citra malitiam, non reddidit; quia ſcilicet non fuit de ea interrogatus: propter quod producens eum ſuccubuit; tenetur in conſcientia ad reſarciendum Parti omne damnum, ſeu intereſſe. Ita ſing. Ant. in c. Cauſam. in 1. de Teſtib. Bal. in l. Presbyteri. in 1. in fin. C. de Epiſop. & Cle.

& Cler.Fel. in cap.Tua nos.num.1. de Homicid. Quia, Qui cauſam dãni dat, damnum dediſſe videtur, cap. vlt. de Iniur. cum aliis citatis per gloſſam in cap.De cetero.de Homicid. vnde meritò tenetur illud reficere.

At in Foro exteriori teſtis non tenetur reddere cauſam ſui dicti; niſi per Iudicem interrogetur de ea, ſecundùm gloſſam in l. Solam.C.de Teſtib.& in cap.Cùm cauſam. eodem tit. vbi latiſsimè Fel. à num.2. Non mirum ergo ſi ad nihil in eo Foro teneatur.

SVMMARIVM.

1 *TESTIBVS venientibus de propè ad teſtificandum, non ſoluitur aliquid, etiam pro labore, & operis deperditis. Et hoc, in Foro iudiciali.*

2 *Secùs in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 TESTES non venientes de longè ad teſtificandum; vt pote quia tantùm diſtãt à loco depoſitionis tribus, aut quatuor leucis; in Regno Portugaliæ nõ poſſunt in Foro iudiciali petere à producẽte illos, vt eis reficiat aliquid pro expenſis factis illa die in ſuum victum; nec pro mercede operarũ quas fortè amittunt; niſi quando ſecunda vice accerſuntur. Ita practicatur in dicto Regno, & habetur cõſtitutio lib.3.Ordin.tit.55.§.6. Nec ſimiliter poſſunt gratis oblatũ accipere, vt diximus verb. Reſtitutio. Dif.14. & docet poſt Couar.in c.Quamuis pactum.fol.55. col.3. Iul.Clar.§ Falſum.num.14.

2 In Foro verò cõſcientiæ poſſunt, in cõpenſationem operarum, quas amittunt, aliquid recipere. Immò ad id tenẽtur in conſcientia producentes illos. Quamuis enim teſtis nõ poſsit aliquid accipere pro verũ teſtando.c. Non ſanè.14.q.5. Pro ſtipẽdio tamen diurno quod amittit, maximè ſi ſit pauper, poteſt mercedem accipree; vt docet Feli.in c.1.n.2.de Teſti.Ioan.à Turrecrem.in c.Placuit.4 q.3.Sil.verb.Teſtis.n 8.verſ.Quintũ. Couar.in reg.Peccatum.2.p.§.3.n.2 vbi dicit pro labore, & expenſis factis, poſſe à teſte exigi, & recipi mercedẽ. Idẽ docet Rebel.de Oblig.iuſt.2.p.lib.18.q.20.n.5.ad fi. & probat tex. in c.Statutum.§.Proferendo. de Reſcri.lib.6. Naua c.25.n.45.Leli.Zech. de Caſib.Epiſcop.reſer.caſu 8.verſ.Poteſt. Et ego memini per quemdã teſtem dictã mercedem petitam fuiſſe à Iudice; & prouidiſſe vt ei ſolueretur. & quibuſdam teſtibus pauperibus à me in quadã cauſa productis, ſolui id quod ipſi potuiſſent illa die lucrari. Vnde dicta conſtitutio ſolùm intelligenda eſt de teſtibus qui aliàs non ſolent viuere de labore manuum ſuarũ. Et licẽt erga pauperes de ſtylo, & communi practica etiam ſeruetur: id tamen intellige quoàd Forum exterius. In conſcientia tamen tenetur producens reficere illis mercedem operarum quas amittunt, vt iam prædictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *DICTO vnius grauis Doctoris creditur in Foro pœnitentiali. ſecùs in Foro iudiciali, niſi in caſibus hic notatis.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 VNIVS viri grauis aſſertio ſufficit in Foro interiori. Hinc eſt authoritate alicuius viri docti excuſari quem à peccato. gl. & Panor. in c.Capellanus.per text.ibi.de Feriis.communiter recepta ſecundùm Naua.conſi.75. de Simon.num.3. & tradidimus verb. Opinio.Diff.1.nu.3. Faciunt notata verbo Pœnitentia.Diff.5.

At in Foro exteriori non ſufficit. In eo enim

Digitized by Google

nim regulariter dictum vnius, eſt dictum nullius. cap. Veniens. 1. de Teſti. gl. in l. Theopompus.ff. de Libera. lega. & in reg. Pluralis locutio. in 6. & gl. Magiſtra. in §. fin.Inſt. de Teſta.de quo vide latiſsime per Ioan. Mariam Monticelli in Reperto. de Teſti.pag.191.cũ ſeq.& in 2.par. Cõmun. opin.tit.de Teſti.concluſione 1.per totam. pag. 32. vbi ponuntur quinque ampliationes, & 26.limitationes. Quod adeò verum eſt,vt nec Papa de poteſtate ordinaria poſſit facere vt credatur vni ſoli in præiudiciũ alterius; vt dicit Felin. in cap. Sicut. 39. de Simon. vbi ſing.ampliat dictam reg. etiam ſi ſit Cardinalis: niſi in duobus caſibus; de quibus ibi per eum.

Hinc praxi receptum eſt, vt cum alicui committitur ſeu delegatur aliqua cauſa à Sede Apoſtolica, Iudex ille delegatus in citatorio inſeri faciat reſcripti, ſeu cõmiſſionis tenorem; alias ei non credetur; per text.omnium optimum in Extrauag. 1. de Elect. inter communes, cuius verba ſunt, *Aſſerenti namque cum mandatis Principis ſe veniſſe credendum non eſt,niſi hoc ſcriptis probauerit. Nec ſimiliter creditur ſe aſſerenti Legatum. Numquam enim Apoſtolicæ ſedis moris fuit abſque ſignatis apicibus vndecumque legationem ſuſcipere. Sed nec dicenti ſe delegatum Sedis eiuſdem creditur, vel intenditur, niſi de mandato Apoſtolico fide doceat oculata.* Quem tex. valde commendat Nicol.Boëri.de Poteſt.lega. Præludio 5. & eum explicat Caſſado. deciſ. 8. de Reſtit. ſpol.& ita tradũt Inno. & Hoſti. in cap.2.de Dilatio.Guido Pap.quæſt.286. in fin.& quæſt. 445.num.2.& quæſt.450. num. 2. Feli.in cap.Cùm in iure. numer. 4. de Reſcript. Anton. Graua. in Annota.ad Pract.Octau.Veſtri.lib.7.cap.vlt. num. 39. & Gambar.de Poteſt.lega. par.9.à num.1. & vide ad idem tex. ſingul. in l. vnica. C.de Manda.Princi.vbi idem dicitur; pro vt in dict. Extrauag.

Limita tamen præfatum tex. non habere locum in Legatis Cardinalibus per tex. in cap. Nobiliſsimus. 97. diſt. per quem ita tenuit gl.in Extrauag.Execrabilis.verb.Sublimitatem. de Præb.Ioan. 22.& gl. in cap. Ad Apoſtolicæ. verb. Proponi. de Re iudi. lib.6.ſequitur Selua de Benefi.2.par.quæſt. 3. num. 46. verſ.Octauum priuilegium.vide optime per Bartho.Soci.in l. Ex quacũque. numer. 4. ff. Si quis in ius voca.& per Feli. in cap. Ad eminentiam.de Sent.excõ. vbi dat tres limitationes. Et idẽ crederem de aliis perſonis eminẽtibus, vt tenet Specula. 1.par. fol. 10. col. 2. in fin. verſ. Item excipitur.

Adde aliam limitationem ſing. ad ſupra memoratum text. vt ſcilicet non procedat in præceptis Superiorum, maximè Religioſorum, vt habui in facto. Scripſit quippe quidam Prior cuidam Religioſo eiuſdẽ Ordinis,ſed non ipſi ſubdito,ſe habere poteſtatem vocandi aliquos ad domum ſuam nouam; vel ſi mauis, ponamus iniunxiſſe aliquid aliud, dicens ſe habere ad id poteſtatem à Reuerendiſsimo Generali, & ita ei præcipit vt veniat, vel faciat quid ſimile. Certè non poteſt Religioſus etiam illi non ſubditus petere ab eo vt oſtendat ſuam poteſtatẽ. Ridicula quippe, & iocularis eſſet talis obedientia quæ exigeret à Superiori rationem,& iuſtitiam præcepti eius. Debet namque præſumere iuſſus habere illum ad id poteſtatem quod imperat. Sicut dicitur de ſubdito qui nõ debet exigere rationem à Superiore, nec quærere ſcire iuſtitiã præcepti ſibi facti,cùm ad Superiorem ſpectet videre prius an ſit iuſtum quod mandat; & an poſsit id præcipere,nec ne.Ad ſubditum autem attinet captiuare intellectum, & libenter obedire.Vnde quod in d. Extrauag. dicitur, procedit in rebus Forum cõtentioſum concernentibus; vt in delegationibus cauſarum, in viſitationibus, & ſimilibus, in quibus Superior aſſumit partes Iudicis. Secùs in aliis præceptis Superiorum.

Vide vnam fallentiam ad reg. ſupra in prin. traditam, per Couar.in 4.2.par.cap.6. §.10. num. 21. vbi dicit ab vno teſte integro,& fidedigno probari matrimonii impedimentum. Quod puto verum, quãdo agitur de matrimonio impediendo. Secùs ſi agatur de diſſoluendo. c. 1. de Conſangui. & affi. Docet Nauar.cap.22.num.83.

Vide aliam in Doctore,& Magiſtro, cuius ſolius teſtimonio creditur ſuper peritia diſcipuli.l.Nemini.C.de Aduo.diuerſ.Iud. & etiam ſuper vita,& moribus eiuſdem. cap. 1. 12. quæſt. 1. & docet vtrumque Cardin. in Clem.

in Clem. 2. numer. 16. de Magiſt. Felin. in cap. Nemo. 14. de Simo.

Item fallit in Nuntio, & Curſore, cui ſoli creditur circa citationes, & eius officium; gl. in cap. Cùm parati. de Appella. & in cap. Quoniā contra. verb. Vt per hoc appareat. de Proba. Bart. in tract. de Ritu iudiciorum. §. Citationem. vbi in fine dicit hoc procedere de iure ciuili. Nam de iure Canonico non eſſet ei ſolùm credendum. Puto tamen in hoc nullam eſſe faciendam differentiam inter Ius Canonicum, & ciuile. Attamen exiſtimo hoc ſublimitandum, vt non procedat quando perſona quæ negat ſe citatā, eſſet adeò honeſta, & timens Deum, vt veriſimiliter non diceret falſum pro vlla re. Et ratio præfatæ fallentiæ eſt, quia publicum officium præſumptionem bonæ fidei inducit l. Cùm precibus. C. de Proba. l. 2. ibi, *Non arbitramur*. C. de Iuriſdict. omniū iud. Guido Pap. quæſt. 129. num. 2.

Vide aliam Fallent. per Rebuf. in Concorda. in tract. Nominat. quæſt. 14. nu. 32. vbi dicit Clericatum poſſe probari per vnū teſtem; limitans hoc verum quando nemini præiudicaretur, & eſſemus extra Iudiciū. Secùs in Iudicio, quando litigaretur ſuper aliquo Beneficio.

Fallit etiam quoàd præbendam iuſtā credulitatem quam præbet Dictum vnius viri notabilis. gl. in l. Titio fundus. ff. de Condit. & demonſt.

Fallit in Papa. gl. verb. Statuit. in cap. 1. de Renunciat. lib. 6. Felin. in cap. Sicut. 39. de Sent. excom. Roma. ſing. 128. Addit. Abb. in cap. fin. de Sent. excom. vide. l. 32. tit. 16. Par. 3. Idem dic de Regibus.

Fallit etiam in probatione promotionis. Quia ad eam probandam ſufficit vnus teſtis. Bal. in l. Licèt. de Teſti. Abb. & Felin. in dict. cap. Nemo. Mohedan. deciſ. 125. aliàs 127. incip. Per obitum. ad fin. Et hoc per dict. l. Nemini. C. de Aduoca. diuerſ. Iud.

Fallit 7. in Iudice ſuper his quæ acta ſunt coram eo, vt probant plura iura citata à gl. verb. Cognitor. in cap. Statutum. 2. quæſt. 6. Abb. in cap. Olim. num. 7. de Reſcript. Feli. dict. cap. Sicut. Sed aduerte ſi quæratur de aliquo actu ſubſtantiali coram Iudice ad quem, non facile crederetur ipſi Iudici à quo. Tùm propter dict. cap. Quoniam contra. Tùm quia eo in caſu tractatur de negligentia, vel imperitia Iudicis, & ſic eſſet teſtis ad commodum ſuum, ſeu in cauſa propria.

Octauo fallit in Interprete. Quia Dicto vnius Interpretis ſtatur. l. 1. §. fin. in fin. ff. de Verbo. obliga.

Nono fallit in cauſa correctionis. Nam ſufficit vnus teſtis quoàd ſententiam medicinalem animæ. cap. Peruenit. de Teſtib. vbi hoc in integra, relata ab Anton. Aug. benè probatur, & tenet gl. verb. Seculari. in cap. Multi. 2. quæſt. 1. vide Abb. in cap. At ſi Clerici. num. 13. de Iudi. vbi contrarium tenet; requiri ſcilicet duos teſtes ad pœnitentiam iniungendam. Allegat cap. Nouit. eod. tit.

Decimo fallit quoàd probandum ſe pœnituiſſe, ſeu pœnitentiam egiſſe. Nam tunc ſolo Dicto Sacerdotis credendum eſt, qui de licentia pœnitentis id dicere, & reuelare poterit. gl. 2. in cap. Sicut Apoſtoli. 2. q. 7. & in cap. 1. verb. Innocentes. in fin. de Exceptio. Quas gl. & alias ſimiles allegat Feli. (dicens hoc teneri communiter) in cap. Matthæus. & in cap. Nemo. de Simon. Nauar. in cap. Sacerdos. num. 126. & nu. 151. de Pœnit. diſt. 6. Cùm enim ſigillum Confeſsionis ſit introductum potiſsimum in fauorem pœnitentis: eidem renunciare poteſt, vt latè probat Nauar. ſup. contra Duran. & Scotum. Et non eſt opus vt pœnitens extra Confeſsionem dicat Sacerdoti peccatum, vt poſsit illud reuelare; vt benè notauit Feli. dict. cap. Matthæus. in prin. & Vera Magiſter meus in Lect. dict. cap. Sacerdos. Similiter ad probandum quem pœnituiſſe, & Confeſſum fuiſſe ſua peccata, qui mortem volebat ſibi inferre, & ob id ſepultura ei denegabatur: ſufficit vnus teſtis, vt habetur lib. 1. Inſt. Fororum Valentiæ. tit. 1. § Los coſſos.

Fallit etiam in caſib. cap. Prætereà. 2. de Sponſa. & dict. l. Theopompus. & cap. Paſtoralis. de Exceptio. & cap. Vt circa. & ibi gl. verb. Aut perſona. de Elect. lib. 6. & in caſu de quo per Abb. in cap. Prætereà. in fi. de Teſti. & in caſu de quo per Bart. per tex. ibi. in l. 1. §. fin. ff. de Verbo. obliga. Et in caſu de quo per Addition. ab Abb. in cap.

final.

Digitized by Google

ſina.de Iureiu.in Additione, An vnus teſtis. Et in alio de quo per Hippo. ſing. 112. incip. In ore duorum. & in aliis duobus de quibus per Caſtillo in l. 66. Tauri. in fin. & in alio de quo per gl. in l. 1. ff. Qui. & aduerſus quos. & in alio de quo per gl. 1. in l. 2. tit. Si dubitet. ff. Quemadmo. teſtam. aperiantur; vide etiam alios per gl. in Summa 2. quæſt. 4 & per Pala. Ruui. in l. 32. Tauri. num. 32. cum ſeq. & per Iaſ. in 2. rep. l. Admonendi. num. 187. cum pluribus ſeq. & per gl. fin. in cap. Ad audientiam. 2. de Reſcript.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS falſum dicens ad quid teneatur in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 TESTIS falſum teſtificans, tenetur in Foro iudiciario parti læſæ de omni damno illi, propter illud falſum teſtimonium, contingente; per regul. gl. fin. per tex. ibi, in cap. Præsbyterum. de Homi. dicentis, ita puniri qui cauſam cauſæ præſtat; ſicut qui proximam cauſam præſtat. Ob quam rationem tenet Nauar. cap. 27. num. 223. eſſe irregularem percutiẽtem iniuſte aliquem etiam leuiter, ſi poſteà moriatur percuſſus, etiam ex ſuo malo regimine. Et diximus, verb. Irregularitas. Differentia 9.

In Foro verò conſcientiæ præfatus teſtis falſus ſolùm tenetur confiteri, & pęnitere de falſo teſtimonio; non tamen tenetur de damno ex illo ſubſequuto. Ita tenet Vincent. in cap. 1. de Cuſto. Euchariſt. quem ſecũtur cõmuniter DD. teſte Corſeto in ſuis ſing. verb. Teſtis. & Iul. Clar. §. Falſum. num. 15. Quod dicit ſing. & notandum, quia de facili quis reſponderet contrariũ. Ego verò non ſolum reputo hoc Dictum notabile, ſed mirabile; gauderem, optaremque, vt ipſum probarent. Nam non video vllam cauſam diuerſitatis; ſed potius exiſtimo verius eſſe contrarium; per dict. regulam gl. ſupra citatæ. Et confirmatur per not. per Azor 1. par. Inſti. moral. lib. 5. cap. 8. quæſt. 5. verſ. Ad Soti verò. vbi dicit teſtem qui nocentis crimen occultat, teneri in Foro conſcientię refundere in integrum, ſi alteram partem damno affecerit. Idem dicit de reo ſe peccaſe negante, cum alias legitimè à Iudice interrogaretur; teneri ſcilicet damna reficere, ſi quempiam læſerit.

TRANSACTIO.

SVMMARIVM.

1 *PACEM an debeamus habere etiam cum frangentibus fidem.*

2 *Frangenti pactas inducias, an liceat frangere.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 PACEM cum omnibus hominibus, etiam inimicis, quantùm in nobis eſt in Foro interiori tenere debemus; ſecundùm Apoſtol. ad Rom. 12. & habetur in cap. Inter verba. 11. quęſt. 3. quem tex. loqui quoad hoc in Foro tantùm conſcientię docet expreſsè Fel. in cap. 1. de Tregua, & pace, poſt Imol. in l. Qui ſeruum. §. Sequitur. numer. 2. ff. de verb. Obligat.

At in Foro exteriori cum eo qui nobis violat eam, pacem habere non tenemur; quia

Digitized by Google

quia frangenti fidem fides eſt frangenda, cap. Eſto ſubiectus. 95. diſt. cap. Peruenit. in 3. de Iureiur. l. Cùm proponas. in fin. C. de Tranſaction. gloſſa in cap. Noli. 23. q. 1. latè Fel. ſuprà. Hippolyt. conſil. 106. incipit, Ex tenore Inquiſitionis. numer. 20. vol. 2. vbi per tres columnas agit de fide, & pace ſeruanda. Adde Prob. ad Monach. in cap. 2. num. 82. de Conſtit. lib. 6.

Hinc dicit Abb. poſt Bart. in dicto cap. 1. de Treuga. & pace, primò inſultantem teneri de pace fracta, & ſic licèt alius poſteà eum offendat, non teneri.

2 Ad idem facit quod docet idem Abbas ibidem, per dictum cap. Peruenit. nimirum ſi vnus frangit treugam, poſſe ab alio eamdem impune frangi. Quod eſſe de iure verius, & vbique (preterquam in Hiſpania) ſeruari, reſoluit Iul. Clar. quæſt. 47. num. 8. contra plures contrarium tenentes, quos ibi refert, & ante eum Felin. loco ſuprà citato.

SVMMARIVM.

1 M*ARITVS an poſſit paciſci, aliquo accepto, cum adultero.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 MARITVS non poteſt in Foro Fori paciſci cum adultero, accipiendo ab eo pecuniam, ne eum interficiat, vel accuſet. l. Tranſigere. C. de Tranſaction. gloſſa 1. in cap. Si quem. §. In omnibus. 2. quæſt. 3. gloſſa 2. in cap. Si illic. 23. quæſt. 4. l. Furti. §. Pactus. ff. de His qui not. infam. gloſſa. verb. Crimine. in cap. Quemadmodum. §. Illud de Iureiur. l. 54. tit. 14. Partit. 5. Hippolyt. in Practica §. Diligenter. num. 179. & hoc propter damnum, vel ſcandalum publicũ quod inde naſcitur, ſecundùm Nauar. cap. 25. num. 32. verſ. Quartò.

Sed hodie de communi vſu, & practica ſeruatur contrarium. Nam mariti ſolent accuſationes ſuper adulteriis interpoſitas remittere. Et nedùm poſt ſententiam, ſed etiam ante ſententiam ſolent prædictæ remiſsiones per Iudices admitti; vt teſtatur Iul. Clar. quæſt. 58. num. 11. in fin.

In Foro verò interiori, & cõſcientię prędicta pacta, & tranſactiones, ac remiſsiones, ſi fiant ex charitate, & propter Deum, nullo præmio interueniente, nec ex ipſis damnum aliquod Reip. vel proximo ſubſequatur, licitę ſunt, ex Silu. verb. Accuſatio. quæſt. 7. Nauar. ſupra. argum. dicti cap. Quemadmodum. §. Illud. verſ. Sed nũquid. de Iureiur.

Quinimmò ſi fiant in ſecreto; putà ab adultero inuento in crimine flagranti, licitè fieri poſſunt, etiam pecunia mediante; vt ſic redimat vitam ſuam; per gloſſam ſingul. in cap. Inter cetera. in gloſſa fin. in fine. 22. quæſt. 3. quæ dicit licitum eſſe reo corrumpere aliquem pro vita conſeruãda. Sequitur Cordub. caſu 77.

Ex parte tamen mariti, numquam licet in Foro cõſcientiæ facere prædictas remiſſiones propter præmium, & pecuniam ſibi datam, ſeu promiſſam, ex gloſſa penult. in cap. 1. de Colluſion. detegen. & ex Silu. ſuprà. Quia ſaltem peccat venialiter, ob pecuniam turpiter acceptam; non tamen erit mortale; nec ad reſtitutionem acceptæ pecuniæ tenebitur, ſecundùm Cordub. ſuprà, & ſentit Silu. verb. Metus. quæſt. 6.

Caueat tamen maritus, ne ex eius facili remiſsione anſam adulter accipiat iterum adulterium committendi, confiſus, ac ſecurus quòd ſi iterum inueniatur ab eo; poterit ſimiliter ſe redimere. Cenſeo enim peccare mortaliter, ſi fuerit facilis in remittendo ob pecuniam, vel ſe vltro obtulerit remiſsioni, petendo ab adultero præmium. Quare metum ei ingerat ex corde, & in veritate; mineturque ſe abſque vlla remiſſione ſupplicium ab eo, ac vindictam, iuſtitia mediante, aſſumpturum fore, ſi iterum idem crimen vtcumque committere auſus fuerit.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *LITIGANS in varietate opinionum DD. non tenetur ſe componere cum collitigante in Foro exteriore. Secùs in interiore.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 LITIGANS ſuper aliqua re in qua ſunt variæ opiniones DD. circa eius iuſtitiam, cuinam litigantium debeatur: in Foro exteriori nō tenetur ſe componere cum aduerſario; ſed poteſt expectare ſententiam Iudicis, & fini litis præſtolari. Quia forſan Iudex amplectetur opinionem plus eidem litiganti fautricem; vt quotidie videmus practicari.

In Foro verò conſcientiæ debet, componendo, rem illam inter ſe, & collitigantem diuidere, ſi in id ipſum altera pars conſentiat. Ita tenet Cordub. (licet ſub dubio.) in lib. 2. Quæſt. Theolog. quæſt. 3. de Ignoran. pag. 14. poſt prin. Quam opinionem vt ęquam libenter amplector. Pro qua vidè Ceuallos lib. Commun. opin. contra commun.

VENDITIO.

SVMMARIVM.

1 *TANTVM valet res, quanti venire poteſt in Foro externo. Secùs in interno, ſi excedat verum valorem, ſeu iuſtū pretium.*

2 *Quod amplia tribus modis, vt hic videbis.*

3 *Idem dicendū eſt circa locationes, & conductiones, atque emphyteoſes conſtituendas.*

4 *Res quæ venit ſub haſta, vel in incantu, an poſſit emi quocumque pretio.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 TANTVM valet res in Foro exteriori, quanti venire poteſt, cùm pretium non eſt a Repub. præfixum. l. 1. §. Si hæres. ff. Ad Trebel. l. Quærebatur. ff. Ad l. Falcid. l. Si quis vxori. §. vlt. ff. de Furt. Rationem collige ex not. verb. Contractus. Differentia 1. in prin. Et hoc quomodo intelligatur, declarat Nauar. cap. 23. num. 8. Et vndecim declarationes ad dictum vulgatum tradit Viuius. decis. 70. num. 4. Vide aliquas per Pet. à Nauar. tom. 2. lib. 3. cap. 2. num. 10. 11. 12. & 17. & per Rebel. de Oblig. iuſt. 2. par. lib. 9. quæſt. 2. num. 10. & Leſsi. de Iuſt. lib. 2. cap. 14. num. 53.

In Foro tamen conſcientiæ, non poteſt res venire niſi ad iuſtum pretiū, iuxta gloſſam verb. Et plus. in cap. 2. 10. quæſt. 2. docet D. Anton. 2. par. tit. 1. capit. 16. §. 3. à medi. quæſt. 32. Nauar. dicto cap. 23. numer. 82. Couar. lib. 2. Reſol. cap. 4. num. 11. Tiraquel. de Iure mariti, in l. 9. num. 9. Sotò in 4. diſt. 15. quæſt. 2. art. 2. & alii plures relati à Pet. Nauar. ſuprà, num. 13. Mercad. tract. 2. cap. 10. Del comprar, y vender al contado. fol. 41. Leſsi. de Iuſti. lib. 2. cap. 21. num. 20. vbi dicit communem. Ratio eſt, quia cariùs vendere, vel viliùs emere rem quàm valeat, eſt ſecundùm ſe iniuſtum, & illicitum; vt probat D. Tho. 2. 2. quæſt. 77. art. 1. in corpore, & ad primum, & Cepola de Simula. cont. numer. 23. Ad idē cōſulendus eſt D. Aug. lib. 13. de Ciuit. Dei. cap. 3. vbi dicit, *Vitium eſt vili emere, & carè vendere.* Intellige vltra latitudinem iuſti pretii. Nam intra latitudinem licitum eſt, cùm pretia rerum nō ſint in indiuiſibili. Et hoc eſt quod voluit dicere D. Tho. dict. art. 1. ad 1. excuſans à peccato, & reſtitutione lædentem in modico, ſcilicet dummodò

Digitized by Google

modò nō excedat latitudinem iuſti pretii, ſed ſit intra. Et hanc dicit communem Pet. à Nauar. loco ſuperiùs citato.num.15.

2 Quod adeò verum eſt, videlicet non poſſe rem venire, niſi ad iuſtum pretium, vt etiam ſi res vendita, ſit prius a venditore empta maiori pretio iuſto, vt ſi v. g. modiū tritici valentem 14. Regalibus emerit 20. non ideò poterit, vt ſe ſeruet indemnem, vendere eumdem modium alteri eiſdem 20. vt docet idem Pet. à Nauar. dicto lib. 3.cap. 1.num.312.ad fin.In Regno tamen Luſitaniæ per Ordin. quæ habetur lib. 1. tit. Do regimiento.§. 26. licitum eſt vehētibus merces, vendere res vltra taxam, ob expenſas, & laborem poſitum in ipſis vehendis.

Amplia ſecundò, etiam ſi ſciens, & volens daret illud plus iuſto; ſed neceſsitate coactus, ſecundùm Soto ſup. & Leſsi.ſup. num.22.& Pet. à Nauar. dicto cap. 2. numer. 19.& latiùs a num. 42. Quod intellige de neceſsitate excludente voluntariū, aliàs ſecùs, ſecundùm Rip.l. Si vmquam. quæſt. 9. C. de Reuo. don. & Armil. verb. Emptio. num. 10. & ſentit D. Tho. dicto art. 1. in finalibus verbis corporis articuli, Et facit vt ſciens læſionem vltra dimidiū iuſti pretii, non habeat beneficium. l. 2. C. de Reſcin. vendi.quia tali caſu partim vendere, & partim donare cenſetur. l. Quæritur. §. Si venditor.ff.de Aedili. edict. Alex. conſ. 127. num. 1. vol. 2. Deci. conſ.583. num.1. And. Gaius in Pract. obſerua. lib.2. Obſeruatione. 29. numer. 11. Conferunt not. infr. Differ.7.

Hinc collige in quantum animæ diſcrimen ſint demerſi communiter omnes vendentes res, quarum pretium à Republica non taxatur. Nam ſolent petere vt plurimùm pretium adeò immoderatum,vt ſimplicem emptorem neſcientem verum rei pretium, facilè decipiant in duplo,ſeu geminato, & ampliùs. Nam petunt triplum, aut ad minus duplum pretiū. Quod eſt valde deplorandum. Hinc etiam obſerua illā voluntatem quam communiter habent homines emendi res vili pretio, & vendendi magno pretio, eſſe à nobis procul pellendam, & amputandam tamquàm multis vitiis, flagitiiſque coniunctam, & deprauatā.

Amplia tertiò,etiam ſi ſit modicus exceſſus. Nam quicumque exceſſus iuſti pretii ſciēter illatus, eſt illicitus,ſecūdùm Panor. cap.Quia plerique. nu. 34. de Immu. Eccl. Mercado ſup. & Pet. à Nauar. dict. cap. 2. num. 15.Quin immò etiam re ipſa illatus; vt diximus.verb.Contractus.Differentia 1. Et ſic in Foro cōſcientię, dato dicto exceſſu, debet contractus vel reſcindi, vel ad æqualitatem reduci. ex dict.cap. 2.& gl.ibi. 10. quæſt. 2. vt not. Pet. à Nauar.ſup. dict. num. 15.

Nec obſtat modicam læſionem quodammodo de iure gentium fuiſſe iam in cōtractibus donatam à Partibus,vt fiat commercium. Ergo exceſſus modicus non erit illicitus;cùm liceat emptori ſponte dare plus, quàm res valeat, teſte D.Tho.ſuprà.Et cōſequenter etiam licitè poterit venditor illud plus recipere, & ſic non tenebitur illud reſtituere, vt ſentit D. Tho. ſup. & reſoluit Couar. lib. 2. Variar.cap.3. num. 2. Molina in tract. de Commerciis.num.171.& 182. Pinel. l. 2. C.de Reſcin.vend. 1.par.fin.

Reſpondeo vix eſſe vllum qui ſponte velit dare plus iuſto pretio; ſed communiter id contingere; vel quia decipitur ignorans verum pretium; vel quia non poteſt aliter rem habere. Quis enim eſt qui ſi poſſet rē habere pro iuſto pretio. putà pro 20.nummis, det ſponte 25. aut 22? Certè nullus Quia nullus emptor confert ſe ad vendentem vt ei quicquam, etiam minimum, gratis donet;ſed ad emendam rem pro viliore pretio, aut ſaltem iuſto, ſi eſt timoratæ cōſcientiæ. Quare prædictam limitationem de modica læſione, quæ iam videtur donata,intelligo veram in Foro exteriori.In Foro autem interiori ſolùm procedere quando ſciens emptor verum pretium dat ſpōte aliquid plus iuſto pretio; quia aliter rem habere non poteſt. puta quia venditor ex aliqua iuſta cauſa ſe difficilem facit in venditione rei pro iuſto pretio. Nam ſi ex ſola cupiditate id faciat, licet eum excuſem à reſtitutione exceſſus, propter conſenſum, & tacitam, vel virtualem donationem emptoris, quamuis coactam aliquo modo. (Volūtas enim coacta voluntas eſt.)non tamen eum excuſabo à peccato auaritiæ, & cupiditatis vitioſæ, & iniquæ.

Quòd

Digitized by Google

Quòd ſi venditor ab emptore ignaro plus iuſto pretio extorqueat etiam modicum extra latitudinem iuſti pretii, tenetur id reſtituere in conſcientia; quocunque modo extorqueat. Niſi modicũ ſit ita paruum, vt emptor ſi ſciret, nihili faceret illud. ex Silu. verb. Emptio. quæſt. 8. ad fin. Idem dicendum eſt quoàd emptorem ementem rem minus iuſto pretio. Quia contrariorum eadem eſt diſciplina. Quod mente teneant, & digito alligent Confeſſarii. Quia crebrò, & paſsim, non fit de hoc ſcrupulus, in magnum animarum, tam pœnitentium, quàm Confeſſariorum detrimentum, & perniciem. Quicquid enim contra voluntatem meam, & ſępenumero per dolum, & fraudem, à me extorquetur; etiam ſi ſit per hunc contractum emptionis, & venditionis; non minùs eſt mihi reſtituendum: quàm ſi per vim, aut aliàs, à me raperetur. Quippe nihil intereſt quoàd Deum, ſi quis meum rapiat, vel à me auferat, hoc, aut illo modo.

3 Tandem omnia hactenus dicta extende ad locationes, & conductiones; necnon, & ad emphyteoſes conſtituendas, in quibus exceſſus vltra commune pretium, & ſictum, eſt corrigendus in Foro conſcientiæ; ſi quantitas ſit notabilis; vt copioſè docet Cepol. in tractat. de Simul. contra. numer. 32. Ad modicam verò quantitatem non tenetur, ſecundùm eumdem ibidem num. 19. ad fin. cum ſequent. niſi in tribus caſibus. Primo, quando dolo ſuo decepit locator conductorem; vel è contra. argu. l. Iulianus. §. Si venditor. & §. Per contrarium. ff. de Act. empt. Secundò, quando locatio eſſet lege, vel ſtatuto taxata. argum. eius quod docet in venditionibus Bal. in Auth. Ingreſsi. col. 9. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Anan. capit. 1. circa fin. de Teſtam. Floria. l. Ex parte hæres. §. Seruo liberta. ff. Fam. ercif. Tertiò, quando locator, vel conductor lęſus, eſſet minor, vel Eccleſia Quia tunc poteſt reſtitui, etiam pro leui damno, quamuis non pro modico, per l. Scio. ff. de In integr. reſtit. gl. verb. Licere. l. In cauſæ. §. pen. ff. de Mino. Qui caſus, & exceptiones ſunt pro Foro exteriori. Nam in interiori tene prout ſuprà reſoluimus.

4 Obſerua etiam res quę veneunt in ſubhaſtationibus publicis, non valere plus, quàm dant pro illis, vt dicit Fr. Rodriguez verbo Vendas. cap. 78. concl. 2. vbi in prima, poſt Mercado, Cordub. & Garciam, tradit prętium iuſtum dictarum rerũ in ſubhaſtationibus venditarum extendi vſq; ad medietatem veri valoris earumdem: vt ſi valet iocale centũ ſcutis; iuſtè emitur, vel venit 50. ſcutis; vel 150. Quod eſt ſummè notãdum. Idem tenet Bal. l. 1. poſt prin. C. de Præſcri. 30. anno. Sed caue. Quia etiam in rebus ſub haſta, vel in incantu venditis, dari læſionem vltra dimidium, & competi remedium l. 2. C. de Reſcind. vẽdi. probat tex. in l. Si quos. C. de Reſcin. vend. iuncta magis communi. de qua per Alex. cõſ. 117. n. 8. lib. 7. & Pinel. d. l. 2. par. 2. cap. 2. niſi quando interuenit decretum Iudicis cũ cauſæ cognitione, per l. 1. C. de Prędiis decurio. lib. 10.

SVMMARIVM.

1 *VENDITOR pro vectigali ſoluendo, an teneatur in conſcientia notam facere ſuam venditionem Publicano, nec ne.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 VEENDITOR cuiuſque rei ex qua vectigal, & tributum Regi, vel eius Publicanis debetur, tenetur in conſcientia notam facere eis vẽditionem; vt veniant ad recuperandũ vectigal, ſub pœna; de qua verbo Pœna. Differentia 7. Quod ſi poſtquàm collectorem, ſeu exactorem vectigalis admonuerit, intra certum tempus ab eo non fuerit exactum; in Regno Caſtellæ tutus eſt venditor quoàd Forum exterius.

Sed quoàd Forũ, & iudicium animæ, non erit tutus, ſecundùm Cordub. quæſt. 95. ad primũ dubiũ. Quia non obſtãte negligentia collectoris in recuperando, & exigẽdo dictũ ius, tenebitur in cõſciẽtia illud ſoluere.

Cuius rei ratio eſt, quia prędictum ius eſt iuſtum, vt infrà in ſequenti Differentia dicemus. Et lex ſtatuit dictum tempus, non ad tollendam obligationem ex parte debitorum; ſed ad euellendas lites, & vexationes Collectorum redimendas.

Vno tamen in caſu erit etiam tutus quoàd Forum animæ, videlicet ſi conſuetudine obtentum ſit vt denunciatio venditionis non ſit neceſſaria quando publicè res veneunt; nec ſolitum ſit ſolui vectigal, niſi petatur. Tunc enim ante publicanorum petitionem tutus eſt in conſcientia venditor, licèt vectigal non ſoluat. Ita limitat prædicta Couar. in regula Peccatum. 2. par. §. 5. num. 5. verſ. Ceterum ſicubi. Quod iuri videtur conſonum, cùm conſuetudo, & præſcriptio magni ſint vigoris, ac roboris, prout cõſtat verbo Cõſuetudo. Diſ. 2. Sed cùm aliud ſit deberi, & aliud peti: & primum ſpectet ad Forum animæ, ſecundum ad Forũ contentioſum: non video quomodo poſsit venditor manere deobligatus, & immunis à ſolutione vectigalis in Foro animę, ob id tantùm, quia non petatur; maximè ab iſtis publicanis: qui ſi nõ petũt, no poteſt pręſumi liberalitas, vel donatio, cùm nihil minùs de hoc cogitent. ſed ob abſentiam, vel ignorantiam, ſeu obliuionem non petiiſſe. Et ideò teneo contra Coua.

SVMMARIVM.

1 *Vectigalia an debeantur in conſcientia.*

2 *Pauper nõ tenetur in cõſcientia ſoluere ſiſam de iis quæ ſuo vſui vendit, aut emit.*

3 *Vectigalia recenter impoſita pro triremibus, non obligant donec ſiant triremes.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 VECTIGALIA, & alia iura Regalia in Foro exteriori omninò debentur, vt palam eſt.

Sed ſecundùm aliquos graues Doctores in Foro animæ minimè debentur, vt tenet Angel. in Sũma verb. Pedagiũ. quæſt. 6. Nauar. cap. 17. num. 200. Sot. lib. 3. de Iuſt. quæſt. 6. artic. vltim. ad fin.

Sed cùm prædicta iura, & tributa ſint de Iure Diuino debita, iuxta illud Chriſti, Mat. 22. *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari*: (modo tyrannidem ob exceſſum grauem non ſapiant; ſintque impoſita ad ſuſtentationem, & onerum ſubleuationem, & leuamen Regum, & ciuitatum, ac Regnorum) à ratione alienum eſt, vt talia defraudans ſit à peccato, & eorum reſtitutione, immunis.

Quare tutior eſt, ac communior aliorum ſententia; ſcilicèt ad prædicta iura teneri quem in vtroque Foro; vt patet ex latè traditis per Couar. in regul. Peccatum. 2. par. §. 5. per totum, maximè numer. 5. & per Cordub. caſu 95. Pet. à Naua. tom. 2. de Reſtitutione. cap. 1. à nu. 227.

2 Vbi num. 236. id limitat in gabellis vulgò *Siſas*, ſcilicèt non procedere, nec locum habere in paupere vendente ex rebus propriis aliquas res mobiles ad ſuas neceſſitates extremas, vel magnas; etiam ſi conſuetudine contrarium ſeruetur. Quia tunc, inquit, eſt contra ius naturale de illis rebus gabellas exigere. Idem tradunt Nauar. Soto, & Summiſtæ relati ibi per eum. Quod eſt mente tenendum tamquam ſingulare, & quotidianum. Sed non bene perlegit Nauar. Nam contrarium poſteà tenet cum Diuo Antonino dicto cap. 17. nu. 202. ad fin. verſ. Addo. fundans ſe in conſuetudine, & ꝙ lege idẽ ſtatui poteſt. Verumtamen ſi verum eſt quod quidam tenent, eſſe iuris naturalis, vt quis ſit immunis ab omni vectigali de iis quæ ſuo vſui, & familiæ comparat, aut vehit; vt eſt probabile. conſequens eſt nec lege poſſe id ſtatui, nec conſuetudine introduci, niſi ſcienter in Comitiis generalibus præfato iuri fuiſſet per populos renunciatum. Quare cenſeo prædicto in caſu conſtituendam eſſe Differentiam inter vtrumque Forum.

3 Prædictis adde inter alia neceſſaria, vt vectigalia iuſtè exigantur, eſſe iuſtũ vſum, nẽpe vt fiat illud publicum bonũ, pro quo vectigal fuit impoſitum. Qua ratione multi

in Foro

in Foro conſcientię excuſantur à ſolutione quorumdam vectigalium, vt ſunt illa recẽter impoſita Valentiæ pro fabricandis, & habendis triremibus, dum non fiunt, nec habentur.

SVMMARIVM.

1 VENDERE *carius creditò; an ſit licitum.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 VENDERE cariùs creditò, & ad tempus, id eſt *al fiado*, quàm numerata pecunia; ratione dilationis, in Foro exteriori licet. Nam ita vbique practicatur. quamuis hic contrarium nuper ſtatutum ſit.

In Foro verò conſcientiæ, ſi vendens non eſt mercator, nec habet expoſitam pecuniam ad negotiandum, & lucrandum cum ea, non licet. & eſt vſura, ſecundùm Sil. verbo Emptio. quæſt. 14. num. 15. & Mercad. in tract. 1. capit. 11. Del mercar, y vendel al fiado. per tot. & eſt communis opinio, & ab omnibus recepta; vt tradit etiam Rebel. de Obligat. Iuſt. 2. part. lib. 6. quæſt. 11. num. 12. & ex profeſſo lib. 9. quæſt. 12. Soto lib. 6. de Iuſt. quæſt. 4. artic. 1. Nauar. cap. 23. num. 18. Gutier. in Pract. capit. 39. num. 30. Cordub. quæſt. 84. in 2. opinione. Conrad. quęſt. 59. corolar. 1. & 2. reprobantes Medin. qui contrarium tenet de Reſtit. quæſtione 38. cauſa 3. & 4. ratione periculi capitalis cui exponitur.

Ratio eſt, quia in effectu venditor mutuat emptori pretium rei venditę per totum tempus dilatatæ ſolutionis; & pro illa dilatione, ſeu virtuali mutuo, recipit pretium, cõtra illud Euangelii, *Mutuum date, nihil inde ſperantes.* Tùm quia vendit pluris iuſto pretio, vt ſupponimus. nec habet aliquam cauſam ob quam poſſit illud plus recipere; cùm ſupponamus nõ eſſe mercatorẽ, nec habere pecunias ad negotiãdum.

Si verò venditor ſit mercator: ad hoc vt licitè poſſit recipere intereſſe pro dilatione ſolutionis, oportet vt obſeruet conditiones poſsitas verbo Vſura. Differen. 3. aliàs etiam erit vſurarius, vt ibi dicemus. Nec obſtat illud de periculo in quo ſe fundat Medin. Nam ſatis ſe aſſecurant mercatores, cùm creditò vendunt. & ſic eſt fictitium, & palliatum tale periculum ad ſe excuſandum à peccato vſurę coram hominibus. ſed non coram Deo.

SVMMARIVM.

1 VENDERE *an quis compellatur ſuas merces, tempore caritatis.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 HABENS tempore neceſsitatis, & caritatis, vel propter ſterilitatem temporum, vel propter peſtem, vel bellum, vel aliam cauſam, magnam mercium neceſſariarum copiã; puta tritici, vini, olei, palearum, hordei, arietum, boum, pannorũ, lini, lanæ, ſerici, & etiam librorum (Sine his enim honeſtè, ac politicè viui non poteſt) & illa non exponit in publicum, nec facit venalia: in Foro exteriori non punitur; nec cogitur ſtatim, incipiẽte ſcilicet neceſsitate, ad ea vẽdẽda, niſi cùm neceſsitas vrget, & premit; & alii non ſunt qui ſimilia venalia exponant.

In Foro verò conſcientiæ, tenetur ea vendere cumprimùm in Republica incipit eſſe prędictarum rerum penuria, & caritas. aliàs tamquã auarus, & inhumanus peccat mortaliter. Ita mercad. tract. 1. capit. 14. fol. 63. iuncto Petr. à Nauar. tom. 2. lib. 3. capit. 2. num. 88. qui quod vniuerſaliter dicit Mercad. intelligit, & limitat, prout ſuprà habes. Adde notata verbo Clericus. Differentia 3. numer. 3.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 VENDENS *rem pluris iuſto pretio ſcienti verum eius valorem; an teneatur ad aliquã ſatiſfactionem.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 VENDENS rem pluris iuſto pretio ſcienti verum eius valorem: in Foro exteriori ad nihil tenetur. l. 1. in fin. ff. de Actio. empt. l. Domum. ff. de Contrahen. emptio. l. Quia. §. penult. & fin. ff. de Aedili. edict. gl. in l. Venditor. C. de Reſcin. vendi. Etiam ſi ſit deceptus vltra dimidium iuſti pretii, ſecundum Bart. l. 2. C. de Reſcin. vend. num. 14. Dicit communem Rolan. à Valle conſ. 59. num. 10. cum ſeq. vol. 1. Deci. conſ. 183. num. 1. aliàs conſ. 583. Couar. lib. 2. Reſol. cap. 4. num. 2. Ratio eſt, quia ſcienti, & cõſentienti nulla fit iniuria, neque dolus. Regula Scienti. de Regul. iur. lib. 6.

In Foro tamen conſciẽtiæ ſecùs eſt, ſi cõcurrat vnũ ex his quatuor; videlicet leuitas, neceſsitas, nimia affectio, & commoditas ex parte ementis. His enim in caſibus, non obſtãte ſcientia veri valoris, & ementis, eſt facienda reſtitutio exceſſus iuſti pretii eidẽ ementi. Ita docet eleganter. S. Bernardinus Senenſis in tract. de Cõtractib. ſerm. 33. art. 2. in 3. particula. c. 7. & ſermo. 36. art. 1. & c. 2. ad fin. Refert & ſequitur Cepol. in tract. de Simula. contract. n. 24. cũ trib. ſeq. Aliàs ſecùs, vt per Rip. l. Si vnquam. quæſt. 9. C. de Reuo. dona.

Et ratio eſt, quia concurrente aliquo prædictorũ, negari nõ poteſt quin exceſſus ille nõ procedat ex mora, & libera atq; gratuita volũtate; nec illa quatuor ſinant emẽtem in vera libertate conſiſtere. Conferunt not. ſup. Diff. 1. verſ. Amplia ſecundò.

Ex qua reſolutione colligitur primò quã periculosè vendant res iuuenibus egeſtate preſsis, vel aliàs in neceſsitate aliqua poſitis. Vel e cõtrario, emantur ab eiſdẽ; quãuis cõmuniter gaudeãt emẽtes quãdo ſciũt vẽdẽtes eſſe in neceſsitate vendendi. Sed hoc gaudiũ aliquando vertetur in luctũ, niſi reſipiſcant, & pœnitentiã agãt reducentes rem emptã ad iuſtũ pretium, quod aliàs valebat.

Secundò colligitur vendẽtes maiori iuſto pretio domos, vel agros vicinis ſcientibus verũ pretiũ, ſed cupientibus eaſdẽ domos, & agros emere, quia id eſt illis cõmodũ propter vicinitatẽ, & ne aliquis malus vicinus ea ingrediatur, non eſſe tutos. Quãuis enim noſtra ſępè interſit, agros vicinos, etiã ſupra iuſtã ęſtimationẽ cõparare. l. Si cui fundus. ff. de Lega. 2. non tamẽ venditori licet ob id eos vẽdere vltra iuſtũ pretiũ. Quia nõ poteſt cõmoditatem vicini vẽdere, quæ ſua non eſt. In quo quotidiè peccatur, ſecũdùm Soto lib. 6. de Iuſti. q. 3. art. 1. vbi tradit venditori non licere in pretium ducere cõmodũ quod emẽti ex venditione accreſcit.

Tertiò infertur id quod docuimus verbo Emptio. Differ. 4. vbi vide.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo ſoluendi plus tertia parte iuſti pretii pro venditione rei ad Eccleſiã ædificandã, ſeu ampliandã; eſt iniqua, & reprobanda. Idẽ dic pro Monaſterio, ſeu clauſtro Monaſterii ædificando.*

2 *Fauore Religionis an cõpelli quis poſsit, ne altiùs erigat ędificiũ, neve aperiat feneſtras, vel claudat iam factas, quando ex ipſis poſſunt conſpici Religioſi intra proprias domus habitantes.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 IN Regno Portugaliæ eſt quædam conſuetudo quæ pro lege in Foro iudiciali ſeruatur; videlicet vt volẽs domum aliquam, vel fundum pro Eccleſia ædificãda, vel ampliãda emere; poſsit cogere dominum rei ad eam vendendam; dummodò ſoluat tertiam partem valoris eius vltra iuſtum pretium, in recompenſationem coactionis.

Que ſanè conſuetudo, & ſtylus fortè non excuſat in Foro conſcientiæ. Nam vltra quod eſt nimis grauatoria Eccleſiis: & ſic meritò

Digitized by Google

meritò reuocanda.cap.1.de Conſuetud. 2. Nã loco fauoris qui in ipſas Eccleſias impendi debebat, imponitur eis iugum iniuſtum, etiam contra ius cõmune; iuxta quod ſufficit Eccleſiis ſoluere iuſtum pretiũ, fauoreque earum compellitur dominus fundum vendere, vt probat tex. in l. 2. in prin. ff. de His qui ſunt ſui. docet Floria. l. 3. §. Locus. ff. de Relig. & ſumpti. fune. Angel & Paul. in l. 1. ff. Solu. matri. Ioan. de Anania in cap. Apoſtolicæ. in prin. de Dona. Refert, & ſequitur Cepol. in tract. de Serui. vrba. præd. cap. 82. num. 5. Vbi ampliat prędicta procedere etiam pro clauſtro, & pro domibus de nouo faciendis pro Monaſterio. Et ita dicit ſe obtinuiſſe Veronæ.

Adde ad ſupradicta Couar. lib. 3. Variar. c. 14. a numer. 8. & Pet. Barboſ. 2. par. l. 2. in prin. num. 39. ff. Solu. matri. & ibid. Iaſ. nu. 3. & Ant. Gom. in l. 70. Taur. numer. 27. & Rebel. de Iuſti. 2. par. lib 9. quæſt. 18. nu. 44. Facit l. Si quis ſepulchrum. ff. de Religio. & ſump. fun. Et confirmantur per ea quę diximus verbo Lex. Differ 9.

Poteſt verò defendi dicta cõſuetudo, quãdo domus, vel fundus petitur ad fabricãdas Eccleſias, vel Monaſteria non neceſſaria, licèt ſint Reipub. vtilia. Nã vt reſoluit Couar. ſup. ſolùm de iure compelli poteſt quis vendere ſuam domũ, vel fundũ pro fabricãda, vel amplianda Eccleſia Cathedrali, vel Parochiali, vel ædificando palatio Epiſcopi, vel domo pro Rectore. Talis enim fabrica eſt neceſſaria in bonum commune, & Reipub. Secùs ad alios vſus.

2 Præterea videndum eſt an in fauorẽ Religionis poſsit quis cõpelli ne altiùs erigat ædificium ſuum, neve aperiat feneſtras, vel claudat iã factas, poſt Monaſteriũ conſtructũ, quãdo ex ipſis cõſpici poſſint Religioſi intra proprias domos habitantes. Et Coua. d. n. 8. verſ. Septimò. dicit fauore Religionis, (ex quo verſatur vtilitas publica. l. 1. §. Huius ſtudii. ff. de Iuſt. & iu.) nõ poſſe priuatũ altiùs ædificiũ ſuũ attollere, ſi ex eo cerni poſsint Religioſi, aut Religioſæ intra proprias domos habitantes. licèt de iure alias id poſsit. l. Altiùs. C de Seruit. l. vlt. § pen. ff. de Seruit. l. Proculus. ff. de Dãno infecto. cũ aliis. Idq; probat authoritate Cyni, & Salice. d. l. Altiùs. licèt Alber. ibid. cõtra teneat.

Quod ipſe in verſ. Vltimo priori ſententiæ argumenta ſolù intelligit verum, quando qui ędificat prope Monaſteria, aliquid conſtruxerit quod ſibi minime proſit, Eccleſiæ verò aut Monaſterio noceat. Tunc inquit prohibendus eſt, id ędificiũ altiùs tollere; cum pręſumatur facere ad alterius iniuriam, grauamen, & æmulationẽ; præſertim ſi honeſtati Monialiũ ex proſpectu præiudicetur, vt notat etiã Ant. Padilla d. l. Altius. nu. 19. Qui etiam docet quando quis in alterius ęmulationem ædificare pręſumatur.

Sed certè ſi dicta reſtrictio tenenda ſit, nihil fauoris impenderetur Religioſis locis; cũm etiam id ſeruandũ ſit inter priuatos, vt ibid. docet Coua. poſt alios. Nã regula iuris eſt, *Quod tibi non prodeſt, & mihi nocet, nullo modo tibi permittendũ eſt.* Et è conuerſo, *Quod alteri prodeſt, & tibi non nocet, faciendum tibi eſt.* vt not. idẽ Coua. paulo ante in fine verſ. Iſtẽ cõmunis dicens id notaſſe Bal. Nouel. & DD. in l. 2. ff. Solut. mat. abſque Religionis fauore.

Aliã reſtrictionẽ, & intellectũ tradit Molin. de Iuſt. & iu. diſput. 709 n. 6. ad ſupradicta, videlicet locũ habere, dũmodo ſoluatur priuato id quod ęſtimari poterit de ſeruitus altiùs non tollendi. Forte mouetur propter id quod ſup. diximus, nẽpe ſoluendum eſſe pretiũ domus, vel fundi, quando accipiuntur pro Eccleſia vel Monaſterio ædificando, vel amplianda. Quod ſatis videtur iuribus ſup. citatis conſonũ, cũ nõ minus quis habeat ius in altiùs tollendo, & feneſtras in ſuo aperiẽdo; quã in vendendo domũ, vel fundũ ſuum, nec eſt tam parui momẽti, vt gratis fieri debeat. Et nihil allegat in cõfirmationẽ; ſed refert ſe ad not. per Coua. ſup. & per Ant. Gom. in l. 46 alias 36. Taur. n. 9. & ad ea quæ dixit idẽ Molina diſputa. 341. Sed ipſi de hoc nihil efferunt.

Et cõtra reſtrictionẽ Coua. ſup. facit l. 25. tit. 32 Part. 3. vbi dicit, *E puedala alçar quãto ſe quiſiere, guardandoſe toda via, que non deſcubra mucho las caſas de ſus vezinos.* Quòd ſi hoc procedit in quolibet priuato: quid dicedũ erit in fauorẽ Religionis? Certe aliquid plus ei concedendum eſt.

Quare hoc relinquendũ eſt arbitrio Iudicis, vt docet Coua. ſup. & Molina ſup. nu. 3.

Vide etiam ad ſupra dicta Ordinationem

Luſitanam lib.1.tit.49.§.31. vbi prohibetur vicino qui manet in altera parte vię publicæ,ne de directo aperiat alias feneſtras contra alias ſui vicini, ne dominetur earum quæ fiunt in eius domo.

SVMMARIVM.

1 *MERCATORES Chriſtiani an emere poſſint tuta conſcientia merces à Turcis, & Saracenis piratis.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 VENDITIO mercium quæ fit per mercatores Chriſtianos de rebus emptis à Turcis,& Saracenis, Argerii, & aliis in locis eorumdem: in Foro exteriore hactenus erat valde quotidiana, quoniam permiſſa. Sed hodie eſt prohibita per Reges Catholicum, & Chriſtianiſsimum ſub certis pœnis. Quia communiter tales merces ſunt de robariis, & raptibus per eos factis à Chriſtianis. Tùm etiã vt ſic retrahantur præfati infideles à talibus robariis, ſeu ereptionibus. Si enim non mercatores fuerint, non ita crebrò ad tam impias negotiationes foras excurrent,ſed fortaſsè cura rapinarum augendarum inexhauſta, non tam cupidè apud eos excubabit.

In Foro verò conſciẽtiæ excuſantur mercatores de emptione dictarum merciũ; poſſuntq; eas licitè vendere; dũmodo quando eas emunt,id efficiant animo ſibi ſeruandi, vel vendendi,ſi domini non comparuerint. Et ſi cõparuerint, ipſis illas cũ eodẽ pretio relinquẽdi.Ita optimè Leon.Leſsi.de Iuſti. lib.2.c.21.n.137. Et ratio eſt, quia in dicto caſu nulla fit iniuria dominis. immo agunt eorum negotium, ſi ipſi eas velint recuperare, quas aliàs numquam recuperaſſent; maximè cũ tã vili pretio,vt ſolent emi, ſeu potius redimi à præfatis mercatoribus. tE ſic credẽdũ eſt, ipſos dominos tali emptioni cõſentire. Tùm quia aliàs totum hoc lucrum cederet vel dictis Saracenis,vel hæreticis mercatoribus, qui etiam ad id, ad portus Saracenorum accedunt. Tùm quia rarò deprehendi poteſt qui ſint domini dictarũ merciũ. Tùm quia domini earum, propter difficultatem eas amplius recuperandi, & ne quid de optima ſua apud homines æſtimatione amittãt, volũt delitefcere,& ſic habẽt eas pro derelictis. Et in confirmationẽ faciunt not.verbo Bona.Differentia 5.nu.2. vbi inuentor rei alienæ, ſi ignoret dominũ, poteſt eam ſibi retinere, dummodò ſit paratus eam domino reſtituere, ſi comparauerit. Meliùs faciunt not. verbo Repetitio. Differen.1. vbi poteſt quis licitè rem alterius emere, vt domino reſtituat. Et quemadmodum poteſt quis rem alterius emptã retinere tamquam depoſitarius: eodem modo poterit eam vendere, & retinere pretiũ eodem animo.

Denique idem dicendum eſt circa res emptas ab hæreticis Holandiæ, & in aliis portibus, vt in ſpecie notat Leſsi.ſup.

SVMMARIVM.

1 *REI alienæ venditio fieri poteſt in Foro exteriori; ſed non in interiori.*

DIFFERENTIA NONA.

1 DE re aliena venditionem fieri poſſe, ſi nõ ſit furtiua, iuris notiſsimi eſt.ex l. Rem alienam. 28. & ibi glo. & commun. ff.de Contrah. empt. Quod procedit quoàd Forum exterius. Cùm enim per venditionem non teneatur venditor de iure ad aliud, quàm ad rem tradendam. l.Seruus quem. 30.§.fin.ff. de Act.emp.ſeu eius aſininã poſſeſsionẽ,& dictã vẽditionẽ bonã faciendã per euictionem,ſi

næ,ſi ab emptore cuincatur, vt dicit ibi glo. nihil prohibet,quoàd dictum Forum, rem eſſe venditoris,vel alienam.& docet Anto. Gom. lib. 2. Reſolu.cap. 2.num. 8.

At quoàd Forum Dei,& conſcientię,nullo modo licet; quia eſt contrectatio rei alienæ, inuito domino. Et ſic realiter in tali venditione committitur furtum, ſi ſit res mobilis. vt §. Furtiuę. Inſt. de Vſucap. & generaliter peccatur contra ſeptimū præceptū Decalogi. & ſentit Rebel.de Oblig. iuſt.2.par. lib. 1. quæſt. 7. num. 5. in rebus ſcilicet vſu nō conſumptibilibus. Numero verò 8.contrarium putat in rebus vſu conſumptibilibus. Et dicit communem, cum Medin.C.de Reſti. quæſt. 4. de Rebus per vſuram acquiſ. cum certis tamen conditionibus; & dummodò non ſint furtiuæ. De quibus iam diximus verb. Reſtitutio. Differentia 26. Sed ſalua pace, contrarium generaliter eſt tenendum, nempe licere in Foro conſcientiæ rem alienam vendere, etiam ſi non ſit furto ablata, & ſit de rebus vſu conſumptibilibus, cùm ſemper dominium earum ſit penes dominum, & præſumendum potiùs ſit, inuitis ipſis, fieri præfatas alienationes; quàm eis conſentientibus; cùm quiſque magis velit rem ſuam ſtatim recuperare, quàm poſt tempus incertum eius æſtimationem. quippe ſic certior erit eius cōpos. Vnde dicitur vulgò, *Mas vale paxoro en mano, que bueytre volando.* Adde prædictis quæ diximus Differ. 26.

SVMMARIVM.

1 *VENDENS rem habita, fide de pretio, an habeat ius prælationis, quando bona emptoris non ſufficiunt pro ſolutione, omnibus creditoribus.*

DIFFERENTIA DECIMA.

1 VENDENS rem, habita fide de pretio; ſi poſteà emens non ſit ſoluendo omnibus creditoribus, & res vendita extet: in Foro exteriore, non habet ius prælationis in re vendita. Ita Pet. Nauar. ſic intelligendus in 4. lib. de Reſtitutione. cap. fin. quod eſt ſextum num. 43. aliàs 12. quia eſt mendoſus. & Molin. diſputatione 536. Ripa in l. Si ventri. §. In bonis. num. 6. ff. de Priuil. credi. Iaſ. in l. Creditor. 1. ff. Si certum peta. Neguiſan. de Pigno. 4. par. numer. 15. Dicit communem Couar. 1. Var. cap. 7. numer. 7. & Emman. Soarez eam valde commendās 1. tom. Commun. opin. pag. 340. col. 2. verſ. Venditor fidem de pretio. Quam opinionem dicit valde probabilem Leonard. Leſsius de Iuſti. lib. 2. cap. 15. num. 10. in fin. Allegat poſt Couar. ſup. Pet. Nauar. lib. 4. cap. 4. num. 39. ſed mendoſè; quia eſt in loco ſuperiùs citato. Idem tenet Ang. verb. Reſtitutio. 2. nu. 16. Medin. citatus à Pet. Nauar. ſup. num. 42. Et probatur ſing. dict. concluſio. Primò per l. Si cùm dotem. §. fin. ff. Solu. matrim. vbi eſt ſpeciale in muliere ex ignoratione nubente cum ſeruo, putāte eſſe liberum, vt habeat ius prælationis in rebus extantibus in dote datis. Ergo contrarium eſt ius commune. Pręterea eò ipſo quòd vendēs fidem habet de pretio, transfert dominium rei venditæ in emptorem, vt probat tex. in §. Venditæ. inſt. de Rerum diuiſ. ibi, *Sed ſi is qui vendidit, fidem emptoris ſecutus fuerit, dicendum eſt ſtatim rē emptoris fieri.* Et l. 5. incip. Procuratoris. §. Planè. ff. de Tribut. act. cuius verba infrà referuntur. Vbi apertè conſtat vendentem credito, amittere dominium rei venditę, & venire in tributum .i. ad ratam portionem cum aliis creditoribus ſimilibus, & ſic nullam habere prærogatiuam. Hinc ęſt, ſi emptor nō ſoluat pretium, vel alteri rem vendat; non poſſe venditorem rem vindicare; vt frequenter placitum ait Portius in dict. §. Venditæ. num. 7. & ibi Angel. numer. 2. Refert, & ſequitur Soarez loco ſup. citato. col. 1. ad fin. verſ. Vendita res non ideo. Ergo in ea erunt priores alii creditores habentes ius hypothecæ in bonis emptoris; maximè cùm non conſtet ex aliquo iure rem ſic venditam manere hypothecatam pro pretio non ſoluto, vt videre eſt in toto tit. ff.

tit. ff. & C. In quib. cauſ. pign. vel hypo. taci. contrah. & ex fallentiis traditis per gl. fin. in l. Diuerſis. C. Qui potio. in pign. hab. Nec conſtat eſſe datum priuilegium perſonale taliter vendenti; ſicut habet is cuius pecunia res empta eſt, vt in Auth. Quo iure. C. Qui potio. in pig. habean. & per gl. l. Eos. C. Eod. Quòd ſi talis mutuãs ad rem emendam, vel reficiendam, non habet tacitam hypothecam, niſi priuilegium perſonale; vt dict. Auth. Quo iure. quomodo habebit eam venditor fidens de pretio? Imputet ergo ſibi, quia tradidit rem creditò; vel quia eam non pignori, ſeu hypothecæ ſubiecit.

Tertiò, quia eò ipsò quòd pretium rei venditę non accipit venditor; ſed habuit fidem de eo, dat illud emptori mutuum, vt docet Paul. Comitol. lib. 3. Reſpon. moral. quæſt. 12. num. 2. ad fin. nec ad rem venditam habet iam vllam actionem; vt probat tex. ſing. in dict. l. Procuratoris. §. Planè. ff. de Tribut. actio. Cuius verba ſunt, *Sed ſi dedi mercem meam vendendam, & exſtat: videamus ne iniquum ſit, in tributum me vocari. Et ſi quidem in creditum ei abiit, tributio locum habebit. Enimuerò ſi non abiit, quia res venditæ, nõ aliàs deſinunt eſſe meę, quamuis vendidero, niſi ære ſoluto, vel fideiuſſore dato, vel aliàs ſatisfacto: dicendum eſt vindicare me poſſe.* Ergo non manet obligata; nec mutuum illud habet aliquam cauſam cur priuilegio perſonali muniatur; ſicut habet ille qui mutuat ad rem aliquam emendam, vel ſuſtentandam; vt dict. Auth. Quo iure.

In Foro verò conſcientiæ, eſſe præferendum præfatum venditorem omnibus aliis creditoribus, tenet Nauar. cap. 17. num. 49. Caieta. verb. Reſtitutio. 6. num. 6. Armilla. verb. Reſtitutio. num. 36. Et dicit probabilem Leſsi. ſup. numer. 11. Non enim eſt æquum, nec rationi conſonum, vt res mea quam à me emiſti, & eſt extans in propria ſpecie, aliis aſsignetur, & ego ea caream ſimul cum pretio. Aequius enim eſt vt venditori res ſua reſtituatur, quam vt detur alteri. Ad hæc, ſi locem domum meam tibi, omnia inuecta, & illata in eam, manent obligata pignori pro penſionibus annuis, & damnum in domum datis; vt dict. l. 2. ff. In quib. cauſ. pign. vel hyp. tac. cont. & l. Si non inducta. & l. fin. C. eod. Ergo à fortiore res vẽdita manere debet obligata pro pretio. Et ita etiam tenet poſt Archid. Bal. & alios, Sila verb. Reſtitutio. 5. quæſt. 5. Leſsi. ſup. Et dicit communem Rebel de Oblig. iuſt. 1. par. lib. 2. quæſt. 19. num. 4.

Nec obſtat dominium rei fuiſſe tranſlatũ in emptorem. Nam id ex ſubtilitate iuris procedit. At in Foro conſcientiæ non attendimus niſi æquitatem, vt verb. ſed quom. Different. 3. Idem videmus in re per vſurã lucrifacta, cuius dominium licet transferatur in vſurarium, ſecundùm communem Canoniſtarum teſte Nauar. cap. 17. nu. 265. tamen ſi extet penes vſurarium, vel alium titulo gratuito: poteſt eã is qui ſoluit vſuram, recuperare; vt per l. Si & me. & l. ſin. ff. de Reb. cred. tenet Nauar. ſup. quamuis circa d. dominium non conueniant DD. vt habes verb. Solutio. Differ. 4.

Quare emptor poterit in conſcientia preferre dict. vẽditorem aliis creditoribus, reſtituendo ei rem. licet ſi moram fecerit, & conueniatur in iudicio à creditoribus anterioribus fortè condemnabitur ad dictam rẽ vendendam, & vt de pretio ſatisfaciat eiſdem. Et in tribunalibus ſupremis poterit venditor; etiam in Foro exteriori, preferri, vt iam vidi in practica in quibuſdam libris quos quidam bibliopola vendiderat cuidã Clerico: & quia pretiũ nodũ erat ſolutum, fuit prælatus circa eos, & ei fuere reſtituti. Et idem ſeruari apud Conſules mercatorũ intellexi à quodam amico mercatore. Vnde in vtroque Foro ſeruandam eſſe prædictam æquitatem verius eſſe exiſtimo.

VITA, ET HONOR.

SVMMARIVM.

VITA an poſſit exponi periculo certo, pro conſeruando honore. Circa quod exponuntur multi caſus per concluſiones digeſti.

DIF-

Digitized by Google

DIFFERENTIA PRIMA.

PRO defenſione honoris, licitum eſt in Foro exteriori vitã periculo exponere; iuxta illud vulgare, *Pro honore moriendum.* Ratio eſt, quia viuere ſine honore, eſt mori. Honor quippe non ſolùm æquiparatur vitæ. l. Iuſta. ff. de Manumiſ. vindic. & l. 1. tit. 22. Par. 4. & tenẽt plures citati ab Ant. Cordub. de Lara in l. Si quis à liberis. in prin. num. 33. ff. de Libe. agno. ſed etiam præfertur vitæ inter perſonas honoratas, Illuſtres, ac Nobiles; vt probat tex. ſing. in l. Iſti quidem. 8. ff. Quod met. cauſ. ibi, *Quod ſi dederit ne ſtuprum patiatur vir, ſeu mulier; hoc edictum locum habet: cùm viris bonis iſte metus maior, quàm mortis eſſe debeat.* Ad idem conſule 1. Cor. 9. vbi Paulus de ſe ipſo dicit; *Bonum eſt enim mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet.* & Bal. conſ. 312. num. 3. lib. 4. & conſ. 381. numer. 2. lib. 5. vbi dicit eligibilius diuinitùs eſſe mori, quã vilipendi. Refert Aymon Craue. cõſ. 168. num. 2. & Balthaſ. Gom. in tract. de Poteſt. in ſe ipſum. lib. 2. cap. 5. numer. 12. Per quæ meritò dicendum eſt in Foro exteriori licere honorem tueri cum diſcrimine vitæ.

In Foro verò conſcientiæ, inter Chiſtianos non videtur poſſe tanti æſtimari honorem mundanum, vt pro eius tuitione ac defenſione liceat vitam periculo exponere, vt tenet Archid. relatus à Silu. verb. Homicidium. quæſt. 2. Dicto. 6. Soto de Ratio. tegen. ſecre. memb. 1. quæſt. 3. Nauar. in cap. Inter verba. num. 25. concluſione 4. 11. quæſt. 3. & de Finibus human actuum. num. 31. Aragon. 2. 2. quæſt. 64. art. 5 ad 5. Bañes ibid. quęſt. 40. art. 1. dubio vlt. Couar. (licèt ſub dubio) in Clem. Si furioſus. 3. par. §. vni. numer. 4. de Homi. Petr. à Nauar. lib. 2. cap. 3. numer. 371. cum ſeq. And. Gail. lib. 1. Obſerua. 10. num. 2. Claud. Bertazolus conſilio 152. in Additio. vlti. Balthaſ. Gomez. ſuprà, numero 19.

Si enim indiſtincte teneretur contraria opinio (etiam in Foro cõſcientiæ) profecto tota doctrina Chriſti, & Sanctorum eius, circa humilitatem amplectẽdam, & honorem mundanum contemnendum, deſtrueretur, præbereturque occaſio ad multas vindictas.

Quare pro huius differentiæ pleniore declaratione; ſequentes concluſiones, ad diuerſorum caſuum eliciẽdas deciſiones, annectendas eſſe duxi.

Prima concluſio, ſi quis mihi minatur, & mouet manum ad alapam mihi infringendam; poſſum ſanè me defendere quocumque modo queam, etiam percutiẽdo illum enſe, ſi aliter id facere nequeam; per l. Vt vim. ff. de Iuſti. & ea quæ diximus. verb. Defenſio. Differentia 1. & tenet expreſsè Victo. de Iure belli. numer. 5. Silu. verb. Homicidum. 1 quæſt. 5. Lud. Lop. cap 62. Ant. Gom. tom. 3. cap. 3. num. 23. Iuli. Clar. §. Homicidium. num. 26. Leſsi. de Iuſti. lib. 2. cap. 9. num. 77. Et hoc ideo; quia licitum eſt cuiq; propulſare iniuriã. Clem Si furioſus. de Homic. d. l. Vt vim. ff. de Iuſti. Hinc dicit Bart. in l. 1. nu. 8. C. Vnde vi. quòd ſi immineat periculum alicuius iniurię perſonalis, poteſt quis licitè aggreſſorem interficere. Et eſt communis opinio teſte Iul. Clar. d. §. Homicidium. num. 21. & Balth. Gomez. ſup. n. 15. An autem iſto in euentu poſsim aggreſſori impingere alapam, etiã ſi mihi non impigerit; Reſp. ſi poſsim me defendere ab illius alapa, ſine repercuſsione, non potero. aliàs in Foro conſcientię nõ excuſarer à peccato Quia illa repercuſſio reuerà eſſet vindicta, quę nemini priuato licet; iuxta illud Roma. 11. *Mihi vindictam, & ego retribuam.*

Secũda cõcluſio, Si quis mihi impegerit alapã; vel baculo, vel arũdine percuſſerit, & fugerit: in Foro cõſcientię nõ poſſum illũ inſequi, & repercutere, quãtũ opus eſt pro reſponſione, & defenſione honoris mei. Ita tenet Soto lib. 5. de Iuſti. quæſt. 1. art. 8. in fin. Bañes ſup. dict. quæſt. 40. art. 7. Baltha. Gom. ſup. nu. 16. & alii quos citat Pet. Nauar. ſup. numer. 378. & 380. Leonar. Leſsi. de Iuſti. dict. lib. 2. cap. 9. Dubio. 12. num. 80. Et hoc, ob periculum odii, vindictæ, exceſſus, & cædis. Quod adeò verum eſt, vt ſi illum, inſequendo, occiderem: in Foro externo punirer, teſte Ant. Gom. ſup. numer. 24. & Leſsio ſup. dict. numer. 80. &

Petr.

Petr. Nauar.ſup.dict.numer.378. quicquid in contrarium teneat Nauar. cap. 15.nu. 3. quem ſequitur Henriq. poſt alios, tit. de Irregul. c. 10. ſuper quo cõmuniter Naua. reprehenditur, vt teſtatur Valped.in Scholiis ad eumd.Naua. dict. nu. 3. Iniqua enim eſſet commutatio, aut ſaltem non æqua, vt pro meo honore ſeruando, à proximo maximum vitæ bonum auferam,vt inquit Couar.ſup.Daretur etiã via ad multas Reipub. perturbationes, inſidias, & inimicitias, vt dicit Pet.Nauar.ſup. dict. num. 380. eſſetque contra not. verb. Remiſsio iniuriæ. Differentia 7. num. 2.

Tertia concluſio, Licitum eſt cuiuis pro defenſione pudicitię occidere inuaſorem; vt probat dict. l.Iſti quidem.& eſt communis omnium opinio; teſte Leſsio ſup. nu. 76. Et ſi quis in hac defenſione occideretur, certè eſſet martyr, & ſic laudabiliter moreretur, vt dicit Pet.Nauar.ſup.nu.105. Hinc caſta illa Suſanna, Daniel.cap. 13. iuſtè, & ſanctè elegit potiùs mori;quàm impuriſsimorum ſenũ illorum ſordibus,ſplendorem ſuæ honeſtatis, adulterando, inquinare.

Quarta concluſio, Non eſt licitum in Foro conſcientiæ pro honore conſeruando acceptare duellum, ſiue rixam, & ad ſingulare certamen deſcendere, & ſic exponere periculo vitam.Ita cõmuniter tenent Theologi,teſte Pet. Nauar. lib.2. cap. 3.nu.282. & Balth. Gom. ſup. num. 19. Et probatur per Concil.Trid.Seſsione 25.c. 19.vbi magnæ pœnæ imponuntur, & cẽſurę acceptãtibus prẹfata duella; quæ fuerũt extẽſæ etiã ad duella priuata, ſeu diffidationes, per Grego. 13. teſte Nauar. conſ. 1. num. 2.& conſ. 2. de Purga. cano. niſi aliqui calore iracundiæ in continenti ſe diffiderent. Tales enim non inciderent in eas, vt tradit Cenedo poſt alios. 2. par. Collect. 117. numero 4.

Et aduerte in talibus diffidationibus plenè, ſatiſque conſeruari proprium honorem à laceſsito,ſic reſpondẽdo, Ego, vbicũque aggreſſus fuero, paratus ſum me defendere. Neque latitabo,ſed mei copiam per ordinarias ciuitatis vias faciam. Et forſan tuo magno malo me aggredieris. Ceterũ duellum recuſo;quia impium eſt,& à ſacris Canonibus reprobatum; quibus obedientiam quam debeo, volo præſtare. Hanc reſponſionem tradit Bañes. 2. 2. quæſt. 40. art. 1. dubio vlt. quam commendat Balthaſ. Gomez. ſup. numer. 19. & eamdem in effectu adducit Leſsi. ſup. num. 84.

Vnde cauendum eſt à Bal. in tit. de Pace conſtan. num. 16. ad fin. vbi præfatas diffidationes approbat pro honore conſeruando,quem ſecuntur plures quos citat Balth. Gom. ſup. num. 18. Quem etiam vide. nu. 28.vbi poſt alios,damnat diffidationes quę in bello iuſto fiunt inter aliquos pro gloria vana, vt ſtrenui,& fortes milites videantur. Quod dolens refero; quia multi milites ob eã æternaliter pereunt. Eſt enim hæc praxis multùm in vſu poſita tempore belli. Ad quam tollendam Clem. 8.quamdam edidit conſtitutionem anno. 1592. quam refert Balthaſ. Gom.ſup.num. 24.& 29.

Quinta concluſio, Nobilis inſultatus, licèt poſsit fugere, non tenetur; quia eſſet ei in ignominiam. Et ideò poteſt exponere periculo vitam licitè ad eam ignominiam vitãdam. Et ſi occiderit aggreſſorem,immunis erit in vtroque Foro, ſi moderamen inculpatæ tutelæ ſeruauerit; per not. verb. Defenſio. Differentia 7. & docet Iul. Clar. §. Homicidium. numero 25. Armilla. verb. Defenſio. §. 3. Silueſt. verb. Homicidium. 1. quęſtione 2. Dicto. 5.& Leſsi. ſup. num. 44. & 85. dicens communem; addens, ſi fuga non ſit ignominioſa, teneri fugere, vel alapam, vel ictum ſuſtinere, ſaltem lege charitatis, vt tantum malum euitetur, nempe occiſio inſultantis. Sed certè id facere eſſet magnæ virtutis, & perfectionis. Neminem tamen ad id faciendum obligarem in conſcientia; per dicta ſup. in prima concluſione, & per adducta a Silu. verb. Bellum.2.quæſt.3.& 5.& ab Armilla. verb. Defenſio. num. 3. vbi expreſſe tenet contrariũ cũ Bart. in l. Itẽ apud Labeonẽ. ff. de Iniur. Et intellige vt verb.Defenſio.Dif.7.

Sexta cõcluſio, Femina permittens ſe cognoſci, ſeu corrumpi metu mortis ei comminatæ: ſi non conſentiat peccato,aut delectationi,non peccat; dummodò immota maneat,nec ſe ſceleri accommodet. Itaque non ſolùm violentia abſoluta, ſed etiam conditionalis, metus ſcilicet mortis, excuſat femi-

ſat feminam à peccato fornicationis, modò interius non conſentiat. Ita tenet Soto lib. 5. de Iuſti. quæſt. 1. art. 5. col. 5. Pet. Nauar. lib. 2. de Reſti. cap. 3. num. 104. Tolet. in Summa, lib. 5. cap. 5. num. 7. pag. 557. & ſecundùm aliam impreſsionem, eſt cap. 10. pag. 604. vbi dicit non peccare feminam, ſi comprehenſa cogeretur ad dictũ actum; dummodò interiùs ipſi non conſentiat. aliàs peccabit; vt verb. Fornicatio. Differentia 7. Et obſerua, dum iſti DD. requirũt coactionem, & vt immota maneat, loqui quaſi de violetia abſoluta, ita vt præter vociferationem, & membrorum reſiſtentiam, nihil deſit ad plenam, & abſolutam violentiam. Nam Soto ſup. ponit exẽplum de ea quæ non viriliter obſiſtit, vel obnititur, nec membris repugnat; ſed immota manens nihil agit. Et Toletus videtur loqui de femina patiente violẽter. Nam ſolùm excipit à peccato fornicationis duos caſus. primum de ebrio, vel mente capto: ſecundum de coacta muliere. Et paulo inferius negat excuſari ob metum mortis. Quod eſt ſummè notandum pro infrà dicendis. Idem quod ſupradicti DD. tenent, docet Balthaſ Gomez de poteſt. in ſe ipsũ. c. 5. n. 14. & 34. Et ita cõtigit forori B. Vincentii Ferrer; vt conſtat ex primo libro vitæ dict. Sancti. fol. 153. editæ per Fr. Franc. Diago.

Sed contra hanc concluſionem videtur tenere expreſsè D. Antoni. 2. par. tit. 5. cap. 6. §. 1. in fin. Nam dicit, *Si violentia conditionalis inferatur; puta quia comminatio fit mulieri de morte, vel infamia; vel verecundia ducta non audet clamare, vel timet ſcãdalum magnum oriri: non excuſatur à ſtrupo, & peccato conſequenter*. Hæc ſunt verba præfati Sancti. Quem locum etiam citauimus. verb. Adulterium. Differentia 2. pro confirmatione peccati Lucretiæ. Per quæ verba videtur ſolùm per violentiam abſolutam excuſari mulierem permittentem ſe corrumpi, & non per conditionalem, vt tenet gl. fin. in cap. Propoſito. 32 quæſt. 5. Panor. conſ. 4. incip. Facti contingentia. Silu. verb. Adulterium. quæſt. 9. Et ratio eſt, quia in violentia abſoluta eſt certus diſſenſus. At in conditionali adeſt ad minus aliquis conſenſus, & ſic aliquod peccatum, vt docet Silu. ſup. Nam vulgò dicitur, *Voluntas coacta, voluntas eſt*. Præterea cùm difficile admodùm ſit propter vehementem in hunc actum naturæ inclinationem, & delectationem, non conſentire: niſi perſona ſit ſpiritualis, & in timore Domini bene fundata: videtur ſe exponere magno periculo peccandi, & conſentiendi in peccatum, quę ſe permittit corrumpi, etiam ſi metu mortis id permittat. Quin immo peccare ſimpliciter talem clarè conſtat ex reſponſione S. Suſannę. Daniel. 13. v. 22. vbi Suſanna oppreſſa ab illis obſcænis, & iniquis ſenibus dixit, *Meliùs eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini*. Vbi fatetur ſe peccaturam mortaliter, ſi illud adulterium, metu infamiæ, vel mortis, committeret.

Idem de adoleſcente eadem ratione concludendum eſt, qui metu mortis patitur ſe ab alio viro cognoſci contra naturam. Potiùs enim eligendum eſt mori, quàm talẽ facinus etiam inuitè, & metu conditionali perpetrare. Nec in hoc euentu poteſt dici talis metus cadens in conſtantem virum; vt docet Soto lib. 7. de Iuſti. quæſt. 2. art. 1. col. 11. Et pondera in caſu violentiæ conditionalis, videri neceſſariò feminam debere ſe componere, & præparare ad patiendum ſtuprum. Et per conſequens, etiam ſecundùm opinionem Soti, & aliorum, contrarium tenentium, peccabit. Nam qui eam cogit vt patiatur ab eo cognoſci: coget etiam, vt ſe componat. Quamuis in præfato euentu videtur bene poſſe mulierem ſe componere ad illum actum abſque peccato, ſi illud faceret aliquo bono fine; puta vt ſic minùs pateretur illam violentiam, ſeu vexationem. Noui enim quemdam virum ſpiritualem vexatum nimis à tentatione carnis, quàm dæmon in eo per ſe operabatur, qui niſi ſe ſupinum poneret, vehementius cruciabatur. Ob quod, & quia minùs ſic delectationem illam veneream ſentiebat, non iacebat ex latere, ſed ſupinus. Sanè hæc vltima opinio videtur magis probabilis.

Sed quia contrariam tenent grauiſsimi DD. iidemque egregii Theologi, & metus mortis præſentis eſt terribilis, facilè ſuperans etiam gigantẽ; vt eſt exemplũ perſpicuum

cuum, & notum in D. Petro: eſtque prima opinio magis conformis fragilitati humanę; libenter eam amplector. Et ſecunda tenenda erit in ea quæ probabili periculo cõſentiendi ſe exponeret, vt tenet Pet. Naua. ſup. num. 105. in fin. Vel dic rectiùs vtrãque opinionem eſſe veram. Intelligendo eam pro vt ſupra tetigimus. Nam vtraque loquitur de caſu diuerſo, & ſic nõ ſunt cõtrariæ. Prima quippe loquitur de ea muliere quæ licèt non patiatur abſoluiè: propter metum tamen mortis, & ſaluandam vitam permittit ſe corrumpi, nihil cooperando in eo prauo actu, ſed exiſtendo negatiuè. Quia ſcilicet non clamat, nec membris reſiſtit. Hæc mulier manens immota, & nullum ad actum adhibens cõſenſum, ſed paſſiuè tantum illum in ſe permittens, ad vitandam mortem, & vitam ſeruandam; non peccat. Eſt quippe naturæ, vitęque tuendæ maximum ius, vt dicit Pet. Nauar. ſup. nu. 105. in fin.

Secunda verò opinio D. Anton. & aliorũ loquitur de conſentiente aliquo modo in actum illum venereum ob metum mortis; componendo ſe ad illum. Nam id ipſum petebant in effectu illi iniqui ſenes à B. Suſanna. Vnde meritò reſtitit, & potiùs elegit mori, quàm tale patrare. Non enim illam per vim apprehenderunt, vt eam cognoſcerent; ſed tantùm verbis id ab ea petierunt, minando palam dicturos ſe eam cum alio inueniſſe, & ſic mortẽ obituram.

Sic etiam intellige accidiſſe Lucretiæ quę ob vitandam infamiam ſuppoſuit ſe filio Regis Tarquini, vt narrat gl. In expoſitione caſus, in cap. Propoſito. 32. quæſt. 5. Et ideò peccauit grauiſsimè in Foro interiore; vt reſoluimus. v. Adulterium. Dif. 2. Idẽ accidit ſorori B. Vincentii, de qua ſup.

SVMMARIVM.

1 *AN quilibet poteſtatem habeat in Foro externo ſe occidendi, vel vulnerandi.*

2 *Qui ſe ſuſpendit tędio vitæ, vel alia ſimili cauſa; & non metu alicuius pœnæ, ſeu ex conſcientia criminis; & ab aliquo liberatur, & non moriatur: qua pęna mulctandus veniat.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 VNICVIQVE licitum eſt, ac permiſſum in Foro externo de iure communi Romanorum in corpus ſuum ſęuire. l. Omne. §. Qui ſe. ff. de Re milit. l. Sed ſi damnum. 7. §. Si ipſe ſeruus. ff. de Peculio. Gl. in cap. Ex parte. 2. verb. Infirmitatis. de Corpo. vitia. quam ibi Anto. num. 7. & Abb. numer. 2. ſecuntur. notat Præpoſi. in cap. Si quis abſciderit. diſt. 55. Feli. in cap. Contingit. de Senten. excom. & Fran. Marc. deciſ. 859. num. 7. Quod intellige verum, dummodò id fiat ex aliqua cauſa; nempe aut tędio vitæ, vel impatientia doloris, vel morbo, aut pudore æris alieni, & ſimilibus. Secùs ſi ex conſcientia criminis ad ſubterfugiendam pęnam illius, vt inquit dict. l. Omne. §. Qui ſe vulnerauerit. l. 3. §. Papinianus. ff. de Bonis eorum qui ante ſent. mortem ſibi conſciue. l. Factũ. 12. C. de Accuſa. Et l. Si quis. 38. §. Miles qui ſibi. ff. de Pænis. Nam qui in crimine aliquo deprehenſus, vel de illo accuſatus, conſcientia criminis, ne quid grauius patiatur, ſibi ipſi necem conſciſcit, vel ſeſe letaliter vulnerat: confiteri videtur crimen de quo accuſatus eſt. Et ideò punitur pęnis illius delicti de quo accuſatur, vt probat tex. in l. Parricidii. 8. ff. de Parricid. l. Cùm hic ſtatus. 33. §. Si maritus. ff. de Donatio. inter vir. & vxo. l. 3. ff. de Bonis eorum qui ante ſent. & l. 2. C. eod.

In Foro verò cõſcientiæ nullo caſu licet. Cùm enim homo nõ ſit dominũs vitę ſuę, ſed ſolus Deus; vt habetur Deutero. cap. 32. & 1. Reg. 2. & Sapien. cap. 16. non poteſt de vita ſua diſponere. Et contrarium faciens peccat in quintum præceptum Decalogi, ſecundùm D. Auguſt. lib. 1. De ciuit. Dei. cap. 20. in fin. & refertur in cap. Si non licet. §. Item. 23. quæſt 5. Cuius verba ſunt; *Quod dictum eſt, ne occides. Nõ alterũ. Ergo nec te. Neque enim qui ſe occidit, aliud*

quàm

quam hominem occidit. Et probat D.Thom. 2.2.quæſt.64.art.5. D.Chryſoſto. in Paul. ad Galat.& ſuper Ioa.Homil.84. Coua.lib. 1. Varia. cap. 2. Anto. Gom. lib.3. Variar. cap. 3. à num.3. Nauar. cap. 3. num. 28.& multi alii citati à Baltha.Gom.de Poteſt. in ſe ipſum.lib.1.cap.5.per totum.Quod adeò verum eſt, vt nec id liceat ad vitandas huius ſeculi miſerias, nec vt à manibus hoſtium quis ſe ſubtrahat, neque ad præcauendum peccatum proprium, neque ob pęnitentiā commiſsi peccati, nec deſiderio vitæ æternæ,neque in fidei teſtimonium,vt latè probat dict.Gom. ſup.cap.8.

Sed obſtat proxime dictis quod in d.l.Sed ſi. §. Si ipſe ſeruus. aſſerit Vlpianus, licere nimirum naturaliter etiam ſeruis in corpus ſuum ſæuire. Si igitur id licet naturaliter, conſequens eſt id etiam licere in Foro cōſcientiæ, per not. in Prælud.num.12.

Doctores vtriuſque iuris cruciantur valde circa intellectum. dict. §. Nam Accurſ. ibidem in gloſſ.1.verbum (*Licet*) exponit, id eſt permittitur. & paulò inferius addit, Nō autem licet de iure naturali. Quæ in effectu vult licere impunè, & in Foro externo; non tamen in Foro conſcientiæ; & ſic tenet differentiam præſentem. Sed obſtat huic intellectui verbum(*naturaliter*) poſitum in dicto §. Vnde Hoſt. in d.cap.Ex parte.num.2.& Ioan.And.num. 4. tradit alium. Prępoſi.ſup.alium. Archid.dicto cap. Si nō licet.nu.1.alium.Franc.Marc.deciſ. 882.nu. 2.par.2.aliū.Tiber.Decian.lib.9. tract. crim. tit. 2.num.25.alium.Quos omnes refert,& impugnat præfatus Gomez dicto cap. 3. à num. 9.apud quem eos videre poteris, ſi libuerit. nam breuitatis cauſa eos huc non adduco. maximè cùm ſimilia verba quoad deceptionem in contractu emptionis, & venditionis habeas in l. In cauſæ. 2. §.2.ff. de Mino. Quorum multiplicem intellectum tradidimus verbo Contractus.Differ. 1.num.1. Præfatus verò Balthaſar Gomez tandem putat tam Vlpianum, quàm Romanos in hoc erraſſe. Quia cenſuerunt licere vnicuique ſe occidere, & vulnerare. Allegat ad id dict. l. Factum. & dict.l.3. §. Papinianus; adeò vt putarent id eſſe Diuinum quiddam & excelſum,ac inuicti, ſtrenuique animi ſignum. Quod multis exemplis probat. Sed etſi dictam ſententiam multi habuerint: non ideò dici poteſt naturaliter id licere, ſi verbum *Naturaliter* ſumatur pro vt hic nunc capimus, nimirum pro re iuſta, & ſancta, & abſque peccato: præſertim cùm etiam de eodem iure communi Romanorū nemo ſit dominus membrorum ſuorum.vt in l. Liber homo. ff. Ad leg.Aquil. & ſit prohibitum vt quis in ſeipſum ſæuiat;vt in l.Cùm autem. §. Excipitur.ff. de Aedilit.edicto. & punitur in dicta l.Omne.§.Qui ſe. Quę iura allegat ad hoc dict.gloſſ. 1.§. Si ipſe ſeruus ſuperiùs memorati. Quomodo ergo erit cuique licitum ſeipſum occidere, & vulnerare? Intellige igitur pro vt in ſimili diximus verbo Contractus.dicta Differentia 1.num.1.

Hodie verò abſque hęſitatione pręſens differentia locum non habet. Nam tam in Foro conſcientię,quàm in Foro iudiciali illicitum valde eſt, & punibile, vt quis in ſeipſum ſęuiat,vt conſtat ex dicto cap.Si non licet.& per l. 15.& 18.tit.De las penas. & l. 9.tit.De los homicidios. lib.8. Ordin. & l. 24.tit.1.& l. 1.& 2. tit.28.Partit.8. & l.8.tit. 23.lib.8. Nouæ recopila. cuius verba ſunt, *Todo hombre, o muger que ſe matare à ſi meſmo, pierda todos ſus bienes, y ſean para nueſtra camara, no teniendo herederos deſcẽdientes.* Tradit Anto. Gom. tom. 3. Variar. cap.3.num.14. Plaça de Delect.cap.23. nu. 19. Menoch.de Arbitr. caſu.284. num. 23. Grego.Lop. gloſ.5.in l.24.tit.1. Part. 7.& omnium latiſsimè d.Gomez. d.lib. 1.capit. 21.23.&.24.

2 Qui autem tentauit ſe occidere, vel ſuſpendere,tædio vitę, vel alio ſimili; & non peregit; vt ſæpè contingit; quanam pœnā erit puniendus? In hoc ſunt variæ Doctorū opiniones.Quidam enim putant nulla pœna afficiendum eſſe, vt tradunt Bonifa. tit. de Inſulta.num.34. Guillelm. Benedict. in cap.Rainuntius. verbo Mortuo itaque teſtatore.in 1.num.45.Anton.Gomez 3.tom. c.3.n.14.Decia.lib.9 c.3.nu.4.& cap.4.n.7. Alii cōtra,videlicet puniendū eſſe. Et dicit cōmunē Iul.Clar.q.68.n.38.& in hoc caſu non prodeſſe pœnitentiam teſtatur Geminia.in cap.1.§.Sacri. num.10. de Homi. lib. 6. & ibid.Ioan.Monach.num. 7. & Francus eod.num.& Capici.deciſ. 155.num.20.

Prefatus verò Balthaſ.Gom.d.lib.1.c.21.n.26.cum tribus ſeq.diſtinguit. Aut quis ſe tentauit occidere tali inſtrumēto, & modo, quòd poſteà deſiſtēte ipſo,vel impedito,in nihilo læſus fuit. Tunc quia de generali cōſuetudine non punitur affectus, non ſecuto effectu;non erit puniendus, vt dicit Clarus ſup.& Carrer.de Homi.q.8.n.9.vel leuiter puniēdus;vt Plaça c.23.n.19.Aut tali inſtrumēto,& modo, vt ſe vulnerauerit,vel læſerit;ita vt ſi factitatū fuiſſet apud alterū,eſſet delictū. Tūc venit puniendus arbitrio Iudicis, & aliquanto grauiùs;vel illa pœna qua per ſtatuta municipalia puniretur ſi id in aliū admiſiſſet,vt per Plaça.dict.c.23.nu.11. Hanc diſtinctionem non video in practica obſeruari. Quia aliquos taliter ſe ſuſpendere volentes, & impeditos ab aliis vidi, nec tamē punitos. Compati enim potiùs debemus talibus; quam pœnis eos afficere.

VOTVM.

SVMMARIVM.

1 *PRomiſſio facta alicui pio loco ſine alicuius acceptatione, an obliget in vtroque Foro.*

2 *Voti commutatio, à quo, & ex qua cauſa fieri poſſit.*

3 *Promiſſum homini abſenti, nullo pro eo acceptante, an reuocari poſſit quandocumque.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 PRomittens alicui loco pio v.g. Monaſterio B.Mariæ Montis ſerrati dare cētū ſcuta, vel calicē, vel quoduis aliud munus, tenetur in Foro contētioſo præciſè adimplere votū, ſeu promiſſum;nec poteſt rem promiſſam propria authoritate alteri pio loco applicare, etiam ſi ſit magis Deo acceptū; dummodò aliquis pro dicto loco pio rē promiſſam acceptauerit. aliàs ſi aliquis pro ipſo non acceptet, promiſſio nihil valet in Foro exteriori.Ita dicit glo.verb.Alia cauſa.in l.Illud.C.de Sacroſanct.Eccl.quam cōmuniter approbant DD.teſte Iaſ.in l.Qui Romæ.§.Flauius.nu.22.& 23.ff.de Verb.oblig.& Iul.Clar. poſt alios in §.Donatio.q.12.nu.6. ſubdens eſſe hoc notandū,quia de facili quis reſpōderet contrariū.Idem not.Rebel.vbi infra,nu.21.ad fi.& Lopez 2.p.c. 27.q.4 Gamma deciſ.381.n.3.Sed de veritate dictæ glo.infrà videbis.Adde Alber.in l.Nec ei.§.Eorū.ff.de Adoption.Bal.Paul.Pariſ.Curt.iun.Caſſan.& alios quos refert, & defendit Molin. de Primoge.lib.4.cap.2.n.69.Alcia.in Parerg. lib.3.c.13.& in c.Cùm contingat.n.111.de Iure iur. vbi dicit cōmunem eſſe opinionē, & veriorem; vtpote requiri vt ratihabitio ſubſequatur donationem in abſentia donadonatarii factam.

In Foro tamē conſciētiæ, promiſſio facta in vtilitatem determinati loci, nullā exigit alicuius acceptationem pro eius validitate; ſed tenetur promittēs adimplere votū, ſeu promiſſum,iuxta illud Eccleſ.5. *Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere.* & illud Pſal.88.verſ.33. *Et quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.* Ita tenet Ange.& Silueſt. verb.Pollicitatio. & dicit magis cōmunem Suarez Ribeira in ſuo Theſauro lit.D.Arg. l.1.ff.de Pollicita.Dicit probabilem Rebel. de Oblig.iuſt.2.p.lib.18.q.3.nu.2. quamuis contrariam dicat magis probabilem, cùm nō fuit promiſſio, voto, aut iuramento cōfirmata.Sed id intellige verum quoad Forū externū,ſecùs quoàd internū.Quod confirmatur, quia in huiuſmodi promiſſionibus quę fiūt Eccleſiis,pauperib.& locis piis;obſequiū Dei, eſt velut cauſa,& debitū;quāuis ex liberalitate fiāt,vt dicit Fr.Lud.Beia 2.p. Caſuum conſcien. caſu 2. ex propoſitis 26.
2 Maii 1583.pag.271. Non ergo mirum ſi obligēt.Non poterit autem quis rem promiſſam

miſſam propria authoritate reuocare, nec dare alicui loco ęquè pio, niſi de licētia, & authoritate Superioris. Ita colligitur ex traditis ab vtroque Tho. 2.2. dicta quæ. 88. art. 3. ad primum. & quæſt. vlti. artic. 3. & quæſt. 113. artic. 2. ad 4. Sot. lib. 7. de Iuſt. quæſt. 2. art. 1. docet in terminis Ang. verbo Votum. 3. num. 26. Silueſt. eodem verb. in 4. quæſt. 7. §. 4. & faciunt quæ idem docet verb Reſtitutio. 2. numer. 14. Nauar. cap. 18 num. 6. & meliùs cap. 12. num. 78. vbi poſt D. Tho. Caiet. & alios, dicit conſecuta diſpenſatione, aut commutatione voti per Superiorem, ſecurum eſſe in conſcientia promiſſorem, & liberatum à danda re promiſſa loco præfato; quicquid nonnulli in contra [illegible] aſſeruerint, putantes præcisè dandam eſſe rem promiſſam loco deſtinato, nec ſufficere authoritatem Superioris, niſi adſit conſenſus eius cui vouetur. Cui opinioni fauet ſtylus Romanæ Curiæ. Nam his proximè diebus præteritis in quadam ſimili diſpenſatione veniebat clauſula, *Dummodò non fiat præiudicium tertio.* Quam opinionem tenet D. Anton. ſuprà, & Felin. in cap. 3. de Iure iur. & alii relati à Silu. ſuprà dict. verbo Votum. 4. quæſt. 7. §. 4. Quorum opinio ſaluari poteſt, quando res promiſſa fuit per aliquem acceptata; loco, & nomine prædicti loci cui facta eſt promiſsio. Tūc enim, quia iam eſt ius quæſitum eidem loco irreuocabiliter: meritò ſine eius conſenſu non poterit Superior diſpenſare, vel commutare tale votum. aliàs ante acceptationem bene poterit Prælatus diſpenſare, aut commutare votum ſine conſenſu eius cui vouetur, vt docet poſt plures à ſe relatos Henriquez tit. de Indulgen. cap. 30. §. 5. in text. & gloſſa 1. litera K. Angel. verbo Votum. 3. num. 26. in fin. & Couar. in cap. Quamuis pactū. 1. p. §. 3. num. 4. Et iuxta hæc, eſt intelligendus Rebel. 2. par. lib. 9. quæſt. 17. num. 25. vbi dicit cùm res promittitur duobus, licèt prior ſit Eccleſia, ſi poſteriori fiat traditio, poſteriorem eſſe præferendum. Intellige quando prima promiſsio non fuit ab aliquo acceptata. aliàs ſecùs. Et nota Prelati authoritatem requiri cùm petitur commutatio voti ex cauſa in opus minùs gratum Deo, vel ſine cauſa in æquale, ſecundùm veriorem opinionem, quam tenet Soto lib. 7. de Iuſt. q. 4. art. 3. fol. mihi 239. col. 2. Suar. 4. tom. diſput. 27. ſect. 4. num. 6. Cordub. caſu 149. & 150. Henriq. ſuprà. Et intellige requiri authoritatem Superioris ad commutādum ſine cauſa in rem æqualem; cùm ſcilicet eſt votum factum in vtilitatem determinati loci, aut perſonæ; vt dicit Henriq. ſuprà. dicto §. 5. aliàs ſufficere fieri per Confeſſarium, ſecundùm Suarez ſuprà. immò & per eumdem voventem fieri poſſe in planè æquale ex eodem Henrico ſup. Vt vouēs ingredi Religionem B. Dominici, poteſt intrare in Religionem B. Franciſci. Et inflexit Soto ſuprà, quamuis dicat tutius eſſe, fieri per alium dictam commutationē. Nauar. tamē c. 12 nu. 63. poſt l. 4. tit. 8. Partit. 1 vult vt ad cōmutandū votū in ęquè bonū requiratur iuſta cauſa. pro quibus eſt bonus text. in c. 1. de Voto. & tradit etiam Viual. in Supplemento. c. 14 de Voto. nu. 15. addens requiri etiā authoritatē Epiſcopi, vel Confeſſarii. quorum opinionem veriorem cenſeo.

Prędicta verò authoritas, nō requiritur cū fit commutatio in opus magis Deo gratū; vt tenent cōmuniter DD. vt dicit Naua. ſup. & Rodrig. in Bulla §. 9. n. 105. Viuald. loco ſup. cit. n. 14. vbi n. 16. ſubdit ita fuiſſe reſolutū in vniuerſitate Cōplutenſi à grauiſsimis DD. ſe preſente, ſcilicet poſſe quē propria authoritate rē promiſſam vni loco pio, applicare alteri operi magis pio; vel donare pauperibus fame morientibus. Idē tenet Sot. ſup. pro quibus eſt lex 3. & 4. tit. 8. Part. 1. Et ita tene, intelligēdo vt ſuprà, quando nō fuit ab aliquo acceptata pro loco minùs pio. aliàs ſecùs. Et iſto in caſu ſufficit quilibet priuatus, vt ſcilicet eam acceptet nomine d. loci pii, etiā minùs pii. Ita Couar. lib. 1. Reſol. c. 14. n. 13. Pincia. 2. de Succeſsio. §. 13 n. 65. Rebel. dict. lib. 18. n. 1. quicquid in contrariū teneat Innoc. in c. Peruenit. de Iur. iur. Ioan. And. in c. 1 de Voto. Silu. dict. §. 7. Borgaſ. de Irregular. par. 6. tit. de Voto. nu. 118. pag. 193. Adde dicta v. Solutio. Diff. 1.

Obſerua tamen non eſſe veram in Foro Canonico opinionē gloſſę in dicta l. Illud. C. de Sacroſanct. Eccleſ. cuius in principio meminimus, quatenus habet promiſsionem factā Eccleſię, vel loco pio, nullo pro ipſis acceptante, nihil valere in Foro exteriori. Quia talis promiſsio, ſeu pollicitatio,

Digitized by Google

nedum parit obligationem naturalem in
Foro conſcientiæ (vt ſuprà probatum eſt)
ſed etiam actionem de Iure Canonico; &
ſic efficacem obligationem quoàd Forum
exterius, vt tenet gloſſa in dicto capit. Sci-
mus. 12.quæſtione 1. vbi dicit ex nuda pol
licitatione quam quis facit Deo, poſſe con-
ueniri. Idem docet gloſſa in capit. Quicum-
que ſuffragia. 12. quæſtione 2. Alia in cap.
Agathoſa. in gloſſa 3. 27.quæſt. 2. Alia in
capit. 1. verbo Promittimus. 17. quęſtione
1. tradit D. Anton. 2. par. tit. 1. cap. 1. §.3.
Felin. in capit. 1. de Pact. Alcia. in capit.
Cùm contingat. numer. 229. de Iure iur.
Dicit communem Iaſ. in Rubr. de Verbor.
obligat. numer. 6. Anton. Gom. de Con-
tract. capit. 9. numer. 1. & habetur 1.tom.
Communium opinion. pag.320. & defen-
dit Couar. ſuprà, vbi conſtituit diſcrimen
3 inter pollicitationem factam Deo, ſeu lo-
cis piis; & factam hominibus. ſcilicet fa-
ctam Deo parere obligationem, & actio-
nem: factam verò hominibus, non produ-
cere naturalem, nec ciuilem obligationem.
Et confirmatur ex l.1.ff. de Pollicit. vbi ex
nuda pollicitatione facta in fauorem Reip.
poteſt quis conueniri. Quantò magis po-
terit conueniri cùm ſit in fauorem pię cau-
ſę, & in honorem Dei, & Sanctorum eius?
Et probatur in capit. Ex parte. de Cenſib.
vbi quidam vouentes ſoluere ſingulis an-
nis certas menſuras tritici, vel vini Sancto
Iacobo Eccleſiæ Compoſtellæ; fuerunt
compulſi, & coacti per Archiepiſcopum
dictæ Eccleſiæ eas ſoluere. Vbi Innocen.&
Abb.num. 1.id notant,& Angel.verbo Vo-
tum. 3. num. 26. Vide ad idem text. opti-
mum in cap. 1.de Donation, qui ſecundùm
quedã intellectum ita ſumatur, *Promitten-
tes aliquid donare, illud tamquam debitum
adimplere tenentur*. Idem probat text. in c.
3. de Pact. vbi dicitur, *Studioſè agendum
eſt per Iudices, vt ea quæ promittuntur, ope-
re compleantur*. Ex quo text. colligit ibi
Abbas omnem promiſsionem eſſe neceſſa-
riò executioni mandandam, etiam ſi ſit nu-
da promiſsio vnius, ſiue pollicitatio. Quia
quoàd obligandum promittentem, idem
operatur nuda promiſsio, quòd iuramen-
tum, ex cap. Iuramenti 22.quæſt.5. vbi dici-
tur inter ſimplicem loquelam, & iuramẽ-
tum, à Deo non fieri differentiam; quia
vterque peccat cõtraueniendo (vt diximus
verbo Iuramentum. Diff.6.) Hinc dicit vul-
gare Hiſpanum, *Quien promete, en deuda ſe
mete*. Sequitur poſt alios Iaſ.in l. Iuriſgen-
tium.§.Si cum nulla.num.5. de Pact. Vbi di-
cit ſpeciale eſſe in pollicitatione facta Deo,
vel pro piis cauſis, vel Reip. vt ex ea agi poſ
ſit. Stat ergo firma cõcluſio cõtra glo.in di-
cta l.Illud.C.de Sacroſanct.Eccl. & Rebel.
de oblig.iuſt. 2.par.lib.1.q.3.n 6 & lib. 18.
q.5.n 5.6.&.7. videlicet de Iure Canonico
à ſimplici pollicitatione facta in fauorem
cauſę piæ pari obligationẽ, & actionẽ. Vn-
de res promiſſa peti poteſt cõdictione; vel
ex dicto c.Iuramenti. 22.q.5. vel ex dicto c.
Scimus. 12.queſt.1. vel deniq; ex dicto cap.
Ex parte. de Cenſib.

Et hoc eſt verũ, cùm res eſt integra. id eſt
dũ res promiſſa non eſt alteri loco pio, vel
operi, ſeu cauſæ pię authoritate Superioris
applicata; vel in rẽ Deo magis gratã à pro-
mittente commutata; prout fieri poſſe dum
res promiſſa non eſt per aliquem acceptata
nomine eius cui facta eſt promiſsio ſuprà
oſtendimus, & probat tex ſing. in cap. Si ti-
bi abſenti. in fin. de Præbend. lib.6.

SVMMARIVM.

1 P*Roſeſsio, ſeu vota emiſſa fictè per virum in Religione, & Monaſterio Monialium, valent
quoàd Forum exterius; Secùs quoàd interiùs.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 VIR qui, mentito ſexu, profitetur
in Religione Monialiũ: vel è cõ-
trario, femina quæ ſimulãs ſe eſſe
virũ, profeſsionem emittit in Reli
gione, & domo virorũ: in Foro externo re-
putantur, habenturque pro Religioſis; & ſic
cõpellentur remanere. Nõ quidẽ in eodem
Monaſterio, nec in ſexu; ſed in ſpecie, vel
in genere. Ita ſentit gloſ. 1. in fin. in cap. Vt
Clerici. de Regula. & tenet expreſsè D.
Antonin.

Antoni.3.par.tit.16.cap.3. dicens talẽ profeſsionẽ fuiſſe validam.Idem Silueſt. verb. Religio.3.q.9.ex Archid. Barth. Brixien. & Cardi. Zabarella.Idẽ Ang. verb. Profeſſio.§.3 & Tabiena,& Armilla eod. verb. & Panor.in c. Inſinuante.qui Cleri.vel vouen. & Specula.lib.4.particula 3. de Statu Monacho.num.4.

Ratio eſt, quia ſola obligatio ad tria vota eſt de eſſentia Religionis, non eorum impletio; vt docet Paluda in 4.diſtinct. 26. quæſt.3.artic.2.communiter receptus teſte Paul.Comitol. lib. 2. Reſponſ. Moralium. quæ.8. numer. 3. Vnde licet vir non poſsit dicta vota implere in Religione Monialiũ, vbi ea emiſit, nec poſsit remanere inter Moniales; vt habetur in cap. Diffinimus. 18.quæſtione 2. Sufficit tamen ea emiſiſſe vt Monachus cenſeatur, ſaltem in Foro exteriore.

In Foro verò conſcientię, ſi vir, vel femina præfatam profeſsionem fictè, & non ex animo emiſerit: coram Deo non erit valida; vt docet gloſſ. ſic intelligenda. verbo Signatos. in capit.Tuarum. de Priuileg. dicens talem non eſſe compellendum ad Monachatũ, ſed puniendum exilio. Quam gloſſam ſequitur Hugo relatus ab Archid. in cap. Quod interrogaſti.27.diſt.Eamdem ſequitur Præpoſit. ibid. & Ioan.And. Hoſt. & Geminia. quos refert, & ſequitur Pauli Comitol. vbi ſup. num.4.& 5.

SVMMARIVM.

1 *FESTA votiua per incolas alicuius populi; ad quid, & quos obligent in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 FESTA votiua quæ communiter ſolent vouere populi in honorem alicuius Sancti,quoàd eos qui illa non vouerunt, tantùm obligant in Foro externo ad pœnas per eos appoſitas. Nec aſtringunt incolas niſi ad ceſſationem operum ſeruilium; non item ad audiendam rem ſacram.

In Foro verò conſcientiæ, præfata feſta non obligant prænominatos. Quia nec Iurati Patres,nec Gubernatores populi; quin immò nec maior pars ciuium quæ ſolet prædicta feſta inſtituere, habẽt poteſtatem obligandi populum ad peccatum mortale; cùm incolæ nõ ſint ſubditi Gubernatorum populi, nec concilii eiuſdem; niſi pro bona gubernatione politica, & quoàd Forum exterius, ſub pœnis eiſdem impoſitis. Nec votum maioris partis populi ſe extendit nec comprehendit alios, quàm vouentes. Quia eſt perſonale, vt docet Azor 1. par. Inſtit.moral.lib. 11.capit. 15.quæſt. 14.& Paul.Comitol.lib.2.Reſponſ.moral.quæſt. 10. numer.2.quamuis contrarium ſentiat (& malè) Rodriguez in Summa verbo Fieſtas.cap. 112. concluſione 1. dicens teneri à poſteris ſeruari feſta per prædeceſſores voto inſtituta. Quia idem eſt populus qui nũc eſt, & qui erat tempore voti. Quod verum eſt quoàd repreſentationem, & ſucceſsionem; non tamen quoàd veritatem, & obligationẽ voti;cùm conciues qui nunc ſunt, ſint alii numero à prædeceſſoribus voventibus.

Vt autem prædicta feſta obligent omnes, tam præſentes quàm futuros;& tam ad ceſſationem operum, quàm ad audiendam Miſſam; oportet vt dicta feſta confirmentur ab Epiſcopo loci, qui ad id, tam de iure communi, quàm de iure nouo Concilii Tridenti. habet poteſtatem, vt probat text. in prin. de Conſecra. diſtinct. 3. & in Concil. Trident. Seſsione 25. capit. 12. de Regula. Quo in euentu non ſolùm tenebuntur incolæ ſeruare feſtum; ſed etiam aduenæ,& peregrini,atque tranſeuntes per villam; dummodò moram fecerint in ea per aliquot horas ante meridiem. Nam ſi fuerint viatores, & ſolùm ibi in hoſpitio, vel alibi detineantur pro refectione corporali, vel aliquo breui negotio: non puto teneri ad audiendam rem ſacram; quicquid ſcrupuloſè dixerit Naua.c.13.nu.5. Et hanc noſtrã opinionẽ dicit valde probabilẽ poſt Sãciũ.Leon.Leſsi.de Iuſt.& iur.lib.4. c.2. n. 56.Poſſunt etiã incolę poſt auditã Miſſam

Digitized by Google

ire extra parochiam ad laborandum. vt docet Naua.& Lefsi.ſup. Et ſi in vigilia exeāt à parochia,nō tenebuntur etiā audire Miſſam extra illam. Quia ſolùm obligat præceptum in loco vbi vim habet, nempe vbi feſtum eſt votiuum.

Idem dic circa ieiunia votiua. Nam ſolùm obligāt incolas,& alios eo modo quo diximus ſuprà proximè obligare feſta. Carnes verò poteſt edere quiſque in loco vbi edi poſſunt,licèt ſit tantùm tranſiens, & licet ex propoſito veniret ibi ad eas comedendas. Quod eſt mirabile, attentis iis quæ diximus quæ ſunt onera. Quia non obligāt tranſeuntes. commoda verò, & gratiæ eos contingunt, & afficiunt,vt docet Leſsi.ſup. poſt Naua.& Coua. quos allegat. Et ratio eſſe poteſt, quia gratiæ, & fauores ſunt amplianda, onera verò ſunt reſtringenda.

VSVRA.

SVMMARIVM.

1 *CAP. fin. de Vſur. in prin. procedit tantū in Foro exteriori; & non in interiori.*

2 *Mutuans principaliter, vt pecuniam mutuatam aſſecuret; eſt vſurarius. Sicut ſi mutuaret triticum, vt ipſum mutuatarius moleret in ſuo molendino.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 CAP. fin.de Vſur.in prin.quatenus habet cenſeri vſurarium qui mutuat pecuniam; & eam aſſecurat: procedit tātùm in Foro exteriori, & non in interiori; ſi verè mutuatarius vult dictam pecuniam dare ad cābium ne eā per loca periculoſa traiiciendā amittat. Ita Nauar. cap.17.nu.283.litera A.

Sed aduerte illo textu non tam inductam fuiſſe præſumptionem iuris, & de iure contra mutuo dantes,& aſſecurantes,prout vo-
2 luit Naua.ſuprà; quàm declaratum, eum qui potiſsimùm mutuat alicui pecuniā, eo quod ſciat per mutuatariū dandam ſibi ad aſſecurandum;eſſe vſurarium. Quia ex mutuo lucratur pretiū aſſecurationis; inſtar mutuantis triticum, vel pecuniam ad ipſum emendum,cum intentione principali vt mutuatarius ipſum molat in ſuo molendino; vt docet idem Naua.in dict. cap.17. n.220. Qui quidem intellectus ſatis ex ipſius contextu colligitur ibi, *Mutuans, eo quòd*, &c. ſecundum quem intellectum nulla erit in caſu dicti cap.differentia inter Forum interius, & exterius; quia in vtroque eſt vſura; & eſt mutuans plectendus: etiam ſi mutuatarius verè velit prædictam pecuniam dare ad cambium; & eam aſſecurare.

SVMMARIVM.

1 *VSurarius tenetur in Foro exteriori reſtituere vſuram, licèt dicat de voluntate domini eam habere. Secus in Foro interiore, ſi cōſtet Cōfeſſario,de voluntate libera dātis.*

2 *Datum liberaliter notario Epiſcopi pro inſtrumento Ordinum; vel Epiſcopo pro paſtillis; poteſt retineri in Foro conſcientiæ.*

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 VSVRARIVS in Foro exteriori tenetur ad reſtitutionem vſuræ; etiam ſi dicat de voluntate, & conſenſu domini fuiſſe ſibi datam. Nullus enim præſumitur

Digitized by Google

tur iactare ſuum. l. Falſus. §. Si iactantium. ff. de Furt. l. Qui alleuiandæ. ff. Ad l.Rhod. de iactu. & conſequenter non præſumitur liberè data, ſecundùm Nauar. cap.23. num. 102.§.5.

In Foro verò interiori, non tenetur reſtituere datum vltra ſortem, ſi aliàs conſtet de libera dantis voluntate, ſecundùm Angel.verb. Vſura.& Nauar.cap.17.nu. 209. & Soto lib.6.de Iuſt.quæſt.1.art.4.

Idem puto iudicandum fore in Foro exteriori; ſi probaretur dictus conſenſus domini pecuniæ, cùm dicta præſumptio non ſit iuris, & de iure. Et ſic nulla eſt in hoc conſtituenda differentia in vtroque Foro, niſi in hoc, ſcilicet quòd in Foro exteriori præſumeretur vſura ex ſola probatione dati vltra ſortem; non verò in interiori, ſi
2 aliàs conſtet de conſenſu dantis; ſicut dicimus de dante aliquid etiam ampliùs, quàm debeatur Notario Epiſcopi pro inſtrumēto Ordinis; vel etiam ipſi Epiſcopo pro paſtillis ſine vllo pacto, ſed ex mera liberalitate; nec principaliter pro Ordinibus ſuſcipiendis. In Foro etenim interiori non eſſet ſimonia: quamuis in exteriori præſumeretur eſſe; iux.cap. 1.de Simon.& docet Nauar. cap.23.num. 101.§. 11. Conferunt tradita infr. Differ. 11.& verb.Pœna. Differentia 17.

SVMMARIVM.

1 *INTERESSE lucri ceſſantis, an peti poſſit.*

2 *Intereſſe lucri ceſſantis an à principio paciſci poſſit.*

3 *Habens pecunias ad emendum cenſum, vel poſſeſſionem; ſi rogatus ab amico, ipſas mutuet: poteſt conſequi id quod aliàs amiſit ob non emptum cenſum, ſeu poſſeſſionem.*

4 *Mercator habens pecunias ad mercaturas; ſi veriſimiliter expectet lucrum: poteſt illud conſequi ab amico rogāte, vt eas ſibi mutuetur.*

5 *In hac ſpecie huius differentiæ, poteſt peti certum, pro incerto.*

6 *Mutuatarius ſi ſit in mora reſtituendi mutuum, debet intereſſe à die moræ, etiamſi non ſit conuentum; dummodò habeat mutuās pecunias illas ad negotiandum, & ſe obtulerit occaſio negotiandi cum ipſis.*

7 *Intereſſe peti non poteſt à mercatore aucupatore, venatore, ſeu piſcatore; quia ipſorum negotiatio eſt nimis incerta, & dubia.*

8 *Habens pecunias non ad negotiandum, ſed ad neceſſitates domus occurrentes; non poteſt petere, nec accipere intereſſe, ſi eas mutuatus fuerit.*

9 *Vendens apothecam ſpecierum ſub palliamento ſocietatis; vel ſine ea, ſub certis pactis, & conditionibus, &c. an ſit vſura.*

10 *Accipiens poſſeſſionem in pignus, licèt cum palliamento venditionis, eſt vſura.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 INTERESSE ratione lucri ceſſantis peti poteſt in Foro exteriori tam de iure Ciuili; quàm Canonico à creditore mutuante, ſi ſit ſolitus lucrum facere; ſecundùm gloſſam celebrem in cap. Conqueſtus.de Vſur.communiter receptā, teſte Nauar.conſil.7. numer. 5.& conſ. 17. num.3. de Vſur. & in Manual. cap.17. nu. 211.& Ant. Gabr. poſt plures à ſe relatos tom 2. Commun. opin. pag.171.tit.de Solut. concluſ.10.num.2.cui eſt ſimilis gloſſa in cap. Peruenit.verb. In damnum.de Fideiuſſor. alia in l.1.verb.Petrum Apoſtolum. in fin. C.de Summa trinit.alia in l.2.in gloſſa 1.C.de Vſur.& in l.Curabit.C.de Actio. empti. Quæ quidem gloſſę loquuntur quādo intereſſe petitur poſt moram commiſſam à debitore. Nam ante moram certum eſt non deberi; & conſequenter peti non poſſe. Quo in caſu morę, etiam in Foro interiori debetur, cōſtita amiſſione lucri, vel quòd veriſimiliter illud creditor lucri feciſſet, ſi pecunia in termino ei ſoluta fuiſſet, ſecundùm Innocent.in cap. Sacro.num.10. de Sentent.excom. communiter receptum teſte Nauar. conſil.2.n.2.de Vſur. & Anto. Gabr. vbi ſuprà. numer. 2. & Couar. lib.3. Var. cap.4. num.5. Abb.in dicto cap. Conqueſtus.

Digitized by Google

queſtus. num.6. per tex.in l. 2. in fin. ff. de Eo quod cert. loco. & docet Soc. conſil. 156. à num.8. vol.2.

2 An autem ex conuentione à principio, ante moram poſsit haberi ratio prædicti intereſſe lucri ceſſantis, & paciſci. maximè vbi ſe offert tūc de præſenti ſimile lucrum certum, vel ſperatur probabiliter adfuturum; vt cùm quis habet præ manibus emptionem alicuius cenſus perpetui, vel poſſeſsionis; & precibus amici mutuat pecuniam cum pacto, fore ſcilicet ſoluendum ſibi pro illo intereſſe quod amittit, ſeu deſinit lucrari ob mutuationem pecuniæ quā precibus victus facit, quinque pro centenario; vel ſeptem, & dimidium; ſecundùm morem regionis quotannis: multi tenent non poſſe, quos refert Ant.Gabr. vbi ſuprà. num.4. & Fel. in cap. Cùm venerabilis. col. 3. verſ. Intellige quartò. de Exception. inter quos eſt Innocent. in cap. 1. in princip. & in cap. fin. de Vſur. & D. Tho. 2.2. quæſt. 78. art. 2. ad primum. Duran. in 3. Sentent. diſtinct. 37. quæſt. 2. ad 1. & probat latè Sot. lib. 6. de Iuſt. quæſt. 1. art. 3. vbi per plura fundamenta, & rationes conatur reprobare tale pactum, & conuentionem quoàd Forum interius: quarum præcipua eſt eſſe contra naturam mutui, quod debet eſſe gratuitum, etiam de Iure Diuino; iuxta illud Luc. 6. verſ. 35. *Mutuum date, nihil inde ſperantes*, relatum in c. Conſuluit. de Vſur. Vnde cùm non cogatur mutuans ad mutuandum: oportet vt ſi mutuet, id faciat gratis. Quòd ſi velit illud haurire lucrum ratione intereſſe quod propter mutuationem amittit: non mutuet, ſed det pecuniam ad cenſum perpetuum, vel ad vitam recipientis, faciendo cum eo contractum emptionis, & venditionis; iuxta tradita per Abb. in cap. In ciuitate. numer. 7. de Vſur. vel quærat alium contractum non gratuitū quo ipſe poſsit licitè capere lucrum ex ſua pecunia, & mederi neceſsitati amici eam petentis. aliàs ante morā non videtur poſſe prętendere aliquod intereſſe; & eius ratione, in compenſationemuè lucri amiſsi, exigere certum quid lucri; cùm ſpōte mutuet, & mutuatarius in nulla ſit culpa, nec mora tempore contractus mutui, & pacti initi, nec toto tempore, quo permittente mutuante retinet mutuum.

Sed contraria opinio, ſcilicet tam ante moram, quàm poſt moram poſſe paciſci, etiam in conſcientia, intereſſe lucri ceſſantis à ſolito negotiari, ſi precibus coactus mutuet pecuniam quam deſtinatam habebat ad emptionem de præſenti, vel de futuro alicuius rei de certo, vel quaſi de certo fructiferę. Eſt communis, & in practica recepta, quam late defendit Nauar. in tract. de Vſur. ſuper. cap. 1. 14. quæſt. 3. notab. 15. vbi reſpondet fundamentis, & rationibus Soti, & in Manual. cap. 17. num. 211. & Couar. in dicto cap. 4. numer. 5. & eſt de mente D. Tho. 2.2. quæſt. 62. art. 4. & tenet D. Anton. 2. par. tit. 1. cap. 7. §. 50. Abb. in cap. fin. numer. 14. de Vſur. Silu. verb. Vſura. quæſt. 19. & Rebel. de Obliga. iuſt. 2. par. lib. 8. quæſt. 5. num. 8.

Et ratio eſt, quia reuerà prædicto in caſu non petitur lucrum ratione mutui. Quia tūc eſſet ſine dubio vſura, & pactum feneratitium, & illicitum. Sed petitur ratione intereſſe quod mutuās pateretur in bonis ſuis, eò quòd deſinit negotiari cū ſua pecunia. Vnde non petit lucrum, ſeu intereſſe, quia mutuat; ſed quia deſinit negotiari, & lucrari tantumdem aliud intereſſe, & lucrum; & ſic in recompenſationem lucri, & intereſſe, aliàs cauſa mutuatarii, amiſsi. Non enim tenetur quis cum iactura, & damno bonorum ſuorum facere proximo ſeruitium, ſeu beneficiū. Quia charitas benè ordinata incipit à ſe ipſo. Et damnum, & iactura mutuātis largo modo eſt, non lucrari aliquod lucrum quod præ manibus habet, vel veriſimiliter, & quaſi de certo ſperat; quia id minus haberet in bonis ſuis. Quod clariùs patebit exemplo infrà ponendo. Et dicta ratione reſponſum eſt fundamento pręcipuo Soti ſuprà relato. Quia negamus mutuantem in prædicto caſu non facere mutuum gratuitò. Negamus etiam non poſſe prætendere intereſſe lucri ceſſantis.

Itaque licèt tam Iure Diuino, quàm Canonico prohibitum ſit petere aliquid pro mutuo: non tamen eſt prohibitum illud petere ratione intereſſe; ſiue illud intereſſe ſit damni emergentis, ſiuè lucri ceſſantis. Eſt tamen diſcrimen maximum inter vtrumq; intereſſe. Nam intereſſe damni emergentis

peti

Digitized by Google

peti poteſt à quocumque, etiam ſi non ſit mercator; iuxta gloſſam penult. in dict. l. 2. §. fin. ff. de Eoquod cert. loco. Soc. conſil. 156. num. 9. vol. 2. & communiter omnes. At intereſſe lucri ceſſantis nequaquam peti poteſt, nec paciſci, niſi à ſoluto negotiari; vt per eamdem gloſſam, & Abb. in dicto c. Conqueſtus. n. 6. docet Silu. verb. Vſura. quæſt. 19. ad fin. in primo requiſito. Nauar. cap. 17. num. 212. in tertia, & vltima conditionibus, & communiter omnes.

Paciſci autem poteſt licite illud intereſſe lucri ceſſantis quod mutuans mercator ratione mutationis amittit in negotiatione, ſeu mercimonia ad quam habebat pecuniã mutuatam deſtinatam. Hoc tamen addito, prædictũ intereſſe capi ab eo nõ poſſe, niſi à die qua lucratus fuiſſet cũ memorata negotiatione; cùm accipiatur eius loco, & ſit quædam recompenſatio damni, ſiue lucri ceſſantis, amiſsivè, ob mutuationem factã. Et in his duobus requiſitis includuntur, & reſumũtur alia omnia à Doctoribus requiſita. Nam cetera non ſunt de ſubſtantia. Nec admittendam puto in praxi abſolutè, & indiſtinctè, conditionem illam, ſcilicet vt non capiat totum intereſſe quod aliàs in ſua negotiatione lucraturus erat, ſiue quod ſperabat (quod idem eſt) ſed tãtùm quod valet illa ſpes dubia. Nam primò, ſi habebat pecuniam ad emendum cenſum perpetuum: certum eſt poſſe paciſci eamdem quantitatem; puta quinq̃ue pro centenario, vel ſeptem, & dimidium, vbi ita eſt vnius cuiuſque iuſtus valor; vt eſt Valentiæ, propter fertilitatem poſſeſsionum. Si verò habebat pecuniam ad emendam poſſeſsionẽ: poteſt ſimiliter eamdem quantitatem paciſci. Nam tale lucrũ regulariter terra producit; vt eſt tex. in Auth. de non alien. §. Quia verò. & ibi gloſſa, & in Auth. Perpetua C. de Sacroſanct. Eccleſ. docet Couar. lib. 3. Variar. cap. 10. num. 1. Caualcan. deciſ. 2. num. 10. part. 2. & deciſ. 13. num. 68. eodem vol. 2. Quòd ſi habeat pecuniam ad alias negotiationes incertas, & dubias, quoàd lucrum, & intereſſe: tunc veram puto præfatam conditionem. Et ſic intelligẽdum, & limitandum cenſeo D. Tho. 2. 2. quæſt. 62. art. 4. & Caiet. quæſt. 78. art. 2. col. 3. & 4. Fel. dicto cap. Cùm venerabilis. vel. ſ. Intellige. in 2. de Except. Silu. verb. Vſura. 1. quæſt. 25. in fin. Nauar. cap. 17. num. 212. in 9 conditione, quatenus volũt non poſſe exigi, nec paciſci totum intereſſe, quod veriſimiliter ſperatur, ſed ſolùm quantum valet illa veriſimilis expectatio in dubio poſita. Nam intelligendi ſunt de aliis lucris incertis; & non de illis quæ ſunt certa, qualia ſunt prædicti cenſus ad rationem quinque, vel ampliùs pro centum, ſecundùm vſum regionis. Nam tale lucrum exigi poteſt; vt tenet Silueſt. parùm ſibi conſtans, vbi ſuprà. quæſt. 21. & quæſt. 31. Intellige ergo D. Tho. & ſequaces eius, quando non poteſt certò ſciri valor lucri ceſſantis, parùm plus, vel minùs; ſed eſt incertus.

Et vt clariùs, ac dilucidius id intelligatur; nempè aliud eſſe accipere lucrum pro intereſſe lucri ceſſantis, & aliud prò mutuo, diſtinguique inter ſe maximopere prædicta duo: adducam huc quoddam exemplum quotidianum. Fingamus animo eſſe quemdam mercatorem Valẽtinum qui parat iter ad nundinas Salmanticeñ. quæ fiunt menſe Septẽbris, ad emendum pullos equinos, & mulos iuniores, vulgò *Potros, y Mulatos*. Sunt enim ibi optimi; in quibus ſolet prædictus mercator lucrari valdè quotannis in dicta negotiatione, & emptione; & ſic ad eam ſolam habet pecuniam ſuam deſtinatam. Accidit vt alius mercator velit à prædicto mercatore emere lucrum quod veriſimiliter putat lucrari. & cõueniũt circa prẽtium. Perſpicuum eſt hunc contractum, & emptionem licitam eſſe; ex l. Si iactum retis. ff. de Action. empti. Poſteà paucis poſt diebus dicit emptor venditori ſi noluerit ire ad nundinas, vt det ſibi mutuo pecuniã illam quam in dictam emptionem impendere debebat, & deductis ex conuentione facta expenſis quas ipſe venditor aliàs facturus erat in itinere, ipſe ibit loco ipſius. & ita conueniunt. Clarum etiam eſt hanc conuentionem licitam eſſe. Quia datur mutuò pecunia, idque gratis. Ecce mutuum gratis factum. Et ecce licitum intereſſe ratione lucri ceſſantis. Quia reuerà lucrum conuentum non accipit mercator Valentinus ratione mutui, ſed ratione illius lucri quod aliàs putabat conſequi ex emptione,

dictorum

dictorum equorum,& mulorum iuniorum.

Eadem ratione poterit quiuis mercator habens pecuniam ad negotiandum accipere,& paciſci lucrum à principio; dummodò habeat præ manibus mercimoniam in quam dictam pecuniam impendat; vel de certo eamdem mercimoniam expectet, ex qua lucrũ probabiliter ſperetur. Et in hoc conſiſtit tota vis,vt poſsit quis recipere lucrum ex mutuo, ratione lucri ceſſantis. Nã non ſufficit vt ſit mercator,vel aliàs habeat pecuniam ad negotiandum, & poſsit eam impendere in aliquam mercantiam. Nam talis ſpes eſt inanis, & non vendibilis, nec pretio æſtimabilis. Sed eſt neceſſe vt dictã mercem habeat de præſenti: vel ſit ita certa, vel veriſimilis, vt ſi vellet vendere ſpem lucri quam habet, inueniret emptorem; vt docet Paul. ita intelligendus in dict. l. 2. §. fin.ff. de Eo quod certo loco. quem plures ſecuntur, quos refert Ant. Gabr. vbi ſuprà. num.3. verſ. Contrarium. Quod manifeſtè patet in prædicto mercatore Valẽtino. Nã ſi is vellet dare mutuò ſuam pecuniã menſe Ianuarii vſque ad menſem Auguſti, & vellet recipere aliquid ratione lucri ceſſantis, quod aliàs poſſet lucrari ſi eam impenderet in aliquam mercimoniam: certè eſſet vſura. Nam ſuppoſito quòd illam pecuniã non habebat deſtinatam niſi ad emendos equos, & mulos in nundinis Salmanticenſibus quæ fiunt menſe Septembris; nullum intereſſe lucri ceſſantis prætendere poteſt; cùm nullam aliam negotiationem feciſſet, durante illo tempore mutui; ſed ſuam pecuniam penes ſe haberet otioſam in arca: & illa ſpes, ſcilicet potuiſſe, vel poſſe eam impendere in aliquam negotiationem, eſt aërea, & nulli vendibilis, nec pretio æſtimabilis. Et in hoc caſu, & ſimilibus eſt intelligenda doctrina illa D. Tho. 2. 2.quæſt. 68.art.2 ad primum,quam refert,& ſequitur Caualc. deciſ. 2.num. 28. part.2. videlicet licet mutuans ſit mercator, & ſolitus lucrari: non propterea poſſe mutuare, vt aliquam ſuper excreſcentiam recipiat vltra mutuum, ſub prætextu intereſſe quod fuiſſet lucratus. Quia non debet vendere quod nõ dum habet. Et quod addit. *Et poteſt multipliciter impedire ne habeat*, intellige de aliis mercimoniis incertis; vt cùm quis habet pecuniam ad emendam certam aliquã poſſeſsionem; cuius venditio eſt valde dubia: vel ad emendum aliquem cenſum perpetuum à Generali alicuius ciuitatis, cùm vendere voluerit, & non ſperatur tam citò talis venditio;vel ad emendas aliquas alias mercimonias incertas,& dubias. Nam dùm non ſeſe offert venditio earum; ſi mutuo det pecuniam, non poterit exigere lucrum aliquod,niſi in caſu qui ſe obtulerit opportunum. Poſſet tamen prædictus mercator Valentinus paciſci,vt ſi mutuatarius non reſtituerit pecuniam ante nundinas, teneatur ſoluere certum intereſſe, ratione lucri, per eum amiſsi in prædictis nundinis, ob pecuniam non reſtitutam. Nam tale intereſſe poſt moram eſt vbique receptum, vt docet plures quos refert Ant. Gabr. vbi ſupra, nu. 1. & dicetur infra in 4. illatione.

Itaque ex hactenus dictis conſtat à mercatore, vel quouis alio habente pecuniam alicui licitæ negotiationi expoſitæ,tunc demum poſſe peti, & paciſci intereſſe, ratione lucri ceſſantis,cùm eam mutuat;quando propter mutuum ipſe amittit alibi dictum intereſſe; vel ſaltem eſt veriſimile ipſum lucratum fuiſſe. Tunc enim dicitur verum intereſſe ratione lucri ceſſantis. Quia verè ceſſat,vel probabiliter ſperatur ceſſaturum, & ipſum amiſſurum. aliàs ſecùs. Vide optimè per Burſa. conſ.68. à num. 11.lib.1.& 1.tom.Commun.opin.lib.4.tit. 22.numero 41.

3 Ex hac reſolutione inferuntur, ac deducuntur plura ad praxim non contemnenda. Primò enim deducitur, ſi quis habeat pecuniam ad emendum cenſum perpetuum; & habeat præ manibus vẽditorem: ſi fortè amicus ipſum roget, vt ſibi mutuò det pecuniam illam; & ei ſoluet quotannis ſolidũ pro libra, vel ſolidum cum dimidio (vt eſt mos Valentiæ) & ſic cenſum illum quem aliàs habiturus erat à prædicto venditore: poſſe dubio procul id facere abſque vllo ſcrupulo; vt & docet Silu. verb. Vſura. 1. quæſt. 22. & 24 Cordub. quæſt. 105. etiam cum ſolo chirographo, & ſcripto priuato. Quia cenſum non percipit ratione mutui, ſed ratione intereſſe lucri ceſſantis quod aliàs habiturus erat ab eo qui ſuam pecuniam accipere volebat ad cẽſum perpetuũ.

Et

Digitized by Google

Et ita in facti cõtingentia reſpondi his pro ximè diebus. Si vero non ſe offerret de præſenti venditor cenſus: non poſſet is ſtatim petere aliquid ratione prædicti intereſſe, donec eum haberet (vt prædixi) ab eoque die poſſet paciſci quòd teneretur mutuatarius conferre intereſſe loco cẽſus amiſsi. Quod eſt de mente Nauar. dicto cap. 17. numer. 212. in 5. conditione, ibi, *Vt non recipiat intereſſe, priuſquam conſtet quod veriſimiliter lucratus eſſet.*

4 Secundò deducitur mercatorem habentem pecuniam deſtinatam non ad hanc, vel illam mercimoniam, ſed paratum eam expendere, quacumque occaſione cõtingente, ſi ſit veriſimile eſſe euenturum poſſe rogatum eã mutuò dare ſub intereſſe, moderamine adhibito arbitrio boni viri, propter incertitudinem lucri, tam in tempore, quàm in quãtitate. Quia poſſet nõ cõtingere tã citò, & poſſet etiam ſi cõtingeret non lucrari in ea. Et in iſto caſu loquitur, & eſt applicanda doctrina D. Tho. dicta quæſt. 78. art. 2. ad primum, de qua ſuprà. Si verò nullæ merces ſperentur pro eo tempore: non poterit aliquid recipere. ſed paciſci, & ſtipulari poterit, nempe ſi venerint, quòd ſoluet intereſſe ab eo die, pro vt ſupra moderatum. Idem putarem de habente pecuniam ad emendam aliquam bonam poſſeſſionem. Nam non eſt certum quando id contingat. Quod eſt valde notandum pro his qui in paruis villis commorantur, vbi rarò contingunt merces ad impendendas in eas pecunias; maximè ſi extra dictas villas non ſoleãt eas expendere. Nam præfati vix poterunt in illo caſu recipere intereſſe ex mutuo, ratione lucri ceſſantis, cũ nullum fermè amittant. Et ſic puto plura mutua eſſe vſuraria, cùm duo requirantur in dicta ſpecie ad excuſandũ quem ab vſura. Primum, vt is qui mutuò dat pecunias, habeat eas expoſitas ad lucrum, & mercaturam. Secundùm, vt propter mutuum factũ amiſerit lucrum vel certum, vel veriſimile.

5 Tertiò deducitur, in hac ſpecie de qua agimus, poſſe peti certum pro incerto, id eſt, deduci in pactum certum lucrum pro incerto ſperato, vt in exemplis ſuprà relatis, licèt regulariter ſit contra; vt in l. Cùm quis decedens. §. Codicillis. & §. Titia. ff. de Legat. 3. & l. Qui teſtamentum ff. de Prob. ti. & docet Couar. vbi ſuprà, ilatione 7. & alij quos refert Soto. dicto artic. 3. concluſ. 4. Quod eſt notandum. licet D. Tho. dicta quæſt. 78. art. 2. ad primum, contrarium ſentiat. Sed intellige, vt per Silu. verb. Reſtit. 3. nu. 9. ad fin.

6 Quartò, deducitur prædictum lucrum deberi in vtroque Foro, etiam ſi non ſit conuentum, quando mutuatarius eſt in mora reſtituendi mutuum, dummodò mutuans haberet illas pecunias mutuatas ad negotiandum, vel rem aliquam fructiferam emẽdam; & ſe obtulerit occaſio poſt dictã moram negotiandi cum illis; vel aliàs lucrum aliquod amiſerit, vel damnum ſenſerit. aliàs non poterit illud lucrum petere; neç mutuatarius ad id tenebitur. Ita notat Couar. vbi ſuprà, numer. 5. & Cordub. dicta quæſt. 105. Itaque intereſſe ratione lucri ceſſantis, nec in Foro exteriori, nec in interiori debetur ante moram, niſi ſit conuentum à principio mutui; licèt reuerà ſe obtulerit occaſio illud lucrandi. Ratio eſt, quià durante tempore ad reſtituendum mutuum nulla iniuria fit mutuanti ex retentione mutui; licèt aliàs lucrum ob id amittat. Quià in id ſponte conſenſit; & agenti, & conſentienti nulla fit iniuria. Idẽ docet Soto dictò lib. 6. de Iuſt. quæſt. 1. art. 3. §. Verumtamen. Poſt moram verò, (Intellige culpabilem) & terminum datum ad reſtituendum; licèt tempore mutui nihil ſit dictum, nec conuentum: ſi tamen amiſit aliquod lucrum, tenebitur mutuatarius illud ſoluere, & refundere, ac reſarcire. Quia mora eius non debet officere commodis alicuius, maximè benefactoris eius; tum ne mutuans diſpẽdium patiatur, vnde præmium conſequi meruit, vt dicit tex. in cap. 2. de Fideiuſſor. & ita tenet Sot. lib. 6 de Iuſt. & iur. quæſt. 1. art. 1. ante fin. verſ. Sed dubium. Dicit cõmunem Rebel de Obliga. iuſt. 2. par. lib. 8. quæſt. 7. num. 1. & 4 & probatur in l. 3. §. fin. ff. de Eo quod certo loco. & l. Si commiſſa ff. Rem ratam hab. idem Coua. 2. par. cap. Quamuis. §. 5. num. 4.

Hoc tamen prætereundum non duxi ita Regia Audientia Barcinonenſi condemnari rei debitores ex quocumque credito, dũmodò fuerit liquidum, & non ex mutuo, ad ſolutio-

ſolutionem, ſiue reſtitutionem crediti, vnà cum intereſſe à die motę litis, ad rationem quinque pro centenario, nullo habito reſpectu an actor ſit ſolitus lucrari, nec ne. Quæ praxis obſeruatur vel in pœnam non ſoluentis, vel non reſtituentis, vel (quod verius videtur) propter moram ob quam debetur vſura. l. Cùm quędam. 18. §. Si pupillo. ff. de Vſur. l. 2. C. eodem. gloſſa fin. in l. Qui ſemiſſes. §. Quæſitum. ff. eodem Soc. vbi ſuprà. licèt Paul. in l. 2. ff. de Reb. cred. dicat prædicta procedere de iure Ciuili, & de iure Canonico, nec ante moram, nec poſt moram deberi, nec exigi poſſe intereſſe in mutuo. Sed obſerua non loqui Paul. de mora iudiciali, ſed extra iudiciali. Et ſic non obſtat prædictæ praxi Barcinonis. Fallit etiã Dictum Paul. in mercatore, cui poſt moram obtulit ſe occaſio lucrandi aliquid; iuxta not. ſup. iſto num. 6. in prin.

7 Quintò deducitur in aucupatore, venatore, piſcatore, & mercatore nullum conſiderari intereſſe propter incertitudinem talium mercimoniorum, vt docet Rom. ſing. 637. incipit Tu habuiſti. Boër. in Additione ad Din. in Rubr. de Regul. iur. lib. 6. litera A. Iacob. Nouel. coſt reg. Dueñ. reg. 46. verb. Interuſurium. Benau. Stract. in tract. de Mercat. num 5. Caual. deciſ. 2. num. 30. part. 2. vbi dicit ſe dictum caſum in contingentia facti habuiſſe. Vnde ſi tales mercatores dent mutuò pecunias quas prædictæ negotiationi expoſitas habent: nec ante moram, nec poſt moram poſſunt aliquod intereſſe, ratione lucri ceſſantis, paciſci propter incertitudinẽ probabilem quæ habetur circa lucra talium mercimoniorũ. Quod eſt valde notandum in exemplum ad alia ſimilia lucra valde incerta. Sed vide Silu. verb. Reſtitutio. 3. num. 9. vbi in quodã caſu ſimili ſentit contrarium. Loquitur tamẽ de malæ fidei poſſeſſore.

8 Sextò deducitur multò minùs prætendi poſſe aliquod intereſſe ab eis qui habent ſuas pecunias non ad negotiandum; ſed ad neceſsitates domorum ſuarum futuras, forſitan contingentes; vel (quod peius eſſet) ad eas mutuandas ſub vſuris, ſeu dato aliquo intereſſe. Nam ſi hi eas mutuò dent, nullo modo poſſunt aliquod lucrum capere, vel paciſci ratione intereſſe quod forſan poſſent lucrari, ſi dictas pecunias alicui darent ad cenſum perpetuum, emendo aliquod cenſuale, vel eas impẽdendo in alias mercimonias. Nam cùm non habeant eas ad id expoſitas: nullo iure poſſunt aliquod lucrum paciſci; cùm nullum amittant; ſecũdùm Nauar. dicto cap. 17. num. 212. ad fin. verſ. Et quòd non poſsint. Silu. verb. Vſura. 1. quæſt. 25. & probatur in l. Si ſterilis. §. Cùm per venditorẽ. ff. de Action. empti. verſ. Neque enim, ſi potuit. Per quem tex. dicit Soc. conſil. 156. numer. 9. vol. 2. non haberi rationem lucri à nõ ſolito negotiari; & docet gloſſa recepta in l. 2. §. fin. verb. Solebat. ff. de Eo quod certo loco. Poſſent tamen paciſci, ſi dum eas non reſtituerint, patiantur aliquod damnum in bonis ſuis. putà emendo cariùs triticum pro prouiſione domorum ſuarum, vel accipiendo aliquas pecunias ſub vſuris, vel ad cambium, vel imponendo ſuper bonis ſuis aliquod cenſuale perpetuum pro ſolutione alicuius debiti, vel vendendo vilius poſſeſsionem aliquam ad ſubueniendum alicui neceſsitati ſibi contingenti, vel aliàs quomodocũque: tenerẽtur illud reſarcire, vt docet Silu. verb. Vſura. 1. quæſt. 25. Quia ad tale damnum reſarciendum non requiritur vt mutuans ſit mercator, iuxta dictam gloſſam receptam in l. 2. verb. Solebat. de eo quod certo loco, & facit cap. Peruenit. de Fideiuſſor. & cap. Si quis Clericus. 12. quæſt. 2. Idem docet Couar. dicto numer. 5. addens deberi etiam in conſcientia prædictum intereſſe ratione damni emergentis ſi contingat poſt moram, licèt pactum de hoc factum non ſit tempore mutui, quamuis Silu. cõtrarium ſentiat, & malè, vbi ſuprà, quæſt. 26. in fine.

9 Septimò deducitur, habentes apothecas ſpecierum, aromatum, librorum, pannorũ, & aliarum mercium, & eas vendentes creditò cum omnibus vtenſilibus, mobilibus, & inſtrumentis apothecæ vnà cum nominibus debitorũ ad tot annos. putà ſeptem, vel decem, cum pacto vt interim ſibi ſoluantur ſeptem, vel octo pro centenario, ratione intereſſe lucri ceſſantis quod intereà amittunt, & lucrari conſueuerant, deductis expenſis, & labore quæ impendebant: & vt vno quoque anno ſoluantur tot ſcuta

de ſorte

de ſorte pręcipua; & in omni ſolutione dicti crediti detrahatur pro rata de dicto lucro. Et aliquando fit dicta venditio ſub pallcamento ſocietatis, æſtimando priùs merces, promittenteque emptore habere in ſocium ipſum venditorem, necnon & capitale ſaluum in fauorem eius. Et vt durãte tẽpore ſocietatis nõ teneatur emptor quotannis reddere rationem adminiſtrationis, ſoluat pro lucro incerto quolibet anno certum quid, deducta ex ſorte, pro rata, parte lucri. Deducitur apertè tales venditores committere vſuram. Primò, quia in effectu pretium æſtimatum de apotheca dant mutuò emptoribus; & ex ſola dilatione temporis ad ipſum ſoluendum, percipiunt illud lucrum quod eſt illicitum, & vſurarium, ex cap. In ciuitate. cum ibi notatis, de Vſur. Naua. capit. 23. numer. 82. D. Thom. 2. 2. quęſt. 78. artic. 2. ad ſeptimũ. Silueſt. verbo Vſura. 2. quęſt. 1. §. 3. & 4. vbi dicit talem contractum eſſe vſurarium in Foro animę, licèt non quoàd Forum exterius. Secundò, quia illud pretium non poteſt venditor apothecæ habere ad pręſens ab alio. Aliàs enim non vendidiſſet merces creditò. & conſequenter ex prædicta dilatione nullum poteſt pretendere intereſſe ratione lucri ceſſantis, cum nullum lucrum acquirere poſſet alibi cum illa pecunia quã non habet, nec habere poteſt, vt docet Silu. verb. Vſura. 2. quæſt. 1. §. 1. contra magiſtrũ Raphaël. de Pomaſio qui contrarium conſuluerat.

Quòd ſi dicas pati damnum, ſeu intereſſe ex prædicta venditione, ſcilicet omne illud lucrum quod lucrabatur habendo dictam apothecã; & nõ videri cõueniens q emptor habeat merces, & corpus apothcæ, & illius fructus, & lucrum; & ſic rem, & pretium, contra l. Curabit. C. de Action. empt. Corpus enim illud apothecę producit fructus laborando, & exercendo ſe in eo apothecario, ſeu mercatore, quos percipere deſinit à die venditionis dictæ apothecæ, & eos lucratur emptor.

Huic tuæ obiectioni ſic reſpondeo, Illos fructus percipit pharmacopola, non ex ipſo corpore apothecæ, quod de ſe infructiferum eſt, ſed ex labore ſuo quem in illud impendebat. Cùm ergo iſte labor iam ceſſet, vendita apotheca, ex parte ſua: nullo modo poteſt ipſum vendere ipſi emptori. Eſſet enim exigere lucrum ex labore emptoris; quod periniquum eſt. Et ſic non obſtat dicta l. Curabit. Quia ibi prædium erat ex ſe fructiferum; & ob venditionem ipſius, venditor carebat dictis fructibus, & emptor eis fruebatur vnà cum pretio prędii. Quod longè diuerſum eſt à noſtro caſu. Adde in confirmationem quæ dicemus infrà Diſ. 13. Et ita abſque vlla hæſitatione tenendum puto, licèt Caual. deciſ. 13. per totam par. 2. poſt Rimin. iun. conſ. 177. vol. 2. defendat prædictum contractum à fœnore; dicatque ita fuiſſe pronuntiatum in fauorem cuiuſdam clientuli ſui in cauſa appellationis, licèt in prima inſtantia habuiſſet ſententiam contrariam, iuxta eam quam nos defendimus. Eius enim rationibus ſatis ex ſuprà dictis reſponſum manet.

Nec obſtat quod vltimò ait dictus Caualca. numer. 66. ita etiam iudicatum eſſe Papiæ, & Mediolani anno 1582. de locatione facta per quemdam ſpeciarium de tota ſua apotheca, cum vaſis, domo, & medicinis, & aliis rebus quæ in dicta ſpeciaria aſſeruabantur, & reperiebantur, alteri ſpeciario, cum æſtimatione rerum; & pacto, quòd finita locatione deberet præfatam apothecam cum dictis rebus æſtimatis, & inuentariatis reſtituere; & etiam tales locationes eſſe frequentes in dictis ciuitatibus. Nã reſpondeo in dicta locatione licèt periculum rerum apothecæ ſit conductoris ex vi ęſtimationis, & numerationis ipſarum factarum, & ſic in hoc tranſcendat dictus contractus terminos locationis, cui proprium eſt pertinere periculum rei locatæ ad ipſum locatorem: nihilo minus manere locationem, quia ſic actum eſt inter contrahentes, quemadmodum dominus habet dominium ſuper depoſito facto de pecunia non conſignata in ſacculo, ſed numerata. Quia licèt dominium talis pecunię tranſierit in depoſitarium vigore dictæ numerationis, per textum in l. Lucius. 1. & l. Die ſponſaliorum. §. Qui pecuniam. ff. Depoſit. & l. Quod ſi ab initio. ff. de reb. credi. nihilo minus manet depoſitũ. Vnde

cùm in dicto contractu maneat locatio; de cuius natura eſt vt ſoluatur aliquid pro locatione: meritò ibi ceſſat omnis vſura quæ ſolummodò committitur in contractu mutui realis, vel virtualis. At in prædicta venditione apothecæ eſt virtuale, & palliatum mutuum, vt ſuprà oſtenſum eſt. & ideò aliter de eo dicendum omnino eſt.

In prædicta tamen ſpecie libenti animo concederem (ſi venditor apothecæ quaſi coactus, & precibus victus vendidiſſet dictam apothecam. cùm aliàs non haberet animum eam deſerendi, ſed ob aliquam commoditatem emptoris id faceret) tunc vtique poſſe paciſci illud lucrum quod gratia emptoris amittit, taxando, & moderando ipſum arbitrio boni viri. quamuis meliùs faceret ineundo cum eo ſocietatem ad omne lucrum, & damnum; vel faciendo aliud inſtrumentum de aſſecurando capitali æſtimato, ſecundùm cautelam quam tradit Nauar.cap.17.num.254.

10 De mutuantibus autem pecunias, accepta aliqua poſſeſsione in pignus, & faciendo contractum palliatum emptionis cum pacto de retrouendendo minori pretio iuſto; vt ſic interim percipiant fructus rei pignoratæ, iuxta cap.Illo vos. de Pignor. cap.Ad noſtram. de empt.& vendit. nihil hic agendum puto; cùm contra tales contrahentes non minùs iura inſurgant, quàm contra vſurarios eiſdem pœnis eos afficiendo. Conſule Bero.numer.25.& Anto.de Burg.num. 45.in dicto capit.Ad noſtram. Couar.lib.3. Variar.capit.9. Cagnol.in l. 2. C. de Pact. inter empt. Roland. à Valle conſil.40. & 96.volum.2.Anton. Gom. 2. tom. capit. 2. Octau.deciſ.Pedam.35. numer. 9. & deciſ. 65 & 137. Gaidonem Pap. quæſt.516.Nauar.cap.17.num.247. Caual. deciſ. 1. & 2. part.2.Iul.Clar.verb.Vſura.Auend de Exequend.mandat. 2.par.capit. 29 Sotum lib. 6.de Iuſti.quæſt 1.Tiraquel. de Retract.tit. 2.in princip.numer.26. Conan.lib.7. Commentat. capit. 9. Menoch. de Arbitr. lib.1. quæſt. 17. numer.7. Faciunt notata infrà Differentia 5.

SVMMARIVM.

1 V*SVRAE nauticæ, vel traiectitiæ, an ſint licitæ.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 VSVRAE nauticæ, vel fęnus pecuniæ traiectitiæ licitè recipiuntur in Foro exteriori, vt patet per totum tit. ff.& C. de Nautico fęno. adeò vt pro tali pecunia traiectitia de iure ciuili permittantur vſuræ, etiam immoderatæ; vt probat text. in l.fin. C. de Nauti. fęno. quamuis aliàs regulariter tales vſuræ non permittantur. l. Eos. C. de Vſur. l. Improbum fęnus. C. Ex quib. cauſ.infam. irroge. & hoc etiam caſu ex pacto nudo iure ciuili vſuræ debentur. l.Periculi pretiū. ff.de Nauti.fęno.

Eſt autem pecunia traiectitia quæ datur, & mutuatur trans mare vehenda, ne eodem in loco conſumatur; cuiuſque creditor periculum ſuſcipit. l. 1. & 3. ff. de Nauti. fęno.

In Foro verò interiori, & animæ, præfatæ vſuræ non ſunt licitę, ſecundùm Anchar. Hoſtien. & Ananiam in capit. Nauiganti. de Vſur. ſecundùm quos etiam de Iure Canonico pręfatus titulus de Nauti. fęno. eſt correctus. ſequitur Nauar. dicto capit. fin. numer.4. pag.54. & Valaſc. conſultatione 18.numer.6.ad fin.qui numer.7.aduertit ex Nauar. loco proximè citato, pagin.56. eàtenus illum titulum eſſe correctum, tam in Foro exteriori, quàm interiori; quatenus pecunia recipitur ab aſſecuratore pro mutuo. ſecùs ſi recipiatur potiſsimùm pro aſſecuratione ſine reſpectu mutui. Pro quo vide notata ſuprà ſub verbo Pœna. Differentia 20.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *EMENS fundum cum pacto vt vendens non poſsit illum reemere, niſi poſt aliquot annos; an committat vſuram.*

2 *Fructus pignoris debent computari in ſortem.*

DIFFERENTIA QVINTA.

1 EMENS fundum, vel cenſum, aut certas frumenti menſuras annuas, cum pacto vt non liceat venditori eas redimere, niſi poſt lapſum certum tẽpus: talis emptor ſecurus eſt quoàd Forum exteriorem à pœna vſurariorum; ni iam alia ſimul concurrerent cum prẹfato pacto, ad vſuram præſumendam. Ita Panor. conſ. 76. col. 1. lib. 1. & conſ. 69. lib. 2. Bald. cap. 1. de Feudo dato in vicem lega. commiſ. col. 2. verſ. Quæro de quibuſdã. Cepola de Simulatione contractus. præſumptione 10. Iaſon conſi. 153. lib. 4. Tiraquel. latè de Retractu. conuent. §. 1. gloſſ. 2. numer. 70. 71. & 73. dicens pleroſque ita teſtari. Et ſecundùm hanc opinionem ſæpe fuiſſe iudicatum in Senatu ſupremo Luſitano tradit Valaſ. Conſult. 41. in fine part. 1. Et ita paſſim tales contractus à pluribus ſine vllo ſcrupulo fieri videmus.

In Foro verò conſcientię contrarium eſt tenendum; nempe talẽ contractum eſſe vſurarium. Conſtat enim præfatos contractus fieri ſolere à venditoribus, quia mutuo pecuniam ſibi tunc neceſſariam habere non poſſunt. Et ideò inuiti tradunt rem venditam quaſi in pignus, dum eam non retrahunt, ſperantes breui illo tempore præfixo eam redimere. Vnde in effectu, & intentione, ſolummodò dant fundum emptori
2 in pignus. At fructus pignoris non poſſunt percipi non computando eos in ſortem. l. 1. C. de Pignor. actio. Et ideò hac ratione ita tenet Henriq. Boic. in capit. In ciuitate. in fin. de Vſur. Hoſt. & Ioan. And. in cap. Ad noſtram. de emptio. Lauren. Rodulph. in capit. Conſuluit. de Vſur. 2. par. quæſt. 61. Lanfranc. in Clement. Diſpendioſam. col. pen. de Iudi. Bal. conſ. 487. lib. 1. & conſi. 114. lib. 3. Guid. Pap. in tract. de Contractu illicito. num. 26. & deciſione 516. & ſing. 477. Imol. conſ. 25. Pariſ. de Cõtract. quęſt. 50. quos refert, & ſequitur Alua. Valaſ. loco ſuperiùs citato, dicens ſemper ſe in cõſulendo ſecutum fuiſſe hanc opinionem, coactum lege Ordinamẽti lata à Rege Alphonſo 11. Caſtellæ tit. 2. lib. 8. vbi apertè diſponit contractum venditionis cum pacto reuendendi poſt certum diem, cenſendum eſſe vſurarium, ſi appoſita ſit expreſſa conditio de lucrandis fructibus rei venditæ ab ipſo emptore, dum res vendita non redimitur. Ratio eſt, quia tunc emptor percipit certum lucrum rei ita venditæ, vltra ſortem. Meritò igitur cenſendus eſt vſurarius. Sed nõ ob primã rationẽ per not. inf. Dif. 7.

SVMMARIVM.

1 *EMENS fundum pretio iniuſto, non eſt tutus, tametſi in ſcriptura dicatur illud plus remitti gratis à venditore.*

DIFFERENTIA SEXTA.

1 EMENS fundum; puta centum ducatis, qui tamen valebat 180. cum pacto de retrouendendo, & in inſtrumento faciens apponi, à venditore donari omne illud plus, ſi quid amplius valeret: hic emptor ſecurus eſt, & tutus quoàd Forum exteriorem; quia reſcindi contractus nõ poterit tamquam vſurarius, & ſimulatus propter præfatam clauſulam.

At in Foro interiori ſecùs dicendum eſt; ſecundùm Bal. qui ita conſuluit conſi. 42. incip. Quidam Petaritius. quem refert, & ſequitur Cepol. in tract. de Simula. contrac. num. 46. ad fin. dicens notandum, quia ha-

buit de facto. & ratio poteſt eſſe (licet nullam ipſe adferat) quia reuerà illa donatio eſt ſimulata, & inuitè, ac ſtylo ad verborum demulſionem facta. Nihil enim minùs excogitauit venditor, quàm vltrò præfatam donationem facere. Faciunt dicta ſuprà verbo Venditio. Differentia 1. verſ. Amplià ſecundò. Conferunt dicta ſub hoc verbo Differen. 2. & tradita per Caſſad. deciſ. vnica in tit. de Emptione, & venditione. & Pinel. l. 2. C. de Reſcindend. vendi. 1 par. capit. 2. à num. 10. & in 1. tom. Communium opinio. lib. 4. tit. 30. num. 31. & 38.

SVMMARIVM.

1 *VENDENS fundum cum pacto de retrouendendo; ſed palliatè, & cum intentione pignorandi tantùm; an committat vſuram.*

DIFFERENTIA SEPTIMA.

1 VENDENS fundum iuſto pretio cũ pacto de retrouendẽdo; ſed cũ intentione ſimulationis contractus. Quia ſcilicet in veritate non habet animum vendendi, ſed pignorandi fundum ipſum, dum aliunde quærit pecunias ad ipſum redimendum. Iſte venditor quoàd Forum exteriorem ſecurus eſt, licèt ſint contra eum probationes, & teſtes de prædicta eius intentione. argu. eorum quæ docet gloſſ. margin. verb. Malè agere. in c. Conſuluit. de Vſur.

Ratio eſt, quia prædictus Forus non iudicat, nec punit peccata cogitationis; vt habes ſuprà verb. Peccatum. Diff. 7. Prætereà ad præfatum Forum debent concurrere ſimul emptor, & venditor cum illa mala intentione, vt poſsit contractus damnari, ſecundùm Cepol. de Simul. contr. n. 90. ad fi.

At quoàd Forum conſcientiæ non eſt ſecurus. Quia præfatus contractus vẽditionis eſt illicitus, ſimulatus, & vſurarius, propter eius deprauatam intentionem, ſecundùm Cepol. ſuprà num. 92. cum ſequent. Conferunt tradita ſuprà Differentia 1. ad finem.

Sed contra in principio dicta facit quod tradit idem Cepol. ibid. dict. n. 92. verſ. Sed ego arbitror. vbi dicit in prædicto caſu, ſi emptor neſciuit præfatam malam intentionem venditoris, nec fuit in culpa ob eius ignorantiam, poſſe, ſi voluerit, agere contra venditorem ad reſciſsionem cõtractus tamquam ſimulati. argu. l. Et eleganter. in prin. ff. de Dolo. & in l. Iulianus. §. Si quis colludente. ff. de actio. empt. & per not. per Bal. in l. 1. verſ. Sed hic quæro. C. Plus vale. quod agitur. & ſic videtur etiam in Foro exteriori non eſſe ſecurum dictum venditorem.

Verumtamen durum mihi videtur ſola mala intentione vendentis infici contractũ, & fieri vſurarium. argu. eorum quæ diximus verb. hęreditas. Dif. 11. n. 5. & 6. & verb. Peccatum. d. Differentia 7. Nec obſtant dicta ſuprà, verb. Simonia. Differentia 8. num. 2. Quia alius caſus eſt ille, diſsẽtaneus ab iſto. Præterea ſi venditio facta fuit iuſto pretio, vt ſupponit Cepola: quomodo poteſt dici contractus ſimulatus, & illicitus? Et ſi ſola illa intentio venditoris ſufficeret ad inficiendum cõtractum: profectò nullus conſimilis contractus eſſet ſecurus, cùm ſolus Deus ſit ſcrutator cordium, & poſſet venditor quotieſcumque voluiſſet dicere ſe habuiſſe tempore venditionis dictam prauam intentionem, vt ſic defraudaret emptorem fructibus. Quare tene contra, per notata à Soto lib. 6. de Iuſti. quæſtione 1. artic. 4. col. 11. §. Quarto modo. niſi cum dicta mala intentione concurreret paruitas pretii; per cap. Ad noſtram. de Empt. & tradita per Couar. lib. 3. Reſolut. capit. 8. numer. 4. Quo in caſu in vtroque Foro erit cõtractus vſurarius.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 VSVRARIVS *mentalis tantùm, non punitur in Foro exteriore. Secùs in interiore.*

DIFFERENTIA OCTAVA.

1 VSVRARIVS mentalis tantũ, non punitur in Foro exteriori: & ideò nõ cõpellitur ad reſtitutionẽ vſuræ, vt probat tex. in cap. In ciuitate. de Vſur. iuncta gl. verb. Malè agere. in cap. Conſuluit. eod. tit.

At in Foro animę punitur tamquam verus vſurarius; nec non compellitur accepta vltra ſortem, reſtituere, ex eod. c. Conſuluit. & dict. gl. fin. ibid. & tetigimus ſuprà verb. Simonia. Differentia 8. Quod quomodo intelligatur, declarat optimè Soto lib. 6. de Iuſti. quæſt. 1. artic. 4. §. Reſtat. Debet enim cum praua intentione concurrere datum quid, vltra ſortem, ratione mutui. aliàs non ſufficit ſola intentio praua accipiẽtis, ſi datum illud fuit gratioſum, & non ratione mutui. Quia tunc nec danti, nec pauperibus tenetur ea reſtituere, per not. verb. Venditio. Differentia 8.

SVMMARIVM.

1 EMENS *fundum minus iuſto pretio, ſi eumdem dederit in emphyteoſim venditori, debet eũ tradere pro rata pretii ſoluti.*

DIFFERENTIA NONA.

1 EMENS fundum, verbi gratia centum ducatis, qui aliàs valebat 150. ſi eumdem fundum eidem venditori locauerit, ſeu in emphyteuſim dederit, pro penſione, vel fictu iuxta valorẽ dictorum 150. ducatorum: in Foro exteriori ad nihil tenetur; quia licita eſt locatio.

Secùs verò eſt in Foro conſcientiæ; ſecundùm quem debet haberi reſpectus ad pretium acceptum per ipſum venditorem. puta ad prædictos 100. ducatos, & non ad 150. Ita tenet ſing. Cepol de Simul. contra. nu. 34. & 94. nullam reddens rationem diuerſitatis inter vtrumque Forum; neque illud probat aliquo iure, vel ratione, vel authoritate Doctorum.

Et cogitanti mihi ſuper ratione diuerſitatis, occurrit præfatum contractum eſſe inſtar illorum qui vulgo dicuntur *Moatras*. Nam ſicut in his moatris mercator vendit rem pretio riguroſo; & ab eodem emptore eamdem rem vili pretio poſteà emit: ita in noſtro caſu emptor emit rem vili pretio, & eamdem locat eidem venditori pretio riguroſo. Vnde videtur dicendum, ſicut moatræ ſunt in Foro conſcientiæ damnatæ, vt diximus ſup. verbo Negotiatio. Differen. 2. ita pariter eſſe præfatum contractum.

SVMMARIVM.

1 VIDVA, *an poſſit recipere certum quid, dum dos ſibi non ſoluitur.*

DIFFERENTIA DECIMA.

1 IN quibuſdam Regnis, & ciuitatibus; vt Neapoli, Aquilæ, & aliis, eſt conſuetudo, ſeu ſtatutum, diſponens vt donec dos reſtituatur ipſi viduę; ſoluantur quinque, vel ſeptem pro cẽtenario. De prædicta conſuetudine teſtatur Afflict. deciſione 284. in prin. & Viuius in primo tom. Communium opin. lib. 5. tit. 12. Solut. matr. n. 112. aliàs eſt p. 440. opin. 73. & Iacob. de Graff. in ſuis deciſ. lib. 2. c. 106. n. 4.

Sed pręfatam conſuetudinẽ non eſſe tutã, nec ſeruandam in Foro conſcientiæ, pro-

Digitized by Google

ſat Clemen.1.de Vſur.& ibi Ioan.de Lign. & melius Ordin.Portug.lib.4.tit.67.§.1.ad fi.& tenet Bal. in l. Eos.C.de Vſur.per text. ibi.& Ioan.de Imol. & ceteri omnes in l. In inſulam.§.Vſuras.ff.Solut.matrim. & dicit communem Roch.de Curt. in capit. fin. de Conſue.quæſt.1.num. 18.& Hieron. Alba conſ.6.num.21.& conſ.19.num.13.Iaſ.in §. Fuerat. num. 9.Inſt.de Actio. Plotus in l.Si quando.num.470.cum ſequent. & nu.861. C.Vnde vi.& habetur.1 tom.Commu. opi. vbi ſup.nu.95.& lib.4.tit.22.num.27.& 28. Adde Coua.lib.3.Reſol.c.1.n.3.verſ.6. Afflict.deciſ.184.Panor.conſ.39 à nu. 3.lib.2. Barbo.2.p.l.2.in princip.ff.Solut.mat.n.43.

Bal.verò ſibi cōtrarius in l.Si prætereà. C. de Iure dot.& Roch.d.q.1.n.19 tuentur cōtrarium.immò dictā cōſuetudinem obſeruari ſine peccato.Idē poſt plures alios tenet Cardi.in Clem.1.de Vſur. & Graſ. vbi ſup.

Quid igitur tenendū in tanta varietate opinionū? Certè cū prædicta quātitas, quinque vel ſeptē pro cētenario accipi nequeat, niſi ratione intereſſe lucri ceſſantis, vel dāni emergentis: recurrendum eſt ad ea quę reſoluimus ſup.in Dif.3.& docet optimè Rebel. de Oblig.Iuſt.2.p.lib.6.q.11.n.12.

Sed offert ſe mihi dubium circa hoc, non contemnendū. Videmus tutores non comparantes prædia ex pecuniis pupillorum, teneri in vtroque Foro ad vſuras ratione tarditatis,ſeu lucri ceſſantis.l. Tutor. §. Si poſt depoſitionem. ff. de Admini. tuto. Panor. in cap.Conqueſtus.numer.8 in 12. caſu.de Vſur.licèt aliàs pupilli nō ſint mercatores, nec ni ipſos concurrant conditiones quas tradidimus Differ. 3.pro iuſtificatione dicti intereſſe lucri ceſſantis.Si ergo dicti pupilli poſſunt licitè percipere præfatas vſuras: quare non etiam poterunt eaſdem recipere miſeræ viduæ pro tarditate ſolutionis ſuarum dotum? Cogita. Sed poſſet reſponderi iura, & leges præcipere tutoribus ne habeant pecunias pupillorum otioſas, & ſic eos compellunt vt ſint quoad hoc mercatores, habentes dictas pecunias expoſitas ad lucrum.Non mirum ergo ſi pupilli licitè accipiant intereſſe earum; cùm tutores ſint loco illorum. quæ ratio ceſſat in viduis.

Hinc collige non poſſe creditorē non ſolitum negotiari accipere aliquid à debitore moroſo, ratione moræ. quicquid dicat Graſſ.ſup.n.7.malè allegādo pro ſe Silu.& alios. quamuis in Foro exteriori ſecùs ſit, per l.Cùm quidam.17.ff.de Vſur. infer ad notat.inf.in Diff.13.

SVMMARIVM.

1 *F*ENERARI *hoſtibus an ſit licitum.*

2 *Captiui Saracenorum, an poſsint bona eorū furari.*

DIFFERENTIA VNDECIMA.

1 CHRISTIANI degētes apud Turcas,ſeu Saracenos,vel commorātes cū Iudæis:ſi dederint ipſis pecunias aliquas mutuo ſub vſuris; tuti ſunt in Foro exteriori. adeò vt non deſint quamplurimi, iique eximii Doctores, qui teneant etiā quoad Forū animæ tutos eſſe; vt tradit gloſſ.1. in cap. Ab illo. 14. quæſt.4.Hoſti.in capit.Salubriter. de Vſur. Panor.in cap.Poſt miſerabilem.num. 5. de Vſur.Roma.ſing.269.Soci.reg.3. num.29. Hippol. in l. 1. §. Præterea num. 34. ff. de Quæſtio. Carreri.in tract. de Hæreti.num. 10.& alii quos refert Viui.opinione 1051. & habetur 1.tom Commun.opin.lib. 4. tit. 22.num.72. Qui omnes tenent licitè poſſe Chriſtianos contra hoſtes vſuras exercere; ita intelligentes illud Deuteron.23.19. *Nō fenerabis fratri tuo ad vſurā pecuniam*,&c. *ſed alieno*,id eſt hoſti. Fundantur etiam hac ratione; quia ſi licitè poſſumus contra eos bella mouere,& bona eorum occupare: fortiùs licebit vſuras contra eos exercere.

Sed certè hęc opinio in Foro conſcientiæ nullo modo eſt tenenda; quia omnes, etiam infideles, & hoſtes fidei tenemur diligere,iuxta parabolam illam Domini Luc. 10.30. *Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem*, &c. Per quam conſtat perſpicuè teneri omnes homines habere quaſi proximos

Digitized by Google

ximos, & fratres. præſertim attenta perfe-
ctione Euangelii ad quam omnes vocantur. Et hanc partem contra dict. gl. tenent poſt alios Ioan. de Anan. & Bero. in cap. 1. num. 114. de Vſur. vbi dicit communem. Refert, & ſequitur Viui. loco ſupra citato: vbi alios citat.

Nec obſtat illud Deuteron. Quia vt dicit noſter Diony. ibid. ex D. Tho. 1. 2. quæſt. 105. & ex Guillelmo lib. de Fide, & legibus. textus ille loquitur permiſsiuè tãtùm. Propter nimiam enim auaritiam Iudęorum permittebatur illis feneraricum extraneis; ſicut etiam vt poſſent dare libellum repudii. Et hoc tùm ad pellenda maiora mala ab eis; ne ſcilicet homines ſuæ cognationis, & legis, per vſuras grauarent. Tùm vt magis pacificè erga extraneos ſe haberẽt, à quibus quæſtum conſequebantur.

Præterea non obſtat tex. ille D. Ambroſ. dict. cap. Ab illo. quo nititur gl. ibid. itemque qui eam ſequuntur. Quia in effectu eſt intelligendus ſicut cap. 1. de Feud. & cap. 1. de Vſur. videlicet poſſe exigi vſuras ab hoſte, rem noſtram violenter occupante. Ita S. Antoni. 2. part. tit. 1. cap. 7. §. 2. & Maior diſt. 15. quæſt. 29. & Medin. in tract. de Acquiſi. per vſuram. §. Ad tertium argumentum. qui etiam hoc modo intelligunt locum Deutero. ſupra citatum.

Vltimò non obſtat ratio illa, nimirùm ſi licitè poſſumus gladio cõtra hoſtes fidei militare, & bona eorum occupare. Ergò &c. Quia reſp. à Principibus Chriſtianis, authoritate ſummi Pontificis, benè poſſe bella moueri contra hoſtes fidei: non autem licere particularibus eorum bona occupare tempore pacis; nec ſimiliter eis fenerari; cùm vſuræ ſint iure naturali prohibitæ.

SVMMARIVM.

1 *MONTES pietatis, an ſint liciti.*

DIFFERENTIA DVODECIMA.

1 MONTES pietatis eſſe licitos in Foro exteriori, cõmunis vſus, & obſeruantia multarum ciuitatum Italiæ, & aliorum Regnorũ comprobat.

In Foro verò conſcientiæ, non eſſe licitos tenuere Scotus in 4. diſt. 12. quæſt. 2. Caiet. tom. 2. opuſcul. tract. 6. Armilla. verb. Vſura. num. 48. Sot. lib. 6. de Iuſt. quæſt. 1. art. 6. eò quòd aliquid plus recipitur vltra ſortẽ, & expenſæ quæ fiunt per eius officiales, non ſunt propter mutuatarium, ſed propter mutuantem.

Contrariam verò, nimirùm eſſe licitos in vtroque Foro, tenẽt Medina de vſura. Nauar. eod. comment. à num. 60. & in Man. cap. 17. num. 213. & conſ. 17. de Vſur. & poſt Tabien. Piſan. & Roſelan. Latè probat Rebel. de Obliga. iuſt. 2. par. lib. 8. quæſt. 13. à num. 3. dicens contrariam, vt falſam, & minimè tutam, eſſe reiiciendam, cùm Leo. X. in Concilio Lateran. Seſsione 10. dictos montes pietatis approbauerit, & in eos qui contrarium prædicare, aut diſputare; hoc eſt, diſputando aſſerere verbo, aut ſcripto auſi fuerint, excommunicationem latę ſententiæ pronunciauerit. Eoſdemque à Paulo 2. Xyxto 4. Inno. 8. Alexandro. 6. aliiſque prædeceſſoribus ſuis approbatos fuiſſe non ſolum atteſtetur, ſed etiam prædicatione, indulgentiarumque conceſsione, vt dignos, commendet. Sumptus enim quos faciunt ſunt pro eorum impenſis, & conſeruatione, abſque lucro eorumdem montium.

Idem dic de horreis publicis oppidorum, inſtitutis ad mutuanda frumenta egẽtibus; de quibus agit Paul. Comitol. lib. 3. Reſp. mor. quæſt. 35.

SVMMARIVM.

1 *VENDENS rem fructiferam ad creditum cum annua penſione, dum pretiũ ſibi non ſoluitur, an ſit tutus in conſcientia. Vel an debitoria cum reſponſione intereſſe, ſint licita.*

Digitized by Google

DIFFERENTIA DECIMATERTIA.

1 IN Regno Valentiæ paſsim ſine vllo ſcrupulo practicatur. l. Curabit. C. de Actio. empti. quatenus habet licere venditori recipere vſuras pretii nõ ſoluti, quando vendidit, & tradidit rem fructiferam; vt vineam, domum, vel poſſeſſionem aliquam ſeu prędium ad creditum, dum pretium ei non ſoluitur. In qua ſpecie faciũt cõtrahẽtes quẽdã contractũ vẽditionis, vulgò dictũ Debitoriũ, cum reſponſione intereſſe, mediante ſcriptura publica, per quam emptor obligat ſe ad ſoluendam annuam penſionem ſecundùm proportionem, & valorem pretii conuenti, ad rationem ſeptem cum dimidio pro centenario. Sicut ſi crearetur, ſeu emeretur cenſuale, ſeu annuus cenſus, de quo inf. Differ. 18. Hic contractus reputatur communiter licitus, ſaltem in Foro externo. Nam cùm emptor capiat fructus rei emptæ, & eis fruatur, pretio non ſoluto: videtur æquum vt etiam vẽditor qui nec habet rem, nec pretium, percipiat aliquid æquiualens ratione fructuum quibus caret. aliàs non eſſet ęqua ſors vtriuſque contrahentis. Hanc rationẽ ſenſit d. l. Curabit. dum inquit ratione fructuum per emptorem perceptorum, etiam ſi nulla mora interceſſerit, vſuras pretii fuiſſe generatas. Et diſpoſitionem dict. l. Curabit. eſſe æquam, & iuſtam tradit Gomez lib. 2. Reſolut. cap. 2. num. 11. & Couar. poſt alios. lib. 3. Variar. cap. 4. numer. 5. & Angel. verb. Emptio. nu. 5. eam amplians, etiam ſi venditor ſeruare deberet pretium in arca. Fundamẽtum principale Couar. vbi ſup. eſt, quia in effectu prædicta venditio non eſt ſimplex, & perfecta; ſed conditionalis. Et ideò dum pretium non ſoluitur, fructus ſpectant ad vẽditorem; & ſic ratione eorum, poteſt recipere vſuras pretii, quę ſunt loco fructuum. Idem defendit Nauar. conſ. 5. de Vſur. in effectu. Nam docet poſſe venditorem licitè, & ſalua conſcientia, percipere fructus pro rata pretii non ſoluti cuiuſdam caſalis venditi, & traditi cuidam emptori, dum totum pretium non ſoluitur.

Sed ſalua pace tãtorum virorum nullo modo eſt tenendum cum eis, ſaltem in Foro conſcientię. Quia reuerà venditio fuit perfecta, & per eam fuit tranſlatum dominiũ in emptorem, & ex die celebrationis contractus ſpectauit commodum, & periculũ rei emptæ ad ipſum. Et in hoc nullum eſt dubium. Nam talis eſt intentio contrahentium, & id præ ſe fert inſtrumentum venditionis quod conficiunt. Et a die traditionis rei poteſt emptor diſponere de re empta, ſicut de aliis ſuis. Et ideo mirandum eſt de Couar. & aliis opinantibus eſſe dictam vẽditionem conditionalem, & non perfectã, & abſolutam.

Nolo ſilentio inuoluere, Bart. ſuper. dict. l. Curabit. adhærere in alio fundamento ad iuſtificãdam dictam legem; & videtur prima facie aptiùs, & veritate niti; ſed verum non eſt; videlicet in talibus contractibus emptorem ſtatim conſtitui in mora, pretium non ſoluendo. Et ideò ait non mirũ ſi vẽditor poſsit recipere vſuras pretii à principio, per l. Fructus. C. de Actio. emp. l. fin. ff. de Peri. & commo. rei vendi. & l. Mora. §. Bonæ fidei. ff. de Vſur. quibus probatur moroſum emptorem ad vſuras pretii teneri. Sed negatur præfata propoſitio, & fundamentum. Quia nullus conſtituitur in mora, volente eo cuius intereſt; vt palam eſt. Nam volenti, & conſentienti nulla fit iniuria. Si ergo venditor conſentiat, emptore vt pretium ſibi non ſoluat; ſed potiùs permittat vt penes ſe illud retineat vna cum re vendita, & ſibi ſoluat tantùm annuam penſionem: nullo modo dicendus eſt talis emptor moroſus. Et ſic corruit dictum fundamentum Bart.

Nauar. ſupr. nititur alio fundamento; videlicet recipi poſſe pẽſionẽ ob illã æquitatem quæ habet vt nemo cum iactura aliena locupletetur. l. Iure naturæ. ff. de Reg. iur. cap. Locupletari. eod. tit. in 6. Vnde ſicut venditor, accepta parte pretii, rem detinens donec totum pretium ſibi ſoluatur, poteſt fructus capere pro parte non ſoluta, iuxta l. Iulianus. §. Offerri. ff. de Actio. emp. & aliam partem emptor pro parte pretii ſoluti. iuxta l. fin. §. fin. ff. de Fundo dot. commendatam à Bart. dict. §. Offerri. & à Saly. dict. l. Curabit. & à Bal. in l. Si traditio. quæſt. 11. C. de Actio. empt. pari ratione

tione, ſi emptor accipiat rem, parte pretii tantum ſoluta, debet reſtituere dimidietatem fructuum, ſeu iuſtam penſionem venditori, pro parte pretii non ſoluti. Ad quod ponderat multum in dict. §. Offerri. dici à tex. à venditore retineri rem quam vendidit, tãquã pignus; dum totum pretium non ſoluitur. Significãs per hoc, ab illo nõ retineri eam, tamquam à domino.

Sed ſalua pace tanti viri, diuerſa eſt ratio vtriuſque caſus. Quia cùm venditor retinet rem venditam penes ſe, donec totum pretium ſoluatur: dominium rei venditę adhuc eſt penes venditorem, vt probat tex. in l. Fiſtulas. §. Qui fundum. ff. de Contrah. empt. Ratione enim illius pacti; nempe vt eam retineat donec totum pretium ſit ei ſolutum, venditio non eſt adhuc perfecta; ſed manet in ſuſpenſo, donec totum pretium ſoluatur; per tex. iuncta ibi gl. 1. in l. Quod ſi neque. 14. ff. de Pericu. & commo. rei vend. Et ſic ſi res periret, eſſet cum periculo venditoris, cùm adhuc ſit dominus eius; per l. Neceſſario. in prin. ff. eod. facit text. in §. Venditæ. in prin. Inſt. de Rerum diuiſ.

Non mirum igitur ſi in dicto caſu venditor recipiat partem fructuum. Nec obſtat verbum illud (*Tamquam pignus.*) Quia vt exponit ibi gl. non ponitur propriè, ſed impropriè. Quod ex eo etiam conſtat, quia aliàs non poſſet dictos fructus percipere; quia per ius pignoris non lucrifiũt fructus, cap. Conqueſtus. de Vſur.

In ſecundo verò caſu, cum res vendita traditur emptori: venditio eſt perfecta, & dominium transfertur in ipſum. Et ſic ad eumdem ſpectat periculum illius, ſi pereat. Et conſequenter ad eum debent ſpectare omnes fructus, vt ex ſequentibus clariùs patebit.

Et ne apparẽtia, leuiaué fundamenta curramus; attendamus id quod in veritate inter contrahentes agitur. Ex quo clarè conſtabit iniquitas, & iniuſtitia dicti contractus. Emptor igitur quia non habet pecunias ad manum, vt pretium ſtatim ſoluere poſsit: venditor etiam quia non inuenit alium emptorem cum pecunia numerata: aut ſi inuenerit, non ei ſoluit quantum ipſe vellet; nec quantum iſte alius emptor ad creditum: ideò celebratur inter ipſos huiuſmodi contractus; vt ſepe vidi ita fieri, & habui in facto proprio. Vnde in effectu, & veritate pẽſio annua percipitur ob dilatatũ pretium; & venit res cariùs propter venditionem ad creditum. quod eſt vſura perſpicua, & aperta, per cap. Conſuluit. de Vſur. & tenet Silu. poſt alios. verb. Vſura. 2. quæſt. 11. dicens hanc eſſe communem Theologorum. Idem teſtatur Rebel. de Obliga. iuſti. 2. par. lib. 9. quæſt. 17. ſectione 1. num. 10. & Paul. Comitol. lib. 3. Reſp. mor. quæſt. 18. per totam. Cùm igitur per dictam venditionem, & rei traditionem transferatur rei dominium in emptorem: & periculum eiuſdẽ rei iam ſpectet ad ipſum: periniquum eſt vt fructus pertineant ad venditorem, & non ad emptorem; contra regulam l. 1. C. de Peric. & commo. rei vẽd. *Poſt perfectam* (inquit text.) *venditionem, omne commodum, & incommodum quod rei venditæ contingit, ad emptorem pertinet.*

Nec obſtat ratio ſuperiùs adducta, ſcilicet non videri æquum vt emptor habeat fructus, & venditor pecunia vti non poſsit, nec ea frui. Nã reſpondeo à nemine cõpelli venditorem ad ſic vendendum. Quærat igitur qui ei pecuniam det numeratam, ſeu de præſente; licèt pretium extenuetur. & ſic fruetur pecunia. Nam aliàs eodem modo poſſet ex peccato vſuræ quilibet mutuans ſub vſuris ſe eximere, dicẽdo non eſſe æquum vt mutuatarius fruatur pecunia mutuata, & fortè cum ea negotietur, & lucrum capiat; & tamen mutuans nihil recipiat. Et quiſnam compellit eum ad mutuãdum? Quòd ſi dixeris non eſſe ſimile; quia mutuanti non eſt licitum capere vſuram ex pecunia quę non parit pecuniam: & ſecùs videri in vendente rem fructiferam. Reſpondeo à vendente non capi vſuras, ſed penſiones annuas ex re vendita quæ iã non eſt eius; ſed ex pretio ſibi debito, & ſic ex pecunia: quæ cùm non pariat pecuniam: meritò ex ea nihil percipere poteſt, niſi ratione intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis. iuxta not. ſup. Differentia 3.

Quare concludendum eſt ex hactenus dictis, tametſi in Foro exteriori liceat celebrare dictum contractum: in Foro tamen Dei, & conſcientiæ, non licere. Ita Ruin. conſ.

Digitized by Google

conſ. 53. num. 26. lib. 2. Cepha. conſ. 290. lib. 2. Cagnol. latè dict. l. Curabit. num. 55. cum ſeq. Craue. conſ. 189. num. 8. Deci. conſ. 116. & 119. Ioſep. Ludo. 3. tom. Commun. opin. tit. de Statutis. concluſione 3. pag. mihi. 562.

His iã exaratis, inueni præſentem caſum huius Differentiæ latiſsimè actum per magiſtrum Ludou. à Beia. 1. par. caſu. 68. vbi ad ſaturitatem inuenies DD. tenentes hanc venditionem eſſe vſurariam, ſi fiat ad tempus, ſeu terminum certum, & dominium tranſierit in emptorem. Si verò inſtituatur cenſuale ex pretio: tunc licitè id fieri poteſt; ex eodem Beia ibid. cap. 8. pag. 338. Quòd ſi non inſtituatur cenſuale; ſed fiat debitorium cum reſponſione intereſſe: iſto in caſu vt ſit licitum in Foro cõſcientiæ debet venditor vendere ſolummodò ipſam rei proprietatem, iuxta not. per D. Tho. 2. 2. quæſt. 78. art. 1. in Corpo. Tabien. verb. Vſura. Deci. conſ. 110. Alex. conſ. 121. vol. 1. Cagnol. vbi ſup. num. 62. cum pacto tamen, quòd retinet penes ſe rem, & fructus ipſius rei, dum ſibi pretium non ſoluitur. Et poſteà faciat alium contractum locationis fructuum; non habens reſpectũ ad pretium conuentum, ſed ad valorem fructuum. Et hoc modo poterit rem tradere, & percipere pretium locationis; cùm venditio non ſit perfecta, donec pretium ſoluatur. & ſic periculum rei ſpectabit interim ad venditorem. Et ſi fortaſſe caſu aliquo emergente fructus non percipiantur: immunis erit emptor, ſeu conductor à ſolutione penſionis; niſi compenſetur ille annus ſterilis, cum aliis proſperis; ſicut in locationibus, & conductionibus rerum fructificarum obſeruatur. Ita Beia ſup. cap. 6. Adde Nauar. cap. 17. nu. 210. & conſ. 25. numer. 10. iſto tit. & Ioſeph. Ludoui. loco ſup. citato. Et iſto modo poterit ſaluari, & iuſtificari præfata venditio.

Vide aliam cautelam quam tradit Nauar. locis ſup. proximè citatis.

SVMMARIVM.

1 *GENER an poſſit paciſci cum ſocero, vt interim quòd dos ei non ſoluitur, ſoluatur ei quotannis certum quid, loco intereſſe damni emergentis.*

DIFFERENTIA DECIMAQVARTA.

1 INTER ſoceros, & generos communiter ſolet practicari, quando dos promittitur, & non ſoluitur de præſenti, vt pactum fiat de ſoluenda certa quantitate annua ad rationem cenſus, dum dos promiſſa non ſoluitur. Quæ quidem pactio, & conuentio in Foro exteriori habetur, ac iudicatur licita. arg. cap. Salubriter. de Vſur. vbi fructus rei pignoratæ pro dote licitè percipiuntur, nec computantur in dotem.

Et hoc, in recompenſationem onerum matrimonii. De communi præfata practica teſtatur Alua. Valaſ. conſultatione 8 num. 5. in fi. part. 1. Pro qua adducit Bart. Imol. Alex. & alios. & Couar. lib. 3. Reſolu. cap. 1. verſ. Quattò hinc poterit. addens hanc eſſe magis receptã, & communem opinionem. Vide ad idem Bapt. in l. Curabit. numer. 75. C. de Actio. empt. Maſcard. de Proba. 2. par. concluſione 933. à num. 25. & Barboſ. remiſsiue. in l. De diuiſione. numer. 44. ff. Solu. matri.

In Foro verò conſcientiæ, non videtur prædicta pactio licita, ſecundùm Hoſtien. Ioan. Andr. Anto. & Cardi. dict. cap. Salubriter. Paul. in l. Inſulam. §. Vſuras. ff. Solu. matri. & alios relatos per Couar. & Valaſcum ſuprà. Faciunt not. per Fran. Viui. lib. 2. opin. 73. quæ habetur 1. tom. Commun. opin. pag. 440.

Ratio diuerſitatis eſſe poteſt; quia præfata pactio, & ſtipulatio fundatur in damno quod maritus patitur ſuſtinendo onera matrimonii, abſque dote ſibi promiſſa. Et ratione illius damni, & intereſſe, permittitur in Foro contentioſo præcitatum pactum. At in Foro conſcientiæ non debetur intereſſe damni emergentis, antequàm verè conſtet interueniſſe. Et conſequenter non poteſt

poteſt licitè ſtipulari,& pacto quãtitas certa promitti; cùm adhuc dubium ſit an maritus ſit prædictum damnum paſſurus, nec ne Ita tenuit Ioan.And.dict. cap.Salubriter. pro vt refert Panor.ibidem num 3.

Sed ſanè hac ratione attenta, nec maritus poſſet licitè accipere fructus fundi ſibi in pignus dati,dum dos ſibi non ſoluitur,cùm eos etiam recipiat ratione intereſſe damni emergentis incerti. Dixi (incerti) reſpectu quantitatis; non verò reſpectu onerum matrimonii, quæ ſunt certa. At contrarium ſtatuitur in dict.cap. Salubriter.

Nec ſatisfacit reſponſio Ioan. And. videlicet in fructibus valere pactum, de quibus loquitur prædictum caput Salubriter. quia ſunt incerti. Poteſt quippe contingi vt nihil gener percipiat ex poſſeſsione.

Nam reſpondeo primò diſpoſitionem dict. cap. (Salubriter) procedere in omnibus pignoribus fructiferis, & in omni ſpecie fructuum. Vnde ſi detur genero pro ſecuritate dotis cenſuale aliquod, vel Fori; ſeu alii tribuantur quicumque redditus annui certi: profectò omnes illos lucrabitur gener vigore dict. cap. (Salubriter.) Vide Rebel.2.par.lib.8.quæſt.12.

Secundò, quia quamuis intereſſe damni emergentis non debeatur in conſcientia, antequam damnum interueniat: non ideò tamen reprobanda eſt pactio quæ fit ante matrimonium, pro tempore quo damnum eueniet, arbitrio boni viri. Quinimmò adeò licitè fieri poteſt, vt nec mutuator pecuniæ poſsit prædictum intereſſe damni emergentis futuri percipere, nec mutuatarius teneatur illud reſarcire, niſi de eo fiat pactum in principio mutui, vel contingat poſt moram regularem; vt tradit Soto lib.6.de Iuſti. quæſt.1. art.3. ſub tertia concluſ.Imputandum enim eſt tale ſubſequens damnum ſoli mutuatori. Quia ſi mutuatarius in principio, temporeuè mutui, eius meminiſſet: forſitan noluiſſet ſub illa conditione mutuum accipere. Idem docet Nauar. cap. 17. num. 211.in fin.Quantò ergo magis poterit gener prædictum damnum in principio paciſci, cùm ſit certò ſperatũ, quantumuis ſit in ęſtimatione incertum?

Tertiò,quia etiam prędictum pactum eſt licitum in lucro incerto ſperato. Mercator enim habens pecunias ad negotiãdum expoſitas, & ſperans probabiliter lucrum: ſi ab eo inuitò per mutuum extrahantur: poteſt deducere in pactum lucrum certũ, pro incerto probabiliter, & veriſimiliter ſperato, vt docet Couar.lib 3.Varia. cap 4. nu. 5.illatione 7. & nos latè probauimus ſup. Differentia 3. Ergo multo magis idem licebit in intereſſe damni emergentis, quod eſt potentius.

Et ita tenet Panor. dict. cap. Salubriter. num.3.ad fin.Soto vbi ſupra, art. 2. §. Atque hinc plane eſt, & Rebel. de Obliga. iuſt. 2.par.lib.5. quæſt.10. num.16. Menoc. conſ.8 num.20. lib. 1. Barbo. 1.par. l.2. in prin. nu. 41. ff. Solu.mat.dummodò in pactum deducatur vt ſoluatur illud plus in pœnam conuentionalem, ſi non ſoluatur dos tempore promiſſo. aliàs nefas eſt tale quid paciſci pro mera dilatione dotis ſoluendæ, quæ fructifera non ſit. Ita Rebel. ſup.Debet etiam pœna eſſe rationabilis, & non appoſita in fraudem vſuræ. aliàs illicita. Nauar. cap.17. numer. 215. Rebel.ſup. num.18.& 19 & 23.Facit Caiet.2.2.queſt. 78. art.2. in Reſponſ.ad 6.& Couar. lib. 3. Var. cap. 1. §. 8. Hinc valet etiam illud pactum, ſi quod ſoluedum eſt fiat in compenſationem onerum coniugalium.Rebel. ſup.num.24.& 25.

Quare in hoc nulla eſt aſsignanda differentia, ſed tantùm aduertendum non poſſe à genero omnes fructus indiſtinctè percipi, ſi notabiliter excedant onera matrimonii, & æſtimationem valoris dotis; ſed ſolummodò pro quantitate intereſſe de quo conſtiterit. Ita poſt Silu. docet Soto lib. 6. de Iuſti.quæſt. 1.art.2.§. Sed quid ſi gener. pag. 481. Octauia. deciſ. Pedamont. 143. num. 2. Theſau. deciſ.78.num.4.Menoch. conſ.120. num.57. lib.2. Couar. ſic intelligendus lib.3. Reſol.cap.4.num. 6. verſ.10. & Pet. Barboſ. in l.de Diuiſione. numer. 3. ff. Solu. mat. Et in hoc poteſt conſtitui differentia inter vtrumquè Forum in Foro nimirum exteriore poſſe à genero recipi omnes fructus, pro vt communiter recipiũtur, licèt excedant valorem dotis.

In Foro verò conſciẽtię nõ licere,niſi pro quãtitate,& valore ipſius;pro vt in alia ſimili tradidimus, in Differ.ſcilicet ſequente.

SVM-

SVMMARIVM.

1 DOMINVS *directus recipiens in pignus rem emphyteoticariam, non computat fructus eius in ſortem.*

DIFFERENTIA DECIMAQVINTA.

1 DOMINVS directus ſi ob debitum, vel aliàs, rem emphyteoticariam in pignus accipiat: non computat fructus eius in ſortem, ſed ipſos lucratur vt ſuos. Ita diſponit Ordin.Luſit.lib.4.tit.67.§.4. Quæ eſt conformis diſpoſitioni Iuris Canonici quod de feudo idem tradit in cap. 1. de Feud. & in cap.Conqueſtus.de Vſur.At valet argumẽtum de feudo ad emphyteoſim, vt notant Doctores dict.cap.1.

Et licèt hoc indiſtinctè teneatur à Doctoribus, nec diſtinguant inter vtrumque Forum, ſed tacitè idem admittant de Foro etiam conſcientiæ; vt videre licèt apud Sotũ lib.6.de Iuſti.quæſt. 1.art.3. Nec mirũ cùm cenſeatur à Iure Canonico per dict. cap. 1. præfata reſolutio approbata. Et cõſequenter videatur obligare in Foro conſcientiæ, per tradita verb. Lex. Differentia 11.

Nihilominus intelligenda eſt, & reſtringenda ad emphyteoſim non melioratam, ſed manentem in eodem ſtatu quo per dominum directum tranſlata, & conſtituta fuit. Tunc enim ratio dictat vt dominus directus faciat fructus ſuos ex re verè ſua; licèt quoàd dominium directum tantùm: cũ tunc ceſſet penſio, ſeu canon ipſius, vt dict. cap. 1. & mereatur idem dominus qui rem illam ſuo emphyteotæ dedit, vt eo paruo tempore quo rem, aliàs ſuam, habet, ipſa fruatur, nec ſit aliquo modo emphyteota ſui emphyteotæ.

Minimè tamen eſt intelligenda de emphyteoſi meliorata. In hac enim non video rationem quare omnes fructus lucrari poſſit, nec computare in ſortem, niſi illos tantùm qui deductis melioramentis, deduci poterant à dicta emphyteoſi meliorata.

Et in hac ſpecie cenſeo faciendam eſſe differentiam inter vtrumque Forum. Argumento eorum quę diximus in præced. Differentia, ad fin.

Et ſi melioramenta excederent nimis; etiam in Foro iudiciali puto habẽdam eſſe rationem fructuum dictorum melioramẽtorum, & ſic computandos eſſe in ſortem.

SVMMARIVM.

1 PROMISSOR *dotis moroſus, an teneatur ad intereſſe à die moræ.*

DIFFERENTIA DECIMASEXTA

1 PROMITTENS dotem ſoluere intra certum tempus: ſi in termino cõuento non ſoluerit, tenebitur á die moræ, etiam non interpellatus, ſoluere in Foro conſcientię vſuras, ſeu intereſſe dotis promiſsæ. Ita tradit Valaſ. conſultatione 8.num.11.par.1.

Sed in Foro exteriori ad præfatum intereſſe nõ tenebitur, niſi fuerit interpellatus, ex Corneo conſ.209. vol.2. & Alcia. præſumptione 32. numer.8.ad fin. Pro quibus facit text. in l.fin.§. Præterea.C.de Iure doti. vbi non interueniente interpellatione, requiritur lapſus biennii vt promiſſor dotis videatur in mora conſtitutus. Facit etiam gl.1.l. Dotis fructum. 8.ff.de Iure dot. vbi dicit maritum, licèt ſuſtineat onera matrimonii, non facere fructus ſuos, niſi dotem petierit. Alleg.l.De diuiſione.ff.Solu.mat.

Verumtamen cùm dies ſtatuta interpellet pro homine. l. Magnam. C. de Contrahen. & committen. ſtipula. non poteſt dici in caſu huius differentiæ promittentem non fuiſſe interpellatum. Ex quo infertur teneri ad intereſſe damni emergẽtis etiam in Foro exteriori, ſi maritus onera matrimo

nii ſuſti-

Digitized by Google

nii ſuſtinuerit. Ab eo enim die promittens tenebitur; per notata per Petrum Barboſ. in dicta l. de Diuiſione. 5. à num. 9. vbi in fin. dicti num. 9. allegat Plotum in l. Si quando. num 455. C. Vnde vi. aſſerentem; receptum eſſe à Canoniſtis, & Legiſtis, quòd ſi vxor, vel pater ipſius, dotem promiſerit, & non ſoluerit ſuo tempore: maritus autem adimpleuerit ex parte ſua, ſuſtinendo onera matrimonii, iam cenſetur ei facta mora re ipſa: & conſequenter incipit ei deberi intereſſe dotis non ſolutæ. Et ſic cenſeo in materia dotis promiſſæ, ſi maritus ſuſtineat onera matrimonii, deberi ei à promittente intereſſe ratione dãni emergentis pro quãtitate dotis promiſſæ, ſi fuerit facta promiſſio in pecunia numerata; vel pro quantitate fructuum per promiſſorem receptorum, etiam ſi non fuerit dies ſtatuta ſolutioni dotis, nec facta interpellatio. Ratio eſt, quia ex natura dotis, & onerũ matrimonii ſubſecutorũ, præfatũ damnũ tamquã præuiſum, & excogitatum, cenſetur tacitè promiſſum à die moræ, etiã irregularis; per copioſè tradita à Barbo. vbi ſup. Et dicit cõmunẽ Rebel. de Oblig. iuſt. 2. p. lib. 5. quęſt. 10. nu. 14.

Quare nulla eſt in hac ſpecie aſsignanda differentia inter vtrumque Forum.

Vnde nõ obſtat tex. in d. l. fina. § Præterea. ſup. allegatus, de cuius intellectu agit Barboſ. ſup. n. 40. cũ ſeq. Quia tex. ille non probat in promiſsione dotis non incurri morã irregularẽ, niſi poſt biennium. Neq; hoc dicit; ſed potiùs lapſo biennio à die promiſſionis dotis, vſuras deberi, ac ſi ſuper petitione dotis, lis fuiſſet cõteſtata. Ex quo tex. collige licèt omnis promiſſor dotis conſtituatur in mora, ſaltem irregulari, poſtquam maritus onera matrimonii ſuſtinet, vt probat Barbo. ſup. tamen ſi dos per biennium nõ ſoluatur; tunc lapſo biennio, eam morã maiores vires acquirere, & eos producere effectus quos ſolet producere mora cõtracta per litis conteſtationẽ, nẽpe moroſum teneri ad fructus qui percipi potuerũt, licèt nullos perceperit: nec poterit mora purgari, quamuis aliàs ex mora irregulari mulier non teneatur ad fructus quos non percepit. ex gl. fi. in d. l. De diuiſione. ff. Solu. mat. Et mora itẽ iregularis poſſet ante litẽ cõteſtatam purgari, iuxta regulã l. Si inſulã 84. ff. de Verbo. obliga. & d. gl. fin. in 2. ſolutione, & Barboſ. vbi ſup. num. 41. ad fin.

Deniq; nõ obſtat gl. 1. l. Dotis fructũ. ff. de Iure dot. Quia licèt maritus non faciat fructus ſuos, niſi dotẽ petierit: non tamen negat à marito ſub nomine intereſſe, illorum æſtimationem peti poſſe.

SVMMARIVM.

1 *Contractus vitalitius, vulgò Violaria, vel Iuro de por vida, an ſit licitus in vtroque Foro.*

2 *Idem, an emi poſsint fructus alicuius fundi pro vita ementis.*

DIFFERENTIA DECIMASEPTIMA.

1 Contractus vitilitius, vulgò Violaria, in Regno Valentiæ eſt valde in vſu; & præcipuè fiũt, & emũtur dicta violaria per Eccleſiaſticos; quia cũ ſoluãtur tres ſolidi pro viginti, ſeu pro libra: ipſi Eccleſiaſtici, vt pro vita augeant ſuos redditus (Non enim curãt proſpicere pro ſuis hæredibus, ſed pro ſe ipſis tãtùm) cõmuniter ſtudent huiuſmodi contractui emptionis pro ſua vita, & alterius: propter magnũ cõmodum eorũ. Emũt quippe centum libris, quindecim annuas, durãte vita illorũ, ſuper quibus imponuntur. Eſt igitur differentia in huiuſmodi Violariis inter vtrũq; Forũ. Quòd in Foro exteriori nulla habetur ratio, an illi ſuper quorũ vitis dicta Violaria, ſeu redditus vitalitii emuntur, ſint teneræ ætatis, ſeu mediocris. Quin immo in hoc maximè ſtudẽt ipſi emptores, vt imponãtur ſuper vitis puerorũ, pręcipuè Principis, ſperãtes multos annos ipſos victuros: quãuis in Regno Caſtellæ ſit facta pragmatica ſuper iſtis Violariis, vulgò *Iuros de por vida*, Madriti à Rege Philippo Secundo anno 1593. vbi pretium illorum iuſtum, eſt taxatum ad rationem vnius pro ſeptem, pro vna vita, quæ eſt quaſi eadem quantitas.

In Foro verò conſcientiæ, vt dicta violaria ſint licita, oportet vt vita ſuper qua imponitur, non ſi: in tam tenera ætate, vt ſit ſpes longioris vitæ, ſeu ſit veriſimile multos annos eſſe victurum. aliàs ſi longiſsimā vitam puer vixerit, ſeu egerit; vltra quòd emptio forte reputabitur in Foro exteriori vſuraria, & illicita, tenebitur etiam emptor ad reſtitutionem illius exceſſus longioris vitæ, quam prudens Confeſſarius arbitrabitur. Ita tenet Cyn. in l. Si pater puellæ. C. de Inoffi. teſt. vbi Bal. dicit, ita tenere Theologos, & Iaſ. ibid. num. 8. dicit communem. Idem Cepola conſ. 14. num. 4. & Padilla in l. De fideicommiſſo. nu. 3. in fi. C. de Tranſact. quos refert, & ſequitur Ceuallos in Pract. Commun. cont. commu. quæſt. 850. num. 7. cum ſeq. Adde Toledo in ſumma lib. 5. cap. 49. & ibi Addit. vbi vertunt in dubium, an contractus cenſus ad vitam ſit licitus, & pro vtraque opinione refert dict. Additio. plures DD. ſed reducendi ſunt ad concordiam ſecundùm proximè dicta.

2 Idē quod ſup. reſoluimus dicendū, & ſeruādū erit, ſi quis ab aliquo emere voluerit frūctus alicuius fundi pro ſua vita. Super quo cōtractu cōſulendus eſt Oldra. cōſ. 207. cū ſeq & cōſ. 139. Cuma conſ. 81. Rodrig. de Annuis reddit. lib. 1. q. 5. n. 3. Paul. dict. l. De fideicommiſſo. & alij, quos idem Ceuallos refert vbi ſuprà num. 1.

SVMMARIVM.

1 *CENSVS an creari poſsit de debitis.*

DIFFERENTIA DECIMA OCTAVA.

1 CENSVS creatus de debitis, in Foro conſcientiæ eſt vſurarius, & illicitus, ac reprobatus per Extrau. Pij 5. de Cenſib. relatā à Nauar. c. 17. n. 234. Vnde debitor, verbi gratia centum aureorum, ſi non habet eos de præſenti numerabiles ad ſoluēdum creditori; quāuis aliàs habeat bona ſtabilia, ac de ſua natura fructifera; non poteſt, etiam volente creditore, vendere eidem cenſum perpetuū pro dicto debito; & ſic non poteſt creare, & imponere cenſuale de dictis centum aureis ſuper bonis ſuis. Ratio eſt, quia præfata Extrauagans requirit neceſſariò pecuniam de præſenti coram teſtibus numerandam. Et ratio rationis eſt, quia contractus cenſualis verè eſt contractus emptionis, & venditionis annui redditus. At in contractu emptionis neceſſe eſt vt verè pretium numerata pecunia ſoluatur; vt probat text. in §. 1. & 2. Inſt. de Empt & vendi. Ergo, &c.

In Foro verò exteriori quotidie veneunt, & creātur tales cēſus de debitis, cum hac tamen cautela, vt nimirum quæratur mutuò pecunia, ſeu potius accommodata, cum pacto, & promiſsione de ſtatim ea reddenda; vt ſic teſtes, & tabellio poſsint facere fidem de ſolutione in pecunia numerata. Et ita vidi practicari Valentiæ, & in Caſtella, & tradit Emmanuel Rodrig. in Explicatione dictæ Extrauagantis, conditione 4. dub. 1. poſt Salazar; addens ita fuiſſe iudicatum Valliſoleti, ſcilicet eſſe validos tales cenſus.

Sed cùm prędicta ſolutio cum pecunia de præſenti accōmodata, ſit momētanea, & in fraudē d. Extrauag. vt palam eſt; nō prodeſt quoàd Forum animæ, ſecundum Virgin. 1. par. de Cenſib. numer. 5. & 44. & 3. par. numer. 21. & 37. & Azor 3. tom. Inſtit. moral. lib. 10. capit. 8. quæſt. 1. & 2. §. Sed quid dicendum? Ratio prædictorum ſecundùm eos eſt; quia non cenſetur pretium ſolutum, quod ſtatim redditur, & recuperatur. l. Qui ſic ſoluit. ff. de Solutio. Tum quia pecunia illa debita, cum non ſit præſens; non tanti valet, quàm ſi eſſet pręſens. Tum quia dicta pecunia videtur quæſita in fraudem præfatæ Extrauagantis.

Sed profecto hæ rationes non ſunt ſolidæ, nec nimis aſtringentes. Primò quia benè poteſt fieri contractus emptionis, & venditionis abſque pecunia numerata; accipiendo debitum loco pretii, & pecuniæ numerandæ: vt ſi quis mihi debeat centum aureos, poſſum emere ab ipſo fundum pro

dictis

Digitized by Google

dictis cẽtum aureis. Sufficit enim vt venditori quomodocumque ſatisfiat, vt probat tex.in l.Quod vendidi.19.ff.de Contrahen. empt. Secundò, quia negatur non tanti valere pecuniam quam mihi debet debitor, quanti ſi eſſet præſens, ſi eſt perſona potẽs ad ſoluendum, & legalis. Tertiò negando etiam dictam ſolutionem quoàd rem, & effectum eſſe fraudulentam; cùm nulla iniuria,& fraus ex ea fiat venditori,ſed fauor,vt ſic ſe liberet à debito; vt in vendente carius creditò negat etiam Rebel.de Obliga.iuſti. 2.par.lib.9.quæſt.12.num.4. At principalis intentio Pii 5. fuit auertere, expellereque fraudes,ne pauperes debitores indebitè vexarentur. Vnde ceſſante fraude,videtur poſſe fieri, ſaltem in Foro conſcientiæ, etiam ſi dicta Extrauagans ſit recepta, vt in Luſitania, prout tenet Nauar. in Commentario de Vſur.n.88.& 121.quod & admittit Rebel.vbi ſup.lib.10.q.vlt.num.1.licèt ſub dubio.Idem tenet Surdus conſi.162. num.44. lib.2.Idem Nauar.conſ.1.num.3.de Empt. & vend.Adde Cancer lib.2.Variar.c.1. nu. 252. Et pauci effluxere dies ex quo Vlyſſipone cùm quidã haberet rem iudicatam contra ſuum debitorem;& debitor non haberet pecuniam de præſenti numerabilem, conuenerunt inter ſe, vt debitor venderet creditori quaſdã proprietates pro debito; & vt creditor eaſdem relinqueret debitori pro certo foro annuo; conſtituendo ipſum emphyteotam perpetuum. Et ita fuit factũ inſtrumentum continens ſimul venditionem,& emptionem dictarum proprietatũ vnà cũ inueſtitura,& conſtitutione emphyteoſis perpetuæ.Sed obſerua in dicto euentu fuiſſe venditionem cenſus perpetui. Extrauagans verò Pii 5. intelligitur de cenſu redimibili.Et quamuis Rebel.ſup. quæſt.7. nu. 3. dicat etiam in perpetuo tutius fore, eamdem Extrauagant.ſeruare: nihilominus cum dicta cautela venditionis, non eſt dubitandum poſſe licitè fieri.

Denique obſeruandum eſt memoratam conſtitutionem Pii 5.non fuiſſe vſu receptã in Regno Neapol.teſte Theſaur.deciſ.154. in fin.nec in Hiſpania; vt per Felicia. Solis de Cenſib.lib.1.cap.9.num.2.nec in Cathalonia,vt per doctiſsimum Cancer loco ſuperius citato.

SVMMARIVM.

1 *VSuræ in Foro externo de iure ciuili Digeſtorum fuerunt permiſſæ,ſed numquam in Foro Dei.*

2 *Hodie tamen peti poſſunt ſub nomine intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis.*

DIFFERENTIA DECIMANONA.

1 VSVRAE de iure ciuili erant permiſſæ,vt toto tit.ff. & C.de Vſur. ſaltem attento tẽpore Digeſtorũ; vt notat Barboſ.in l. de Diuiſione. 5.n.50.ff.Solut.mat.& probatur in l.Lutius Titius.ff.de Actio.empt. vbi dicitur,ſi quis vendit materiam,ideſt ligna(vt ibi gl.1. exponit) quę fructum non producunt,& fuerit moroſus in ea reddenda, non ſolùm eũ teneri ſoluere emptori cambia, ſub quibus pretium accepit; ſed etiam vſuras ipſius pretii,vt notat ibi Bar.nu.2.& Purpura in l. Vinum.num.65.ff.Si cert. peta.

At in Foro Dei numquam fuerunt permiſſæ, ſeu licitæ,vt patet Lucæ 6.35. *Mutuum date, nihil inde ſperantes.* & Deut.15. v.8. 9.& 10.& Pſal.14.incip. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.* ibi, *Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.* Vnde de Iure Canonico meritò prohibentur, vt in capit. Quoniam multi.47.diſt.

2 Hodie verò peti poſſunt ſub nomine intereſſe lucri ceſſantis, vel dãni emergentis, ſecũdùm gl.in c.Conqueſtus.de Vſur. & in l.Cunctos populos.C.de Sũma Trini. & fi. de cathol. verb. Petrũ Apoſtolum. & probatur in l.Curabit.C.de Actio.empt.& melius in l.Socium qui in eo.60.ff. Pro Socio. docet Salycet.dicta l.Lutius Titius.num.2. ad fin.Cagnol.dicta l.Curabit.nu.37.ad fin. & Barboſ.dict.numer.50.in fin. Archid. in cap.Vſura.14.quæſt.3.Anchar. conſi.37

 dubitatur.

dubitatur col.2.Abb.in c.1.&.d.c. Conqueſtus.& in cap.Salubriter.de Vſur.& conſ.7. col. 3.vol.2.Feli.in c.Cùm venerabilis. n.9. de Except.Deci.conſ.322.Affl.ct deciſ.91. Alex.cõſ.221.n.4.vol.4. Rota Romana vt per Moheda deciſ.1. ſub tit.de Vſur.& alii relati 1.tom.Commun.opin.lib.4.tit.22.de Vſur.num.70.Eſtque communis opinio tã Legiſtarum, & Canoniſtarum, quam Theologorum; ſecundùm Archid. ſup. & in cap. Fraternitas.12.quæſt.1.& Alfon. Guerrero in Theſauro Chriſtianæ Religionis. tit.de Vſuris.cap.67.in verſ. Dixi quod aliquando vſuræ.

VXOR, MARITVS.

SVMMARIVM.

1 *MARITVS an poſſit vxorem adulteram à domo, propria authoritate, expellere, vel eam dimittere, in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA PRIMA.

1 MARITVS in Foro exteriore nõ poteſt propria authoritate vxorem adulteram dimittere, ſeu à ſe expellere; ſiue adulterium ſit occultum,ſiue manifeſtum: ſed adire debet Epiſcopum,& de eius iudicio, & authoritate id exequi debet, vt probat text.in cap. Porro.& cap.Significaſti.de Diuort. & not. gloſſ.verb.Manifeſta.in cap. Ex parte.1. de Sponſa.alia in cap.1. 32. quæſt. 1.& alia in cap.Agathoſa.in gloſ.fin.27.q.2.Gratian.in cap.Siue.33.quæſt.2. D. Tho. in 4. diſt. 35. quæſt.1.art.3.Silueſt.verb.Diuortium. q.8. Caſtro de Lege pœna.lib.2. cap. 4. Soto in 4 diſt.36.quæſt vnic.art.3.Naua.in Manua. cap.16.num.28.& Couar.in 4.2.par.cap.7. §.5.nu.12.Idem probatur in l.8.tit.2.Partit. 4. verſ.*Mas ſi el adulterio.* Et ratio eſt,quia expulſio vxoris propter adulteriũ eſt pœna.Et ſic requirit miniſterium, & ſententiã Iudicis,vt probat text.in dict.cap.Siue.§.In hoc. Et ita reprobanda eſt glo. tenens contrarium in cap.fin.de Adulte. quam ſecutus fuit Abb.ibid.num.5. & dict. cap. Ex parte. 1.de Sponſa num.9.& Veracruz in Specul. coniug.3.par.art.5.concluſ.5. & Iul.Clar.§. Adulterium.num.12.in fin.dicens communem eſſe opinionẽ teſte Barba.in Apoſtil. ad Abb.in d.cap.fin de Adulte.num.6. ſi crimen adulterii ſit notorium, poſſe à marito abſque aliqua ſententia, aut declaratione Epiſcopi, vxorem adulteram, propria authoritate expelli. Contra quam opinionem eſt text. expreſſus in dict. cap. Porro. ſed ſaluari poteſt, eam intelligendo in Foro conſcientiæ, vt ſtatim dicemus.

In Foro igitur conſcientiæ licitum eſt viro ius ſibi in hoc dicere; & ſic dimittere vxorem adulteram propria authoritate, ſecundùm Paluda.in 4.diſt.35.quæſt.1.art.4 concluſione 3. Soto vbi ſup. & Nauar. cap.22. num.24 verſ.Nono. dummodò id faciat ſine ſcandalo. puta migrando in remotas regiones,vt poſt Palud.ſup.concluſ.2.&.3 & Soto ſup. tenet etiam Rebel.de Iuſt. & iu. 2.p.lib.2.q.17.nu.3. Eſſet etiam ſine ſcandalo, quando palã,ac manifeſtè moraretur vxor cum adultero; vel ſe abſentaſſet cũ eo. Quo in euẽtu licitè poſſet maritus eam dimittere, etiã quoàd Forum exterius, vt dicit gl.d.c.1.32.q.1.Silueſt.& Sot.ſup.

Sed contra proximè dicta facit tribunal, & Forũ Eccleſiaſticũ eſſe tribunal, & Forũ æquitatis. adeò vt prohibitũ in Foro Canonico, ſit etiã prohibitũ in Foro conſcientiæ, iuxta not.in Prælud. n.6. Sed Ius Canonicũ prohibet viro ne ſine iudicio Eccleſiæ audeat ius ſibi dicere, & vxorẽ adulterã expellere, etiã ſi ſit patẽs adulteriũ, & manifeſtũ, vt d.c. Porro. Ergo peccabit vir contra. eniendo.& cõſequenter in Foro conſcientiæ non licebit illi vxorem fornicariam dimittere ſine præuia ſententia Iudicis.

Sed Reſp. idem argumentum militare in caſu

caſu quo quis vult ius ſibi dicere propter defectum probationis, vel Iudicis, cùm aliquid ei debetur. Et nihilominus poteſt in Foro conſcientiæ tantumdem retinere, vel occultè accipere, vt reſoluimus verb. Poſſeſsio. Differ. 5.

Verùm Paul. Comitol. lib. 1. Reſp. moral. quæſt. 141. reſpondet præfatæ obiectioni, dicens diuerſam rationem eſſe de debito pecuniario, & de ſatisfactione ſecretò facta; & de pœna diuortii, & ſeparationis mutuæ cohabitationis propter adulteriũ, quæ eſt pœna publica; & ideò neceſſariò eſſe irrogandam à Poteſtate publica. Hac ratione victus tenet contra præcitatos DD. non licere marito etiam in Foro conſcientiæ vxorem adulteram dimittere ſine iuditio Eccleſię. Et allegat pro ſe in num. 5. D. Tho. loco ſuperiùs citato. S. Bonauent. Ricard. Durã. Gabriel. Maior. & Turrecremat. in cap. Seculares. per tex. ibi. 33. quæſt. 2. In eo enim textu, qui eſt Concilii Carthagin. ſub pœna excommunicationis pręcipitur ne alicui viro liceat vxorem ex quacumque cauſa dimittere ſine iudicio Eccleſiæ. Pro cuius textus intellectu conſulendus eſt Barboſ. in 2. par. Rub. ff. Solu. matri. num. 13. & 14.

Facit etiam pro hac ſententia, eſſe genus vltionis iſtam expulſionem ex cauſa adulterii. At nulli licet ſe vlciſci.

Prætereà non obſtat ex ſententia Chriſti Saluatoris noſtri licitam eſſe huiuſmodi ſeparationẽ ex cauſa fornicationis, vt Matth. 5. Nam Chriſtus non excludit ſententiam Iudicis, & Eccleſię, ſed demõſtrat tantùm cauſam licitã diuortii, ſeu ius in hoc dixit, ſecundùm D. Tho. ſup. art. 3. ad primum.

Denique non obſtat cap. Dixit dominus. 32. quæſt. 1. vbi dicitur, *Vbicumque fornicatio eſt, vel fornicationis ſuſpicio; libere vxor dimittitur.* Per quæ verba videtur data libera facultas dimittendi vxorem ex cauſa fornicationis. Nam intelligitur pręcedente ſententia Iudicis quoàd mutuam cohabitationem; quamuis quantum ad thorum ſine ſententia id facere poſsit, vt declarat Soto loco ſuperiùs citato; & docet D. Tho. ſup. & communis.

His tamen nõ obſtantibus tenendum eſt cum Palud. Soto. Nauar. & Rebel. ſuperiùs adductis, nimirum in Foro conſcientiæ licere marito propria authoritate dimittere vxorem adulteram, dummodò id faciat ſine ſcandalo, vt ſup. docuimus. Pro quorum opinione, vltra allegata ſupra, faciunt primò, quia memorata cognitio iudicialis parit infamiam mulieri, & eius cõſanguineis. Tùm quia extant exempla Sanctorum qui in ſimili caſu ſuas vxores dimiſerunt, nullà expectata, nec procurata ſententia publica; vt de Paulo ſimplici teſtatur hiſtoria Triparti. lib. 1. cap. 11. relata à Villegas. par. 5. Cuius inſcriptio eſt, Fructus Sanctorum. tit. de Paciencia. diſcurſo. 60. num. 6. Et de Sanct. Gandulpho dicitur idem; vt per eũdem Villegas patet in 3. par. in eius vita; quæ eſt 122. in ordine. Et de B. Ioſeph multi tenent ob eamdem ſuſpicionem voluiſſe dimittere beatiſsimam Mariam Virginem integerrimam vxorem ſuam à Sancto Spiritu fęcundatam. Idem dicitur feciſſe maritum illius Agathoſæ, cuius meminit B. Grego. lib. 9. Epiſt. 44. & habetur in cap. Agathoſa. 27. quæſt. 2. vbi dicitur reliquiſſe vxorem in ſeculo, & ſe tranſtuliſſe in Religionem. Et approbat D. Grego. factum, conſtito adulterio.

Denique obſerua ad ea quæ in principio diximus, ſcilicet etſi à marito non poſsit in Foro exteriore expelli domo vxorem propter adulterium etiam manifeſtum, niſi in caſu ſuperiùs excepto: ſi tamen ea expellatur, cùm eſt notum, & peruulgatum, non ſolere Eccleſiam cogere illum ad ipſam recuperandam. Ita Paul. Comitol. lib. 1. Reſp. moral. quæſt. 143. num. 2. in fi. Allegat ad hoc gl. 1. ad fin. in dict. cap. Significaſti. de Diuort. quæ tamen contrarium tenet. Sed pro Comitolio eſt textus omnibus præſtãs in dict. cap. Agathoſa. quem ad hoc alliga digito. & tenet etiam Soto dict. art. 3.

SVMMARIVM.

1 MARITVS *ob non ſolutam dotem, an poſsit in vtroque Foro expellere vxorem domo, vel eidem alimenta denegare.*

Digitized by Google

DIFFERENTIA SECVNDA.

1 MARITVS ob non ſolutam dotem poteſt in Foro exteriori expellere vxorem à domo.l. fin.C. Ad Velleiã. gloſ.ſingu.in Auth. de Non eligen. ſecun.nub.verb. Onera.cõmendata à pluribus quos refert Couar. in 4.2.par.c. 7. in princip. nu. 2. & docet Bal. in dicta l.fin.& Abb.in cap. Per veſtras.nu. 4. de Donation.inter vir.& vxorem,vbi dat de hoc rationem, ſcilicet quia cùm ex dote teneatur vir ſuſtinere onera matrimonii; vt in cap. Salubriter. de Vſur.& l. Si cùm dotem. §. Si maritus. verſ. Si autem. ff. Solut. matrim. poteſt recuſare hæc onera ex quo non habet vnde ſumat alimenta. Adde eũdem Abb.conſ.85.lib.2. Guid. Pap. quæſt. 439. & alios relatos 1.tom.Commu. opin. lib.5.tit.12.num.89. Idem ait Gomez ad l. 50.Taur. num. 31. Molin. tract. 2. de Iuſt. diſputatione 425. §. 3.

Et licèt quidam cenſeant poſſe à marito hanc expulſionem fieri, etiam propria authoritate: alii tamen meliùs, & tutiùs ſentiunt id ſolummodo licere viro,adhibita Iudicis authoritate. argumento eorum quę notantur in c. Significaſti.& in c. Porrò.de Diuortiis. vbi nec propter fornicationem, ſeu inceſtum; nec propter impedimentum parentelæ, etiam manifeſtum, licitum eſt marito ſine iudicio Eccleſiæ expellere à ſe vxorem. Idem ſeruatur ſi propter ſæuitiam viri, vxor velit ſe à viro ſeparare; vel ſi vir velit ſe etiam ab vxore diuidere, quia vxor aliquid tentauerit ad necẽ eiuſdem viri;vel ſuppoſuerit marito facturas, & herbarias, ſeu incantationes; ac denique ſi veneficia probarentur.In his enim,& ſimilib.caſibus ſemper requiritur iudicium Eccleſiæ ad ſeparationem faciendam; vt probatur in cap. Literas.& in c. Ex tranſmiſſa. de Reſtit.ſpoliat. cum ibi notatis per Doctores, & per Gutier. in Pract. canon. quæſt. 24. per totam,& per Valaſc.de Partition.cap.6.n.46. in fine cum ſequenti.Quantò magis requiretur idem iudicium ad eiiciẽdam è domo mulierem propter dotẽ non ſolutam? Sed hæc omnia (vt dixi) procedunt in Foro exteriori.

In Foro verò conſcientię,aliud iudicium ſeruandum eſt. Nam non eſt ſufficiens cauſa coram Deo dos non ſoluta ad ſeparationem coniugalis habitationis faciendam, cũ de Iure Diuino ſit prædicta coniugalis cohabitatio ſeruanda, nec diſſolui poſsit, niſi ex cauſa fornicationis; vt conſtat in c.Gaudemus.de Diuort.& Geneſ.2.24.& Matth. 5.32.

Qua ratione etiã nec cũ Iudicis authoritate ob dictam dotem non ſolutam fieri poſſe prædictam expulſionem defendit Coua. in 4.2 par.dict.c.7.in princip.nu.2.Barboſ. 3.par.l.1.num.55.ff. Solu.mat.& Rebel.de Oblig. iuſt.2.par.lib.5.num.30.

Nec ratio Abbatis ſuprà relata quicquam ad hoc cõcludit. Nam ſolùm probat poſſe virum ob dotem non ſolutam;vel acceptationem mulieris, vel traductionem eius ad domum, renuere; vel ei traductæ alimenta denegare. Quod vtique verum eſt. & probatur primum in dicto c.Per veſtras.ſecundùm Abb. ibi nu. 4. & ſecundum probatur per gloſſam in dicta Auth de Non eligen. ſecund. nubent. verb. Onera. quæ hoc expreſsè tenet, & non id ad quod in princip. eam allegauimus; vt multi Doctores falsò ei imponunt.

Itaque in hac differentia reſolutiuè tenendum eſt non poſſe in conſcientia virum,ob dotem non ſolutam, vxorem à ſe expellere, non ſolùm propria authoritate, ſed nec id à Iudice petere. Quid enim meretur mulier ſi pater, aut alius extraneus ſit infidelis,& dotem promiſſam non exoluat, præſertim cùm poſsit agere vir cõtra promittentem eam ſoluturum? Hoc ſane eſt remedium paſsim ſumptum,& aptius, quàm miſeram mulierẽ innocentẽ expellere. Quòd ſi promiſſor ſit adeò litigioſus, ac contro-uerſus, vt difficillimè dos ab eo extrahi poſsit;ſufficit viro denegare alimenta vxori non expulſæ. Quamuis neque hoc vltimum, denegationem concernens alimentorum, auderem aſſerere licitè fore conſulendum. Quis enim Chriſti Ieſu ſectator denegare poſſet vxori pauperi alimenta, maximè ſecum manenti in eadem domo,cùm etiam extraneis indigẽtibus teneamur ſubuenire, ſi aliunde nõ habeãt, vnde alantur?

Quare

Digitized by Google

Quare neque prædictam gl. in Foro animę admittendam puto, niſi quando ſuis manibus, vel aliunde poſſet acquirere alimenta. Et fatuus nimis eſſet vir qui prędicta alimenta denegaret, cùm vtique magnum inde vxori præſtaret occaſionem ad adulterium perpetrandum, vt palam eſt.

SVMMARIVM.

1 *VXOR circa lucra communia, conſtante matrimonio acquiſita, & malè per maritum alienata, ſiue conſumpta; quam actionem, ſeu ius habeat in vtroque Foro.*

DIFFERENTIA TERTIA.

1 VXOR circa lucra communia, cõſtante matrimonio acquiſita, malèque à marito alienata; puta in comeſſationibus, concubinatu, ac ludis: nullam actionem habet, aut ius, in Foro exteriori contra maritum, vel tertiũ. Quia illa ſolummodò quæ tempore diuortii inueniuntur lucrifacta, cenſentur lucra: reliqua autem, licèt pro dimidio lucri fiant vxori, lucrifiunt reuocabiliter; ita vt maritus, ad quem ſpectat libera illorum adminiſtratio; poſsit benè, vel malè adminiſtrãdo; illa ſibi, & vxori reuocare. Ita poſt Ioan. Lup. docet Nauar. cap. 17. num. 155. verſ. Ad alterum hic nouè quæſitum.

Et licèt ipſe Nauar. idem ſentiat dicendũ in Foro conſcientiæ; Petr. tamen à Nauar. 2. tom. de Reſtit. lib. 3. c. 1. nu. 108. contrarium tenet, dicens cùm in prædictis lucris vxor ſtatim acquirat vſum fructum, & dominium eorum, & poſſeſsionem; vt docet Palud. in 4. diſt. 15. quæſt. 3. art. 6. concluſ. 2. Ant. Gom. ſuper leges Tauri 50. 51. & 52. nu. 74. Couar. lib. 3. Variar. c. 19. nu. 2. nullo modo poſſe ea à marito alienari in præiudicium vxoris ſine eius conſenſu. Vnde inquit, num. 115. & 117. in Foro conſcientiæ poſſe vxorem ſe recompenſare ſecretò. Item, & hæredes viri teneri in conſcientia ad eorum reſtitutionem, ſi cõſtaret de quãtitate diſsipata; vel eſſe computanda ad partem bonorum ipſos contingentem: exceptis, per eum ludo amiſsis. Nam iſte contractus eſt fortunæ, & induſtriæ, & ita poterat in eo lucrari, ſicut perdere. Et ideò circa amiſſa in eo, ad nihil tenerentur. Ita reſoluit prædictus Doctor.

Sed ſanè ſi attentiſsimè prędicti Doctores inſpiciantur, non ſunt inter ſe contrarii, nec ex doctrina eorum conſtituenda eſt differẽtia aliqua in præſenti ſpecie. Nam Nauar. in prædicto c. 17. nu. 155. loquitur ſecũdùm ius commune, iuxta quod in præfatis lucris communibus vxor non quærit dominium, nec poſſeſsionem, conſtante matrimonio; vt eſt communis opinio, teſte Couar. loco ſuprà citato, verſ. Tertiò deducitur. & docet Anchar. cõſ. 102. incipit Queſtio eſt. nu. 6. & Soc. poſt alios multos à ſe relatos conſil. 131. nu. 1. col. 2. lib. 1. & Valaſc. de Partit. c. 6. nu. 6. per tex. (vbi Doctores communiter) in l. Qui iure familiaritatis. ff. de Acquir. poſſeſsione. Et hoc in iis quæ proprio nomine à marito emuntur. aliàs ſecùs; vt docet idem Couar. ſuprà.

Petr. verò à Nauar. loquitur iuxta iura Caſtellæ. Quo iure attento, dominium rerum à marito, conſtante matrimonio, acquiſitarum transfertur in vxorẽ quoàd partem dimidiam abſque aliqua traditione; ſiue ea emerit nomine vtriuſque, ſiue nomine proprio; vt docet idem Couar. dicto c. 19. nu. 2. verſ. 4. & meliùs Valaſc. loquens iuxta leges, & conſuetudinem generalem Regni Luſitaniæ, quæ in hoc concordant cum legibus Regni Caſtellę, dicto lib. de Partit. c. 5. nu. 9. 14. 15. & 16. Et iſto iure attento, perſpicuum eſt, non licere marito nec in Foro exteriori, nec interiori liberè res illas, conſtante matrimonio, quæſitas, alienare: ſed tunc demum, cùm id fecerit ex cauſa, abſque fraude, & dolo; vt tradit Ioan. Lup. in Rub. de Donation. inter virũ, & vxorem. §. 66. num. 24. & 25. Bal. conſil. 235. lib. 2. & Couar. ſuprà, dicto verſ. 3. & probat l. 4. tit. 4. lib. 5. Ord. hodie eſt l. 5. tit. 9. lib. 5. Recopila. & l. 205. inter leges Stili.

Prædicta omnia vbi ius commune non ſeruatur, intellige in lucris rerum immobilium. Quid autem ſi pecunia tãtùm, aut res alia mobilis à marito in prædictis caſibus, & ſimilibus, malè conſumatur? Dic reſtituendum

tuendum eſſe valorem dimidietatis eorum vxori ab hæredibus mariti tempore partitionum; vt latè probat Valaſ. ſuprà, c. 24. per totum. Idem etiam, vbi ius commune ſeruatur, erit obſeruandum in alienatione rerum immobilium, in quibus, licèt de iure communi nõ quęratur vxori dominium, (ſaltem irreuocabiliter) tamen reſarciendum eſt vxori poſteà damnum, & pręiudicium ſibi illatũ per maritũ ex bonis ipſius, per ea quæ reſoluit Valaſc. ſuprà, dicto c. 24. Facit l. 2. C. Ne vxor pro marit. Et hoc eſt verum, quando lucra ſunt acquiſita, pręcipue manu, & arte vxoris. Tunc enim cenſeo (ſaltem in Foro animę) limitandam Fore opinionem Nauar. ſuprà, vt non procedat in iſto caſu. Iniquum quippe videtur vt quod induſiria, & labore vxor acquiſiuit, liceat viro ſine vlla obligatione reſtitutionis, in malos vſus ſibi beneuiſos alienare. Quòd ſi dicas habere virum dominiũ in prædictis lucris de iure communi, & ſic vti domino licere illa ei alienare. Reſp. licèt alienatio ob dictam rationem teneat, non tamen inde manere immunem à ſatisfactione damni quoad vxorem; non obſtãte dicta ſubtilitate iuris, de qua in Foro animę non curatur, vt diximus verb. Iudicium. Differ. 4.

SVMMARIVM.

1 *MARITO licitum eſt in vtroque Foro, moderamine adhibito, cauſa id exigente, vxorem verberare, & punire; contra Tiraq.*

DIFFERENTIA QVARTA.

1 MARITIS licitum eſt, iuxta leges, ac canones, moderatè vxores verberare. arg l. vni. C. de Emenda. propin. & l. Rei iudicatę. §. 1. ff. Solu. mat. & ibi not. Roma num. 5. Deci. in l. Vt vim. num. 22 ff. de Iuſti. & iur. Hippo. in pract. §. Aggredior. num. 81. Tiraquel. l. 1. Connub. gl. 1. num. 22. Barboſ. 2. par. Rub. ff. Solu. mat. num. 35. vbi à num. 31. vſque ad n. 37. latè agit quando id liceat de iure, & quam pœnam mereatur maritus dirè verberans, vel etiam modicè ſine cauſa. Adde Panor. in cap. Cùm contingat. de Foro compet. & Doctores in c. Quemadmodum. de Iureiur.

In Foro tamen conſcientię id non licet ſecundùm Tiraq. in l. 9. Connub. numer. 2. Cuius diuerſitatis rationem optarem ab eo audire. Moderata quippe punitio, etiam vxori exhibita, non video quare illicita, & peccati rea ſit; cùm etiam vxor ſit viro ſubiecta, & ſub eius poteſtate conſtituta, & iuſta cauſa ſe ſe offerre poſſit ad prædictam punitionem faciendam. aliàs eſſet illa viri poteſtas vacua, & inanis. Quare in vtroque Foro præfatam moderatam punitionem, iuſta exigente cauſa, licitam eſſe puto. argumento l. Præceptoris ff. ad l. Aquil. & cap. Ad audientiam. de Homicid. Si enim illa pręceptori licita eſt (vt ibidem:) quantò magis marito cui plus vxor ſubiici debet, quàm diſcipulus magiſtro? Et ita docet Silu. poſt alios, verb. Vxor. quæſt. 3. Dicto 2. Adde ad idẽ Caiet. in tract. 27. Quæſt. quæſt. 26. ad fin. vbi reſoluit ad maritum ſpectare corrigere vxorem non benè moratam, non ſolũ verbis, ſed facto, id eſt verberibus, & fuſtibus, & vti alijs remedijs congruis ad illius caſtigationem, & emendationẽ. Refert, & ſequitur Barboſ. 2. par. rub ff. Solu. matri. num. 36.

Vide circa hoc verbum, quę habes. verb. Alimenta. Different. 3. 4. & 5. & verb. Adulterium. Differ. 2. 6. & 7.

LAVS DEO.

Ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, eiuſque Virginis, & Matris Mariæ, fuit typis mandatum præſens opus in domo Cartuſiæ Maioricarum, per Emmanuelem Rodriguez, Die 25. Iunii M.DC.XVI.

INDEX

Digitized by Google

INDEX DIFFERENTIARVM INTER VTRVMQVE FORVM, IN HOC OPERE contentarum.

ABSOLVTIO.

1 *SEMEL approbatus ab vno Epiſcopo, poteſt vbiq; terrarum audire confeſſiones, & abſoluere pœnitentes habentes Bullam Cruciatæ. Idem, tempore Iubilei; & hoc, in foro conſcientiæ: licet, quoad forum exterius, poſsit impediri.*

2 *Abſolutio ab excommunicatione, quoad forum tantùm conſcientiæ, quid importet. Et talis abſolutio non prodeſt quoad forum exterius.*

3 *Excommunicatus denunciatus, impotens ad ſoluendum; poteſt, abſente Iudice, & parte; abſolui in foro pœnitentiali. Secùs, quoad forum exterius.*

4 *Excommunicatus occultus, indiget abſolutione quoad forum interius; ſed non, quoad exterius.*

5 *Excommunicatus ob debitum, debet prius ſatisfacere, antequam abſoluatur; ſi nequeat ſoluere; debet cautionem dare, ſaltem iuratoriam, in foro exteriori. In foro verò pœnitentiali, ſufficit propoſitum firmũ pœnitentis.*

6 *Abſolutio ab excommunicatione datur in foro exteriori ſub certis ceremoniis. Secus, in foro pœnitentiali, vbi nullæ tales requiruntur.*

7 *Contritio ſola, abſoluit, quoad Deum, excommunicatum, in articulo mortis: ſi non habuit copiam confeſſarii. Secus, quoad forum exterius.*

8 *Abſolutio ab excommunicatione obtineri poteſt per procuratorem, in foro Iudiciali. Secus, in pœnitentiali.*

9 *Abſolutus ab excommunicatione in articulo mortis, ab alio, quàm ab excommunicatore; debet, quàm citò commode poterit; ſi ſanus fiat; ſe præſentare coram eo, in foro Iudiciali. In foro verò pœnitentiali, relinquitur ſuæ conſcientiæ.*

10 *Excommunicatus, excommunicatione nõ reſeruata poteſt abſolui in foro pœnitẽtiali per parochũ. In foro verò exteriori nõ ſufficit dicta abſolutio; ſed recurrendũ eſt ad Epiſcopũ.*

11 *Abſolutio ab excommunicatione ad cautelam, dari non poteſt in foro Iudiciali, niſi ſeruata certa forma. Quæ, in foro pœnitentiali non eſt neceſſaria.*

12 *Abſolutio ab excommunicatione in foro Iudiciali, vno modo impenditur, ſi offenſa, vel contumacia eſt manifeſta: & alio modo, ſi eſt dubia. In foro verò pœnitentiali, hoc nõ attenditur; quia hic, confeſsio pœnitentis facit notorium.*

13 *Laicus in articulo mortis an poſsit abſoluere ab excommunicatione? & ſi abſoluat, an valeat pro vtroq; foro?*

14 *Suſpenſus donec ſatisfaciat, indiget abſolutione poſt ſatisfactionem, in foro Iudiciali. Secus, in foro pœnitentiali.*

15 *Legatus à latere, ſi vulneretur, poteſt vulnerantem abſoluere, quoad forum interius: non tamen, quoad exterius.*

ACCVSATIO.

1 ACcuſatio, non requirit præmonitionem, in foro exteriori. Bene tamen, in foro interiori, ſecundum aliquos. Sed, contrarium reſoluitur.

2 Clericus poteſt accuſare ſuum offenſorem; dummodo proteſtetur vere. Aliàs, erit irregularis, in foro animę: licet, non in foro externo, ſecundum aliquos. Sed, contrarium reſoluitur.

3 Accuſatione, vel appellatione pendente, nõ poteſt Prelatus, in foro externo, officio ſuſpendi. In foro vero cõſcientię, poteſt ſubditus ei denegare obedientiam; ſi ſciat, nullum ius haber e.

ADQVISITIO DOMINII.

1 DOminiũ ſine traditione, in foro externo, non transfertur. Bene tamen, in foro conſcientię, ſecundum aliquos. Sed contrarium reſoluitur.

2 Theſaurus inuentus, in foro externo, ſpectat ad Regem. In foro vero conſcientię, ſpectat ad inuentorem: ſi eſt antiquus. Et, ſi eſt lucidus; quærendus eſt dominus.

3 Lapilli, & gemmę, in litore maris inuentę, ſpectant ad Regem, in foro externo. Sed, in conſcia, ad inuentorem.

4 Rapta à fluminibus, tempore alluuionis, cuius ſint!

5 Feræ, à venatoribus captæ in agro, cuius fructus conſiſtunt in ipſa venatione; in foro externo ſpectant ad dominum agri. In foro vero conſcientię, ad venatorem.

6 Capta in bello, quomodo fiant capientium, in vtroq; foro.

7 Venans in locis prohibitis, in foro Iudiciali cogitur animalia reſtituere. Secùs, in foro pęnitentiali.

ADVLTERIVM.

1 MArito licet, in foro exteriore, vxorem, & adulterum, in adulterio deprehenſos, occidere. Secùs, in foro conſciẽtię.

2 Vxor, cõmittens adulteriũ, propter confuſionẽ vitandã; excuſatur in foro Iudiciali. Secus, in foro conſcientię.

3 Adulteriũ, ſępius cũ vna cõmiſſum, in foro Iudiciali non punitur, niſi pro vno adulterio. Secus, in foro animæ.

4 Cõmittens adulteriũ cũ ea, quę ſe multis, meretricio more, proſtituit; non punitur tanquam adulter. Secus, in foro pęnitentiali.

5 Cõmittens adulterium cum muliere vili, putà, per ſe cauponam exercente: nõ eſt adulterii reus. Secus, in foro pænitentiali.

6 Diuortia, de Iure ciuili, etiã Codicis, fuerũt permiſſa. Secus, de Iure Põtificio, & in foro animæ.

7 Mulier nupta, per metũ conditionalẽ conſentiens adulterio; non dicitur adultera, in foro Iudiciali. Secus, in foro pęnitentiali.

ALIMENTA.

1 FIliis, ex dãnato coitu genitis, ſecundũ aliquos non debentur per parẽtes alimenta in terris Imperii. Sed deberi, in vtroq; foro, verius eſt.

2 Patri heretico non debet filius alimenta, in foro externo. Secus, in conſcientia.

3 Vxorẽ adulterã, poſt thori ſeparationẽ, an teneatur maritus, in vtroq; foro, alere. Et, an idem, in vxore ſpiritualiter fornicante.

4 Vxori, ſoluto matrimonio, non debẽtur alimenta, in foro Iudiciali, ſi prægnans nõ eſt. Secus, in conſcientia; ſi aliunde non habeat

5 Vxor, habens parentes, vel filios ex alio matrimonio, egentes; poteſt, ſine licentia mariti.

Digitized by Google

riti, in foro conſcientiæ, eis alimenta præſta-
re. Secus, in foro externo.
Auus maternus, tenetur in foro interiori
nepotem egentem alere. Secus, in foro exter-
6 no. Idem dic, de ſocero, quoad nurum. Et
de tutore, quoad matrem, & ſororē pupilli. Et
de patrino, & parocho, quoad filios ſpiritua-
les.
7 Frater, quando cogi poſſit, in vtroq; fo-
ro, ad alendum fratrem egenum.
8 Famulum egenum infirmum, non tene-
tur dominus in foro externo, ſuis impenſis
alere. Secus, in conſcientia.

APPELLATIO.

1 APpellationes; in foro Iudiciali ad-
mittuntur. Secus, in Pænitentiali.
2 Appellatio; licet denegetur à Iu-
re: ſi tamen eſt iuſta; tenetur Iudex in con
ſcientia eam admittere.
3 Appellans ex cauſa veriſimili, & proba
bili, ſed falſa; in foro externo non punitur.
Bene tamen, in Pænitentiali.
4 Iudex deferens appellationi friuolæ, nō
punitur in foro Iudiciali. Sed, ſic, in pæniten
tiali.

BAPTISMVS.

1 BAptiſmus, tollit omnem culpam, &
pænam pro culpa debitam, in foro
Poli. Secus, in foro fori.
2 Tenentes puerum in Eccleſia (aliàs domi
baptizatum) pro ſupplendis exorciſmis; in
foro externo reputantur patrini, ſeu compa-
tres. Sed in foro conſcientiæ, non ſunt.
3 Accedens ad baptiſmum ficte, licet quo-
ad forum externum ſit & reputetur bapti-
zatus: ſed, quo ad Deum, & forum cō-
ſcientiæ, non eſt baptizatus.

BENEFICIVM, ET BENEFICIATVS.

1 BEneficia duo, etiam ſi alterum ſit
ſufficiens; in foro externo licitè poſſi
dentur. Sed non, in interno.
2 Fuctus beneficii, non exacti, in externo
pertinent ad futurum ſucceſſorem. Sed, in
conſcientia, debent pro rata diuidi inter præ
deceſſorē, & ſucceſſorem.
3 Canonici, & beneficiati, qui ſumto pũcto
horæ, exeunt à Choro, ſine cauſa; licet in fo-
ro externo, lucrentur diſtributiones: ſed,
non, in interno.
4 Clericis, in foro externo, licet theſauriza
re. Sed non, in interno.
5 Perſonæ Eccleſiaſticæ, in Dignitate conſti
tutæ; poſſunt ſe tractare, in foro exter-
no, cum pompa ſeculari. Sed non, in
interno.

BONA.

1 BOna, vulgo dicta moſtrenca; in fo-
ro externo, ſunt dominorũ locorũ
vbi inueniũtur. Sed nō, in conſciẽtia.
2 Filius familias in foro iudiciali debet da
re patri vſumfructum bonorũ aduentitiorũ.
Sed non, in conſcientia, ſecundum aliquos.
Sed contrarium eſt verius.
3 Bona immobilia, & de Realengo, non
poſſunt poſſideri per Eccleſias, in foro ex-
terno. Sed, ſic, in foro conſcientiæ.
4 Bona, male ablata, vel inuenta, ſi neſcia-
tur verus dominus eorũ; debent diſtribui
in pauperes per Epiſco. in foro externo. Sed,
in conſciẽtia, poteſt id fieri per ipſummet abla
torem; ſeu inuentorem.
5 Inuentor rei alienæ, tenetur facere diligẽ
tias pro quærendo domino: quo, non inuento,
tenetur eã diſtribuere, ſeu dare pauperibus,
in foro externo. Sed, in conſcientia; poteſt
apud ſe retinere.
6 Inuentor rei alienę, nō poteſt, in foro exter
no, petere aliquid à domino, pro manifeſtatio
ne, & inuentione, ſine labore. In foro verò cō-
ſciẽtię, poteſt accipere, ſi aliquid ei libere detur

ACCVSATIO.

1 A Cuſatio, non requirit præmonitionem, in foro exteriori. Bene tamen, in foro interiori, ſecundum aliquos. Sed, contrarium reſoluitur.

2 Clericus poteſt accuſare ſuum offenſorem; dummodo proteſtetur vere. Aliàs, erit irregularis, in foro animę: licet, non in foro externo, ſecundum aliquos. Sed, contrarium reſoluitur.

3 Accuſatione, vel appellatione pendente, nõ poteſt Prelatus, in foro externo, officio ſuſpendi. In foro vero cõſcientię, poteſt ſubditus ei denegare obedientiam; ſi ſciat, nullum ius habere.

ADQVISITIO DOMINII.

1 D Ominiũ ſine traditione, in foro externo, non transfertur. Bene tamen, in foro conſcientię, ſecundum aliquos. Sed contrarium reſoluitur.

2 Theſaurus inuentus, in foro externo, ſpectat ad Regem. In foro vero conſcientię, ſpectat ad inuentorem: ſi eſt antiquus. Et, ſi eſt lucidus; quærendus eſt dominus.

3 Lapilli, & gemmę, in litore maris inuentę, ſpectant ad Regem, in foro externo. Sed, in conſcia, ad inuentorem.

4 Rapta à fluminibus, tempore alluuionis, cuius ſint?

5 Feræ, à venatoribus captæ in agro, cuius fructus conſiſtunt in ipſa venatione; in foro externo ſpectant ad dominum agri. In foro vero conſcientię, ad venatorem.

6 Capta in bello, quomodo fiant capientium, in vtroq; foro.

7 Venans in locis prohibitis, in foro Iudiciali cogitur animalia reſtituere. Secùs, in foro pęnitentiali.

ADVLTERIVM.

1 M Arito licet, in foro exteriore, vxorem, & adulterum, in adulterio deprehenſos, occidere. Secùs, in foro conſciẽtię.

2 Vxor, cõmittens adulteriũ, propter confuſionẽ vitandã; excuſatur in foro Iudiciali. Secus, in foro conſcientię.

3 Adulteriũ. ſępius cũ vna cõmiſſum, in foro Iudiciali non punitur, niſi pro vno adulterio. Secus, in foro animæ.

4 Cõmittens adulteriũ cũ ea, quę ſe multis, meretricio more, proſtituit; non punitur tanquam adulter. Secus, in foro pęnitentiali.

5 Cõmittens adulterium cum muliere vili, putà, per ſe cauponam exercente: nõ eſt adulterii reus. Secus, in foro pænitentiali.

6 Diuortia, de Iure ciuili, etiã Codicis, fuerũt permiſſa. Secus, de Iure Põtificio, & in foro animæ.

7 Mulier nupta, per metũ conditionalẽ conſentiens adulterio; non dicitur adultera, in foro Iudiciali. Secus, in foro pęnitentiali.

ALIMENTA.

1 F Iliis, ex dãnato coitu genitis, ſecundũ aliquos non debentur per parẽtes alimenta in terris Imperii. Sed deberi, in vtroq; foro, verius eſt.

2 Patri heretico non debet filius alimenta, in foro externo. Secus, in conſcientia.

3 Vxorẽ adulterã, poſt thori ſeparationẽ, an teneatur maritus, in vtroq; foro, alere. Et, an idem in vxore ſpiritualiter fornicante.

4 Vxori, ſoluto matrimonio, non debẽtur alimenta, in foro Iudiciali, ſi prægnans nõ eſt. Secus, in conſcientia; ſi aliunde non habeat

5 Vxor, habens parentes, vel filios ex alio matrimonio, egentes; poteſt, ſine licentia ma-

riti,

Digitized by Google

ritis, in foro conſcientiæ, eis alimenta præſtare. Secus, in foro externo.

6 Auus maternus, tenetur in foro interiori nepotem egentem alere. Secus, in foro externo. Idem dic, de ſocero, quoad nurum. Et de tutore, quoad matrem, & ſororem pupilli. Et de patrino, & parocho, quoad filios ſpirituales.

7 Frater, quando cogi poſsit, in vtroq; foro, ad alendum fratrem egenum.

8 Famulum egenum infirmum, non tenetur dominus in foro externo, ſuis impenſis alere. Secus, in conſcientia.

APPELLATIO.

1 APpellationes, in foro Iudiciali admittuntur. Secus, in Pænitentiali.

2 Appellatio, licet denegetur à Iure: ſi tamen eſt iuſta; tenetur Iudex in conſcientia eam admittere.

3 Appellans ex cauſa veriſimili, & probabili, ſed falſa; in foro externo non punitur. Bene tamen, in Pænitentiali.

4 Iudex deferens appellationi friuolæ, nõ punitur in foro Iudiciali. Sed, ſic, in pænitentiali.

BAPTISMVS.

1 BAptiſmus, tollit omnem culpam, & pœnam pro culpa debitam, in foro Poli. Secus, in foro fori.

2 Tenentes puerum in Eccleſia (aliàs domi baptizatum) pro ſupplendis exorciſmis; in foro externo reputantur patrini, ſeu compatres. Sed in foro conſcientiæ, non ſunt.

3 Accedens ad baptiſmum ficte, licet quoad forum externum ſit & reputetur baptizatus: ſed, quo ad Deum, & forum cõſcientiæ, non eſt baptizatus.

BENEFICIVM, ET BENEFICIATVS.

1 BEneficia duo, etiam ſi alterum ſit ſufficiens; in foro externo licitè poſsidentur. Sed non, in interno.

2 Fructus beneficii, non exacti, in externo pertinent ad futurum ſucceſſorem. Sed, in conſcientia, debent pro rata diuidi inter prædeceſſorẽ, & ſucceſſorem.

3 Canonici, & beneficiati, qui ſumto pũcto horæ, exeunt à Choro, ſine cauſa; licet in foro externo, lucrentur diſtributiones: ſed, non, in interno.

4 Clericis, in foro externo, licet theſaurizare. Sed non, in interno.

5 Perſonæ Eccleſiaſticæ, in Dignitate conſtitutæ, poſſunt ſe tractare, in foro externo, cum pompa ſeculari. Sed non, in interno.

BONA.

1 BOna, vulgo dicta moſtrenca; in foro externo, ſunt dominorũ locorũ vbi inueniũtur. Sed nõ, in conſciẽtia.

2 Filiusfamilias in foro iudiciali debet dare patri vſumfructum bonorũ aduentitiorũ. Sed non, in conſcientia, ſecundum aliquos. Sed contrarium eſt verius.

3 Bona immobilia, & de Realengo, non poſſunt poſsideri per Eccleſias, in foro externo. Sed, ſic, in foro conſcientiæ.

4 Bona, male ablata, vel inuenta, ſi neſciatur verus dominus eorũ; debent diſtribui in pauperes per Epiſco. in foro externo. Sed, in conſciẽtia, poteſt id fieri per ipſummet ablatorem, ſeu inuentorem.

5 Inuentor rei alienæ, tenetur facere diligẽtias pro quærendo domino: quo, non inuento, tenetur eã diſtribuere, ſeu dare pauperibus, in foro externo. Sed, in conſcientia, poteſt apud ſe retinere.

6 Inuentor rei alienę, nõ poteſt, in foro externo, petere aliquid à domino, pro manifeſtatione, & inuentione, ſine labore. In foro verò cõſciẽtię, poteſt accipere, ſi aliquid ei libere detur

Digitized by Google

BVLLA COMPOSITIONIS.

1 Bulla compoſitionis, ſolum prodeſt, pro foro interiore. Non tamen, pro foro externo, à quo non intendit Summus Pontifex compoſitos liberare.

BVLLA CRVCIATÆ.

1 Religioſi, an poſsint ſumere Bullam Cruciatæ, ſine licentia ſuorum Prælatorum; & ea frui?

CESSIO BONORVM.

1 Ceſsio bonorum, multa operatur, in foro Iudiciali. Secus, in foro pœnitentiali.

2 Cedere bonis, quis compellitur, in foro contentioſo. Secus, in pœnitentiali.

3 Cedens bonis cum ignominia, liberatur in totum à debito, in foro externo. Secus, in conſcientia.

4 Ceſsio bonorum, non habet locum in criminalibus. Sed, ſic, in foro pœnitentiali: vbi etiam nulla ſeruatur forma.

5 Vſurarius, gaudet beneficio ceſſionis, in foro externo. Sed, non, in interno, ſecundum aliquos. Sed, contrarium eſt verius.

6 Priuilegium, ne quis conueniatur vltra quàm facere poſsit; habent non nullæ perſonæ, in foro contentioſo. In foro verò pœnitentiali, habent omnes.

CLERICVS.

1 Clerici, nõ poſſunt prorogare Iuriſdictionẽ ſui Epiſcopi, in aliũ, ſine eius licentia, in foro externo. Sed, forum pœnitentiale poſſunt prorogari, abſq; licentia Epiſcopi, vel Parochi.

2 Clericus, licitè torquetur, in foro externo, per laicum. Secus, in foro conſcientiæ.

3 Clerici, vendentes frumentũ vltra taxã Regis, ſecuri ſunt, quoad forum exterius. Secus, quoad forum interius.

COMPENSATIO.

1 Compẽſatio, in foro exteriore, fit tãtùm de liquido, vel de proximè liquidãdo. Secus, in foro conſcientię; in quo ſufficit quod quis certus ſit de debito.

2 Cõpenſatio, in depoſito, nõ admittitur, in foro Iudiciali. Bene tamen, in foro conſciẽtiæ.

3 Cõpenſatio, nõ fit de vna ſpecie ad aliã, in foro Iudiciali. Secus, in foro pœnitentiali.

4 In Decimis, non admittitur cõpenſatio, in foro contentioſo. Sed, ſic; in foro conſcientiæ.

5 Cõpenſatio, fieri, nõ poteſt, in re dolo acquiſita, in foro Iudiciali. Secus, in foro conſciẽtiæ.

6 Paria delicta, mutua cõpenſatione tolluntur, in foro externo. Secus, in foro pœnitẽtiali.

CONFESSIO IVDICIALIS.

1 Confeſsio, parte abſente facta, non nocet cõfitenti, in foro contentioſo. Secus, in foro pœnitentiali.

2 Cõfeſſũ homicidiũ metu tormẽtorũ an licitè Iudex cõdẽnet ad mortẽ, & ſuſpẽdat; etiã ſi, ad pedẽ patibuli eã reuocet? Vel, an teneatur in cõſciẽtia executionẽ Sentẽtię ſuſpẽdere?

3 Confeſsio criminis, in foro contentioſo, meretur pœnam legis. In foro verò Dei, & pœnitentiali, meretur veniam.

4 Qui tacet, in foro externo, conſentire videtur. Secus, in foro Dei.

CONFESSIO SACRAMENTALIS.

1 Statuta Religionis, obligantia ad iterum confitenda peccata iam confeſſa; intelliguntur, quoad forum externũ. Sed, non, in interiore.

2 Confeſsio Sacramentalis, facta cum expoſito, ſed à Superiore poſteà prohibito, valet, in foro animæ, ſecundum aliquos; ſi pœnitens id ignorabat. Aliàs, ſecùs.

CONSVETVDO.

Con-

Digitized by Google

1 COnſuetudo, dat iuriſdictionem. in foro Iudiciali. Secus, in pænitentiali.

2 Conſuetudo quando excuſet à peccato; & faciat, de illicito, licitum.

3 Prælatus, an teneatur in conſcientia, conſuetudnes conuentuum ſeruare.

CONTRACTVS.

1 COntrahentibus licet, ſe adinuicem decipere, in foro externo. Secus, in interno.

2 Contrahens cum Eccleſia, vel minore, & ipſos decipiens; tutus eſt, in foro externo; dū prædicti non implorant beneficium reſtitutionis. Secus, in conſcientia.

3 Aduocatus, cum clientulo non poteſt paciſci, in foro Iudiciali, niſi in principio litis. Secus, in interiore.

4 Dominus, aſſecurans merces, non tenetur, in foro externo, ſaluare aliqua, etiam ſi in naufragio id potuerit. Secus, in cōſciētia.

5 Leges circa ſtipulationes, in foro animæ non curantur.

6 A contractu innominato, licitum eſt, in foro iudiciali, reſilire, & pænitere. Secus, in foro conſcientiæ.

7 Inter contractus bonæ fidei, & stricti iuris, latum eſt diſcrimen, in foro Iudiciali. Secus in foro animæ.

8 Stipulatio alteri per alterum, in foro contentioſo non tenet. Secus, in foro conſcientiæ.

9 Mutuans pecuniam ei, quem ſcit ſtatim male conſumpturū, per eam, in foro Iudiciali. Secus, in foro animæ.

10 Faciens contractum lege prohibitum, an teneatur illi ſtare in conſcientia?

11 Emens, in Regno Portugaliæ, bona, cum certa cautela; ſecurus eſt in vtroq; foro. Sed, non, venditor.

DAMNVM.

1 DAmnum datum, ex leui, vel leuiſsima culpa; non debetur, in foro conſcientiæ. Secus, in foro Iudiciali.

2 Damna data per delegatos, quando imputentur delegantibus.

3 Scandalizans proximum ſuis malis moribus, non tenetur ad aliquid, in foro exteriore. Bene tamen, in interiore.

4 In contractibus gratia vtriuſq; factis, dānum ſine culpa vllius contingens, pertinet ad dominum rei. In foro verò conſcientiæ, diuiditur inter eos.

5 Incidens arborem vicini, quæ me lædebat; quando tenear, in vtroq; foro?

6 Domum vicini deſtruens, vt ſaluet ſuā; ad quid teneatur, in vtroq; foro?

7 Venditor, moroſus in iis rebus, in quibus cadere poteſt intereſſe quanti plurimi; an teneatur ad damna, emtori extrinſecus obuenientia?

8 Damna, data per ſeruos, vel animalia alicuius; an ſint per dominum, in foro conſcientiæ reficienda.

9 Culpa, alio modo accipitur in foro Iudiciali; & alio, in foro conſcientię. Et, an in contractibus ſufficiat culpa leuis, ad obligādum quem ad reſtitutionem?

19 Socius an teneatur, in foro conſcientię, de culpa leuiſsima?

DEBITVM.

1 DEbitū ex ſola caritate, obligat in foro conſciētiæ. Nō tamē, in foro Iudiciali.

2 Debitor impotens ad ſoluēdum, tutus eſt, quoad Deum. Non tamen, quoad forum Iudiciale.

3 Debitor pecunię ante interpellationem, nō eſt in mora reddendi debitum, in foro exteriore. Secus, in interiore.

4 Debitor, poteſt renunciare legato, vel hereditati, in fraudē creditorū, in foro exteriore. Secus, in foro conſcientię.

5 Debitor, non poteſt in foro Iudiciali, gratificari alicui creditori non habenti ius prælationis. Secus, in conſcientia.

6 Debitor ex pęnali diſpoſitione, liberatus debito, an in vtroq; foro ſit tutus?

7 An liceat in conſcientia, ſoluere creditori creditoris mei?

8 Aliud pro alio (vt pecunia, pro ſpecie) ſolui non poteſt, inuito creditore, in foro externo. Secus, in interno.

9 Debitor, cōuentus in plus, quàm debet, poteſt negare totum, in foro Iudiciali. Secus, in foro conſcientię.

10 Corpus humanum poteſt impediri per creditores, ne ſepeliatur; in foro Iudiciali. Secus, in foro conſcientiæ.

11 Emens fundum hypothecatũ, licet teneatur in foro Iudiciali ad ea debita: non tamen, in foro conſcientiæ.

12 Pignus, retineri poteſt, donec totum debitum ſoluatur. In foro vero conſcientiæ, debet reſtitui; ſi eo grauiter debitor egeat.

DEBITVM CONIVGALE.

1 Habere copulam cum propria vxore, ſemper licet, in foro externo. Secus, in conſcientia, in pluribus caſibus.

DEFENSIO.

1 Prouocato licet, in foro externo, vim vi repellere. Sed, in foro conſcientiæ, non licet ſe vindicare.

2 Non defendens aggreſſum, ſi cōmode poteſt; punitur, in foro pænitentiali. Secus, in exteriore.

3 Excedens aliquid circa inculpatam tutelam, an ſit irregularis, in vtroq; foro.

4 Pro defenſione Regis, etiam iniuſta, licitũ eſt, in foro ciuili, aliquem occidere. Secus, in foro conſcientiæ.

5 Fouens iuſtam cauſam, poteſt, in foro externo, vti malitiis, & cauillationibus. Secus, in foro conſcientiæ.

6 Cuſtodes vinearum, an licitè ſe abſcondant, in vtroq; foro, vt ſic dolo capiant ingredientes?

7 Inſultatus, quando teneatur, fugere, in vtroq; foro?

8 Incarceratus iniuſtè, poteſt in foro conſcientiæ fugam arripere; etiam cum fractione carceris. Secus, in foro Iudiciali.

9 Incarceratus iuſte, & condemnatus ad mortem, poteſt in conſcientia fugere: etiam cum fractione carceris. Secus, in foro contentioſo.

DENVNCIATIO.

1 In denunciatione, & viſitationibus Religioſorum, quomodo, & quando requiratur præmonitio denunciandi?

2 Nemo priuatus, tenetur, in foro Iudiciali, manifeſtare furem. Secus, in foro conſcientiæ, quoad furtum; ſed, non; quoad furem.

3 Nullus priuatus tenetur delinquentes accuſare. Secus, in foro conſcientiæ, ſi delictum vergat in detrimentum Reipub.

DEPOSITVM.

1 Depoſitarius, ad quam diligentiã teneatur?

2 Depoſitarius, ſi rẽ vẽdat, & redimat; & illa, poſteà, caſu pereat; an teneatur ad illius pretium, in conſcientia?

3 Bonis confiſcatus, ſi deponat aliqua ex illis; an ſint illi reſtituenda?

4 Depoſitarius, an teneatur in cõſcientia, de re peremta, ex lata culpa iuridica, & non Theologica?

5 Dominus, & deponẽs; ſi cõcurrat in petitione rei depoſitæ; quis ſit præferendus?

DISPENSATIO.

1 Diſpenſatus ab inferiore ſine cauſa, excuſatur in foro exteriore. Sed, non; in interiore.

2 Impetrãs diſpẽſationẽ ſine cauſa à Papa, circa legẽ Canonicã; & ab inferiore, circa ſuas leges, peccat in ea impetranda; ſed non in vtendo ea.

3 Diſpenſatio ab inferiore circa legem Superioris, debet fieri, cauſa cognita, in foro exteriore. Secus, in interiore.

4 Iudex fori exterioris, non poteſt pro libito diſpenſare in pænis à iure impoſitis. Secus, in foro pænitentiali.

5 Iudex inferior, non poteſt mutare pænam, à ſuperiore impoſitam. Secus, in foro pænitentiali; ſed, cum cauſa vrgente.

6 Diſpenſatio circa ea quæ ſunt iuris diuini, vel naturalis, facta ſine cauſa, excuſat in foro externo. Sed, non; coram Deo.

7 Papa poteſt ſecum diſpenſare ſuper iuramẽto etiam licito; dummodo faciat cum cauſa: aliàs, non erit tutus coram Deo.

Digitized by Google

8 Super impedimentis, quæ impediũt, & dirimunt matrimoniũ, ſolus Papa diſpẽſat, in foro exteriore. In foro verò conſcientiæ, aliquando Epiſcopus diſpenſat.

9 Diſpenſationes in rebus fori exterioris, reſtringuntur. Secus, in rebus fori interioris.

DOMINIVM.

1 Fera, laqueo meo capta, in foro Iudiciali eſt capientis eam. Sed in foro cõſcientiæ, eſt mea, ſi erat bene irretita.

2 Fera letaliter vulnerata in foro exteriori eſt capientis eam. In foro vero conſcientiæ eſt vulnerantis.

DONATIO.

1 Hiſtrionibus, & ioculatoribus non eſt prohibitum donare, in foro externo. Secus, in foro animę.

2 Donatio ob merita, requirit probationẽ meritorum, quoad forum exterius. Secus, quoad interius; ſi ſint vera.

3 Donata à conſanguineis viri, vxori; in foro externo ſunt viri. In foro verò conſcientiæ, ſunt vxoris; ſi verè & abſolute ei data ſunt.

4 Maritus, quando teneatur ſupplere ex ouibus peremptis, ſibi in dotem vxoris traditis.

5 Clericus, cui donatum eſt patrimonium ad ordines ſuſcipiendos cum obligatione ſtatim ei renunciandi; an ad id teneatur in conſcientia.

6 Donatio facta per Epiſcopum intra. 20. dies ante obitum; nulla eſt, in foro externo. Secus, in conſcientia.

7 Donationes factę per Eccleſiaſticos ſuis cõſanguineis, ad eorum ſtatum augendum; an valeant, in vtroq; foro?

8 Donatio excedens 500. aureos, ſine inſinuatione, non valet, in foro externo. Sed, ſic; in foro conſcientiæ.

9 Donatio omnium bonorum, præſentium, & futurorum; non valet, in foro externo. Bene tamen, in foro conſcientiæ.

10 Donans Eccleſiæ omnia bona ſua, retento ſibi vſufructu; ſi poſtea filios habeat, in foro Iudiciali non reuocatur in totum; ſed tantum, quoad legitimã. In foro vero conſcientiæ, omnia bona reſtituere tenetur Eccleſiæ.

ELECTIO

1 Electio de digno, relicto digniore, quo ad Prælaturas; valet, in foro externo; & non punitur talis electio. Secus, in foro pænitentiali.

2 Patronus laicus, nõ tenetur præſentare digniorẽ, in foro externo. Sed, ſic, in foro cõſciẽtię.

3 Pater, meliorans filium minus dignum, an ſit tutus quoad vtrumq; forum?

4 Maioratũ inſtituens, an poſſit nominare indignum, in vtroq; foro?

5 Papa, in beneficialibus quomodo habeat pleniſſimam poteſtatem.

6 Honores, & officia honorifica appetere, & procurare, an liceat, in vtroq; foro?

ELEEMOSYNA.

1 Diuites ſeculares, habẽtes vltra ſuperflua ſtatus, de cõmuni practica nõ tenẽtur ea in pauperes expẽdere: ſed, poſſunt ea theſaurizare. Secus, in foro conſcientiæ.

2 Diuites, tempore caritatis; non tenentur, in foro externo, ad eleemoſynas. Bene tamen, in foro conſcientiæ.

3 Hoſpitalitatem nemo tenetur, in foro externo, exercere. Secus, in foro Dei.

EMPTIO.

1 Ementes Aethiopes, an tuti ſint in vtroq; foro?

2 Emẽs rẽ furtiuã, bona fide; ſi poſteà ſciat eſſe furtiuam, ſed neſciat dominũ; an teneatur eam ſeruare, donec ſciatur dominus? vel poſſit eam reddere venditori?

3 Emptor ſecũdus cũ poſſeſſione, in foro Iudiciali præfertur primo. Secus, in foro conſcientiæ, ſi ſciens emerit.

4 Emens rem pluris iuſto pretio, propter neceſſitatem; an poſit illud plus retinere, in conſcientia, ſi non petatur?

5 Emẽs rẽ alicuius, à Fiſco; ſecurus eſt in perpetuum, in foro Iudiciali. Secus, in foro conſcientiæ.

Digitized by Google

ſcientiæ; ſi non iuſto pretio eam emerit.

6 Emere à venditore, ære alieno grauato, an ſit licitum?

7 Emens rem alienam, bona fide, & eandem reuendens etiam bona fide; qualiter teneatur de euictione.

8 Emens ignoranter rẽ vitioſam, in foro externo habet ſex menſes, à die ſcientiæ, ad redhibitoriam; & annum, ad æſtimatoriã quãti minoris. In foro verò conſcientię, quãdocũq;

EXCOMMVNICATIO.

1 Excommunicatus, & denunciatus, in foro Iudiciali & externo, eſt vitandus; niſi probet, duobus ſaltem teſtibus, ſe eſſe abſolutum. In foro verò conſcientiæ, ſufficit quod ipſe hoc dicat.

2 Excõmunicatũ, non denunciatũ, non tenetur pars, in foro Iudiciali, repellere. In foro verò pœnitentiali, tenetur eum confeſſarius repellere.

3 Excõmunicatus minore, in foro externo, poteſt cõferre ſacramẽta; quando, conferendo, nõ recipit. Secus, in foro conſcientiæ.

4 Reſcriptum, ab excõmunicato occulto impetratum, an teneat in vtroq; foro?

5 Excõmunicatus, nõ poteſt, in foro Iudiciali, petere debitũ. Bene tamen, in foro conſcientię.

6 Excõmunicatio Papæ non excuſat ignorãtē vltra duos menſes, in foro externo. Sed ſic, in interno.

7 Non defendens clericum percuſſum, cum poteſt; in foro externo excommunicatur. Secus, in conſcientiæ; niſi ſit miniſter Iuſticiæ.

8 Demens vnam literam, vel apicem, ex literis Papæ, eſt excõmunicatus, quoad forum exterius. Sed, non; quoad interius.

9 Excõmunicatus ex falſa cauſa, nõ eſt excõmunicatus, quoad Deũ. Sed, ſic, quoad Eccleſiã.

10 Capiens bona, ob naufragiũ proiecta, ſi ſtatim non reſtituat; eſt excommunicatus, quoad Deum. Sed, non; quoad Eccleſiam.

11 Excõmunicatus ſi intra mẽſẽ nõ ſoluerit; an parte prorogante terminũ, incidat in eandẽ?

12 Excõmunicatus, nõ poteſt eligi, in foro externo, ad vllum officiũ iuriſdictionale. Sed, ſic; in foro pœnitẽtiali; nã, poteſt eligi in confeſſarium à conſtituto in articulo mortis.

13 Excommunicatus, poteſt, quoad forũ exterius, multa facere validè: quamuis, quoad Deum, peccet. Vt, recipere Sacramenta: facere teſtamentum, & Profeſſionẽ, & cõtractus.

14 Excommunicato denunciato non licet ſoluere debitum, in foro Iudiciali; etiam ſi quis iurauerit ſoluere. Secus, in foro conſcientiæ.

15 Excõmunicatus iuſtè ob crimen, vel contumaciam; licet non dormiat, priuatur fructibus beneficii, in foro Iudiciali. Secus, in foro conſcientiæ, ſi fuit impeditus.

16 Excommunicatus iuſtè, ſi appellet à declaratione; in foro externo non vitatur. Sed, in conſcientia, tenetur ſe abſtinere.

17 Excommunicatio, in foro exteriore, præſumitur, in dubio, præceſſiſſe ipſam appellationem. Secus, in foro conſcientiæ.

18 Excõmunicatus abſens, nõ eſt, quoad Deũ, excommunicatus, donec ſciat. Secus, quoad Eccleſiam.

19 Excõmunicatus, ſi appellet; & appellationem non proſequatur; poteſt denunciari excõmunicatus; & vitabitur. In foro verò conſcientię, non eſt excommunicatus.

20 Excõmunicatus, poſt appellationẽ, etiã ſi celebret; no fit irregularis in foro externo. Secus, in foro conſcientiæ, ſi ſciat, ſuam appellationem non fuiſſe iuſtam.

21 Monitoria contra non ſoluentes, ligant, etiã impotentes, in foro externo. Secus, in interno.

22 Excõmunicatus ſic; ſi tali die nõ venerit; indiget abſolutione; etiam ſi fuerit impeditus. Secus, quoad Deum.

23 Excõmunicatus in articulo mortis poteſt abſolui à quocũq; ſimplici Sacerdote; &, nõ approbato; licet ſit preſẽs parochus. Intellige, quãdo habet aliquam iuſtam cauſam recuſandi parochum.

EXPENSÆ.

1 Expẽſas, bona fide factas in re aliena, ſi quis ſemel rẽ reſtituat antequam eas petat; repetere poſteà non poteſt. Sed, in cõſciẽtia, eas reddere Dñis rei tenetur.

2 Iniuſtus rei detẽtor, nõ recuperat expẽſas vtiles. Sed tãtũ, neceſſarias. Secus, in foro cõſciẽtię.

FORNICATIO.

Forni

1 FOrnicatio cum meretrice, etiam violenter habita, non punitur in foro ciuili. Bene tamen, in foro animæ.
2 Concubinatus, in foro externo, non punitur. Sed, ſic, in foro pænitentiali.
3 Femina, vi oppreſſa, tenetur vociferari, in foro externo: aliàs, rea erit. Secus, in foro animæ; ſi non conſentiat.
4 Serua; ſi à Domino ſtupretur, cogitur Dñs eam manumittere. Secus, in foro conſcientiæ.

FRVCTVS.

1 VEnditione retractata, ob deceptionem vltra dimidium; an etiam fructus debeant reſtitui?
2. 3. Poſſeſſor malę fidei, quos fructus reſtituere teneatur?
4 Fructus rei alienæ, bona fide poſſeſſæ, quinam reſtituantur; cum res reſtituitur?

GABELLA.

1 GAbella, ſeu vectigal, non debetur, in foro conſcientiæ, de neceſſariis vitæ: ſiue emantur, ſiue vendantur. Secus, in foro externo.
2 Gabella debetur, in foro externo, de rebus ęſtimatis, datis legatario. Secus, in foro conſcientiæ.
3 Gabella, maior ab alienigenis, quàm ab indigenis, ſeu incolis, exigi nō debet, in foro conſcientię. Licet contrarium male ſeruetur in foro externo.

GENVS.

1 DEſcendentes ex genere Iudęorum, vel Saracenorum, an poſſint habere officia honorifica; & admitti in Religionem?

GRATIA.

1 GRatia Papę, nō probatur per teſtes, in foro Iudiciali. Secus, in cōſciētia.
2 Supplicatio ſola ſignata, non ſufficit, in foro externo; niſi Literæ expediantur. Secus, in conſcientia.
3 Diſpenſationes, expeditæ pro foro externo, differūt ab iis, quæ expediuntur pro foro pœnitentiali, & animæ.

HEREDITAS ET HERES.

1 ADitio hereditatis, quoad forū Iudiciale, requirit facta, aut verba. Secus, quoad forum interius.
2 Heres, non conficiens Inuētariū, tenetur, in foro Iudiciali, vltra vires hereditarias. Secus, in foro conſcientiæ.
3 Heres, non cōficiens Inuentarium, non poteſt detrahere quartam Falcidiam ex legatis, in foro externo. Secus, in interno.
4 Quarta Trebellianica, an poſſit detrahi in vtroq; foro?
5 Quarta Falcidia, ex errore facti nō detracta, debetur, in foro Iudiciali. Sed, nō, in cōſciētia.
6 Heres, ex delicto defuncti non tenetur, in foro exteriore; ſi lis non fuit cum defuncto conteſtata. Secus, in conſcientia.
7 Lex fin. C. de fidei cō. libert. an procedat in vtroq; foro?
8 Lex. 1. C. de his quib. vt indig. & lex Heredē. ff. eod. tantùm habent locum in foro Iudiciali. Nam heres, in conſcientia, non tenetur vindicare mortem defuncti.
9 An teneatur quis, in vtroq; foro, relinquere ſua bona conſanguineis; deficientibus aſcendentibus, & deſcendentibus?
10 Heres, accōmodans fidē teſtatori, quod reſtituet hereditatē filio ſpurio; perdit eā, quoad forum exterius, agente filio contra eū. Sed, in conſcientia, poteſt eam ſibi retinere.
11 Spurius, an in vtroq; foro, ſit incapax ſucceſſionis bonorum parentum?
12 Heres, inſtitutus à nouitio, an poſſit, in vtroq; foro, ſtatim facta profeſſione, frui bonis hereditariis? vel, an teneatur expectare mortem naturalem Religioſi?
13 Hæres, an teneatur prius ſoluere legata; quàm, ab eo impenſa?
14 Relicta indignis, in foro exteriori, debentur Fiſco. Secus, in conſcientia.
15 Filius naturalis, tantum ſuccedit matri, vna cum legitimis, in foro externo. Secus, in interno.

HÆRESIS.

Proferens

Digitized by Google

1 PRoferens verbum, vel propoſitionem male ſonantem; in foro externo punitur vt hæreticus. Secus, in foro pænitentiali; ſi, per errorem, vel ſimplicitatem, eam dixerit.

2 Fidem negans, ore tantum; eſt hæreticus, quoad Eccleſiam. Sed, non; quoad Deum.

4 Epiſcopi, de Iure communi ſunt Iudices in crimine hæreſis. Hodie, ſecus, etiam in foro conſcientiæ.

4 Deuouens animam ſuam diabolo; vt Virgine potiatur; & fidem Chriſti verbo tantùm abiurans; in foro externo punietur tanquā blaſphemus, & hæreticus. Secus, in foro Dei.

5 Hæreticus, quoad forum interius, à ſolo Papa abſolui poteſt. Quoad forum verò externum, à Papa, & Inquiſitoribus fidei.

HOMICIDIVM.

1 OCcidere an liceat, in vtroq; foro, pro defenſione rerum temporalium?

2 Magiſter, percutiens diſcipulū, cauſa diſciplinæ; ſi is moriatur; excuſatur, quoad Deum. Secus, quoad forum exterius.

3 Inimicum, parātem contra me inſidias, licet impunè occidere, in foro externo. Secus, in interno.

4 Miniſtri Iuſtitiæ, inſequētes criminoſū, & dantes facultatē, ipſum occidendi; in foro externo excuſantur. Sed, non; in interno.

5 Homicida eſt, quoad Deū, deſinēs paſcere, fame morientē; & medicus, & chirurgus, deſinentes ſanare. Secus, in foro externo.

5 Occidere an liceat inſultatem cū armis in conſanguineum, vel magnum amicum?

7 Clerico, in minoribus conſtituto, non licet bannitum occidere: licet data ſit cuiq; facultas eum occidendi.

HORÆ CANONICÆ.

1 SVfficit, quoad Eccleſiā, dicere horas canonicas ore, licet, non corde. Secus, quoad Deum.

2 Infirmus, non ſolitus ire ad chorū, an poſſit, in conſcientia, lucrari diſtributiones?

3 Horas canonicas non recitans ſine cauſa; qualiter teneatur, in vtroq; foro, ad fructuū reſtitutionem.

IGNORANTIA.

1 IGnorantia, in foro pænitētiali, ſolo verbo pœnitentis probatur. Secus, in foro Iudiciali, in multis caſibus.

2 Legem tranſgrediens, etiam ignoranter, nihilo minus punitur, in foro Iudiciali: Secus, in foro conſcientiæ; niſi ſit ſuper materia, aliàs, de iure naturali præcepta.

3 Legem nouam tranſgrediens ex ignorantia illius, poſt duos menſes non excuſatur, in foro Iudiciali. Sed, ſic; in foro animæ.

INDVLGENTIA.

1 PEr indulgentias, ſolùm condonatur pœna debita Deo pro peccato. Non tamen, debita foro exteriori.

2 Parochus, concedere poteſt Indulgentias, in foro pœnitentiali. Non tamen, in foro externo.

3 Confitens in peccato mortali, ſatisfacit præcepto Eccleſiæ. Non tamen, Deo.

INQVISITIO.

1 INquiſitio, abſq; diffamatione, aut clamoroſa inſinuatione, fieri poteſt, in foro Iudiciali, de communi obſeruantia, & conſuetudine. Secus, in conſcientia.

INTERPRETATIO.

1 EPicheiā cōtra rigorē legis, ſolus Princeps, & Supremi Senatus ſeruare poſſunt, in foro externo. In pænitentiali verò, omnis Sacerdos eam ſeruare poteſt.

2 Dubia, in peiorē partem, fauore animæ, interpretantur. Secus, in foro contentioſo.

3 Iuramentum interpretamur, in foro interiore, ſecundum mentem iurantis. In foro verò Iudiciali, ſecundum Ius.

4 Verba, perſuaſionē importantia; vt, conſulo, in materia cōſciētiæ, importāt præceptū. Secus,

Digitized by Google

Secus, in foro externo.

5 *Licentia, vbi requiritur, in foro exteriore, debet eſſe expreſſa. Secus, in interiore.*

6 *Licentia, vbi requiritur, & iniuſtè denegatur, tunc in foro animæ poteſt fieri actus ſine ea. Sed, in foro externo, debet reuerti ad Superiorem.*

7 *Inter offenſam, & contumaciam notoriã, & dubiam; nulla eſt differentia, quoad forum interius. Secus, quoad forum exterius.*

8 *Dies ſtatuta ad ſoluendũ, interpellat pro homine, in foro externo. Secus, in pænitentiali.*

IRREGVLARITAS.

1 *ACcuſans aliquem de crimine digno morte, vel mẽbri mutilatione, abſq; proteſtatione; in vtroq; foro fit irregularis.*

2 *Rebaptizans ſcienter cum cõditione; an ſit irregularis, quoad vtrumq; forum?*

3 *Diaconus, baptizans ſolẽniter, putans ſibi licere; quoad Deum, non eſt irregularis. Secus, quoad Eccleſiam.*

4 *Monachus, poſt triẽnium iudicatur, in foro externo, diſpenſatus in irregularitate. Secus, quoad Deum.*

5 *Irregularis, in dubio, nemo iudicatur, in foro Iudicali. Secus, in foro conſcientiæ.*

6 *Laicus, cantans Epiſtolam cum manipulo, putans id ſibi licere: nõ eſt irregularis, corã Deo. Bene tamen, quoad Eccleſiam.*

7 *Irregularitas non incurritur, quoad forum exterius, ex delicto occulto. Sed, ſic; quoad forum interius.*

8 *Irregularis occultus, an ob infamiam vitandam, poſſit facere Sacrum?*

9 *Percutiens leuiter, ſi ex ſua culpa infirmus, vel incuria medici, moriatur; an ſit irregularis?*

IVDEX.

1 *IVdex, in foro Iudiciali, tenetur iudicare ſecundum allegata, & probata. Secus, in foro conſcientiæ.*

2 *Iudex fori externi, non poteſt ad cõmodum Partis impertire officium ſuum. Secus, in foro pænitentiali.*

3 *Iudex, grauans Partem, tenetur deferre appellationi, licet de Iure denegetur.*

4 *Iudex grauans Partem, ad nihil tenetur, in foro Iudiciali; ſi Pars non appellauit. Secus, in foro conſcientiæ.*

5 *Iudex, non tenetur multum differre executionem Sententiæ criminalis, ob ſpem pænitentiæ rei. Secus, in foro cõſcientiæ.*

6 *Iudex fori externi, tenetur exactè interrogare reum. Secus, in foro interiore.*

7 *Iudex, in dubio non pronunciat. Secus, in foro pænitentiali.*

8 *Aduocatus, poteſt eſſe Iudex in eadem cauſa, in cõſcientia. Secus, in foro Iudiciali.*

9 *Iudex, in cauſa propria, nemo poteſt eſſe, in foro externo. Secus, in conſcientia.*

10 *Delicta minus grauia, non nunquam puniuntur magis, quàm grauiora, in foro externo. Secus, in foro pænitentiali.*

11 *Iudex ordinarius, poteſt recuſari, in foro externo. Secus, in pænitentiali.*

12 *Iudex, iurã s libertates Cõmunitatis, poteſt nihilo minus ex cauſa eis cõtrauenire, in cõſciẽtia.*

13 *Iudex, lata ſententia non poteſt pœnã in ea appoſitã cõmutare. Secus eſt, in foro pœnitẽtiali.*

14 *Iudex, extorquens minis, & falſis promiſſionibus, crimina à reis; nõ punitur, in foro externo; ſed laudatur. Secus, in foro pœnitẽtiali.*

15 *Reus, abſolutus ab Inquiſitione contra eũ facta; non tenetur, in conſcientia, expenſas reficere. Secus, in foro Iudiciali.*

16 *Iudex, lata Sententia criminali, non poteſt amplius de eadem cognoſcere.*

17 *Diebus feriatis in honorẽ Dei et Sãctorũ, nihil in foro Iudiciali agi poteſt. Secus, in pœnitẽtiali.*

18 *Iudex arbiter, iurans de iuſtè iudicando; etiamſi iniuſte iudicet, etiam cum dolo, non facit litem ſuam. Secus, in foro animæ.*

IVDICIVM

ECCLE-

Digitized by Google

1 ECcleſia, an iudicet de occultis?

2 Contra præſumtionem iuris, & de iure, non auditur quis in foro Iudiciali. Secus, in pænitentiali.

3 Apices, & ſubtilitates Iuris, non curantur in foro interno.

4 AEquitas ſemper ſeruanda eſt in foro conſcientiæ. Secus, in foro Iudiciali.

5 In iudiciis, eſt benigna interpretatio facienda. In foro verò animæ, ſecurior.

IVRAMENTVM.

1. IN iis, quę dependēt ab animo; ſtatur, in foro pænitentiali, ſimplici verbo pænitentis. Secus, in foro contentioſo.

2 Reus, legitime à Iudice in cauſa criminali interrogatus; an teneatur, in vtroq; foro, dicere veritatem?

3 Filia, renuncians cũ iuramento ſuæ legitimæ; an poſſit, in conſcientia, contrauenire: ſi enormiter ſit læſa?

4 Deferre iuramentum Parti, quam ſcis falſum iuraturam; licitum eſt, in foro Iudiciali. Secus, in interiore.

5 Monitoria, licita ſunt in foro externo; tametſi ſciatur, non eſſe quem eis obediturũ. Secus, in interno.

6 Simplex promiſſio, quoad Deum, æquiparatur iuramento. Secus, in foro Iudiciali.

7 Periurium, quod non cedit in præiudiciũ tertii; non punitur in foro Iudiciali. Secus, in interiore.

8 Iurare non poſſunt teſtes, Die feriato. Secus, quoad forum conſcientiæ.

9 Iuramentum, an poſſit licite per Principem prohiberi ne apponatur in contractibus; & annullari contractus, ſi apponatur?

10 Iurans cum dolo, animo fallendi alterũ, ſine intentione adimplendi quod iurat; an teneatur, in vtroq; foro, adimplere iuramentum?

IVRISDICTIO.

1 PAR, in parem non habet imperium: & ſi, Sententia lata ab vno Iudice, non poteſt retractari, niſi per eius Superiorem. Secus, in foro pænitentiali; vbi, Confeſſarius poteſt, ex cauſa, mutare pænitentiam, ab alio impoſitam.

2 Forum quis ſortitur, in foro Iudiciali, ratione delicti: & ideo remittendus eſt reus ad Iudicem loci delicti. Secus, in foro pænitentiali.

3 Delegatus à Principe, vel ab inferiore, ad vniuerſitatem cauſarum; poteſt ſubdelegare alteri vices ſuas. Secus, in foro pænitentiali.

4 Archiepiſcopus, viſitans ſuos Epiſcopos ſuffraganeos, & eorum diœceſes, habet poteſtatem in eorum ſubditos, quoad forum pænitentiæ. Non tamen, quoad forum exterius.

5 Iudæi, quoad forum exterius, ſubiecti ſũt legibus Chriſtianorum. Non tamen, quoad forum interius.

6 Inquiſitores fidei, an cognoſcant in vtroq; foro de crimine vſurarum?

7 Prorogari iuriſdictio poteſt in foro externo, quã quis habet in habitu. Secus, in foro pænitentiali.

8 Ad prorogandam iuriſdictionem ſæcularem, nullus requiritur conſenſus Iudicis proprii. Secus, in foro pænitentiali.

9 Archidiaconus, de iure communi, eſt Vicarius Epiſcopi, quoad ea quę ſunt fori exterioris. Sed, non, quoad ea quę ſunt fori interioris.

10 Delegatus inferioris à Principe, non poteſt extra territorium exercere ea quę ſunt voluntarię iuriſdictionis. Secus, in foro pęnitentiali. Quia parochus, extra parochiam poteſt audire confeſſiones ſuorum parochianorum.

11 Nemo poteſt, in foro Iudiciali, eſſe Iudex ſui, vt, ſe excõmunicare, abſoluere, &c. In foro verò animę, poteſt quis vti iuriſdictione in ſe ipſum.

12 Iuriſdictio, quam quis habet in foro exteriore, non poteſt delegari alteri, vt illã exerceat

Digitized by Google

ceat in ipſum delegantem. Secus, in foro pænitentiali.

13 Nemo tenetur, in foro externo, acceptare compromiſſum in ſe factum. Secus in foro conſcientiæ, ſi fiat de lite diu habita.

14 Prælati non habentes iuriſdictionẽ, in foro interiori, non gaudent priuilegio. cap. fin. de Pænit. & remis.

15 Generales Ordinum non mendicantium, quoad forum tantum exterius, ſunt Superiores ſuorum Abbatum, ſeu Priorum.

LEGATVM.

1 Legata, debent ſolui intra annum integrum, in foro externo. Sed, in interno, & pœnitentiali, debent ſolui quam primum poſſunt.

2 Heres, ſoluẽs debita nõ ſeruato ordine prioritatis, nõ eſt ſecurus, in foro Iudiciali. Sed, ſic, in conſcientia; ſi ignoranter id faciat.

3 Quędam ſunt legata pia; quoad forum exterius; quæ non ſunt talia, quoad forum interius. Et quæ ſint iſta.

4 Legatũ, factũ ſub cõditione impoſsibili, vel turpi, de futuro; vel, matrimonii impeditiua; nõ ideò inualidatur, in foro externo. Sed, ſic, in interno; ſi aliter teſtator non reliquiſſet. Contrarium tamen reſoluitur.

5 Legata incerta, ratione incertitudinis perſonæ, in foro externo, non debentur. In foro verò conſcientiæ, debent diuidi.

6 Heres ab inteſtato, an teneatur ſoluere, in cõſcientia, legata, in minus ſolemni teſtamento relicta.

7 Legatũ rei alienę, an valeat in vtroq; foro.

8 Fructus rei legatę, à quo tempore pertineant ad legatarium?

9 Legata, ſine hęredis inſtitutione, ſũt inualida, in foro externo. Secus, in cõſciẽtia; ſi ſint pia.

LEX.

1 Contẽnere, vno modo dicitur in foro externo; & alio, in foro interno.

2 Lex recepta, ſẽper obligat, in foro externo; tametſi eius circũſtantiæ notabiliter varientur. Secus, in conſcientia.

3 Lex correctoria, in foro externo, nõ extẽditur ex maioritate rationis. Secus, in foro animæ.

4 Lex loquẽs negatiuè, requirit monitionẽ, in foro externo, ad hoc, vt cõtraueniẽs puniri poſſit. In foro verò conſcientiæ, nulla requiritur monitio.

5 Lex pęnalis, in foro externo, extenditur ad caſus ſimiles. Secus, in foro interiore.

6 Statuta obligantia viciniores populos ad ſoluenda robaria, & homicidia; procedunt tantùm in foro externo. Secus, in conſcientia.

7 Lex merè pęnalis, an obliget in vtroq; foro?

8 Contractus nullus ex defectu formæ, an ſit nullus eiam in foro cõſcientiæ, ſi verè partes in eum conſenſerint?

9 Conſuetudo praua, quando, & à qua pęna excuſet.

10 Legiſlator tenetur ſeruare ſuas leges, in foro conſcientiæ. Secus, in foro externo.

11 Inter forum animæ, & forum Canonicũ, an ſit differentia?

12 Lex fundata in præſumtione, quando obliget, in conſcientia.

LOCATIO, ET CONDVCTIO.

1 Locans vaſa vitioſa, etiam ignoranter, an teneatur in conſcientia ad intereſſe extra rem?

2 Emtor rei locatæ, an teneatur ſtare locationi factæ per ſuum venditorem?

3 Conducens operam alicuius, an teneatur ſoluere mercedem promiſſam; ſi locatus, ex culpa conductoris, non laborauerit?

4 Famulus cõductus per annũ, ſi diſcedat ante tẽpus cõpletũ; perdit, in foro Iudiciali, quicquid lucratus fuerat. Secus, in foro animæ.

5 Conducens agrum, & non colens eum, ex negligentia; tenetur ad penſionem, in foro externo; etiam ſi, ob ſterilitatem venientem, nihil collegiſſet. Secus, in interiore.

6 Cõducẽs agrũ pretio rigoroſo; tenetur, in foro

Digitized by Google

ro externo, ad penſionem præfixam; etiam ſi caſu fortuito omnes fructus ſint deſtructi; ſi renunciauerit omnibus caſibus fortuitis. Secus, in conſcientia.

7 Locans equũ vitioſum manifeſte, ſed, ignorãte conductore; non tenetur ad damna, conductori ſubſecuta. Secus, in foro conſcientiæ.

8 Dominus, conducens famulum ſalario iniuſto; an teneatur, in vtroq; foro, ad iuſtum?

MAIORATVS.

1 Maioratus, an ſint liciti, in vtroq; foro?

2 Succeſſor Maioratus, an teneatur reficere expenſas factas per ſuum prædeceſſorem in caſtris, muris opidorum, & refectione, ſeu ampliatione domus Maioratus.

MANDATVM.

1 Mandans percuti clericum, ſi ante percuſſionem reuocauerit mandatum; non erit excommunicatus, in foro animæ; licet reuocatio non peruenerit ad mandatarium. Secus, in foro Iudiciali.

2 Mandatum procuratorium, etiam iuratum, poteſt reuocari, in foro Iudiciali. Secus, in conſcientia.

3 Mandatarius, paſſus damna propter executionem mandati; in foro externo non eã recuperat. Secus in foro conſcientię.

4 Iudici Eccleſiaſtico, an liceat ſuo gladio Iudicem ſecularem adiuuare, ad eruendam à ſubdito veritatem?

5 Ratum habere non poſſum, in foro externo; niſi quod meo nomine eſt geſtum. Secus, in foro animæ.

6 Mandatum, in alicuius vtilitatem factum, non obligat; etiam poſt acceptatum, in foro externo. Secus, in foro pænitentiali.

MATRIMONIVM.

1 Filia, nubens indigno; ſine, vel contra voluntatem patris; poteſt, in foro externo, exheredari. Secus, in foro animæ.

2 Filii familias contrahere non poſſunt, de Iure Ciuili, matrimonium, ſine patris conſenſu. Secus, de Iure Canonico, & conſcientiæ.

3 Matrimonium, contractum cum conditione impoſſibili, de facto & natura, tenet, in foro iudiciali. Secus, in foro animæ; ſi deficiat conſenſus.

4 Verba fraudulenter prolata, denotantia conſenſum de præſenti; inducunt matrimonium, in foro externo, Secus, in interno.

5 Matrimonium contractum cum leproſo, etiam altero ignorante, valet, in foro contentioſo. Secus, in foro conſcientiæ.

6 Sponſalia de futuro, ſecuta copula, ante Concil. Trid. fiebant matrimonium de præſenti; licet conſenſus non adeſſet. Sed hodie, hoc ceſſat.

7 Fides data inter conſanguineos, de matrimonio contrahendo, ſi Papa diſpenſauerit; an obliget in vtroq; foro?

8 Filius, in foro exteriori, poſt. 14. annum non tenetur ſtare ſponſalibus per patrem factis. Secus, in foro conſcientiæ.

9 Vidua, intra annum luctus ſecundò nubens, an peccet?

10 An liceat coniugi innocenti tranſire ad Religionem, ob fornicationem ſpiritualem?

11 Sponſus per verba de præſenti, cognoſcens ſponſam, & non ſeminans vaſi eius; an ingredi poſſit Religionem?

12 Arræ, datæ in præmium virginitatis, non debentur, in conſcientia, ſi ſponſa corrupta ſit.

Digitized by Google

METVS.

1 Metus, in foro externo, debet eſſe iuſtus, & cadens in conſtantem virum. Secus, in foro interiore.

2 *Metus iuſtus, quomodò iudicetur, & arbitretur, in vtroq; foro.*

3 *Metu facta, an ſint irrita, vel irritanda?*

4 *Matrimonium, metu mortis celebratum, & conſummatum; non eſt validum, in foro conſcientiæ, præſumitur tamen validum, in foro Iudiciali.*

5 *Matrimonium, metu leui contractum, validum eſt, in foro Iudiciali. Secus, in foro conſcientię; ſi aliàs non fuiſſet factum.*

6 *Iuramentum, per vim, vel iuſtum metum, extortum; an ſit nullum; vel pariat aliquam obligationem in vtroq; foro?*

MISSA.

1 *Miſſas plures habens dicendas, an poſſit eas aliis committere dicendas, minore ſtipe, quàm ipſe acceperat?*

2 *Miſſa, an poſſit hodie dici, in Oratoriis priuatis, in altari portatili?*

MONITORIA.

1 *Monitoria, tollentia compenſationem, quomodò intelligantur, & procedant, in vtroq; foro.*

MVNERA.

1 *Munera, per Religioſos, in foro conſcientiæ, dari non poſſunt, etiam cum licentia Prælati: niſi, ſeruata forma Extrauagantis Clementis Papæ Octaui. Secus, in foro externo.*

NEGOCIATIO.

1 *Negociari cauſa lucri, in vtroq; foro an ſit licitum?*

2 *Mercator, faciens mohatras, non punitur, in foro externo. Secus, in foro pœnitentiali.*

3 *Mercator, non poteſt paciſci certum intereſſe in cambiis ad certum locum. Secus, in foro conſcientię; ſi intereſſe ſit æquum.*

4 *Recambiare cambium non ſolutum, licitum eſt, in foro exteriore. Secus, in foro conſcientiæ.*

NVLLITAS.

1 *Obtinens Cathedram votis inhabilibus, non tenetur, in foro externo, renunciare Cathedræ, donec per ſententiā ea priuetur. Secus, in foro conſcientię.*

2 *Declaratur lex,* Barbarius Philippus, *ff. de offi. Prętor. nimirum, non habere locum in rebus conſcientiæ, & Sacramentis Eccleſiæ.*

Eccleſiæ.

3 Iudex occultè excommunicatus, impunè in foro externo exercet officium ſuum. Secus, in foro animæ.

4 Prælatus, carens titulo, ſed publicè toleratus, debet in foro exteriore audiri à ſuis ſubditis. Secus, in foro conſcientiæ.

5 Sacerdos non approbatus, ſi audiat publicè confeſſiones; an validè abſoluat?

6 Confeſſarius, notabiliter ignarus, ſed communiter reputatus idoneus; an validè abſoluat; ita vt non teneatur pœnitens reiterare confeſſionem, cognita eius ignorantia?

7 Geſta à Prælato putatiuo, non vero; an valeant?

8 Inſtrumenta, per publicè excommunicatum tabellionem recepta, non valent, in foro externo. Secus, in conſcientia.

9 Impetratio beneficii iuris patronatus laici, valet; etiam, non facta de hoc mentione: ſi publicè æſtimatur eſſe liberum. Secus, in foro interiore.

OBEDIENTIA.

1 Papa, nulli ſubditur, in foro exteriore. Secus, in pœnitentiali.

2 Principi Tyranno obedire tenemur, in foro exteriore. Secus, in interiore.

3 Infirmus, an teneatur obedire medico, in vtroq; foro?

4 Extrauagans Iniunctæ, de Elect. inter communes, quoad pœnas, non habet locum, in foro conſcientiæ.

OBLIGATIO.

1 Obligatio naturalis, eſt duplex; & vtraq; obligat in conſcientia: non tamen, in foro Iudiciali.

2 Filius non tenetur actione furti, in foro externo. Sed, in conſcientia, tenetur ad reſtitutionem.

3 Aduocatus imperitus, vel negligens, & ob id, amittens cauſam; & tenetur Parti, in foro conſcientiæ, ad omne intereſſe. Secus, in foro Iudiciali, de conſuetudine.

4 Obligatio Antidoralis, habet tantùm locum in foro conſcientiæ. Secus, in foro Iudiciali.

5 Aduocatus an teneatur patrocinari pauperi, gratis?

6 Medicus, non tenetur, in foro externo, videre mixturam ſimplicium in domo pharmacopolæ. Secus, in conſcientia.

7 Frangenti fidem, non eſt ſeruanda fides, in multis caſibus, in foro externo. Sed in conſcientia, ſemper ſeruanda eſt.

8 Fideiuſſorem tenetur principalis liberare, in conſcientia, tranſacto anno. Secus, in foro externo: niſi, in tribus caſibus.

9 Promiſſio facta alicui, ſi non faciat aliquid (vt, ne peieret: ne fornicetur) ad quod aliàs tenetur, non obligat, in foro externo. Secus, in conſcientia.

10 Pactum nudum, in foro externo Ciuili, nullam parit obligationem. Secus, in conſcientia.

11 Interitus rei alienæ poſt moram, cedit moroſo, in foro externo; etiamſi eodem modo eſſet res apud dominum peritura. Secus, in foro conſcientiæ.

12 Conditio, in corde retenta, nihil operatur, in foro Iudiciali. Secus, in foro conſcientiæ.

OPINIO.

1 Iudex, & Aduocatus, tenetur ſequi magis communem opinionem. Aliàs, faciunt litem ſuam, in foro exteriore. Secus, in conſcientia.

2 Cum

Digitized by Google

2 *Cum duæ ſunt opiniones probabiles; non tenetur Iudex fori externi ſequi eam quæ fauet reo. Secus, in foro interno.*

3 *In varietate opinionum æque probabilium, licitum eſt, in foro externo, modò adhærere uni; modò, alteri.*

4 *In rebus agendis, tutior pars eſt eligenda, in foro conſcientiæ. Sed in foro Iudiciali, mitiorem ſequi debemus.*

OCIOSITAS.

1 *Ocioſus, in foro exteriore, non eſt, niſi qui nihil operatur; etiam ſi mala, & vana operetur. In foro verò conſcientiæ, ocioſus eſt, qui nihil boni facit.*

PAROCHVS.

1 *Parochus, cui, propter inſufficientiam, datur coadiutor; non ideò remanet ſuſpenſus ab officio, in foro exteriore. Secus, in conſcientia.*

2 *Parochus, in foro externo, poteſt totam curam alteri demandare. Sed, non; in foro conſcientiæ.*

3 *Epiſcopus, an poſſit uti parocho ad officium Vicarii Generalis?*

4 *Parochus, an poſſit dare licentiam non approbato ab Ordinario, audiendi confeſſiones?*

5 *Parochus, etiam ex cauſa iuſta, niſi ſit ab Epiſcopo approbata; non poteſt à ſua parochia abeſſe. Secus, in foro conſcientiæ.*

PECCATVM.

1 *Ponens Inſignia ſua in ſacellis, ſeu Hoſpitalibus à ſe factis, in foro externo acquirit gloriam. Sed, non; in interno.*

2 *Occultus peccator, poteſt petere Euchariſtiam à parocho, in foro externo. Secus, in interno.*

3 *Peccans ex conſuetudine, præſumitur, in foro externo, peccare ex contemptu. Secus in foro interiori.*

4 *Torneamenta, & haſtiludia, an ſint licita.*

5 *Seruo, vel captiuo, etiam licite capto, an liceat fugere?*

6 *Detractor, & infamans, ſi vera dicit; in foro externo non punitur. Secus, in interno.*

7 *Peccata cogitationis, non puniuntur in foro externo. Sed tantùm, in interno.*

8 *Scandalum futurum, in foro externo non attenditur. Sed, ſic; in interno.*

9 *Peccata parentum, non nocent filiis, in foro interno, quoad pœnam æternam. Sed, ſic; in foro externo, ut, in crimine leſæ Maieſtatis.*

10 *Prælatus, modum excedens in corrigendo, an puniatur?*

11 *Conſilium dans abortus, vel homicidii, ſi poſteà reuocet conſilium; tutus eſt, in foro animæ; licet opere compleatur. Secus, in foro externo; niſi fiat certior is, contra quẽ fuit datum conſilium.*

12 *Peccatum occultum, mitius punitur, in foro interiore. Secus, in exteriore.*

13 Nauigare in *Indias, ſola cupiditate, an ſit licitum?*

14 *Venditio fucorum, & pigmentorum, an ſit licita?*

15 *Re ſua, in foro exteriore, quilibet, pro ſuo libito poteſt uti. Secus, in foro animæ.*

16 *Piſcationes, & venationes, an licitè per Dominos terrarum prohibeantur?*

17 *Coadiuuans incarceratum, ut fugiat; an peccet?*

18 *Mendacium, in foro Iudiciali, non punitur. Secus, in interiore.*

19 *Præcepta Iudicum inferiorum, an obligent in conſcientia?*

Digitized by Google

20 Venatio, an ſit licita clericis?
21 Cedens ligna in nemore prohibito; vel paſcens pecora in paſcuis communibus vetitis, an peccet; teneaturq; ad aliquam reſtitutionem?
22 Egenti extremè, qualiter tenear ſubuenire, ſi potens ſum?
23 Vineas ingredientes, an poſſint impunè uuas comedere?
24 Excecutus pro vero debito, non ſeruata forma Iuris, poteſt, in foro externo, reuocare executionem. Secus, in foro con-
25 Comœdiæ, an ſint licitæ?
26 Emere Chriſtianum, in ſeruum, an liceat?
27 Clericus, in minoribus conſtitutus, an poſſit licite acceptare officium Baiuli; vel Iudicis cauſarum criminalium?
28 Fiſcus, confiſcans bona homicidæ, non tenetur, in foro externo, ſoluere operas, quas occiſus poterat lucrari. Secus, in interiore.
29 Iurisdictione vti aliena, in foro conſcientiæ, lethale eſt. In foro verò externo, gloria quorundam Iudicum.
30 Adire Iudices ſupremos ſeculares, an liceat Eccleſiaſticis, in caſu violentiæ?

PENSIO.

1 PEnſiones, an ſint licitæ? 2 Maximè, quando omnes fructus beneficii aſſignantur in penſionem.
3 Reſignatio beneficii cum penſione, facta ob ſolam cupiditatem, non eſt tuta in conſcientia.
4 Reſignatio beneficii cum penſione, cauſa litis extinguendæ, quæ requirat, ut ſit licita in utroq; foro.

PÆNA.

1 COnſtitutio pænalis, an extendatur, in vtroq; foro, de caſu expreſſo ad non expreſſum?
2 Pæna legalis non debetur, in foro conſcientiæ, niſi poſt condemnationem.
3 Pæna, in dubio, intelligitur de mitiore, in foro Iudiciali. Secus; in pænitentiali.
4 Pæna debita, in foro Iudiciali, non tollitur per pænitentiam.
5 Fictio retroactionis, habet tantùm locum in foro externo.
6 Raptor virginis, fit ſeruus ipſius, in foro externo. Secus, in foro conſcientiæ.
7 Portans merces, & non eas manifeſtans in domo Publicani; aliter punitur in foro externo; & aliter, in foro conſcientiæ.
8 Crimen, tranſit inultum, propter populum multum, in foro Iudiciali. Secus, in foro pænitentiali.
9 Furans rem propriam, putans alienam; pænam non incurrit, in foro exteriore. Secus, in interiore.
10 Socians malefactorem, etiam ſi non cooperetur in delicto; nihilo minus eadem pęna punitur. Secus, in foro pænitentiali.
11 Condemnatus ad pęnam pecuniariam, ob delictum commiſſum; ſi ob inopiam eam exoluat in corpore; manet liber, in foro Iudiciali. Secus, in foro pęnitentiali; ſi pęna pecuniaria ſolùm eſt poſita in vindictam; & non etiam in refectionem damnorum.
12 Danti operam rei illicitę, an caſus pręter eius intentionem contingens, imputandus ſit, in vtroq; foro?
13 Opem pręſtans furi, vel alii delinquenti, qua pęna puniatur?
14 Pænæ fori exterioris, requirunt Iudicis declarationem. Non tamen, pænæ fori interioris.
15 Pænam exigere, an ſit licitum?
16 Vnus pro alio, in foro exteriore, non punitur corporaliter. In foro verò Dei, aliquando quis punitur.
17 Fur, non excuſatur à pænis furti; licet dicat dominus, de ſua voluntate factum fuiſſe

Digitized by Google

fuiſſe furtum. Secus, in foro pœnitentiali.

18 Conatus ſolus, in foro conſcientię punitur. Secus, in foro Iudiciali; niſi in quibuſdam caſibus.

19 Pœna talionis, de conſuetudine, receſſit ab Aula, & foro Iudiciali. Secus, in foro pœnitentiali.

20 Incidens ipſo Iure, vel facto, in pœnam confiſcationis; non poteſt, in foro exteriore, bona alienare, à die commiſſi criminis. Secus, in foro conſcientię.

21 Donatio, facta metu pœnę proſcriptionis bonorum, non valet, in foro Iudiciali. Bene tamen, in foro conſcientię.

PÆNITENTIA.

1 PÆnitentia publica pro peccato publico, in foro exteriore imponenda eſt. Secus, in foro pœnitentiali.

2 Pœnam à Iudice impoſitam tenetur reus, etiam inuitus, acceptare. Secus, in foro pœnitentiali, ſecundum aliquos. Sed, contrarium reſoluitur.

3 Peccata iterata, toties in foro pœnitentiali puniuntur. Secus, in Iudiciali.

4 Canones pœnitentiales, tantùm erant pro foro exteriore.

5 Aſſerenti aliquid, non creditur, in foro Iudiciali; niſi id probet. Secus, in pœnitentiali.

6 Iudex incertus, in foro Iudiciali, dari non poteſt. Secus, in pœnitentiali.

7 Venia delicti, quoties danda?

8 Compelli poteſt quis, in foro externo, in pluribus caſibus, ad ingrediendum monaſterium. Secus, in foro pœnitentiali.

9 Reſeruatio caſuum, ſolùm ſpectat ad forum pœnitentiale: non tamen, ad exterius.

10 Habens caſus reſeruatos, & carens copia Superioris; poteſt abſolui à non reſeruatis, reſeruata abſolutione à reſeruatis, cùm copiam habuerit Superioris.

POSSESSIO.

1 REgula de Triennali, an habeat locum in vtroq; foro?

2 Poſſeſſor iniuſtus, tenetur ad rei æſtimationem quanti plurimi, ſi pereat etiã ſine culpa ſua. Secus in foro conſcientię.

3 Rei ſuę quilibet eſt moderator, & arbiter, in foro externo. Secus, quoad Deũ, & forũ animę.

4 Poſſeſſio 30. annorum an det titulum emphyteotæ, licet aliàs reuera nullum umquam habuerit?

5 Rem ſuam nemo poteſt propria authoritate capere; ſi ſit penes alium: nec, pro ſibi debito, facere compenſationem. Secus, in foro animæ, concurrentibus quibuſdam.

PRÆSCRIPTIO.

1 PRæſcriptio immemorialis, an ſemper tribuat ius ſecurum, in vtroq; foro?

2 Præſcriptio actionis perſonalis, etiam cum mala fide, habet locum in foro externo, ſi ſit tricennalis. Secus, in foro conſcientiæ.

3 Præſcriptio immemorabilis; habet vim Priuilegii, in foro externo. Secus, in foro interno; ſi veritas ſit in contrarium.

4 Præſcriptio nulla datur, quoad peccata, in foro animæ. Secus, in foro contentioſo, ubi diuturnitas temporis ſaltem minuit peccatum.

5 Minor, læſus, non reſtituitur poſt quadriennium, in foro Iudiciali; niſi ſit læſio enormis. Secus, in foro conſcientiæ.

6 Præſcriptione completa, an ſit quis ſecurus in vtroq; foro?

7 Delicta antiqua mitius puniuntur, in foro exteriore. Sed, in interiore, æqualiter.

PRO-

Digitized by Google

INDEX.

PROMISIO.

1 Pollicitatio, præſenti, vel abſenti facta, an valeat in vtroq; foro?

2 Promittens factum alienum, quando teneatur?

3 Promiſſum ſeruo, vel Religioſo, an debeat ſolui?

4 Sponſus, promittens ducere aliquam; ſi renuat, non compellitur, in foro externo. Bene tamen, in pænitentiali.

5 Promittens ducere aliquam, putans eſſe Virginem; aliàs, non ducturus; ſi ſit corrupta, non tenetur, in foro conſciẽtiæ. Sed, in externo, compelletur.

6 Promittens ducere aliquam, ſi ſui corporis copiam fecerit; & fuerit virgo; ſi eam cognoſcat, compelletur in foro externo eam ducere; tametſi inuenta ſit corrupta. Secus, à Confeſſario.

7 Promiſſum, ob actum venereum mulieri publicè non meretrici, an poſſit peti?

8 Meretrici debetur merces, in foro externo. Sed, non; in interno.

9 Promiſſum, vt maleficium fiat; debet, in foro conſcientiæ, ſolui, ſi fiat. Secus, in Iudiciali.

10 Simplex promiſſio ſine cauſæ adiectione, an obliget?

11 Promiſſio facta de una re, cum generalitate verborum, nempe: Et omnia etiam alia quę volueris, an obliget in vtroq; foro?

QVARTVM FRVCTVVM.

1 Agricolæ terrarum, ex quibus ſoluitur tertia, aut quarta pars fructuum; an poſſint deducere expenſas pro rata contingentes?

REGVLARIS.

1 Profeſſio facta, non ſeruata forma tradita in Extrauag. Pii Quinti: an ſit nulla, in vtroq; foro?

2 Profeſſus Religionem, per vim, vel metum; ſi non reclamet ſtatim poſt metus ceſſationem; reputatur verè profeſſus, quoad Eccleſiam. Non tamen, quoad Deum; ſi verè numquam conſenſit.

3 Iura, loquentia de profeſſionibus tacitis, tantùm procedunt, quoad forum exterius; ſi Religioſus verè non habuit animum profitendi.

4 Profeſſio, facta in manibus priuatæ perſonæ; eſt valida, quoad Deum. Sed, non; quoad Eccleſiam.

5 Monachus, factus Epiſcopus, an omnino eximatur à iugo ſuæ regulæ?

6 Regularis, in concernentibus animam, poteſt, etiam ſine licentia ſui Prælati, ſubmittere ſe Ordinario Epiſcopo; ſi non poſſit commodè adire Superiorem. Secus, in concernentibus forum exterius.

7 Regularis, ære alieno grauatus, tutus eſt, in foro externo. Secus, in interno.

8 Nouitius, non perſeuerans, an recuperet donata monaſterio?

9 Peculia, inter Religioſos habita, cum prohibitione, ne Prælatus de illis quidquam diſponere poſſit; in foro conſcientiæ, non caret ſcrupulo.

REMISSIO.

1 Remiſſio iniuriæ, facta in foro pœnitentiali; non prodeſt in foro contentioſo.

2 Iniuriam, id eſt odium, tenemur remittere, in foro animæ. Sed, non; quoad forum contentioſum; id eſt, actionem iniuriarum.

3 Offenſus, an teneatur, in vtroq; foro, acceptare ſatiſfactionem iniuriæ, ſibi ab offen-
ſore

Digitized by Google

ſore oblatam; & , ſic remittere iniuriam,& eius accuſationem, per ſcripturam publicam?

4 Offenſus, tractans familiariter offenſorem, an cenſeatur remiſiſſe omnem ſatisfactionem, in vtroq; foro?

5 Creditores, vbi ſunt multi; ſi maior pars remittat partem debiti; vel dilationem ad ſoluendum concedat; an præiudicet minori parti, in vtroq; foro?

6 Mercator, fallens, & fugiens; ſi ſe componat cum creditoribus; an ſit tutus, in conſcientia?

7 Iniuria, in foro Iudiciali, eſt pecuniæ æſtimabilis. Secus, in foro pœnitentiali. Licet multi contrà.

REPETITIO.

1 Emens rem alterius, vt domino ſuo reſtituat; poteſt ab eo repetere expenſas, & pretium, in foro Iudiciali; dummodò, tempore emtionis, proteſtetur &c. Sed in foro conſcientiæ, nulla requiritur proteſtatio.

2 Solutum, vel promiſſum ex cauſa, quæ per infitiationem creſcit; an repeti poſſit, vel reſcindi?

3-4. Fideiuſſor, ſimpliciter datus, in foro Iudiciali, ſi ſoluerit intereſſe, vel uſuras; non repetit. Secus, in foro conſcientiæ.

5 Emens ſcienter rem furtiuam, non poteſt eam reddere furi, in foro Iudiciali, vt pretium recuperet. Secus, in foro conſcientiæ.

6 Filiusfamilias ſeruiens patri, & ſuo extraordinario labore augens eius bona; an poſsit, poſt mortem patris, recuperare ab hereditate, & fratribus, mercedem, in vtroq; foro?

7 Emens cum pacto de retrouendendo, an poſſit, in conſcientia, recuperare tempore reemtionis impenſas factas in ſcriptura Tabellionis, & ſiſa?

8 Poſſeſſor bonæ fidei, impenſas utiles non recuperat à domino rei pauperę. Bene tamen, in conſcientia.

9 Creditor, remittens partem debiti, vt reliquum ſtatim recuperet; an poſſit nihilo minus remiſſum repetere?

10 Minor, in ſpiritualibus, ſi lædatur; an reſtituatur?

11 Maior. 20. annis, ſed minor 25. ſi ſe in ſeruitutem venire patiatur; & in eo circumveniatur; an reſtitui poſſit in integrum?

12 Qui ſe venire paſſus eſt; & pretium domino reddit; an poſſit compellere illum, ut ipſum recipiat; & eum liberet.

REPRESALIA.

1 Repreſalia, an ſint licita in vtroq; foro?

RESTITVTIO.

1 Debitum ex ſola caritate, non obligat ad reſtitutionem in foro Iudiciali; ſed tantùm, debitum ex lege, & præcepto iuſtitiæ. Ad forum verò conſcientiæ ſpectat debitum, non ſolùm ex æquitate; ſed etiam ex lege iuſtitiæ.

2 Res aliena, ſi ſubtrahatur à iuſto poſſeſſore; in foro Iudiciali reſtituenda eſt eidem; & non, vero domino. Sed, in foro conſcientiæ, an ſit idem faciendum, eſt diſſenſio inter Doctores.

3 Creditor, an licitè poſſit exequi debitum in Inſtrumentis Artis ſui debitoris, quando non habet alia bona, in quibus executio fieri poſſit?

4 Violans Eccleſiæ immunitatem, extrahendo aliquem ab ea; ad quid teneatur, tam Eccleſiæ, quàm reo extracto.

5 Furtum committens tempore neceſſitatis, an teneatur ad reſtitutionem, ſi poſteà ad pinguiorem fortunam deuenerit?

6 Stabularii, nautę, & caupones depoſitarii, ad quam culpam teneantur, in vtroq; foro?

7 Proxe-

Digitized by Google

7 *Proxeneta, cui datur res ad vendendum pro certo pretio; ſi pluris eam vendat; an poſsit illud plus retinere, in conſcientia?*

8 *Interficiens hominem non habentem filios, aut alios cognatos intra ſecundum gradum, an teneatur ad aliquam ſatiſfactionẽ damnorum, ultra pœnam corporalem?*

9 *Stuprans virginem ultrò ſe offerentem, vel leuiter rogatam; ad quid teneatur?*

10 *Stuprans virginem importunis precibus, aut muneribus; ad quid teneatur?*

11 *Stuprans virginem, & ab ea remiſsionem obtinens; an ſit tutus in conſcientia?*

12 *Infamans falſò mulierem vilem, ad quid teneatur?*

13 *Conſilium dans ad damnum faciendum, ad quid teneatur?*

14 *Accipiens mercedem pro eo, quod gratis facere tenetur, an reſtituere eam debeat?*

15 *Datum turpiter pro maleficio perpetrando; an ſit reſtituendum? & cui?*

16 *Impediens alium à conſecutione alicuius boni; quando teneatur ad reſtitutionem illius?*

17 *Furans minutatim in parua quantitate, an teneatur ad reſtitutionem, ſi ad notabilem quantitatem perueniat?*

18 *Filiusfamilas accipiens mutuò pecunias; quomodo ſit à reſtitutione immunis?*

19 *Seruus, minor, Regularis, & ſimiles, ludentes cum maiore, & lucrantes; an teneãtur ad aliquam reſtitutionem?*

20 *Quæſita ludo prohibito, an debeant reſtitui?*

21 *Pauperes hypocritæ, ſtipem ſic extrahentes, an teneantur ad reſtitutionem?*

22 *Prædo, ſi ſpolietur à tertio; an ſit reſtituendus; vel poſsit res domino reddi?*

23 *Declaratur quædam Ordinatio Luſitana. lib. 3. tit. 17. §. 6.*

24 *Prædo, ſi a domino ſpolietur; an ſit reſtituendus?*

25 *Damnum datum in re acquirenda, an ſit in conſideratione; ſicut in re acquiſita?*

26 *Emens ſcienter à fure rem furtiuam, quæ uſu conſumitur, & recipit functionem in genere ſuo; an teneatur ad reſtitutionem æſtimationis; etiam ſi fur habeat aliàs vnde reſtituat?*

27 *Fur, vendens rem furtiuam ſcienti; an teneatur pretium reſtituere?*

28 *Emens bona fide rem furtiuam, & iuſſu Iudicis eam reſtituens; an agere poſsit de euictione contra venditorem?*

29 *Vno ex pluribus delinquentibus, vel damnificantibus, ſoluente, & ſatiſfaciente; læſus ſatiſfactus non tenetur illi cedere actionem ad recuperandum ab aliis eorum partes, in foro externo. Secus, in interiore.*

30 *Pluribus, de communi conſilio homicidium, vel furtum collectiuè committentibus; omnes in ſolidum tenentur. Secus, in furtis diſtributiuè factis.*

31 *Comedens ſcienter cum fure rem furto ablatam, in ſolidum tenetur, in foro Iudiciali. Secus, in conſcientia.*

32 *Differentes reſtitutionem ad tempus mortis, per heredes faciendam; quam per ſe facere poterant; an ſint tuti in conſcientia?*

33 *Scholares, extorquentes Patentes à recenter venientibus ad Pupillaria, an teneantur eas reſtituere?*

34 *Feminæ, accipientes munera à ſuis amatoribus, an teneantur ea reſtituere, ſi eis non conſentiant?*

35 *Dos promiſſa, & ſoluta in fraudem creditorum, an reſtituenda ſit, in vtroque foro?*

36 *Paupertas, non excuſat à reſtitutione rei alienæ, in foro Iudiciali. Secus, in foro conſcientiæ.*

37 *Contra furantem in domo luſoria non datur actio furti, in foro Iudiciali. Bene tamen, in foro pænitentiali, & conſcientiæ.*

38 *Ratum habens maleficium, nomine ipſius factum, an teneantur ad reſtitutionem?*

39 *Cuſtodes confinium Regnorum, an teneãtur reſtituere pœnas, quas remittunt?*

40 *Vendens triticum pretio currente, ſciens ſtatim eſſe per Pragmaticam pretium minuendum; an teneatur ad aliquã reſtitutionẽ? Idem, de expendente monetam, quæ breui eſt minus valitura?*

41 *Furans bona meretricis, in foro Iudiciali, non punitur. Secus, in foro pænitentiali.*

42 *Tranſmittens rem alterius, vel pecuniam, cum perſona habita pro fideli; an excuſetur, in foro conſcientiæ?*

43 *Condem*

43 Condemnatus ad pœnam pecuniariam; vel corporalem; an teneatur etiam ad damna?
44 Res debita Religioſo, vel filiofamilias, vel minori; cui ſit reſtituenda?
45 Interficiens, vel mutilans hominem; an præter pœnam, & damna emendata; teneatur, in conſcientia, ad aliquam ſatiſfactionem pro mutilatione, vel vitæ ſublatione?
46 Columbaria, an ſint licita?
47 Heres, non tenetur ex delicto defuncti, in foro Iudiciali; niſi quatenus ad eum peruenit: vel, niſi lis ſit cum defuncto conteſtata. In foro verò conſcientiæ, ſemper tenetur.
48 Seruus, ſi iniuria afficiatur; & aliquid pro iniuria capiat; non tenetur illud Domino reſtituere.
49 Reus, legitimè interrogatus à Iudice; ſi neget crimen; an teneatur in conſcientia reſtituere bona ipſi fiſco?

SENTENTIA.

1 IVdex fori Iudicialis, non poteſt ferre Sententiam extra territorium ſuum. Secus, in Iudice fori pœnitentialis.
2 Res iudicata, non poteſt à ſuperiore relaxari, vel commutari. Secus, in foro pœnitentiali; vbi, pœnitentia, ab vno confeſſario impoſita, poteſt etiam ab æquali, ex cauſa, commutari.
3 Sententia iniuſta, ſi ab ea non appelletur; quod ius tribuat Parti?
4 Res iudicata, retractari non poteſt prætextu calculi male facti. Secus, in foro pœnitentiali, & conſcientiæ.
5 A Sententia, vel grauamine, eſt appellandum intra tempus, ei Iure, vel ſtatuto definitum. Aliàs Sententia, vel grauamen, eſt irreparabile. Secus, in foro pœnitentiali; vbi, numquam pœnitentia tranſit in rem iudicatam.

SIMONIA

1 QVæſitum per Simoniam conuentionalem, & realem; cui ſit reſtituendum?
2 Beneficium, per Simoniam obtentũ, quomodo ſit dimittendum?
3 Beneficium, per Simoniam ab alio commiſſam obtentum, ignorante beneficiato; licet in vtroq; foro ſit ſtatim renunciandum; circa fructus tamen reſtituendos, eſt magna diſſenſio inter DD.
4 Beneficiatus Simoniacus, an ſit ſuſpenſus, etiam aliis beneficiis rite obtentis?
5 Beneficium, pecunia obtentum, ſi ea nõ fuit cauſa quærendi illud; non obſtat in foro interiore.
6 Simoniacus conuentionalis tantùm, non incurrit pœnas contra Simoniacos latas.
7 Beneficiarius cum confidentia, quid facere teneatur, vt ſit ſecurus in conſcientia?
8 Simoniacus mentalis, in foro exteriore, non eſt excommunicatus; nec cogitur fructus reſtituere. Secus, in vſurario mentali.
9 Simonia ab obſequio, an ſit punibilis in vtroq; foro?
10 Beneficiarius, vadens ad chorum principaliter ob diſtributiones lucrandas, an ſit tutus in conſcientia?
11 Cauſa ſine qua non, coram Deo, non eſt cauſa principalis.
12 Simoniæ crimen, non habet locum in Romana Curia, in foro externo. Secus, in interno.
13 Epiſcopus Simoniacus, an teneatur renunciare Epiſcopatui; etiam ſine licentia Papæ.
14 Litiganti iuſtè, an licitum ſit, ad redimendam vexationem, dare aliquid iuſtè?
15 Reſignans beneficium coram Ordinario, non poteſt, in foro externo, nec ante, nec tempore reſignationis, nominare perſonam, cui vult vt beneficium conferatur. Secus, in foro conſcientiæ; dummodò perſona ſit digna.

16 Pen-

Digitized by Google

16 *Penſiones, an poſſint redimi præſenti pecunia, in vtroq; foro, abſq; licentia Papæ?*

SOLVTIO.

1 *Aliud pro alio, etiam ſi ſit melius, inuito creditore, in foro Iudiciali, ſolui non poteſt. Secus, in foro pœnitentiali; in quo, debitum Deo, poſſum ſoluere melius, atquè etiam æqu bonum.*

2 *Vnus pro aliò, etiam inuito, ſoluere poteſt, in foro Iudiciali. Secus, in pœnitentiali, circa pœnitentias alicui iniunctas.*

3 *Decimę, ex quibuſdam fructibus numquam ſolutæ, an peti poſſint?*

4 *Creditores perſonales eiuſdem rationis, in foro externo, nullam habent prioritatem, ratione prioritatis temporis. Secus, in foro conſcientiæ, ſecundum aliquos. Sed, contrarium reſoluitur.*

5 *Confitenti debitum in iudicio, datur terminus ad ſoluendum. Secus, in foro pœnitentiali; ſi ſtatim ſoluere poteſt.*

SVBMISIO.

1 *Submittere ſe voluntati offenſi circa pœnam, ſeu ſatiſfactionem à ſe faciendam, an liceat?*

SVFFRAGIVM.

1 *Suffragio ſuo, an poſſit quis licite renunciare?*

2 *Concluſo à maiori parte Conuentus, vel Capituli, an debeant diſſidentes ſubſcribere, nec ne?*

3 *Cardinalis, vocatus ad Conſiſtorium, & ſine cauſa non veniens, qualiter peccet?*

4 *Obtinens Prioratum, ſeu Cathedram, ſuffragiis inhabilibus, ad quid teneatur?*

SVRREPTIO.

1 *Renunciatio beneficii, facta coram Papa, ad quod fuit quis ordinatus, non valet; niſi fiat mentio, ad eius titulum fuiſſe ordinatum. Secus, in foro conſcientiæ.*

2 *Impetrans à Papa beneficium Iuris patronatus laici, tenetur facere mentionem de eo, in foro externo. Alias eſt nulla impetratio. Secus, in foro conſcientiæ.*

3 *Valor verus Canonicatus, & Beneficii, an debeat in conſcientia exprimi?*

TESTAMENTVM.

1 *Teſtamentum, propria manu teſtatoris factum, vt fidem faciat in foro Iudiciali, oportet ut duobus ſaltem teſtibus iuſtificetur coram Iudice. In foro verò conſcientiæ, ſufficit heredi, vt ei ſoli conſtet eſſe literam teſtatoris.*

2 *Teſtamentum, coram parocho, & duobus teſtibus factum, extra terras Eccleſiæ, non valet, in foro exteriore. Secus, in conſcientia.*

3 *Pater, habens filios, an poſſit ad libitum, ſaltem, in conſcientiæ, diſponere de bonis ſuis inter eos: non obſtante lege in contrarium? Et filii, an teneantur in conſcientia, ſtare diſpoſitis à patre?*

4 *Pupillaris ſubſtitutio expreſſa, excludit matrem à ſua legitima. Secus, in foro conſcientiæ.*

Digitized by Google

conſcientiæ.

5 Executores teſtamenti, quam poteſtatem habeant, in vtroq; foro, ad exequendam voluntatem teſtatoris?

6 Teſtamentum, cum iuramento de non reuocando, poteſt nihilo minus reuocari in foro Iudiciali. Secus, in conſcientia.

7 Condemnatus ad mortem naturalem, vel Ciuilem, an poſſit condere teſtamentum?

8 Teſtamentum, ad pias cauſas, manu teſtatoris ſine teſtibus factum; an ſit validum?

9 Epiſcopus, obtinens licentiam à Papa teſtandi, vtilitate tantùm priuata; non poteſt, in conſcientia, ea liberè vti, niſi ad pias cauſas.

10 Teſtator, an poſſit expreſſè excludere monaſterium ab hæreditate, vel legato, ſeu fideicommiſſo, in vtroq; foro?

11 Clerici beneficiati, an poſſint liberè diſponere, & teſtari de fructibus beneficiorum, & an eorum heredes teneantur ad eorumdem reſtitutionem?

12 Pater, in Regno Valentiæ, poteſt, in foro exteriore, ad libitum de bonis ſuis diſponere, & teſtari, relictis filiis quinq; tantùm ſolidis pro legitima. Secus, in foro conſcientiæ.

13 Hæreticus, ſi ſiat heres; an, in vtroq; foro, teneatur reſtituere hereditatem heredibus ab inteſtato venientibus?

TESTIS.

1 TEſtis, non poteſt ſe offerre ad teſtificandum, in foro Iudiciali. Sed, ſic; in foro conſcientiæ, in quibuſdam caſibus.

2 Multi, in foro Iudiciali, à teſtimonio repelluntur. Secus, in foro conſcientiæ.

3 Teſtis, cauſam dicti non reddens, quia non interrogatus; an teneatur ad damna Parti ex hoc ſubſecuta.

4 Teſtibus venientibus de prope ad teſtificandum, nihil ſoluitur, in foro externo, pro labore & operis deperditis. Secus, in foro conſcientiæ.

5 Dicto vnius grauis Doctoris creditur, in foro pænitentiali. Secus, in Iudiciali; niſi in caſibus hic notatis.

6 Teſtis, falſum dicens, ad quid teneatur, in vtroq; foro?

TRANSACTIO.

1 PAcem an debeamus habere etiam cum frangentibus fidem?

2 Maritus, an poſſit paciſci, aliquo accepto, cum adultero?

3 Litigans, an teneatur ſe componere cum collitigante; cùm ſunt varietates opinionum, de re ſuper qua litigatur?

VENDITIO.

1 TAntùm valet res, in foro externo, quanti venire poteſt. Secus, in foro conſcientiæ; ſi excedat verum rei valorem; ſeu, iuſtum eius pretium.

2 Venditor, pro vectigali ſoluendo, an teneatur in conſcientia, notam facere publicano Venditionem?

3 Vectigalia an debeantur in conſcientia?

4 Vendere carius, credito, an ſit licitum?

5 Vendere an quis compellatur ſuas merces, tempore caritatis?

6 Vendens rem pluris iuſto pretio ſcienti verum eius valorem; an teneatur ad aliquam ſatisfactionem?

7 Conſuetudo ſoluendi plus tertia parte iuſti pretii, pro venditione rei ad Eccleſiam ædificandam, ſeu ampliandam; an ſuſtineri poſſit in conſcientia?

8 Mercatores Chriſtiani, an emere poſſint tuta conſcientia merces à Turcis, & Saracenis, piratis.

9 Rei alienæ venditio fieri poteſt in foro exteriore. Secus, in interiore.

Vendens

10 *Vendens rem, habita fide de pretio, an habeat ius prælationis, quando bona emtoris non ſufficiunt pro ſolutione omnibus creditoribus?*

VITA.

1 *AN quilibet poteſtatem habeat, in foro externo, ſe occidendi, vel vulnerandi?*

2 *Vita an poſſit exponi periculo certo, pro conſeruando honore?*

VOTVM.

1 *PRomittens calicem, verbi gratia, alicui pio loco; an teneatur, in vtroq; foro, adimplere promiſſum, etiam ſi non ſit per aliquem acceptata promiſſio? Vel, an poſſit propria authoritate alteri pio loco rem applicare?*

2 *Profeſsio, facta per virum ficte in monaſterio monialium; & è contra; valet, in foro externo. Secus, in interno.*

3 *Feſta votiua per incolas alicuius populi, ad quid, & quos obligent in vtroq; foro?*

VSVRA.

1 *CAput fin. in prin. de vſur. quatenus habet, cenſeri vſurarium, qui mutuatur pecuniam, & eam aſſecurat; procedit tantùm in foro externo.*

2 *Vſurarius, tenetur reſtituere pecuniam, quam per vſuram accepit; etiamſi dicat, de voluntate Domini fuiſſe ſibi datam. Secus, in foro conſcientiæ, ſi liberaliter fuit data.*

3 *Intereſſe lucri ceſſantis, an, & quando peti poſſit.*

4 *Vſuræ nauticæ, vel traiectitiæ, an peti poſſint?*

5 *Emens fundum, cum pacto, quòd vendens non poſſit illud reemere, niſi poſt aliquot annos; an committat vſuram?*

6 *Emens fundum pretio iniuſto, an ſit tutus in vtroq; foro; ſi in ſcriptura venditionis dicatur, illud plus remitti gratis à venditore?*

7 *Emens fundum cum pacto de retrouendendo; ſed, cum intentione tantùm illum pignorandi; an committat vſuram?*

8 *Vſurarius mentalis tantùm, non punitur, in foro externo. Sed, ſic, in interno.*

9 *Emens fundum iniuſto pretio; ſi eumdem dederit venditori in emphyteoſim; an debeat eum locare pro rata pretii ſoluti?*

10 *Vidua, an poſſit recipere aliquid loco intereſſe, dùm dos ſibi non ſoluitur?*

11 *Feuerari hoſtibus, an ſit licitum?*

12 *Montes pietatis, an ſint liciti?*

13 *Vendens rem fructiferam, ad creditum, cum annua penſione, dum pretium ſibi non ſoluitur; an ſit tutus in conſcientia? Vel; debitoria cum reſponſione intereſſe, an ſint licita?*

14 *Gener, an poſſit paciſci cum ſocero; vt, dùm dos ſibi non ſoluitur; ſoluatur eidem, quotannis certum quid loco intereſſe damni emergentis?*

15 *Dominus directus, recipiens in pignus rem emphyteoticariam; quando poſſit fructus eius ſuos facere?*

16 *Promiſſor dotis, moroſus, an teneatur ad intereſſe, à die moræ?*

17 *Contractus Vitalitius, ſeu, Violaria; an ſint licita, in vtroq; foro?*

18 *Cenſus, an creari poſſit de debitis?*

19 *Vſuræ, an ſint prohibitæ, etiam de Iure Ciuili?*

VXOR, MARITVS.

1 Maritus, an poſsit propria authoritate, ob cauſam adulterii, dimittere vxorem, in vtroq; foro?

2 Maritus, ob non ſolutam dotem, an poſsit, in vtroq; foro, expellere vxorem à domo; vel, ei alimenta denegare?

3 Vxor, circa lucra communia, conſtante matrimonio, acquiſita, & male per maritum alienata, atq; conſumpta, quam actionem, ſeu quod ius habeat, in vtroq; foro?

4 Marito an liceat, in vtroq; foro, vxorem verberare, & punire?

FINIS INDICIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google